image
not
available

Digitized by Google

2.1.95
22[illegible]3
A

Digitized by Google

Digitized by Google

2. 1.95

DE HUMANIS AFFECTIBUS CIENDIS,

ET

COËRCENDIS

Ad hominem de eorundem ſervitute manumittendum,

ET

Ad libertatem Chriſtiani inſtituti, ſeu per regiam cœli viam, manuducendum.

OPUS TRIBUS TOMIS DIGESTUM

Moribus corrigendis, vitijs amovendis, virtutibus promovendis, pietati fovendæ, amoliendæ impietati accommodatum.

Uberrimâ variæ eruditionis ſacro-profanæ ſupellectili, Florulentis SS. Patrum aſſertis, doctrinis, & ſacrarum ſcripturarum interpretamentis locupletatum.

Sacris præſertim Concionatoribus, Viris aſcetæ, & evangelicarum virtutum culturæ addictis perutile.

CSA 21 AF

TOMUS TERTIUS
De Affectibus in Animo iraſcente.

AUTHORE,

R. P. D. CAJETANO FELICE

VERANI

Clerico Regulari, Sacræ Theologiæ Profeſſore.

Nunc primùm in lucem prodit.

Cum Gratia, & Privileg. Sac. Cæſar. Majeſt. Permiſſúque Superiorum.

MONACHIJ,

Sumptibus JOANNIS JACOBI REMY Bibliopolæ.

Formis MATHIÆ RIEDEL.

ANNO M. DCC. X.

Digitized by Google

Digitized by Google

APPROBATIO ORDINARII.

HOc opus de Humanis Affectibus ciendis, & coërcendis ad hominem ab eorundem ſervitute manumittendum, & ad libertatem Chriſtiani inſtituti, ſeu per regiam ad cæleſtem patriam viam manuducendum, ab Admodum Reverendo Patre CAJETANO FELICE VERANI Clerico Regulari SS. Theologiæ, & Juris Canonici Doctore, piè conceptum, eruditè ſcriptum, & perdoctè expenſum, juxta aſſertionem Theologorum, à quibus fuit approbatum typo publico evulgari poſſe cenſeo, fore ſperans, ut non modicum ſit emolumentum iis allaturum tum ſæcularibus, tum Eccleſiaſticis, qui Chriſtianarum ſunt ſtudio virtutum addicti. Actum Friſingæ die 10. Decembris 1707.

FRANCISCUS ANTONIUS BEGNUDELLIUS BASSUS. SS. Theologiæ Doctor, Cathedralis Eccleſiæ Friſingenſis Canonicus Capitularis, Scholaſticus, Vicarius in ſpiritualibus Generalis, & Officialis, Librorum Cenſor.

Facultas Reverendiſſimi Patris Præpoſiti Generalis Ordinis Clericorum Regularium.

HOc opus, cui Titulus eſt præfixus *de Humanis Affectibus ciendis, & coërcendis ad hominē de eorumdem ſervitute manumittendum; & ad libertatem Chriſtiani inſtituti, ſeu per regiam cæleſtis Patriæ viam manuducendum &c.* in tres Tomos diſtributum, *à R. P. D. Cajetano Felice Verani* noſtri Ord. Sacræ Theol. & Jur. Can. Profeſſore compoſitum, & à duobus noſtris Theologis, quibus id commiſimus recognitum, & approbatum, ut typis mandetur; quod ad nos ſpectat facultatem concedimus, in quorum fidem præſentes litteras manu propria ſubſcriptas, & ſolito Sigillo noſtro munitas damus Romæ apud S. Silveſtrum Montis Quirinalis Nono Kalendas Septembris 1706.

D. THOMAS CARAFA Præpoſitus Generalis Clericorum Regularium.
D. PETRUS Ab Eccleſia Secretarius.

Confirmatio ejuſdem Facultatis.

CUm opus inſcriptum *De humanis Affectibus ciendis &c.* ab ejus Authore *P. D. Cajetano Felice Verani* noſtræ Congregationis Sacræ Theologiæ Profeſſore fuerit continuatum, ac in tres tomos diſtributum, & à duobus noſtris Patribus approbatum; ut etiam ejus editio in ſecundo, & tertio tomo continuetur; quod ad nos ſpectat, facultatem concedimus. In quorum fidem has litteras manu propriâ ſubſcriptas ſolito noſtro ſigillo firmavimus. Datum Romæ apud S. Silveſtrum Montis Quirinalis die 17. Septembris Anno 1707.

D. LUDOVICUS FINALIS Præpoſitus Generalis Clericorum Regularium.
D. JOSEPH MARIA ALIPRANDI Secretarius.

Approbationes Theologorum.

HAs diſſertationes *de Humanis Affectibus ciendis, & coërcendis &c. à R. P. D. Cajetano Felice Verani* noſtræ Congregationis Sacræ Theologiæ Lectore elucubratas ex mandato Reverendiſſimi Patris noſtri Generalis D. Thomæ Caraſa diligenter pervolvi; cúmque ſe nihil mihi obvium dederit Fidei orthodoxæ, aut bonis moribus diſſonum; quin imò ad virtutum culturam, pietatem promovendam, vitia amovenda per coërcitionem pravorum Affectuum, & excitationem proborum frequens incitamentum multiplici temperatum eruditionum illicio, eas publica luce dignas cenſeo, fore ſperans, ut plurimum emolumenti ſint virtutum cultoribus allaturæ. Monachij in Bavaria ex noſtris Ædibus SS. Cajetani, & Adelhaidis die 26. Julij 1706.

D. CAROLUS ANDREAS SCHLECHTEN
C. R. S. Theologiæ Profeſſor.

Hoc

HOc opus, cui Titulus prætexitur *De Affectibus ciendis & corrigendis &c à R. P. D. Cajetano Felice Verani* noſtræ Congregationis Sacræ Theologiæ Lectore, juſſu Reverendiſſimi Patris noſtri Generalis D. Thomæ Carafa ſedula perpendi diſcuſſione; nec quidquam reperi, quod Fidei orthodoxæ, aut bonis moribus diſſentiat; quinimo moribus corrigendis, virtutibus promovendis, vitijs amovendis, pietati fovendæ, impietati amoliendæ omnia accommodata: ediſſerunt enim Diſſertationes quàm umbratiles ſint dignitatum ſplendores; quàm vanæ honorum cogitationes, quibus homines mentem implent; quàm vacua vota acervandarum divitiarum, quibus impenſiùs inhiant. Quapropter cum totum opus in eum collineet ſcopum, ut à vitijs legentes avertat; & ad virtutum Evangelicarum ſtudia alliciat, ut prodeat in lucem, meum propenſiùs hîc adnecto votum. Datum Monachij in Bavaria ex noſtris Ædibus SS. Cajetani, & Adelhaidis die 26. Julij 1706.

D. ANTONIUS REINDORFF, Clericus Regularis Sacræ Theologiæ Profeſſor.

Digitized by Google

ELENCHUS

Diſſertationum, ac Paragraphorum, qui in hoc tertio Tomo continentur.

DISSERTATIO I. Domantur explicatu affectus animi iraſcentis, & expenduntur eorum cauſæ, effectus, & alexipharmaca. Pag. 3

§. I. De ſpe, ejúſque cauſis effectibus, & remedijs. 3

§. II. De deſperatione, ejúſque cauſis, effectibus, & alexipharmacis. 8

§. III. Affectus audaciæ, ejusque cauſæ, & effectus expenduntur, ac fræna injiciuntur ad ejus inconſultos, ac immodicos impetus coërcendos. 12

§. IV. Metus pavida natura, cauſæ, & effectus enucleantur; & ſubſidia producuntur excutiendis timoris umbris, animique dejectioni erigendæ opportuna. 18

§. V. Producitur debacchantis iræ affectus, cujus turbulentiori æſtu percitus homo, à ſedatæ mentis dejicitur tranquillitate; & veluti accerſitâ procellâ videtur voce tonare, oculis fulgurare, & manibus fulmina jacere. 22

§. VI. Indicantur cauſæ Iræ excitandæ uberiora ſuppeditantes fomenta, quæque ejus focos enutriunt, augéntque. 26

§. VII. Turbulentiores concitatæ Iræ producuntur effectus, ac eorundem teterrimæ, ac luctuoſæ tragediæ exhibentur. 30

§. VIII. Inconcinnis iræ motibus coërcendis, furoríque ſedando perapta aliquot exhibentur lenimenta. 36

§. IX. Expenditur indignatio, ceu Nemeſis generoſa iracundiæ ſoboles, indignis juſto ſuccenſens dolore. 37.

§. X. Invidiæ in alienam laudem, famam, honorem, ac proſperitatem graſſantis, ſéque ipſam torquentis cauſæ, & effectus indicantur. 40

DISSERTATIO. II. Nullum curandis animi iraſcentis morbis præſtantius alexipharmacum mortis timore, ejúſque ſeria recordatione. 45

§. I. Mortem, qui timent, ne illam timeant, pravos quosque diſcant affectus frœno crebræ ejus recordationis coërcere. 45

§. II. Transeamus crebrâ recordatione ad mortem, ne per mortis oblivionem tranſeat ipſa ad nos inopina acceſſione. 50

§. III. Mortis timorem Deus hominibus incutit, ne moriantur, ſed frœno refricatæ ejus recordationis diſcant pravos quosque affectus compeſcere, ac probè vivere. 53

§. IV. Mortalitatis oblivio virtutum obliterat veſtigia, vitia fovet accerſita, quibus favet, & ad exitium viam ſternit. 56

§. V. Nullum efficacius robur ad mortem ipſam arcendam refricatâ ejus memoriâ, quâ qui muniuntur, mortem non pavent immortalitate donati. 60

§. VI. In ſepulchri ſchola mors magiſtra nos clariùs inter Manium umbras, quàm meridiano in ſole edocet, quàm futilia, fluxa, & inania ſint, quæ mundus ſuis ſpondet aſſeclis præmia. 63

DISSERTATIO III. Refricata ſepulchri recordatio omnem excutit ſenſum umbratilis voluptatis, ac larvatæ mundi lætitiæ: & Manium umbræ clariùs nos edocent vitiorum fugam, & virtutum exercitia. 66

§. I. Mors seriò perpenſa omnes ſuo gelu pravos extinguit æſtus utriusque appetitus concupiſcentis, & iraſcentis. 66

§. II. Scena eſt præſens vita quisque ſuam agit perſonam; non is plauſum meretur, qui argutè dicit, ſed qui probè vivit, frœnúmque ſepulchri ſuis injicit pravis affectibus. 69

§. III. Mortis memoria crebrò refricata mortem ipſam compeſcit, cujus acceſſum impedit: & lachrymis, quas elicit, delicta diluit, quorum maculas abſtergit, & flores irrigat virtutum. 71

§. IV. Non datur homini laudi, ſi ſuam in ortu vitam proſperè auſpicetur; ſed ſi commendetur, cùm moritur, quia pravos omnes affectus coercuerit. 74

§. V. Sepulchralis umbra prælucens eſt fax virtutum nobis oſtendens itinera, quæ percurramus, & vitiorum præcipitia, quæ declinemus. 77

§. VI.

Digitized by Google

§. VI. Quotquot epularum luxu pravi aluntur, ac foventur affectus, naufragi pereunt, etiam in ipſis calicibus ad ſolius mortis objectam imaginem; cujus gelu friget concupiſcentia, & ïraſcens tepeſcit appetitus. 81

§. VII. Honeſtè nequit non agere, qui ad mortis ſpeculum, ſe ſuâſque aſpicit actiones, quas corrigat. Mors nobis oſtendit, quid amplecti, quidque reſpuere debeamus. 84

§. VIII. Nullus homini fidelior conſiliarius vitæ occaſu, ſeu refricatæ ſeriò mortis recordatione, quâ ex occaſu oritur illuſtrior, virtutum circumfuſus, ac ornatus nitoribus. 89

§. IX. Ubique, & quovis tempore vitæ hominum mors inſidiatur, quò ſemper cautè, & probè vivamus pravos omnes compeſcentes affectus, ac virtutum exercitio incumbentes, 91

§. X. Humana deſideria, quibus divitijs inhiamus, & mundi commodis hæremus, noſtram non explent vacuitatem, ſed augent: præcox mors immodicos omnes noſtros affectus unico vibratæ ſuæ falcis amputat ictu. 95

§. XI. Hominis vita inſtar flammæ modicæ paleæ dum ſplendet extinguitur, & cùm homo lucet vivendo, luget moriendo; & ſolus hujus flammæ funereus cinis ſopiendis pravis omnibus affectibus prodeſt. 98

DISSERTATIO IV. Exareſcit viror cujusvis ſpei ſi in mundi ſolo excolatur. 104

§. I. Mundi ager probro laborat ſterilitatis, ſpem culturæ fallit, & ſperantes ejus fructibus diteſcere, inopiam ſequuntur, opes non aſſequuntur. 104

§. II. Quæ in hominis ope, & auxilio ſpes ſeritur, vel exareſcit inutilis; vel nonniſi ſpinas germinat, & vepreta; quibus ſperantes miſerè torquentur, & puniuntur. 106

§. III. Quæ in mundo eminùs conſpecta ſpem hominum innutriunt, ac fovent; cominùs poſſeſſa vileſcunt, & negliguntur deſpecta. 110

§. IV. Quamvis ſpes alatur in corde, ſperantem fallit, ſi in Deum non dirigatur: exareſcit, ſi ſuas in mundo radices figat. 113

§. V. Fruſtraneus eſt labor, qui impenditur in excolenda ſpe, ſi hæc ſuas in mundi ſolo radices agat: inutiles ſunt ſudorum imbres, qui eidem rigandæ funduntur: optatos rarò profert fructus. 114

§. VI. Nutant ſpes noſtræ, fluctuántque in ancipiti, ſi mundi commodis, divitijs, ac dignitatibus nitantur; hærent verò inconcuſſæ, quando ſoli Deo inhærent. 119

§. VII. Mundi voluptates ſi non in extima cute, ſed intimiùs introſpiciantur nonniſi calamitatibus ſunt refertæ, ac doloribus fœtæ, proinde veræ ſpei innutriendæ impares. 122

§. VIII. Nil veri ſolatij à mundo ſperandum, quia ubique locorum nonniſi laqueos apparat, quibus in ipſo ſperantes capiat, ut interimat. 124

DISSERTATIO V. Spes quæ ſuas in mundi delicijs, & voluptatibus radices agit nonniſi lachrymis irrigatur, & ſpinas germinat, quibus ſperantes direpunguntur, & à veris delicijs expunguntur. 129

§. I. Quæ videtur mundi voluptas lætitiam concipere, triſtitiam parturit: & dum in eam ſperantes putant mella libare, abſinthium deglutiunt 129

§. II. Qui, ut à luctu ac mœrore ſe averterent in mundi gaudio ſperaverunt; eíque ridenti, ac arridenti crediderunt, lachrymis maduerunt, difficulter abſtergendis, & exſiccandis. 132

§. III. Quas mundus ſponſione deliciarum, ac divitiarum ſpes hominum alit, iiſdem ſperantes fallit: ejus grandia munera umbræ ſunt, quæ in mundo ſperantes ſequuntur, ſed non aſſequuntur. 135

§. IV. Qui ementito mundi riſui ſe credunt, dum verum ſolatium ſperant enanciſci, illud à ſe abjiciunt, & eò citiùs verum perdunt gaudium, quò avidius illud in hiſce rebus fluxis quærunt. 139

§. V. Mundi gaudium quò avidiùs ſperatur, & cupidiùs quæritur, eò lethaliùs nocet: venenum eſt mellea illitum dulcedine, qua necem accerſit felleam. 142

§. VI. Spes humana licèt fallax, umbratilis, & vana, ea tamen ipſi vis ineſt ſperantes alliciendi, ut hi ſola ſpe illecti omnes ſubeant labores, ſéque in omnia injiciant vitæ diſcrimina. 145

DISSERTATIO VI. Inops eſt, ac egena ſpes, quæ mundi divitijs accervandis paſcitur.

§. I. Auri, argentíque pondera, quibus inhiant ſperantes in mundo, miſerijs preſſos non alleviant, ſed preſſiùs aggravant. 149

§. II. Divitiæ cùm ſperantur torquent, donec acquirantur; acquiſitæ diſcruciant, ne amittantur; & amiſſæ vel lachrymes eliciunt, vel necem accerſunt, quia amliùs non poſſidentur. 151

§. III. Egenæ ſunt, & vacuæ mundi divitiæ explendæ ſperantium cupiditati impares ſe produnt. Is eò ditior, quò omni affectu in eaſdem eſt pauperior. 155

Digitized by Google

§. IV. Divitiæ, quibus homines inhiant, fore ſperantes, ut earundem beneficio propriis conſulant indigentiis, egeſtatem non abigunt, ſed ad paupertatem adigunt. 157

§. V. Macret ea ſpes, quæ divitijs paſcitur acervandis, & miſera eſt: quia felicitas ijs non arridet, quos divitiæ implent, ſed quos paupertas evacuat. 160

§. VI. Quæ hominum cupiditates, ac ſpes, bonis fluxis, ac perituris innituntur, in officina humani cordis catenam conſtruunt, quatenus aliæ alias jugiter ſequuntur, quibus ſperantes vinciuntur, ac miſeriores fiunt. 163

§. VII. Fluxa mundi bona, quæ idola ſunt in ijsdem ſperantium, à ſummo Bono avertunt, & in profundum ærumnarum ſpes humanas naufragas mergunt. 166

DISSERTATIO VII. Sacerdotes decet ſpes omnes in mundi divitias excutere; & auri, argentíque ponderibus pauperum levare miſerias, & preſſos ærumnis alleviare. 170

§. I. Tunc oblatum ſacerdotibus aurum probè impenditur, ſi ejus pretio protegatur caſtitas, ne periclitetur in puellis, & ab incommodis egeſtatis pauperes redimantur. 170

§. II. In auro ſperantes nonniſi aurâ paſcuntur, non quâ alantur, ſed vanè inflentur, ac dirè torqueantur. Ille dives, qui voluntariè pauper divitias contemnit. 173

§. III. Sperantes in mundi divitias hydrope laborant, quò plus auri bibunt, ſeu acquirunt, eò ardentiùs aurum ſitiunt, donec procelloſa temulentia madidi à ſanæ mentis dejiciantur uſu. 176

§. IV. Terrenæ divitiæ non ſperentur, ſed contemnantur, fluxæ ſunt, ſuóſque mergunt poſſeſſores, niſi ab ipſis mergantur in ſinum pauperum. 179

§. V. Spes, quæ ſuas in divitiis radices agit, deſideriis fovetur, quibus divitiis inhiamus, ac torquemur: & eò creſcit illa uberior, quò multiplicantur illa frequentiùs. 181

§. VI. Inhians divitiis, vitiis ut plurimum indulget, cognata hæc nomina te rarò ſejunguntur: ſéque fallit, qui ſpem ſuam divitiis acervandis alit; vitiis ſe mancipat, cum divitiis abondat. 187

DISSERTATIO VIII. Naufraga perit ſpes, quæ mare trajicit divitiarum: ubi blandè ſpirantibus favoniis videtur malacia arridere, ibi latens procella furit nocentior. 192

§. I. Divitiæ ſperatæ quamvis aliquid videantur ſpondere ſolatii; nonniſi amurcam, & amarorem enanciſcuntur, quibus ſperantes miſerè torquentur. 192

§. II. Divitiis qui affluunt, deliciis etiam diffluunt, ac vitiis facilè indulgent; & exitium ſibi maturant, cùm aliquod inde ſperant ſolatium. 193

§. III. Adeo fallax, & ferox eſt ſpes mundi innixa divitiis, ut vel ipſa deliciarum illicia vertat in inſtrumenta cladium, & ſuppliciorum, ac lethaliùs feriat eblandiendo, quàm truculenta fera ſæviendo. 196.

§. IV. Quamdiu ſperat homo fore, ut ex congeſtis divitiis aliquid poſſit felicitatis enanciſci, tamdiu à ſe ipſo deſciſcit; quia in ipſis divitiis vitiorum ſitienter anhelat irritamenta. 199

§. V. Perversè ſibi conſulit, qui ſperat ſolatium haurire à divitiis, quæ levandis proprijs miſerijs ſunt impares. In officina divitiarum famulantibus vitiis ſcelera cuduntur. 201

§. VI. Plus ineſt virium ſpei divitias poſſidendi, ad homines flectendos, trahendóſque ad Numinis juſſa, quàm ſuaſionibus, minis, & flagellis. 204

DISSERTATIO IX. Quæ fumo umbratilium dignitatum, ac honorum ſpes paſcitur, lacrymis potatur, quibus ſperantes in iis madent. 209

§. I. Sunt dignitates, quibus ſperat ambitioſus inſigniri, ſepreta, quæ ſuas in corde radices agunt ſperantis, quem tamdiu pungunt, & torquent, quamdiu ille ſperat. 290

§. II. Ad magna dignitatum nomina dum negotioſa ſpes ambientium aſpirat, nonniſi vacuitatem, fucúmque volatilem, ac ſpinas ſuſpirat. 212

§. III. Qui fore ſperant, ut dignitate inſigniti ſupra cæteros emineant, infra omnes ſe fœdè demittunt, ſéque ad vilem ſervitutem dejiciunt. 215

§. IV. Quamdiu culmina ſperantur dignitatum, obviæ quæque ſuperantur difficultates; cùm verò poſſidentur, negliguntur: & quæ ſperata faſtigia torporem excutiebant; poſſeſſa ſomnum conciliant, ac ſocordiam accerſunt. 217

§. V. Speratas, qui in Eccleſia dignitates conſequuntur; ita earundem proventibus ſibi conſulant, ut neceſſaria ſuppeditent indigentibus, ſintque afflictorum ſolatium. 221.

§. VI. Hi Præſules in Eccleſia Chriſti probantur diſcipuli, qui ſperatis præeminentiis inſigniti, proventus beneficiorum accipiunt, non ut avarè retineant, ſed ut ſplendidè indigentibus elargiantur; & ita ſaluti conſulunt animarum, ut illam non negligant corporum. 223

§. VII Non clareſcit ea diu ſperata dignitas, quæ aliena luce ſplendet, ſed quæ propriæ virtutis condecoratur nitore. Stat non quia proni cadunt in obſequia populi, ſed quia lapſi eriguntur. 226

DISSERTATIO X. Ad dio ſperatas qui promoventur dignitates, non tumeant,

ſed

ſed timeant, quæ imminent diſcrimina: culminibus contermina ſunt præcipitia. 251

§. I. Dum ſperant homines fore, ut eminentioribus donentur dignitatibus, ruinas plerumque ſibi aperiunt; & æmulorum invidiam excitantes, hoſtes contra ſe laceſſunt armatos. 251

§. II. Fluxæ, evanidæ, imò & ſomnia ſunt mundi dignitates, & quæ iiſdem ſpes adhæreſcit, exſucca exareſcit, vel ſpinas tantùm metit, quibus ſperantes acriùs torquentur. 254

§. III. Qui ad ſperatas Infulas promoventur in Eccleſiaſtico cœlo nubes æmulentur, quæ ſe ipſas deſtruunt, ut optatis pluviis areſcentes plantas irrigent, ac ſitientibus campis ſint ſolatio. 257

§. IV. Quò ſublimiores eminent dignitates, eò pluribus ſunt procellis obnoxiæ, & ſpes, quæ iiſdem adhæreſcit, vel naufraga perit, vel exſucca exareſcit. 239.

§. V. Somniatæ mundi dignitates, in quas ſperant, iiſdem inhiantes, licèt aliquid videantur ſpondere ſolatij, lachrymas tantùm extorquent, & luctus excitant. 242

§. VI. Dignitatum celſitudines non ſecus cinguntur præcipitijs, ac prærupta alpium cacumina; lapſus, ac ruinas ſibi apparant, qui fore ſperant, ut ad eaſdem evehantur. 245

DISSERTATIO XI. Lubricus eſt inconſultæ ſpei affectus fluxis, ac evanidis inhians dignitatibus: dum in ſublime nititur, in deterius ſemper deprimitur. 250.

§. I. Spes, quam diariæ mundi dignitates fovent doloſis ſub cineribus, dum ſcintillam quærit gloriolæ, plerumque nonniſi fuliginem invenit ignominiæ. 250

§. II. Dignitas, quos in ipſa ſperantes alit, ſemper fallit, in ſublimiora allicit, quos lapſo graviore in imum detrudat. 253

§. III. Præcelſâ, qui ſperant dignitate inſigniri, neceſſe eſt prælia ſuſtineant ſuperatu difficillima, & faſtigium honoris nonniſi armati contra omnium invidiam poſſideant. 255

§. IV. In ſupremo dignitatis vertice vertigine facilè laborat, qui ſperatum conſequitur honorem: nec ſtat, quin lapſui ſit obnoxius, indigétque propterea fulciri virtutum fulcris. 259

§. V. Extimus infularum ſplendor plures allicit, ſperantes dignitate inſigniri, quorum tamen oculos perſtringit, ut quæ imminent pericula non videant. 261

§. VI. Reipublicæ incolumitati tunc conſulitur, cum publica officia non pro ſperantium ambitu, ſed pro meritorum partiuntur ratione, & quiſque ſuo ritè fungitur munere; perinde ac aſtra, quibus inferiora moventur, & promoventur. 264

§. VII. Spes, quæ differtur diuturna expectatione ſperantis animum diù moeret, uritque acerbè, & tamdiu quaſi torturâ torquetur ſperans; quamdiu ſpes ſuſpenſa manet. 266

DISSERTATIO XII. Sola quæ in Deo ſpes radices agit, viret feliciter, ac ſuis ubertim fructibus direſcit. 270

§. I. Eſt ſolus Deus, qui ſpes noſtras fulcit, alit, & non fallit. 270

§. II. Quæ Deo ſpes innititur, omnem trudit calamitatum mœſtitudinem, & eſt laborantibus levamini, ac miſeris ſolatio. 273

§. III. David ſola ſpe in Numinis ope armatus contra cataphractum Goliathum, ad ſingulare deſcendit certamen, & de proſtrata gigantea mole glorioſe triumphat. 276

§. IV. Spes, quæ Deo innititur, fulcrum eſt, quo ſtamus, & tota fulcitur virtutum ſtructura: eſt hæc ſpes, quæ reliquas fovet virtutes, quibus favet, ſecus quæ dolo nititur ſperantes perdit. 279

§. V. Spes, quæ malis, doloſiſque artibus nititur, ſperantibus ſemper obfuit, nunquam profuit. 281

§. VI. Quæ humanis artibus ſpes fovetur ſperantes fallit, alit verò, quæ ſoli Deo inhæret. 283

§. VII. Spes in Deo fixa cynoſura eſt cœlo affixa, æternæ malaciæ portum prægnans: eſt gubernaculum, quo jactata fluctibus noſtræ vitæ cymbula ſcopulos declinat, & naufragia fugit. 206

DISSERTATIO XIII. Quæ de ſummo Bono ſpes concipitur ſperantem corroborat, firmátque in ſtudio virtutum, & ad perennem perducit felicitatem. 290

§. I. Spes Deo innixa præſentes calamitates lenit, & futura gaudia ſpondet: mentis caligines excutit, & animum exhilarat, fluxa contemnit, & perennia poſſidet. 290

§. II. Spes in mundi ſolo exculta nonniſi vepreta producit, quibus ſperantes pungit, & cruentat; quæ autem Deo innititur vera exhibet ſolatia. 293

§. III. Dignitates niſi à Deo ſperentur, deficiunt; & niſi ſpes divinæ opis rigetur imbre, ac divinæ gratiæ imbuta pluviis adoleſcat, ſterileſcit, nec alium admittit ſatorem, quàm Deum, à quo bona omnia fluunt. 296

§. IV. Quæ in mundi divitiis, honoribus, ac commodis ſpes ſeritur, & excolitur; vel exareſcit; vel nonniſi exitiales producit fructus: ſola, quæ in Deo ſpes viret ad ſolatium viget ſperantis. 298

§. V. Spes, quam Jacob fovit, ideo egregiè eidem favit, quia ſoli Deo innixa

quam verò Eſau concepit, exaruit, quia in mundi ſterileſcente ſolo ſata. 300

§. VI. Spes, quam ſolus Deus fovet, viret, vernatque in florem veræ virtutis, & optatum exhibet rei ſperatæ fructum, labores lenit, onera alleviat, & ærumnas excutit. 305

§. VII. Spes cœleſtis beatitatis affectus omnes in mundi fluxa commoda, futiles honores, & umbratiles dignitates abigit, & ad virtutum exercitia incitamentum ſuppeditat. 308

§. VIII. Spes, quæ Deo nititur Martyres coronat, antequam Tyrannus gladium nudet; & ſperantes gloriæ ſplendore illuſtres conſtituit, priuſquam rogum aſcendat. 311

§. XI. Spes, quæ ſola Dei ope viret, & viget ſperantem ſupra hominem evehit, & in Angelum cudit, ut nihil humani ampliùs ſapiat. 314

DISSERTATIO XIV. Coercenda eſt deſperatio, ut malorum extremum. 318

§. I. Is quantumvis ſceleſtus ſalutem ſibi maturat, qui de divina non deſperans miſericordia, pœnitentiæ ſpongiâ crimina obliterat, & fuſis lacrymis maculas ſcelerum ſuperſtites abſtergit. 318

§. II. Quia David poſt lapſum de divina non deſperavit miſericordia, vegetior ſurrexit, contractas ſcelerum maculas lacrymis abſterſit. Perijt verò Saul, quia deſperavit. 321

§. III. Nulla ex ſcelere tam turpis contrahitur macula, quam reſipiſcentiæ lacrymæ non abſtergant. Non deſperet lapſus, ipſum pœniteat peccati, & ope divinæ miſericordiæ reſurget. 324

§. IV. Tametſi peccator procelloſis, ac æſtuantibus pravorum affectuum fluctibus exagitatus in ſcelerum illiſus ſcopulos naufragus ceciderit, non tamen deſperet, ne pereat; ſed ſurgat, tabulam pœnitentiæ exhibet naufrago. 328

§. V. Qui in cœno detinentur peccatorum non deſperent, inde emergent, ſi reſipiſcentes in Deo ſperaverint miſerente. 331

§. VI. Quamvis innumeris quis obruatur ſceleribus, nunquam de Numinis deſperet pietate, quamdiu ſpirat, tamdiu utiliter ſperat, ſed caveat, ne per procraſtinationem pœnitentiæ, tempus amittat miſericordiæ. 334

§. VII. Deſperationis conſilia viperini ſunt fœtus, matrem interficiunt, à qua in lucem prodière, & qui ſibi non conſulit, quando occaſio favet, interitum ſibi maturat. 338

DISSERTATIO XV. Dei miſerentis miſerationes nullis coercitæ limitibus, quia ſuper omnia opera ejus, non ſinunt flagitioſos quamvis de enormiſſimis reos de- lictis deſperare, dummodo verè reſipiſcant. 341

§. I. Non quæ ex deſperatione prodeunt ſcelera, deſperantis leniunt cruciatus, quos ſola ſpes vitæ melioris minuit. 341

§. II. Quam ambitio in Protoplaſtis cacodæmonis deceptione Dei imaginem delevit, pœnitentia reſculpſit, ne lapſi deſperemus; ſed reſipiſcentes in Numinis ſperemus clementia, & beneficio pœnitentiæ reſurgamus. 344

§. III. Quamdiu peccator, quæ patravit ſcelera, potis eſt lugere, fletúque abſtergere, non deſperet; quia nil lacrymis efficacius ad Deum in vota reſipiſcentis flectendum, & ad veniam emolliendum. 347

§. IV. Habet reſipiſcens, quo de Numinis clementia non deſperet; ideo lacrymæ ei donantur, ut culpæ condonentur. 350

§. V. Qui nolens, & invitus ad lupanar trahitur, non deſperet, Numinis opem enixim expoſtulet; portum inveniet in procella; ſplendorem in caligine; & in limi fœditate adoleſcet gemma pretioſior. 352

§. VI. Adverſa homini non deſperanti de Numinis opitulantis ſubſidio, non ſunt exitio, ſed virtutum exercitio. 354

§. VII. Ærumnis, & adverſitatibus permittit Deus nos divexari, non quò deſperemus, ſed ut fiduciam in Deo ope exerceamus. Produnt adverſa, quantùm ſit quiſque Deo fidelis. 357

§. VIII. Chriſtianæ adſcitus militiæ licèt millenis vulneribus ſit à tartareo hoſte proſtratus, nunquam tamen de victoria deſperet: ſurgit, ſi reſipiſcat, hoſtémque vincit, à quo fuerat victus, ſi perſeveret in reſipiſcentia; in qua ſi flet, cadit dœmon. 360

§. IX. Contra pravos quoſque affectus in noſtram inſurgentes perniciem pugna eſt ineunda ad eorundem impetus retundendos: quòd ſi ex imbecillitate cadamus, non inde animo debemus excidere, nec deſperare, ſed beneficio reſipiſcentiæ illicò ſurgere, & lapſûs ruinas reparare. 364

§. X. Plerique de patratis ſceleribus pœnas luunt temporales, qui æterna declinant ſupplicia, ne deſperent peccantes, ſi puniuntur reſipiſcentes. 367

§. Quamvis peccantes areſcant in ſcelere, jaceant ſqualidi in umbra mortis, non inde deſperent: Dei miſerentis pietas & ſepulchra reſerat, & ad vitam mortuos excitat. 371

§. XII. Qui cum Saulo lupo rapaci perſecutus eſt Chriſti gregem; vel eum adoleſcente prodigo totam ſuam abligurivit ſubſtantiam, & meretricibus adhæſit, non deſperet, ſed reſipiſcat, lacrymis ſcelerum ſordes eluat, & veniam impetrabit. 375

DIS-

DISSERTATIO XVI Nulla firmior ſecuritas, quàm quæ Dei nititur timore. 377

§. I. Timor, quo pavemus per lethales noxas à ſumo bono ſejungi, fulcrum eſt, quô noſtre nititur ſecuritas. 377

§. II. Deum, qui timet, reliquos omnes excutit timores, nec timenda pavet: eſt ſiquidem extre omnem metum, & ſupra pericula omnie, quæ imminent. 380

§. III. Arcte eſt, quæ ad cœlum via ducit; & nonniſi Dei timor ad eam manuducit. 382

§. IV. Quæ Dei timori ſpes nubit, veram gignit probitatem, & æternum parturit gaudium. 385

§. V. Qui in Dei miſericordia ita ſperant, ut divinæ juſtitiæ non timeant ultrices pœnas, exitium ſibi maturant, quia ſcelere addentes ſceleribus præcipites en gehennam devolvuntur. 388.

§. VI. Is recte incedit, qui medius ſpem inter, & metum procedit. 391

§. VII. Plerique imminentia pericula excidendi à Numinis gratia non timent; qui tamen peracerbe dolent temporelis reculæ jacturam: umbras expavent, qui corpora non timent. Timor Dei reliquos omnes excutit timores, & is timere deſinit, qui DEUM timere incipit. 393

§. VIII. Timor DEI dum intus cor pungit, æterna ſupplicia foris expungit; lachrymas elicit, quibus ignes extinguie gehennales. 395

DISSERTATIO XVII. Diſcolor, & eblandiens divinæ miſericordiæ Iris tunc fulget in vitæ occaſu, quando in ortu adoleſcentiæ, reliquiſque per ætates ſingulas temporibus timor DEI prevos omnes in nobis affectus, ac eorundem procellas compeſcuit. 399

§. I. Tunc DEI miſericordia eſt nobis in morte propitia, ſi timor juſtitiæ fuit nobis in anteacte vita frœnum, quo vitia quæque coërcuimus. 399

§. II. Qui quovis excuſſo timore in ſolo ſperant DEO miſerente, & mores non corrigunt; in extremo ſenio parum proſperè decedunt, quia nimis properè ſperârunt. 402

§. III. Timor eſt, qui ſecuritatem enanciſcitur: qui enim pavet, pericula omnia cavet. 404

§. IV. Timenda, & præcavenda eſt bracteata mundi felicitas, feciem præſefert eblandientis, & rabiem fovet mordentis. 407

§. V. Timor, ſi cadat, nulla ſtat ſecuritas, cujus eſt timor fulcrum, cui tuta innititur; qui enim pavet, cavet, & tutè incedit. 409

§. VI. Nullibi ſecuritas tutior incedit, quàm ubi timor præcedit: qui ſi non manuducit, vitium ad gehennam perducit. 412

§. VII. Qui DEUM non timet, ipſa non timenda timet, & pœna non timentium DEUM eſt, omnia timere, & ſcelera non præcavere. 415

§. VIII. DEI timor reliquos omnes excutit timores; & nutat ſecurities, quam prævia hujus timoris non fulcit ſolicitudo. 419

§. IX. Timor, quem obſtetricente malitiâ culpa meter parturit, tortoribus adſciſcitur, carnificis officio fungitur; corpus effligit, & animum torquet, ut totum hominem miſerè discruciet, & corrumpat, hoſtes mente pingit, quos innumeros fingit, & acrius pungit. 421

§. X. Sunt, qui beneficio timoris DEI reſipiſcunt, & in glaciem concreti virtutibus ſplendent; qui tamen eundem excutientes timorem ad æſtum concupiſcentiæ liqueſcunt in priſtinum ſtatum. 424

§. XI. Qui DEI timore manuducuntur, inter lilia caſtitaris paſcuntur, roſiſque coronantur charitatis, ac recte procedunt. 428

§. XII. DEUM, qui timet punientem, eundem experitur miſerentem: timor DEI pravos omnes coërcet affectus, & per exercitia virtutum ad cœleſtem manuducit beatitatem. 431

DISSERTATIO XVIII. Timor Dei præſentis, & intuentis actus omnes internos, & externos hominis optimus eſt Pædagogus, mores corrigit, & virtutum ſtudia promovet. 437

§ I. DEUS ubique præſens omnia luſtrat, & penetrat, nec ulla potis eſt creatura à ſua ſe præſentia ſubducere; ut timeat, ne quid aget, quod ei diſpliceat. 437

§. II. DEUM, qui cogitat ſibi præſentem, cavet, ne quidquam agat, quod ei non placeat, vultum ad modeſtiam componit, mores corrigit, errores emendat, verba examinat, & actus omnes ad normam inflectit virtutis. 440

§. III. Qui DEI ubique præſentis, & omnia intuentis timore manuducitur; rectè procedit, & tutus ſtans non cadit; & cœlo inhabitat, licèt conſtitutus in terra, 453

§. IV. Ideo ſcelera letebras quærunt, quia oculorum fugiunt cenſuram, cum tamen à DEI præſentia nequeant ſe ſubducere, quem ſi malè agentes cogitarent præſentem, non irritarent vindicem. 457

§. V. Divinæ præſentiæ ſolers cogitatio ſplendida eſt cynoſure, cujus ope hujus fluctuantis vitæ trajicientes pelagus, naufragium, quod timemus, cavemus. 460

§. VI. Si à DEI timore non manuductò DEI præſentis memoria excidat, per devia errat, necémque incurrit. 463

DISSERTATIO XIX. DEI præſentia ita ſacrum incutit timorem DEO diſplicendi, ut quandam quaſi neceſſitatem inducat per ſtudia virtutum, & exercitia bonorum operum DEO placendi. 466

§. I. Ita agere, ac ſi DEUS ab oculis ſe ſubduxerit hominum, & malè operantes non obſervet, cæcitas eſt, quâ perversè agentes præcipitium incurrunt æterni ſupplicij. 466

§. II Licèt ſit DEUS nobis ubique præſens, non tamen ſumus nos ſemper DEO præſentes, & ideo cadimus, quia coram DEO nobis præſente, omnésque actus noſtros intuente non ſtamus. Non cadit, qui fulcro innititur divinæ præſentiæ. 468

§. III. Evincendæ, ac demonſtrandæ innocentiæ viri timentis DEUM nullum aptius, ac nervoſius argumentum, quàm oſtendere, DEI ſibi præſentis recordationem jugiter fovisſe. 470

§. IV. DEI præſentis, & omnia intuentis recordatio frœnum eſt coërcendis pravis omnibus affectibus peraptum. Mentem illuſtrat, & quà ſit eundum, ne à recto declinemus, præmonſtrat. 474

§. V. Qui DEUM ſibi præſentem mentis oculo jugiter intuetur, hunc Numinis favor à quovis diſcrimine ſemper tuetur; nilque præter DEUM timet; qui ſi abſit, nonniſi miſeriæ adſunt. 478

§. VI. Non cadit, qui DEI præſentis recordatione fulcitur. Eſt Numinis præſentia, quâ hoſtes vel fugantur, vel proſternuntur: & pravorum affectuum omnium impetus retunduntur. 480

§. VII. DEI præſentiæ, qui aſſueſcit, labores non timet, ſed Numinis præſentia tectus, & protectus ſegnitiem omnem excutit, & ardua quæque aggreditur. 484

§. VIII. DEUM ſibi præſentem, qui non reformidat, vel non cogitat, perperam agit, & æternum ſibi maturat exitium. 488

§. IX. Una DEI præſentis recordatio frœnum eſt pravis omnibus affectibus coërcendis, vitijs compeſcendis, & utriúsque appetitûs concupiſcibilis, & iraſcibilis inſoleſcentibus motibus reprimendis aptiſſimum. 491

§. X. Non nutant, ſed ſtant firmiores in cultura virtutum, & ſtudio pietatis, qui DEI ſibi præſentis innituntur recordationi. 494

DISSERTATIO XX. Timor DEI Judicis, & Vindicis frœnum injicit pravis omnibus iraſcentis animi affectibus. 499

§. I. Delirus eſt, qui coram Judice ſedente pro tribunali ſcelera perpetrat, quibus extremum ſecum trahat ſupplicium. 499

§. II. Quò ſtudeamus cultui virtutum, motúmque corrigemus errores, & vitia quæque longiùs à nobis abigamus duplex judicium, peculiare ſtatim poſt obitum, & univerſale, incrementa nobis incutit timoris. 501

§. III. Licèt nil morte certius, nil tamen ejus horâ incertius, quò ſingulis momentis parati ſimus, & ita vivamus, ut nunc morituri: ſic morientes non pœnitet vixiſſe. 504

§. IV. Eſt vita hominis veluti flos vernus, quem præmatura mors lethali ſuæ pruinæ gelu etiam horis decoquit antelucanis, ut quovis tempore, in qualibet ætate Judicem timeamus, ad ſuum nos vocantem tribunal. 507

§. V. Maximi eſt momenti extremum vitæ momentum, à quo dependet æternitas, vel felix, vel miſera, éſtque veluti momentum ancipitis ſtateræ, in qua librantur hinc ſupplicium, illinc vitæ præmium. Is ſapit, qui DEI, ejúsque judicij timore manuductus rectè vivit. 510

§. VI. Cùm primùm homo emoritur, ſeu anima ſejuncta eſt à corpore, judicatur, & qui hoc judicium ſeriò perpendit, mundi voluptates, divitias, & commoda contemnit, & pravis omnibus affectibus frœnum injicit. 514

§. VII. Adeò terribilis erit ſententia ab æterno Judice in reprobos ferenda in judicio, ut omni morte ſit acerbior, quò diſcamus benè agere viventes, ne eam audiamus morientes. 518

§. VIII. Pravis omnibus affectibus coërcendis nullum frœnum accommodatius refricatâ ſæpiùs extremi judicij memoriâ. 521

DISSERTATIO XXI. Tametſi natura ob primordiale delictum corrupta, & vitiata prona ſit ad ſcelera, & flagitijs aſſueta: huic tamen delinquendi pronitati frœnandæ aptiſſima eſt poſtremi, ac univerſalis judicij ſeria perpenſio. 524

§. I. In poſtremo univerſali judicio atratum cœlum contabeſcentes redarguet perduelles; & ſydera cœlo infixa, ſeu ſigilla gratiæ in ſupplicij, & mortis vertentur characteres. Non ſapit, qui non timet, qui mores non corrigit, vitam non emendat, & pravos omnes affectus non compeſcit, ne & ipſe redarguatur damnatus. 524

§. II. Reprobos, qui pravos ſuos non coërcuerant affectus, invidia eò torquebit acriùs, quò in judicio univerſali erunt viſuri pauperes, quos habuerunt contemptui ſedere ad dextram Judicis, & cœleſti

bea-

beatitate donari, & in ſeipſos iram totam affundi Judicis. 527

§. III. Plura hominum millia præcipites aguntur in gehennam, qui ſi ſariò univerſale judicium mente volviſſent, pœnitentiam non diſtuliſſent, & cœlum conſcendiſſent. 530

§. IV. Viri probi quamvis de ſua beatitate ſecuri, ad horrendum tamen ſpectaculum univerſalis judicij, ingenti concutientur timore: quia juſtitia nullum dabit miſaricordiæ locum. 534

§. V. Lugubris axtremi judicij apparatus nos terreat, ut ſancto timore perciti, pravos quósqua compeſcamus affectus, & per ſtudia probitatis ſatagamus dextram Judicis poſſidere. 536

§. VI. Cùm DEUS impios hic punit, virgam duntaxat adhibet, quâ pulveres excutit: ſed in axtramo judicio gladium diſtrin‑ et evaginatum, quô lethalia vulnera infligat, cædémque æternam cumulat reprioborum. 538

§. VII. Quamvis iraſcentis animi affectus ſulphurai ſint, flammas facilè concipiant, & incendia excitent, ſi tamen ad vallem Joſaphat eam ſeria deducantur cogitatione, illicò tepent, frigent, & axtinguuntur. 540

§. VIII. Præcoquus extremi judicij timor vulnara præmaturè infligit, quæ impios acriter excruciant, antequam gladio feriantur. 145

DISSERTATIO XXII. Timor gehennalis ignis æſtus refrigerat dapravatæ concupiſcantiæ, & flammas extinguit fœdæ libidinis, ac diſtortos, quósque iraſcantia animi affectus flexiles efficit, ac corrigit. 550

§. I. Metus gehannæ licentiam delinquendi coërcet, & conſuetudinem peccandi compeſcit. 550

§. II. Gehennalis loci, & cruciatûs meditatio in officina orationis hominem excudit ad normam ſanctitatis. 552

§. III. Ignis torquendis impijs in gehennali carcere datruſis peraptum eſt inſtrumentum: urit, non comburit; torquet, non abſumit, ne in proprio detrimento immunes fiant ab incremento ſupplicij. 555

§. IV. Is ſapit, qui æſtuantes concupiſcentias carnis, pravósque iraſcentis animi appatitus gehannalis ignis refricatâ memoriâ reſtinguera ſatagit, ac igne igni alaxipharmacum parare. 559

§. V. Cui ſalus aſt cordi, ab ejus mente non exulet gahennæ recordario: hæc veloti prælucens fax, quà ſit rectè amdom, oſtendit: & ejus timor frœnum injicit pravis omnibus affectibus. 561

§. VI. Licèt gehennæ incendia teterrimis ſint caliginibus obvoluta, oculos ramen nobis adaperiunt, ut pericula in ea delabendi declinemus, & eorundem timore pravos omnes iraſcentis animi affectus compeſcamus. 560

§. VII. Ex triplici cruciatu, quo impij in gehenna detruſi torquentur, omnium maximum eſt ſummo Bono deſtitui a DEI viſione privari, ab ajus facia excludi, eò quia ſuis indulſerint concupiſcentijs, pravíſque ſuis adhæſerint affectibus. 566

DISSERTATIO XXIII. Mundi riſus ridantes cum ipſo ſeducit quia ad gehennalas fletus eos perducit: ſolatia ſpondet, & æternos ingerit cruciatus; quos qui timet, necaſſa eſt, pravos omnes affectus ad mundi voluptates axcutiat. 578

§. I. Fletus damnatorum, ſi ſaria mante volvantur, lachrymas eliciunt, quibus non tantùm conſcientiæ ſordes abſterguntur; ſed & gehennæ incendia extinguuntur, na lugentes torqueant. 571

§. II. Timenda ſunt, & declinanda perſonata mundi gaudia, quibus ſi larva m datrahaa, nonniſi fletus, & ululatus exhibent gehennæ, ad cujus ſupplicia lætantes in mundo pertrahunt. 571

§. III. Vermes in gehenna impios corrodentes mordent ſine denta; inficiunt, & interficiunt ſine venano. Hoa ſi timemus, noxas conſcientiæ lachrymis aluamus reſipiſcentiæ. 575

§. IV. Divitijs inhiantes, & affluentes, vitijs ſe inquinant naqnioribus, quibus pediſſequæ aſſociantur pœnæ nunquam in gehenna moritura; quas ſi times, affectus in vitia compeſce. 578

§. V. Id dementiæ dandum indulgentibus ſenſui, mundíque commodis, quia plus defatigantur pro ſibi acquiranda gehanna, quàm pro ætarna gloria obtinanda. 581

§. VI. In gehennali vomica rediviva, & fœtida damnatorum cadavera tam graveolentem axhalabunt Mephitim, ut eam nequeant impij farre; fama itidem, ac ſiti acerbiſſimè excruciabuntur. 583

§. VII. Qui ſeria perpenſione in infernum crebrò deſcendunt viventes, cavent, na illuc ruant morientes; laxam vivendi licentiam coërcent, & pravos quósque affectus hoc frœno compeſcunt. 587

§. VIII. Gehannali detruſis in carcera amariſſimum obtinget volaticæ mundi adhæſiſſe voluptatulæ, & per lethalem noxam ſe à ſummo Bono avertiſſe. 590

§. IX. Unica Protoplaſtorum noxa homines fecit interitoi obnoxios, quos gratia immortales effecit; & ad gehannæ traxit ſupplicia, quos innocentia ad perennem felicitatam partraxit. 693

§. X. Lethalis noxæ malitia æternas ſecum gehennæ pœnas trahit padiſſequas.

Neque impij lachrymas inter cruciatus elicient, quibus patrata ſcelera eluant. 6,6.

§. XI. ideo ſera eſt morum emendatio, quia nonniſi perfunctoria eſt gehennalium ſuppliciorum meditatio; quæ vix timorem nobis oſcitantibus incutit. 599

DISSERTATIO XXIV. Inſoleſcit audacia proprijs plus æquo fidens viribus; & niſi coërceatur, non ſolùm diſcrimina adit, ſed etiam in ſcelera proruit. 603

§. I. Malorum tolerantia niſi fœtus ſit virtutis, nullam induit honeſtatem, nec animi prodit ſublimitatem, ſed vanam, & ingloriam ſubindicat temeritatem, 503

§. II. Audacia affectus eſt appetitûs iraſcentis, fertúrque in bonum periculis circumſeptum, ac obtentu difficile. 507

§. III. Non militum numerus, nec audax aggreſſus, ſed bellica, & maſcula virtus victrices palmas colligit. Audacia timiditatem prodit, ac poſillanimitatem. 609

§. IV. Virtuti datur, ac fortitudini, non temeritati, & audaciæ Judithæ facinos, dum caſtra ingreſſa Aſſyriorum Bethuliam obſidientium, caput amputavit Holophernis. Ubi virtus hoſtem aggreditur, divina præmunitur ope, quâ palmas colligit victrices. 613

§. V. Viro forti DEI timore audaciam coërcenti, ſi corpus vulneribus frangitur, animi integritas non læditur: nec adverſa ſunt exitio, ſed virtutis exercitio, 617

§. VI. In id temeritatis devenit inconſolta audacia, ut ea adoriatur, quorum aſſecutioni vires non ſuppetunt, factu ſunt impoſſibilia; & cœno cœlum laceſſat, ut expugnare adnitatur. 620

§. VII. Inanis eſt, & vacua ea gloriola, quàm viri audaces per vitæ diſcrimina ſuperatu difficilia nituntur aucupari; non poſteritas eam fovet, ſed oblivio delet, licèt inchoato propoſito pervicaciter inhæſerint. 622

DISSERTATIO XXV. Viri fortes deprædicantur, non qui audaces vitæ diſcrimina adeunt, ſed qui virtutum culturâ florentes, pravos quóſque inſurgentes affectus compeſcunt. 625

§. I. Is præ cæteris habetur ſtrenuus, non qui præ reliquis audet, ſed qui præ alijs fortitudine pollet, & exculta virtute floret. 625

§. II. Timiditas plura intrepidè audet; ut larvâ fucatæ fortitudinis propriæ ignaviæ contegat turpitudinem. 628

§. III. Audax eſt commercium viri etiam caſtitatis cultoris, ac virtutum addicti ſtudiis cum fœmina; & niſi coërceatur interitui præludit pudicitiæ. 630

§. IV. Audaces voces Roboamum perdidère, qui plures ideo timuit, quia à pluribus timeri voluit: exitialis ſemper temerè audentibus fuit audacia. 631

§. V. Supra vires, qui audent vanitatis caligine, ac ſuperbiæ nebulis plerúmque offuſi, quò ſit eundum, non vident, & cæca ducti audaciâ luctuoſam in cladem miſerè trahuntur. 634

§. VI. Alijs, qui præeſt, tunc propriam tuetur authoritatem, cùm nil temerè audet: ſed exaſperatos animos blando ſatagit lenire ſermone. 638

§. VII. Temerè audax eſt, qui Numinis templum ingreſſurus ad omnem ſe modeſtiam non componit; ídque agit, vel cogitat, quod loci non congruit ſanctitati, & reverentiam non redolet DEO debitam. 640

§. VIII. Auſui datur temerario indulgere ſomno in loco Numini ſacro, ubi preces ſunt fundendæ, & DEUS ſubmiſsâ cervice colendus. Sed qui ad exercitia virtutum pavidi ſumus, in ſcelera audaces proruimus. 643

§. IX. Dignitati inhiantibus plerumque audacia ſuffragatur; & non meritorum dignitas gradum præripit honoris, ſed intruſionis pertinacia. 648

§. X. Laborant audaces cæcitate, ut quo tempore vitijs indulgent; ſuppetias ſibi dari expoſcant à DEO, quem ſceleribus laceſſunt. 650

DISSERTATIO XXVI. Iræ tyrannicus affectus, niſi coërceatur, diſſidiorum eſt fomes, & exeidium accerſit. 654

§. I. Nullus eſt in homine affectus irâ pernicioſior, quique fœdiùs hominem devenuſtet, quem ab homine ſtatim dejicit; & in Megeram turpi metamorphoſi recudit ab Erebo emerſam. 654

§. II. Corpore, & animo imbecilles, qui ſe facilè ab alijs contemni arbitrantur, proniores ſunt ad iram, quæ tamen character videtur eſſe impotentiæ. 657

§. III. Ira viri potentis obvia quæque diſrumpens obſtacula, infringénsque repagula; nonniſi hominum cædes, urbium clades, & populorum exitia molitur. 661

§. IV. Adeo truculentum eſt ira monſtrum, ut huic affectui coërcendo pares non ſint creaturæ vires; ſed DEI omnipotentis requiratur manus auxiliatrix. 664

§. V. Præ cæteris animi ægritudinibus nocentior eſt ira, cujus æſtus hominem devenuſtat, lumen extinguit rationis, prudentiam eliminat, & omnem abigit decorem. 666

§. VI. Adeò noxia eſt iræ malignitas, ut non alijs tantùm, ſed & ſibi ipſi adverſetur, ſitque ſibi abominationi; ideò coërcenda eſt, ne in exitium nos trahat. 669

DISSERTATIO XXVII. Adeo grave eſt ira ſcelus, ut divino mulctetur judicio, niſi ejus pronitas ad vindictam illicò compeſcatur. 672

§. I. Nil ira Reipublicæ nocentius, exitiales ſunt ejus motus, qui niſi coërceantur, diſſidia excitant, odia fovent, tumultus evocant, flammáſque accendunt exitiales. 672

§. II Illatæ injuriæ defenſio iraſcentem magis exaſperat, & inflictum vulnus acriùs refricat: huic medendo, lingua gratioſa, & verba blanda opportunum ſuppeditant pharmacum. 674

§. III. Id iraria cognatum eſt, ex quavis levicula ſuſpicionum conjectura in alios cauſam refundere indignationis, & mente proterva ſuis adhæreſcere ſuſpicionibus. 676

§. IV. Iræ ingenium eſt mentem turbare, lumen excutere rationis, & nullâ ſuppetente cauſâ, vanóque, vel levi prætextu debacchari truculentiùs in imbecilliores. 680

§. V. Ira doloris origo, calamitatis parens, ignominiæ initium exitiale cordis incendium, quia in præpotentes ſævire nequit, imbecilles ferire ſatagit. 683

§. VI. Adeo noxium eſt iræ poculum, ut judicium, mentémque exiccet eorum, qui illud hauriunt, & exiccant irâ ebrij. 685

§. VII. Ira exitialis ſuo igne, quò ſuccenditur, & furit, vinculum fœderis, amoriſque conjugalis diſrumpit, incendit, abſumit. 688

§. VIII. Sicut dementis, ac dejecti ab uſu rationis eſt cum ſuperiore contendere, ita puſilli, ac infirmi inferioribus iraſci. 691

§. IX. Verba blanda, & oratio mollis plurimum habent efficaciæ ad animos irâ exaſperatos leniendos: & prudentis eſt principis etiam cum laudabili propriæ authoritatis detrimento ſubditorum iracundiam ſilentio, & diſſimulatione compeſcere. 693

§. X. Morbis animi curandis, præſertim iræ plura exhibentur alexipharmaca; quibus iraſcens æſtus ſopit, quibus excandeſcit, & priſtinæ reſtituitur manſuetudini. 697

DISSERTATIO XXVIII. Is rectè incedit, qui ſpem inter, & metum ritè procedit. 703

§. I. Extrema quæque in animi præſertim iraſcentis, non coërcitis affectibus, nonniſi perniciem ſpondent, & exitium ſecum trahunt. 703

§. II. Virtus medio gaudet, omnémque corrigit obliquitatem, ne ad extrema deflectat; & ita ſpe alitur, ut metu corripiatur, ac tuta ſpem inter, & metum procedat. 705

§. III. Quod vireſcit ſpei germen, niſi gelidi, ac nebuloſi timoris imbre rigetur, illicò exareſcit, fitque ſuppliciorum incitamentum, quod doloris erat lenimentum. 708

§. IV. Plena eſt periculis ſpes, ac diſcriminibus cincta, niſi ſacro timori conſocietur. Is probè agit, qui ſperans, nunquam metum à ſe abigit. 712

§ V. Quodvis excidij periculum, ac imminens ſupplicij diſcrimen tutus declinat, qui ſpem inter, & metum incedit, & hoc gemino ſuffultus fulcro ſtat intrepidus. 715

§. VI. Non deſperet peccator licèt multiplici noxarum pondere preſſus, ſed reſipiſcens ita ſperet in DEI miſeratione, ut ejus non obliviſcatur juſtitiæ, quam timeat. 718

§. VII. Si miſericordia in DEO floret, juſtitia viget; illa in ſpem erigit; hæc timorem incutit, quò diſcamus ita ſperare in DEO miſerente; ut eundem timeamus punientem. 721

DISSERTATIO XXIX. Securitas, quæ ſoli ſpei innixa timore deſtituitur, iners eſt, ac infida, lapſui obnoxia. 725

§. I. Ille ſtat tutus, qui gemino innixus fulcro ſpei, & timoris, ſatagit lachrymis contractas conſcientiæ ſordes abſtergere. 725

§. II. Spes veniæ impetrandæ niſi amico, & indiſſolubili fœdere timori conſocietur, in temeritatem degenerat præſumptionis: nec timor à contubernio ſpei eſt excludendus, ne deſperationem ſuggerat. 728

§. III. Timor DEI eſt, quem charitas concipit, Religio parit, Fides excipit in cunabulis, Sapientia lactat, Virtus ad provectam perducit ætatem, & cui ſpes DEO innixa nubit. 732

§. IV. Niſi frœno timoris DEI pravi, qui in nobis inſurgunt affectus, coërceantur, & ſpe cœleſtis gloriæ portum appellendi mentem erigamus ad DEUM, procellam cient, ac turbulentioribus ſuis motibus omnia ſus deque in nobis vertunt, nóſque evertunt. 736

§. V. Quos DEUS ſuæ gratiæ illicio in ſpem erigit, ærumnis, & adverſitatibus deprimit; ut ita ſperent erecti, ut ſimul timeant depreſſi, ac tuti incedant ſpem inter, & timorem. 739

§. VI. Qui frœno timoris DEI pravos quóſque non aſſueſcit, cùm vivit, compeſcere affectus, nec moriens eorum impetus coërcet. 741

§ VII. Spes, quæ ſcelera non abigit, ad præſumendum adigit; & timor ſpei non confœderatus deſperationem ſuggerit: ſalutem verò ingerit ſpei aſſociatus. 747

§. III.

2.1.95 IX

R.P.D. CAJETANI FELICIS VERANI

Clerici Regularis.

DE

HUMANIS AFFECTIBUS CIENDIS, & COËRCENDIS

IN

ANIMO IRASCENTE PROOEMIUM.

EGimus de affectibus lenioribus, qui ab appetitu concupiſcibili, perindeac rivuli ſuo è fonte ſcaturiunt, fluúntque abſque ingenti tumultu, ſine obſtrepente colliſione: ſequitur nunc tractatio de turbulentioribus, qui acriori impetu ab animo erumpentes iraſcente Megeras videntur imitari tedarum flammas agitantes. Id intereſt diſcriminis utróſque inter affectus lenes, & violentos; quia illi ſedato curſu fluunt, & ſuaviter influunt; hi violento impetu vibrantur, & pleno niſu exiliunt: illi intra moderationis limites continentur; excurrunt iſti toto impetu nullis coërciti frœnis, nulliſque detenti repagulis: hinc longè operoſius eſt hos ciere, & coërcere; non enim cujusvis eſt Oratoris affectus præſertim vehementes, ac intenſos excitare, vel excitatos coërcere: id enim ſpeciale donum Dei; cujus ut in ſenſus, ita & in mentes hominum plenum, diſpoticúmque eſt imperium. Hinc longè diſpar eſt Dei, & hominum ratio inciendis, coërcendíſque humanis affectibus: Deus enim per ſimplicem in hominum mentes illapſum cor excitat, vel comprimit, flectítque eorundem voluntatem, prout magis libuerit. Oratores verò alie-

na indigent ope ad id præſtandum: niſi enim divino fuerint auxilio ſuffulti, fruſtra verborum ſtrepitu adſtantium aures diverberant; cum intimum minimè pulſent, tangántque animum: Deus ſine verborum tumultu, ſine obſtrepentibus vocibus, absque omni murmure intimiora humani cordis pervadit penetralia; mentiſque abſtruſiores ſenſus penetrat, hominéſque forti, ſuavíque illapſu trahit, retrahítque. Hæcque fuit Chriſti Servatoris ratio efficax in hominibus ad ſalutem promovendis: cum enim divini unctione Spiritûs intimos perfunderet animos, fortiùs, ac efficaciùs unicâ voculâ hominum cœtus movebat, promovebátque; quàm inſigniores Oratores ſexcentis verborum voluminibus. Iisdem præſidijs innixi Apoſtoli easdem permotiones mediante ope divini Spiritus animis intulerunt, quas nulla unquam lenocinantis facundiæ ratio elicuiſſet. Hæc igitur prima lex eſt ad probos motus in hominum pectoribus excitandos; divinam ad id opem enixim expoſcere; quò enim plus cum Deo habuerint Oratores commercij; eò in affectibus excitandis fient validiores; Dei ſiquidem digitus eſt, qui cor tangit hominis, movétque animum. Ex humanis verò præſidijs primum, & omnium validiſſimum eſt, ſi Orator ſimiles in ſe affectus excitet, quos ciere nititur in alijs: quos enim habet, quis in ſe permotos affectus, hos faciliùs in aliorum pectora transfundit. Unde ardere Oratorem neceſsè eſt, ſi velit alios incendere; vel mœrore contabeſcere, ſi cæteros mœſtos velit: nil fortiùs movet animos, quàm ratio ſimilitudinis; vim huic dixeris ineſſe magneticam flexibilibus animis movendis, trahendíſque accommodatam: hæcque ratio, cur nonnulli etiam natione, locíſque diſſitis in primis illicò congreſſibus, quamvis ſe ſe nunquam cognoverint, ſtatim ad benevolentiam, arctiorem conjunctionem, amicitiámque ineundam ſentiant ſe allici: imprimit enim natura ab ipſis primordijs, ſicut corporibus, ita & certis animis veſtigia quædam ſimilitudinis, quâ tenaciùs ſibi mutuò adhæreſcunt, ídque de Theagene, & Chariclea recenſet Heliodorus *lib. 3. Æthiop.* qui ubi primùm ſibi obviârunt, mutuâ ſenſerunt ſe benevolentiâ affici, & amore devinciri, quod pluribus motibus, varióque colore extima vultûs prodidit ſpecies; ſolent per vultum animi affectus foras proſilire.

DIS.

DISSERTATIO I.

Donantur explicatu Affectus animi iraſcentis, & expenduntur eorum cauſæ, effectus, & alexipharmaca.

§. I.

De Spe, ejúsque cauſis, effectibus, ac remedijs.

1. Hic ille affectunm blandiſſimus in animum cujusvis irrepeus hominis, quem ſuaviter demulcet; cujus miſeri deliniti blanditijs recreantur, languentes excitantur, animo dejecti eriguntur, triſtes lætantur; lugentes exſiccant lachrymas, & frigidi incaleſcuut. Exhibet oculis hunc animi affectum, ſeu ſpem, puella ore jucunda, froute blanda, aſpectu læta, cujus genæ nativum liliorum, ac roſarum referunt ſplendorem; labra ſubtilia, tenuſque diſtincta interſtitio purpuram vincnut coralliorum; ſupercilia puriſſima nigredine pinguntur, diſparata inter ſe æquabili meditullio; naſus eſt illi rectus, ac tenuitati adæquatus labiorum; oculi ampli flagrantes, paróque ſuffecti lumine; coma ſuo ingenio ſuſa ſimilis criſpitudine Hyacintino flori; reliquum corpus quale ipſæ Gratiæ effingerent ſibi ſimile; ſtatura procera, veſtu elegans, & translucida aptata membrorum conformationi, cujus extremitatem læva manu elevat, dextrâ triſolium tenet; cubito hæret anchoræ, quæ vetus eſt ſpei hieroglyphicum, quia ſicut hæc navim; ita ſpes animum firmat. Háucque priſci Ethnici finxêre Deam blandam, animoſam, credulam, flecti facilem, naturæ cuſtodem, virtutum genitricem, religionis nutricem, juſtitiæ conſortem, nativitatis inventricem, facultatis iraſcibilis primogenitam, omnibus obviantem, nulli ſe negantem. Eſt ſpes, quæ ſingulis ſe immiſcet negotija, neque ab ullo expelli poteſt; ſed ipſa duntaxat ſe ſe ſenſim eripit; inopinis eventibus ſæpe eluſa couſumitur, & cum ſemel abjerit, haud facilè revertitur. Gaudet ſileutio, gloriatur conſtantiâ, delectatur eventu; morâ torquetur, libenter ſuſtinet, nunquam conqueritur. Contrariorum difficultates ſuperat, fortunæ non timet minas, inacceſſa aſſequitur. Germana eſt lætitiæ, ſoror deſiderij, amica eloquentiæ; ſiquidem jucundiſſima eſt ſpei perſuaſio, nilque ferè adeò leve, ac minutum, quod auxeſi non extollat; nil tam arduum, quod non explanet.

Eſt ſpes, ſi ejus ſpectemus naturam iraſcentis animi motus tendens in bonum abſens, arduum, ac difficile, ad quod tamen obtinendum nobis ſuppetunt vires, ut docet Ariſtoteles: hinc teſte Floro, magnæ indolis ſignum eſt ſemper ſperare, quia ferri in ardua generoſum prodit animum; ut etiam appetere excellens bonum cum fiducia obtinendi; quæque ejus ſufflaminant aſſecutionem obſtantia ſuperare: hinc S. Bernar in Pſal. *qui habitat:* ait: *ſi mihi præmia promittuntur per te obtinenda, ſperabo: ſi inſurgant adverſum me prælia, ſi ſæviat mundus, ſi fremat malignus, ſi ipſa caro adverſus ſpiritum concupiſcat, in te ſperabo.* 2.

Lib. 2 Rhetoric cap 5.
Lib 4. cap. 8.
Sermon. 9. in Pſal.

Objectum ſpei quatuor habet conditiones, súntque bonum, arduum, futurum, poſſibile. Appetit enim ſpes bonum, ſeu couſentaneum ſperanti, futurum, ſeu abſens, quia quæ adſunt, & poſſidemus non ſperamus; ſed de ijsdem gaudemus; arduum, per quod ab objecto diſcriminatur deſiderij; & poſſibile, quia quod aſſequi pro nullo eventu valemus, & illud cognoſcimus impoſſibile, non ſperamus. Arduitas tamen, quâ objectum ſpei differt ab objecto deſiderij, non eſt, quæ objecto inſidet ſperato, plura enim ſunt obtentu facilia, quæ nihilominus caduut ſub ſpem; ſperamus ſiquidem reditum ſamuli aliò dimiſſi, qui facilis eſt; ſed arduitas deſumitur eum habitudine ad aliam perſonam ſuperiorem, & nobis potentiorem, à qua res ſperata dependeat, & penes quam ſtet præſtare, quod ſperamus, vel illud idem impedire; quia ſi res, quam ſperamus, à noſtra duntaxat penderet poteſtate, poſſe- 3.

mus eam ex nobis ipſis ſtatim comparare abſque ullo metu eam non obtinendi ; propterea non eſſet, cur eam ſperaremus, quia à nobis ipſis dependeret eam habere : Quamobrem arduitas, quæ objectum ſpei concomitatur, debet intelligi cum habitudine ad alienam voluntatem, quæ reddit rem ex ſe difficilem, & arduam, non tam ratione operæ, & laboris, cum perſæpe res, quæ ſperatur nullum fermè exigat laborem ; quàm ratione alienæ voluntatis, à qua dependet, quia cum aliena voluntas libera ſit, & à nemine infra Deum adigi poſſit, ut velit, quod non vult ; ideo reddit executionem dubiam, ac difficilem alteri, qui rem illam ſperat.

4. Neque obſtat, Dominum perſæpe ſperare à famulo aliquod ſervitium ſibi præſtandum ; tametſi famulus non ſit hero ſuperior, neque illo potentior. Quia licèt famulus ſub ea præciſa ratione, quâ eſt famulus, non ſit hero ſuperior, nec potentior ; ſub alia tamen ratione, quâ aliquid ab illo quæritur, ſperatúrque à Domino, eſt ſuperior, ac potentior ; quatenus habet jus in proprium ſuum actum, neq; poteſt ab ullo adigi, ſi obſirmare ſe velit adverſus cujuſcunque imperium ; firmitérque ſibi proponat, nolle tale ſervitium præſtare : unde rectè dicitur herus aliquid à famulo ſperare, licèt arduitas, quæ concomitatur objectum ſpei intelligatur cum habitudine ad aliam perſonam ſuperiorem, nobíſque potentiorem ; à qua res ſperata dependeat, quæque poſſit nobis eam præſtare, vel nobis impedire ejus conſecutionem.

5. Neque ſequitur, fore, ut Deus habeat affectum ſpei de pluribus bonis operibus, quorum executio à noſtro dependet arbitrio, eò quia poſſit Deus perinde ſperare à libero noſtro arbitrio executionem talium operum ; ſicut herus poteſt ſperare à famulo, quòd ſit ei præſtiturus tale ſervitium. Id enim non ſequitur, quia à Deo removendus eſt affectus ſpei, cum non poſſit ei quidquam obtingere arduum, ac difficile. Summa enim ſuavitate, ac ſapientiâ diſponit, flectítque libertatem noſtram, eam præveniendo auxilijs congruis, eámque conſtituendo in talibus circumſtantijs, ut manente illæſo libero arbitrio, voluntas id liberè præſtet, quod Deus vult ; ſitque propterea Deus certiſſimus de executione infallibili : ſecus herus nequit ita diſponere famuli voluntatem, nec eam adigere, ut illi tale præſtet ſervitium ; propterea poteſt herus aliquid à famulo ſperare ; non ita Deus à creaturis, quia Deus talibus auxilijs, ac benedictionibus dulcedinis noſtram prævenit voluntatem, ut hæc infallibiliter liberè velit, quod Deus vult ab ipſa. Præterea Deus ut ſupremus Dominus omnium creaturarum poteſt noſtram adigere voluntatem, adjunctâ etiam eidem neceſſitate ad id præſtandum, quòd ipſi magis lubet : non enim eſt ulla creatura, quæ poſſit obſiſtere Deo abſolutè, & antecedenter aliquid decernenti. Perſpicuum igitur eſt, non poſſe Deum dici ſperare aliquid per nos ponendum, vel efficiendum ; ſicut inter creaturas poteſt herus ſperare aliquod ſervitium à famulo ſibi præſtandum.

6. Præter hanc arduitatem cum habitudine ad aliam perſonam ſuperiorem, ac potentiorem nobis, à qua res ſperata dependet ; adhuc ad effectum ſpei requiritur connotatio futuritionis ; & credulitas, ſeu judicium, quo intellectus judicet, bonum, quod ſperat, poſſe obtineri ; tametſi cum labore, & niſu ; non enim ſperare poſſumus, quod certè ſcimus non eſſe futurum ; tametſi cognoſcamus eſſe poſſibile ; cognitio ſiquidem poſſibilitatis non ſufficit ad ciendum ſpei affectum ; ſed ulterius requiritur credulitas futuritionis rei ſperatæ ; unde D. Auguſtinus cap. 8. Enchir. *Spes nonniſi bonarum rerum eſt, nec niſi futurarum :* non quòd, quæ ſperamus, ſemper re ipſa ſint eventura ; plura enim ſperamus, quæ tamen ob interpoſitionem impedimentorum minimè obtinemus, nec ſunt futura ; ſed quatenus ea ſperamus, quæ meritò poſſumus arbitrari eventura, vel quia non habemus certam notitiam, quòd non ſint eventura ; alioquin ſi certò prænoſceremus, ea non eſſe eventura, tametſi eſſent abſolutè poſſibilia, non forent idoneum ſpei objectum ; quia exiſtimatio, quòd res nunquam futura ſit, æquivalet judicio, quo judicamus, rem eſſe impoſſibilem : & ſicut res impoſſibilis non ſperatur ; ita neque id, quod exiſtimamus, non eſſe futurum.

7. Bipartitur ſpes in irrationalem, quæ ſequitur notitiam ſenſitivam ; & rationalem, quæ pediſſequa eſt cognitionis potentiæ cogitativæ in homine, ſi ſpes ſit in appetitu ; vel cognitionis intellectivæ, ſi ſit in voluntate. Plura ſiquidem ſunt, quæ in ſpem ſolent humanam cadere, humanámque concupiſcentiam ; quæ propterea ad ſpem propriam hominis pertinent ; inque genus hocce rerum ſperandarum rectè retorſit Cicero. *O fallacem hominum ſpem ! fragilémque fortunam, & inanes noſtras contentiones ! quæ in medio ſpatio ſæpe franguntur, & corruunt :* & nihilominus hominem non reperies, quem ſpes aliqua non teneat, Thales ſciſcitatus, quid maximè commune eſſet hominibus ; ſpes, illico reſpondit ; hanc enim etiam illi habent, qui nihil habent. Hinc Rhodius quidam, ob intempeſtivam libertatem à Tyranno conjectus in caveam, in qua more nocentis beſtiæ alebatur ad cruciatum, & ignominiam,

Lib. 3. de Orat.

am-

amputatis naribus, & fœdata vulneribus facie; cum ab amicis admoneretur, ut inedia ſibi malorum finem quæreret: *cuncta*, reſpondit, *homini, quoad vivit, ſperanda ſunt.*

8. Spes hominis, alia eſt immoderata, quâ homo latiùs ſe extendit, quàm par ſit; non ſatis metiens propoſiti boni arduitatem, nec propriarum virium imbecillitatem; & hic animi motus propriè non eſt ſpes; ſed præſumptio, quatenus connotat immoderationem ſperandi, quæ in genere moris differt ſpecificè ab affectu ſpei; perinde ac unum extremum vitioſum à mediocritate honeſta. Alia eſt moderata, quâ homo ea duntaxat ſperat, quæ ſuas non excedunt vires; & ad eorundem aſſecutionem ſufficientia habet exteriora ſubſidia; hic motus propriè dicitur ſpes; ſi rei aſſecutio connotet arduitatem cum habitudine ad libertatem alterius.

9. Cauſæ ſpem cientes plures ſunt, quarum aliquæ communes ſunt cæteris affectibus proſecutivis, ut bonitas, & ejus cognitio; hæ tamen cauſæ nonniſi laxè dicuntur influere in ſpem, ſi ſumantur abſque alio adminiculo; quia propriè excitant amorem: unde falluntur, qui ad ſpei motus ciendos, ijs utuntur cauſis, quibus amor potiùs excitatur; quam ſpes fulciatur. Quòd enim res ſit bona, præclara, ſpectabilis, congrua, nil facit ad ſperandum, quamvis plurimas ingerat amoris faces. Cauſæ ſpei propriæ ſunt credulitas adeptionis, & opportuna ſubſidia rei obtinendæ. Non enim quis excitatur ad ſperandum, niſi eidem inſit credulitas adeptionis, eique ſuppeditentur media, quibus rem valeat ſperatam conſequi. Hinc quò ſubſidia cenſentur uberiora, & credulitas futuritionis fuerit major; eò ſpei motus excitatur uberior: ut è converſo, ſi credulitas futuritionis ſit perquàm tenuis, & ſubſidia pauca, tunc friget ſpes, & nonnunquam etiam extinguitur, ſi ob irritum ſæpe conatum intercludatur conſecutio rei ſperatæ. Subſidia, & adminicula ſunt, quæ ſpem excitant, & fulciunt, præſertim ſi ad rem obtinendam plurimum habeant roboris; cujuſmodi in genere ſunt, rem fieri commode poſſe; pluries factam fuiſſe in pari cauſa, cum iiſdem circumſtantijs temporis, loci, negotij, perſonarum. Dein per ſingula diſcurrens Orator exponit certa ad rei aſſecutionem præſidia, cujuſmodi eſſent, ad bellum ineundum, victoriámque deferendam, pecunia, quæ præcipuus eſt belli nervus, milites veterani pugnis aſſueti, arma, machinæ, commeatus, optimus Ducum delectus; hoſtium imbecillitas, inexperientia, timor; hiſce adminiculis non ſolum excitatur, ſed etiam creſcit ſpes victoriæ.

10. Plerumque ſpes excitatur ex ijs, quæ præceſſerunt difficiliora. Æneas apud Virgilium ſocios animo dejectos inter decumanos fluctus egregiè in ſpem erigit portûs ex gravioribus antehac ſuperatis procellis. Vocat eos ſocios laborum, ut ſe eis exæquaret; eóſque vult meminiſſe præteritorum, quæ præſentibus fuerunt graviora, ut de periculo conſoletur. Dein deſcribit Scyllam in obſcura quadam ſpelunca deliteſcentem, canibus ſuccinctam latrantibus, navéſque illuc trajicientes vorantem; & cyclopea ſaxa, quæ Cyclops in perniciem jecit Ulyſſis. Cumque omnia hæc jam pericula declinaverint, faciliùs in iiſdem ſpem excitat, fore, ut præſentia pericula minora evadant inquiens:

O Socij (neque enim ignari ſumus ante malorum)
O paſſi graviora: dabit Deus his quoque finem.
Vos & ſcyllæam rabiem, penitúsque ſonantes
Acceſtis ſcopulos; vos & Cyclopea Saxa
Experti; revocate animos, mæſtúmque timorem
Mittite: forſan & hæc olim meminiſſe juvabit.
Per varios caſus, per tot diſcrimina rerum
Tendimus in Latium, ſedes ubi fata quietas
Oſtendunt: illic fas regna reſurgere Troiæ.
Durate, & voſmet rebus ſervate ſecundis.

Virgilius excitat ſpem ex eo, quòd Minerva poſt raptum Palladium ſemper faverit Græcis. In fatis erat, ut Ilium non caperetur, quamdiu Palladium, ſeu quædam Minervæ effigies, quam de cœlo delapſam aiebant, in arce remaneret; & oſtendit invitum Numen jam eſſe ſublatum, ait: 11. 2. Æneid.

Omnis ſpes Danaum; & capit fiducia belli
Palladis auxilijs ſemper ſtetit: impius ex quo
Tydides, ſed enim ſcelerúmque inventor Ulyſſes,
Fatale aggreſſi ſacrato avellere Templo
Palladium, cæſis ſummæ cuſtodibus arcis,
Corripuêre ſacram effigiem, manibúsque cruentis
Virgineas auſi divæ contingere vittas:
Ex illo fluere, ac retro ſublapſa referri
Spes Danaum, fractæ vires averſa Deæ mens.

Agricola apud Tacitum ex priſtina virtute bellica, militum pugnandi deſiderio, ſiti gloriæ comparandæ, vi armorum, ac peritia pugnandi; & è contra ex Britannis jam dudum in bello ſuperatis, & victis; & ex eo, quòd qui è conflictu ſuperfuerunt, ſint homines timidi, imbelles, nullius pretij excitat 12.

citat in ſuis commilitonibus ſpem certam victoriæ. Placet hîc ſubjicere ejus orationem, quæ diſerta, elimata, & efficax eſt; ait: Octavus annus eſt, commilitones, ex quo virtute, & auſpicijs Imperij Romani, fide, atque opera veſtra, Britanniam viciſtis, tot expeditionibus, tot prælijs; ſeu fortitudine adverſus hoſtes, ſeu patientiâ, ac labore pene adverſus ipſam rerum naturam opus fuit: nec me militum, neque vos Ducis pœnituit. Ergo egreſſi; ego, veterum legatorum; vos, priorum exercituum terminos; finem Britanniæ, non fama, non rumore, ſed caſtris, & armis tenemus, inventa Britannia, & ſubacta. Equidem in agmine, quum vos paludes, montéſve, & flumina fatigarent, fortiſſimi cujúſque vocem audiebam: quando dabitur hoſtis? quando acies? Veniant è latebris ſuis extruſi: en vota, virtúſque in aperto, omniáque prona victoribus, atque eadem victis adverſa. Nam ut ſuperâſſe tantum itineris, ſylvas evaſiſſe, tranſiiſſe æſtuaria, pulchrum, ac decorum in frontem; ita fugientibus periculoſiſſima, quæ hodie proſperrima ſunt. Neque enim nobis, aut locorum eadem notitia eſt, aut commeatuum eadem abundantia: ſed manus, & arma; & in his, omnia. Quod ad me attinet, jam pridem mihi decretum, neque exercitûs, neque Ducis terga tuta eſſe: Proinde & *honeſta mors turpi vitâ potior*, & incolumitas, ac decus eodem loco ſita ſunt, *Nec inglorium fuerit in ipſo terrarum, ac naturæ fine cecidiſſe*. Si novæ gentes, atque ignota acies conſtitiſſet, aliorum exercituum exemplis vos hortarer: nunc veſtra decora recenſete, veſtros oculos interrogate, ij ſunt, quos proximo anno unam legionem furto noctis aggreſſos, clamore debellaſtis, ij cæterorum Britannorum fugaciſſimi, ideóque tamdiu ſuperſtites. Quomodo ſylvas, ſaltúſque penetrantibus, fortiſſimum quodque animal robore; pavida, & inertia ipſo agminis ſono pelluntur; ſic acerrimi Britannorum jam pridem ceciderunt: reliquus numerus eſt ignavorum, ac metuentium. Quos quot tandem inveniſtis, non reſtiterunt; ſed deprehenſi ſunt noviſſimi; ex extremo metu corpora defixêre in his veſtigijs, in quibus pulchram, & ſpectabilem victoriam ederetis. Tranſigite cum expeditionibus, *imponite quinquaginta annis magnum diem*.

13. Alexander Macedo apud Curtium à rebus ante geſtis, à diſſimulatis periculis; à facilitate ſuperandi res alioquin difficiles, à lenocinijs præmiorum ſpem in ſe, ſuiſque excitat occupandi arcem expugnatu difficillimam in Sogdianis, cui nomen Petra. Patebat arx in altitudinem ſtadia triginta, in orbem centum quinquaginta, utrinque ardua, exeſa, prærupta, rupibúſque vallata inacceſſis, nec ullis pervia callibus; unus qui ad cacumen ducebat aditus anguſtus, à præſidiarijs propugnabatur militibus. Obſederant ſiquidem Petram triginta hominum millia. Alexander obſtantia ſuperaturus naturæ, ac hoſtium, trecentos delegit juvenes exercitûs totius agilitate, levitate, ac dexteritate præſtantiſſimos; & quam non valuiſſet armorum vi expugnare arcem, dolo aggreſſus eſt, hoc uſus ſtratagemate ad præſidiarios milites eludendos. Juſſit trecentos expeditiſſimos conquiri juvenes exercitatæ pernicitatis; qui rem pecuariam priùs in montibus exercuerint, quàm fuerint militiam profeſſi; ac proinde aſſueverint in rupibus, ſaxíſque inſiſtere. Hoc enim juvenum delectu inſidias hoſtibus ſtruere parabat, terrorémque incutere. Rationem illis ad cacumen perveniendi aperuit, hortatúſque fuit, ut ſtrenuè rem aggrederentur; & contra difficultates omnes obvias luctarentur, ad quod addidit animos propoſitis præmijs; hiſce omnibus adjunctis, & adminiculis excitavit in ſe, ſuiſque ſpem occupandi arcem illam expugnatu difficillimam. Quia oratio Alexandri brevis eſt, & perſpicua operæ pretium duxi hîc illam attexere: alloquitur Magnus Macedo delectos Juvenes inquiens: Vobiſcum ô juvenes, & mei æquales urbium invictarum ante munimenta ſuperavi, montium juga perenni nive obruta emenſus ſum; anguſtias Ciliciæ intravi, Indiæ ſine laſſitudine frigoris vim perpeſſus ſum, & mei documenta vobis dedi, & veſtra habeo. Petra quam videtis, unum aditum habet, quem Barbari obſident, cætera negligunt. Nullæ vigiliæ ſunt, niſi quæ caſtra noſtra ſpectant. Invenietis viam, ſi ſolerter rimati fueritis aditus ferentes ad cacumen. *Nihil tam altè natura conſtituit, quò virtus non poſſit eniti*. Experiendo, quæ cæteri deſperaverunt, habemus Aſiam in poteſtate. Evadite in cacumen, quod cum ceperitis, candidis velis mihi ſignum dabitis: ego copijs admotis hoſtem in nos à vobis convertam. Præmium erit ei, qui primus occupaverit verticem, talenta decem; uno minus accipiet, qui proximus ei venerit, eadémque ad decem homines ſervabitur portio. Certum habeo, vos non tam liberalitatem intueri meam, quàm voluntatem.

Crebra eſt ſpei excitatio per lenimenta præmij poſt exantlatos labores, poſt tolerata ſupplicia: qua ratione inducitur S. Symphoroſa Tiburtina Getulij Martyris uxor ſuos alloquens ſeptem filios ab Adriano Principe ad extremum damnatos ſupplicium, in ijsdémque excitans ſpem futuræ gloriæ. Euge filij, euge viſcera cordis mei, euge legis patriæ decus, ac Religionis ornamentum, fortiter tolerate, ſi vulnera Tyrannus infliget, citiùs ſpiritus triumpho illuſtris per purpureos hiatus ad cœleſte avolabit Capitolium; ſanguinem, ſi fundet, palmas irrigabit, eò nobiliores, quò madidæ veſtro cruore; plúſque è vulneribus fluet gloriæ, 14.

gloriæ, quàm ſanguinis; imò ipſa vulnera virtutis erunt emblemata, quæ veſtram poſteritati commendabunt fortitudinem. Nil vereamini filij, paucarum horarum ſupplicium æternæ vos pariet felicitati. Inconcuſſa pectoris firmitate tormenta ſuſtineamus: ego inter mulieres ero beata, & vos inter adoleſcentes mecum feliciſſimi. Non vos angat matris deſiderium, hoc vobis polliceor, neutiquam vos deſeram. Vos ſequar in ſupplicijs, ut mecum gaudeatis in triumpho. Ad noctis caliginem diei ſuccedit ſplendor; & ad Inridam, & ſqualidam hyemem ridentibus coronata floribus verna temperies. Areſcent lacrymæ, & in gemmeos concreſcent uniones. Vocem turturis audiam, & Cytharam non ampliùs impellam ad luctum. Adjutor noſter eſt Deus, cujus nomen contra Tyranni invaſiones eſt clypeus, ictus omnes retondens. Ille proteget; ille nos ſalvabit, qui Noëmo naufrago cum cœlum liqueſceret in pluvias in Armeniorum montium editioribus jugis pietate permotus portum aperuit; qui Iſraelis popolum ſuper flumina Babylonis ſuſpenſis in ſalicibus amaritudinis, ac mœroris, lætitiæ, ac jucunditatis inſtrumentis haud fruſtra gementem, per diſciſſi æquoris ſicca veſtigia ad ſpecioſa perduxit terræ, quam eis ſpoponderat: in illius alarum tegmine nobis exoritur ſpes. Mare rubrum effuſi ſanguinis, ſi non exſiccatis veſtigijs, ſiccis tamen oculis trajiciamus: quæ nobis terra promittitur, cœleſtis eſt patria, ubi divitiæ non lapſuræ nos manent. Si carbones Tyrannus ſubſternet, vernantes vobis erunt roſæ; ignem ſi accendet, prævia hac face tutior vobis ad gloriam via patebit: flammæ ſi vos cingent, illuſtriùs coronabunt; latera ſi Tyrannus cædet, profundóſque in eis ſolcos ſuffodiet, gloriæ ſemina in ijſdem virtus feret ſuccreſcentia in uberrimam cœleſtium fructuum meſſem: ſupplicia, & cruciatus ſi geminabit, germinabit ex ſciſſis, fractíſque corporibus roſarum læta ſoboles ad veſtras contexendas coronas; ad floridam veſtram felicitatem, quam ſperare jucundum eſt.

15. Galgacus apud Tacitum in vita Agriculæ miro artificio ab adjumentis ad ineundum bellum perneceſſarijs, terrorem ſuis incuſſum minuit, & fiduciam inſtillat: idque præſtiturus hoſtium vires minuit, & proprias exaggerat inquiens. Ne terreat vos vanus aſpectus, & auri fulgor, atque argenti, quod neque tangit, neque vulnerat; in ipſa hoſtium acie inveniemus noſtras manus, Agnoſcent Britanni ſuam cauſam; recordabuntur Galli priorem libertatem; deſerent illos cæteri Germani, tanquam nuper Uſipij reliquerunt. Nec quicquam ultra formidinis vacua caſtella, ſenum coloniæ, inter malè parentes, & injuſtè imperantes ægra municipia, & diſcordantia.

16. Effectus ſpei plures ſunt, & quidem inſignes, ſiquidem inter humanas rerum viciſſitudines, incommoda, infortunia, ſpes animum vacillantem munit, titubantem corroborat, cadentem erigit circa bona, vel inſtauranda ſi collapſa fuerint, vel recuperanda ſi amiſſa, ut innuit Seneca inquiens: *Neminem ab excitanda domo ruina deterruit;* 7. de Benef. cap. 31.
& cum Penates ignis aſſumpſit; fundamenta tepente adhuc area ponimus; & urbes hauſtas ſæpius eodem loco condimus. Adeo ad bonas ſpes pertinax eſt animus. Terra, marique humana opera ceſſarent, niſi malè cadentia iterum tentare libuiſſet.

Secundus ſpei effectus eſt ſtimulos animo adjicere, ut homo bonum proſequatur; 17.
ſi enim ſpes non ſtimularet, in otio torpeſcerent omnia; ad quid ſpes obtinendi honores, vel divitias cumulandi non impellit humana pectora? coluntur campi ſpe futuræ meſſis; maritantur colles vinetis ob ſperatam vindemiam. Spe lucri mercator varios quæſtus aggreditur. Nauclerus longè, latéque diffuſa trajicit maria; ambitioſus ſpe illectus honorum, aulas Principum frequentat, libertatem vendit, alijs ſe ſubjicit; Poëtam ridet, ut temulentum, cum cecinit: *Non bene pro toto libertas venditur auro.* Spe coronæ, ac præmij Athleta ſubit certamina; miles vitæ diſcrimina flocci facit, labores tolerat, pericula contemnit, fame, & ſiti premitur: ſpe felicitatis, qui virtutum ſunt ſtudijs addicti ad ſcientias animum applicant; adeout ſola ſpes homines ſtimulet ad omnes ſuſcipiendos labores propter bonum, quod inde ſperant.

Tertius ſpei effectus eſt labores ipſos lenire; 18.
etenim cum homo naturaliter labores declinet, incommoda fugiat, quietem amet, commodíſque adhæreſcat; ſola ſpes ipſum incitat ad labores ſuſcipiendos; quos etiam lenit ob bonum, quod inde ſperatur: ſiquidem ſine ſpe ſolum deſiderium torpet, vel torquet; quia ut rectè dixit Mamertinus: Panegyrica
Marcens cupiditatis flamma ſpei bonæ flatibus excitatur. oratione Juliani.
Difficultates itidem, quæ obverſantur, leni, ſuavi rei ſperatæ ſenſu, ſuperatu videntur faciliores: eſt ſiquidem ſpes univerſalis quidam ſapor, ſine quo omnia, quæ inter homines aguntur, deſiperent, ac amarceſcerent; hinc pulchrè Seneca vocat ſpem *ultimum rerum adverſarum ſolatium.*

Quartus effectus eſt lætitiam excitare, 19.
& alacritatem impertiri adverſus labores ſuperandos. Hinc S. Baſilius cauſam expendens, cur Spiritus ſanctus Beatitudinem propoſuerit initio Pſalterij, quô pleraque aſpera, & multa dura auditori erant homines, ait: fuiſſe, ut illis ſtatim bonum oſtenderetur æternum, ad quod ſpe aſſurgentes, omnem ex labore triſtitiam abigerent; omnem ex adverſitatibus mœrorem excuterent.

Poſtremus ſpei effectus eſt reddere ex- 20.
peditam operationem; quatenus ſpes animi excitat attentionem ad ejus exercitium: adeout ob ſpem præmij labor ipſe dulcis fiat;

& ſo.

& ſolatiom, quod moleſtum videbatur: pulchrè S. Baſilius expendens initium *Pſalmi primi. Beatus vir, qui non abijt in conſilio impiorum* ait: quia David per operis totius progreſſum fuerat tam multa admoniturus, quibus obeundis operoſiſſimi quique labores, ſudoréſque innumeri impenderentur ab ijs, qui deſudaturi erant in legitimo pietatis agone: hæc prævidens lucidiſſimis rationibus probat, horum exitum felicem, ac beatum fore, nt bonorum nobis repoſitorum ſpe invitati, non gravatè, aut moleſtè quidquid occurreret doloris, ac triſtitiæ perferamus. Sic enim & iter facientibus per aſpera quæque loca tædium relevat laboris ſpes certa propoſita commodioris hoſpitij: quòd maris periculo auſi ſint ſe committere mercatores, facit cupiditas parandarom mercium: & agricolis imminuit, ac ſuffuratur labores ſpes futuræ fertilitatis, ac ſecuturæ meſſis. Eam ob rem, qui noſtram omnium vitam in communem diſpenſat, ac moderatur eximios ille doctor SPIRITUS VERITATIS ſolerti Sapientia initio ſtatim mercedem ob oculos ponit, ut laboribus, dum in manibus ſunt, veluti jam transmiſſis tota mente ad bona, quæ in cœlis repoſita ſunt nobis, avidiùs properemus.

21. Coërcendæ verò ſpei Alexipharmaca, vel eidem componendæ ad amuſſim rectæ rationis plura ſolent exhiberi. Si ſpes remiſſior fuerit, quàm par ſit, tunc remedia ſpei erigendæ ducenda ſunt ex cauſis, & effectibus ſpei; oſtendenda tunc eſt boni ſperati magnitudo, excellentia, utilitas, ac facilitas illud adipiſcendi; licèt ſperans ſua plerumque experiatur vota nonnihil ſufflaminari. Quòd congruum ſit, ſibi perſuadere aſſecutionem boni ſperàti, ſi homo pro viribus nitatur media adhibere; neque ſinat animum frangi laborum aſſiduitate; vel metu impedimentorum detineri; eſt plerumque metus iſte vanus, ac propterea abjiciendus.

22. Quòd ſi è converſo ſpes erectior fuerit, qoàm par ſit, ac expediat; tunc coërcenda eſt, donec ad debitam reducatur mediocritatem juxta dictamina rectæ rationis mediante conſideratione periculorum occurrentium, difficultatúmque interponendarum; quibus pleromque areſcit ſpes; & multa, quæ credebantur eventura, minimè obtingunt; quapropter plures ſpes ſua fefellit. Quamobrem ſperandum quidem eſt, ſed juxta vires, quæ nobis ſuppeditantur; adeo ut quisque ſpem ſuam ita componat, ut non erigatur ſupra, quàm par ſit; neque dejiciatur infra, cadens animo ad obvias difficultates; ſed mediam percurrat viam.

23. Sin autem ſpes rerum fluxarum, ac bonorum, quæ corruptioni obnoxia ſnot ob diuturnitatem affligit animum; tunc remedium hujus ſpei eſt ſedulò perpendere; ſpem omnem vanam, & mendacem eſſe, ſi in Deo ſolo callocata non fuerit; cujus ſolo noto, quævis difficultas vincitur, omnis arduitas ceſſat, omne impedimentum evaneſcit. Juvat etiam frequenter admonere animum, ut quæcunque circa nos, & extra nos ſunt, aſpiciat, ut petitura, tenuique pendentia è filo: mortales nati ſumus, noſtram non debemus conditionem oblviſci; nihil nobis de hodierna die promittitur; nihil de hac hora. Inſtat ſemper à tergo mors erectâ ambabus manibus falce, ut noſtram metat vitam. Quid rei futuræ expectatione cruciamur? quid ſi protrahantur ſpes noſtræ, torquemur? Nihil ſperabimus ex mundi divitijs, honoribus, dignitatibus, commodis, ſi terrena omnia deſpiciamus, ut futilia; negligamus, ut fluxa, & labentia; contemnamus, ut fucata, & vacua; & ſolum Deum enixim amemus, extra quem nonniſi peritura, & caduca poſſumus ſperare. In ſolo Deo ſummo, & indeficiente Bono ſpes hominum collocentur. Illa tantùm eſt vera ſpes, quæ de vero, ac ſummo Bono ritè concipitur.

§. II.

De deſperatione, ejúsque cauſis, effectibus, & alexipharmacis.

Hic ille dejecti animi teterrimus affectus eſt inter mortis anteambulones haud poſtremus, qui omni bonæ rei ſpe deperdita, omnique probitate, ac lege calcata, ſe ſe effundit in omne genus nequitiæ. Eſt deſperatio fruſtratæ ſpei miſerrima ſoboles, quæ veſtitur luctu, paſcitur dolore, jacet in ſqualore, tenebris circumſepta, ſolitudini amica, furori cognata, ruinarum fœcunda parens. Imò plerumque perinde ac una ex bacchantibus Furijs ex Erebo armata facibus videtur erumpere; ubique ululat, mugit, deficit, obrigeſcit, dente mordet labia, ungue diſcerpit genas, pugnis tundit pectus, manu crines divellit, pede humum quatit; nonniſi excidia luget; rebúsque illacrymatur deſperatis ſive ſoluta, ſive ligata oratione, ut apud Virgilium Æneas exitium ineluctabile, cui nullum ampliùs remedium patet ob res deſperatas, enarrat. 24. *Æneid. 2.*

Venit ſumma dies, & ineluctabile tempus
Dardaniæ: fuimus Troës, fuit Ilium, & ingens
Gloria Teucrorum, ferus omnia Juppiter Argos
Tranſtulit: incenſa Danai dominantur in urbe:
Arduus armatos medijs in mœnibus aſtans
Fundit equus: victórque Sinon incendia miſcet.
Inſultans: portis alij bipatentibus adſunt:
Millia quot magnis, nunquam venêre Mycenis.
Obſedêre alij telis anguſta viarum

Oppo-

Google

Oppoſiti: ſtat ferri acies mucrone coruſco
Stricta, parata neci: vix primi prælia tentant
Portarum vigiles, & cæco Marte reſiſtunt.

Oſtendit per hypotipoſim ineluctabile fatum Dardaniæ, ſeu Troiæ, quod nemo poſſit eluctari, ut effugiat; témque deſperatam eſſe, commemorat fortunæ vices, dicens *fuimus Troes, fuit Ilium, & ingens gloria Teucrorum*; quaſi ob res deſperatas ampliùs non ſint, omniſque Troianorum ſit ſalus extincta; & conqueritur, Troianos à ſublimi fortuna in imum cecidiſſe extremæ calamitaris, & Jovem, quem vocat ferum, tranſtuliſſe imperium Troianorum, ad Græcos victores.

25. Deplorat hic affectus excidia, neces, clades, infortunia, calamitates; quibus nulla ſupereſt ultra ſpes melioris conditionis: Talis eſt deploratio mortis Eteonei venuſtiſſimi pueri apud Ariſtidem. O ſuaviſſime flos, quem gelidæ mortis pruina in primis matutini ſolis nitoribus decoxit! ô pulcherrime puer, qui cum legitimam ætatem non eſſes aſſequutus, illam tamen morum gravitate in levioribus annis ſuperâſti! nunc te exoptant quotquot te noverunt, & urbs tota, quæ maximam de te ſpem conceperat; & quam tu cum viveres exhilaraſti. Nunc quæ noctes, vel qui dies matri reſtant? quæ cum priùs ob felicem ſobolem commendaretur, nunc in ſqualore jacens deplorata infeliciſſimi partus eſt convicta? ô fulgidi oculorum orbes in perpetuum deinceps claudendi! ô caput antea feſtiviſſimum nunc in cinerem converſum! ô manus dilapſæ! ô pedes qualem dominum ferendo titubaſtis? ô te, & ſponſo recèns uſto miſerabiliorem, & coronis, quàm næniis aptiorem! qualem in hac ætatis temperie excitâſti luctûs intemperiem! qui priuſquam tibi Hymenæus caneretur, næniarum dicendarum tempus occupaſti? ô decorem venuſtiſſimum! ô vocem, quæ communiter Græcis creſcebat. At procemio recitato clauſit orationem, diſceſſit è vita, & vix delibatam lætitiam in luctûs vertit argumentum.

26. In deplorandis rerum excidiis execrandíſque eventibus tragicis ſolent exclamationes eſſe acriores, ut: ô dementiſſimi furoris belluam Hyrcanis tigribus prognatam ad latrocinium patriæ, peſtem regni, ad totius mundi perniciem natam, & ex omnium ſordium colluvie concretam! ô ultimum inferorum portentum! tu ſpes noſtras protriviſti, & unde ſperavimus fauſtiſſimam lucem, triſtiſſimam nobis caliginem objeciſti omni nocte tetriorem, omnique inferorum hiatu triſtiorem. Non eſt meum in tanta doloris acerbitate exclamare; opus eſſet vel ipſo Caci ore flammarum globos eructante, vel Thyeſtæ, aut Oedipi imprecationibus. O rem lugubrem! ô cœlum tam funeſti excidij aſpectu confuſum! ô terram tot lacrymis madidam, tanto ſanguine fœdam! res eſt acta, nulla illuceſcit ſpes extremum evadendi excidium.

Eſt igitur deſperatio iraſcentis animi ægritudo abſque ulla rerum expectatione meliorum, ut eam definit Cicero. Hinc ubi quis funditùs, radicitúſque perit, ita ut nullo pacto reſtitui poſſit; *piceæ ritu perditus* per parœmiam dicitur, actúmque de ipſo eſſe, dicuntúrque res ipſius ad reſtim deductæ. Opponitur deſperatio ſpei, quia ſi hâc animus erigitur, deſperatione corruit; ſi ſpe firmatur, deſperatione frangitur; ſi ſpe corroboratur, deſperatione deficit. Qualis verò ſit deſperatio actus, num proſecutivus, aut averſivus videtur dubium. Certum eſt, omnem actum appetitûs eſſe nolitionem, aut volitionem, & deſperantem non dici nolle bonum; cujus deſperat aſſecutionem: tantùm ſiquidem abeſt, eum averſari tale bonum, ut potiùs vehementiſſimè illud appetat, doleátque, quia cognoſcat ſibi præciſam omnem ſpem illud conſequendi, ac præcluſum omnem aditum ad illud perveniendi: quamobrem cum deſperatio habeat pro objecto bonum, quod dicitur quis deſperare, eſt actus volitionis, ac proſecutionis. Quòd ſi nonnunquam deſperatio eſt de malo declinando; tunc propriè non eſt de malo; ſed de mali evitatione, quæ eſt quid boni. 27. *Lib. 4. Tuſc. quæſt.*

28. Rurſus quia perſæpe explicamus deſperationem eſſe receſſum vitalem à bono ob ejus difficultatem, vel præcluſam, ac omnino impeditam futuritionem, videtur deſperatio eſſe receſſus, ac motus fugæ, omnis autem fuga habet pro objecto malum; unde deſperationis objectum videtur ſitum eſſe in malo. Has ob rationes videtur explicatu difficile; quid propriè ſit deſperatio; & in quo actu ſita.

29. Plerique opinantur, deſperationem eſſe judicium poſitivum in intellectu circa tale objectum, quod deſperans cognoſcit, ſe nunquam eſſe conſecuturum defectu mediorum; adeo ut poſito hoc poſitivo judicio, dicatur homo deſperare. Quòd ſi objicias, deſperationem opponi ſpei, & hanc minimè ſitam eſſe in actu intellectûs, reſpondent, eſſe diſcrimen; quia ad ſpem requiritur actus prævius intellectûs; & ulterius alius actus ſe habens conſecutivè, ſeu actus expectationis, qui manet in ſperante, non enim dicitur ſperare, qui judicat ſe perventurum ad boni alicujus aſſecutionem; ſi ad tale judicium non ſequatur alius actus in appetitu; ſecus ut quis dicatur deſperare ſatis eſt, ſi eliciat judicium liberè poſitum de futuritione nunquam ſecutura. Hoc tamen placitum ex eo rejiciendum puto; quia perſæpe deſperatio peccatum eſt lethale, quod neceſſariò ſupponit actum voluntatis, cujus liberum eſt exercitium. Præterea deſperans præter a-

ctum intellectûs, quo judicat ſibi impoſſibilem aſſecutionem boni, quod alioquin intenſiſſimè diligit, plurimum triſtatur de illa impoſſibilitate aſſecutionis boni propoſiti, adeout deſperatio ultra præfatum judicium exigat actum amoris circa bonum illud, cujus aſſecutionem judicat ſibi impoſſibilem; ſi enim homo impensè non diligeret, cuperétque tale bonum, minimè triſtaretur de impoſſibilitate ejus aſſecutionis: tametſi de iis, quæ homo, vel non cupit, vel flocci facit, non concipiatur triſtitia, licèt judicentur non eventura, vel etiam impoſſibilia: nemo enim ſanæ mentis triſtatur, eò quia verè judicet, ſe non poſſe volare: nihilominus ſi hujusmodi judicium cadat in rem, quam homo impensè diligit, ſemper nectitur cum triſtitia de talis boni amiſſione, vel impoſſibilitate aſſecutionis; ſitque eò triſtitia acrior, quò amor impenſior.

30. Deſperatio igitur præter judicium, quo intellectus judicat ſibi impoſſibilem aſſecutionem boni, exigit etiam in voluntate actum amoris, quo impensè diligit bonum illud, pro cujus carentia, & impoſſibilitate aſſecutionis triſtatur: triſtitia autem, quæ ſequitur ad tale judicium, & actum amoris, oritur ex nolitione: eatenus triſtamur, quia nolumus malum aliquod præſens: unde nolitio, in qua fundatur triſtitia torquens deſperantem eſt propriè ipſa deſperatio, non ſimpliciter; ſed quatenus connotat præcedens judicium intellectûs, & prævium actum amoris. Triſtitia enim potiùs ſe habet conſecutivè ad deſperationem; cum voluntas ideo triſtetur, quia non vult malum, quod experitur præſens; adeout nolitio præcedat triſtitiam, cujus eſt veluti cauſa. Hujus verò nolitionis objectum ſunt impedimenta omnia, quæ occurrunt, impediúntque conſecutionem boni concupiti: hujusmodi inventio obſtaculorum cum re ipſa habeatur, ſitque malum præſens, & ab intellectu judicetur ut tale; eò quia de facto prohibeat, ne unquam obtingat aſſecutio boni concupiti, eſt objectum nolitionis.

31. Putârim igitur, deſperationem utrumque actum includere proſecutionis, & fugæ; illum fundamentaliter, ſeu cauſaliter; hunc formaliter: & rurſus objectum deſperationis eſſe utrumque, ſcilicèt bonum, & malum; adeout malum, ſeu illa inventio impedimentorum ſit per ſe, & formaliter objectum deſperationis; ut hæc eſt actus fugæ: bonum verò, quod quis dicitur deſperare, ſit tantùm objectum per accidens, ac veluti materialiter, ut explicat D. Thomas *quæſt. 15.* tametſi deſperatio utrumque reſpiciat objectum; nihilominus denominatio deſperationis deſumitur potiùs ab ordine, quem deſperatio dicit ad bonum; quàm à malo, à quo recedit: quia ordo ad bonum in deſperatione eſt notior, quàm ordo ad malum; licèt hic ſecundus ordo principalior ſit in motu deſperationis.

32. Solet etiam deſperatio vocari voluntatis caſus, mentis fractio, animi deliquium, quia ſicut per ſpem animus erigitur, & aſſurgit; ita per deſperationem deficit, & cadit; unde deſperatio dicitur animi fractio, quatenus opponitur erectioni, quâ voluntas proſequitur bonum ſperatum, licèt circumvellitum aliqua arduitate: & ſicut erectio, quam ſpes includit, ſita dicitur in boni proſecutione; ita defectio, ſeu deliquium in deſperatione conſiſtit in actu averſivo. Dicitur hæc voluntatis defectio ejusdem deliquium, non eo pacto, quo amor excedens dicitur, defectionem invehere, animíque deliquium ratione abundantiæ boni propoſiti, quod cognoſcitur non poſſe exæquari per voluntatem, quæ non habet capacitatem excipendi totam illam dulcedinem, quam bonum introrſum alliciens profundit; ſed deliquium voluntatis deſperantis ita ſe habet; ut voluntas ex præcluſa boni futuritione, & præſuppoſito judicio de impoſſibilitate aſſecutionis boni propoſiti deficiat, concidat, frangatur: conſiſtit autem hujusmodi fractio, ſeu deliquium in ipſo actu averſivo, quo voluntas nollet impedimenta præcludentia boni futuritionem: cum hujusmodi bonum impensè moveat ad amorem; & voluntas exardens amore illud vellet, accedente poſtea judicio ex parte intellectûs de impoſſibilitate aſſecutionis talis boni ob impedimenta tum externa, tum interna præcludentia futuritionem talis boni, voluntas deficit ab amore illius boni, quod non poteſt conſequi; propterea cadit ab eodem amore, & frangitur, quia ſeparatur ab eodem, ac demum deliquium patitur, quia totaliter deficit ab illo amore, ac bono concupito; & quia hoc deliquium eſt receſſus à tali bono, ut non aſſequibili, eſt actus nolitionis, quo voluntas non vult impedimenta præcludentia boni futuritionem. Sicut navis plenis velis mare trajiciens, ſi in ſcopulos impingat, non ſolùm ejus curſus impeditur, verùm etiam frangitur, ac naufragium patitur: ita voluntas cum impensè, & toto niſu feratur in bonum, quod amat, ſi ei objiciantur impedimenta omnino præcludentia boni futuritionem frangitur, ac deliquium patitur.

33. Cauſæ inducentes deſperationem plures ſunt, tum ex parte impoſſibilitatis objecti, tum impedimentorum præcludentium boni concupiti futuritionem, tum æſtimationis impoſſibilitatis aſſecutionis; tum judicij ejusdem nunquam ſecuturæ. Sunt etiam plures aliæ cauſæ excitantes voluntatem ad deſperandum, ut propria inertia, abjectio animi, nimia difficultatum apprehenſio, vitioſa ſui diffidentia, defectus virium, ac induſtriæ, præſidiorum egeſtas, virium tenuitas, adverſarius præpotens, proprio non ſatisfeciſſe muneri, quo minus bonum poſſit deſperans aſſequi: hæc & alia id genus, cum apta ſint ad objectum

ſpei

ſpei excludendum, voluntatem infringunt, & facilè ad deſperandum inducunt. Turnus apud Virgilium ab omnibus ſibi præcluſis medijs obtinendi in prælio victoriam, pulchrè affectum excitat deſperationis inquiens:

Æneid. 10.

Omnipotens genitor tanto me crimine dignum
Duxiſti? & tales voluiſti expendere pœnas?
Quò feror? unde abij? quæ me fuga, quémve reducet?
Laurentéſque iterum muros, aut caſtra videbo?
Quid manus illa virûm, qui me, meáque arma ſecuti?
Quoſque (nefas) omnes infanda in morte reliqui?
Et nunc palantes video, gemitúmque cadentum
Accipio, quid agam? aut quæ jam ſatis ima dehiſcat
Terra mihi? vos ò potiùs miſereſcite venti:
In rupes, in ſaxa (volens, vos Turnus adoro)
Ferte ratem, ſævíſque vadis immittite Syrtes
Quo neque me Rutili, neque conſcia fama ſequatur.

Vocat crimen inhoneſtam fugam, ut invitam, minúſque gratam; & in tanta rerum permutatione, ac conſternatione quaſi ſui neſcius, nec ampliùs compos, hæret anceps, quò ferri debeat; deinde dolet ſibi infelicium vota ſublata; quia in medio mari optare ſibi non poteſt terræ hiatum, quo abſorbeatur; cupitque immitti ad læva vada Syrthium; vel ad mundi extrema, ubi nemo ſciat ipſum deſertorem eſſe, nec ulla fama ſuperſtes de ipſo maneat.

34. Signa deſperantis animi ſunt, furore ferri, labia quatere, dentes comprimere, pulſare pedibus humum, impalleſcere vultu, obrigere fronte, parum explanatis vocibus ſermonem prærumpere, titubare mente, crines diſcerpere, genas dilacerare; in minas prorumpere, voces edere inconditas. Virgilius *4. Æneid.* ab hiſce ſignis non minori elegantiâ, quàm emphaſi deſperantem deſcribit Didonem, poſtquam in primo ſplendentis auroræ appulſu ex ſpeculis, quas in ſua habuit Regia vidit ſecundis ventis, æquatiſque velis proſperè hoſtilem claſſem æquora trajicere; ſic grandiorem inflat tubam, canitque

4. Æneid.

Térque, quatérque manu pectus percuſſa Deorum,
Flaventéſque abſciſſa comas: Proh Juppiter, ibit
Hic (ait) & noſtris illuſerit advena regnis?
Non arma expedient? totáque ex urbe ſequentur?
Diripiéntque rates alij navalibus? ite,
Ferte citi flammas, date vela, impellite remos
Quid loquor? aut ubi ſum? quæ mentem inſania mutat?
Infelix Dido, nunc te Fata impia tangunt.

Reginam deſcribit ex deſperatione tundentem repetitis pluries ictibus regium, ac decorum pectus; atque ex doloris impatientia flaveſcentes evellentem capillos; tantámque venuſtam comam diſcerpentem. Tum furore percitam inducit perturbatè, ac inconditè loquentem; mox concitatè, nunc ſedatè; ac verba texere furore, imprecationibus, vaticinijs ex interrupto miſta 35.

Effectus deſperationis plures ſolent recenſeri, quorum præcipuus à ſanctis Patribus vocatur *gaudium Erebi*, eò quia deſperatio homines in gehennam detrudat; & mali Angeli gaudeant. Alij deſperationis effectus ſunt mœror, triſtitia, & angor; hi enim affectus eliciuntur ab animo deſperatione correpto, & ab ijſdem torquetur homo; ex eo, quòd deſperet poſſe bonum aſſequi concupitum: cum enim res minimè juxta vota fluant, ideo mœret homo, vehementérque triſtatur, & eò acrior eſt mœror, quò amor circa rem concupitam erat impenſior. Numeratur itidem inter effectus Deſperationis abjectio mediorum, & retorſio voluntatis plerumque in contrariam partem: contingit non rarò, eos, qui de æterna ſalute deſperant, in cœno turpitudinum, ac peccatorum miſerè torpeſcere, ac perinde ut ſues volutari; quò ſpectat illud Apoſtoli de quibuſdam, qui deſperantes tradiderunt ſe ipſos impudicitiæ, de quibus Auguſtinus ait: *Quidam in peccata prolapſi deſperatione plus pereunt; nec ſolùm pœnitendi negligunt medicinam, ſed ad explenda inhoneſta, & nefaria deſideria, ſervi libidinum, & ſceleratarum cupiditatum fiunt, quaſi perdant, ſi non fecerint, quod inſtigat libido, cum eos jam maneat certa damnatio.* 36.

Lib. de nat. & gratia cap. 35.

Sunt etiam effectus deſperationis, infauſtis ſucceſſibus deterreri, irrationabili corripi metu, langueſcere, operari lentè, audaciâ deſtitui, arbitrio ſe demittere fortunæ, maledicere, conviciari, non poſſe diſſimulare, pericula reminiſci, contemnere honores, mortem ſibi parare; vel concupiſcere, ut apud Virgilium: 37.

9. Æneid.

Heu terra ignota, canibus data præda latinis,
Alitibúſque jaces: nec te tua funera mater
Produxi, preſſive oculos, aut vulnera lavi,
Veſte tegens: tibi quam noctes feſtina, diéſque

 Urge-

Digitized by Google

Urgebam, & tela curas ſolabar aniles.
Quò ſequar? aut quæ nunc artus, avulſáque membra,
Et funus Lacerum tellus habet? hoc mihi de Te
Nate refers? hoc ſum terráque, maríque ſequuta?
Figite me, ſi qua eſt pietas: in me omnia tela
Conjicite, ô Rutili: me primam abſumite ferro.

Hoc eſt: ſi qua eſt pietas in occidendo in me probetur: ſiquidem ex deſperatione ſatiùs cenſuit mortis ſubire fata, quàm vitam ſuperſtitem ducere. Eſt etiam nonnunquam effectus deſperationis felix aliquis exitus; ſiquidem ſæpe ipſis ad deſperationem adactis erigitur animus; & in extremis verſantes colligunt vires, & ſubinde tanto niſu ultimam illam calamitatem detrudunt, ut irruentes in hoſtes, licèt numero potentiores illos frangant, profligent, vincant. Addit animos ultima deſperatio; audendo ſperari victoria poteſt, aut mors ſtrenuo viro digna; cadendo, & cedendo neutrum obtingit; glorioſius eſt militi inter arma cadere, quàm deditum jugulari; ibi plurimum virtutis eſſe poteſt, & ſolet; hic multum ignaviæ. Præponit virtutem ignominiæ, quisquis virum fortem redolet; hæcque ratio, cur præſertim in caſtris effectus deſperationis felix aliquis nonnunquam ſit exitus; cum ſanguis mœrore deſperationis ſit frigefactus, illo extremo conniſu deſperationis, ac æſtu animum excitante, ita quaſi per antiperiſtaſim recaleſcit, ac incenditur, ut animos plerumque ſupra vires ſuggerat: cum homines rebus ſuis perditis abjiciunt curam ſervandi ſe ipſos, ſolent tunc intendere ultionem; & ſatagentes, ne inulti pereant, adeo ſtrenuè feruntur ad pugnam, ac in ultimos niſus, ut ſubinde cladem ijs inferant, à quibus antea ad deſperationem fuerant adacti. Hinc in bello nunquam conſultum, adverſarios ad illa adigere extrema, ut præcluſo quovis effugio, ac prorſus deſperata ſua ſorte agantur veluti rabie in eos, à quibus ad talia extrema fuerunt adacti: eſtque
Lib.3. monitum Vegetij: *Audacia clauſis ex deſperatione creſcit, & cum ſpei nihil eſt, ſumit arma formido.* Hac ratione Pyrrus Rex vetuit hoſti fugienti ſuos inſiſtere pertinaciùs; ne forſan ignavia vertatur in fortitudinem; & victi arma retorqueant in perniciem pertinacium inſequentium.

38. Alexipharmaca adhibenda contra deſperationis ægritudinem partim ad intellectum pertinent; & partim ad voluntatem. Cum deſperatio prævium ſupponat judicium intellectûs; quò judicatur de rei impoſſibilitate, ejúſque certa præcluſione, debet intellectui oppoſitum oſtendi; ídque fit ſi eidem perſuadeatur, non ſolùm ut poſſibilis aſſecutio boni concupiti; ſed etiam ut facilis ratione mediorum non deficientium. Juvat tunc, ſi exempla recenſeantur aliorum, qui in caſibus ſimilibus minimè deſperârunt: & non parcentes labori bonum concupitum fuerunt aſſecuti. Proderit itidem ad eliminandam deſperationem erigere voluntatem depulſione mœroris, quò deſperans torquetur; ſiquidem mœror ſolet animi invehere abjectionem: ad pellendum verò mœrorem conſultius eſt, irritamenta adhibere alacritatis: ſic enim voluntas erigitur paulatim, & incipit ſpem aliquam concipere; eorum præſertim exemplo, qui in gravibus etiam conſtituti anguſtijs, obſtantia quæque ſuperârunt; & mœroris depulſa caligine ſurgentis ſpei cæpit ijsdem ſplendor illuceſcere; exſiccatisque lacrymis ſpei viror rore maduit dulciore; novóque ſpiritu luminis rediviva ipſis facies refloruit.

Ne autem in deſperationem facilè quis incidat, vel maximè prodeſt mentem in Deum erigere; cúmque fiducia de uberiore ejus auxilio, negotia aggredi; id enim Deo proprium; omnibus præſto eſſe, & facientes adjuvare, unde ſuppeditante Deo auxilium; & falſa opinione depoſitâ, quod arduum videbatur, fit facillimum. Quamobrem nunquam omittenda eſt hæc in Deum fiducia. Non pavet, cui Deus favet; ita tamen in rebus adverſis auxilium à Deo ſperemus, ut propriam non obliviſcamur cooperationem; licèt non indigeat hominum armis venientis è cœlo auxilij ſecurus. Plures cum Eliſæi puero trepidant, non tantùm ad pericula; ſed ad ipſos inanes periculorum timores: hujus inanis timoris cauſa eſt ut plurimum mens malè ſibi conſcia; & ab interno hoſte concuſſa; vel in ope humana fidentior, quàm divina. 39.

§. III.

Affectus Audaciæ, ejúsque cauſæ & affectus expenduntur, ac fræna ſubjiciuntur, ad ejus inconſultos, ac immodicos impetus coërcendos.

Plerique timorem audaciæ præferentes, de timore priùs verba texere conſueverunt; quia verò timor ad fugam pertinet; & audacia motus eſt proſecutivus; ideo priùs differendum puto de audacia, ea ratione, quia proſecutio fugam præcedit. Motus proſecutivus appetitûs primò, & per ſe fertur in bonum, & ratione hujus interdum etiam in malum aliquod tali adnexum bono; tunc enim dicitur appetitus ferri per accidens in tale malum; ſiquidem per ſe fertur in bonum, quod principaliter intendit; & in quod propenſiùs tenderet ſi à tali foret malo ſejunctum. 40.

Audacia igitur ad eos pertinet actus, quibus appetitus malorum pericula ratione boni primariò, ac per ſe intenti, appetit, & aggreditur; adeout audacia in ſolo exci- 41.

tetur

tetur appetitu iraſcibili; verſetúrque circa bonum, quod ſperatur, ſuperato gravi aliquo malu, vel tentato gravi aliquo periculo, quod licèt immineat, adhuc à voluntate contemnitur, fitque flocci ob aſſecutionem boni concupiti. Poteſt hujuſmodi aſſecutio dupliciter æſtimari ardua. Primò quia plerumque media ad eius conſecutionem ducentia ſunt per ſe difficilia, & circa hæc propriè verſatur ſpes. Secundò cenſetur boni aſſecutio perardua, quia conjungitur alicui malo, vel periculo difficulter ſuperabili: & circa hoc bonum tali circumſeptum periculo imminente verſatur audacia.

42. *De ſubtilit.* Hinc errant, qui cum Cardano arbitrantur, audaciam nil aliud pſſe, quàm ſpem firmam, erectámque, adeò ut audacia ex eo duntaxat diſcriminetur à ſpe, quia ſupra hanc addat firmitatem. Quia tametſi audacia habeat aliquid commune cum ſpe, nimirum animi erectionem; ſimpliciter tamen intereſt diſcrimen; quia ſpes eſt potiùs cauſa ipſius audaciæ, & hæc effectus illius; adeo ut audacia nonniſi cauſaliter dicatur ſpes; quatenus hæc audaciam ingenerat. Priùs ſe offert appetitui bonum arduum, ac difficile, in quod appetitus per actum ſpei fertur, quatenus ejus appetit aſſecutionem: quia verò huic bono arduo adnectitur aliquod periculum imminens, ac malum adferens grave incommodum; appetitus quia jam ſperabat aſſecutionem talis boni, parvi faciens imminens periculum, excitatur iterum. ut acriori niſu contemnens periculum feratur in idem bonum. Hinc milites apprehendentes ut bonum, non ſolùm diribitorium, quo exercitus recenſetur, ac ſtipendia militibus numerantur; verùm etiam armorum vi, diſtrictóque gladio occupare urbem divitijs affluentem, eámque diripere, expilare: tametſi obſidioni ejuſdem plura nectantur incommoda, ac pericula; quia tamen urbis direptio, in qua milites apprehendunt bonum ſibi utile, obtineri non poteſt ſine ejuſdem urbis obſidione, cui nectuntur incommoda, & pericula; milites hæc flocci facientes, urbem licèt propugnaculis, militéque præſidiario munitiſſimam circumvallatione claudunt, ne egreſſus, ingreſſúſque pateat; varia adhibent machinamenta, ſtratagemata, aliúſque oppugnationum, aſſultuum, impreſſionum, irruptionum, lineas aperiunt oppugnationis; tormenta bellica diſponunt, locántque ad cratitias gerras, ſeu vimineos corbes terrâ oppletos ingeſtâ, & è ſuggeſtibus tormentarijs opere erectis tumultuario ferreos excutiunt globos, quibus urbis mœnia, ac propugnacula quatiuntur, labefactantur, evertuntur. Suffoſſiones itidem, ſive occultæ per ſubterraneos cuniculos, incluſis tormentarij, pyriique pulveris vaſculis, quæ ſenſim repens ignis accendit; ſive apertæ ſub pluteis, terreiſque munitionibus ex congeſtitia humo factis producuntur ſinuato itinere, ad declinanda hoſtium tela, viámque aſſultui per murorum ruinas aperiendam. Mox ſigno dato, animatiſque obſidentibus non tam à gloria, quàm præda in urbis expilatione expectanda, disjecti muri ruinas conſcendunt; ſed obſtant, impediúntque milites præſidiarij, & utrínque ſummâ, cruentâque contentione initur pugna, cadúntque utrinque plures, multiplici confoſſi vulnere; urgent acriùs obſidentes, tantúſque eſt inhiantium prædæ imperus, ut per gladios, per ignes urbem penetrent cæde promiſcuâ; ſævitur in imbellem omnis ſexus, omnis ætatis turbam; replentur plateæ cadaveribus, madent omnia ſanguine, fluítque per loca ſingula interfectorum cruor. Auctâ ex ſucceſſu audaciâ, qui ut milites pugnârunt, jam ſacrilegi prædones omnia diripiunt ſacra, profana, templa invadunt, valvas diſrumpunt, altaria ſpoliant, ſacra omnia diſperdunt, vel abripiunt; per ædes ſacras, & alia debacchantes tecta, quæ polluunt multiplicî ſcelere, præter rapinas aliò aſportandas. Hæc eſt natura, hæc indoles audaciæ in bonum ferri arduum; & quæ in ejus aſſecutione pericula imminent parvi facere. Audacia verò in militibus ſæpe eſt inconſiderata periculorum ſuſceptio, & gladiatoria quædam laborum perpeſſio, cujus origo ut plurimum eſt avaritia, quâ auro, argentóque milites inhiant, hæcque audacis furore cæca, vecors, prodiga, præceps, ut fera ruit in gladios, & vulnera; à vitijs, criminibus, flagitijs, ſubſidium expoſtulat; rerúmque momenta ſolo impetu metitur.

Quamobrem audacia propriè eſt affectus appetitûs iraſcibilis tendens in bonum, ſive per ſe difficile, ac periculoſum, ut obtineatur; ſive obſeptum medijs involventibus pericula alicujus mali, aut damni; adeò ut appetitus non obſtantibus difficultatibus, periculíſque imminentibus nitatur aſſequi bonum illud, ac irrumpat in illa pericula, corroborata priùs voluntate per illicientiam boni concupiti, & firmato intellectu in vili æſtimatione, ac contemptu periculorum: hiſce prævijs homines audacter, & alacriter irruunt in pericula obviantia, ut conſequantur, quod ſperant bonum. 43.

Hinc liquet, objectum formale audaciæ eſſe bonum, ut obſeptum periculis, laboribus, ac damnis, quæ nectuntur cum bono ipſo: vel medijs ad ipſum conducentibus; adeò ut appetitus primariò & per ſe feratur per motum audaciæ in bonum arduum; & ſecundariò, ac per accidens in ipſa pericula imminentia damnorum; quia ipſa pericula, quatenus adnexa ipſi bono, quod eſt objectum formale, induunt rationem boni, & appetuntur, eò quia inter peri- 44.

cula objiciatur appetitui bonitas finis, quam propterea per illa diſcrimina quærit, contemnens pericula, ut ſperato potiator bono, quod eſt velnti finis totius progreſſus audaciæ; quæ propriè non fertur in damnom, & malom; ſed tantùm in periculum damni, & mali: eſt ſiquidem diſcrimen inter damnum, & periculum damni, & mali; quia periculum propriè non eſt damnum; ſed tantùm via ad damnum, & licèt habeac relationem ad damnum; oihilominus qnia relatio, quam dicit ad bonom, ad quod pertingitur per tale periculum, prævalet, ideo appetitus per ſe, & primariò appetit bonum tanquam finem; ſecundariò, & per accidens pericula, ut dicunt ordinem ad ipſum bonum.

45. Cauſæ excitantes, ac moventes appetitum iraſcibilem ad audaciam plures ſunt; præcipuæ tamen recenſentur tres; quatum prima eſt ſpes boni: ſicut nemo ſumeret pharmacum inſuave, niſi ſpes ſanitatis recuperandæ moveret ægrotum ad pharmacum hauriendum; ita oſtenſio periculi imminentis damni voluntatem potiùs avocaret; niſi ſpes conſequendi bonum accederet, moverétque appetitum ad contemnenda pericula, ut tali potiatur bono. Secunda cauſa eſt vires adverſariorom minuere, ac proprias augere, ac exaggerare; pericula, ſi qoæ poſſunt imminere, parvi pendere; & ita proponere, ut potiùs ſint contemptui, quàm terrori; adeò ut intellectos dedoceatur periculorum terrorem, & proponat voluntati, malum imminens non eſſe tantum, ut potens ſit terrorem incutere, ac conſecutionem boni concupiti impedire. Quidquid minuit æſtimationem mali, & periculi, addic audaciæ vires, tribuítque animos ad ſuperanda pericula. Tertia cauſa peti ſolet ab adminiculis, ſubſidijs, auxilijs, quæ ad rem obtinendam plurimum valent. A gloria, honore, præmijs, quæ conſecntione boni obſepti periculis ſuſcipiuntur. Illi etiam cenſentur ad audaciam proniores, qui ſpem firmiorem, ac vegetiorem concipiunt; & parvi facinnt pericula. Ariſtoteles 2. *Ethic. text. 5.* docuit, eos etiam audaciores eſſe, qoi meliùs ſe habent ad divina; quia ſibi pollicentur paratiorem protectionem.

46. Ab adminiculis, ac ſubſidijs, & imminntione virium io adverſarijs, nec non à gloria comparanda, virtote bellica, Darius apud Curtium audaciam in ſuis excitat militibus, inquiens. Quod mearum fuit partium, exercitum, quem pene immenſa planities vix caperet, comparavi; equos, arma diſtribui: commeatns, ne tantæ multitudini deeſſent, providi: locum, in qno acies explicari poſſet, elegi. Cætera in veſtra poteſtate ſunt. Audete modò vincere, famámque (infirmiſſimum adverſus fortes viros telum) contemnite. Temeritas eſt, quam adhuc pro virtute timuiſtis, quæ ubi primum impetum effudit; velut qoædam animalia amiſſo aculeo torpet. Hi verò campi deprehendêre paucitatem, qnam Ciliciæ montes abſconderant. Videtis Ordines raros, cornua extenta, mediam aciem vanam, & exhauſtam. Nam ultimi, quos locavit averſos, terga jam præbent. Obteri me hercule, equorum ungulis poſſunt, etiamſi nihil præter falcatos currus emiſero, & bello vicerimus, ſi vincimus prælio. Nam ne illis quidem ad fugam locus eſt. Hinc Euphrates, illinc Tigris prohibet incluſos, & quæ antea pro illis erant; in contrarium converſa ſunt: noſtrum mobile, ac expeditum eſt agmen: illud prædâ grave. Implicatos ergo ſpolijs noſtris trucidabimus, eáque res cauſa erit victoriæ, & fructûs: qnòd ſi quem è vobis nomen gentis movet; cogitet Macedonum illic arma eſſe, oon corpora. Multum enim ſanguinis invicem hauſimus; & ſemper gravior in paucitate jactura eſt. Nam Alexander quantuſcunqne ignavis, & timidis fortis videri poteſt, unum animal eſt: & ſi quid mihi creditis, temerarium, & vecors; adhoc noſtro pavore, quàm ſua virtute felicius. Nihil enim poteſt eſſe diuturnom, cui non ſubeſt ratio. Licèt felicitas aſpirare videatur, tamen ad ultimum temeritati non ſufficit. Præterea breves, & motabiles vices rerum ſunt; & fortuna nunquam ſimpliciter indulget. Forſitan ita Dij fata ordinaverunt, ut Perſarum imperiom, quod ſecnndo curſu per ducentos, & triginta annos ad ſummum faſtigium invexerant, magno motu concuterent magis, qoàm affligerent; admoneréntqne nos fragilitatis humanæ, cujus nimia in proſperis rebus oblivio eſt. (Paucis interjectis ſubdit,) Video admoveri hoſtium aciem: ſed quò propiùs diſcrimen accedo, hoc minus ijs, quæ dixi, poſſum eſſe contentus. Precor vos per Deos patrios, æternúmque ignem, qui præfertur altaribus, fulgurémque ſolis intra fines regni mei, orientis, per æternam memoriam Cyri, qui ademptum Medis, Lydíſqoe imperium primus in Perſidem intulit, vindicate ab ultimo dedecore nomen, gentémque Perſarum. Ite alacres, & ſpe pleni, ut quam gloriam accepiſtis in majoribus veſtris, Poſteris relinquatis. In dexteris veſtris jam libertatem, opem, ſpem, futuri temporis geritis. Effugit mortem, quiſquis contempſerit: timidiſſimum quemque conſequitur. Hactenus Darius apud Curtium.

Plurimum habet roboris, & artis Darij concio ad excitandam ſuis in militibus audaciam, metúmqne omnem excutiendum. Oſtendit parata omnia ad ineundum bellum neceſſaria. Vires adverſariorum extenuat, ut flocci fiant. Alexandri famam conatur imminuere, oſtendítqne ipſum Alexandrum eſſe potiùs contemptui, quàm terrori, & prælij circumſtantias omnes Perſis favere, 47.

ac

ac prodeſſe. Græcis obeſſe. Præterea audaciam excitat dictis gravibus, ſententiiſque erutis ex rerum humanarum vieiſſitudinibus, quibus reflante fortuna res Alexandri debeant corruere, lætámque faciem in lugubrem verti. Demum per Deos patrios, per Majorum gloriam, per famam, honorémque proprium obſecrat, ut depulſo omni timore animos excitent, alacriter pugnent; audacter invadant. Plurimum refert ad animandos milites in ipſa conferenda pugna, & ad excitandam audaciam proprias exaggerare vires, minuere hoſtiles, recenſere delatas victorias pluribus obſitas periculis, exantlatos majores labores, jámque ad victoriam ſtratam viam; ut in brevi illa, ſed efficaci Xenophontis Oratione ita milites alloquentis. Recordamini milites, quot prælijs ante Deorum ope freti hoſtem viceritis: conſiderate, quibus incommodis, qui fugiunt, afficiantur: cogitate nos ad ipſas jam Græciæ portas veniſſe. Agite, Herculem Ducem ſequimini; jucundum certè futurum eſt, apud quos maximè velitis præclarè dicta, factáque veſtra teſtata relinquere.

48. A gloria virtute bellica in prælio comparanda, ſpéque opitulantis Numinis Xerxes ad audendum ſuos excitavit milites, inquiens apud Herodotum. Perſæ ergo vos, quorum operâ mihi opus contraxi, ut viri præſtantes exiſtatis, néve res hactenus geſtas à Perſis, magnas, præclaráſque, dedecoretis, ſed cum ſinguli, tum univerſi exhibeamus nos alacres; commune enim hoc hominibus bonum eſt, ſtrenuos, ac audentes eſſe; laboribus non frangi, periculis non terreri. Eáque de re vos cenſui præmonendos ad bellum conſtanter tolerandum. Nam (ut ego audio) adverſus viros egregios tendimus: quos ſi ſuperaverimus, nullus unquam vobis alius obſtabit exercitus. Nunc igitur Deos præſides terræ Perſidis precati tranſeamus.

49. Cæteris artificioſior atque nervoſior eſt apud Curtium oratio Alexandri Macedonis ad milites animandos, ſenſúſque audaciæ ijsdem inſtillandos: orditur concionem à ſparſis rumoribus, quos ſtatim diſcutere conatur, eò quia ſuas habeat fama mendax vanas auxeſes, plúſque loquatur, quàm res ferant; & ut timoris ſurculos radicitùs evellat, cauſas ſcrutatur, quæ ſitæ erant partim in difficultate trajiciendi fluminis, partim ex hoſtium multitudine, Elephantorúmque erroribus, quæ omnia ad excutiendum timorem, animóſque excitandos
47. ſolertiùs, & ex arte extenuat. Mox diminutis hoſtium viribus, proprias exaggerat, ac recenſet tot victorias ante partas, tot pericula glorioſè ſuperata; bellicam peritiam, gloriam nominis exterarum gentium ſubſidia, vires Macedonum. Demum eos blandè adhortatur ad pugnam, & quaſi dulcia ſpargens fulmina increpat, & eblanditur; delinit, & redarguit: laudat, & vituperat. Placet hîc orationem ipſam ſubjicere, quæ plurimum habet artificij, ac efficaciæ, & ſimul fortiter, ac ſuaviter in animos influit, ſic milites alloquitur.

Non ignoro milites, multa, quæ ter- 50.
rere vos poſſent, ab incolis Indiæ per has dies induſtriâ eſſe jactata: ſed non eſt improviſa nobis mentientium vanitas. Sic Ciliciæ fauces, ſic Meſopotamiæ campos, Tigrim, & Euphratem, quorum alterum vado tranſivimus; alterum ponte terribilem fecerunt Perſæ. Nunquam ad liquidum fama perducitur; Omnia illâ tradente majora ſunt vero. Noſtra quoque gloria, cum ſit ex ſolido, plus tamen habet nominis, quàm operis; modò quis belluas efferentes mœnium ſpeciem, quis Hydaſpem amnem, quis cætera auditu majora, quàm vera ſuſtinere poſſe credat? Olim Herculem fugiſſemus ex Aſia, ſi nos fabulæ debellare potuiſſent. Creditiſne, Elephantorum greges majores eſſe, quàm uſquam armentorum ſunt? cum & rarum ſit animal, nec facilè capiatur, multóque difficiliùs mitigetur? Atque eadem vanitas copias peditum, equitúmque numeravit. Nam flumen, quo latiùs fuſum eſt, hoc placidiùs ſtagnat, quippe anguſtis ripis coërcitum, & in anguſtiarum alveum eliſum, torrentes aquas invehit. Contra ſtatio alvei ſegnior curſus. Præterea in ripa omne periculum eſt, ubi applicantes navigia hoſtes expectant. Ita quantumcunque flumen intervenit, idem futurum diſcrimen eſt evadentium in terra. Sed omnia iſta vera eſſe fingamus. Utrúmne vos magnitudo belluarum, an multitudo hoſtium terret? quod pertinet ad Elephantos, præſens habemus exemplum, in ſuos vehementiùs, quàm in nos incurrerunt; tam vaſta corpora ſecuribus, falcibúſque mutilata ſunt. Quid autem intereſt, totidem ſint, quot Porus habuit, an tria millia; cum uno, aut altero vulneratis, cæteros in fugam declinare videmus? Deinde paucos quoque, & incommodè regunt. Congregata verò tot millia ipſa ſe elidunt; ubi nec ſtare, nec fugere potuerint inhabiles vaſtorum corporum moles. Equidem ſic animalia iſta contempſi, ut cum haberem ipſe, non oppoſuerim, ſatis gnarus, plus ſuis, quàm hoſtibus inferre periculi. At enim equitum, peditúmque multitudo vos commovet? cum paucis enim pugnare ſoliti eſtis, & nunc primùm inconditam ſuſtinebitis turbam! Teſtis adverſus multitudinem invicti Macedonum roboris Granicus amnis, & Cilicia inundata cruore Perſarum, & Arbella, cujus campi devictorum à vobis oſſibus ſtrati ſunt. Serò hoſtium legiones numerare cœpiſtis, poſtquam ſolitudinem in Aſia vincendo feciſtis. Cùm per Helleſpontum navigaremus, de paucitate noſtra cogitandum fuit: nunc nos Scythæ ſequuntur,

Pa-

Digitized by Google

Bactriana auxilia præſto ſunt: Dacæ, Sogdianíque inter nos militant. Nec tamen illi turbæ confido; veſtras manus intueor, veſtram virtutem; rerum, quas geſturus ſum, vadem, prædémq; habeo. Quamdiu nobiſcum in acie ſtabo, nec mei, nec hoſtium exercitus meminero. Vos modò animos mihi plenos alacritatis, ac fiduciæ adhibete. Non in limine operum, laborúmque noſtrorum; ſed in exitu ſtamus: pervenimus ad ſolis ortum, & Oceanum, niſi obſtat ignavia, inde victores perdomito fine terrarum revertemur in patriam. Nolitè (quod pigri Agricolæ faciunt) maturos fructus per inertiam emittere è manibus. Majora ſunt periculis prœmia: dives eadem, & imbellis eſt regio. Itaque non tam ad gloriam vos duco, quàm ad prædam. Digni eſtis, qui opes, quas illud mare litoribus invexit, referatis in patriam. Digni, qui nihil inexpertum, nihil metu omnium relinquatis; per vos, gloriámque veſtram, quâ humanum faſtigium exceditis; pérque & mea in vos, & in me veſtra merita: quibus invicti contendimus, oro, quæſóque, ne humanarum rerum terminos adeuntem alumnum, commilitonémque veſtrum, ne dicam Regem deſeratis. Cætera vobis imperavi, hoc unum debiturus ſum: & is vos rogo, qui nihil unquam præcepi vobis, qui primus me periculis obtuli, qui ſæpe aciem clypeo meo texi, ne infregeritis in manibus meis palmam, quâ Herculem Liberum Patrem, ſi invidia abfuerit, æquabo. Date hoc precibus meis, & tandem obſtinatum ſilentium rumpite. Ubi eſt ille clamor alacritatis veſtræ index? ubi eſt ille meorum Macedonum vultus? non agnoſco vos, milites; nec agnoſci videor à vobis; ſurdas jam dudum aures pulſo, adverſus animos, & infractos excitare conor. Neſcio, quid imprudens in vos deliqui, quòd me ne intueri quidem vultis, in ſolitudine mihi videor eſſe. Nemo reſpondet, nemo ſaltem negat: quos alloquor? quid autem poſtulo? veſtram gloriam, & magnitudinem judicamus. Ubi ſunt illi, quorum certamen paulò ante vidi, contendentium; qui potiſſimum vulnerati Regis corpus exciperent: deſertus, deſtitutus ſum, hoſtibus deditus, ſed ſolus quoque ire perſeverabo. Objicite me fluminibus, & belluis, & illis gentibus, quarum nomina horretis, inveniam, qui deſertum à vobis, ſequantur, Scythæ, Bactrianíque erunt mecum, hoſtes paulò ante, nunc milites noſtri. Mori præſtat, quàm precariò Imperatorem eſſe. Ite reduces domos; ite deſerto Rege ovantes. Ego hic à vobis deſperatæ victoriæ, aut honeſtæ morti locum inveniam.

51. Audaciam Turnus excitat apud Virgilium, eò quia gladium à Vulcano acceperit, 9. *Æneid.* Numiniſque favorem ſperet; & ne timere auxiliorum multitudinem videatur propter Evandri, Tarchontis, & Tuſcorum ſuppetias, aſſerit, incrementa hæc eſſe victoriæ, quàm ſibi ſpondet non furtim, nec doloſè, ut alij, ſed propria virtute, inquiens.

Sed vos ô lecti, ferro quis ſcindere vallum
Apparat, & mecum invadit trepidantia caſtra?
Non armis mihi Vulcani, non mille carinis
Eſt opus in Teucros: addant ſe protinus omnes
Etruſci ſocios; tenebras, & inertia furta
Palladij, cæſis ſummæ cuſtodibus arcu.
Ne timeant; nec equis cæca condemur in alvo:
Luce palam certum eſt igni circumdare muros.
Haud ſibi cum Danais rem ſato, & pube Pelasga
Eſſe putent, decimum, quos diſtulit Hector in annum.
Nunc adeò, melior quoniam pars acta diei,
Quod ſupereſt, læti benè geſtis corpora rebus
Procurate viri, & pugnam ſperate parati.

52. Effectus Audaciæ ſunt commotio ſpirituum, & cordis. Delectatio, quia per hunc affectum confortatur appetitus, ad ſuperandum malum. Revocatio caloris ad cor; quâ ratione in audacibus, quando aggrediuntur periculum aliquod, ſolent partes exteriores ob receſſum caloris, & ſpirituum frigere, ac eorundem vultum impalleſcere. Ariſtoteles aſſerit, eos eſſe audaciores, qui peramplum habent pulmonem; *Problem. 4. ſect. 24.* quia ij ſpiritibus, & ſanguine abundant; hac eadem ratione docet, homines potatores, & vino deditos eſſe cæteris audaciores. Rurſus effectus animi audentis eſt etiam grandia opera licèt pluribus obſepta periculis aggredi: quapropter meticuloſi, qui hoc affectu carent, vix animum excitant ad aliquid illuſtre, ac pernobile agendum.

53. Coërcenda tamen interdum eſt audacia, quia niſi repreſſa, ac moderata fuerit, alios procreat effectus admodum lugubres, & plerumque evertit in momento, quæ diuturno tempore parata fuerant. Hinc exercitûs Præfecti, ac Strategi caveant ne ultro, nec gratuitò abſque gravi neceſſitate urgente periculis ſe objiciant; ne in uno capite omnium fortunæ, & vita temerè projiciantur. Non ſit dux militum timidus, ſit inter pericula intrepidus, in arduis interritus, nunquam tamen temerarius. Sit audax quoties Reipublicæ ſalus, viſa fuerit audaciam expoſtulare; cæterum non abjiciat propriam ſalutem; à qua totius exercitus ſalus dependet. Quòd ſi neceſſitas urſerit,

pro

pro communi tuenda ſalute, audaces imitetur Decios Patrem, & filium; Epaminondam ad Leuctra, & Mantineam; Cæſarem apud Nervios in Pharſalicis; Junium in Brutum in Aruntem; Codrum Athenienſium Regem, cujus interitu fuerunt Athenæ ſervatæ; Alexandrum Macedonem magis hilarem inter plura pericula imminentia, quàm lætum inter pocula exſiccanda; Leonidam apud Thermopylas pro patria ſtantem, occumbentem, ſuóſque trecentos toti Aſiæ objectos novo more animantem: *ſic prandete commilitones, tanquam apud inferos cœnaturi.* Marcellum fortiter in Gallorum Regem apud Padum procurrentem; Cornelium Coſſum in Fidenatium Ducem proruentem; Othryadem Spartanum, quo uno erepta hoſtibus victoria, patriæque decus ſanguine redditur. Hi omnes audaciam inter plura pericula pro ſalute Reipublicæ, pro honore tuendo, pro gloriæ incremento laudabiliter exercuerunt. Cæterum, quæ ſine Reipublicæ detrimento fieri nequeunt, tentanda non ſunt. Audacia excitanda eſt juxta rerum exigentias, non temerè. Appoſitè Epaminondas imminente adverſus Lacedæmonios pugna cum ſella, in qua ſedebat, ſuccubuiſſet, viderítque milites hoc caſu exturbatos, audaciam excitavit, inquiens: *Imò ſedere prohibemur, cum pugna immineat*; hiſce vocibus militum animos reſtituit.

74. Coërcendæ audaciæ remedia plura ſunt, & præſertim oſtenſio periculi, ac damni imminentis; inde enim reſtringitur calor ille nimius, & excedens, qui pluribus adeuntibus pericula exitio fuit. Secundum Alexipharmacum eſt propriam perpendere imbecillitatem; & quòd vires non ſuppetant ad aſſecutionem illius boni ardui, quod ſperatur; qui audaces ſunt, ſupra modum ſolent elatione turgere, ſuáſque vires pluris facere, quàm revera debeant: huc pertinet monitum illud Archidami apud Plutarchum, qui filium videns in pugna adverſus Athenienſes ſupra vires audacia elatum, ipſum monuit, ut ſuas vires meliùs perpenderet, inquiens: *Aut adde viribus, aut audaciæ detrahe.* Neque obſtat vulgatum effatum. *Audaces fortuna juvat, timidóſque repellit.* Id enim intelligendum eſt de rationabili audacia, quæque eſt juxta vires audentis. Cæterùm nihil temerè, & ultra vires aggredi debemus, quia nemo celeriùs opprimitur, quàm qui nimium de ſe præſumit. Temerarios in caſtris auſus, & in pelagi trajectione ſcopulos vitare ſatagat quiſquis ſe, & rempublicam ſalvam volet: qui hiſtoriarum monumenta revolvet, non tam felices quoſdam fortuitos ſucceſſus temeritate natos, quàm infelices numero plures, funeſtíſque regnorum internecionibus maximos recenſebit.

Scio magnorum Ducum temerarijs conatibus fortunatos reſpondiſſe eventus; fuit id felicitatis à Deo conceſſæ, non verò prudentiæ ab jiſdem profectæ; Illam quis audeat ſibi arrogare? è cœlo deſcendit, & nonniſi paucis reſpondit; è millibus nonniſi unum, vel alterum enumeramus; ſcilicet unum Cæſarem furentes Adriatici maris fluctus ſcaphâ proſcindentem; Alexandrum alterum, qui admotis ad Oxydracorum oppidum ſcalis, cunctantibus cæteris evadit in murum; addit Curtius: *Jámque lævam, quâ clypeum ad ictus circumferebat, laſſaverat clamantibus amicis, ut ad ipſos deſcenderet, ſtabántque excepturi, cum ille rem auſus incredibilem, atque inauditam, multóque magis ad famam temeritatis, quàm gloria inſignem. Námque in urbem hoſtium plenam, præcipiti ſaltu ſemetipſum immiſit.* Quid poteſt addi ad hanc audacem temeritatem? evaſit feliciter; ſed caſui, non prudentiæ dandum.

Audaciſſimum fuit Hecdicij factum; 75. cum Avernorum urbem à Gothis validè undique obſeſſam, ut ſuis re, & conſilio adeſſet, urbem propugnaret, ingredi vellet; nec via illi pateret ulla; per confertos hoſtes auſu verè audaci armatus perrupit. Deſcribit eleganter Sidonius audacem hunc conatum; & Hecdicium alloquens ait: Non poteſt unquam civicis pectoribus elabi, quòd tu vix duodeviginti equitum ſodalitate comitatus, aliquot millia Gothorum, non minùs die, quàm campo medio (quod difficilè ſit poſteritas creditura) tranſiſti; & ad nominis tui rumorem, perſonæque conſpectum, exercitum totum exercitatiſſimum ſtupor obruit: ita ut præ admiratione neſcirent Duces partis inimicæ, quàm ſe multi, quámque te pauci comitarentur; ſubducta eſt tota protinus acies in ſupercilium collis abrupti: quæ cum priùs applicata eſſet oppugnationi, Te viſo non eſt explicata congreſſu. Interea Tu cæſis quibuſdam optimis, quos noviſſimos agmini non ignavia, ſed audacia fecerat, nullis tuorum certamine ex tanto deſideratis; ſolus planitie quàm patentiſſima potiebare; cum tibi non daret tot pugna ſocios, quot ſolet menſa convivas. Hinc jam per otium in urbem reduci, quid tibi obviam proceſſerit officiorum, plauſuum, fletuum, gaudiorum, magis tentant vota conjicere, quàm verba relerare. Siquidem cernere erat, refertis capaciſſimæ domus atrijs, illam ipſam feliciſſimam ſtipati reditus tui ovationem; dum alij oſculis pulverem tuum rapiunt; alij ſanguine ac ſpumis pinguia fræna ſuſcipiunt; alij ſellarum equeſtrium madefacta ſudoribus fulcra reſupinant; alij de concavo tibi caſſidis exituro flexilium laminarum vincula diffibulant; alij explicandis ocrearum nexibus implicantur; alij hebetatorum cæde gladiorum latera denſata pernumerant. Alij cæſim, atque punctim

foraminatos circulos loricarum digitis liveſcentibus metiuntur. Hactenus Sidonius. Non tamen temerarius ille eſt Dux cenſendus, qui ad tuendam periclitantem patriam vitæ ſe diſcrimini exponit ; cum id pietati detur, ac fortitudini, ſi prudentiæ dirigatur dictamine. Magnum eſt prudentem eſſe, ſimúlque fortem, audacem, providum, circumſpectum. Omnia tamen ubi prudens Dux circumſpexerit, ſi auſui non reſponderit eventus, hoc unum ſit illi levamini ſibi non defuiſſe ; fortiter ferat, & ferendo cum Attillio, Scævola, Zenone, Elceate, Anaxarcho ſe virum prodat adverſis fortiorem, ac novercantis fortunæ ictus vincentem.

§. IV.

Metûs pavida natura, cauſa, & effectus enucleantur ; & ſubſidia producuntur excutiendis, timoris umbris, animíque dejectioni erigendæ opportuna.

57. VMbras ingredimur pavido iraſcentis animi obſtetricantes fœtui, quo meticuloſæ animæ, puſillíque ſpiritus dirè vexantur, ac generoſiſſimè torquentur. Is eſt metus, qui licèt ſuam ab igne trahat originem, à ſua tamen radice degenerans in ignavum perſæpe deflectit vitium, excolendis virtutibus, privatis, publicíſque promovendis utilitatibus prorſus ineptum. Quos ex hominibus metus corrumpat, eiúſque imbecillitas frangat, ideo ſcire perarduum ; quia ſibi conſcij turpiſſimi metûs omnia illius indicia maſculæ virtutis ſpecie, imò & fortitudinis larvâ tegunt ; & ne timiditatis redarguantur notâ, diſcrimina ipſa verbis audaciam redolentibus laceſſant ; pericula, quæ diſtant, contemnunt ; quæ imminent, expaveſcunt. ac exhorreſcunt ad omnem minantis fortunæ ſpeciem ; ſtudéntque, quæ tantopere metuunt, dejecto animo declinare. Quòd ſi cœlum conſpiciant irátum, & non fulmina tantùm, ſed & tartara minitari ; totius oris color illicò evaneſcit, & infuſo gelu incipit ſanguis obſiſtere in venis, rigeſcunt artus, tremunt membra, deficiunt ſenſus, expaveſcit pectus, defluit animus, & ſi quid his triſtius aſſolet natura in terrore tragico oſtentare, illicò ſe prodit.

58. Eſt hic affectus gravis concuſſio animi, in mali expectatione, quæ plerumque plus afficit, quàm ipſius mali præſentia ; plus terroris incutit ingeſta ejus apprehenſio ; quàm damni inferat intruſa illius ſævities. Plures ſunt, qui ad inſolens aliquod portentum ; vel imminens periculum tanto corripiuntur metu, ut vel exanimes humi concidant ; vel attoniti ipſum ad querelas ſenſum, ac vocem prorſus deperdant. Hæc hujus affectûs indoles eſt, mentem è loco dimovere, ratione turbare, poſcere à pudore ruborem ; à terrore pallorem ; à deliquio defectionem, contremiſcere pigrum, trepidare locordem, conſternî exanimem : nil aggredi arduum, nil moliri egregium, odiſſe inſignia, abhorrere à magnis, gloriam ſpernere, laudum præmia flocci facere ; horrere arma, ignes, gladios, pericula ; è quibus argumenta eruit terroris.

59. Ut autem intimiùs naturam introſpiciamus hujus affectûs. Eſt timor, ut ad præſens pertinet inſtitutum affectus ſpecialis appetitus iraſcibilis ; & differt à fuga, quia hæc dicit receſſum à malo ſimpliciter, & timor eſt receſſus à malo quatenus hoc nonniſi difficulter poteſt declinari. Unde timor propriè eſt averſio à malo nondum poſito, & ad evitandum difficili exclusâ certâ perſuaſione, quòd non ſit eventurum. Cum ſit timor actus averſivus, dicátque receſſum ab ejus objecto, debet hoc eſſe quid mali, quod timeatur ; non quòd ſemper debeat eſſe aliquid nocivum ; ſed ſufficit, ſi ſit aliquid disconveniens, ac diſſentaneum ; adeò ut malum, quod dicitur eſſe objectum timoris generatim, non ſemper ſit aliqoid contrarium, ac nocivum timenti ; quia non omne alicui disconvenient eſt eidem contrarium. Docent Matheſeos Profeſſores, figuram figuræ diſſentaneam eſſe, non contrariam. Si tale conſtituatur objectum timoris ; facilè intelligimus, quomodo Leo tam ferox beſtia dicatur expaveſcere, ac timere galli gallinacei criſtam, & cantum ; non quod ſcilicet Leo timeat gallum gallinaceum, ut ſibi nocivum, quaſi nequeat ſe ab illo defendere, ſed quia tum criſta, tum cantus apprehenduntur à Leone, ut aliquid ſibi disconveniens.

60. Alij cenſent, & fortaſſis probabiliùs, leonem non timere galli gallinacei cantum ; ſed tantùm horrere ad ejus apprehenſionem ; adeò ut hic horror manifeſtetur per capillorum ſubſultum ; aliósque corporeos effectus ; eò fermè modo, quo ſolemus horrore corripi ob ſubitum occurſum cadaveris ; tametſi non fœtentis. Etenim poſſe dari timorem ex objecto non læſivo, ſed tantùm disconveniente ex eo liquet, quia plerumque certas timemus perſonas ob ſolam antipathiam, tametſi nullum ſint nobis damnum allaturæ. Malum igitur, ut objectum ſit timoris, debet eſſe arduum ; quia timor eſt motus averſionis à malo, quod difficulter evitatur : ſecluſa arduitate propriè actus averſivus non eſt timor contrarius audaciæ, ſed fuga oppoſita deſiderio.

61. Malum poteſt dupliciter apprehendi ; ut ſejunctum ab arduitate, ac ordine futuritionis ; & ut arduum, ac futurum, & imminens. Malum priori modo ſumptum

non

non eſt objectum timoris; ſed duntaxat poſteriori modo, aden ut malum, quod eſt objectum timoris, debear eſſe arduum, alioquin non foret objectum iraſcibilis appetitûs: debet itidem futurum eſſe, ac imminens; qood enim cenſetur impoſſibile, vel omnino non futurum, minimè timetur: & quia poteſt obtingere, ut malum futurum apprehendatur, ut ineluctabile, tunc propriè non eſt objectum timoris, ſed tantùm cujusdam triſtitiæ; quia tunc malum illud apprehenditur ut præſens: quapropter Ariſtoteles 2. Rhet. cap. 5. aſſeruit, eos qui morte mox multandi ſunt, non timere, quia apprehendunt mortem, ut inevitabilem. Timor verò eſt de malo arduo, quod apprehenditur ut futurum, ac declinabile; licèt non absque difficultate, hæcque ratio, cor Ariſloreles doceat, timorem habere adjunctam ſpem aliquam evadendi periculum, ac malum imminens. *2. Rhetoric. cap. 5.*

62. Dupliciter poteſt appetitus averſari malum futurum apprehenſum, ut tale: Primò deſiderando ei non ſubeſſe; & hic actus, ſi quid aliud non addatur, eſt fuga pertinens ad appetitum concupiſcibilem, & opponitur deſiderio. Secundò poteſt appetitus fugere tale malom apprehenſum ut futurum, & ut obſeptum difficultatibus, adeo ut apprehendatur ut declinatu difficile, quo pacto appetitus illi qooddammodo jam ſuccumbit, & ob illud vitandum ea fugit opera, loca, & alia id genus, quæ per ſe ſublato timore non fugeret; & hic motus averſivus mali futuri; & imminentis cum tot difficultatibus obviantibus propriè eſt timor contrarius audatiæ. Timor enim propriè eſt de periculo alicujus mali, quod exiſtimatur probabile, ac declinatu difficile.

63. Tametſi timor ſit fuga quædam à malo apprehenſo ut futuro; poteſt tamen nonnunquam ferri in bonum, ſecundùm tamen aliquam habitudinem ad malum ardunm, quod totaliter non eſt in noſtra poteſtate; alioquin non eſſet declinatu difficile, ut eſt malum culpæ, quod à pleriſque non timetur, quia cum poſſent, nolunt iſtud evitare. Poteſt tamen peccatum à nobis timeri, quatenus poteſt provenire à cauſa aliqua extrinſeca inducente nos in malum culpæ, & cui difficulter poſſimus obſiſtere, ut cum homo inducitur ad peccatum ab aliqua ſuggerente tentatione, vel ſocio incitante; vel ab alijs extrinſecis peccarorum illecebris; ob has difficultates; quæ nobis obviant ad declinandum peccarum, poſſumus illud timere, in quo ſenſu S. Auguſtinus ait: Timore caſto timere juſtos, ne Deus ab ipſis diſcedat. Non tamen timor iſte eſt, de quo ait Joannes epiſt. 1. *Perfecta charitas foras mittit timorem*; ſed eſt ille timor, de quo David ait: *Timor Domini caſtus permanens in ſæculum ſæculi:* ille enim timor, quem perfecta charitas expellit, eſt timor pœnarom, qui oritur ex amore ſui: timor autem caſtus, de quo loquitur Regius Vates, oritur ex ipſo Dei amore. *Tract. 9. in 1. epiſt. Joan.*

Partitur timor in ſex ſpecies principaliores, ſeu in *ſegnitiem*, éſtque timor laboris excedentis vires: & qno aliquis retardatur ab opere. In *Erubeſcentiam*, quæ eſt timor jacturæ bonæ exiſtimationis, ac famæ propter malum opus jam perperratum. In *Verecundiam*, éſtque timor jacturæ bonæ exiſtimationis ob malum opus fururum, quod quis deſignare ſtatuit. In *Admirationem*, éſtque timor ingentis alicujus mali, cujus neſciat quis exitom invenire. Licèt nomen admirationis uſurpetur pro conſideratione alicujus effectus, cujus cauſam, quis neſciat, ac propterea admiretur; plerumque ſumitur etiam admiratio pro timore alicujus magni mali imminentis, à quo quomodo poſſimus nos extricare, non eſt perſpicuum. In *Stuporem*, éſtque timor alicujus mali, quod propter novitatem, & inexperientiam cenſetur grandius, quàm reveta ſit. In *Agoniam*, éſtque timor mali; cui timens nullo pacto poteſt occurrere. 64.

Excitat Orator honc timoris affectum, quando ab inſtituto aliquo, vel conſilio, vel opere ſunt animi deterrendi: cum non ſatis bonorum capiantur illecebrâ; malorom metus eſt neceſſariò incutiendus. Proderit Oratori, naturam cognoſcere illius, corporíſque conſtiturionem, cui metum velit incutere: alij alijs faciliùs timent ob corporis conſtitutionem; hinc dantur homines ad metum proniores alijs. Sunt aliqui adeò meticuloſi, ut frondium inſtar ad leviſſimum cujusvis efflantis auræ impulſum tremere videantur. Cæteris ad timorem proniores ſunt, qui parum calidi ſanguinis habent circa cor; quique atra bile ſe torquent; vel obſcuro inſtituto, ac ſolitudini aſſueverunt, vel ſe ipſos, aliósque tenerrimèamant; hi omnes faciliùs timent. Improbi etiam qui terroribus conſcientiæ exagitantur, quique plurium ſibi ſcelerum conſcij ad ſingula expalleſcunt fulgura, reliquis faciliùs timent; & rectè: ſiquidem æquum eſt, multos timere, qui multis ſegetem timendi ſuppeditant. Qui natura frigeſcunt, ut mulieres, ſunt itidem ad metum proniores; & etiam inſtabiles, qui faciſe propoſitum mutant; hinc dicitur *metus* quaſi *motus*, & metuendi vocabulum inde derivari, quòd mens quodammodo moveatur, ſcilicet ob aliquod imminens opinabile, ſeu apprehenſum malum. Semel tæco Lymphatum pavore animum curæ perpetuò torquent; meticuloſi enim ad umbram arundinis, quòd ajunt, aut utre conſpecto toto contremiſcunt corpore, ut rectè dixerit Ariſtoteles, metum eſſe animi ægritudinem ex opinione impendentis mali: quia plerumque malum, quod timetur, in ſola deliteſcit mente, & ſola illud ſibi opinio parturit. 65. *2. Rhetoric. cap. 5.*

66. 2. Rhetoric. cap. 5. Mala; quæ terrorem incutiunt ex eodem Ariſtotele, in triplici ſunt genere, aliqua interimentia, ut fulmina, incendia, naufragia, eluviones, ferarum impetus, præcipitia, hoſtium incurſiones. Alia, quæ licèt non interimant, ingentem tamen moleſtiam adferunt, ut amiſſiones parentum, conjugum, liberorum, fratrum, amicorum, bonorum; dejectio à pinguiori ad humilem, ac tenuem fortunam, ignominia, carcer, exilium. Alia, quæ ſigna duntáxat ſunt rerum graviores adferentium moleſtias, in quo genere ab Ariſtotele recenſentur portenta, prodigia, quæ præter communem rerum curſum obtingunt; eorundémque acceſſus fuit retroactis temporibus inſolens; hæc ſiquidem ſigna præter opinionem emergentia graviſſimos aſſolent etiam virilibus pectoribus terrores incutere. Nonnunquam tamen hujusmodi ſigna futilia ſunt, plúsque inferunt terroris, & ſæpe etiam damni, quàm poſſint: Sic Nicias Dux Athenienſium cum exercitum quadraginta millium militum circa Syracuſas mutatis caſtris ſervare commodè poſſet; cúmque id temporis luna deliquium pateretur, quaſi periculi imminentis aliquid portenderet, ſuperſtitiosè à mutandis caſtris aliquibus ſuadentibus abſtinuit; quid ni vano hocce correptus timore ſtetit, ne ampliùs ſtaret exercitus, quippe ſtando cecidit cruenta clade deletus. Quin & populum ea captum Lib. 10. de civit. cap. 16. dementia refert Vives, ut lunam ab aſino epotam vanis terroribus inductus crederet: eò quia cum aſinus de fluvio biberet; & lunæ imago, quæ in aquis renidebat, nubis pertranſeuntis objectu illicò evaneſceret, crediderunt aſinum non minus ſiti; quàm fame preſſum, lunam cum laticibus deglutiviſſe: unde miſellus aſinus in carcerem truſus; & poſt datam ſententiam ſectus, ut lunam mundo reſtitueret, vanum meticuloſi populi terrorem proprio extinxit ſanguine.

67. Cauſæ igitur excitantes metum plures ſunt, quarum præcipua eſt malum illud, quod objicitur appetitui, ut imminens, ac declinatu difficile, à quo per timorem appetitus avertitur. Hæc cauſa generatim ſumpta reliquas ferè omnes complectitur, quippe ſub genere mali comprehenduntur cætera, quæ timentur mala; cujusmodi ſunt pericula communia, & privata, imminentes ærumnæ, incertua rerum exitus, anceps fortuna, ciborum charites, illatæ in alios læſiones, infauſta præſagia, nox atra, adverſatiorum potentia. Æneas apud Virgilium ex relicto 2. Æneid. à Græcis in agro Trojano equo ligneo tantæ magnitudinis, ut portis civitatis recipi non poſſet, & ex ficta hoſtium fuga, timorem incutit Trojanis, ne fidant ligneæ machinæ, & quæ imminent pericula, caveant; inquiens.

Et procul, ô miſeri, quæ tanta inſania, cives?
Creditis avectos hoſtes? aut ulla putatis
Dona carere dolis Danaum? ſic notus Ulyſſes?
Aut hoc incluſi ligno occultantur Achivi:
Aut hæc in noſtros fabricata eſt machina muros,
Inſpectura domos, venturáque deſuper urbi:
Aut aliquis latet error, equo ne credite Teucri.
Quidquid, id eſt, timeo Danaos, & dona ferentes.

Ex cognitione mali, quod timori objicitur, vel maximè dependet honeſtas, vel dedecus timoris. 68. Hanc ob rationem Epictetus fusè inculcat, debere homines veri mali nanciſci notitiam; neque unquam ſinere ſe falſa illudi mali ſpecie, improvidè uſurpando affectum timoris, quando de malis agitur ementitis, ſeu de larvis malorum, ait Epictetus apud Arianum. *Nobis itidem accidit, quod cervis ſolet, qui exterriti fugiunt volucrum inſectationem, alio ſe vertunt, & in loca quædam irretita laqueis, nunquam periculo vacua concedunt; ac ſic pereunt, dum præpoſterè mutuant metuenda non timendis: ita & nos aliquando utimur metu in rebus non arbitrariis, ac in aliis nimium voluntariis actionibus. Quamobrem accidit, ut decipiamur, & labamur, turpe quid perpetremus, aut flagitioſa aliqua cupiditate exardeſcamus, ac nihil ferre poſſimus, modò ſolertes ſimus in rebus conſequendis, quæ extra nos ſunt. Ubicunque verò offert ſe nobis mors, exilium, labor, ignominia, ibi de ſtatione decedimus, illic eſt, quod pavidos exagitet.* Oſtendit Epictetus, plerumque non eſſe verum malum, ſed duntaxat larvam mali, quod timorem ingenerat; ſubinde homines fingunt, augéntque ſibi infortunium, ubi nullum revera imminet periculum. Multa mala, quæ non eſſent, eatenus ſunt, quia ea homines timent: ſtultum eſt, dare ſe referentibus, & nullis apparentibus ſignis, quæ malum prænontient, falſis terreri imaginibus. Vani ſunt hi timores, & ideò magis perturbant, quia vani. Non vana terriculamenta, ſed firmiſſima irati Numinis in improbos timeamus argumenta.

69. Alia metûs cauſa, timentis eſt imbecillitas, defectúsque virtutis: quia tunc, quod imminet periculum, apprehenditur majus; ideóque pueri, & ſenes, ac mulieres magis timent. Hac ratione Ariſtoteles ait: Lib. 2. Rhetoric. cap. 5. queinque minus eſſe timidum, quò ad reſiſtendum majori eſt poteſtate præditus, quia

vel

vel opes, vel amicorum auxilia parata, & expedita habeat; & alios hiſce deſtitutos præſidijs procliviores eſſe ad metum.

70. In ciendo timoris affectu hac Orator utatur induſtria, ut primùm ea perſpecta habeat, in quæ quisque intentiori fertur amore; tum hæc eadem periculis circumſepta oſtendat; vel proximè amittenda; tunc acriùs pungitur, qui eorundem timet jacturam. Hinc quibus ambitio pectora pulſat, acciſa ſpes honoris obtinendi; quibus vana elatione mens tumet, dignitatis jactura; avaris opum amiſſio; ſenſui, ac voluptati indulgentibus deliciarum proponatur ereptio: timent, qui amant, & eò acriùs, quò intenſiùs diligunt, quæ amittere verentur. Rerum, quarom amiſſio timetur, plura gravi oratione proponuntur exempla; habent hæc, ſi oculis pene ipſis ſobjiciantur, vim animum flectendi; eúmque ciendi affectum, quem Orator intendit; præſertim ſi pericula ſingula retenſeantur. Si timorem velit Orator Mercatori incotere, ne infidum trajiciat pelagus; exempla eorum proponat, qui ſpe freti pinguioris fortunæ periêre inter fluctus, naufragium paſſi. Licèt arrideat cœlum nullis fœdum nubibus, invitet mare lactea quieſcens malacia; non tamen huic fidendum: ſtatim enim variante cœlo, & pelago, atræ, ac ſordidæ nubes quaſi claſſicum repetito tonitru occinentes unà conglobantur, diem abripiunt, ventos immittunt turbulentiores, fluctus commovent decumanis tumidiores, quibus naves licèt validiſſimæ diverberatæ laxatis compagibus labefactantur, diſſolvuntur; franguntur antennæ, & ipſæ navea ad extremum trahuntur diſcrimen; & plerumque acriùs æſtuante oceano, vel gurgitibus hauſtæ pereunt; vel alliſæ ſcopulis infringuntur.

71. Si obſeſſæ urbis Præfectus ad ejusdem impediendam direptionem, ac everſionem vellet civium animos ad deditionem inflectere; detrectantibus poſſet metum injicere; ſi iiſdem oſtenderet urbis imbecillitatem, mœnia expugnatu facillima, militis præſidiarij exiguam manum; hoſtium obſidentium ingentes vires, numerum neceſſario ad talem obſidionem majorem; feritatem, ac ſævitiem; milites inhiantes divitijs, quibus volupe diſtricto gladio per murorum dejectas ruinas urbem ingredi, ſanguinem fundere, clades ſpargere, vulnera infligere, & cuncta opplere cadaveribus, ac imbellem omnis ſexûs, omnis ætatis turbam ſine diſcrimine trucidare, domus diripere, divitias rapere, pretioſa furari, reliqua incendijs perdere; templa ſpoliare, Cœlitum imagines indignis modis polluere, matronas nobiles, puellas caſtas ad omnem militarem libidinem fœdiſſimè rapere; & omnia ſacra profana violare cœde, diſtrahere rapinâ, conculcare ludibrio. Hæc ſunt mala imminentia, quibus cives detrectantes urbis deditionem timore perterriti, metu perculſi, terrore commoti, formidine concitati in vota flectuntur Gubernatoris. Proderit ad excitandum metum pericula imminentia, mala proxima ſingillatim recenſere, ac oculis pene ipſis ſubjicere; & exempla adferre eorum, qui eadem mala in ſimili negotio fuêre perpeſſi. Idque præſtitit Demoſthenes, ubi hortatur Athenienſes gravi oratione, ne Philippom, quaſi ſuis viribus imparem, ac proinde nulla damna allaturum contemptui habeant, idque ut perſuadeat, ſimúlque timorem injiciat, vicinas urbes, & conterminas recenſet provincias totas jam à Philippo vaſtatas, & pleraque oppida, vel ferro deleta, vel igne abſumpta.

Philipp. 3. num. 130.

72. Effectus timoris plures ſunt. Si timor fuerit remiſſus, mentem excitat ad excogitandum, capiendúmqoe conſilium, ut docet Ariſtoteles, ubi ait, timorem inducere ad conſulendom. Secundò timor reddit operationem perfectiorem, quatenus operatio dependet ab animi intentione; quapropter D. Paulus nos monet, ut cum timore, & tremore noſtram operemur ſalutem. Tertiò ex alio capite impedit timor perfectionem operationis, quatenus talem corporis motum habet adjunctum, quo frigiditate quadam cor contrahitur; hæcque ratio, cur ſoleat timor quendam in membris exterioribus adferre tremorem, quo operatio externa, quæ per membra exteriora exercetur, præpeditur: ſiquidem timor, ut docet Damaſcenus, eſt paſſio ſecundùm contractionem, quatenus per timorem contrahitur cor, & avocantur ſpiritus; inde ſequitur frigus in externis corporis membris, ut etiam tremor, ac pavor; & interdum linguæ titubatio; ac operandi ineptitudo: hinc apud Iſaiam habetur: *Confortate manus diſſolutas, & genua debilia roborate.* Hæc tamen contingunt, tantùm cum timor eſt nimius. Generatim effectus timoris ſunt trepidare corde, animo perturbari, proprijs non fidere viribus, cogitationum æſtu fluctuare, tremere, frigere, impalleſcere, obſtupeſcere, genibus titubare; hinc Virgilius virum deſcribens timore perculſum, ait:

Lib. 2. Rhetoric. cap. 5.
Ad Philippenſes 2.
Lib. 3. fidei orthodoxæ cap. 13.
Iſaiæ 35.
12. *Æneid.*

Genua labant, gelidus concreſcit frigore ſanguis

73. Sanandæ timoris ægritudini peridonea plura exhibentur alexipharmaca. Cum timor ex amore aliquo, & concupiſcentia, veloti à radice ſuam trahat originem; ea omnia proderunt ad minuendum inanem, ac immoderatum timorem, quæ cenſentur remedia eſſe adverſùs pravum amorem, ac inordinatam concupiſcentiam; ſicut neceſſe eſt contraria metuat, qui cupit, & amat; ita qui non cupit, & amat, non poteſt metuere, ut pulchrè innuit S. Auguſtinus inquiens: *Qui cupit, cum nihil aliud ſit cupiditas, quàm amor rerum tranſeuntium; metuat neceſſe eſt; ne amittat eas, cum adeptus fuerit,*

Lib 83. quæſt. 3.

fuerit, aut non adipiſcatur. Qui animo adeo eſt robuſto, fortíque; ut malum præſens, ac urgens, quod objectum eſt triſtitiæ, haud ægrè ferat, is procul dubio non excruciatur mali futuri importuna cogitatione.

74. Proderit etiam ad timorem ab animo eliminandum, metúmque omnem excutiendum, perpendere ſedulò, eam eſſe timoris conditionem, ut hominem ante miſeriam miſerum faciat, ut ſcitè monet Seneca inquiens: Epiſt 89. *Nihil eſt miſerius, aut ſtultius, quàm ſemper timere. Quæ iſta dementia eſt, malum ſecum antecedere? Denique ut breviter includam, quod ſentio, & iſtos ſatagenos, ſibique moleſtos deſcribam tibi: tam intemperantes in ipſis miſerijs ſunt, quàm ante illos. Plus dolet, quàm neceſſe eſt, qui ante dolet, quàm neceſſe ſit.*

75. Abigitur itidem timor, ſi conſideremus, vana plerumque, ac futilia eſſe; quæ Epiſt. 110. timorem incutiunt; hinc Seneca ad timoris radices evellendas, monet, introſpicienda, quæ metum injiciunt, quia plerumque talia non ſunt, qualia noſtris objiciuntur oculis, ac corruptis judicijs. Plura, quæ mala non eſſent; eadem mala nobis ſunt, & nos torquent, quatenus ea apprehendimus, ut mala, & timemus: ſæpe fallaci conjecturâ decepti verbum dubiæ ſignificationis detorquemus in peius; & ſæpe potentis offenſam majorem putamus, quàm revera ſit; & cogitamus non quantum iratus ſit ille; ſed quantum liceat irato. Vana ſunt hæc terriculamenta, vani hi timores; hinc Seneca: *Quòd quidquam timendum putes. Vana ſunt iſta, quæ nos movent, quæ attonitos habent. Nemo noſtrum quid veri eſſet, excuſſit; ſed metum alter alteri tradidit. Nemo auſus eſt ad id, quo perturbatur, accedere; & naturam timoris ſui noſſe. Itaque res falſa, & inanis habet adhuc fidem, quia non coarguitur. Tanti putemus oculos intendere; jam apparebit, quàm brevia, quàm incerta, quàm tuta timeamus.* Vani ſæpe ſunt noſtri metus, & ideo magis perturbant, quia plus continent vanitatis, quàm veritatis.

76. Minuitur quoque timor, ſi ſeriò cogitemus dignitatem virtutis, quæ relucet in conſtantia, animique magnitudine eorum, qui licèt magna toleraverint mala, fortes nihilominus fuerunt, conſtantes, ac imperterriti; exempla aliorum, præſertim ſi præclara fuerint, dignáque laude, efficaciam obtinent ad nos movendum, ut eaſdem, & nos imitemur virtutes. Facilè componit quis animum ad tranquillitatem, ſi ei exemplum oſtendatur viri fortis, ac imperterriti, qui ſe frangi timore non per- In 4. quæſt. Tuſcul. miſit, & qualis deſcribitur à Tullio inquiens: qui moderatione, & conſtantia quietus animo eſt, ſibique ipſe placatus, ut neque tabeſcat moleſtijs, neque frangatur timore, neque ſitienter quid appetens ardeat deſiderio, neque alacritate futili geſtiens deliqueſcat; is ſapiens eſt, quem quærimus; is beatus, cui nihil humanarum rerum, aut intolerabile ad demittendum animum, aut nimis lætabile ad efferendum videri poteſt. Quid enim videatur ei magnum in rebus humanis; cui æternitas omnis, totiúſque mundi nota ſit magnitudo.

77. Ad vanos timores excutiendos prodeſt itidem conſcientia purgata ab omni gravi noxa; nil enim ad eliminandum metum obtinet tantum roboris, ac momenti, ſicut intima quædam animi conjunctio cum Deo; & fiducia in illum per charitatem, pietatiſque ſtudium corroborata. Qui erga Deum bene affectus eſt, timori non dat locum, quia paratiſſimus eſt ad mala quævis, vel avertenda, vel æquanimiter toleranda mediante Dei ope; & cum Regio Vate ait plenus fiducia. *Dominus protector vitæ meæ, à quo trepidabo?* Pſalm. 26. Plures viri pientiſſimi, ac virtutum culturâ inſignes hac in Deum obarmati fiducia; divinóque ſuffulti auxilio cruciatus leviores læto animo ſuſtinuerunt: Stephanus inter lapides pacato animo Deum precabatur, ut lapidantibus peccatum dimitteret. Laurentius cum inter flammas ureretur, exultabat lætior, & Tyranno inſultabat. Apollonia incenſum rogum non ſolùm non expavit; ſed ultrò ſe in illum projiciens flammas illas perinde, ac pretioſa monilia amplexa fuit. Alij ſi Tyrannos ignitos carbones ſubſternebat veluti ad roſas currebant; ſi latera cædebat, profundóſque in eis deſcribebat ſulcos, rivóſque ſanguinis deducebat; veluti auro, gemmiſque ornati gloriabantur. In profundum dejecti maris, ut in cœlum aſcendentes exiliebant, exultabant, choreas ducebant: arripiebant ſupplicia non ut cruciatus, ſed ut vernantes flores texendis coronis peridoneos.

§. V.

Producitur debacchantis Iræ Affectus, cujus turbulentiori æſtu percitus homo, à ſedatæ mentis dejicitur tranquillitate; & veluti accerſitâ procellâ videtur voce tonare, oculis fulgurare, & manibus fulmina jacere.

78. Salmoneum redivivum, non Regis Elidis filium, neque ex Erebo reducem; ſed iraſcentis animi fœtum in hoc affectu donamus explicatu; Jovem ſiquidem ſi non ſtructo æneo ponte; è concitata tamen mente, veluti è turbulentiore monte, tonando, ac jaciendis fulminibus Ira imitatur. Flammas accendere, ignéſque concipere, tonare, fulgurare, fulminare, ac omnia permiſcere proprium eſt hujus affectus; unde graves hoſce Iræ motus compeſcere, vel intor-

intorquere, illius tantùm eſt Oratoris, cui ingenium eſt acre, velox, igneum, ſublime, excitatum; vox vehemens, lacerti fortes, pectus inconcuſſum, vultus ſeverus, frons rigida, vires robuſtæ; nec ſinit hic affectus ab alio coargui, tractaríque imbecillioris conditionis. Hunc ut orator excitet in populo; neceſſe eſt ſe ipſum eodem concitet, ac fulguret oculis, tonet voce, igneſcat vultu, fulminet verbis. Plures ſunt, qui fortaſſis imitantur Orpheum Apollinea lyra in ſylvis proludentem, & arguto illius pulſu non ſolùm feras cicurantem, verùm & ſylvas, ac ſaxa moventem, curſúmque fluviorum prohibentem: at Jovem fulminantem unus duntaxat Salmoneus fuit auſus imitari; & hanc ob rem perversè actam ad tartara Jupiter eum detruſit.

79. Lenium blanditias affectuum; ac ludicra amoris lenocinia, aliarúmque cupiditatum byſſinos motus exhibere plures tum oratores, tum Poëtæ conſueverunt: at frementis iræ tonitrua excitare, ac fulmina jacere, nonniſi paucorum eſt: id Pericli conceſſum, cui cœleſtis cognomen admirabilis fecerat eloquentia: auditus fuit pluries ut olympus tonare: ſed huic caput fuerat ingens, ingenium velox, & planè igneum, mens ampla. Is perorando fulmen ferre dicebatur in lingua, & revera in concionibus tonabat, fulminabat, permiſcebat omnia: quin & Thucydidem nobiliſſimum ſui ævi oratorem in omnes verſabat partes, ut ipſe miraretur palmam ſibi è manibus abripi: cum enim rogaretur ab Archidamo Lacedæmoniorum Rege; ipſe, an Pericles melior Luctator eſſet? ego, reſpondit Thucydides, illum luctando proſterno: ſed neſcio qua arte, ac induſtria reſiliens, perſuadet ſe non recidiſſe: atque in eam ſententiam traducit multitudinem: tale fuit in Pericle flexanimæ, ac dominantis eloquentiæ imperium, ut animos, quò vellet, flecteret, demulceret, terreret. Pericli Oratori haud diſſimilis fuit Poëta Homerus, qui in Achillis iracundia exprimenda, totus viſus eſt irâ exardeſcere.

80. Quòd verò ad naturam attinet iræ, ſunt qui non rectè naturam percipientes hujus affectus, eum ab iracundia nullo ſejungunt diſcrimine; quod quàm falſum ſit, innuit Seneca inquiens: *quò diſtet ira ab iracundia apparet, quô ebrius ab ebrioſo, & timens à timido, iratus poteſt non eſſe iracundus: iracundus poteſt nonnunquam iratus non eſſe.* (Lib. 1. de Ira cap. 4.) Sicut igitur ebrius, & ebrioſus differunt, eò quia is dicatur ebrius, qui nimio potu temulentus, multóque vino madidus, ac obrutus minimè eſt ſui compos; ebrioſus verò, qui ſæpe fit ebrius: ita ira eſt ipſe motus appetitûs iraſcentis: iracundus verò dicitur, qui pronus eſt ad motus iræ, ac facilè iraſcitur quapropter poteſt iracundus aliquando non eſſe iratus; ut etiam iratus poteſt non eſſe iracundus

81. Naturam iræ, ut notat Ariſtoteles diverſimodè explicatur à Dialecticis, & Phyſicis: (1. de anim. text. 16.) illi ſiquidem definiunt iram eſſe appetitum vindictæ: Phyſici verò aſſerunt, eſſe fervorem ſanguinis, aut calidi circa cor: ex hiſce definitionibus, prima traditur per formam; poſterior per materiam; & quamvis neutra attingat totam, & adæquatam rationem iræ; utraque tamen videtur aliquid ipſius explicare, ſcilicet vel ejus cauſam, aut effectum: prior enim definitio videtur explicare cauſam: ſecunda effectum iræ: non enim ebullitio ſanguinis eſt cauſa iræ; ſed potius è contra, ira eſt cauſa effervescentiæ ſanguinis circa cor.

82. Varij variè definiverunt iram. Tullius eam definivit: *Appetitum vindictæ*: Lactantius: *Libidinem ulciſcendi*: Poſſidonius: *Cupiditatem puniendi eum, à quo ſe putet læſum.* Seneca *Concitationem animi ad ultionem voluntate, & judicio pergentis.* (Lib. de ira, cap. 3.) Ex quibus definitionibus liquet, iram eſſe motum quemdam appetitûs iraſcibilis inſurgentem adverſus eum, qui cauſa mali eſt appetenti: vel ei eſt impedimento, ne bonum amatum conſequatur: cum ira ſit appetitus vindictæ, ſupponit læſionem, vel damnum aliquod illatum ei, qui iraſcitur, ab eo adverſus quem iraſcitur.

83. Ariſtoteles rectè definit iram, quòd ſit: *Appetitio cum dolore conjuncta, ejus quæ apparet ultionis, propter eam, quæ apparet deſpicientiam, vel in ſe, vel in ſuorum quempiam non convenienter.* (2. Rhetorici cap. 5.) Breviùs ſolet ira definiri: *appetitus recruciationis*, ſi Petrus moleſtiam, vel damnum intulit Paulo, iraſcitur Paulus, cupitque moleſtiam illam repellere, ac in Petrum Authorem retorquere, & eſt propriè ultio reſaucians, ſeu vindicta compenſans mœrorem irrogatum; adeóque eſt vindicta recrucians. Non ſolùm hominibus, ac rebus alijs animatis iraſcimur; verùm etiam rebus ſenſu carentibus, ſi ſint nobis impedimento, quo minus aliquid præſtemus, ut aſſerit D. Auguſtinus, ubi de hoc affectu diſſerens ait: (Epiſt. 115. ad Nebridium.) Ira eſt turbulentus appetitus anferendi ea, quæ facilitatem actionis impediunt. Itaque plerumque non hominibus tantùm, ſed & calamo iraſcimur in ſcribendo, eúmque collidimus, atque frangimus: & aleatores teſſeris, & pictores penicillo, & cuique inſtrumento quilibet, ex quo difficultatem ſe pati arbitratur. Hac autem aſſiduitate iraſcendi, fel creſcere etiam Medici affirmant; cremento autem felis, rurſus, & facilè, & propè nullis cauſis exiſtentibus iraſcimur.

84. Definit Ariſtoteles iram eſſe *appetitionem cum dolore conjunctam, ejus, quæ ſeparari poteſt ultionis.* Eſt ſiquidem ira appetitio, ſed vehemens atque incitata, quam

dolor

dolor comitatur; quia irati graviter inti-
mia torquentur præcordijs. Hinc iram
ſi pingeres, unam delineares exilieatem ex
Erebo Furiam, vultu ſuccenſam, ocnlia
cœcam, dentibos inſtendentem, manibus
accenſaa faces agitantem; inceſſu gradien-
rem præcipiti, armatam minia, ſtipatam
tumultibus, circumſeptam exitijs. Ab
igne ſiquidem genita quietis impatiens,
frœni neſcia ſtridet, furit, inſanit, om-
nia ſus,déque vortit,perturbat, in hoc tamen
doloris æſtu, neſcio quæ titillat ultionis
ſpes non abſque aliquo jucunditatis ſenſu;
quapropter Homerus iræ amaritudinem mel-
lis attemperat dolcedine.

85. Bipartitur hæc ira in tranſeuntem, &
permanentem: illa eſt, quæ ſtatim exci-
ratur, cum quis ob leve dictum, aut fa-
ctum ſtatim exardeſcit; hicque affectus cu-
piditatem ſecum trahit ultionis; & ſient
illicò excitatut; ita ſtatim extinguitur;
dicitúrque brevis inſania; quia ut eleganter
l. de Ira, cap. 1. Seneca: Ira impotena ſui eſt, decoris ob-
lita, neceſſitudinum immemor; in quod
cœpit pertinax, & intenta; rationi, con-
ſilijsque præcluſa vanis agitata cauſia, rui-
nis ſimillima, quæ ſuper id, qnod oppreſ-
ſère, franguntur. Ut autem ſcias, inſa-
nos eſſe, quos ira poſſidet, ipſum illo-
rum habitum intoere. Flagrant, & mi-
cant oculi; multus ore toto rubor, ex-
æſtuante ab imis præcordijs ſanguine; la-
bia quatiuntur; dentes comprimuntur; hor-
rent, ac ſubriguntur capilli, ſpiritus co-
actus, ac ſtridens; articulorum ſe ipſos
torquentium ſonus, gemitus, mugitúſ-
que; & parum explanatis vocibus ſermo
præruptus, & comploſa ſæpius manus; &
pulſata humus pedibua, & totum conci-
tum corpus, magnáſque minas agens, fœ-
da viſo, ac horrenda facies depravantium
ſe, ac intumeſcentium. Ira permanens,
quæ & diuturna dicitur, ea fuit, quæ in
Achille deſcribitur ab Homero, tot he-
roum cædibus, ac miſerrima Græciæ in-
gemiſcentis clade, urbiúmque ruinis vix
ſatiata.

86. Ex eo, quòd Ariſtoteles in iræ defi-
nitione addat, *propter eam, quæ apparet
deſpicientiam &c.* Explicat cauſam tum
externam, & remotam; tum internam, &
proximam iræ; & illam air eſſe deſpicien-
tiam, ſeu injuriam; vel moleſtiam ab ex-
trinſeco irrogatam: cauſam verò inter-
nam, & proximam iræ air eſſe triſtitiam,
inde conceptam; cum primùm homo ad
iram pronus cognoſcit injuriam ſibi irro-
gatam, vel deſpicientiam, moleſtiam con-
cipit, & triſtitiam experitur; ad quam
veluti proprius effectus ſequitur ira: quia
Lib. de Ira cap. 17. ut polchrè Lactantius: *Irritat læſio do-
lorem, & dolor facit ultionis cupidita-
tem.*

87. Aliquot tamen videntur difficultates
urgere; ſiqoidem ex tradita ab Ariſtotele
iræ definitione; ſequitur, hunc affectum
non poſſe in Deum cadere, quia cum Deus
nequeat quidquam damni à creaturis pati;
non eſt capax recipiendi ullam læſionem à
creatura; proinde neque eſt capax iræ,
quæ ſequitur ad læſionem irritantem do-
lorem. Vel ſaltem non eſt cupiditas de-
finienda, quòd ſit cupiditas ultionis, eò
quia præceſſerit injuria; ſed ut ira Deo
conveniat, deberet definiri: *Motus ani-
mi inſurgentis ad coërcenda peccata.* Vel
*Inſurrectio ad vindictam; ut diſciplina
ſervetur.* Hoc pacto ira convenit DEO,
& Judici plectenti reum. Neque DEUS
eſt capax moleſtiæ, quam repellat, & re-
torqueat in creaturam, quæ eſt ultio recru-
cians comprehenſa in definitione iræ tradita
ab Ariſtotele.

Verùm parum id faceſſit negotij, quia 88.
creatura lethaliter peccans inferr DEO in-
juriam, læditque ejua jua; quatenus au-
fert à DEO rationem finis ultimi, quam
refert in creaturam; pluris hanc facien-
tem, quàm DEUM; & licèt non lædatur
DEUS phyſicè, cum nullo noſtro niſu poſ-
ſit quidquam DEO accedere, vel dece-
dere; læditur tamen moraliter, qnia ſi
DEUS eſſet capax læſionis, utique læ-
deretur; idque ſufficit ad juſtum iræ mo-
tum; & appetitum ultionis recruciatiuum
ex illata injuria, quamvis DEUS non ſit
capax formalis triſtitiæ; non tamen deeſt
illi virtualis in eo ſita, quod ſi DEUS
eſſet capax triſtitiæ, conciperet mole-
ſtiam ex injuria ſibi illata, ſimúlque tri-
ſtaretur.

Non diffiteor definitioni Ariſtotelis 89.
id etiam opponi, quòd plerumque excite-
tur ira, tametſi nullus præceſſerit contem-
ptua, neque ulla fuerit injuria illata; cum
interdum iraſcamur rebus animâ deſtitu-
ris, eò quia nobis ad vota non inſerviant.
Verùm inde non ſequitur vitium in tra-
dita ab Ariſtotele definitione; quia cum
iraſcimur adverſus inanimata; tunc per-
inde hæc moleſtijs nos afficiunt, ac ſi ca-
pacia forent inferendi nobis formalem con-
temptum; & injuriam, ac moleſtiam ali-
quam niterentur nobis inferre; propterea
ijsdem iraſcimur, & in hac ira umbrati-
lem oſtendimus retributionem; quatenus
eodem ferè modo nos gerimus in illa, quò
retribuiſſemua perſonæ, ſenſûs, & ratio-
nis capaci, à qua nos læſos putaremus. Hinc
quando res inanimatæ, ut calamus, peni-
cillus, cultellus, & alia id generis inſtru-
menta nobis ad vota non inſerviunt, ta-
metſi incapacia ſint moleſtiæ viciſſim ſen-
tiendæ; nihilominus ijsdem ſuccenſemus,
iraſcimur, evomentes noſtræ virus acerbi-
tatis; quia cùm hujusmodi inſtrumenta no-
bis ad vota non inſerviant, quamdam no-
bis adferunt deſpicientiæ umbram, qua-
tenus

tenus ſunt nobis potiùs incommodo, ac inferunt actionis difficultatem; ſcitè S. Auguſtinus id explicat inquiens:
Lib 14. de civit. c.15. *Iram nihil aliud eſſe, quàm ulciſcendi libidinem veteres definiverunt. Quamvis nonnunquam homo, ubi vindictæ nullus eſt ſenſus, etiam rebus inanimatis iraſcatur, ut malè ſcribentem ſtylum collidat, vel calamum frangat iratus. Verùm & iſta, irrationabilior tamen, quadam ulciſcendi libido eſt, & neſcio quæ (ut ita dixerim) quaſi* UMBRA RETRIBUTIONIS.

91. Quinimò unum animal plerumque alteri iraſcitur absque ullo præcedente malo illato iraſcenti; adeout ira tunc ſuccendatur ex pura naturali antipathia. Verùm tunc animal iraſcens, alterum, cui ſuccenſet, apprehendit, ut ſibi inimicum; & cum ordine ad malum inferendum. Quando verò lupus ovem aggreditur, motus ille appetitûs non eſt ira propriè ſumpta, ſed potiùs odium, vel alios affectus, qui nonniſi impropriè vocatur ira, quatenus omnis motus excitans ſanguinem, & acuens bilem contra alterum ſolet ira vocari. Neque adhærendum puto aſſerentibus nullo tunc diſcrimine iram ab odio diſtingui. Quia tametſi ira odio maritali quodam vinculo adnectatur, duo tamen ſunt affectus diſtincti, licèt in una, eadémque flamma ſtabulantes. Adverſus inferentes malum poteſt ira inſurgere, & odium: ira tamen formaliter, quia hic affectus propriè reſpicit alterum, ut authorem mali; cui propterea malum appetit, quantum ſufficit ad compenſandum damnum ſibi illatum; vel ad propulſandum malum, vel ſimile quid declinandum. Secus odium tametſi ex damno illo illato occaſionaliter excitetur, ſimpliciter tamen vult malum alteri non comparativè, ſed obſolutè; quia odium fertur ſimpliciter in malum alterius: quoties apprehendit quis alterum, ut ſibi noxium, & quòd eidem obtingat malum aliquod; id bonum ſibi reputat: odium per ſe hanc appetit compenſationem mali cum perſona averſa: ira è converſo per ſe non intendit malum alterius perſonæ, ſed compenſationem, & repulſam proprij incommodi. Hi tamen motus difficulter diſtinguuntur in appetitu bruti; quia brutum non videtur apprehendere malum alienum niſi ad declinandum proprium, vel ut propriè ſubveniat indigentiæ, occurrátque neceſſitati, qui motus odium potiùs ſedolet, quàm iram: unde Ariſtoteles 6. *Ethic. cap.* 6. docuit, iram propriè ſequi ad rationem, cujus cum bruta non ſint capacia, non poſſunt propriè iraſci alteri.

92. Cæterum affectus iræ in aliquibus dicitur convenire cum odio inimicitiæ; & in pluribus differre. Convenit primò, quia ira perinde ac odium habet pro objecto materiali malum, quod appetit inferre, & malum, cui expetit inferre; ut notat D. Thomas. Secundò convenit, quia cum ſit Quæſt. 46.
motus proſecutionis habet ſimiliter pro objecto formali bonum aliquod, perinde ac odium inimicitiæ.

Differt verò ira ab odio inimicitiæ. 92.
Primò quia ira propriè conſiſtit in retributione, ſeu quadam compenſatione; ut enim paulò ſuperiùs innuimus; ira habet pro objecto formali bonum quoddam conſiſtens in retributione, ac compenſatione accepti mali. Bonum verò, quod formaliter reſpicitur ab odio inimicitiæ, in eo præcisè conſiſtit, quòd res mala, quæ odio habetur, ſubjaceat alicui alteri malo; ratione cujus patiatur damnum, ac quodammodo tendat ad interitum, minúsque valeat repugnare alteri. Secundò bonum, quod ira reſpicit, apprehenditur, eſſe in ipſo malo, quod eſt inferendum, quatenus illud cenſetur juſtum, ac æquale malo accepto, quod vindicatur. Bonum verò, quod eſt objectum formale odij inimicitiæ non apprehenditur eſſe niſi in conjunctione illa mali cum malo; in qua conjunctione reſpicit etiam aliquod malum. Tertiò cum ira ſit in appetitu iraſcibili habet pro objecto ſemper aliquid arduum, ac difficile; quia circa ea, quæ ſunt parvi momenti, non ſolet ira concitari: Secus odium inimicitiæ abſtrahit ex ſua ratione à difficultate, & ſolùm, tendit abſolutè in conjunctionem illam mali cum malo; adeò ut odium inimicitiæ quædam ſit concupiſcentia, quatenus conjunctio illa mali cum malo exiſtimatur, ut conveniens, ac bona ipſi odio habenti. Quartò ira eſt ſemper circa individuum aliquod: ſecus odium eſſe poteſt circa genus aliquod; vel ſpeciem, ut aſſerit Ariſtoteles inquiens: *Ira ſemper in ſingulos, ut Socratem, Calliam: odium verò etiam in genera: omnes enim calumniantem, furem oderunt*; ſcilicet in genere, quatenus audito nomine calumniatoris, & furis, etiam præſcindendo ab hoc, vel illo peculiari individuo concipimus odium circa calumniatorem, vel furem generatim; quatenus odio habemus hujusmodi crimina.

Dividitur Ira ex Damaſceno in tres 93.
vulgares ſpecies, quarum prima dicitur *fel*; Lib. 2. fidei
eſtque ira ſubitò excandeſcens; & vocari orthodoxæ
etiam ſolet *Impetus*, quia ſtatim enaſcitur, cap. 16.
neque eſt provectæ durationis. Secunda vocatur *Mania*, quæ oritur ex ira permanente ac diuturna; hinc Nemeſius vult hanc ſecundam iræ ſpeciem dici *Maniam* à manendo, & à permanſione in memoria. Tertia eſt *furor*, eſtque ira nunquam conquieſcens, donec ſumatur vindicta, & vocari etiam ſolet *inimicitia*, quia invigilat ultioni; & ſedulò occaſiones quærit ultioni inferendæ aptas. Poſtremæ duæ ſpecies

iræ, eò ſunt pericnlnſiores; quò abditiores; juxta illud Nutricis in Medæa apud Senecam.

Sile obſecro, quaſtúsque ſecretò abditos
Manda dolori: gravia quisquis vulnera
Patiente, & æquo mutus animo pertulit,
Referre potuit: ira, quæ tegitur, nocet.

94. Eos, qui prima ſpecie iræ concitantur vocat Ariſtnteles *Acutos*, qui ſecunda ſpecie *amaros*, & qui tertia *Difficiles*. Seneca (Lib. 1. de Ira cap. 4.) poſt præmiſſam diſtinctinnem inter iracundiam ſe habentem per modum habitûs, & iram per mndum actûs, adfert plures iræ ſpecies penes varias cauſas, & incentiva, adeò ut tota diſtinctio ſit accidentalis: ait ipſe: *Cætera quæ pluribus apud Græcos nominibus in ſpecies iram diſtinguunt, quia apud nos vocabula ſua non habent, præteribo; etiam ſi amarum nos, acerbúmque dicimus; nec minus ſtomachoſum, rabioſum, clamoroſum, difficilem, aſperum, quæ omnia irarum differentiæ ſunt. Inter hos moroſum ponas licèt delicatum iracundiæ genus. Quædam enim ſunt iræ, quæ intra clamorem, conſidunt, quædam non minus pertinaces, quàm frequentes; quædam ſævæ manus, verbis parciores: quædam in verborum, maledictorúmque amaritudinem effuſæ: quædam ultra querelas, & averſiones non exeunt: quædam altæ, gravésque, & introrſus verſæ. Mille aliæ ſpecies ſunt mali multiplicis.* A pluribus hiſce ſpeciebus dicimur alicui iraſci, ſuccenſere, ſtnmachari. In aliquem incitari indignatione, commoveri furore, exardece iracundiâ, affici irâ, vitus acerbitatis evomere, ſtnmachum erumpere, flammas indignatinnis evibrare, æſtu iræ commoveri. Omnes tamen prærecenſitæ ſpecies non niſi accidentaliter differunt penes cauſarum varietatem, ac diverſa iræ incentiva.

§. VI.

Indicantur cauſæ Iræ excitandæ uberiora ſuppeditantes fomenta, quæque ejus focos enutriunt, augéntque.

95. (2. Rhetoric. cap. 2.) IRæ canſas feliciter eſt proſeqnutus Ariſtoteles, ubi ſex præcipuas recenſet, quæ iræ focos ſubjiciunt, addúntque flammas, ſuntque dolor, impedimentum, vehemens cupiditas, deſpicientia præſentis ſtatûs, nffenſio præter expectationem, quædam circumſtantia. Præcipuæ verò cauſæ ad qnas cæteræ revncantur, duæ ſunt: deſpicientia, ſeu contemptus; & triſtitia, quæ ex contemptu concipitur. Quòd enim ad ipſum iraſcentem attinet, nritur ira præſertim ex triſtitia concepta ex contemptu. Quod verò pertinet ad res extrinſecas, cnncitari ſnlet ex varijs incommodis, ac injurijs illatis; nmnes tamen cauſæ facilè revncantur ad unam principalem; ſcilicet ad deſpicientiam, ſeu cnntemptum, vel quod in idem recidit ad parvipenſinnem excellentiæ alicujus, ut aſſerit Plutarchus: nbi loquens de ira ait; (Lib. de ira, cohibenda.) *Alij alijs de cauſis in iram incidunt, quibus omnibus hæc accidit opinio, ut ſe contemni, negligíque credant.*

96. Hinc qui majori ſunt excellentia præditi, faciliùs, ac vehementiùs in mntus iræ ſolent irrumpere; ſi ab alijs deſpiciantur; quia tales ægriùs ferunt injurias ſibi illatas: ruſtici tametſi contemnantur vix iraſcuntur, quod in nobilibus, & dignitate aliqua præcellentibus non contingit. Tum quia hi proclivinres ſunt ad triſtitiam, quæ fœcunda eſt iræ mater; nb hanc ratinnem illi faciliùs etiam iraſcuntur, quibus res non fluunt ad vota; quia adverſa, quæ cnntingunt, homines conſtituunt ad triſtitiam proninres, ex qua naſcitur ira. Eadem de cauſa ij, qui ægritudine corporis, aut calamitate aliqua vexantur, faciliùs iraſcuntur, ut innuit Ariſtnteles inquiens: (Lib. 2. Rhetoric cap. 2.) *Ægrotantes, pauperes, amantes, ſitientes, & univerſaliter cupientes, & non aſſequentes iracundi ſunt, & facilè accenduntur.*

97. Nnn tamen dolor ex deſpicientia conceptus eſt cauſa effectiva iræ; ſed tantùm motiva, ac determinativa ſe tenens ex parte objecti: unde contemptus nec eſt cauſa efficiens phyſica, ſed tantùm fnrmalis extrinſeca; cauſa enim efficiens phyſica eſt appetitus, à qun phyſicè dimanat mntus iræ: dicuntnr contemptus, & triſtitia inde concepta cauſæ iræ in laxinre ſignificatione, ſumptâ cauſâ pro eo omni, quod concurrit ad iram, ſive motivè, ſive formaliter, vel efficienter. Contemptus, quia prnvenit ab extrinſeca perſona deſpiciente alterius excellentiam, excitat appetitum perſonæ contemptæ ad iram, & eò acriùs, quò perſona cnntempta eſt excellentior; & dignitate clarior. Hinc vehementer cnnqueritur Juno apud Senecam in Hercule furente, & apud Virgilium non tam iraſcitur, quòd victa ſit, quàm quòd fnrma ſua ſit ſpreta judicio Paridis cnrrupto libidinis præmio. Proprium eſt fœminarum, quæ vanitati indulgent, iraſci ex contemptu prnpriæ formæ. Hinc Juno irâ exardeſcens; ait (1. Æneid.)

Nec dum etiam cauſæ irarum, ſævíque dolores
Exciderant animo: manet alta mente repoſtum

Judi-

Judicium Paridis, ſpretæque injuria formæ,
Et genus inviſum, & rapti Ganymedis honores.

Et paucis interjectis iraſcens Æneæ, ejúsque claſſi deferenti Ilium in Italiam, eò quia gens longè inferior auſa fuerit ejus contemnere dignitatem, ait:

Gens inimica mihi Tyrrhenum navigat æquor,
Ilium in Italiam portans, victóſque Penates.
Incute vim ventis, ſubmerſáſque obrue puppes.

Accenſæ iræ ob dignitatem ſpretam memorabile transmiſit Poſteris monumentum Narſetes. Is martia virtute toto orbe clarus, reique militaris gloriâ illuſtris poſt
98. debellatum, victúmque Totilam Gothorum Regem; ac plures inconcuſſa animi fortitudine delatos triumphos; Fortunam, quam antea habuit ſibi adblandientem, ac faventem, mox Novercam expertus; non ſolùm Italiæ Præfectura fuit ſpoliatus; verùm etiam, quod dolorem ad ſummam acuit acerbitatem, à Sophia Imperatrice impotentis animi fœmina inſolenti conciſus probro; dictitabat ſiquidem Imperatrix; *Narſetem ad penſa, & lanas eſſe relegandum.* Hæc enim vox nimis petulanter effuſa Narſetis animum adeò efferavit, ſtomachum movit, ac iram commovit, ut dixerit: Se Juſtiniano Imperatori, ac Sophiæ ejus uxori eam telam orſurum, quam nulla eorum vis, nulla eorumdẽ induſtria valeret retexere: idque contigit cùm Longobardos è ſqualidis ſeptemtrionis campis ad Italiæ delicias allexit, evocavit; ſiquidem eorum armis potior Italiæ pars fuit Imperatori detracta, & gloria erepta, tantùm valuit calumniantis mulieris flatus, ut incendium accenderit exardentis iræ ad potiorem Imperij partem perdendam flammis; & ferro evertendam.

Huic affectui iræ proniores ſunt, qui contemptum faciliùs cognoſcunt, ſibíque imaginantur, cujusmodi ſunt debiles corpo-
99. re, & animo, qui facilè arbitrantur ſe contemni: hac ratione Sophia in Narſetem irâ exarſit, & acerbitatis ſuæ virus evomuit. Mulieres enim faciliùs irâ tanguntur, unde Juvenalis ait:

Satyr. 6. de ſexu muliebri.

——— *Quoties facit ira nocentem.*
Hunc ſexum, & rabie jecur incendente feruntur.
Præcipites ut ſaxa jugis abrupta, quibus mons
Subtrahitur, clivóque latus pendente recedit.

Studijs itidem litterarum addicti, quique die, noctúque chartis impalleſcunt, facilè accenduntur irâ; non tamen ea ratione, quia ob impenſum mentis laborem calor eis plurimus ad cerebrum convolet, ut cenſet Vives *3. de Anim. cap. de ira:* ſed quia incumbentes in literarum ſtudia aſſiduo mentis exercitio, ac labore puriſſimos abſumunt ſpiritus, & atrum ut plurimum ſibi ſanguinem creaat; unde oritur ſtomachoſitas, faciliſque ad iram prolapſio: qui enim melancholico abundant humore faciliùs in motus iræ prorumpunt; quia humor teter juvat cogitationem, ſenſúmque deſpicientiæ: quò enim quis ſibi illatam deſpicientiam magis cognoſcit, eò acriùs per iram excitatur ad ulciſcendam injuriam.

Illi etiam facilè iraſcuntur, qui in proprijs peragendis negotijs aliquo detinentur
impedimento: ſive apertè quis ijsdem ob- 100.
ſiſtat, ac refragetur, ſive cum poſſit, minimè faveat. Qui etiam vehementi aliqua trahuntur cupiditate; ut paupertate laborantes, ſitientes, amantes, facilè ijs ſucceſentur, qui cum poſſint, detrectant cupientibus opem præſtare. Illi propenſiſſimi ad iram itidem ſunt, quorum præſens ſtatus deſpicitur, ut ægrotans in ijs, quæ pertinent ad morbum: laborans inopiâ in ijs, quæ ad paupertatem pertinent; Bellator in ijs, quæ bellum concernunt. Pleraque horum extant exempla. Ob morbum, quo torquebatur deſpectus inſanâ exarſit irâ Philoctetes apud Poëtas. Qui ob vitium aliquod corporis, aut deformitatis notam irridentur, probríſque, ac convicijs excipiuntur, acriori ſolent irâ ſuccendi, ut Cornelius Senator, qui cum à Domitio Corbulone ſtruthio camelus depilatus vocaretur ob vehementiam iræ oblitus gravitatis pueriles in fletus, ac muliebres in lacrymas erupit. Hipponax itidem Poëta cum turpi notaretur oris deformitate; ideòque à ludibundis pictoribus in deriſum pingeretur, adeo irâ excanduit, ut deriſionis authores furioſo carmine ad ſuſpendium adegerit. Sub Boleslao III. Polonorum Rege, Palatinus quidam, cui Rex in opprobrium ignaviæ, leporis pellem, colum, & fuſum miſerat, eâ fuit irâ commotus, ut violentas ſibi manus injecerit, ac maluerit mortalitatem violenter exuere, quàm probrum illud inducere.

Irâ ſolent etiam excandeſcere, qui præ-
ter expectationem, grave aliquod ſubeunt 101.
incommodum, maximè ab ijs, quos ſibi benevolos, ac amicos fore arbitrabantur. Perinde ac inſperata boni ſpecies, ubi primùm objicitur, majorem invehit lætitiam, ac jucunditatem, quâ ſenſus perfunditur; ita genus quodvis doloris minimè expectati acriores excitat iras. Sunt etiam, qui certis quibusdam horis, ſtatiſque temporibus præſertim ſtatim à prandio irâ accenduntur; eóſque imitantur maris tractus, qui

ſtatis horis ſolent marino æſtu cieri, vel vento diverberari.

Hic affectus cæterorum turbulentiſſimus, motus habet cæteris vehementiores, quibus tonare, fulminare, ac permiſcere omnia videatur: excelluit in hoc ciendo affectu Seneca Tragœdus; cujus mens vehementi quodam turbine afflata nonnunquam rapitur, ut in Thyeſte.

———————*Audite hoc ſtelus,*
Quocunque diffugiſtis, audite Inferi,
Audite terra nóxque carcarea gravis,
Et atra nube, vocibus noſtris vaca.

Rurſus

Convolve mundum, bella ventorum undique
Committe, & omni parte violentum intona

Et in Hercule furente

Non ſic furore ceſſit extinctus pudor
Populos, ut omnes impio aſpectu fugem.
Arma arma Theſeus, flagito properè mihi,
Referte manibus tela: ſi remanet furor,
Pater reſede; mortis inveniam viam.

103. 1. Æneid. Excelloit in hiſce acrioribus motibus Virgilius præſertim dum cecinit:

Nec latuere doli, fratrem Junònis, & Iræ:
Eurum ad ſe, Zephyrúmque vocat; dehinc talia fatur:
Tantáne vos generis tenuit fiducia veſtri?
Jam Cœlum, terrámque meo ſine Numine venti
Miſcere, & tantas audetis tollere moles?
Quos ego! ſed motos præſtat componere fluctus.
Poſt, mihi non ſimili pœna commiſſa luetis.
Maturate fugam, regique hæc dicite veſtro:
Non illi imperium pelagi, ſævúmque tridentem,
Sed mihi ſorte datum

104. Lib. 7. Æneid. Acrioribos utitur aculeis Virgilius cùm loquentem inducit Junonem irâ percitam, Acheronta moventam, furiáſque evocantem ab inferis ad ulciſcendam injutiam; & ſpondentem Laviniæ, loco dotis ſanguinem, ac clades Troianorum, ac Rutulorum. Proſopopœia amarulentam prodit iram: ait Juno.

Aſt ego magna Jovis conjux, nil linquere inauſum
Quæ potui infelix, quæ memet in omnia verti,
Vincor ab Ænea, quòd ſi mea Numina non ſunt
Magna ſatis, dubitem haud equidem implorare quod uſquam eſt.
Flectere ſi nequeo ſuperos. Acheronta movebo.
Non dabitur regnis (eſto) prohibere Latinis,
Atque immota manet fatis Lavinia conjux:
At trahere, atque moras tantis licet addere rebus:
At licet amborum populos exſcindere Regnum.
Hac gener, atque ſocer coeant mercede ſuorum
Sanguine Troiano, & Rutulo dotabere Virgo:
Et Bellona manet te pronuba: nec face tantùm
Ciſſeis prægnans ignes enixa jugales:
Quin idem Veneri partus ſuus, & Paris alter:
Funeſtæque iterum recidiva in Pergama tædæ.

Proderit Oratoribus, haſce formas exprimendi irati animi ſenſa à Poëtis mutuare: ſimilibus ideò Marcus Tullius ex aſſidua Troianorum lectione mentem implevit ſuam: & Demoſthenes tantus in affectibus ciendis fuit Poëtarum imitator, ut eidem interdum etiam verſus graves, ac irâ pleni exciderint. Prudens tamen Orator, quæ Poëſeos redolent flores, oratoriâ falce reſecat, ne loco ſolutæ orationis carmina videatur recitare, ac Poëtam agere. 105.

Iræ excitandæ peridoneæ regulæ aliquot ab Oratoribus traduntur, Primò ut orator animos priùs ad hunc diſponat affectum; ſi enim ſuſpicionibus fuerint jam exulcerati, & ad concipiendam iræ flammam inflexi, facili negotio irâ commoventur, & proni ad iras excandeſcunt. Subjecta faciliùs eas induunt formas, quarum diſpoſitiones jam ſuſceperunt: & ad corpus humanum vitiatis humoribus malè affectum, ſi aëris acceſſerit intemperies, cœlique inclementia; citiùs vis morbi invaleſcit. Ita in animo diſpoſitionibus ad aliquem affectum præoccupato, faciliùs idem excitatur affectus. Secundò perſona, quæ damnum intulit; ſub ſpecie aliqua indigna, atroce, funeſta, quantum res patitur, exprimenda eſt; adeout injuria profecta à tam vili, ac dejecta perſona minimè videatur toleranda. Tertiò exaggerenda eſt dignitas, & innocentia perſonæ, cui fuit illata injuria; & probitas perſonæ læſæ conferenda cum improbitate, ac nequitia lædentis; tunc acrior excitatur ira in lædentem, ſi fuerit vir nequam, improbùs, ſceleratus. Quartò ipſa injuria, vel damnum illatum per graves, & emphaticas hypotipoſes ſubjiciendum eſt oculis eorum, qui excitandi ſunt ad iram; ut præſtitit Seneca Tragœdus in Thyeſte per exclamationem, apoſtrophem, aliáſque ſublimes figuras. Quintò erit exaggeranda 106.

ipſa

ipſa injuria; & comparanda cum alijs minoribus, quæ ſeverioribus fuerunt pœnis mulƈtata. Sextò ex impunita injuria oſtendenda ſunt damna, quæ inde emanare poſſunt in Republica, & terror ex varijs adjunƈtis erit incutiendus. Septimò habenda eſt ratio ad res, perſonas, loca, tempus; & pro eorundem varietate, & exigentia debent motus eſſe acuti, vel lenes, concitati, vel remiſſi. Oƈtavò ſi ſuſpicio irrepſerit affeƈtati motûs, aut animi privato odio iniquè affeƈti, tunc callidè debet Orator procedere, ne videatur ex privato odio loqui; unde lentè, remiſsè ſi proceſſerit, conſultiùs erit; ut etiam ſi amputata omni amplificatione rem ſimplici expoſuerit narratione. Meminerit Orator decoris in hocce excitando affeƈtu, ne ulla intemperanter abutatur aƈtione.

107. *In orat. Philip.* Salluſtius iram concitat à nequitia perſonæ adverſus Marcum Æmilium inquiens: Proh Dij boni, qui hanc urbem omiſsâ curâ adhuc regitis: Marcus Æmilius omnium flagitioſorum poſtremus, qui pejor, an ignavior ſit, deliberari non poteſt; exercitum opprimendæ libertatis habet, & ſe è contempto metuendum effecit? vos muſſantes, & retraƈtantes verbis, & vatum carminibus, pacem optatis magis, quàm defenditis? Cornelius Tacitus à crudelitate, congeſtíſque ſceleribus Britannorum animos irâ commovet contra Romanos, ait in vita Agricolæ: Raptores orbis poſtquam cunƈta vaſtantibus defuerunt, terras, & mare ſcrutantur; ſi locuples hoſtis eſt, avari: ſi pauper, ambitioſi: quos nec Oriens, nec Occidens ſatiaverit. Soli omnium opes, atque inopiam pari affeƈtu concupiſcunt. Auferre, trucidare, rapere falſis nominibus imperium: atque ubi ſolitudinem faciunt, pacem appellant. Liberos cuique, ac propinquos ſuos natura chariſſimos eſſe voluit: hi per deleƈtus alibi ſervituti auferuntur. Conjuges, ſororéſque, & ſi hoſtilem libidinem effugiant, nomine amicorum, atque hoſpitum polluuntur. Bona, fortunáſque in tributum egerunt, in annonam frumentum, corpora ipſa, ac manus ſylvis, ac paludibus emuniendis, verbera inter, ac contumelias conterunt. Nata ſervituti mancipia ſemel veneunt, atque ultrò à Dominis aluntur. Britannia ſervitutem ſuam quotidie emit, quotidie paſcit. Hactenus Tacitus graviter iram excitans adverſus Roma-
108. nos.

In hoc iræ affeƈtu ciendo graves adhibendæ ſunt figuræ exclamationis, Proſopopœiæ, Aganaƈteſis, Apoſtrophe, Hypotypoſis, Execrationis, Deteſtationis, Abominationis. Hiſce figuris utitur Cicero ad iram excitandam in Piſonem inquiens: ô vecors, & amens cum omnes boni, abditi, incluſíque mœrerent, templa gemerent; teƈta ipſa urbis lugerent, complexus es illud funeſtum animal ex nefarijs ſtupris, ac civili cruore ex omnium ſcelerum importunitate, & flagitiorum impuritate concretum? Atque eodem in templo, eodem loci veſtigio, & temporis arbitria non mei ſolùm, ſed patriæ funeris abſtuliſti? Quid ego illorum dierum epulas? quid lætitiam, & gratulationem tuam? quid cum tuis ſordidiſſimis gregibus, intemperatiſſimas perpotationes prædicem? quis te illis diebus ſobrium, quis agentem aliquid, quod eſſet libero dignum, quis denique in publico vidit; cum collegæ tui domus cantu, & cymbalis perſonaret? cum ipſe nudus in convivio ſaltaret; in quo ne tum quidem, cum ille ſuum ſaltatorium verſaret orbem, fortunæ rotam pertimeſcebat? Hic autem non tam concinnus Helluo, non tam muſicus jacebat, in ſuo Græcorum fœtore, atque vino; quod quidem iſtius in illis Reipublicæ luƈtibus, quaſi aliquod Lapitharum, aut Centaurorum convivium ferebatur, quo nemo poteſt dicere utrum iſte plus biberit, ac vomuerit, ac effuderit.

Utitur paſſim Cicero exclamationibus, 109.
quæ plurimum habent roboris ad excitandam iram, ut: *O tenebræ! ô luƈtum! ô ſordes! ô ſcelus! ò portentum in ultimas terras exportandum! ô ſpeƈtaculum miſerum, atque acerbum ludibrio eſſe urbis gloriam. Populi Romani nomen haberi deriſui in hominum conventu, atque multitudine, piratico Myoparone, in portu Syracuſarum de claſſe populi Romani triumphum agat pirata, cum Prætoris nequiſſimi, acerbiſſimique navim prædonum remi aſpergerent!* Modò per comparata profert exempla; inquiens: *Quis hoc fecit ulla in Scythia Tyrannus, ut eos, quos luƈtu afficeret, lugere non fineret? mœrorem relinquis, mœroris aufers inſignia, & eripis lacbrymas non conſolando, ſed mirando:* Modò per Proſopopœiam mortui ipſi è Manium umbris ad tribunal Judicum, atque Auditorum conſeſſum teſtes vocantur. Siquidem Oreſtes apud Libanium animam denati patris, & Apollinem Pythicum innocentiæ ſuæ teſtes, ac propugnatores advocant.

Plurimum etiam valent ad excitandam 110.
iram ſigna, ac imagines patrati ſceleris. Id præſtitit Clotildis Clodovæi filia, & ſoror Childeberti, Clotharij, atque Theodorici Regum Francorum; cum enim duriùs traƈtaretur ab Almarico Rege Viſigothorum Ariano, cui nupſerat: illa imbutum proprio cruore Sudariolum teſtem infelicis ſuæ ſortis ad fratres Reges miſit. Quidni ita ſuccensêre, ac iraſci cœperunt Almarico; ut ſtatim claſſicum totis Gallijs cecinerint; ac atrox illud iniverint bellum, quò res Viſigothorum prorſus attritæ ceciderunt.

Abſtineat Orator in cienda ira à fabu- 111.
loſis narrationibus, quia cum hiſce non præſtetur fides, non multum habent robo-

is ad movendom animum; qois enim credat Hydram lenem, ac manſuetam, quòd ſeptem capita pro ono ferret, aut mitem Pataricam chimæram; cum hæc terrori incutiendo ſint magis idonea? nemo ad amorem movetor, aot odium, ſi audiat Scyllam æqooream peſtem partes corporis ſuperiores habuiſſe vennſtas, ſuavitati, ac humanitati conterminas; partes verò inferiores aſpectu non injucundas tantùm, ſed etiam horrendas; & ipſam virginem fuiſſe cognationis cujusdam neceſſitudine nobiscum devinctam. Vir ſceleſtus, cui ſoccenſemus non exhibeatur Orci galeâ iodutus, neque Gygis annulo munitus, quemadmodum hæc non credimus; ita parum obtinent roboris ad commovendum animum. In ira excitanda orator veritati non adverſetur; vera narret; conciſis utatur ſententijs, quæ tela ignea imitentur, ſplendeant ſimul, & feriant. Hiſtoriæ ramen oon absque inſigni emolumento in hoc affectu ciendo adhibentur. Id præſtitit S. Cbryſoſtomus iram adverſus Eudoxiam Imperatricem concitans; aodi, quâ ipſe majeſtate, ac robore procedat eloquentiæ: ait ipſe. *Rurſum Herodias furit, rurſum bacchatur; rurſum ab Herode caput Joannis injuriâ petit abſcindi. Rurſum Jezabel Nabutæ vineam eripere ſatagit, & ſanctum Eliam ad montes compellere* Tametſi hæc conveniant Herodiadi poſcenti capot S. Joannis Baptiſtæ pretium peractæ choreæ, accommodantor nihilominus Eudoxiæ; quæ tunc acerbiſſimâ perſecutione in ſanctum Antiſtitem invehebat. Rurſus per antitheſes petitas ex ſacris hiſtorijs proſequitor.

112. *Danielem leones in lacu reveriti ſunt, juſtum verò Nabutem Jezabel interfecit. Cetus Jonam in ventre cuſtodivit. Dalila autem Samſonem circumventum illecebris, raſo etiam capite deformatum hoſtibus tradidit. Dracones, & aſpides; & feræ cornutæ Joannem Baptiſtam in ſolitudine degentem tremuerunt; Herodias verò eidem caput amputavit, & tanti viri mortem in pretium ſaltationis accepit;* Deinde per vehementem apoſtrophem ex comparatis ſuccenſet Herodi, inquiens. Adulterium Herodes committis, & in carcerem pergit Joannes; ſic judicat ſedens in loco Jodicis Reus, in loco innocentiæ perſequotor. Rogo obi rerum facies? ubi forma? ubi pudor? ubi exiſtimatio poblici cognitoris? ubi decus? ubi homo? ubi fas? ubi lex? obi ipſius jora naturæ? ſimul omnia ſunt, Herodes te agente, te judicante, te vivente confuſa. Menſa migrat in ferarum caveam; io arenam fuoerum regia convertitur: fiunt de convivis lanienæ ſpectarores; mutatur furore coovivium, fit cibus cædes; vinum tranſit in ſanguinem. Verſus eſt dies natalis in funebrem, ortus in occaſum, cœna in homicidium. Netvorum cantus nænias concinunt, & tragœdia perſonat, quam omnium ſæculorum intuebitur memoria.

Tom. 2. Homil. 15. in Matth. Homil. 16.

§. VII.

Turbulentiores concitatæ Iræ producuntur effectus; ac eorundem teterrimæ, ac luctuoſæ tragœdiæ exhibentur.

IRæ effectus plures ſunt, ac teterrimi, quorom primus ab Ariſtotele recenſetur eſſe quædam voluptas, ſeu delectatio orta ex exiſtimatione ſperatæ vindictæ, ait Ariſtoteles: Omnem iram quædam ſequitur voluptas propter ſpem ultionis. *Jucundum enim eſt, ſi quis putat, ea ſe conſecuturum, quæ expetit. Itáque illud rectè de ira dictum eſt, quod de fluente melle dulcior in virorum pectoribus, gliſcit. Conſequitur enim hæc voluptas, & propter hæc quæ diximus, & quoniam in ulciſcendi delectatione immorantur. Quæ imaginatio voluptatem ſimilem ei efficit, quæ in ſomnijs accidit.* Hanc ſperatæ vindictæ delectarionem præſenſerat Herodias, cum Joanni Baptiſtæ acriùs iraſcens, filiam miſit ad Herodem ſaltatricem, nt ſacrum illud caput in pretium acciperet ſaltationum. Ingreditur bellua, non poella, ait Chriſoſtomus *homil. 16. in Matth.* cruorem ſitit, non choreas; diſcurrit per aulam imagine duntaxat muliebri fera importuna; per collum jubar ſpargit non capillos, varijs torquet membra flexibus, creſcit interim immanis ſævitia; fit grandis crudelitate, non corpore; fremit ore, dentibus frendet, ferrum non ſuſcipit, ſed producit. 113.

Lib. 2. Rhetoric. cap. 2.

Hac voluptate afficiebatur Bonduica illa fœmina Britannica, perinde ac genere etiam ſpiritu regia; quæ cum ſibi, ſuisque à Romanis illatas injurias ulciſcendi causâ exercitum ad centom, & viginti hominum millia comparâſſet, io tribunal ex terra paluſtri opere tumultuario erectnm conſcendit Heroina corpore procero, forma honeſtiſſima, vultu ſevero, capillo fulvo, ac promiſſo, tunica verſicolori induta, inſigníque loricâ munita, ac præcelſam manu tenens haſtam, ſic voce aſpera fari cœpit apud Dionem *lib. 62.* Quantò meliùs fuiſſet ô Britanni ſemel vendi: quàm falſis nominibus libertatis ſingulis annis redimi. Quantò verò honeſtiùs generoſa morte defungi; quàm miſera ac tributaria capita circumferre? verum quid dixi: etiam apud Romanos ſine penſione triboti mori non licet. Nòſtis enim omnes, quot, & quanta mortuorum nomine penſitemus. Quicunque eos, qui apud alias gentes ſervitute ſerviunt, mors aſſerat in libertatem; ſoli populo Romano mortui vivunt in quæſtum. 114.

Æneas

115. 5. Æneid. Æneas apud Virgilium poſt oppugnatam Priami regiam, ac interfectum Priamum ipſum à Pyrrho Achillis filio cum fruſtra tentâſſet omnia, neque quidquem reliquum eſſet ſpei, ad erme confugit ultimam ſuſcepturus delectetionem ulciſcendi damna, quæ paſſus fuerat in amiſſa Creuſa uxore: incipit oſtendens materna beneficia converti in perniciem.

Hoc erat alma parens, quo me per tela, per ignes
Eripis? ut medijs hoſtem in penetralibus, utque
Aſcaniúmque; Patrémque meum, juxtáque Creüſam
Alterum in alterius mactatos ſanguine cernam?
Arma viri, ferte arma, vocat lux ultima victos.
Reddite me Danais: ſinite inſtaurata reviſam
Prælia: nunquam omnes hodie moriemur inulti.

116. Secundus iraſcentis animi effectus eſt fervorem in corde concitare, non ejuſdem naturæ, cum eo, quem ſolet amor excitare, quia fervor ex amore profectus quamdam ſapit dulcedinem, ac lenitatem; perinde ac ipſe amor tendens in bonum amatum. Fervor ſiquidem, qui eſt effectus iræ, habet amaritudinem quandam conſumentem, quia tendit ad punitionem contrarij. Hoc fervore invehunt nunnunquam SS. Patres in Hæreticos, & S. Hieronymus in Helvidium, Jovinianum, Vigilantium, & præſertim in Rufinum quondam amicum, poſt multa, ait: Hæc taces, quæ omnes flagitant, & ad ille reſpondes, quæ nullus inquirit. Fumos quoque meos frequenter irrides, eò quòd ſimulem ſcire me, quod neſciam; & enumeratione doctorum rude illudam vulgus. Tu videlicet flammeus, imò fulmineus, qui in loquendo fulminas, & flammas ore conceptas tenere non potes. Atque ut ille Barthochabas auctor ſeditionis Judaicæ ſtipulam in ore ſuccenſam anhelitu ventilabat, ut flammas evomere putaretur: ita & tu novus Salmoneus omnia, per quæ incedis, illuſtras, & nos fumoſos arguis, de quibus fortè dicatur, qui tangis montes, & fumigant; nec intelligis, quid fumus in Propheta ſignificet, locuſtarum, & quòd pulchritudo oculorum tuorum amaritudinem fumi noſtri ferre non poteſt.

117. Eſt fervor vigor quidam acerrimus dicendi, ac invehendi præſertim in vitia. Qui ita ſanctâ fervent irâ, mentem habent generoſo quodam fœtam ſemine, quo ad meliorem frugem nefarios deducunt: hi in nobilibus occupantur argumentis, quibus prædure pectora commoventur, ac flectuntur. Nec delicias amant, mollitiémque ſermonis; nec lubenter verſantur in comptæ eloquentiæ viretis; nec in panegyricorum gaudent floribus vernare; ſed toti nati ſunt ad pugnam, nacti igneam Leonis effervescentiam: ad armorum congreſſus parati, campum ſibi deligunt; in quo ſe exercent, ſudant ecriùs, verſentúrque utiliùs: illic verbi divini gladio accincti pugnant, cominus eminus feriunt, amputent, concidunt, proſternunt, vincunt, triumphant. Plerumque initio dicendi impalleſcunt, mox vires colligunt, animos ſtimulant, & ubi efferbuêre, ardent vultu, igneſcunt oculis, fulgurant ore, tonant voce, fulminant gravitate verborum. Hanc vim tam acrem, ac vehementem non ullus excitat Martis rutilus fulgor, non ulla furentis Bellonæ fax exitialis; ſed Numinis moventis ſpiritus accendit: & huic congruunt verba velociùs vibrata; ſententiæ generoſæ, ac vellicantes; figuræ non molles, & delicatæ; ſed robuſtæ, ac eſperæ; quibus corporis motus, perinde ac evibrata reſpondent tela.

Subjicio hujus fervoris fragmentum depromptum *ex Homilia 24. in epiſtolam ad Romanos* S. Joannis Chryſoſtomi, ubi acriter ac fervidè invehit in vitia carnis, inquiens: 118.
A malis convivijs malæ vobis libidines, hinc laſciviæ, hinc uxores contemptæ, hinc ſcorta in pretio, hinc domorum everſiones. Puro, ac illimi fonte relicto ad cloacarum cœnum curritis: cœnum quippe ſcorti corpus eſſe nemo negârit: vel te ipſum teſtem advoco, qui in ijs ſordibus es volutatus; tuam conſcientiam appello. Quid ſeminas, quod metere non licet, imò ſi meſſueris, multum tibi dedecoris fructus afferet. Nam ſi peperit, tibi dedecus peperit, & puero magnam injuriam, qui propter te nothus, & ignobilis naſcitur. Cui etiam, ſi innumeras pecunias reliqueris, adhærebit tamen macula dedecoris tui, & propter te infamis domi, in urbe infamis, in foro infamis, ſive ex ſcorto ſit, ſive ex ancilla futurus. (Paucis interjectis ſubdit augens crimen à conſequentibus) quid igitur & te, & omnie hoc dedecore afficis: quid ſeminas arvum ſterile, infrugiferum, atque utinam non ipſum ſuos fructus perimeret. Sed proh dolor! ſæpe ante generationem cædes, fœtum non permittis, ut ſcortum tantummodo maneat; ſed ex meretrice facis homicidam. Sic ex ebrietate ſcortatio, ex ſcortatione adulterium, ex adulterio cædes, imò quidpiam cæde immanius; quod quo verbo dicam, neſcio, ad enorme facinus portentoſo aliquo vocabulo opus eſt. Cædes, quod natum eſt, occidit: hoc ne naſcatur, prohibet. Tu (& quis, & quantus) donum Dei infamia, ac dedecore corrumpis; tu naturæ repugnas legibus; tu generationis promptuarium homicidiorum officinam facis; & mulierem, quæ ad generationem

ſobo-

ſobolis data ; ad necis artificium inſtruis. Nam miſera libidiaum victima, ut amatoribus ſit perpetuò accommodata, & amabilis ; & plus interim pecuniæ corrodat, intrepidè facinus aggreditur. Et tu in mulierculam culpam rejicies ? tua fraus, tuum ſcelus eſt ; tu faces, & flammas in tuum caput congeſſiſti. Quid dicam ex adulterijs pullulare idololatriam ? multæ ſiquidem ut amentur, incantationes, & libamina, & philtra, innumeráque alia machinantur. Mox etiam parantur venena non fornicario utero, ſed uxori miſeræ ; ac innocenti innumeræ ſtruuntur inſidiæ, & dæmonum invocationes, & mortuorum incantamenta, & bella quotidiana, & aſſuetæ contentiones, & odium inexpiabile.

119. Lib. de lapſis. Alium juſtiſſimæ iræ fervorem exhibeo ex D. Cypriano, qui eos inſectatur, qui à cultu veri Numinis ad immolandum Idolis tranſeunt. Graviter criminis turpitudinem priùs exponit ; deinde auget ab adjunctis ; poſtea veluti præludens fulmini ſceleſtos viros exagitat : ait ipſe, Exciderunt quibusdam, proh nefas! omnia, & de memoria receſſerunt. Non expectaverunt ſaltem, ut interrogati negarent, & thus aſcenderent apprehenſi. Ante aciem multi victi ; ſine congreſſione proſtrati, nec hoc ſibi reliquerunt, ut ſacrificare idolis viderentur inviti. Ultrò ad forum currere, ad mortem properare ; quaſi hoc olim cuperent, quaſi amplecterentur occaſionem datam, quam ſemper optâſſent. Quid illis, qui è Magiſtratibus veſpera urgente dilati ſunt ? quòd ne eorum differretur interitus, etiam rogaverunt : quam vim poteſt talis obtendere, quâ crimen ſuum purget, cum vim magìs ipſe fecerit, ut periret? Nonne quando ad capitolium ſpontè ventum eſt, quando ultrò ad obſequium diri facinoris acceſſum eſt, labavit greſſus, caligavit aſpectus, tremuerunt viſcera, brachia conciderunt? Nonne ſenſus obſtupuit, lingua hæſit, ſermo defecit ? ſtare illicò potuit ſervus Dei, & loqui, & renunciare Chriſto, qui jam Diabolo renunciârat, & ſæculo ! Nonne ara illa, quo moriturus acceſſit, rogus illi fuit ? Nonne diaboli altare, quod fœtore tetro fumare, ac redolere conſpexerat, velut funus, & buſtum vitæ ſuæ horrere, ac fugere debebat. Quid hoſtiam tecum miſer, quid victimam ſupplicaturus imponis ? ipſe ad aras hoſtia victima ipſe veniſti ; immolâſti illic ſalutem tuam, ſpem tuam, fidem tuam funeſtis ignibus concremâſti : ac multis proprius interitus ſatis non fuit : hortamentis mutuis in exitum ſuum populus impulſus eſt : mors invicem lethali populo propinata eſt. Ac ne quid deeſſet ad criminis cumulum, infantes quoque parentum manibus, vel impoſiti, vel attracti, amiſerunt parvuli, quod in primo ſtatim nativitatis exordio fuerant conſecuti. Nonne illi, cùm judicij dies venerit, dicent : Nos nihil fecimus, nec derelicto cibo, & poculo Domini ad profana contagia ſpontè properavimus ; perdidit nos aliena perfidia, parentes ſenſimus parricidas : illi nobis Eccleſiam matrem, Deum negaverunt ; ut dum parvi, & improvidi, & tanti facinoris ignari, per alios ad conſortium criminum jungimur ; aliena fraude caperemur. Nec eſt proh dolor ! juſta aliqua, & gravis cauſa, quæ tantum facinus excuſet : relinquenda erat patria, & patrimonij faciendi jactura. Cui enim naſcenti, atque morienti relinquenda quandóque patria, & patrimonij ſui facienda jactura eſt ? ut Chriſtus non relinquatur, ſalutis, ac ſedis æternæ jactura timeatur. Hunc excitatæ iræ furorem acriùs etiam Poëtæ producet Virgilius. X. Æneid.

Iſtic, nunc metuende ; jace : non te optima mater
Condet humi, patrióve onerabit membra ſepulchro :
Alitibus linquère feris, aut gurgite merſum
Unda feret, piſcéſque impaſti vulnera lambent.

Tertius iræ effectus ſunt omnes illi corporis motus, & ſigna, quæ ex fervore iræ cauſantur ; quorum plura recenſentur à D. Gregorio, ait ipſe : *Iræ ſuæ ſtimulis accenſum cor palpitat, corpus tremit, lingua ſe præpedit, facies igneſcit, exaſperantur oculi, & nequaquam cognoſcuntur noti. Ore quidem clamorem formas, ſed ſenſus, quid oculi loquantur, ignorat.* Da virum irâ percitum, & hunc brevi exhibebis inſaniâ correptum, à rationis regia dejectum, decoris oblitum, neceſſitudinis immemorem, flagrantem oculis, ardentem vultu, ſpumas agentem in ore, convicia jactantem linguâ, frementem canino dente, mugitus inconditos edentem, ſermonem præruptum proferentem. Hic enim affectus ex fervore, quem concipit ignis in morem, quietis eſt impatiens, fræni neſcius, manus ad cædes, ac ruinas parat, ſtridet, furit, inſanit ; terrarum, ac marium longè, latéque diffuſſa ſpatia funeſtat : ut cecinit Claudianus de quarto Honorij conſolatu Lib. 5 moral. cap. 31.

Quippe opifex verum confundere ſacra prophanis,
Diſtribuit partes animæ, ſedéſque removit.
Iram ſanguineis regio ſub pectore cordis
Protegit imbutam flammis, avidámque nocendi,
Præcipitémque ſui rabiem ſuccenſa tumeſcit,
Contrahitur ſtupefacta metu, cumque omnia ſecum
Duceret, & requiem membris veſana negaret,

In-

Inveniet pulmonis opem, madidúmque fluenti
Præbuit, ut tumidæ ruerent in mollia fibræ?

121. Quartus iræ effectus eſt impedire uſum rationis per invectam mentis turbationem. Hunc iræ effectum fuit expertus Æneas, cùm Trojani partim fraude Sinonis impulſi, partim Laocoontis ſupplicio territi, diruta muri parte equum in arce ſtatuunt; & nocte intempeſta Græci à Tenedo profecti per eam dejecti muri ruinam, qua fuerat equus introductus, urbem invadunt. Æneas tun irâ perçitus, mentéque turbatus, atque à ratione, quaſi dejectus, nec ſui compos ob inopinam hoſtium invaſionem, mentiſque vehementiorem turbationem, non in fugam, ſed in arma ſe convertens, ait:

Arma amens capio, nec ſat rationis in armis:
Sed glomerare manum bello, & concurrere in arcem
Cum ſocijs ardent animi: furor, iráque mentem
Præcipitant, pulchrúmque mori ſuccurrit in armis.

122. Plerumque eſt tanta iraſcentis animi turbatio, ut deploranda metamorphoſi hominem iratum à ſtatu dejiciat hominis; ut notat D. Gregorius, *1. Moral. cap. 30.* inquiens: cum tranquillitatem mentis ira diverberat, dilaniatam quodammodo, ſciſſámque perturbat, ut ſibimet ipſi non congruat, ac vim intimæ ſimilitudinis amittat. Quanta ergò ſit iracundiæ culpa, penſemus; per quam dum manſuetudo amittitur, ſupernæ imaginis ſimilitudo vitiatur; ſicut ſcriptum eſt, ira in ſinu ſtulti requieſcit, quia nimirum intelligentiæ lucem ſubtrahit, cum mentem permovendo confundit.

123. Quin imò ita iraſcentis hominis eſt ſpecies fœdata, animúſque turbatus, ut pleríque ex SS. Patribus iratum hominem energumeno comparent, vel inſanienti; dicántque iram, & ex illa furorem eſſe brevem inſaniam, quæ à D. Gregorio Nyſſeno cum Energumenorum effectibus confertur, inquiens: Eadem enim iratis, quæ energumenis accidunt. Sanguine diffuſi, ac diſtorti eorum, qui à dæmone torquentur, ſunt oculi; lingua præceps, voces præruptæ, ac latranti ſimiles, quaſſatio capitis, manuum ſtolidi motus, pedes inſtabiles totius corporis concuſſio. Hæc ſunt irato, ac dæmoni communia. Hoc uno duntaxat differunt, quòd unum voluntarium malum eſt, non alterum. A-
Epiſt. 18. pud Senecam refertur etiam illud Epicuri effatum. *Immodica ira gignit inſaniam.*
Satyr. 3. Et Perſeus deſcribens iratum, ait:

Nunc fax ſuppoſita ferveſcit ſanguis, & ira.
Scintillant oculi, dicíſque, faciſque quod ipſe,
Non ſani eſt hominis, non ſanus juret Oreſtes.

Hinc Plato ſcitè ſuos admonebat Au- 124.
ditores, ut ſe iratos in ſpeculo contemplarentur. Ut cum faciem ſuam furore occupatam, irâ inflammatam, agitatione commotam per omnia Phrenetico ſimilem noſcerent; eo deterriti dedecore impoſterum ab ira abſtinerent; cum hæc ſit ferina perturbatio; dura ac violenta potentia; cædium cauſa, calamitatis ſocia, ac perditionis Origo: adeò ut Antiochus Sophiſta apud Philoſtratum, cum malè apud omnes audiret, veluti formidoloſus: quòd nec prodiret in concionem, nec capeſſeret munia publica, reſponderit: non eos metuo, ſed me ipſum; agnoſcens bilem ſuam vehementiorem, quàm ut cohiberi poſſet. Neque ira perciti valent ad ſana conſilia pro publicis munijs obeundis; quia bono conſilio ajebat Bias apud Laërtium duo maximè adverſantur, feſtinatio, & iracundia: homo ſiquidem iracundus, cum à tranquillitate mentis dejiciatur, ſui benè compos non eſt, & propterea ſano conſilio cenſetur vacuus; ac impotens ad rectè agendum; qua de cauſa Socrates iratus filio graviter delinquenti; nihil aliud dixit, quàm: *ipſe te coërce.* Et famulo perperam agenti; cæderem te, ait, niſi iraſcerer; & ſervi admonitionem in opportunius diſtulit tempus.

Plures alij effectus iræ luculenter de- 125.
ſcribuntur à Seneca, qui ait: Videndum eſt, quàm multis ira per ſe nocuerit. Alij nimio *Lib. 2. de ira c. 36. & 37.*
fervore rupêre venas, & ſanguinem ſupra vires elatus clamor egeſſit, & luminum ſuffudit aciem in oculos vehementiùs humor egeſtus, & in morbos ægri recidêre. Nulla celerior ad inſaniam via eſt. Multi itaque continuaverunt iræ furorem, nec quam expulerant mentem, unquam receperunt. Aiacem in mortem egit furor, in furorem ira. Mortem liberis, egeſtatem ſibi, ruinam domui imprecantur; & iraſci ſe negant: non minus, quàm inſanire furioſi. Amiciſſimis hoſtes, vitandíque chariſſimis. Legum, niſi qua nocent, immemores, ad minima mobiles. Non ſermone, non officio adiri faciles. Omnia per vim gerunt, gladijs, & pugnare parati, & incumbere. Maximum enim malum illos cepit, & omnia exuperans vitia. Alia paulatim intrant. Repentina, & univerſa vis hujus eſt: omnes denique alios affectus ſibi ſubjicit. Amorem ardentiſſimum vincit. Transfoderunt itaque amata corpora, & in eorum, quos occiderant, jacuere complexibus. Avaritiam duriſſimum malum, minimúm-

populos coërcendos, quàm totius eloquentiæ lenocinia. Auguſtus ſolo vultu, & aſpectu Actiacas legiones deterruit: & Alexander Severus adhuc in primo ætatis flore tumultuantes copias ita coërcuit, ut vultûs pondus, & oculorum fulgura non ferrent. Emittunt Principes quoſdam veluti Majeſtatis radios, quos Deus imprimere ſolet in eorum vultu; quos ſibi in regendis populis veluti Vicarios delegit. Quòd ſi Majeſtati aſpectûs, & Authoritati perſonæ vis acceſſerit eloquentiæ, nulli dubium, quin ad ſedandos iraſcentium animorum motus plus roboris Principis obtineat authoritas: Ariſtoteles eloquentiam ſapientiæ, & Authoritati junctam vocat *humanæ vitæ rectricem*, Euripides *populi Reginam*. Ennius *Flexanimam*, eò quia nil valentius ad flectendos animos, ac eorum motus coërcendos. Hiſce adminiculis commota coërcetur ſeditio apud Virgilium.

Lib. 1. Æneid.

Ac veluti magno in populo cum ſæpe coorta eſt
Seditio, ſævíſque animis ignobile vulgus,
Jámque faces, & ſaxa volant; furor arma miniſtrat:
Tum pietate gravem, ac meritis, ſi forte virum quem
Conſpexêre, ſilent, arrectiſque auribus aſtant:
Ille regit dictis animos, & pectora mulcet:

129. Sedanda eſt ira, cum primùm ſuis incipit in cunabulis moveri; nam ſi ſemel adoleverit, nonniſi diſſentiones, odia, & cædes ſpargit, quibus cuncta funeſtat; nec quidquam validiùs pacata turbat, & tranquilla in tempeſtatem exaſperat quàm ira; cujus ſermo torrentibus ſimilior per confragoſa delabentibus impetu rapitur, dúmque præpropero fertur curſu, tanquam, ſi fluctibus fluctus incumbant, præcipiti lapſu devolvitur, ac præſentium aures fugit, dum poſteriora priora prope verba interimunt. Huic tunc occurrendum benigno vultu, læta fronte, jucundis, ac ſplendentibus oculis, ore ſacchareo, verbiſque ſericis; & ſi quid opponit, quod lædat; id diſſimulandum; nam ſi ſilicem ſilici, ferrum ferro incuſſeris, quid expectandum præter ignem? Si pulvillum lapidi objicias, ejus impetum infringis, ictúmque eludis; ſin durum quid, quod obſiſtat, magis invaleſcit impetus; dúmque perit, ruinas parit. Ita dura mollibus perimes, durioribus accendes, id nos docet Sapiens. *Reſponſio mollis frangit iram: ſermo durus ſuſcitat furorem.*

Proverb. 15.

130. Sunt quibus ingenium Brontéſque, Steropéſque in Ætnæa incude è chalybe viſi ſunt malleâſſe, cum duris, ac diris ſemper audiantur obſtrepere; nec mollia, ac blanda unquam loqui: hi ſedandis irâ commotis minimè ſunt apti; quin flammis flammas potiùs adjiciunt ad iræ incrementum: ad ſummum dura mollibus ſunt miſcenda; adeò ut modò lenimentis, modò lenioribus remedijs juxta circumſtantias temporis, loci, perſonarum, ſit vulneri medendum. Solers Orator genia luſtrat, ac ingenia iraſcentium, intimos delibat ſenſus, originem mali explorat, ut quid doleant, quid cupiant, quid timeant animi, pleniùs agnoſcat; iiſque utatur alexipharmacis ægritudini huic curandæ magis idoneis. Cæterum ſicut igni aqua, ita iracundiæ delinitio eſt ſemper ingerenda; cujus munus eſt, animum irâ exæſtuantem, atque exulceratum ob illatam injuriam delinire, & priſtinæ reſtituere incolumitati.

Dira, & atrox eſt bellua ira, cui niſi frœnum injiciatur, omnia in perniciem verterit, damna, & clades ſpargit, & ſingula ſus, déque ſanguine miſcet. Huic feræ cicurandæ deligendæ ſunt Litæ, ſeu venerandæ Jovis filiæ, miro artificio ab Homero deſcriptæ, ad id præſtandum muneris. Claudæ finguntur ob inclinatam demiſſionem: ſtrabæ oculis ob reverentiam in iratos: rugoſæ ob vultûs mœrorem. Hæ dicuntur iræ ægritudini præſentiſſimum præparare alexipharmacum, quia iratis ſe accommodant animis, ſubmiſsè ſe inſinuant, blandè loquuntur, reverentes iratos audiunt, quos poſtea mitigant. Innuit Homerus, deſcriptis Litis, ſeu filiabus Jovis, perſonas ad iracundiam deliniendam accommodatas eas eſſe, quæ minus habent roboris, & ad vim inferendam ſuſpicionis; cujusmodi ſunt mulieres, pueri, ſenes, viri religioſi; & alij, quibus adverſari pudor ſit. Et certè in ira delinienda potentiſſima ſemper ars fœminarum, quibus cum blanda ac mitis inſit facundia, faciliùs prædura corda invadunt, & flectunt, iræ focos blanditiarum lenocinijs extinguentes. Id feliciter præſtiterunt Sabinæ mulieres, quæ Romanum Imperium in ipſis cunabulis belli furoribus extinctum admirabili fœdere reſarciverunt, ſciſſóſque diſſidijs animos in unum feliciter coëgerunt. Id effecerunt Volumnia, & Veturia, quæ Coriolanum pernicioſis conſilijs in patriæ perniciem, ac luctuoſum Reipublicæ exitium dirè armatum à ſuſcepto conſilio averterunt. Id in ſacris paginis fuerunt laudabiliter aſſecutæ Eſtera, & Abigail, quæ miti ſuada, blandóque eloquio potentiſſimos duos Reges delinitos in ſua flexerunt vota, licèt nullis hoſtium armis expugnari potuerint. Plus habuit roboris ad vinciendos animos manſuetudo, quàm ad eoſdem vincendos bellicus apparatus, ac furentis Martis ſævities. 131.

Pueri etiam inermes plurimum ſemper valuerunt, ad præconceptos iræ focos blanda, ſupplicique oratione ſuffocandos, nec alia re magis Themiſtocles Moloſſorum Re- 132.

gem ſibi conciliavit, quàm ipſius filiolum pro ſe ſupplicem obtendens. Marcus Antonius itidem parvulum filium ad Brutum, & Caſſium, qui in Capitolium confugerant, pacis obſidem miſit, atque ad pacem ineundam, ſtabiliendámque concordiam efficax fuit caduceator. Senes etiam, qui imbecillitate propè ad pueros accedunt, ſicut ſunt per ſe miſerandi, ita peridonei flammis commotæ iracundiæ extinguendis; ut apud Philonem Judæi ex ſenatu conſulto ſelecti, ætate, ac ſenio confecti pulvere inſperſi, rejectis poſt terga manibus, flebili perſonantes ululatu ſupplices ad Petronium venerunt rogaturi, ne Caij ſtatua Hieroſolymitani templi adytis inſeratur. Judicem ſiquidem ſua traxerunt in vota, cujus ira-
132 cundiam precibus, ac ſubmiſſis capitibus deliniverant. Religioſi ſacro addicti cultui ad iracundiæ delinitionem plurimum itidem valent ob reverentiam, quam ſacra ſibi conciliant: Alexander cædi Judæos deſtinaverat, eò quia Dario Regi adhæſerint, ejúsque faverint partibus; ſed Jaddus Pontifex divinitùs in ſomno monitus cum venerabili cœtu ſacerdotum, qui omnes byſſinis erant amicti veſtibus; & ipſe hyacinthina ſtola, ac Tiara perfulgidus Regi obvjavit; apud quem tantùm valuit ſanctitas religionis, ut non ſolùm excitatam exuerit iram; verùm etiam Judæos donis dimiſerit cumulatus.

133. Quòd verò ad aliorum in nos iram avertendam attinet; proderit primò non ſtatim præconceptam in alterius pectore iræ flammam in nos velle reprimere; perinde hoc foret, ac paleas flammæ adjicere, ſed dandus eſt iræ locus, & captanda opportuna temporis ratio, quæ plurimum in iræ delinitione ſibi vendicat momenti: ſicut ſedandæ iræ efficax cenſetur remedium temporis mora; ita nunquam irati ſub primo impetu, cum illatæ ſibi injuriæ vividiùs imago objicitur, ſunt deliniendi; immorandum parum, donec ſe ipſum impetus frangat; niſi aliter rerum adjuncta ſuaſerint: nemo, cui eſt vita cordi, tigrim mollire nititur, cum primùm abactis fœtibus ex concepta inſanit ira. Hinc D.
Lib. 2. de offic. cap. 21. Ambroſius ait: *Scriptum eſt, date locum iræ. Jacob fratri indignanti piè geſſit; & Rebeccæ, id eſt. patientiæ ductus conſilio abeſſe maluit, & peregrinari, quàm excitare fratris indignationem; & tunc redire, cum fratrem mitigatum putaret.* Primi iræ motus difficulter coërcentur, danda ipſis mora, donec animus irâ concitatus incipiat parum miteſcere: ait Seneca *Primam iram*
Lib. 1. de ira cap. 39. *non audebimus oratione mulcere, ſurda eſt, & amens*; quinimò audit plerumque, ſed in perniciem delinientium; plures poſſent recenſeri, qui cum in hiſce perturbationum fluctibus inimicos delinire ſatagerent; priùs diſtrictos in proprium jugulum gladios ſenſerunt, quàm primos frangerent iræ impetus, ſatiùs in opportunius tempus delinitionem differre; ubi exorta quædam nova lætitiæ occaſio fuerit, ac fel priſtinæ iracundiæ nonnihil diluerit; tunc exterſis doloris nubeculis ad manſuetudinem ſunt proniores, qui acriori fuerant irâ perciti. Perinde obtingit iraſcentibus, multóque furore concitatis, ac belluis; feríſque diuturna fame ſtimulatis, quæ oblata ſibi corpora avidiùs primùm diſcerpunt, vorántque; mox carnibus ſaginatæ, multóque madidæ cruore paulatim deferveſcunt: hæcque fortaſſis ratio; cur Polyphemus præſtiturus beneficium Ulyſſi, diſtulerit poſtremo eum loco vorandum, quo minus exſaturatâ jam prioribus fame in eum ſæviret: ita percitis irâ contingit; primos hi impetus habent vehementiſſimos, & quia nullum violentum ſimul, & diuturnum, paulatim deferveſcit ira, & miteſcunt animi. Hac ratione ductus Philocrates apud Ariſtotelem, cum 2. Rhetoric. cap. 2.
proditionis accuſaretur, tamdiu ſubticuit, donec ira populi deferveſceret; tunc opportuniore ſibi occaſione data cauſam ſuam egit feliciùs, ſéque faciliùs purgavit.

Quando igitur noverimus, deferbuiſſe jam nonnihil iram, tunc pacato, ac ſubmiſſo ſermone faciliùs lenitur, quod ſuper eſt animi exaſperari, ut nos monet Sapiens 134.
Proverb. 15. *Mollis reſponſio frangit iram.* Proderit etiam deprecatio veniæ, ſi fortè quis in alterum peccaverit, qua ratione Ariſtoteles *lib. 2. Rhetoric. cap. 3.* docet, iram in eos ceſſare, quos facti pœnitet, quique humiliter ſe gerunt propriam non diffitentes culpam; neque contradicunt iratis, ſed eos rogant, ac pro impetranda venia ſubmiſsè deprecantur, iram tunc ſedari probat Ariſtoteles *loc. cit.* exemplo canum, qui ſedentes non mordent.

Quia verò ſolet ira ex ſuſpicione con- 135.
temptûs excitari; & ex ipſo contemptu efferveſcere; ideo cujusvis deſpicientiæ opinio obliteranda erit; hâc ſiquidem deletâ veluti ſublato fundamento corruit, quod ruinas minitabatur totius iræ ædificium. Evenit quibusdam hominibus, quod tauris dicitur obtingere, qui rubrâ pilâ irritantur, quam ſi ſuſtuleris, ſtatim quieſcunt. Sunt ex hominibus, qui ſibi quasdam objicientes ſuſpicioſi contemptûs imagines irâ concitantur, quòd ſi umbras ſuſpicionis excuſſeris, miteſcunt. Quamobrem ſatagendum, ut omnis ſuſpicio contemptûs fit, miſſimis argumentis amoveatur, ſi ingeſta ſuſpicio falſa fuerit. Sin autem vera, varijs erit diluenda adjunctis; adeò ut, qui cauſam ſuſpicioni fecerit, ſe excuſet, aſſerátque minimè cum deſpicientiæ conſilio ſe geſſiſſe; & quòd nunquam id egiſſet, ſi arbitratus fuiſſet aliquid contemptûs ineſſe potuiſſe; hoc pacto omnem amolitur contemptûs ſuſpicionem, & præconceptus iræ focus refrigeſcit. Nil fortiùs ad eluendam contemptûs ſuſpicionem, quâ iræ flamma inna-

Digitized by Google

ſinnutritur, quàm hæc ſincera obſequentis animi demiſſio. Proprium viri magnanimi, ac generoſi eſt parcere ſubjectis, & debellare ſuperbos; leoni ferarum generoſiſſimo ſat eſt, hoſtem proſtráſſe: è converſo viliores animæ odiorum incitatæ aculeis, damna inferunt, & pœnas ſitiunt, nec ullis leniuntur officijs.

136. Hiſce adminiculis non in alijs tantùm, verùm & in nobis ipſis iram coërcemus: cum ira etiam in nobis oriatur ex contemptu, quem noſtra elatio ægrè fert: opportunum ad iram hanc ſedandam eſt in ſilentij portu eniti, ut in nobis minuamus opinionem exiſtimatæ injuriæ: idque optimè fiet, ſi parvi aliorum dicta fecerimus; & præſertim ſi animi demiſſio elationem proſtraverit: ſi ex animo ſuperbiam diſcutimus; nulla aderit iraſcendi occaſio: contumelia ſiquidem, & ignominia, eo pacto, quo apprehenduntur, moleſtiam ingenerant; iræque motus excitant effrænes: ille verò non movetur ignominiâ, qui ſe animi demiſſione moderatur: ſi quis vacuam ab humana laude mentem habeat, ac vilitatem propriam ſedulâ perpendat diſcuſſione, ſuperbiam omnem exuet, floccique faciet irrogatam ſibi contumeliam; quinimo fraudem ducet, eſſe honorem; ſi inde occaſionem ſumpſerit vincendi ſe ipſum: temperanda, ac coërcenda eſt cupiditas, quâ ab hominibus ſatagimus magni æſtimari; tum danda eſt opera, ut ipſam abjiciamus curioſitatem ſciendi, quid alij de nobis ſentiant, vel loquantur; cum præſertim contingat, eos ne quidem de nobis cogitare, quos ſuſpicamur de nobis perperam loqui.

137. Exempla itidem virorum Sapientum, qui ob ſibi illatas injurias nullum iræ locum dederunt, ſed æquo animo eas ferentes ſapientiæ dederunt ſpecimen, proderunt ad iræ primos impetus coërcendos, ne ſuccenſeamus injuriam inferentibus. Diogeni de coërcenda ira luculenter diſſerenti, adoleſcens quidam protervus facturus periculum, num verbis reſponderent mores inſpuit illi in faciem. Tulit hoc Philoſophus leniter. Mox adoleſcentem intuens; non tibi iraſcor dixit; ſed dubito tamen an iraſci oporteat. Socrates iratus filio graviter delinquenti nil aliud dixit, quàm: *ipſe te coërce*. Democritus cuidam in famulum flagris ſævientem dixit: *deſine te ſervo tuo ſimilem oſtendere*. Servus eſt, qui ſuis nequit cupiditatibus imperare. Ariſtoteles placaturus Alexandrum irâ excandeſcentem, hæc ad illum tantùm ſcripſit. Excandeſcentia, & ira, non in pares, ſed in meliores exiſtere ſolet. Tibi verò nemo par eſt, deſine ergo cæteris iraſci, tuisque ſuccenſere ſubditis. Plato characterem proditurus viri verâ imbuti Sapientiâ; dixit: Sapiens convicijs laceſſitus, non iraſcitur: cum honore afficitur, non inflatur. Xenocrates vitio ingratitudinis à Platone Philoſopho inſimulatus, nunquam iracundia, & indignatione, ſe vinci paſſus eſt; ſed læto ſupercilio; animóque immoto, ei, qui hoc judicaverat, ac ad ultionem ſtimulos adjiciebat, reſpondit; *quod nunc ago, id mihi commodum*, indicans, ſe non minus curare propriam ſalutem, dum iræ frœnum injiceret, quàm Platonis calumniam. Epicurus quid ira efficeret ſciſcitatus, reſpondit; immodica ira inſaniam gignit; quia ſicut torrentes ad curva loca ſecum obvia quæque trahunt; ſic iratorum impetus cæcè, ac perturbatè irruunt. Et Cato iratum ab inſano nullo alio aiebat differre diſcrimine, quàm mora temporis: ſentiens iram eſſe brevem inſaniam.

Sunt etiam tantæ induſtriæ, ac ingenij 138. qui iram noverint, in riſum convertere, & locò iracundiæ ſibi benevolentiam conciliare; idque feliciter præſtiterunt nonnulli; legimus apud Dionem, Auguſtum Cæſarem Corototæ notiſſimo prædoni vehementer iratum; ſeſtertium decies illi, qui hominem ad ſe vivum adduxiſſet ultrò promiſiſſe: id cum Prædoni innotuiſſet, ad Cæſarē ipſemet illicò acceſſit; & ea qua erat feſtivitate, præmium ſibi, quaſi ex jure expoſtulavit. Cæſar hominis fiduciam, ſimúlque jucunditatem conſideravit; tantúmque abfuit, quod ſuccenſeret Prædoni, & eidem vitam dederit, juſſeritque nummos, quos indici propoſuerat, numerari.

§. IX.

Expenditur Indignatio, ceu Nemeſis generoſa Iracundiæ ſoboles indignis juſto ſuccenſens dolore.

AGit Ariſtoteles de Nemeſi, eſtque indignatio quædam, ac dolor conceptus 139. 2. *Rhetoric. cap. 9.* à viro bono, ob honores, dignitates, divitias, & commoda tributa indignis; ſeu viris nequam, ac ſceleratis; adeout ſit Nemeſis quædam iracondiæ ſpecies, quâ dolemus ex ſecundis rebus alicujus, quem novimus lautiori fortuna indignum: hoc pacto ſumitur Nemeſis pluries ab oratoribus, ac Poëtis; eáque indignantur in homines facinoroſos, aut propudioſos, nulla virtute claros, quin potiùs vitiorum caliginibus denigratos, cum ad ampliſſimas evehuntur dignitates, vel ſummis donantur honoribus, quos nunquam fuêre promeriti. Præ ceteris ſolent tunc Satyrici calamos acuere, eisque non pungere tantùm, ſed & vulnerare, ac cruentare indignos ad lautiorem evectos fortunam: quâ acrimoniâ invehit Juvenalis in Cinami olim tonſoris indignitatem; & Criſpini annulos æſtivos ventilantis mollitiem; ac Mathonis cauſidici lecticam, ait ipſe; *Satyr. 1.*

Patricios omnes opibus cum provocet unus.
Quo tondente graves juveni mihi barba ſonabat:
Cum pars Niliacæ plebis, cum verna Canopi

Digitized by Google

Criſpinus; Tyrias humero revocante lacernas
Ventilet æſtivum digitis ſudantibus aurum,
Nec ſufferre queat majoris pondera gemmæ;
Difficile eſt Satyram non ſcribere; Nam quis iniquæ
Tam patiens urbis, tam ferreus, ut teneat ſe?
Cauſidici nova cum veniat lectica Mathonis
Plena ipſo, poſt hunc magni delator amici.
Et cito rapturus de nobilitate comeſa.

140. Eadem acrimonia exagitat Aulicos Imperatoris, qui ex humili, tenuique fortuna ad Palatinos aſcenderant honores; & plures obſcuris nati Penatibus illuſtres fuerunt nacti dignitates ait: *Satyr.*

Montani quoque venter adeſt abdomine tardus,
Et Matutino ſudans Criſpinus Amomo
Quantum vix redolent duo funera, ſævior illo
Pompeius tenui jugulos aperire ſuſurro,
Et qui vulturibus ſervabit viſcera Dacis
Fuſcus, marmorea meditatus prælia villa:
Et cum mortifero prudens Veiente Catullo,
Qui nunquam viſæ flagrabat amore puellæ
Grande, & conſpicuum noſtro quoque tempore monſtrum,
Cæcus adulator, dirúsque à ponte Satelles
Dignus Aricinos, qui mendicaret ad axes,
Blandáque devexæ jactaret baſia rhedæ.

141. Ut à Poëſi ad ſolutam orationem calamum revocem, Cicero pro Sextio acriue iraſcitur homini obſcuriſſimo perampla donato dignitate: ait Tullius. Inenni Magiſtratum tribuni Plebis, qui omnes ſe de me promulgaturos confirmârent. Ex his Princeps emitur eb inimicis meis, is, quem homines in luctu irridentes, Gracchum vocabant: quoniám id etiam fatum civitatis fuit, ut illa ex vepreculis extracta nitedula rempublicam conaretur arrodere. Alter verò non ille Serranus ab aratro, ſed ex deſerto Gavi Oleli horreo calathis grevis in Caletinos, ac Lælios inſitus, ſubito nominibus in tabulas relatis, nomen ſnum de tabula ſuſtulit.

142. Non minori ecrimonia invehit in Vatinium, inquiens irâ commotus. At illud tenebricoſiſſimum tempus ineuntis ætatis tuæ patiar latere? Licèt impunè per me parietes in adoleſcentia perfoderis, vicinos compilaris, matrem verberaris, habeat hoc præmium tua indignitas, & adoleſcentiæ turpitudo obſcuritate, & ſordibus tuis obtegatur (deinde quod majoris eſt indignationis addit) *Te cognati reſpuunt, tribules execrantur, vicini metuunt, affines erubeſcunt: ſtrumæ denique ab ore improbo demigrârunt, & alijs jam ſe locis collocârunt.* Non poterat quidquam dici mordacius, cum Vatinium adeò impurum eſſe demonſtrent ſtrumæ, quibus nihil impurius eſſe videtur, cum ob ſummam fœditatem ferre nequeant. Non in improbos duntaxat, verùm etiam in viros probos, qui ea conſequuntur, quæ alijs dignioribus, ac præſtantioribus debentur, Nemeſis excitatur; ad quam cæteris proniores ſunt viri nobiles honoris, ac divitiarum appetentes; & alij illuſtres, ac generoſi homines, qui ægrè ferunt ab indignis gloria ſuperari, alióſque inferioris notæ ſibi præponi.

Nemeſis igitur, quæ plena indignationis nonniſi amarulenta loquitur, neque os aperit, niſi ut mordeat, non excitatur ob alterius inſignes virtutes, neque decora, aut res præclare geſtas; ſed ob divitias, honores, commmoda indigne tributa: ait Ariſtoteles, nemo ob alterius virtutem, ſed ob divitias, & potentiem invidioſam fortunam alteri ſuccenſere, indignarique ſolet; maximè verò cum quis è macilenta fortuna ad pinguiſſimam promovetur. Modus excitandæ Nemeſis eſt per collationem priſtini obſcuriſſimi ſtatûs, cum ſplendoribus honorum, ac dignitatum, quibus indignus inſignitur; idque per varias querimonias, redargutiones, exclamationes, prout res ipſæ ſuggeſſerint. Cicero has habet indignationis formulas. *Si dijs immortalibus placet. ô tempora! ô mores! Appellatus eſt, ſi Dijs placet Imperator, quàm ingens malum hæc voluntaria ſervitus! Ad hunc Dij boni legatum mitti placet?* 143.

Cæterum Ariſtoteles ait: id commune eſſe omnibus, qui invident, & qui indignantur, ut id efficiant, non quia ſibi detrimentum aliquod ex eo provenire poſſit, ſed quia bonum ei, cui nollent, acciderit: neque enim jam eſſet invidia, eut Nemeſis, ſed potiùs metus; ſi quis ideo doleret, aut perturbaretur, quòd ex alterius bona fortuna ſibi malum aliquod eſſet eventurum. Illud verò perſpicuum eſt, diverſas animi affectiones ab invidia, etque ab indignitate comitari. Nam qui mœrore conficitur, cum videt indignos adverſa fortuna concuti; idem lætabitur, aut ſaltem dolore carebit, cum viderit malo dignos homines infortunijs agitari; neque enim quisquam vir probus dolorem concipiet, cum parricidas, aut ſicarios extremum pati ſupplicium intellexerit, quia id Reipublicæ bonum, ut timore pœnarum à flagitijs improbi abſterreantur: & juſtitia adminiſtretur. 144. *2. Rhetoric. cap 9.*

Nemeſis à Poëtis, Jove, & Neceſſitate parentibus; vel ut alijs placet Oceano, & nocte genita, habita fuit Dea, ſcelerum ultrix, & remuneratrix virtutum; oſtendens 145.

ſens quid qnemque facere deceat. Illa fuiſſe à Jove compreſſa dicitur, in anſerem mirabili mutato metamorphoſi, & poſt dies aliquot ovum peperiſſe, quod obvio dedit opilioni ad Ledam deferendum: in arca ſuſceptum ovum Leda clauſit; & ex illo paulo poſt Helenam prodiiſſe ferunt. Cæterum Nemeſis Dea habebatur, quæ facinoroſos, ac delinquentes putabatur punire; ut liquet ex Catullo, & Auſonio. Dicitur etiam Nemeſis alio nomine Rhamnuſia; eò quia in Rhamnunte Aſiæ oppido templum, & ſimulachrum Phidiacum habuerit. Nemeſi ſacrificabant priſci Romani ad bellum profecturi, ut ſignificarent, ſe nunquam bellum inire, at arma movere niſi juſtis de cauſis. Statius de hac Nemeſi cecinit, *Lib. 13.*

Eſt Dea, quam Nemeſim dicunt, Dea magna, potènsque
Quæ bona cæleſtûm conceſſu cuncta Deorum
Poſſidet.

146. Alio nomine Nemeſis vocatur etiam *Adraſtea* ab Adraſto Argivorum Rege, qui primus illi aram condidit; vel quia nemo nocens ejus valeat manus effugere, neque pœnam proprijs debitam ſceleribus; tametſi Nemeſis ſerò ſceleſtum aſſequatur; & licèt fingeretur alata, non tamen ſuis ſemper utitur alis ad facinoroſos inſectandos. Scilicet

Ad ſcelerum pœnas ultrix venit ira Tonantis
Hoc graviore manu, quò graviore pede.

Rota huic Deæ etiam tribuebatur ſymbolum velocitatis, quâ fertur in ultionem improborum. Hinc Claudianus

Sed Dea, quæ nimijs obſtat Rhamnuſia votis
Ingemuit, flexítque rotam.

Sunt qui Nemeſim confundunt, cum Themide, & Aſtræa; eò quia eadem ſit omnium fermè provincia, idémque munus ſingulis injunctum. Themis tamen cœli, & terræ fingebatur filia, cujus officium erat; præcipere homines, ut id agant, quod æquum, & fas eſt. Hac ratione hujus Deæ ſimulachrum ad eos afferri mos erat, qui dicturi eſſent ad populum, ut nimirum monerentur, nihil dicendum eſſe publicè, quod æquum, & ſanctum non eſſet. Finxerunt Themidem oracula edidiſſe Delphis ante Apollinem. Fuitque illa Themis Jovis conjux, ex qua natæ dicuntur juſtitia, Lex, pax; quámque Heſiodus vocat *Pudibundam*; eò quia illi pudorem afferat, qui aliquid præter jus, & æquum admittit. Aſtræa verò Aſtræi nimis è Titanibus, & Auroræ filia, ſeu ut placet alijs Jovis, & Themidis, Juſtitiæ habebatur Antiſtita: eámque finxerunt aureo ſæculo è ſummo cœlo in imas terras deſcendiſſe; ſed mortalium poſtea offenſam ſceleribus, cœlum repetiiſſe, cum cæteris Dijs, licèt omnium poſtremam. Hinc Ovidius *1. Metamorph.*

Victa jacet pietas, & Virgo cæde madentes
Ultima cæleſtûm, terras, Aſtræa reliquit.

Conteſſit autem Aſtræa in eam cœli partem, quæ etiamnum virgo dicitur. Cæterum Nemeſis ut habita fuit Dea ſcelerum ultrix eleganter, & emphaticè deſcribitur ab Scaligero Primogenita Jovis tonantis, Poli ſuperi, ac inferi præpotens Regina, Dea maſcula, & Virago fortis, &c.

Cæterum ea Nemeſis quæ de proſperitate triſtatur impiorum ab oratore Chriſtiano coërcenda eſt, non extitanda; quia vertitur vitio dolenti; non virtuti; nullus ſiquidem Chriſtianorum ſenſum illum doloris, quô dum ſuperbit impius incenditur pauper; inter laudabiles affectus hactenus recenſuit; & licèt Ariſtoteles 2. *Ethic. cap. 7.* in fine aſſerat, indignationem hanc mediam eſſe inter invidiam, & malevolentiam, non tamen docet pertinere ad virtutem, aut eſſe laudabilem affectum; quod de verecundia admiſerat, ſed contentus fuit, monuiſſe eſſe affectum medium, & licèt pleniùs examen remiſerit ad alium locum, & hic doceat Nemeſim pertinere ad bonos mores; reprehenditur tamen in hac parte à D. Thoma, qui oſtendit, ſecundùm fidem Catholicam illum affectum triſtitiæ de impiorum proſperitate, ſi ibi ſiſtatur, eſſe vitioſum. Poſſet tamen dici, Ariſtotelem non aſſeruiſſe Nemeſim eſſe moraliter bonam ex eo præcisè quòd ſit triſtitia de alterius bono; ſed prout illud bonum eſt poſſidenti incentivum majoris mali, ut eum divitiæ impenduntur ad ſcelera congerenda. Chriſtianus ſi videat impium exaltatum; illicò in divinæ providentiæ ſinum id refundit, nec propterea ſuccenſet impio, nec iraſcitur indigno; ne nationem filiorum Dei videatur reprobare; quos ita à Deo meliorem illis, ac manentem ſubſtantiam parante, tractatos experientia per plura ſæcula educuit. Unde viri probi ſicut humani nihil à ſe alienum putant, ita neque diffitentur, quin aliquid patiantur humanum, cum vident fœnum agri, quod cras in clibanum mittetur, ſic à Deo veſtiri, ac florere hodie; ſeu in hac delabente mortali vita. Senſus ille doloris de proſperitate impij, naturæ vitiatæ eſt affectus, non virtutis effectus.

147. *Lib. 2. Rhetoric. cap. 9.* *2. 2. q. 36. art. 2.* *2. Rhetoric.*

❀ (o) ❀
❀

§. X.

§ X.

Invidia in alienam laudem, famam, honorem, ac proſperitatem graſſantis, ſéque ipſam torquentis cauſæ, & effectus indicantur.

148. 2 *Rhetoric. cap.10.* ARiſtoteles inter animi ægritudines recenſet invidiam, cujus naturam, cauſas, & effectus accuratè expendit; aſſeritque, eſſe invidiam ægritudinem quandam conceptam ex felicitate eorum bonorum, quæ cum paribus, & ſimilibus eveniunt, non ut qui invidet, aliquid inde commodum ferat; ſed quia nollet eos, quibus invidet, ea bona poſſidere. Illi autem invidiâ moventur, quibus aliqui pares ſunt, aut videntur. Hinc ex Ariſtotele inferimus, invidiam eſſe triſtitiam de bono alieno proximi exiſtimato ab invidente, ut malo proprio, quatenus per quamdam comparationem, quodammodo cenſetur imminuere, vel ſaltem obſcurare ipſius invidentis excellentiam; & nonnihil detrimenti ejus adferre honori; ut cum Saules invidit laudibus, quibus David plaudente populo commendabatur; quatenus inde conjiciebat, propriam obſcurari excellentiam, ac imminui famam; ideóque triſtabatur de laude, ac honore exhibito Davidi; hinc conquerebatur adverſus puellas plaudentes Davidi: in
1. Reg.c.18. quiens: *Dederunt Davidi decem millia, & mihi mille*; Invidus alienam felicitatem ſuum facit detrimentum; alienum ſplendorem propriam putat caliginem; & de vicini pinguedine ipſe macreſcit: nollet præſtantiores ſe, nollet æquales, imò neque inferiores, ſi poſſint promoveri, ac illi æquari, verè Auguſtinus. *Invidet par pari, quia ei æquatur; invidet ſuperior inferiori, ne ei æquetur.*

149. Eſt igitur invidia dolor, ſeu triſtitia de bono alterius, quatenus per illud putatur imminui proprium invidentis: ut ſi inſignis artifex unicus ſit in civitate in majore habetur honore: ſi verò alter paris, vel fortè majoris excellentiæ accedat; hoc illi diſplicet; eò quia conjiciat in ſe minui gloriam; quia quò res eſt rarior, eò & charior; & pluris æſtimatur. Quamobrem invidia propriè eſt triſtitia de illo bono proximi, per quod æquatur, vel quaſi æquatur invidenti; vel hunc etiam ſuperat: dolet tunc invidus, quia conjicit, inde minui propriam excellen-
2 *Rhetoric. cap.10.* tiam. Hinc Ariſtoteles ait: *quoniam autem æmulos ſtudiorum ſuorum, & rivales; & denique omnes, qui eadem deſiderant, ſuperare contendunt; neceſſe eſt, ut eidem etiam maximè invideant, unde dictum eſt, invidet figulus figulo.*

150. Hinc invidia ut plurimum tantùm torquet æquales; quia ijs, qui nobis ſunt notabiliter altiores, aut inferiores vix ſolemus invidere; quia ex acceſſione boni in ijſdem non imminuitur exiſtimatio noſtri proprij; neque noſtra obſcuratur gloria; nec fama periclitatur. Subinde inter inæquales fovetur invidia, quia poteſt ſuperbia tantùm ſubijſſe incrementi, ut non ſolùm detrectet alium ſibi parem; ſed vel nec in minimo ad ſe accedere; quo pacto invidet ſuperior inferiori, ne illi coæquetur. Quòd ſi gloria invidi imminuitur per alteram ſuperiorem, ac præſtantiorem, tunc invidet inferior ſuperiori, quia illi non coæquetur. Tametſi ſtabulari poſſit invidia etiam in ijs, qui conditione, aut loco, vel tempore diſtant; ordinariè tamen torquet pares, ſimiles, propinquos, ut docet Ariſtoteles in- *Lib.2. Rhetoric. c.10.*
quiens: *Qui proximi ſunt tempore, loco, ætate, gloria, ijs invident*, & habetur vulgatum effatum, quo *propinquitas dicitur invidere*: inde infert Ariſtoteles mortuis, & ijs, qui loco ſunt remotiſſimi neminem invidere; quia ut ipſe ait, cum ijs, qui à me mille annos fuerunt; & cum mortuis nemo contendit; neque cum ijs; qui apud columnas Herculis habitant. Unde Ovidius

> *Paſcitur in vivis livor poſt fata quieſcit.*
> *Tunc ſuus ex merito, quemque tuetur honos.*

Inter proximos verò, & rivales, qui ejuſdem ſunt facultatis acriùs mordere ſolet invidia: hinc habetur vulgatum effatum, *Figulus Figulo invidet; Faber Fabro.* Præ cæteris ſunt proximiores ad invidiã, qui in aliqua re vel maximè honorantur, præſertim ſcientijs, dignitatibus, & divitijs: quia tunc quantum accedit aliorum præſtantiæ, tantùm cenſent minui de propria; eò quia ipſi ſoli haberi velint ſingulariter excellentes. Puſillanimes etiam ſunt cæteris procliviores ad invidendum; quia ut notat Ariſtoteles. Ipſis omnia videntur magna; *2. Rhetoric. cap.10.*
in quo ſenſu explicat ſanctus Gregorius il- *Lib 5. moral. cap. 33.*
lud: *parvulum occidit invidia*, ſcilicet puſillanimum; ait ipſe; *Invidere non poſſumus niſi eis, quos nobis in aliquo meliores putamus, parvulus ergo eſt, qui livore occiditur, quia ipſe ſibi teſtimonium perhibet, quòd eo minor ſit, cujus invidia torquetur.* Per meliores non intelligit Gregorius excellentiores ſimpliciter, quaſi nullo modo invidia eſſe poſſit, niſi erga meliores, & præſtantiores; ſed quatenus imminuunt excellentiam alterius, proinde faciunt alterum minorem, & reſpectivè parvulum, quatenus ejus exiſtimatio minuitur. 151.

Dolor itidem, qui propriè eſt æmulatio, ut cum quis dolet, non propriè de bono alterius; ſed de proprio defectu; eò quia non ſit etiam ipſe dolens illius boni particeps vocari itidem ſolet invidia: quid enim frequentius, cum inter pueros videmus 152.

mus unum flere, eò quia ſibi non detur pomum; quod alteri fuit exhibitum, quàm vocare hanc triſtitiam invidiolam? & tamen dolor ille ex eo tantùm oritur; quòd puer lugens nolit carere pomo, quod alter poſſidet. Neque ibi intervenit invidia: quaſi puer lugens putet alterum, cui fuit pomum datum, ſibi præferri, ac inde ſuam imminui exiſtimationem; quia puer non dolet, quòd alter pomum habeat; ſed luget, quia ſibi non detur: quòd ſi primùm ei donaretur pomum aliud, ſtatim quieſceret, ac eſſet contentus; tametſi alius ſuum proprium retineret pomum. Quamobrem dolor iſte nonniſi in laxa ſignificatione vocatur invidia, quatenus unus puer non vult minor videri altero.

153. Cauſæ, ex quibus invidia naſcitur plures ſolent recenſeri, ut alterius felicitas, virtus, honor, excellentia, gloria, dignitas, prælatio: generatim tamen cauſa invidiæ eſt bonum alterius non ſimpliciter, ſed quatenus facit, ut bonum invidi appareat in ſe minus; etiam priusquàm ab alijs minus æſtimetur: ut ſi quis poſſideat adamantem omnino ſingularis magnitudinis, ac puritatis, certè ab omnibus adamas ille magni æſtimatur, & qui eum poſſidet ſingulari notâ ab alijs diſtinguitur; eò quia gemmam poſſideat omnino ſingularem: ſin autem accedat alter, qui æqualem, vel etiam pretioſiorem adferat adamantem, eúmque oſtendat omnibus; tunc ille primus nonnihil cadit à priori æſtimatione, cum non cenſeatur omnino ſingularis: quamobrem ſicut ſecundus adamas minuit æſtimationem ſaltem quoad ſingularitatem primi; non quòd hic revera patiatur aliquod intrinſecum detrimentum in natura, vel propietatibus; ſed quia per comparationem ad ſecundum non habetur ampliùs ut ſingularis, eò quia debeat locum cedere ſecundo, à quo exceditur in pretioſitate; Ita invidus triſtatur de bono alterius non ſimpliciter, ſed quia ad acceſſum boni alterius bonum proprium invidi vileſcit, vel non tanti ampliùs æſtimatur per comparationem ad bonum alterius.

154. Hæc eſt illa invidia, quæ primâ in mundo cæde fraterno ſanguine Cainum fœdavit. Primus hic omnium torquentis invidiæ ſtimulis fratris nece mundi funeſtavit exordium. Fuerunt ambo fratres Cain, & Abel ab eodem parente Adamo humanæ gentis Principe; & eadem Eva propagationis Miniſtra nati. Ille primogeniti prærogativa intumeſcebat; ſed virtute vacuus futili gloriabatur titulo; contumax erat, ad parentum monita; ſortitus ingenium aſperum, querulum, intractabile, fallere doctum; jamque maligna invidiæ ſemina jaciens; quæ ingenti parentum luctu ferales ſuccreverunt in cupreſſus: pravorum morum obſtetrix invidia erat in Abelem eodem progenitum utero, ſed natu minorem. Erat Abeli genium mite, ingenium manſuetum, indoles comis, placida, placabilis; ſummum quâ par erat religione Deum proſequebatur, reverentiâ genitores; obſervantiâ fratrem; & quoties Numini per victimas ſupplicaret, quidquid optimum in gregibus, frugibúsque poſſideret, in ſacrificium Deo voluit oblatum: cum è converſo Cainus nonniſi deteriora avarus, ac perfunctorius in cultu Numinis dedicaret. Cúmque Deus reſpexiſſet ad munera Abel; & illa Caini contempta eſſent; hic divinus in Abelem favor invidiam in Caino exciravit, qui in clandeſtinam prolapſus deteſtationem; omnéſque poſthac victimas ejuratus, nil animo moliebatur, quàm fraternam cædem; quam ut certiùs perageret, ſceleri prætexens amicitiam, Abelem nihil mali ſuſpicantē in agrū prolectat; ibique ambo varios miſcentes ſermones; cum Cainus multa in Authorem naturæ criminaretur; divinæ gubernationis leges, ordinémque infeſtaretur; & è converſo Abel in Numine propagnando efferveſceret; Cainus aggrediendi ſceleris ratus anſam inveniſſe; elatum altiùs, quod manu geſtabat telum in fratris caput toto demiſit niſu; cúmque validiores gemináſſet ictus, diſputationem abſolvit, vitámque ſimul clauſit diſputantis. Huncque primum in mundo invidiæ fœtum fraterna nece mundi primordia temeráſſe, & fratris fuſo cruore innocentiam polluiſſe conſtat.

Sexum præſertim fœmineum invidia torquet; & tunc mulier invida acriùs in aliam invehit, cui ſors obtigit felicior, & juxta vota. Apud Virgilium cum Dido Æneam deperiret, cujus amore videbatur inſanire; animíque ſui ægritudinem ſorori aperuiſſet, & ejus conſilio animum ad nuptias adjiceret; Juno Didoni invidens ejus recolit obſcuram conditionem, ac egeſtatem 155.

4. Æneid.

Fœmina, quæ noſtris errans in finibus, urbem
Exiguam pretio poſuit: cui littus arandum,
Cuique loci leges dedimus, connubia noſtra
Repulit, ac Dominum Æneam in regna recepit.

Vocat fœminam per contemptum, & hanc errantem, ſeu peregrinam ſine urbe, abſque virtute, & merito; cui non agros, ſed littus, ſeu terram arenoſam, ac ſterilem arandam conceſſerat: indicans, adeo fuiſſe rerum omnium egenam, ut præclarè ſecum agi putaret, ſi vel littus ſterile arare fineretur. Ovidius eleganter invidiam calamo pingit.

2. Metamorph.

Pallor in ore ſedet, macies in corpore toto
Nuſquam recta acies, livent rubigine dentes;

Pectora felle virent; lingua eſt ſuffuſa veneno
Riſus abeſt, niſi quem viſi fecêre dolores
Nec fruitur ſomno, vigilantibus excita curis.
Sed videt ingratos, intabeſcitque videndo
Succeſſus hominum; carpitque, & carpitur unà
Suppliciúmque ſuum eſt.

156. Effectus invidiæ ſunt mala illa omnia, quæ ad ipſam ſequuntur, & quorum ipſa eſt fœcunda parens; eſt autem invidia teſte Gregorio Nyſſeno *in vita Moyſis.* Malorum Princeps, mortis mater, prima peccati janua, vitiorum corrupta radix; doloris initium, calamitatis parens, inobedientiæ cauſa, ignominiæ principium, mortifer ſtimulus, mucro reconditus, telum ferale, figens animam clavus, flamma cordis, inteſtinorum ignis. Famulantur, & obſequuntur invidiæ, Calumnia, Fraus, Diſcordia, Furor.

157. Calumniam Apelles apud Lucianum vivis coloribus ſic delineavit. Sedet vir, oblongas, patuláſque habens aures venientem calumniam protenſa manu invitans. Circumſtant mulieres duæ, ignoratio, & ſuſpicio. Irruit ex adverſo calumnia, compto quidem ore, ſed ardentibus oculis, vultúque irâ inflammato; læva facem præferens accenſam, dextera obtorto collo rapiens adoleſcentem ſupplices manus tendentem ad ſuperos. Præit impurus, & pallidus livor, Fraus, & Aſtutia, inſidiarum Architecta Calumniæ latera cingunt, ſequitur Pœnitentia pullata, veſte lacera oculis fletu turgidis, flectítque retro caput, quaſi venientem lento gradu exceptura Veritatem. Fraus ſecunda invidiæ ancilla effingitur humana facie, quæ refert reliquo corpore ſerpentem, cujus cauda in ſcorpionis deſinit aculeum; & per Cocyti undas fingitur nando fluitare. Diſcordia, quam plerumque invidia excitat per elegantem hypotipoſim deſcribitur à Petronio Arbitro

Intremuere tubæ, ac ſciſſo diſcordia crine
Extulit ad ſuperos ſtygium caput. Hujus in ore
Concretus ſanguis, contuſáque lumina flebant;
Stabant irati ſcabrâ rubigine dentes.
Tabo lingua fluens obſeſſa draconibus ora.
Atque inter toto laceratam pectore veſtem.
Sanguinea tremulam, quatiebat lampada dextrâ,

Furor, quo plerumque invidia agitatur, 158.
deſcribitur à Virgilio vinctus, & fremens 1. *Æneid.*

———— *Furor impius intus*
Sæva ſedens ſuper arma, & centum vinctus ahenis
Poſt tergum nodis, fremit horridus ore cruento.

Petronius Arbiter Furorem deſcribit ſolutum vinculis, ac liberè debacchantem, & deſævientem.

Furor abruptis, ceu liber habenis
Sanguineum latè tollit caput; oráque mille
Vulneribus confoſſa, cruenta caſſide velat.
Hæret detritus læva Mavortius umbo
Innumerabilibus telis, gravis, atque flagranti
Stipite dextra minax terris incendia portat.

In aulis præſertim Principum regnat 159.
vegetior invidia, cui ſubſerviunt Perfidia, Calummnia, Dolus, Fraus; quia ibi potentior debiliorem deprimit; & per cuniculos, aliena conſilia licèt ſalutaria invidia evertit. Ibi fraus, & vultus perſæpe mentiuntur; unde illud Pſeudo-Politici documentúmne, an nocumentum? Illud tecum ſtatuito, ne quid cui credas, quantumvis in ſpeciem amico, quantumvis arridenti, complexanti, pollicenti, dejeranti; nec quemquam exiſtimes tibi ex animo amicum; nec tu ſis cuiquam ex animo amicus. O humanæ ſocietatis deteſtabilem corruptorem! ô ſinceræ fidei perfidum everſorem! Hæc documenta dictat invidia Magiſtra ſuis diſcipulis, non in caula ruſticorum, ſed in aula Principum, ubi natale invidiæ ſolum, ubi innocentiæ laniena, virtutis charibdis; ut hiſtoria teſtatur Danielis: Cyrus enim occupata Babylone, imperióque Chaldæo ſibi ſubjecto, Darium ſocerum etiam in Babylone regnare voluit, ac in ejus poteſtate eſſe Hebræos captivos. Is ætate gravis perſpiciens quantum adjumenti conſilijs ſuis ex Danielis Sapientia accederet; delegit eum ſibi adminiſtrum; eadémque inſignivit dignitate, quâ apud Balthaſerem Regem potiebatur. Abijt Darius in Mediam curaturus, ne quidquam ibi per Regum abſentiam turbaretur; comitem itineris voluit Danielem, quem etiam Mediæ Satrapis, ac Principibus præfecit. Erant enim tres ſummorum conſtituti Principum, quibus à ſubjectis Dynaſtis actorum erat ratio reddenda; hos inter eminebat Daniel, à quo veluti ab oraculo pendebat Darius. Tantæ gloriæ fulgor malignorum perſtrinxit oculos, qui invidiæ flammam concipientes, ac foventes perdere nitebantur Danielem, hominem exterum, alienigenum, & captivum, dominantem Regi. Hinc omnia conſilia, cogitationes, machinationes in id

unum

Digitized by Google

ſinum collimârunt, ut Regem à Daniele abalienarent. Arduum tamen hoc factu, cum eâ ageret innocentiâ negotiorum adminiſtrationem; eáque Sapientiâ proprio fungeretur munere, ut ne ſuſpirioni quidem culpæ locus ſupereſſet: Sed licèt nullus calumniæ fomes invidiæ, ac livori occurreret; viam tamen nocendi à diſcrimine quæſivit Religionis. Inſteterunt aſſentatores Satrapæ oſtendentes moris fuiſſe, quò Perſæ Reges ſuos non ſolùm piè, verùm etiam prudenter inter Numina conſueverint colere, eò quia Majeſtas imperij tutela ſit ſalntis: & aſſerebant, neceſſitatem exigere, nt aliquo ſaltem tempore hæc in Rege Perſarum divinitas innnieſreret; idque futurum, ſi decretum edatur; ne quiſquam ab ullo, vel hominum, vel Deorum intra triginta dies quidquam petat præterquam à Rege; ſecus qui faxit leonibus prædam objiciendum eſſe; Darius licèt quantum decreto ineſſet injuſtitiæ perſpiceret; metu nihilominus ſeditionis (ſiquidem per tumultum populi decretum exigebatur) conſenſum præbuit. Cúmque Daniel etiam poſt iniquiſſimam decreti lationem ſtatas ad Deum preces fundere minimè negligeret: ter quotidie in ſublimius ædium conclave aſcendere conſueverat, Deum ex genibus oraturus. Hinc æmuli flagrantes invidiâ, Danielem hominem Hebræum crimine accusârunt Majeſtatis læſæ. Cúmque vox populi tumultuantis eſſet hæc una *Daniel ad leones*: ceſſit Rex vel invitus alienæ ferociæ; & Daniel à Procerum invidia ex ſumma dignitate in imum protrûditur ferarum; ex menſa Regis in lacum conjicitur Leonum: hæc ſcelera in perniciem innocentiæ invidia in aula principum architectatûr.

160. Orator invidiam utpote natam, vel ad perdendos alios, vel torquendos ſaltem ipſos invidos, nunquam excitat; ſed ſemper coërcet; idque ut præſtet, nititur totis viribus oſtendere, nullum eſſe vitium hoc nocentius; nullnm monſtrum hoc monſtroſius, nullam culpam hâc culpabiliorem, nullũ damnum hoc damnoſius, nullam pœnam hâc pœnaliorem. Eſt ſiquidem invidia erroneæ cæcitatis abyſſus, humanæ mentis gehenna, æſtuantis cordis flamma vorax; contentionis ſtimulus, corruptionis aculeus, odij fomentum. Eſt invidia malum à bono genitum, caligo ex ſplendore oriens, umbra à lumine profecta, deformitas nata ex pulchritudine, turpitudo dimanans ex decore; planctus fluens ex gaudio, rivus fellis ſcaturiens à fonte mellis; nequitiæ fructus ex planta honeſtatis, ſæviens procella ex arridente ſerenitate; fluctus æſtuans ex tranquilla malacia, mœror proprius ex aliena lætitia, calamitas domeſtica ex externa gloria; inteſtinum infortunium ex favente fortunâ; ægritudo voluntaria, virtutis implacabilis hoſtis; crux fixa Malevolis; virus lethale. Eſt invidia vitijs fœta, malorum omnium genitrix, ſuperbiæ proles, ſeminarium ſcelerum, fomes flagitiorum, mentis tinea, cogitationum tabes, oſſium putredo, ærugo conſumens præcordia. Eſt invidia malum vetuſtum hauriens ex aliena lætitia ſuos luctus; ex aliena felicitate propriam miſeriam; ex pinguedine macrorem, ex flore ſpinas, ex honore dedecus. Eſt invidia prima labes, antiquum virus, ſæculorum venenum; cauſa primi funeris. Eſt invidia, quæ Angelorum Principem ejecit è cœlo; quæ gentis humanæ protoparentem excluſit è paradiſo, quæ prima fraterna cæde mundi fœdavit primordia; quæ hominem occidit, ut Deum irritaret. Hâc qui torquetur invidiâ, alienis divitijs eſt inops; alienis bonis infelix, alieno ſplendore obſcurus; in cujus pectore fluctuat fellis procella, ſedet in ore pallor, tremor in labijs, ſtridor in dentibus, macies in corpore, & tabificum in viſceribus venenum: quod enim eſt vermis ligno, rubigo ferro, tinea veſtimento, id invidia eſt animo invidenti. Eſt invidia orcus, in quo nihil niſi dolor, & mœror; ignis urens, & conſumens; malum ſine ſpe, labor ſine quiete, pœna ſine commiſeratione. Demum eſt invidia, quæ blandimentis irritatur, honoribus exaſperatur, obſequijs provocatur, muneribus indignatur, benevolentiâ inflammatur, gaudijs triſtatur; pinguiori fortuna macreſcit, elatione corruit. Quid enim ſunt invidiæ motus, niſi humanæ tranquillitatis hoſtes, mundanæ tentationis ſatellites, animi laborantis vigiles hoſtes.

Coërcetur itidem invidia, ſi oſtendatur plus nocumenti inferre invidenti, quàm alteri; adeo ut ſit invidia ſui vindex, ſæviátque priùs in propria viſcera, quàm in alios, quibus bona invidet, & de quorum lætitia triſtatur. Alia vitia ultrix pœna à tergo ſequitur; huic etiam præire conſueſcit. Invidus enim alienam felicitatem propriam conſtituit miſeriam: perinde ac oculus eo infectus morbo, quem medici ophtalmiam vocant ſplendoribus omnibus offenditur, etiam invidus aliorum virtute, & claritate torquetur; hinc invidia alienam oſtendit virtutem, ſimúlque propriam prodit turpitudinem, & cum alteri obeſſe nititur, prodeſſe cogitur; dum nocere cogitat, vel invita prodeſt. Joſephum nunquam Ægyptus Proregem ſalutâſſet, niſi eum fraterna invidia ad culmen illud extuliſſet honoris. Eſt invidentia teſtimonium virtutis, argumentum laudis, teſſera gloriæ; incitamentum indolis generoſæ. Miſera eſt illa fortuna, quæ caret invidia. Virtus perinde ac victrix palma cum pondere premitur, altior ſurgit; agitata creſcit vegetior, & ſine æmulo torpeſcit. 161.

Quamdiu David opilionem in paſcendis pecoribus ruri egit, à quavis fuit invidia liber; ſed cum primùm de proſtrato Goliatho illuſtrem retulit victoriam Saulis haud effugit invidiam. Bellum inter ſe gerebant Hebræi, & Philiſthæi, utrinque in colle 162.

Digitized by Google

caſtra metati, paratíque ad pugnam, ſi fortè hoſtis in vallem interjectam certamen initurus deſcenderet, quod mutuis crebrò clamoribus depoſcebant; quadraginta jam dies fluxerant, quibus pugna protrahebatur, non gerebatur; neutris ancipitem Martis aleam tentantibus. Moras diſrupit Goliathus vir ex Philiſthæis ferox, gigantæa ſtatura, armis munitus robori paribus: is in medium progreſſus, voce truculenta ad ſingulare certamen provocavit, ſi quis ex Hebræorum numero prodire vellet, ſecúmque dimicare. Minæ, & convicia Goliathi neminem concitârunt Hebræorum, qui auderet ad ſingulare certamen deſcendere, ac publicum dedecus ſanguine delere, imò tantum animis omnium terrorem incuſſerat provocatoris truculentia, ac ingens corporis vaſtitas, ut in caſtris Hebræorum nonniſi trepidatio, metus, & fuga audirentur; idque cauſa fuit, cur Philiſthæus quotidianis contumelijs, minis, & convicijs Hebræos exprobraret, quos inter nec unus adeſſet, qui totius populi abſtergeret dedecus, ac ſuo periculo cæterorum conſuleret pudori. Unus tandem adſuit David adoleſcens imbellis, qui non magis ferocem hoſtis ſuperbiam, quàm ſuorum conſternationem miratus, cúmque intellexiſſet, quæ victori promiſſa erant præmia, ſpiritus concepit Deo plenos, ſéque obtulit Regi ad pugnam cum Philiſthæo ineundam; & licèt Rex ei objiceret certaminis imparitatem, & inexpertam adverſus bellatorem veteranum militiam; reſpondit David plenus generoſo ſpiritu, victorias de belluis ferocioribus à ſe relatas ſtimulos addere ad molem giganteam in caſtris Philiſteorum proſternendam; floccíque à ſe fieri thraſonem illum allophylum voce inſoleſcentem, Martémque ore magis, quam corde ſpirantem.

163. Delectatus Rex adoleſcentis prægrandi animo pugnam poſcenti permiſit; ut autem humana præſidia divinis conjungeret, armis ex ſuo armamentario ſelectis, juſſit adoleſcentem præmuniri: ſed cum animadverteret in illis corporis munimentis plus eſſe impedimenti, quàm ſubſidij; exutis armis baculum, peram, fundam, & lapides, quos de torrente ſelegerat ſecum defert ad pugnam. Goliathus adoleſcentem inermem intuitus, nullóque bellico munitum apparatu, indignabundus juſſit è conſpectu faceſſere imbellem canem, niſi mallet illicò proteri pedibus, ac corvis donari in pabulum; ſed poſt velitationem verborum ad decretarium certamen venitur. Jam Goliathus toto corpore cataphractus irruit in adoleſcentem ingentem manu haſtam vibraturus; David autem ocyus emicat, ſilicem rapit è pera, imponit fundæ, librátque ictu tam deſtinato, ut excuſſus mediam Philiſthæi frontem inflicto altiùs vulnere cruentaverit, hæſeritque lapis cerebro fixus; cecidit carnea turris, & jacenti ſuperſtans David caput gladio amputavit, ex proſtrati adverſarij educto vaginâ. Lapſu Goliathi ceciderunt ſimul animo Philiſthæi, qui timore perculſi in effuſam ſe fugam dederunt; & perſequentibus Hebræis, ac terga cædentibus campos omnes cruenta clade, cæſíſque cadaveribus oppleverunt. Lætitiâ triumphans, ac ſpolijs dives è prælio redux ad ſuos revertitur victor exercitus; Rex Saules cum Jonatha, alijſque filijs curru regio ſublimis vehebatur. Sequebantur aulæ Proceres, quà eſſedo vecti, quà equis inſidentes, quos inter eminebat David victoriæ, ac triumphi author, veſtibus, armíſque Jonathæ refulgens, manùque famulari præſciſſum Philiſthæi caput in conto deferens; omnes coronis redimiti, ac palmis inſignes. Præibat Saulis currum depreſſo collo, ſubjectis cervicibus, ſubacto vultu, capta Philiſthæorum multitudo, quorum plures frontibus famulari jugo conjunctis, ſimul vincti, ſimul victi currum triumphis nobilem traherent interſtrepentibus militari clangore tubis, & lituis, feſſóque bellicorum tympanorum fragore. Huic triumphali agmini ex urbe obviam venerunt venuſtiſſimarum puellarum chori, feſtivis cantibus, ac choreis ſalutantes victores, hócque epinicio acclamantes Davidi. *Percuſſit Saul mille, David decem millia.* Idque ſeminarium invidiæ: *Non rectis ergo oculis Saul aſpiciebat David à die illa.* Vox illa adgratulantium 1. Reg. 18.
puellarum odiorum excitavit incendium, torquentis invidiæ gehennam: nulla ſine invidia felicitas; nulla ſine æmulo virtus, nulla ſine mœrore lætitia, Victoriæ comes fuit invidia. Roſas ſpargebat, & lilia triumphus iſte, fauſtis gratulationibus reſonabant omnia; ſed exorta invidia repentinos effudit fellis imbres, omnémque fœdavit hilaritatem. Puellarum illud minus temperatum laudandi ſtudium, Davidem in bellum aliud pertraxit, priore moleſtius, ac diuturnius; in quo cum Saulis invidi odijs amore dimicavit; cum illius perfidia, ac injurijs, fide, ac beneficijs decertavit, ſed hoc bello præluſit ſceptro; & Deo nixus didicit regnare antequam regnaret: ſiquidem reſte Seneca: *Ars prima regni eſt, poſſe invidiam pati.*

Nullum eſt malum invidiam pati, nec 164.
quiſpiam ideo malus, quia alter ei bonum invidet; imò uberiori datur eidem laudi, ceditque in argumentum gloriæ dignum ſe conſtituere alterius invidiâ. Nemo invidet pannoſo, quem fortuna in imum detruſit miſeriarum. Fertur invidia in alienam virtutem, ac felicitatem; & invidus illius bono contabeſcit, quem ſe ſuperiorem novit, vel parem, vel à quo æquari timet. Invidiæ obnoxius non eſt qui nil præclarè geſſit, nec quidquam in ſe continet virtutis; & hic cum Themiſtocle adhuc adoleſcente verè quit dicere: *Præclari nihil nondum feci, mihi quippe nondum invidetur.* Satiùs inviſum eſſe, quàm miſerum: invidiæ tinea purpuras corrodit, non viles mordet penulas. Invidia quidquid nobilis, ac præclari eſt arrodit, nec ſplendorem alienæ virtutis ferre

poteſt,

Digitized by Google

poteſt, tametſi in fratre emicet; idque cauſæ, cur Romulus ut ſolus regno potiretur fraterno ſanguine ſubnaſcentis urbis mœnia fœdaverit: nec quid aliud in Caino exitiales faces accendit invidentiæ, quàm Abelis fratris virtus. Nec inter fratres ſecura innocentia fuit ab invidiæ dente; nec inter ſacrificia tuta pietas, cum vel ipſas aras profanaverit Invidia, quæ religionis ſimul & naturæ violatæ rea etiam in proprium ſanguinem ſævijt, & tertiam hominum partem in uno jugulavit fratricidio ex ijs, quos ſcimus tunc vixiſſe in mundo. Perinde virtutem oderint impij, ac veſpertiliones, & nocturna animalia ſolem, ac diei ſplendorem. Id tamen invidis datur vitio, quia lucem, quam non capiunt, carpunt; & virtutis nitorem vitiorum caligine nituntur obſcurare; & ideo nil miſerius invido, quem non modò mala propria, ſed etiam bona aliena cogunt miſerum eſſe.

DISSERTATIO II.

Nullum curandis animi iraſcentis morbis præſtantius alexipharmacum mortis timore, ejúſque ſeria recordatione.

§. I.

Mortem, qui timent, ne illam timeant, pravos quóſque diſcant effectus coërcere, fræno crebra ejus recordationis.

1. NOn modica priſcos apud Philoſophos diſceptatio fuit, planctu ne, an plauſu; luctu, an gaudio inſtituendus eſſet natalis dies, quo fœtus materna egreſſus ab alvo hujus vitæ naſcitur uſuræ. Non me fugit, Perſas teſte Herodoto, & ſuffragante Athenæo, natalem ſuum diem effuſæ lætitiæ ſignificatione, ac feſtorum hilarijs coloiſſe; & priſcos Romanos nullo lætiori die fuiſſe lautiòs delectatos: ſolemniora tunc parabantur convivia, lætiora inſtituebantur theatra, & luculentiores indicebantur ludi, hoſtilidia, pugnæque umbratiles. Verùm ſi rectè velimus ratiocinari, ac intrà limites nos continere naturæ; tametſi eximium bonum ſit vita, quâ fruimur, & vivimus, meliúſque ſit eam poſſidere, quàm illâ deſtitui; non tamen defuêre antiqui Gaditani, Thraces, Brachmanes, ac Indorum Gynoſophiſtæ, qui naſcentes homines non plauſu, ſed planctu, non effuſis gaudijs, ſed fuſis lachrymis proſequerentur, quaſi non liberiori aurâ donandi, ſed tetro carcere detrudendi eſſent; cùm è converſo mortuos, & vitâ functos, cantu, ac muſicis efferrent inſtrumentis, veluti contagionis humanæ exemptos vinculis, & ad puriores translatos auras.

Juxta hanc perſuaſionem nobiliſſimi æquè Græcorum, ac Romanorum Sapientes ſcimus fuiſſe Philoſophatos: Plato ſiquidem in Gorgia profert illud Euripidis: *Quis novit, utrum vivere mori ſit, mori autem vivere?* quaſi nullum velit interjacere diſcrimen mortem inter, & vitam. Et Seneca ad Polybium non diſſentiens Platoni ait: *Nonne vides qualem vitam nobis rerum natura conceſſerit, quæ primum naſcentium omen fletum eſſe voluit:* nimirum ſingultu, & fletu initia ordimur vitæ, quæ lachrymis, priusquam lacte farta nonniſi lachrymis poſtea madet, quas ſequentes eliciunt anni. 2. Cap. 21.

Quid verò Seneca ſentiat de extrema die, quæ nos apud Manes traducit, ediſſerit, inquiens: *Dies iſte, quem velut extremum reformidas, æterni natalis eſt. Mors malis omnibus finis eſt, plurimis remedium, nonnullis votum, mors nos in alta pace, & tranquillitate conſtituit.* Refert Macrobius, antequam Philoſophiæ ſtudium excoleretur, ac adoleſceret, non defuiſſe, qui ſacris præfuerint cæremonijs, quique dixerint, inferos aliud non eſſe, quàm humana corpora, quibus incluſæ animæ veluti in carcere ſordibus fœdo, cruore putido, tenebris horrendo miſerè torquentur: corpus faſſi ſunt animæ ſepulchrum, Maniúmque ſpecum; & ſingula, quæ inferis faboloſa tribuit antiquitas eadem humanis corpori- 3. Epiſt. 102. Lib. 1. in ſomnium Scipion. cap 10.

Digitized by Google

bus conati ſunt aſſignare. Lethæum, ſeu oblivionis fluvium errorem dixerunt animæ ſuæ divinæ originis majeſtatem obliviſcentis; phlegethonta flammas irarum, ac cupiditatum cenſuerunt incendia; ut etiam Acherontem humanæ infirmitatis dolorem, animíque fluctuantis ægritudinem; Cocytum quidquid homines in luctum adigit, & lachrymas; & ſtygem quidquid humanos animos gurgitibus immergit odiorum.

4. Sed licèt ſplendidè hæc à Mythologis dicerentur; veriorem tamen toti controverſiæ deciſionem protulit Eccleſiaſtes.

Cap. 7. *Melior eſt dies mortis, quàm dies nativitatis*, adeo ut homo non in vitæ auſpicio, ſed in mortis clauſula dignus ſit laude, prout digna egit in volatili vitæ curſu; tametſi pluribus ſit humana vita miſerijs, & calamitatibus obnoxia, poſſunt tamen ipſa adverſa exercitia exhibere virtutum, quibus fiat homo laude dignus; quinimò ad æternam etiam beatitatem per diſcrimina ærumnarum ſe promoveat, & quæ illi videntur obeſſe, hæc eidem proſint; ſi à luctu, quem vel naſcens edit, diſcit mortis excolere memoriam, quæ morum eſt magiſtra, & ipſius vitæ tutela; nulla enim fax tam clarè rectum nobis oſtendit virtutis tramitem, quàm ſeria mortis cogitatio, cujus feralis umbra ignorantiæ tenebras excutit, & radios veritatis injicit, quibus quàm fluxa, quàm brevia ſint, ac volatilia, quæ nobis mundus exhibet, edocemur; hac mortis recordatione deſtituti Megarenſes æmulantur, de quibus Tertullianus ait: *Megarenſes obſonant quaſi craſtina die morituri; ædificant verò quaſi nunquam morituri*:

In Apologet. cap. 39.

quàm longa ſibi ſponderent Megarenſes vitæ ſpatia ædificiorum ſubſtructiones abundè teſtabantur, cùm ſibi conſtruere palatia diſponerent, quæ nonniſi per plures annos poſſent abſolvi, & adeò erant luxui addicti, adeò menſis vacabant opiparis, ut ſibi ſalutem præciderent, vitámque breviarent: dapum ſiquidem onere nativus calor ſuffocabatur, & peſtilens morbus ex cruditatibus oriebatur, à quibus abſtinuiſſent, ſi ſe mortales cogitâſſent: quia enim raro noſtra nobis mortalitas occurrit perpendenda, rariùs nobis ipſis oſtendit, quid ſimus, & quid futuri erimus.

5. A nulla alia cauſa noſtra oritur pernicies, quàm à mortis oblivione: mortem enim, qui ſæpe cogitat, cautè ac temperanter vivit, & prolixos ſibi annos ſpondet; mortem intemperantia maturavit, & error accerſivit, ut ſcitè notavit Seneca, qui inducens Deum ipſum loquentem ait: *Ex omnibus rebus, quas eſſe vobis neceſſarias volui, nihil feci faciliùs, quàm mori.* Nil ex rebus omnibus morte facilius; ſed & nihil frequentius, nihil uſitatius, quàm hujus facilitatis oblivio, quæ graviſſima ſemper attulit detrimenta; ſicut & ejus recordatio ingentia commoda. Teſtis eſt David, qui in meridie nil cogitans de ſolis occaſu, de hominis morte, fœdè labitur, non ſurrecturus, niſi mortis recordatio novos excitet vitæ ſpiritus. *Accidit, ut ſurgeret David de ſtrato ſuo poſt meridiem, & deambularet in ſolario domus regiæ, viditque mulierem*: ſurrexit nimirum horis pomeridianis, ſeu tempore, quo non hora tantùm ſuſpicionem faceret epularum, ſed acclinatio quoque Regis in meridie; quia non decubuiſſet ſub meridiem, ſi ſobrietati ſtuduiſſet; ſed quia fortaſſis laxioribus indulſit poculis occupante vini fumo caput, & cum decoquendis dapibus defatigaretur in ſtomacho nativus calor, ſomnus irrepſit, quo ſenſus meridiana quiete ſopiret.

Lib. 1. de provid. cap. 6.

2. Reg. 11. v. 2.

6. Sanctiùs dormiviſſet David, niſi ſomno excitatus Bethſabæam vidiſſet è ſolatio domus Regiæ ſe in proximo fonte lavantem, ſplendor ipſe pomeridianus omnem excuſſerat occaſûs umbram, mortiſque recordationem; ſed tunc quaſi in Ægyptum verſa fuiſſet Palæſtina, David in ſinu Bethſabeæ veluti fabuloſus Phaëton è ſummo continentiæ, ac virtutis cœlo libidinis æſtu inflammatus corruit perturbatus, & Uriæ ſanguine rubuerunt flumina, ubi David lautiùs cœperat epulari, ac largiùs calices exſiccare, ac ſomno indulgere pomeridiano, conſopito tunc ſe Adæ adjunxit David: ille enim è ſomno ſurgens, Evam vidit ſibi aſſociatam, & David cùm primùm è ſomno ſurrexit pomeridiano, Bethſabeam ſibi copulavit, hoc tantùm diſcrimine, quia Eva jejuno emerſit ex Adamo; ſed Bethſabea ſaturo adhæſit Davidi. Adam defecit ab Eva ſeductus, ſed David à mortis oblivione inductus, *accidit, ut ſurgeret David de ſtrato ſuo poſt meridiem*, eo nimirum tempore, quo nihil cogitavit de occaſu, nec ulla mortis recordatio mentem ſubjorat, vidit tunc *mulierem lavantem ſe*, & maculas corporis, quas mulier abſterſerat, fœdè ipſe animo ebibit; vidit, & ſimul perijt; quia vix aſpexit quis impunè mulierem (niſi fortaſſis mortis umbrâ contectus) ut Davidi obtigit, qui tunc mulierem ſe lavantem concupivit, & adulterio ſe fœdavit, cùm pomeridiano reſurgens è ſomno nil de mortis occaſu cogitavit: cecidit, cùm nihil de hominis lapſu in ſepulchrum mente revolvit; è converſo tunc ſtetit, tametſi non ſtarent, ſed choræas ducerent puellæ, cum mortis imaginem ſibimet objecit. *Porrò cum reverteretur percuſſo Philiſthæo David, & ferret caput ejus in Jeruſalem, egreſſæ ſunt mulieres de univerſis urbibus Iſraël, cantantes, chorósque ducentes in occurſum Saul Regis, & præcinebant mulieres ludentes, atque dicentes, percuſſit Saul mille, David decem millia, iratus eſt autem Saul nimis.*

1. Reg. 18.

Quid

7. Quidquòd David non æſtu hic ſuccenditur libidinis cum ſolicitandæ laſciviæ compoſita, ac inſtructa puellarum phalanx Regi occurreret triumphanti? imò & pſaltriæ non invenuſtæ, quæ luſêre ſimul, & plauſêre Davidi è percuſſo Philiſthæo ovanti in urbem reduci? nimirum pudicitiam indemnem ſervavit in triumpho, quam profligatam protrivit in ſolario, ut nun ſirenibus ſuum tribueret naufragium, ſed exſiccatis calicibus; plures enim in triumpho evaſit fœminas, puellâſque comptiores, cùm nec unam in ſolario deambulans domûs Regiæ evadere valuerit fœminam, quam viderat ſe lavantem. Quid? quòd cùm comptiores præirent puellæ pſallentes, choreâſque ducentes, nullo exardeſcit libidinis æſtu, quem etiam ex ipſis frigidis hauſit fontis laticibus, cùm primùm deambulans in ſolario domus regiæ vidit mulierem lavantem ſe? Mortis ſcilicet recordatio ac Libithinæ gelu è proſtrati Philiſthæi amputato capite omnem abegerat libidinis æſtum. Terrebatur David Goliæ capite, quod ferebat, ideo non potuit in funere laſcivire, quamvis fomenta libidinis præeuntes ſuppeditarent puellæ; cæſus à Davide Gigas pro Davide pugnabat, quo libidinem expugnaret: quinimò quaſi Gorgonis caput, Goliæ cervix fuiſſet, geſtantem ſe ſe Davidem ſaxeum effecerat libidini; cujus æſtus non ſentiret; ſed magis ad ſaltus frigeret puellarum.

8. Militabat victori ſuo abſciſſus Gigas, pellebâtque à triumphante Amazones, mammatas tamen, ideóque amazonibus ſæviores, quæ non cum uberibus tantùm decertarent, ſed oberibus cum adoleſcente confligerent; qui ſicut lapides de torrente ſuſtulit, ac erexit, queis gigantem debellaret, ac proſterneret; perinde in lactis profluente, quod ubera ſtillaverant ad ſaxa, ſcopulòſque alliſus ad naufragium caſtitatis fuiſſet, niſi in amputato Goliæ capite, mortiſque recordatione portum ſtatim appuliſſet, quo libidinis procelloſos æſtus, ſimúlque naufragium declinâſſet pudicitiæ. Mirùm ſanè, quòd pomeridianus aſpectus tantùm hauſerit ex epulis venenum, ut ad unum matronæ lavantis ſe intuitum exarſerit, vel frigido in ſonte; & pudicitiæ ſol in ipſo meridie occaſum ſuum cognoverit in aqua, cum tamen inconcuſſa ſteterit firmitate, cùm pedes puellarum choreas ducentium minimè ſtarent? Scilicet ſtetit virtus mortis innixa recordatione in geſtato, amputatóque Goliæ capite; quæ tamen cecidit, cùm in fonte ſtaret fœmina, quia nullo ſubnixa tunc occaſûs, mortíſque recordatione; ſurrexerat enim David de ſtrato ſuo poſt meridiem, & deambulans in ſolario mulierem vidit lavantem ſe, arſit vel in aqua, cùm matronam vidit, & oculis ſordes ebibit in animi perniciem, quas mulier è corpore abigere ſategerat.

Non horrori, ſed decori nobis mors eſſe potiùs debet, cum ſola ipſius recordatio Innocentiam propugnet, & vitia quæque expugnet; ſi frequens mortis recordatio mentem ſubiret noſtram, nunquam à recto virtutis tramite animus declinaret, eſt ſiquidem ſalubris hæc recordatio ad bonum calcar, & à malo frœnum, ad honeſtatem incitamentum, & à turpitudine averſatio. Ii mortem timent, qui, quæ vita minimè digna ſunt, peragunt; hi verò nil in morte timent, qui nulla ante mortem timenda committunt; non obeſt mortis aſpectus, ſed plurimum prodeſt; vitiorum enim compeſcit inſolentiã, & virtutum promovet incitamenta. Scio nullam poſſe in morte à pictoris peritia pulchritudinem delineari, quæ animos alliciat intuentium; cùm non aliter ſoleat mors coloribus exhiberi, quàm ſine fronte, abſque naſo, ſine genis, abſque labris, & oculis; videatúrque propterea mors depicta, congeſta aridorum oſſium compago, monſtrúmque naturæ informe; neque videtur mortis ſimulacrum aliquid præſeferre, quo oculos valeat intuentium allicere, cùm nonniſi perniciem corporis in homine moliatur: mors ſiquidem ſi acceſſerit, corpus vita deſtituit, membra nativo ſpoliat vigore, genas fœdat, lumina extinguit, faciem corrumpit, ſpeciem evertit, totúmque hominem dehoneſtat.

9. Verùm erranti id potiùs dandum eſt phantaſiæ, non intellectui rectè ratiocinanti vitio; quamvis enim, ſi extimus penſetur mortis aſpectus, nil præſeferat, quod oculos valeat intuentium allicere; ſi tamen intimiùs penetretur, cũ nonniſi honeſtamenta ſuggerat virtutum, non quò ab ipſa avortamur, ſed potiùs, quò ejus crebriùs recordationem foveamus, nobis proderit. Quamvis Vulgus bonorum maximum vitam putet, & mortem primum malorum, fallitur tamen, & perinde errat in maximis maximè, ac in reliquis bonis aberrare conſuevit; non mors, ſed potiùs vita malorum eſt maximum, ſi non bene vivamus; & mors bonorum maximum, ſi non malè moriamur; & tunc non malè morimur, ſi non malè vixerimus. Non eſt mors mala, niſi illis, qui vitâ peſſimâ eam malam effecerunt, reſpondet apprimè mors ſubſequens vitæ anactæ, talis enim eſt mors, qualis vita præcedens fuerit; turpem mortem ſola vitiorum fœditas facit, ille mortem non timet, qui vitijs fœdari timet; non mors timenda, ſed peccatum, quod mortis eſt ſtipendium.

10. Non eſt viri ſapientis mortem metuere, quam nequit effugere, ſed ille ſapit, qui nil in vita admittit, cujus illum in morte pœniteat, & ita corpori dat vitam, ut eam animæ non auferat, eſt enim peccatum mors animæ, quod ſi quis admittat mortem in

ani-

aoimam mittit, & qoi per illicia voluptatnm corpori indulget, oecem animæ molitur, ſitque propterea idem eblandiri corpori, ac in animam ſævire; ſi corpus reficias, animus deficit. Antequam ferantur dormjiſſe Ophni, & Phinees com ſcortis, ante Arcam indusitur puer, corpori ut eblaodiretur, latrocinijs notarus, converſurus ſacrificij adipem in adulterij torpitudines.
1. Reg. v. 15. *Da mibi earnem ut eoquam ſacerdoti. Habebat fuſcinulam tridentem in manu ſua, & mittebat eam in Lebentem. Heli autem audivit omnia, quæ faciebant filij ſui, & quomodo dormiebant cum mulieribus, quæ obſervabant ad oſtium tabernaculi.*

12. Quisnam novus iniqnitatis Nèptunus manum armavit ſuam tridenti fuſcinula, qua non jam pilces in aqua, ſed carnes in olla pilcaretur? & revera carnem extraxit è cacabo, cum Venerem ſacerdoti ſubmiſit; nimirum ubi tridentem audiſti, Nereidas haud procul abeſſe ſoſpicari poteras; & dum ſacerdotes non ampliùs victimarum exuvijs, ac mortis recordatione muniuntur, ſed carnibus innutriuntur, quas tridens fuſcinula è cacabo extraxerat, productos è fabula Proteos induentes varias perſonas exhibent, modò ſacerdotis ad aras perlitantis; ounc Iurconis in Ganeis obſonantis; modò victimis ſunt addicti, & nunc ſcortibus implicati, & ſola in vitijs conſtantia eos ſaxeos efficit. Sed ſcelerum proluvies, quâ Ophni, & Phinees palam io tabernaculo obruuntor, & Numinis ſacerdotes, & Veneris hoſtias, & ebullientem ollam evertit. An non mors in olla! mira ſanè ollæ natura! ex qua nonniſi ſcelus haurire poſſis; ſi eam ſatagas exhaurire, continentiam hauris; ſi gulæ illecebras ab olla exhauris, ſubverſâ illecebrâ ſcelus evertitur, quod adoleſcit in patera.

13. Idque cauſæ, cur Judas roganti Thamari, quid ad ſe transmiſſurus eſſet pro copia, quam eidem ſui corporis fecerit, reſpondit. *Mittam tibi hædum de gregibus*,
Geneſ. 38. 17. quia nil Veneri ingluvie gratius. An non hebes erravit Poëſis, cum avidiſſimam viſcerationum Venerem è mari finxit emerſiſſe, cum illa oil æquius faſtidiat, quàm piſciumcontubernium, hauſtúmque aquarum, & generoſiori delectetur mero, ac lautiori gaudeat carnium eſo: graviùs ſemper è convivijs emerſit periculum, quàm è furentibus belluis detrimentum, quia ſævientibus iſtis mors ubique ſe oculis ingerit, mentémque ſubit, quæ io convivijs congeſtis epulis opprimitur, & immodico extinguitur hauſtu: & temperantia, quæ eſt in voluptates imperium, omniúmque virtotum ſcotum exulare compellitur à luxu in epolis, quibus nonniſi vitia nutriuntur: ajebat Diogenes,
Cap. 6. referente Stobæo earum domorum, in quibus copia alimeoti reperitur plures eſſe mures, multóſque feles: ſic etiam corpora, quæ multum capiunt cibi, pares etiam morbos aſciſcunt.

In convivijs, ubi immodico hauſtu mortis extinguitur recordatio, vitiom refectis viribus petulantiùs inſoleſcit, & prudentiæ oculus epoti vini vaporibus cæcutit, 14.
quia ut ſcitè Euſebius apud Stobæum. Cap. 6.
Crapula corpus pingue facit, ſtuporem induit, animi verò, quod optimum eſt, rationem ſopit: ſed cum crapulâ opprimere, & immodico hauſtu mortis recordationem extinguere, ac ſepelire ſatsgunt, qui gulæ indulgent delicijs, vel nolentes mortem accerſunt. An oon per ciborum oblectamenta mors irrepſit, & ſæpiùs, qui de truculento hoſte trophæum tulit, exoticas inter epulas, merúmque annoſum, animæ ſimul, ac vitæ paſſus eſt detrimentum? Idque cauſæ, cur David qoi injuſſus, ac inermis contra gigantem proſilivit in campum, qui citaræ harmonico pulſu dœmonem expulit efferatum, contra tamen Kalendas à populo celebrandas profugium quærit, & effugium. *Ecce, Kalendæ ſunt craſtino, & ego ex more ſedere ſoleo juxta Regem ad veſcendum; dimitte ergo me, ut abſcondar in agro uſque ad veſperam diei tertiæ.* 1. Reg. cap. 20. v. 5.
Quid? quòd David kalendas vereatur, qui leones in campo jugulavit, urſos in ſylva ſubegit, & gigantem in valle proſtravit? Non Kalendas pavit, ſed conditas dapes palato adulantes, calicéſque fœcundos, guſtoi eblandientes expavit; David licèt ferarum detriumphator, dœmonis abactor, hoſtiúmque depulſor, plus timuit anooſa vina, ac delicata fercula, quàm hoſtium armata agmina: cenſuit gravius ſibi poſſe inter epulas periculum oriri, quàm inter conſertas adverſariorum copias pertimeſcere detrimentum, ideóque abſcondi in agro petijt, ne juxta Regem epularetur in convivijs: *Sedere ſoleo juxta Regem ad veſcendum*, ideóque oe me in periculum conjiciam, me ſubducere oportet; quia ſi ſemel convivio aſſideam ad pericula declinanda tardior ero, & ad providendum mihi imperitior; & quia virtutum erat ſtudijs addictus, convivia, timuit ne mortis recordatio, quæ ad culturam virtutis erat incitamentum, ferculis obrueretur, & io calices illiſa naufragium pateretur in mero.

Pluribus erat inſidijs inſtructum, quàm ferculis refertum, quod à Saule kalendis illis convivium parabatur; in animo ſiquidem erat, Davidem, quem præpilatis non valuerat telis confodere, ſaporatis occidere epulis, ad quas Davidem doloſè vocaverat, ut ei commodiùs vitam adimeret: cùm enim nullâ potuerit Saul arte Davidem enetare, à convivijs ſuppetias exigit, qoibus iniquum votum expeditiùs expleret; ſed David ſuſpicatus in convivio paratas ſibi inſidias longè aufugit, animúmque Saulis acriùs retorſit, Hinc rectè Eccleſiaſtes ait; 15.
Cap. 7. v. 3.

Me-

Melius eſt ire ad domum luctûs, quàm ad domum convivij; & quamvis paradoxum videatur edicere, cùm nullus ſanæ mentis lachrymas velit lætitiæ præferre, id enim perinde eſſet, ac taxo, & cupreſſo laurum, & palmas; vepretis, ac ſenticetis, floreas, roſeáſque corolas; atris, luridiſque pannis periſtromata acu phrygia depicta; ut etiam mœrori gaudium; inconditis clamoribus, ac lamentis ſuavem muſicam; ac demum Sandapilæ, funeri triumphum poſthabere; præſertim cùm convivium, ſi rationabili ſit moderatione conſtructum, res ſit honeſta, ac jucunda menti exhilarandæ, viribus reficiendis, & corpori nutriendo perapta.

16. Quinimò non dubitârunt priſci homines convivia rebus ſacris, religioſiſque accenſere. Scythis namque olim ſolemne fuit per convivia jurare, & referente A- *Lib. 1.* thenæo; quivis convivalis cœtus ſuam ad Deum excitatam inter pocula lætitiam referre conſueverat, eò quia limites non excederent debitæ moderationis; idque cauſæ fuit, cur Aſclepiades apud Pauſaniam id genus convivia Numinum vocaverit conciliabula, ad quæ non heroes tantùm, verùm & Jovem ipſum, ac reliquas Numinum turbas accedere poſſe autumavit. & reverà teſte Clemente Alexandrino *lib. 2. Pædagog.* hujusmodi convivia moderata non priſcis tantùm Ethnicis, ſed primis etiam Chriſtianis uſitata fuêre, ut mutuæ inter homines charitatis ſymbola, & amoris vincula: quia ſicut forum negotiorum cauſa; ita hæc convivia amicitiæ fovendæ gratiâ ſolent inſtitui, ait *In præfat. lib. 4. ſympoſ.* Plutarchus. *Sicut forum negotiorum causâ, ita convivia ad conciliandos hominum animos frequentamus*: non enim ullius rei ſuavior nobis in convivio debet eſſe guſtus, quàm amicitiæ fovendæ, ſi tamen convivijs aſſidentes homines ſint, & non inſtar pecudum ſint ad ſolum paſtum projecti: & revera ſapidiſſimum eſt cœnæ, ac menſæ condimentum amicus, qui ſuavi affabilitate ſibi familiares, quos paſcat, convivas accerſit, non minus tunc vires reficit corporis, quàm amoris, & amicitiæ fovet benevolentiam.

17. Verùm ut ut eſt, quamvis non diffitear interdum convivia amicitiæ fovendæ causâ inſtitui, quia tamen nil eſt adeò candidum, quod alicujus vitij non deturpet fœditas; nec aër adeo ſerenus, quem aliqua non maculet nubes; & nihil in humanis tam ſuave, quod hominis temeritas non corrumpat: ideo convivia, quæ olim mutuæ inter homines benevolentiæ conciliandæ, ac charitati fovendæ, amicitiæque nutriendæ inſerviebant; cùm primùm eorum uſum cœpit abuſus deturpare; etiam ipſa convivia vitijs omnibus fomitem ſuppeditârunt: neque aliud ſumptuoſo eo convi- *Eſth. 1.* vali aparatu ſpectavit Aſſuerus Perſarum Rex, quàm ſuperbam, vanámque ſuarum opum oſtentationem: neque candidatorum olim apud Romanos referente Cice- *Orat. pro Milon.* rone, accerſiti ad epulas cœtus, quid aliud intendebant, quàm futilem ambitionem, venaliúmque ſuffragiorum mercatum. Neque fœdiſſimum illud luxûs, ac ingluviei certamen Antonium inter & Cleopotram apud Macrobium in aliud fuerat finem directum, quàm ad fœdam excitandam libidinem; fuerintque propterea hujusmodi convivia, non tam corporis viribus reficiendis, quàm vitijs fovendis æquè lautè, ac fœdè accommodata.

Neque ſemper in ijsdem ſolum vinum 18. fundebatur, quin plerumque etiam ſanguis effunderetur, teſtes ſunt funeſtæ epulæ Ca- *Lib. 12.* ligulæ, & Heliogaboli apud Athenæum, teſtes ſunt cœnæ Agamemnonis, in quibus plus Regij ſanguinis manus adultera fudit, quàm vini calices profuderint: teſtes epulæ Thyeſtææ, in quibus filiorum carnes rabidus parens fruſtatim diſcerptas voravit. Etiam Aſtyages Medorum Rex referente Juſtino Harpago ſuorum conſcio ſecreto- *Lib. 1. cap. 5.* rum, ac participi conſiliorum aſſatas proprij filii carnes comedendas appoſuit: quin imò etiam Abſolon Amnonis fratris ſui ſanguine regale fœdavit convivium. Alia ſolent ab alijs ſexcenta recenſeri hujusmodi tragicorum conviviorum exempla, quibus epulata barbaries ſanguine, & cædibus omnia funeſtavit.

Quòd ſi Thyeſtææ illæ epulæ in corpo- 19. ris perniciem paratæ ſanguinem avidiùs, quàm merum viſæ ſunt ſitiviſſe: quæ nunc apparantur convivia, non corpori, ſed animæ interitum moliuntur, cùm pluribus ſint vitijs referta, quàm ferculis onerata, ut meritò dixerit Eccleſiaſtes. *Melius eſt ire ad domum* *Cap. 7.* *luctus, quàm ad domum convivij*, quia nimirum in domo convivij per accerſita vitia virtus omnis proſternitur, quæ in domo luctûs reviviſcit: in domo luctûs perinde ac erudito in gymnaſio ſeria mortis recordatio nos edocet virtutum exercitia, rectámque vivendi normam, unde ſubdit Eccleſiaſtes. *In illa enim finis cunctorum admonetur hominum, & vivens cogitat, quid futurum ſit.* Nil utilius, quàm in domo luctus noſtræ mortalitatis refricare memoriam, quæ per exercitia virtutum ad immortalitatem nos perducit; *Forma moriendi*, ajebat Septimius. *Cauſa eſt naſcendi.* quia ſeria mor- *Lib. de carne Chriſti c. 6.* tis recordatio eſt falx illa, quæ uno ſciſſu omnia amputat pravorum affectuum vepreta, & ad virtutum culturam nobis campum apparat, & ideo forma moriendi, ſeu ſeria mortis recordatio cauſa eſt naſcendi, ſeu rectè vivendi.

§. II.

Tranſeamus crebra recordatione ad mortem ; ne per mortis oblivionem tranſeat ipſa ad nos inopina acceſſione.

20. VIta præſens floſculo ſolet pariari, cujos fructus mors eſt; & forma hujus fructus, ſeu mortis, vitæ innutriendæ cibum ſuppeditat ; quia ſicut fructibus nutrimur arboris , & hujus vitæ fructus ſit mors; nullus aptior cibus ſanctiori vitæ innutriendæ hoc fructu , qui propterea cauſa eſt naſcendi : eſt igitur mors forma , ac typus vitæ ; quia in vita ſui exprimit characterem : mors ſiquidem præmaturè, ac ſeriò cogitata formam imprimit vitæ ; & mortis præmeditatio ſpecies eſt vitæ ; ſcitè Philo, loquens de defunctis, ait : *Vivimus illorum mortem ; mortui ſumus illorum vitam* ; hoc eſt , ſi noſtrum vivere eſt diu mori : & ita viventes mortui ſumus defunctorum vitam ; vivamus etiam defunctorum mortem ; ſeriâ ſcilicet jugique morientium meditatione : quia morientes in vita, naſcuntur in morte , & quotquot in vita mortis meditatione moriuntur mundo, æternùm vivunt in morte , quapropter nil ſalubrius , nil utilius ad vitam ſeria mortis recordatione ; longè enim utilius eſt , ſi nos crebra recordatione tranſeamus ad mortem , quàm ſi ipſa per mortis oblivionem ad nos tranſeat , tranſeamus igitur ad mortem meditatione , ne ipſa tranſeat ad nos operatione. *Egregia res eſt* , ait Seneca , *mortem condiſcere. Supervacaneum forſitan putas id diſcere , quo ſemel utendum eſt Hoc eſt ipſum , quare meditari debeamus. Semper diſcendum eſt , quod , an ſciamus experiri , non poſſumus. Meditare mortem , qui hoc dicit meditare libertatem jubet ; qui mori didicit , ſervire didicit. Supra omnem potentiam eſt, certè extra omnem.* Hanc ingerit utilitatem præmatura mortis recordatio , quòd vitam maturet : hinc ſcitè S. Chryſologus *ſerm. 66.* hanc præmaturam mortis recordationem *mortis uſuram* vocat , quaſi mors, quos diſcipulos ad ſuam accerſit ſcholam cum fœnore , ac uſura inde dimittat vitæ productioris : neque ullum minerval ipſa exigit ; ſed prœmium eò largiùs offert , quò frequentiùs ejus aditur ſchola; idque innuit Apoſtolus ad Philippenſes. *Mori lucrum*, eſt enim mors eam meditanti lucrum , & hujus meditationis uſura adeo eſt licita , ut is cæteris locupletior , ſimúlque beatior , quò plures à morte exegerit uſuras.

Lib. 2. leg. alleg.

Epiſt. 19.

1. v. 21.

21. Non cenſeas mortis recordationem tetricas ſecum trahere Manium omnium umbras, lugubréſque caſus ; nil enim ipſa habet funeſti , quo triſtitiam ingerat , quin potiùs læta eſt, hilaris , ac feſtiva, quapropter ait Apoſtolus. *Nolumus vos ignorare fratres de dormientibus , ut non contriſtemini , ſicut cæteri ; qui ſpem non habent* : nimirum mortis meminit Apoſtolus , ne triſtitia ulla Theſalonicenſes inficeret. Sed ſi Syracides *Eccleſ. 41. v. 1.* mortis recordationem plenam dicit amaritudine , ac reſperſam mœrore, *O mors , quàm amara eſt memoria tua*, quî fieri poteſt , ut mortis memoria Theſalonicenſes non contriſtet ? ſed ſi ex veneno conſuevêre pharmacopolæ Antidorum ad vitam conſlare , ita ex amara mortis recordatione vitæ ſuavitas ſimul , & ſanctitas enitur , quia pravos omnes abigit affectus , pios excitat , mores corrigit , & ſpem ſuppeditat immortalitatis , quapropter rectè Apoſtolus , ne Theſalonicenſes contriſtentur ; ſed veriùs ut lætentur , memoriam iiſdem ingeric mortis ; eò quia ſit hæc verum veri gaudij promptuarium ; argutè D. Chryſologus expendens gaudium , quo Chriſtus gaviſus fuerat auditâ Lazari morte, ait : *Certè ipſe , qui dixerat , Lazarus mortuus eſt , & gaudeo , de quo gaudes mortuo , ipſum cùm reſuſcitat , tunc lamentatur. Qui cùm amittit , non flet ; cùm recipit , tunc deplorat : tunc fundit mortales lachrymas , vitæ ſpiritum cùm refundit.* Flebilis fuit Magiſtro Chriſto vitæ recordatio , cui hilaris , ac jucunda extitit mortis memoria , quia hæc non jam fluxam , ſed perennem præſagit vitam, pravorum affectuum amputatione , virtutum ſtudio , ac morum correctione , quâ beata donamur reſurrectione reſurgentes è vitijs ad virtutes : neque abs re D. Ambroſius *de fide reſurrectionis* loquens de obitu fratris ſui Satyri , ait. *Quem non excludat mœrorem , ſi credas nihil perire morte ; imò ipſius celeritate mortis fieri, amplius perire non poſſe ?*

1. ad Theſalon. cap. 4. v. 12.

Serm. 64.

22. Non eſt igitur , quod tetricam putemus , lugubrem , ac fatalem mortis recordationem , cùm hæc noſtram duntaxat ingeneret utilitatem : mortis enim tetricis circumfuſi umbris clariùs noſtram videmus conditionem , noſtróque agnoſcimus defectus , quos corrigamus : non eſt mors hominis , perinde ac pecudis animæ interitus , ſed animæ à corpore ſeparatio eſt tranſitus , ut non moriatur homo , cum moritur , ſed nobiliore parte ſui tunc incipiat vivere , cùm mori incipit , ſi rectè vixit , dum vitam duxit ; non mors turpem facit hunc animæ tranſitum , ſed ſola peccatorum fœditas : ille mortem non timet , qui mortem timens pravos affectus timuit , quibus non adhæſit ; mortem non timet , qui timet peccatum , quod ſolum ſtipendium eſt mortis.

23. Sapientis non eſt mortem timere, quam effugere nequit ; ſed ille ſapit , qui nihil in vita admittit , cujus illum in morte pœniteat. Morimur , quotquot naſcimur , nec aliud eſt naſci , quàm ad mortem acceſſus: ex omnibus , qui ad noſtrum ævum ab orbe condito nati fuerunt , nullus eſt

ſi

ſi eos excipias, qui hac poſtrema ſunt nati ætate, nobiſcum adhuc vivunt, qui ſepulchrales non fuerit in cineres ſolutus: naturæ eſt penſum mors, ſolvendum eſt ab omnibus, nec ullus poteſt ſe ab hac ſolutione eximere, neque ex omnibus, qui vixerunt, quemquam natura exemit ab hac adamantina lege, ferreáque neceſſitate; neque Regium ullum diadema, aut Imperatorium paludamentum, aut faſces conſulares, opúmque affluentia, amicorúmque potentia, poteſt mortis acceſſum coërcere: mortales ſumus, quia morti deſtinati.

24. Mors iis tantùm tetrica, ac funeſta obtingit, qui priùs pravis ſuis neſcierunt affectibus mori; quique mortis recordatione effrœnes ſuas nunquam coërcuere cupiditates; & quibus tunc tantùm moriuntur cupiditates depravatæ, cùm & ipſi moriuntur: neceſſe eſt, ſit tunc illis mors graviſſima, quibus plura morte ſua moriuntur. Quòd ſi rei unius jacturam lugemus, quantus dolor erit uno omnia ictu conteri, tunc agnoſcere; cùm nullum ampliùs remedium diuturnior vita erit ſuppeditatura. Vivebat in illo pravorum omnium affectuum turba, luxuria æſtuans, ſuperbia tumens, avaritia lurida, invidia torquens, acedia torpens, odium interimens; ſed hæ pravorum omniũ affectuum turmæ illo uno moriente, ſimul & moriuntur. Quòd ſi pravis, qui indulſit affectibus, didiciſſet, cùm viveret, ſeriâ mortis recordatione eos compeſcere, nulli dubium, quin priùs mortui fuiſſent in ipſo, quàm ipſe iiſdem moreretur; ſed quia nulla ipſos mortis præceſſit recordatio, unà cum pravis ſuis affectibus ſimul deceſſit; & ideò meritò mori timet, qui cum viveret, vel ſolam timuit mortis memoriam; quà nil ſalubrius, nilque utilius ad pravos omnes abigendos affectus.

25. Sunt, qui ſi in lecto decumbentes, gravique laborantes ægritudine, proximè ſuſpicentur accedere Libithinam, graviſſima premuntur mœſtitudine, cùm ad præmaturæ mortis acceſſum reſipiſcere potiùs deberent; vel ſi jam reſpuerint animo exhilarato Numini debitas perpendere gratias. Religioſiſſimus olim ſenex diſcipulo ſuo ægrotanti, ut ſolamen aliquod adferret, dixiſſe fertur, ne triſteris fili mi, ob morbum corporis, quo torqueris, quia ſi ferrum es, per hunc ignem rubiginem exues, ſin verò aurum novum indues nitorem, novúmque pretij incrementum; pulchrè D. Auguſtinus ait. *Si aurum es, quid times ignem? ſi frumentum es, quid times tribulam? non apparebis, qualis antea eras in ſpica; niſi tribula conterendo paleas à te ſecreverit, & ariſtas ſeparaverit. Si oleum es, quid extimes preſſuram præli? non declarabitur ſpecies tua, niſi etiam pondus lapidis à te ſecreverit amurcam:* in eandem fornacem, ſi paleam injicias, & aurum, utrumque vires experitur ignis, eo tamen diſcrimine,

Serm. 3. de tempor. barbaro.

ut palea ſtatim cineſcat, & aurum nil patiatur detrimenti; quin potiùs ſordes exuat, ut purius inde exeat. Fornax eſt mundus, ait D. Auguſtinus *in Pſalm. 61.* Aurum juſtus, tribulatio ignis, paleæ reprobi.

26. Utrumque torquet tribulatio, juſtum, & reprobum, hunc quia palea eſt, in cinerem vertit; illum verò quia aurum à ſordibus expolit. In eodem igne rutilat aurum, & fumos emittit palea, illud purgatur, hæc deficit: perinde una, ac eadem tribulatio probos probat, quos perficit, eliquat; & reprobos damnat, exterminátque: Eſt morbus præmaturæ mortis ingerens recordationem lapis lydius, qui virtutem probat, ejus qualitatem examinat, conſcientiam ſcrutatur, animum excitat reſipiſcentem, ac monitorem æternitatis ſe exhibet. Ezechias cùm primùm cœpit ægritudine premi, nil adhuc de præmatura cogitans morte toto niſu ſtuduit Deum in ſua vota flectere, quò priſtinæ reſtitueretur ſanitati, allegans propriam innocentiam, inquiens. *Obſecro Domine, memento quæſo, quomodo ambulaverim coram te in veritate, & in corde perfecto, & quod placitum eſt, coram te fecerim.* Verùm ubi acrior ſubiit doloris ſenſus, & proximæ mortis recordatio animum pulſavit, pœnitùs ſe ſe introſpiciens, tunc non ampliùs innocentiam teſtem adducit ſuæ probitatis, ſed delicta ſingula anteactæ vitæ expendens, ſe ipſum cœpit accuſare, ſimúlque reſipiſcere, & qui Regio ſedens in throno, cæcutijt auri, ac gemmarum circumfuſus nitore, clariùs vidit tetricas recolens mortis umbras, *recogitabo,* ait, *tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ:* nimirum victus Ezechiæ in infirmitate tunc cœpit perfici, cum mortis recordatio mentem ſubijt. Andivit decumbens Ezechias peremptoriam mortis ſententiam in divina curia jam decretam, & ab internuntio Iſaia liberè pronunciatam. *Præcipe domui tuæ, morieris enim tu, & non vives:* inevitabilis eſt ſententia in omnes æquè lata, omnes ſiquidem eòdem ducimur, & nil morte certius, quamvis nil horâ mortis incertius: latet ultimus dies, ut nullus ex omnibus negligatur dies, ſed omnes æquè nos ad mortem præparent; *miſer homo,* ait Bernardus, *quare non omni hora te diſponis? cogita te jam mortuum, quem ſcis neceſſariò moriturum.*

Ezechiæ 5. *4. Reg. 20.*

27. Quòd ſi quæras, cur voluerit Deus ignotam nobis ultimam eſſe horam, reſpondet D. Gregorius, ut poſſit ſemper ſuſpecta eſſe; incertum eſt, quo nos loco mors expectet, qua hora nos maneat; proinde noſtrum eſt, eam omni loco, & quavis hora expectare, ne nos imparatos inveniat. *Nemo hilaris,* ait Seneca, *mortem excipit, niſi qui ad illam ſe diu compoſuerit,* quam non expectaverat Ezechias mortis ſententiam Regali ſedens in throno, mœſtitudine

oppreſſus decumbens audivit in lecto, *morieris tu, & non vives*; quid ni in omnes lata eſt hæc ſententia, omnium aures etiam ſurdas percellit hoc tonitru, velimus, nolimus, ſolvendum naturæ penſum; moriendum eſt, ſive propitio, ſive irato Numine. Prologus humanæ vitæ naſci eſt, narratio dolere, & epilogus mori; *Neque enim aliud eſt diu vivere, quàm diu torqueri*, ait D. Auguſtinus. Quid enim miſerius fluxili hac vitâ, quæ nil habet niſi malorum conſenſionem, miſeriarum pertinaciam, quarum tanta eſt multitudo, ut irrequieta viciſſitudine aliæ alijs ſuccedant? ſicque æquè vitæ, ac miſeriarum unus, ac idem fluxus.

De verbis Domini.

28. Neque abs re cenſuit Lyces Princeps, vitam eſſe animo ſupplicium, haud ab eo abludens, quo vivi cadaveribus conſtricti, os ori, pectus pectori, manus manibus atrociſſimè diſcruciantur: anima ſiquidem divinitatis participata portio putri, fluidóque illigatur corpori, cujus nexu tamdiu torquetur, donec vinculum diſſolvatur, & mortalitatem exuat, quam cum corpore induerat. Neque corpus quid aliud eſt, quàm fœtens putredo, vermiúmque eſca; & ſi quis per ſingulos orbis tractus oculos poſſet circumferre, & lyncæo obtutu penetrare piramidum molitiones, ſumptuoſa mauſolea, & Principum ſepulchra, ſuperficie extima auro illita, vel dedolatis lapillis nitentia; nonniſi vermium ebullientium caveas, vel putreſcentes pulveres, aut ſterileſcentes exiguos cineres inſpiceret. Quòd ſi nobilium æquè, ac ignobilium penetraret cubicula, introſpiceret pectora, nonniſi luctus, & lachrymæ, ærumnæ, ac miſeriæ ei obviarent; hos reperiret anxios pro neceſſarijs, alios ſolicitos pro ſuperfluis, illos in luctu, in ſqualore jacentes ob bonorum jacturam, nec ullam reperiret domum ærumnis vacuam, nullam à ludo fortunæ immunem, nullam ſine lachrymis, nec ullum in domo incolam ſine ſuſpirijs: cum innumeri ſint, quos dolor exurit, morbus diſcruciat, dolores torquent, curæ divexant.

29. Si has omnes malorum congeries, quæ mundi incolas rotant, quis videret; tot calamitatum veluti ſpectris attonitus, tæderet illum vitæ; ac mori optabilius ei foret, quàm ſuperſtes tot obrui miſerijs: tot enim, & tales ſunt, ait Marcus Aurelius Antoninus, ut aërem ſuſpirijs replerent, *ſi ſinguli*, inquit, *lingua palam exprimerent, quæcunque clam in corde ſentiunt: cœlum credo ſuſpirijs rumperent, humúmque lachrymis inundarent.* Quàm ingens eſt dolor, qui ſi per ſuſpiria è pectoris penetralibus in apertum erumperet, perinde ac fragroſum tonitru, & nubes ſcinderet, & aërem finderet, cœlùmque diſrumperet. Dolor cordis quamvis minimus reliquos omnes excedit, quibus acriùs corpus torquetur: qui enim intus dolor animum torquet, febrem accendit absque pulſûs variatione, homines proſternit absque geſtuum externorum indicio, humores corrumpit ſine oris pallore, totúmque hominem in genua dejicit, proſternítque; & ideo vitam prorogat, ut plura irroget mala; & tumulum negat, ne in illo quieſcat, ſed acriùs torqueatur in thalamo. Sola mors eſt, quæ mala hæc omnia vorat, ideóque deſipiunt, qui mori non ſapiunt per crebram ejusdem recordationem, cujus beneficio mores non corrigunt, & pravos omnes non compeſcunt affectus. Ezechias tunc mortem evaſit, cum de morte cogitavit, cùm latam in ſe ſententiam audivit, *morieris tu, & non vives*, provixit tunc Ezechias, qui ſi vis morbi ſpectanda erat, mortem minimè fuiſſet evaſurus: ſecundùm morbi violentiam, & naturæ conſuetas leges conclamatus erat Rex Ezechias, cum nulla ars eſſet humana, nullúmque alexipharmacum, quo ab illa poſſet ægritudine reſurgere: ſin verò auxilium erat divinum attendendum, utique poterat per prodigium fieri, quod effici per naturam nequibat. Duplex eſt vitæ periodus, unà à natura, & altera à Numine conſtituta: & hæc ſemper certa, ac fixa nulli incremento obnoxia, nec decremento; illa verò & contrahi à Deo poteſt, & extendi; & de prolata Ezechiæ ſententia viſus eſt dixiſſe Jobus. *Conſtituiſti terminos ejus, qui præteriri non poterunt*, hoc eſt juxta naturæ vires, quia quidquid in cœleſti diphthera conſignatum eſt, ratum manet, ac immobile: terminus autem vitæ naturalis, quia poteſt à Deo contrahi, & extendi poſt Ezechiam, etiam Syracides ſibi prolongari petijt. *Pro morte defluente deprecatus ſum*: eſt ſiquidem mors fluvij inſtar impetu deorſum ruentis, qui nunc hanc telluris ſecum rapit portionem, modò aliam ſecum ducit, & ſicut per nativitatem in portum fluimus, & vitam; ita per mortem in interitum, & occaſum; ſitque propterea vita hominis nil aliud, quàm continuus ad mortem fluxus, ideóque Syracides Numen fuerat deprecatus, ut quia Libithinæ fluxus à ſe omninò averti non poſſet, paululum ſaltem à ſe deflecteret, quò poſſet, fortiùs præmuniri, ſéque aptiùs ad mortem parare.

Epiſt. ad Caſulum.

Cap. 14.

Cap. 51.

30. Quid tamen, quòd Ezechias à lachrymis ſe temperare haud potuit, cum primùm aures ſuas mortis ſententia pulſavit. *Flevit itáque Ezechias fletu magno*: nimirum lachrymas à mox morituro excuſſit filij orbitas, quia prole carebat in Davidis ſolio ſucceſſura, & genus ad Meſſiam propagatura: ut etiam fortaſſis amor vitæ, cùm Ezechias viridi adhuc tunc floreret ætate; idque cauſæ, cur etiam in lucubres illas voces eruperit. *Ego dixi in dimidio dierum meorum, vadam ad portas inferi*, ſeu ad ſepulchrum, nondum

4. Reg. 20.

enim

enim quadrageſimum attigerat ætatis annum; & in ea conſtitutis ætate ſicut dulce eſt vivere, ita triſte mori, *mortem* enim ait Seneca: *terribilem reddit amor ſui, & permanendi, ſéque conſervandi inſita voluntas, atque aſpernatio diſſolutionis: quia videtur multa nobis bona eripere, & nos ex hac, cui aſſuevimus rerum copia educere.* Epiſt. 82.

31. Sed ſi Ezechias novem ſupra triginta jam vixerat annis, quomodo tot annorum curſus unius diei æquiparat fluxui: *de manè uſque ad veſperam finies me*, Iſai. 38. an quia quæ tranſière dies, ita ſint, ac ſi nunquam fuiſſent? cùm nil ſui poſt ſe reliquerint, quo cum hodierno aliquid dent incrementi? & ideo quia qui fluxerunt anni toti evanuêre, nil de vita tenemus, niſi præſentem, quem vivimus diem, ut meritò diei unius fluxui hominis vita æquetur, dicátque Ezechias *de mane uſque ad veſperam finies me*; manè naſcimur, & adoleſcimus, poſtea in meridie, ſeu fervente juventiâ conſiſtimus, & mox in mortis occaſum per delabentem ſenectam vergimus. Volucris eſt, cui nomen Hemerobios ad Hypanim fluvium: hæc non ultra diem vitam ſuam dicitur protrahere, adeò ut cum eadem luce oriente ſole vitam inchoet, vires augeat cum ſolari luce, eáſque minuat ſeneſcens cum ſuum delabitur Sol in occaſum, cui morienti commoritur; & volucris experitur uno, eodémque die infantis, adoleſcentis, juvenis, ac ſenis ætatem, de qua ait Plinius manè naſcitur, meridie viget, veſperi conſeneſcit. Lib. 11, c. 36.

32. An non umbratiles hujus vitæ dies, & anni, qui perinde ac inanes umbræ nullum ſui veſtigium poſt ſe relinquunt? An non telas hîc teximus aranearum, quæ ingenti ſtudio, ac labore contextæ repentè præciduntur? *Anni noſtri* ait David: *Sicut aranea meditabuntur*, Pſalm. 89. quatenus negotia quibus detinemur, ac tempus impendimus telæ ſunt araneorum, quæ uno flatu excutiuntur; ideóque aiebat Ezechias *præciſa eſt velut à texente vita mea dum adhuc ordirer, ſuccidit me* Iſaiæ 38. Aranea eo labore, ac tanta ſolicitudine ſuam orditur telam, ut diu, multúmque huc, illúcque diſcurrat, hanc vel illam loci partem feſtinato greſſu circumeat, in idem ſæpius rediens. Texere à meditulio incipit circinato orbe ſubtegmina adnectens, maculáſque paribus ſemper intervallis, ſubinde tamen creſcentibus, ſe ipſam exenterat, eviſcerátque, donec ſuam illam multiplicum filorum rotulam abſolvat, fila indiſſolubili implicans nodo, quæ faciliùs diſrumpas, quam ſolvas; mirum ſanè quanta arte pedicas apparet ſcutulato rete graſſantes; ſed omnis labor opus eſt textile, & veluti umbratile quod ad leve ſcopæ ductum ſtatim perit, & miſella aranea ſua interficitur in tela; vel ſuo veluti laqueo ſuſpenſa trahitur ad mortem. Pari pacto dixerim, homines circuire, diſcurrere, defatigari in hac vita, ſudare, ac enervari, cùm enim hæc omnia fecerint, reticulum viſi ſunt texuiſſe ad muſcas captandas, & plerumque fit ſepulchrum, quod palatium credebatur; ad veſperam vitæ tendunt, qui ſibi meridiem auſpicabantur, unde conqueritur Ezechias *dum adhuc ordirer ſuccidit me*, quia vix oritur homo, & moritur, & quovis momento aliquid de vitæ ſtamine nobis præciditur, quo jugiter morientes rectè diſcamus vivere. Mortis memoria vitæ noſtræ fluxum nobis exhibet, quò morti aſſueſcentes dediſcamus mortem timere, ſi rectè inde diſcamus vivere; neque terrica eſt mortis memoria, ſed nobis benefica, cùm à mortis timore nos eximat immortalitate donandos.

§. III.

Mortis timorem Deus hominibus inentit, ne moriantur, ſed fræno refricatæ ejus recordationis diſcant pravos quoſque affectus compeſcere, ac probè vivere.

Condiderat rerum Opifex Deus Protoplaſtos Adamum, & Evam in ſtatu innocentiæ, in loco ad omnem amœnitatem conſito: locus ſiquidem erat omnis honeſtæ voluptatis, ac deliciarum perpetuum vivarium, hortus fontium ubertate irriguus, purpureæ lucis amœnitate lætus, immortalibus amatantis, ac fulgentibus hyacintis ornatus; fuit enim hortus ille ſupra omnes terrarum tractus ridens, ſimúlque & arridens; deliciarum, quà corporis, quà animi refertiſſimus, in quo aër nullo terræ halitu gravis, nulla nubium macula fœdus, perpetua gaudebat ſerenitate; non illic iners & torpidum gelu, non horridus hyemis rigor, non amnes frigoribus conglaciati, non montes nivibus concreſcentes, ſed cœli mirabilis clementia; cœleſtis auræ placidiſſima temperies, ac ſyderum quantum per hominem licuiſſet favor; tellus ſemper virore læta, quamvis ſuis non deſtitueretur autumnis, nec meſſium privaretur fertilitate, ver ibi perpetuum futurum, & florum omne tempus, & omnis temporis flores incolas exhilatarent. Arbores itidem, vel in ſpem fructus eſfloreſcebant, vel deflexis, curvatiſque ramis fructuum divitijs premebantur, neque ibi deerant Aſſyria mala, nec medica, punica, citria; ver enim quidquid amœnitatis, æſtas quidquid fœcunditatis, autumnus quidquid ubertatis, hyems quidquid otij ſecuritatis & quietis in ſe contineret laxè exhibebant. 33.

Quin condidit etiam Protoplaſtos Deus ad ſuam imaginem; animúmque ijſdem impertivit immortalem, quemque inſtruxit, non rerum tantùm naturalium omnis generis, ſed earum quoque, quæ ſupra naturæ limites ſe ſe extollunt ſcientiâ, & cogni- 34.

tione; addiditque ſupernaturalem gratiam, quâ ab ipſo vitæ exordio eſſent Deo grati, amici, familiares, imò & filij, juſti, ac ſancti; dedit & corpus vividum, vegetum, robuſtum, ſucco vitali ſanum, membrorum compage pulchrum, ac ſenſuum perfectione abſolutum, nulli obnoxium ægritudini, dolori, nec vulneri. Quin & hiſce tum animi tum corporis prærogativis, beneficium addidit innocentiæ primigeniæ, quâ appetitus omnes tum iraſcentis, tum concupiſcentis animi, ſingulique humani affectus portioni hominis ſuperiori, ſeu rationi dictanti proſecutionem duntaxat honeſti ad nutum obtemperabant: & ne pravi inſurgerent affectus, qui à dictaminibus rectæ rationis diſſiderent, metum illis injecit Deus mortis; *In quocumque die comederis ex eo morte morieris.* Geneſ. 2. v. 17.

35. Creaverat Deus Adamum immunem à mortis cenſu, dote immortalitatis donatum, & tamen mortis illi ſuggerit imaginem, ejúſque metum illi incutit, quò mortis recordatio per incuſſum timorem altiùs menti hæreret. Quid? quòd Deus metu mortis ac tetrica ejus recordatione plenam Adami funeſtet felicitatem, ejúſque dulcedinem amarore corrumpat mœſtâ mortis memoriâ? ſi à mortis cenſu immunem fecerat, cur mortis metui obnoxium conſtituit? ſi omnibus delicijs voluit affluere, cur mortis injicit triſtem recordationem? An Deum pœnituit conceſſæ felicitatis; vel invidit homini, quam impertierat immortalitatem? Fallor: ideò mortis beneficus Deus metum injecit primis parentibus, ne morerentur, ne à ſtatu illo proſperitatis dejicerentur, ne ab illa deturbarentur felicitate, quâ eos in terris beavit: ideò injecit mortis memoriam, ut immortalitatem, quâ donati erant, conſervarent; incuſſit eis timorem mortis, ne vitam perderent immortalem.

36. Idque cauſæ, cur ſategit cacodæmon, hanc mortis abolere recordationem, metúmque abigere, quò deletâ mortis memoriâ mortales faceret, quos immortales Deus condiderat, & mortis recordatio in ſua conſervabat immortalitate: *Dixit autem ſerpens ad mulierem nequaquam morte moriemini.* Geneſ. 3. v. 4. Callidus hoſtis mortis memoriam obliterare ſatagit, ut morti obnoxios faciat, quos metus mortis à morte feciſſet immunes, & pravos affectus coërcuiſſet, ne rationi rebellarent; toto tempore, quo Protoparentes mortis recordationem, metúmque conſervârunt, nullum fuêre diſſidium experti inter concupiſcentis, iraſcentíſque animi affectus, & principem in homine rationem; quia mortis recordatio frœnum ijs injecerat, quo non auderent inſoleſcere: ſed ubi mortis Protoparentes abjecerunt perſuaſionem, metúmque funeris excuſſerunt, tumultuantes ſtatim ſenſerunt affectus dictaminibus rationis contranitentes; & à gloria dejecti immortalitatis mortales facti ſunt, in imum miſeriarum omnium detruſi: perſeveraturi immortales, niſi mortis excuſſiſſent metum, pulchrè Baſilius Seleucienſis: *Docuit mortales immortalitatis januam eſſe mortem, & de ſepulchro vitam erumpere;* Orat. 13. quia nimirum mortis recordatio vitam redimit, & immortalitatem, vel tuetur, vel ad ipſam viam ſternit: cogitata enim freqenter, ac ſeriò mors, immortalitatem mercatur, & pravorum omnium affectuum in homine coërcet tumoltus, ut per mortis recordationem diſcat ſancte, ac qoietè vivere: eſt crebra mortis recordatio janua ad beatam vitam; & mortis umbra ſplendens fax eſt, quæ rectum ad cœleſtem patriam tramitem oſtendit; præproperæ mortis memoria eſt veluti fax præambula, ac prælucens lucerna, quâ ad immortalitatem pergimus.

37. Eſt ſeria ac frequens imminentis mortis recordatio frœnum compeſcendis pravis omnibus affectibus aptiſſimum, & medela, ac alexipharmacum animi morbis curandis peridoneum, dum de luminoſis ejus caliginibus noxiæ depelluntur fallaciæ, quas pravorum affectuum fallentes induxerant perſuaſiones; ſola enim mortis recordatio eſt, quæ de ſuis tenebris, umbríſque ſepulchralibus lucem emittit, quâ pravorum omnium affectuum excutiuntur nubes: neque vires mors adimit, ſed incrementa, robúrque addit, quò prompriùs tumultuantis concupiſcentiæ affectus ſubigat, ac profligatæ virtuti ſuppetijs ſuccurrat opportunis: corpus ægritudine languet, torpétque præproperæ mortis metu, ſed ſapientis animus de ipſo languore plus haurit vigoris, aſſerente Paulo: *cùm infirmor tunc potens ſum; nam virtus in infirmitate perficitur,* 2. Corinth. 12. quatenus pravi omnes affectus vires deperdunt, concupiſcentia extinguitur, iraſcibilis extenuatur, & mors perſpicuè docet, quæ nondum vita docuerat.

38. Hinc etiam ex ipſis Ethnicis quidam fuit apud Plutarchum, qui mortem Pæonem optimum Medicum vocaverit, eúmque invocaverit inquiens: *O mors Pæon Medicus veni!* De conſolat. ad Apol. fuit Pæon, qui curandis morbis de medicinæ arte claruit, eò quia & ægritudines corrigeret, & vitiatos humores purgaret, ac peſtes omnes ab humano corpore depelleret, Sed præproperæ mortis recordatio, ſi non corporis, animæ tamen eſt Pæon: ſiquidem curandis morbis omnibus animi, degeneríſque appetitus corrigendis exceſſibus, ac compeſcendis pravorum affectuum tumultibus aptum adhibet alexipharmacum.

39. Scio apum examina ab alveario tumultuariè errantia, at factis diſſidijs inſoleſcentia jactu pulveris illicò quieſcere, animíſque compoſitis priſtinas repetere ſedes: tumultus in homine interiori excitant pravorum affectuum inſoleſcentes turbæ, concupiſcen-

piſcen-

piſcentiam armant contra rationem, ac iraſcibilem excitant ad virtutis internecionem: ſed ſtatim quieſcunt, ac inſoleſcere dediſcunt, cùm primùm ſepulchralis pulvis, ſeu præmaturæ mortis illis recordatio objicitur; eſt enim mors Pæon animæ, cujus degeneris appetitus exceſſus compeſcit, ac paſſionum reprimit tumultus. Revocandis hominibus ad ſaniorem frugem, nulla eſt tuba aptior ingeſtâ præproperæ mortis memoriâ: Refert Roſweidus, puellam à milite conſtupratam, ne amaſium, quem deperibat detegeret, Monachum accuſâſſe vis ſibi illatæ. Is nomine Marinus audijt, re tamen Marina erat; quam parens mentito habitu, & nomine ſecum duxit in aſceterium: & cum virgo tot inter viros tutior, ac purior pudicitiâ floreret, quàm inter Virginum choros; in id cacodæmon incubuit ſtudij; ut ejus famam graviter læderet. Conſueverat Marinus ad curandas res cœnobij ad parentes divertere puellæ à milite corruptæ, à qua Marinus accuſatur illati ſtupri; tacuit Marina ſeptis religioſis ejecta, ſed quinquennio poſt recepta calumniam tulit: quam tamen paulò poſt mors deterſit, cum Marinam detexit: qui enim Marinus credebatur vivens, Marina deprehenditur mortua; quam cum vidiſſet puella à milite ſtuprata erubuit, & illatam Marinæ injuriam lacrymis eluit, reſipuit, & meliorem didicit vitam ab ipſa morte.

40. Idque cauſæ, cur Joſue cum ſe jam morti proximum præſentiret, Judices, ac
Joſue c. 24. populi Toparchas vocaverit: *Congregavit Joſue omnes tribus Iſrael in Sichem, & vocavit majores natu, ac Principes, & ait auferte Deos alienos de medio veſtri*, quærit Abulenſis, cur Joſue proximam præſentiens mortem tam anxiè Judicet, populique Toparchas accerſiverit, cùm non multò ante eos jam admonuiſſet, & ad concionem vocâſſet; & reſpondet, voluiſſe admonitionem ſuam plus à morte haurire efficaciæ, fortiúſque Judices, ac Toparchas populi ad veri Numinis religioſum cultum pertrahere; ſiquidem objectæ ſibi mortis recordatio efficaciora ſuggerebat argumenta, quibus populi pervicaciam frangeret, & Judicum animos fortiùs flecteret in ſua vota, ac induceret ad idolorum ſimulacra omnia, vel abigenda, vel conterenda; & ad pravos affectus in futilia Numina coërcendos; ait Abulenſis:
Quæſt. 1. in Joſue. *Ut admonitio eſſet apud mortem ſuam congregavit iterum totum Iſrael, & protulit, quæ habentur hîc: cauſa autem quare admonitiones iſtæ efficaciùs quantum ad ſalutem admonitorum ſiunt, apud mortem admonitoris eſt, quia omnia, quæ tunc dicuntur efficaciùs in memoria manent, & celebriora ſunt.*

Efficax fuit decumbentis Joſue admonitio ſuggerente præproperæ mortis recordatione argumenta flectendis Judicum, ac Toparcharum animis validiora ad aureo nitore micantia proculcanda idola. Joſuë, cui antehac Sol ipſe ſtationarium ſe exhibuit militem, ſuúmque ei lumen impertivit, quo luculentiùs de proſtrato Amorrhæo triumpharet, & nutui obſecutus pugnantis ducis ſtetit, ne diutius hoſtis ſtaret; mox decumbens, vidénſque pompaticam illam imperij gloriam prorſus extinctam, & properantis mortis animum ſubeunte recordatione ab ipſa morte, à vitæ occaſu ſuam haurit efficaciam, quâ Toparchis ſuadeat, ac perſuadeat, ut falſorum Numinum ſimulacra omnia vel protrita contemnant, vel depulſa longè abigant, omnéſque in ipſa affectus prorſus coërceant: hoc morti ingenitum, hoc vitæ occaſui nativum eſt, hoc præproperæ mortis recordationi inſitum, pravos quoſque affectus in vana mundi idola compeſcere, & depulſis fallaciarum tenebris ex ſuis ſepulchralibus umbris lumen elicere, quò clariùs mundi fallacias homo videat, & per virtutum ſtudia ſe ad veram promoveat vitam.

Hoc unum maximè refert, probè cognoſcere viatores nos eſſe, & cœlum viæ noſtræ terminum, finémque peregrinationis incertiſſimum, ac iter brevi, & forſitan ſubitò finiendum; hanc veritatem nos edocet mortis recordatio, ut nos à pravis omnibus affectibus ſejungat, à vitiatis concupiſcentijs avertat, ac deſiderijs carnalibus removeat, ait D. Petrus: *Chariſſimi obſecro vos tanquam advenas, & peregrinos, abſtinere vos à carnalibus deſiderijs.* Noverat Petrus, quod ſi homines verè crederent, ſe viatores hac in præſenti vita, ac peregrinos eſſe ſuggerente mortis recordatione incertiſſimum eſſe peregrinationis finem, & totum iter forſan ſtatim finiendum, procul dubio in id incumberent ſtudij, ut à carnalibus deſiderijs ſe averterent, malas concupiſcentias reprimerent, pravos affectus compeſcerent, ac vitiatos omnes appetitus corrigerent, & coërcerent; quia nullum frœnum aptius coërcendæ concupiſcentiæ, ac iraſcibili compeſcendæ objectâ mortis memoriâ, quæ nos normam edocet rectè vivendi. Hanc Magiſtram quotidie audimus docentem, & rarò nos habet diſcentes: quotidie morientes cernimus, ad ſepulchra mortuos deducimus, & tamen noſtræ obliviſcimur mortalitatis, & ita vivimus, ita pravis noſtris indulgemus affectibus, noſtríſque adhæremus concupiſcentijs, ac ſi morti non eſſemus obnoxij: nullam hîc habemus manentem civitatem, ſcimus quidem omnes mori, ſed quia nonniſi perfunctoriè, & oſcitantes id cogitamus, & nonniſi languidiſſimè credimus, ideò parùm proficimus, quamvis mortis lectionem etiam nolentes quotidie audiamus.

42. (beside "Hoc unum maximè refert")
Cap. 2 v. 11. (beside "Chariſſimi obſecro")

43. Migrantibus ex hac vita oculos manu claudimus; & illius, qui deceſſit, abſolutum eſſe iter, ac finitum viæ, ac vitæ terminum pronunciamus, & noſtram mox finiendam

vix

vix cogitamus. Fetales campanatum pulſus, lugentium Nænias, amicorum threnos, conſanguineotum epicedia, ſolemnéſque inferias quotidie audimus; ſepulchrà eorum, qui nobis erant amicitiâ devincti, vel ſanguinis neceſſitudine colligati, vel familiaritate adnexi pertranſimus, & tamen nos eò brevi perducendos eſſe noo cogitamus: interrupto greſſu ad ſepulchrum velimus, nolimus properamus, & tamen nullius faciliùs obliviſcimur, quàm ſepulchri. Hinc pravis noſtris indulgemus affectibus, concupiſcentijs noſtris adhæremus, & ſtudia noſtra omnia in fluxis iſtis mundi rebus, vel poſſidendis, vel ſervandis, vel acquirendis impendimus; déque earum damnis lachrymas elicimus, jugéſque edimus ploratus, qui de detrimento animæ per pravas inſecto concupiſcentias, nec ullam elicimus lachrymulam: neque viri divitijs inhiantes de alio loquuntur, quàm de pecunia, & quia mortis recordationem vel à ſe abigunt, vel penitus obliterant, ideo vias percurrunt perditionis, ac itinera conficiunt vanitatum.

44. Qui obliteratâ mortis memoriâ hujus vitæ commodis ſtudent, ubi ſpes aliqua lucri, aut honoris fuerit ipſis oblata in illud inconſultâ cupiditate exardeſcunt, nullum votis ſuis modum imponentes; quinimò ea eſt eorundem arrogantia, ac intolerabilis præſumptio, quâ niſi voti compotes fiant, ſuas cum Deo ipſo querelas proferant, quaſi nitentes cum ipſo contendere judicio, tametſi *non poſſit homo*, ut ait Cap. 6. v. 10. Eccleſiaſtes: *Contra fortiorem ſe judicio contendere:* & ſanè fabulis potius videretur hæc hominis ſuperbia adcenſeri, niſi tum antiqua, tum recentiora monumenta hanc noſtris objicerent oculis. Exploratum eſt Lib. 7. hiſtor. referente Herodoto, Xerxem Perſarum Regem ſuperbia tumidiſſimum, cum ex Abydeno litore Heleſpontum prope Seſtum erecto ponte ſubjicere, ac jungere niteretur, ſeque maris dominum facere, disjectis ex ſuborta procella navibus, & ponte diſrupto, irâ percitum juſſiſſe trecenta Heleſponto verbera infligi, ejusque in pelagus par compedum immergi, quaſi mare in famulitium vellet ſibi ſubjicere.

45. Dignius etiam videtur riſu, quod refert Serviedus de inuſitata quorundam Sinenſium ambitione, ac ſuperbia. Bunzij Numinis cultui addicti homines hi fuêre, qui juſſu Sinarum Regis aliquid à ſuis idolis, ſeu Pagodibus impetraturi, & ob id multiplici priùs vitæ aſperitate, victûs, potúſque abſtinentiâ, ac voluntarijs ſupplicijs ſe afflixiſſent; & in ſua vota Pagodes flexuri, preces plurimas fudiſſent, effectu tamen minimè ſecuto, nec voti compotes facti, pœnas è ſuis popoſcêre Pagodibus; flagellis ſcilicet, ac fuſtibus in eos ſæviendo; perinde ac ſi ſenſibus eſſent prædiri, ac vita vigerent: & quamvis nemo ſit, qui temeratium hunc auſum barbaræ non det dementiæ: ſunt tamen (quod non riſu, ſed planctu dignum) etiam inter Chriſtianos, qui ferè nunquam de ſupremo cogitantes fato fœdiùs inſoleſcunt, ſi votis ſuis ſe fruſtratos noverint; petulantis enim flagello linguæ divinam ipſam proſcinduot Majeſtatem, & execrabiles in Deum blasphemias effutiuot; idque oon ob aliam cauſam, niſi quia res non ita ipſis contigerint, pro ut erant in votis: imò ſunt etiam qui in ipſo luſu, ad quemlibet ferè infelicis aleæ jactum millenis injurijs Dei nomen dilacerant, Deum ejerant, ſéque diris omnibus, dæmonibúsque devovent.

Alij ſi non ſatis emolumenti, compendijque precibus ſuis à Numine impetraverint, à divino ſtatim ſe ſubtrahunt obſequio, & à cultu deſciſcunt divino; neque hæc tam projecta temeritas ab alio videtur fonte ſcatutire, quàm ex ipſa oblivione mortis: ita enim vivunt, ac ſi nunquam eſſent morituri; ea ſolicitudine divitias appetunt, & congerunt, ac ſi eſſent hic perennaturi. 46.

§. IV.

Mortalitatis oblivio virtutum obliterat veſtigia, vitia fovet accerſita, quibus favet; & ad exitium viam ſternit.

SUnt qui propriæ obliti mortalitatis Deo preces fundunt, ut in ſua eum pertrahant vota, & commoda inde accipiant temporalia, ac fluxa: ſed horum ambitioni, ac cupiditatibus alius non eſt terminus, niſi præcipitium, ac ruina: inhiant honoribus, quibus cæteris eminentiores ſplendeant; ſed ipſis plerumque contingit, quod in fabulis teſtudini, quæ cum volatum affectâſſet, ab aquila in ſublime evecta, & mox ab eadem dimiſſa lapſu ipſo colliſa eſt: vel Icaro illi ſub Nerone, ſeu Simoni Mago, qui cùm volatum tentâſſet, primo conatu in imum delapſus Principis purpuram fuſo fœdavit cruore, quo & ejus cubiculum maduit: perinde ambitione tumidus; qui excuſſa mortis recordatione nullum ſuæ cupiditati præfigit terminum, nititúrque ſemper ſublimiùs honoribus, ac dignitatibus aſcendere, ac divitijs affluere in præceps veluti dejectum pondus miſerè ruit. 47.

48. Quid Caium Cæſarem in ſua fata immiſit, quàm vana ambitio? hic nullum potuit ſupra ſe ferre, proinde æmulo è medio ſublato, quem Reſpublica ad parem evexerat gradum, nullum ſibi oblatum honorem nimium putavit: per annos plures conſulatum geſſit, ac dictaturam, quâ tamen non contentus ad explendam ſuæ ambitionis cupiditatem pronomen admiſit Imperatoris, ſtatuam inter Reges voluit loca-

tam

tam ſuam, quin & ſuggeſtum in orcheſtra, imò & ſedem auream in curia, ac pro tribunali, ſimulacrum ſuum juxta Deos in templo; ſed qualis hujus ambitionis finis? non alius certè quàm præceps ruina, quæ in illa ipſa aurea ſede, qua ſupra cæteros cupierat eminere, miſerum oppreſſit.

49. Propriæ mortalitatis oblitus Nabuchodonoſor obſequia ſoli Numini debita ſibi arrogavit; ſed hæc divinitatis affectatio nonniſi extremum ei attulit exitium: conducibilius enim ei fuiſſet ad brutorum conditionem è ſolio deturbari, quàm ab inſana hominum multitudine ad divinos extolli honores: ſiquidem ab hominum dejectus ſocietate, & in conſortium detruſus brutorum, per invia ſylvarum more pecudum errare coactus eſt, & ubi paulò ante hominibus omnibus altior eſſe voluit, mox inſtar beſtiæ pronus in paſtum dejicitur, tecta fugit, ſéque ſylveſtribus feris aggregat, totóque ſeptennio ſaltus, & avia manibus, pedibúſque perreptat, capillis, unguibúſque in morem aquilarum excreſcentibus, totúmque ſimul corpus horrificantibus: ita enim Deus ſuperbis reſiſtit, fœnum ut bos comedit, ac rore cœli corpus ejus infectum eſt: etenim Babylonium Regem grandi ore ambulantem cœleſtis vox veluti improviſum tonitru, ac fulmen proſtravit, aiebat enim Daniel: *Nonne hæc eſt Babylon magna, quam ego ædificavi in domum Regni, & in robore fortitudinis meæ, & in gloria decoris mei:* ſed adfuit Daniel internuntius, qui decretoriam Dei ſententiam in hunc propriæ conditionis immemorem fulminavit inquiens: *Ejicient te ex hominibus, & cum beſtijs, ferîſque erit habitatio tua:* in foribus, & in articulo temporis adfuit lucubris Nemeſis, ac Numinis vindicta, quæ inflato, ac glorioſo Thraſoni cornua fregit, & arrogantiam decuſſit.

c. 4. Daniel. 4.

50. Nil Numini odioſius ſuperbo homuncione, qui propriæ oblitus mortalitatis ſuperbia, & ambitione inflatus intumeſcit. Hinc Tobias ſenior filium ſuum erudiens aiebat, *ſuperbiam in tuo ſenſu, aut in tuo verbo dominari ne permittas. In ipſa enim initium ſumpſit omnis perditio:* ita eſt, dum ſuperbientes homines propriæ immemores mortalitatis, aquilarum inſtar in ſublimius ſe evolâſſe arbitrantur, accidente alas Numine repentè protruduntur in imum miſeriarum. Nabuchodonoſor, quia mortalitatem exuere nitebatur, ac divinitatem induere infra homines deturbatus ferarum turmis adſcitus eſt, depreſſus de ſolio Regni ſui, & à cætu hominum ejectus: quantum enim in ſtatua illa aurea aſſurrexit, tantum ex alto in imum, & ad beſtiarum uſque conſortium eſt dejectus Daniel: *Fœnum ut bos comedes.* Inuſitata ſanè metamorphoſis oculis ingerenda ſuperbientium! ex homine fit pecus, & ex Rege bos: hæc transmutatio effectus eſt oblivionis mortis, cùm enim niteretur Nabuchodonoſor ſupra mortales omnes evehi, quaſi mortalis eſſe dedignaretur, ab humana quidem defecit conditione, ſed brutorum turmis admixtus eſt.

c. 4.

51. Nil eſt, quod denſiores animo noſtro tenebras offundat, quàm ipſa noſtræ conditionis, ac mortalitatis oblivio, perinde ac nil eſt, quod hominem magis ſerenum, ſuique compotem reddat, quàm ſeria mortis recordatio, ac propriæ conditionis meditatio: quid enim eſt homo ait Ariſtoteles apud Stobæum *Serm. 96.* quàm lutea, & abjecta ſuæ ſubſtantiæ materia, quæ ſola ſufficiat omni comprimendæ procaci arrogantiæ, tumoríque retundendo? imbecillitatis exemplar, temporis ſpolium, fortunæ ludus, mutationis imago, invidiæ, ac calamitatis trutina? Quid eſt homo? ait Seneca, quàm corpus imbecillum, nudum, fragile, ſuapte natura inerme, alienæ opis indigum, ad omnem fortunæ contumeliam projectum? Cum bene lacertos exercuit, cujuslibet feræ pabulum, cujuslibet victima; ex infirmis, fluidíſque contextum; frigoris, æſtûs, laboris impatiens, ipſo ſitu, & otio iturum in tabem, alimenta metuens ſua? Quid eſt homo ait Triſmegiſtus, quàm fortunæ luſus, inconſtantiæ imago, corruptionis ſpeculum, temporis ſpolium? Quid eſt homo ait Sophocles, quàm mortis mancipium, ſepulchrum verſatile, ſimulacrum fragile, umbra tennis, ſomnium umbræ, ſpirans cadaver, viva mors, & pila, quâ Numen ludit in orbe terrarum?

De conſol. ad Marciam cap. 11.

52. Quòd ſi ſacros velimus Doctores interrogare quid ſit homo, Reſpondet Bernardus; eſt eſca vermium, ſaccus ſtercorum, calamitatis ludibrium, imbecillitatis exemplum, nuntius præcurrens, navis pertranſiens, avis transvolans, fumus evaneſcens, ſpuma gracilis, invidiæ trutina, ſtilla ſitulæ, momentum ſtateræ, gutta roris antelucani, hoſpes unius diei. Reſpondet Job, *natus de muliere, qui brevi vivens tempore repletur multis miſerijs, qui quaſi flos egreditur, & conteritur, & fugit, velut umbra, & nunquam in eodem ſtatu permanet.* Reſpondet Peluſiota: eſt homo umbra, inſomnium, & fumus, & quidvis eorum, quæ quamociſſimè avolant. Reſpondet Chryſologus; Homo eſt, quo nil infirmius, quem ſenſus fallit, ignorantia decipit, judicium circumvenit, pompa lædit, tempus deſerit, mutat ætas, hebetat infantia, juventus præcipitat, & ſenectus frangit. Quid igitur homine miſerior, cùm ſit pura vanitas, pulvis, cinis, ac inane nihil?

53. Cæteris animalibus varia dedit natura tegumenta teſtes, cortices, coria, ſpinas, villos, ſetas, pillos, plumam, pennas,

ſquamas, velleta; ſed hominem nudum in nuda humo, inermem, viribus deſtitutum torta doloribus mater enititur, ad vagitus, ploratúſque edendus, ad lachrymas eliciendas, ad ærumnas, miſeriáſque ſubeundas; vix lucis donatur uſura, & illicò vincula eum premunt, membrorum uexus, ac faſciæ coarctant; & manibus, pedibúſque devinctis jacet, repetito vagitu triſtis, emiſſis lachrymulis madidus, & à ſupplicijs vitam auſpicatur non aliam ob cauſam, niſi quia natus eſt homo ad miſerias ſubeundas: hinc malorum imminentium præſagus infans quidam Saguntinus (quo anno Saguntus civitas ab Hannibale deleta eſt) jam ex utero materno natus in eundem protinus fuit reverſus. Idem malorum prognoſticon alijs etiam datur, quia ut ait Auguſtinus, dum infans non à riſu, ſed à fletu orditur hanc lucem, quid malorum ingreſſus ſit, neſciens, quodammodo prophetat.

Lib 7. de Civit. cap. 14.

54. Latiùs hujus ploratûs cauſas perpendens D. Bernardus ait: In ſordibus generamur, in tenebris ſovemur, in doloribus parturimur, ante exitum miſeras oneramus matres, in exitu more vipereo laceramus, mirum quòd non ipſi pariter laceremur. Primam vocem plorantes edimus, utpote in vallem lachrymarum ingreſſi, & vix ingreſſi, de egreſſu monemur, ex illo enim die, quo infans materna exit ab alvo, & hujus lucis donatur uſurâ, ad mortem ſtatim arripit iter nuſquam interrumpendum, perinde ac fons foras è diſrupta ſcaturiens rupe deorſum devolvitur, incrementum ſubit, in fluvium excreſcit, nec unquam fluere deſinit, donec amaros æquoris ſubeat fluctus; *Quamdiu vivit homo, tamdiu fato accedit propior: & illi ipſi* ait Seneca, *qui adjiciuntur adoleſcentiæ anni, vitæ detrahuntur.* Agunt opus ſuum fata, nobíſque ſenſum necis auferunt: & quò faciliùs obrepat mors, ſub ipſo vitæ nomine deliteſcit. Infantiam in ſe pueritia convertit, pueritiam pubertas, pubertatem juventus, & juventutem ſenectus abſtulit; incrementa ipſa, ſi bene computes damna ſunt; & detrementa ea, quibus creſcimus.

Serm. feria 4 major. hebdom.

De conſol. ad Marciam cap. 21.

55. Nullum igitur ex animalibus homine imbecillius, nullum miſerius: videmus animantia cætera naturam ſuam ſentire, & ex illis alia nare, alia ire, ſerpere illa, volare iſta. Hominem verò ſine doctrina nil ſcire, nil fari, & tantùm ex naturæ impetu ploratus edere, lachrymas fundere. Ex animantibus ſoli homini luctus datus eſt, & ploratus, quo futuras ſibi præſagit ærumnas, vel in ipſo ortu: ſolum riſiſſe Zoroaſtrem dum natus eſt, ferunt aliqui teſte Plinio; nec tamen quidquam boni inſuetus ille, ac monſtroſus riſus portendere potuit; nil enim ei magicæ artes profuêre, quò minus à Nino Rege Aſſyriorum proſterneretur; cæteris eſt igitur animantibus homo miſerior: alia ſe ſe tuentur cum homo homini inſidietur, ac perniciem moliatur: cætera animantia in ſuo genere probè degunt, ſéque defendunt, ſtántque contra diſſimilia: leo in leonem non ferocit; ſerpens ſerpentem morſu non petit; panthera pantheras non laceſſit, nec dilacerat, imò & maris belluæ, & piſces nonniſi in diverſa ſæviunt genera, cùm homo in homines ferociat, ejúſque ſanguinem ſitiat, ac necem moliatur, & eò ſunt homines miſeriores, quò minùs miſeros ſe eſſe putant; exactiùs ſe ipſos noſcerent, meliùs ſaperent, ſi propriæ memores mortalitatis perpenderent, mortem ſceptra æquare ligonibus.

Lib. 7. c. 16.

56. Plurimum adfert emolumenti amicus, qui fidus ſit, verúſque conſiliarius, ſi in rebus arduis inſtituendis, dirigendíſque adhibeatur: proprium ſiquidem judicium perſæpe pravus noſter affectus interpellat, & quas nos nutrimus intus paſſiones, caligines effundunt, quibus animus miſerè caligat. Nullus autem fidelior conſiliarius ad rectè actiones noſtras inſtituendas mortis recordatione: rauca eſt ejus vox, ſed ſententia clarior; hæc nos perſpicuè docet, ut non nitamur caducis, fidamus infidis, incumbamus fragilibus, inſiſtamus fluxis, hæreamus ruinoſis: ejus monitionem, qui audiunt, vitiis renuntiant, improbas ſupprimunt affectiones, & ad ſaniorem frugem revertuntur, ſcitè Seneca: *Morti crediturus ſum. Non timidè itaque componor ad illum diem, quo remotis ſtrophis, ac fucis de me pronuntiaturus ſum, utrum loquar fortia, an ſentiam: nunquid ſimulatio fuerit, & minus quidquid contra fortunam jactavi verborum contumaciam. Remove exiſtimationem hominum: dubia ſemper eſt, & in partem utramque dividitur. Remove ſtudia, totam vitam tracta; mors de te pronuntiatura eſt. Ita dico diſputationes, & litterata colloquia, & ex præceptis Sapientium verba collecta, & eruditus ſermo non oſtendunt verum robur animi: eſt enim oratio etiam timidiſſimis audax; quid egeris tunc apparebit, cùm animam ages.* Quia tunc in propatulo fiunt, quàm fluxa, & futilia ſint, quæ fulcro non nituntur virtutum.

Epiſt. 26.

57. Mortis umbra quavis luce clarior malitiæ, ac ignorantiæ pervicaces diſcutit tenebras, abigitque caligines, ac intellectui, perinde ac nitidiſſima fax præit, quò videat homo ſine fuco, quæ voluptatum lenociniis irretitus, haud viderat: cæcutiebat vitæ circumfuſus ſplendore, ſed mox umbris circumſeptus Libithinæ, mortis obſeſſus tetris caliginibus illuminatur ad vitam; ſi fatales ad mortis umbras à nobis agenda & dicenda examinaverimus, nunquam nos factorum pœnitebit: ſi depravatæ concupiſcentiæ in nos inſurgant, ne iiſdem adhæreamus, mortis recordatio aliò nos avocabit: ſi corrupti affectus

nos premunt eorundem corrigendæ malignitati nullum alexipharmacum aptius mortis recordatiooe; mors enim malorum omnium medela eſt; & Æſchylus apud Plutarchum *de conſolat.* referente Apolonio mortem dixit Medicum morborum humanam infeſtantium naturam inquiens: *Mortem, quam iniquè perſequuntur odio homines, maxima eſt malorum animi medela*; pravas ſiquidem curat tum concupiſcentis, tum iraſcentis animi affectiones, inſoleſcentes coërcet paſſiones, & earundem tumultuantes motus ad normam componit rationis. Fallitur, fallítque, qui mortem corruptionis fœdam matrem, ac fœtoris putidum fontem aſſerit, non perversè olet, qui mortis frequenter in ſe excitat recordationem: eſt hæc potiùs flagrans veluti unguentum, quo & morbi animi curantur, & quæ ex eodem prodeunt actiones, probè olent.

58. Non me latet, laxam fuiſſe olim unguentorum commendationem, uſúmque pervulgatum, ut me docet Athenæus, qui plures recenſens urbes unguentorum mercatu nobiles, ait: *Irinum optimum in Elide, & Cyzico: roſaceum nobiliſſimum ex Phaſelide, Capua, & Neapoli: croceum è Solis Ciliciæ, & Rhodo: nardinum præfertur è Tarſo: œnanthinum è Cypro: excellit amaracinum Coum; & Ægyptium, deinde Sidonium. Quod Panathenaicum vocant, Athenis primæ bonitatis eſt.* (Lib. 15.) Verùm unguentorum præſtantia non locis imputanda eſt, ſed artificum peritiæ; & materiæ, quæ ad id aliunde ſuppeditatur. Epheſus enim olim unguentis clara fuit, & præſertim Megalio; nunc verò hanc gloriam plures ſibi vendicant urbes ob mercimonia, quibus abundant; ob divitias, quibus affluunt. Scio & unguentorum varium æquè, & frequentem fuiſſe uſum in Balneis, convivijs, ludis, & exequijs ipſis, nec uno duntaxat unguenti genere contentos homines fuiſſe; ſed cum delectu cuique humani corporis membro ſua propria adaptâſſe, quam in rem adſunt verſus Antiphanis, quos in Vinoſis producit Athenæus

Lavat is in aureo quodam ſolio: unguento.
Ægyptio pedes linit, & crura,
Phœnicio buccas, & ubera,
Siſymbrio verò utrumque brachium,
Amaracino ſupercilium, & comam,
Serpyllino cervicem, atque genua.

Adeo profuſi erant priſci homines in unguentorum effuſione; ut etiam in compotationibus roſaceo, Myrtinóque vini fumos temperare ſtuduerint, quo cerebro, mentíque ſanæ conſulerent; Melino ventriculum fovebant, & veterno medebantur Lethargicorum; Oenanthinum in uſu ſtomacho corroborando, mentíque illæſæ ſervandæ fuit. Et ut alia reticeam: *Unguento* ait Clemens Alexandrinus: *tanquam medicamento, & auxilio utendum eſt, & ad vires languentes excitandas, & ad catharros ſiccandos, & ad refrigerationes abigendas, & ad pellenda faſtidia.* (Lib. 2. pædag. cap. 8.)

59. Quòd verò ſolet in balſamo, unguentóque commendari, non ſola eſt ſuavolentia, ſed vis etiam ipſis indita ad putredinem arcendam, corruptionem impediendam. An non optimum eſt obobalſamum ſeria mortis recordatio, quâ & morbi animi corriguntur, & vitiorum corruptiones arcentur, & putreſcentes pravorum affectuum ſoboles abiguntur? eſt ſeria libithinæ memoria præſentiſſimum obobalſamum animi vulneribus curandis peraptum, cujus flagrantia per virtutum exercitia, quæ ab homine eliciuntur actiones rectè olent. Hinc non modicam videtur mortis recordatio, cùm obobalſamo conſenſionem præſeferre, ac ſympathiam. Nil enim eſt, quod ita putredini obſiſtat, & corruptioni, quàm unguenta pretioſa, obobalſama electa; ídque teſtantur Ægyptiorum cadavera (quæ vulgò mumiæ dicuntur) quorum pleraque etiamnum oſtenduntur bis mille, vel etiam plurium annorum: at mortis recordatio id efficaciùs, ac præſtantiùs exhibet, cùm non à mortis tantùm præſervet putredine, verùm & à morte ipſa immunes conſtituat, quos afficit; ſitque propterea, quæ mortales ipſos immortalitate donet.

60. Neque me latum unguem à vero deflectere ſinit Abraham. Ex quo enim tempore Deus Patriarcham hunc eduxerat de Ur Chaldæorum, eum miris cumulavit beneficijs, cenſúque prædivite eum muneravit, regiiſque condecoravit honoribus; ac tandem divina munivit protectione, & concupita prole proſperavit; quin & familiari colloquio cum illo fuerat etiam converſatus; & tamen mortua ejus conjuge Sara, nil ei magis cordi fuit, quàm prænobile, illúdque pretioſum uxori, & ſibi ſepulchrum conſtruere. Quid? quòd Abraham adeò ſolicitus fuerit, ne fatales mortis umbræ ſordeſcerent invenuſtæ, nec ſuis deſtituerentur nitoribus? ait Petrus Damianus ſerm. 36. *Etenim & illud ſæpe non orioſè quæritur, cur Abraham, qui ſe ex parte corpore pulverem eſſe confitetur, & cinerem, tam ambitioſam ſepulturæ ſuæ providentiam habuerit?* & quidem mirum quòd vir Summarum virtutum addictus culturæ, tam ambitioſis impenſis tumulum ſatagat demortuæ Saræ, ſibique morituro conſtrui. Advertunt Geneſeos expoſitores ab hoc tempore Deum ultra Abrahamo non apparuiſſe, cum antea frequentes cum ipſo miſceret ſermones, ſummiſque honoribus condecoraret, viribúsque

adverſus hoſtiles inſidias corroboraret. An intulit injuriam Abraham Numini in ſplendida illa ſepulchri ſtructura? an Deo gratum non fuit tanta ſollicitudine, ac impenſo ſtudio egiſſe de ſepulchro condendo, ut deſiſterit ei apparere, deſieritque conſuetam ſpondere protectionem? Non hoc ſed quia de ſepulchro cogitavit Saræ demortuæ, ſibique morituro conſtruendo, vices protectionis, quam à Numine fuerat expertus, mox abundè ex mortis hauriebat recordatione: & huc videtur Tertullianus alluſiſſe dum Apolog.c.87. ait: *De requie ſepulturæ, de aſylo quodam mortis*, vocat ſepulturam mortis aſylum.

61. Scimus locum fuiſſe aſylum, ubi Reus quiſque quantumvis inſectaretur, tutus erat, ne loci violaretur immunitas; Religio enim, & jus id prohibuerant, ne diſpendium ullum in corpore, aut honore, vel in re familiari pateretur, qui quantumvis Reus, ad aſylum confugeret; ibi promeritæ mortis ob patrata flagitia declinabant Rei diſcrimina, mortique minas ridebant aſylo protecti. Ergo ab eo vel tempore, quo Abrahamus quæſito diligenter ſepulchro, ejus poſſeſſione, ac memoria inſtantis jam ſibi mortis potiebatur, in hoc mortis aſylo adeo ſecurus erat, ut jam ſibi ſufficeret ſolius mortis præmunitus recordatione ad hoſtium ictus retundendos: ita hac vivifica mortis recordatione profecerat in ſpiritualibus gratijs, virtutúmque ſtudio Abrahamus, ac ſi jus ſepulchri, neciſque memoria vicarias Numinis vices ſubſtituiſſent; quas à propitio ſibi Numine vires hauſerat ad hoſtium auſus compeſcendos; mox ad declinanda vitia omnia à ſubeunte mortis recordatione ſumit; arcétque propterea ſola mortis recordatio pravorum omnium affectuum inſurgentes turmas.

§. V.

Nullum efficacius robur ad mortem ipſam arcendam refricatâ ejus memoriâ, quâ qui muniuntur mortem non pavent immortalitate donati.

61. MOrbis depravatarum affectionum in utroque appetitu tum concupiſcente, tum iraſcente curandis nullum aptius alexipharmacum mortis memoriâ; nullum efficacius robur ad mortem ipſam arcendam ejus memoriâ datur; quâ qui muniuntur mortem non timent, & immortalitate donantur. Nullus eſt, qui propriam non affectet immortalitatem etiam Manium inter umbras: ſiquidem non defuerunt, qui æreis, marmoreiſque ſtatuis proprio adjectis Sarchophago adnixi ſint, etiam ipſius mortis ſpolijs ſuperſtites ſaltem in æreis, marmoreiſque ſimulacris vivere poſteritati: non defuerunt, qui piramides, mauſolæa, palatia excitaverint, quibus proprium nomen à temporis tuerentur voraci dente; nec defuerunt, qui doctas papiros, veteréſque membranas cedro illinirent, quas à blatteis, tineiſque vindicarent. Verùm quia neque ex virtute, neque ex proficua mortis recordatione profluxerat hæc nominis exiſtimatio; in irritum cecidere omnes eorundem conatus, ſubſtructiones, & in ipſis mauſoleis, piramidibúſque nomina putruerunt impiorum; quia ſoli virtuti, mortiſque memoriæ ſeriò refricatæ debetur immortalitas cum ea ſola à quavis præſervet terrena contagione.

Eſt hæc ſalubris Libitinæ pluries refricata memoria præſentiſſimum alexipharmacum morbis omnibus animi curandis perverſiſque affectibus coërcendis peraptum: hi conſultiùs agunt, meliúſque ſibi conſulunt, qui crebra mortis recordatione excitati, ſtudijs incumbunt virtutum; ſepulcri memoria optima virtutum eſt cuſtos, & in propulſandis vitijs vires ſuppeditat omnes. Cavet ſedulò vir probus, ne pravæ ullius affectionis maculam contrahat, & non aliter, quàm mus alpinus, ſeu armenius omni cura providet, ne nitentem ſuam collutulet pelliculam; & mori mavult, quàm fœdari. Quid ſi unguentorum ſuavolentiâ nil eſt præſtantius ad amorem conciliandum, hominéſque ad ſe alliciendos, quódque commune etiam quibuſdam dicitur eſſe animalibus, ac volucribus, de quibus eleganter ait D. Baſilius: *Aucupes ſicures etiam ſunt columbæ, quarum pennæ grato quodam perfuſæ odore, alias ad ſe allicientes, trahentéſque in decipulam abducunt.* Epiſt.175. Perinde homines hoc mortis recordationis ſuaviſſimo obobalſamo perfuſi virtutum exemplo, ac vitæ ſanctimoniâ pellices imitantur columbas, non ſolùm morum candore; verùm & virtutum fragrantiâ, quâ alios à mundi illecebris, ad ſuave Chriſti jugum; à flagitioſa vita ad virtutum perducunt exercitia. Talis fuit ſancta Cecilia, quæ ſponſum Valerianum nil niſi nuptiales faces meditantem ad caſtitatis amorem pertraxit; talis fuit Rex Joſias, cujus probæ vitæ fragrantia ad poſteros non abſque inſigni gloriæ fœnore promanavit; neque alius ex Judæorum Regibus nobilius obtinuit epicedium, cùm vel ipſe Propheta Jeremias næniam defuncto occinuerit, ut non immeritò dixerit Siracides: *Memoria Joſiæ in compoſitionem odoris facta opus figmentarij.* Eccleſ.49.

64. Tunc cadavera probè olent, quando virtutis odor præceſſit in vita, eſt enim hæc ſuavolentia, quæ vel mortem ipſam perfundens immortalitatem eidem impertitur, idcóque

hanc

hanc, qui ſatagunt immortalitatem enanciſci, per ſtudia virtutum crebra mortis recordatione animum induunt, hinc ajebat Apoſtolus: (1. Corinth. 15.) *quotidiè morior*, non quidem re ipſa, cum ſtatutum ſit non bis, ſed ſemel tantùm mori, ſed animo, & memoria; & quia hanc quotidiè reſricabat, ad immortalitatem, ac æternam gloriam iter ſuum inſtituebat: & loquens de Apoſtolis omnibus ait: (1 Corinth. 4.) *Puto, quòd Deus nos Apoſtolos noviſſimos oſtendit tanquam morti deſtinatos.* ſed cur Apoſtoli à D. Paulo morti dicuntur deſtinati, ſi nullius fuêre tunc delicti rei? ij ad mortem dicuntur deſtinari, qui ob patrata flagitia Rei dicuntur mortis.

65. Obſervat Cerda deſtinum funem eſſe collo injectum Reorum, qui auditâ Judicis ſententiâ ultimo ſubeundo deſtinantur ſupplicio. Et quia quamdiu funis hic collo hæret, nil Reus cogitat, niſi mortem: ita Apoſtoli perinde ac fune, mortis utebantur recordatione, tanquam morti deſtinati, è quorum collo ſi deſtinus non penderet, funeſtiſſima tamen mortis recordatio mentem ſubiret: unde adeo frequens fuerat Apoſtolis mortis memoria, ut hanc nunquam delerent, ideóque ad immortalitatem fuêre profecti. Jobus etiam, quia nil frequentiùs cogitavit, quàm mortem, & ſepulturam, ſummum attigit perfectionis faſtigium; & per patientiæ exercitia æternam ſibi gloriam comparavit. (Jb. 1. v. 12.) *Nudus egreſſus ſum de utero matris meæ, & nudus revertar illuc.* Non parum deſudant ſacri interpretes in explicanda voce *illuc*, quæ Jobi claudit ſententiam, eſt enim vox illa procul dubio vox relativa, quaſi referatur ad locum, in quo prius fuerat; & cùm antea dixiſſet, ſe nudum de utero matris egreſſum, videtur quaſi ad maternum referri uterum. Verùm non ita Jobus deſipuit, ut dicat, ſe è materno utero natum, fore, ut in eundem ſit reverſurus. Non igitur vox illa *illuc* ad uterum refertur maternum, ſed ad ſepulchrum, ut communiter explicant SS. PP. nominatímque D. Gregorius *in 1. Job.* S. Hieronymus. (In epiſt. ad Teraſiam.) S. Cyprianus. (Orat. de mortalit.) Verùm oritur ſtatim difficultas; non modicè animum pulſans, quomodo Jobus dixerit, *& nudus revertar illuc*, ſi nondum fuerat in ſepulchro, ſi Manium umbras nondum adierat, nec mortalitatem exuerat? ſed rectè dixit, *& nudus revertar illuc*, hoc eſt in ſepulchrum, eò quia ejus memoria, & mortis recordatio adeò præceſſerat, ut nunquam à mente Jobi diſceſſerit: quamvis igitur ipſe nondum deceſſiſſet, rectè dixit ſe reverſurum *illuc*, ſeu in ſepulchrum, quod mente jugiter inhabitaverat: etiam Magdalena, quia ſemper antea cogitaverat de Magiſtro Chriſto ſciſcitata hortulanum, ubi eſſet abſolutè, dixit. (Joan. 20. v. 15.) *Si tu ſuſtuliſti eum, dicito mihi*; vocat non mundi Redemptorem, non Chriſtum in cruce paſſum, ſed *eum* licèt nulla cũ hortulano præceſſerit illius mentio: vocat igitur *eum*, quem in mente ſemper habuit; pari pacto ita S. Jobus jugi memoria ſepulchrum mente verſabat, ut quamvis de illo nulla expreſsè mentio præceſſerit, abſolutè tamen dixit, *& nudus revertar illuc*, nunquam è memoria ſepulchrum exciderat, ideóque quod mens, intus volvebat, hoc lingua foris innuit.

Quòd ſi vocem *illuc* velimus ad uterum matris referre, de quo in præcedenti Jobus dixerat, *nudus egreſſus ſum de utero matris meæ, & nudus revertar illuc*, hoc eſt in matris uterum, à quo fuerat egreſſus, quid aliud matris uterus adſignificat quàm ſepulchrum? cum ibi priùs ſepultus, quàm natus jacuerit. 66. Quia igitur uterum ſimul matris, & ſepulchrum Jobus perpendebat, ideo ſepulchri memoria inſtar materni uteri, hominem gignit, fovet, nutrit, ac ad meliorem parturit vitam ſpiritualem, ſcilicet nulli obnoxiam morti: id igitur intereſt diſcriminis maternum inter uterum, & ſepulchri memoriam, quia ille hominem parturit, ſed vitæ ærumnis, ac calamitatibus, mortíque ipſi obnoxiæ: hæc verò vitam impertitur ſpiritualem ab omni immunem occaſu. Naſcitur igitur homo è matris non ſolùm utero, ſed ex ſepulchri etiam memoria, quam Jobus matrem vocat. *Putredini dixi: pater meus, mater mea, & ſoror mea vermibus*, (Cap. 17. v. 14.) quia ſcilicet mortis memoria matris fungitur munere, quæ homines iterum gignit, animátque, ſed ad cœleſteem vitam, ut quos parturit, immortalitate donentur: hinc D. Hieronymus expendens, verba Jobi ait: *Quemadmodum quispiam mortalium ſine parentibus non poteſt exiſtere; ita egò factus quaſi ſine putredine, & vermibus eſſe non poſſem:* rectè igitur Jobus ſepulchrum vocat matris uterum, quia ſepulchri putredo ſeriò perpenſa ſeminale eſt rudimentum homini ſpirituali vitæ gignendo peraptum: quòd ſi nemo mortalium naſci poteſt absque producentis, ac gignentis opere: ita nemo Sanctorum ſpiritualem, ac cœleſtem vitam auſpicatur, niſi mortis memoria ex utero perpenſi ſepulchri feliciorem eum in lucem edat. Quàm bellè igitur Jobus mortis memoriam matris vocat uterum, ac vitæ ſpiritualis, immortaliſque officinam: hæc eſt, quæ veterum hominem enecat, vitiatos affectus omnes reprimit, inſoleſcentes paſſiones coërcet, æſtus depravatæ concupiſcentiæ extinguit, ut novus enaſcatur homo; quapropter S. Chryſologus nos hortatur, ut mortis Philoſophiæ enixim ſtudeamus, (Serm. 54.) ejúſque ſcholam frequentemus, ut per tolerantiam paſſionum pravos omnes exuamus affectus, & ſcientiam hauriamus divinitatis, quâ cœleſtem enacti vitam immortalitate do-

nemur, ait ipſe: *Deſcende, ut expeditus intres pauperis ſcholam, & ſcientiam divinitatis, tolerantiam paſſionum, Philoſophiam mortis*, nos hortatur Chryſologus, ut viventes deſcendamus in ſepulchrum, ingrediamur ſcholam pauperum, tum omnes ſint ibi divitijs deſtituti, & æquales in nuditate, ut ibi ſcientiam apprehendamus divinitatis.

67. Non ſit nobis hæc mortis ſchola hortoti, ſed potiùs lætitiæ, cum ex ejus frequentatione ſcientiam addiſcimus divinitatis, quâ per virtutum exercitia ad cœleſtia aſcendimus immortalitate donandi. Deceſſerat Lazarus, & ſepultus, jam triduo jacuit in ſepulchro, monetur Chriſtus a defuncti ſororibus de fratris obitu, quibus non condolet Chriſtus, ſed auditâ Lazari morte totus exhilareſcit, gaudétque. Joannis 11. v. 14. *Lazarus mortuus eſt, & ego gaudeo propter vos.* Quid? quòd Chriſtus noſtris exultet luctibus, noſtris gaudeat detrimentis, noſtríſque lætetur funeribus? nunquam fertur Chriſtus riſiſſe; & mox ad tumulum gaudet, & nunc illachrymantibus ſororibus defuncto fratri ſubridet; ſed non flentium ſororum lætatur jacturâ fratris, ſed exultat, gaudétque eruendis è cadavere gemmis, quia etiam cinis ſplendeſcit in flamma, etiam pulvis rutilat in auro, & humus obdureſcit in adamantem, ſi ſeriò mortem quis cogitet; ea enim eſt mortis virtus, ut caligines in ſplendores; umbras in lucem; & cineres in pellucidos convertat radios., quibus affectus, qui ſeriò ſepulchrum cogitat, cœleſtia videt, ad quæ per ſtudia virtutum nititur aſcendere; & ideo auditâ morte Lazari gaviſus eſt Chriſtus propter ſorores lugentes necem fratris, quia vitam vel ex morte ipſa erant hauturæ: *Lazarus mortuus eſt, & ego gaudeo propter vos.*

68. Quòd ſi fingitur Libithina falce obarmata hominibus demetendis; credas reſecandis ptavis affectibus, fœdiſque concupiſcentiis nullam eſſe mortis recordatione aptiorem falcem. Germinaverat, ac ſuccreverat olim Corinthi peſtilens libidinis aconitum, adeò ut vel in patris thalamum filij inſolentia inſiliverit, 1. Corinth. 5. *ita ut uxorem patris ſui aliquis habeat*, adeò excreverat tœdæ concupiſcentiæ flamma, ut filius ejus fumo patris thalamum denigrare non erubuerit: ferales has tœdas extincturus Apoſtolus; ac effrœnis concupiſcentiæ eradicaturus affectus mortis recordationem Corinthiis objecit; quia ſanandis animi morbis, pellendíſque pravarum paſſionum venenis, ac inſoleſcentium affectuum corrigendis vitijs nullum magis idoneum alexipharmacum ſepulchri memoriâ, quâ D. Paulus fore ſperavit, ut fornicationis latrina in arcam concinnaretur Numini ſacram. 1. Corinth. 6. *Eſca ventri, & venter eſcis: Deus autem & hunc, & hanc deſtruet. Corpus autem non fornicationis, ſed Domino & Dominus corpori. Deus verò & Dominum ſuſcitavit, & nos ſuſcitabit per virtutem ſuam.* Ventri eſcâ, & concupiſcentijs libidine indulsêre Corinthij, proinde nonniſi pravorum affectuum ſenticeta creverant in agro illo Corinthico duplici rigato mare, ne in tanta ſalſugine una tantùm laſciviret Venus, ſed multiplex cum toto depravatæ concupiſcentiæ gynæceo inſoleſceret; & quò venuſtiorem Veneres ibi pulchritudinem effectabant, eò homines fœdioribus vitijs ſordeſcebant infecti; ubi enim corporis pulchritudo triumphat in fœmina, ibi animi venuſtas exulat ab homine. Sperat nihilominus Apoſtolus, Corinthios è fœtido libidinis emerſuros cœno, ſi mortis ijsdem objiciat recordationem, ideóque ipſis intonat, *Deus hunc, & hanc deſtruet*, hoc eſt brevi deliciarum flores areſcent, & roſa voluptatis nonniſi ſuperſtites relinquet ſpinas, quibus miſerè torqueantur, qui Veneri adhæſerunt: mors ſuo gelu impuras flammas ſtatim extinguet, & arida mortis hyems deliciarum vireta omnia exſiccabit: hac refricata mortis memoria fore ſperavit Apoſtolus, ut Corinthij reſipiſcentes non ampliùs Veneri, ſed Deo adhærerent; non roſas voluptatum legerent, ſed lilia excolerent caſtitatis, ſubdit Apoſtolus *corpus autem non fornicationi, ſed Domino.*

69. Ea enim eſt objectæ mortis virtus, quâ libidinis flamma quævis illicò extinguitur, & corrupti depravatæ concupiſcentiæ affectus abiguntur, & quia beneficio mortis ejúſque memoriæ è cœno emergunt homines vitiorum, ita per ſalubrem reſipiſcentiam ad immortalem reſurgunt vitam, ut innuit Apoſtolus; *Deus verò & Dominum ſuſcitavit: & nos ſuſcitabit per virtutem ſuam.* Corruit omnis, qui inſoleſcebat pravus affectus, ſi ad lapidem impingat ſepulchri: detumeſcit omnis inflatæ ſuperbiæ fluctus, ſi non litoris, ſed mortis pulveres adeat; diſrumpitur quævis iraſcentis animi fluctuans procella, ſi in ſcopulum impingat ſepulchralem. Etiam David indomitam Goliæ molem unius duntaxat ſaxi jactu proſtravit, & animatam æquè ac armatam turrim unico dejecit lapide. 1. Reg. 14. v. 49. *Infixus eſt lapis in fronte ejus, & cecidit in faciem ſuam ſuper terram*, hoc eſt gigantis arrogantiam ſepulchri lapis proſtravit: hæſit infixus fronti lapis, quò altiùs menti mortis hæreret memoria. Cecidit ſuperbia tumida, arrogantia proterva corruit, quia omnis pravus effectus ad objectam ſibi mortis memoriam deficit, viribus deſtituitur, cadit, ac evaneſcit, non ſtetit ſua mole Philiſthæus, ſed proſtratus cecidit, quia hæſit in fronte ſepulchri lapis: cadit pravus omnis affectus, ſi ſtes in monte mor-

tis

tis memoria; *Prævaluit David adverſum Philiſthæum in funda, & lapide.* Non David gladio Philiſthæum ſauciavit, non telo confodit, non trabe oppreſſit, non igne interemit, non flumine obruit, ſed lapide, qui ſepulchrum ſubolet, inſoleſcentem arrogantiam in Philiſthæo proſtravit.

70. Selegerat David lapidem hunc è proximo torrente jam exſiccato, qui propterea mortis memoriam, vel in areſcente torrentis alveo ebiberat, quam & ſecum detulit. Quid enim vita hominis, quàm diurnus torrentis fluxus? quid mors hominis, quàm areſcens poſt momentaneum aquarum fluxum torrentis alveus? brevis eſt vita hominis, & torrentis inſtar rapidiſſimè fluit; & areſcit; nullius vita non brevis eſt, ſed eorum breviſſima; quæ præteritorum obliviſcuntur, præſentia negligunt, nec de
Cap. 10. futuris cogitant. Hinc Job ait: *Et qui eum viderant, dicent: ubi eſt? vel ut ſomnium avolans non invenietur, tranſiet ſicut viſio nocturna.* Quid ſomnio, ac nocturna viſione inanius? quid avium volatu celerius? vita hominis nocturno ſomnio, diurnòque avium volatui pariatur, quia vix oritur homo, & ſtatim moritur, hinc
Cap. 9. v. 25. Jobus de ſe ipſo ait. *Dies mei velociores fuerunt curſore; fugerunt, & non viderunt bonum, pertranſierunt quaſi naves poma portantes; ſicut aquila volans ad eſcam.*

71. Flos eſt, cui nomen Hemerocallis, cujus vita, & pulchritudo tota diaria eſt, perinde ac illius avis, cujus paulò ante meminimus ad Hypanim fluvium Hemerobios dictæ, quæ eadem luce, quâ vitam inchoat, eandem finit, & morienti ſoli commoritur; unius duntaxat diei curſu ſingulas metitur vitæ ætates; manè oritur, meridie viget, & veſpere moritur. Id verò mirum in hac ave, quòd non minùs unius diei alimenta provideat, quàm ſi corvi, aut cornicis annos eſſet victura, an non ſymbolum refert hæc volucris humanæ vitæ: hæc enim etiam in fluvio degit temporis jugiter fluentis, & ſæpe unica duntaxat die omnia ſua claudit negotia. Experimentum quotidianum nos edocet, quàm brevis ſit, quàm fluxa hominis vita, & quàm incerta mortis hora, & tamen ita hiſce caducis hæremus, ac ſi nunquam hinc abſcedere debeamus.

§. VI.

In ſepulchri ſchola mors magiſtra nos clariùs inter Manium umbras, quàm meridiano in ſole edocet, quàm futilia, fluxa, & inania ſint, quæ mundus ſuis ſpondet aſſeclis præmia.

Hujus fluxam vitæ brevitatem perpenderat Regius Pſaltes, cum mortis 72. excitaret recordationem, & è Maniũ umbris, hanc didicit doctrinam, cùm dixit. *Dies mei ſicut umbra declinaverunt,* eſt hominis vita umbræ fuga, quæ Pſal. 101. v. 12. quamvis inanis, fugit tamen, & accelerato curſu ſepulchrum adit. Verè dies noſtri ſicut umbra ſuper terram, & nulla eſt mora, & quamvis videamur quieti indulgere, non tamen deſiſtimus, vel quieſcentes in lecto, vel epulantes in triclinio, vel ludentes in aula currere ad ſepulchrum, nulla eſt mora, labuntur dies, fugiunt anni, avolat, & evaneſcit hominis vita: nemo habuit Deum ita ſibi faventem, ut craſtinum poſſit certò ſibi polliceri. Quid igitur hiſce caducis hæremus? quid hiſce fluxis inſiſtimus? ad quid magnis cogitationibus mentem implemus, ſi ſtatim vita noſtra extinguitur, hinc præclarè exclamavit Suidas. *O mortales unius dieculæ! quotidianorum gnari, futura non proſpicientes; perpendite, ad quam tenditis* In Ephemer. *æternitatem.* An non dementia laboravit craſſiore Evangelicus ille divitijs affluens, qui de propria conqueſtus opulentia, quam horrea jam conſtructa non caperent, hæc deſtruere moliebatur, quò laxiora conſtrueret. *Quid faciam, quia non habeo,* Luc. c. 12. v. 18. *quô congregem fructus meos? hoc faciam, deſtruam horrea mea, & majora faciam.* Cogitat de ampliandis horreis, qui mox erat ſepulchrum ingreſſurus. O miſeram ſenum ſortem! quibus quo minus ſupereſt vitæ, amplior de viatico, & manſione eſt cura, quibus objicias illud Evangelij, *hac nocte anima tua repetetur à te, quæ autem paraſti, cujus erunt?* virtutem, ſi quam homo excoluit, vel vitia, quibus indulſit, ſecum deferet, nec alios erit comites habiturus, cum erit hinc abiturus.

De Cornelio equite Romano ferunt, 74. hominem fuiſſe ſummæ frugalitatis, & non minùs patrimonij, quàm corporis amans; qui cum per totum diem amico graviter affecto, & abſque ſpe jacenti uſque in noctem aſſediſſet, & cùm poſtea hilaris cœnâſſet, anginâ correptus, vix arctatis faucibus compreſſum traxit ſpiritum, & intra pauculas horulas, cum tota illa die ſanus, ac valens officijs ſuis functus fuiſſet; ſtatim deceſſit, & qui mari, terràque pecunias congeſſerat, quâ

totus

totus erat in conſtruendis palatijs, ampliandis juribus, acquirendis honoribus, momento deceſſit, & qui nullum reliquerat inexpertum genus quæſtûs, in ipſo procurrentis pecuniæ impetu rapitur: ita eſt, dum toti ſunt homines in hujus vitæ commodis procurandis, ærarijs augendis, poſſeſſionibus dilatandis, divitijs accumulandis; & dum maximè hæc agunt, miſerè animam agunt, ventos imitantes, qui dum vehementiùs flant, vim ſuam
Cap. 10. v. 8. efflant; de quo querebatur Jobus, ubi vitæ meditatus brevitatem, Deumque alloquens ait: *Et ſic repentè præcipitas*
Lib. de anima. *me?* ſcitè Tertullianus. *Vis eſt, & illa navigijs, cum longè à capharei ſaxis nullis depugnata turbinibus, nullis quaſſata decumanis fluctibus; adulante flatu, labente curſu, lætante comitatu, inteſtino repentè perculſu cum tota ſecuritate deſidunt. Non ſecus ſunt naufragia vitæ, & tranquillæ mortis eventus.*

74. Amarum hujus fluctuantis vitæ trajicimus pelagum, longas, ac diuturnas nobis ſpondemus navigationes, ſeróſque in patriam poſt prolixa itinera, ac geſta negotia proponimus reditus; inſtituimus negotia non finienda, niſi per plura luſtra; ædificia inchoamus non perficienda niſi poſt prolixos annorum fluxus; longas aggredimur laborum ſeries, ut aliquid inde poſtea commodi hauriamus; ævum Neſtoris nobis promittimus, & fortunam ſperamus Metelli, cum tamen mors inopina ex-tempore nos rapiat, & officia noſtra, ac negotia vel unico abſolvat ipſa momento. Mors enim repentina, prorſúſque inſperata plures rapuit. Miphiboſeth Regis Saulis filius, cum horis pomeridianis ſomno indulgeret à ſuis domeſticis interfectus, è ſomno, quem inchoaverat, nunquam fuit ampliùs expergefactus, neque è lecto, in quo jacebat, ampliùs ſurrexit, & in ſomno non fratrem mortis, ſed mortem ipſam expertus, documentum dedit, invigilandum ſemper eſſe, ne inopina mors imparatos nos inveniat.

75. Quis enim non vigilet contra mortis aſſultus; ſingulis enim imminet horis, nec ullum ſibi tempus ſtatuit, quo debeat nos aggredi, & proſternere: varijs ipſa nobis occurrit modis, nunc lento pede repit, mox explicato alarum remigio volitat, modò inſilit, aliàs tacito greſſu nobis obviat, & nullis antecedentibus ſignis, nullâ prævià causâ, nullâ præmiſſâ cautione in malignitate febris æſtu, in torquente renium dolore, in valetudine, in platea, in theatro, in campo, quò minùs de ipſa cogitamus, ipſa nos aggreditur, trahítque ad ſepulchrum. Fulco Rex Hieroſolymorum inter venandum, cùm fugientem inſequeretur leporem equo lapſus, ejúſque pedibus conculcatus miſerè animam egit. Joſias pietate commendabilis, morum integritate clarus, munificentia, ac liberalitate inſignis, cùm Nechao Ægyptiorum Regi exercitum ducens obviâſſet inſperato emiſſæ ſagittæ vibratu, miſerè ictus in caſtris cecidit, antequam in ijsdem ſtaret pugnaturus. Egillus Rex Gothorum à Tauro ad furias concito, interimitur, & quem facinoroſi ægrè ferebant ob ſeveriores leges ad licentiam reformandam, & vitam meliùs formandam, moréſque ad normam rectæ rationis ſanctiùs inſtituendos, feſtorum inter hilaria à Tauro crudeliter enecatus eſt. Malcolmus Rex Scotorum juſtitiæ adminiſtrandæ ſtudioſiſſimus noctu cum Regnum luſtraret ſuffocatus perijt. Plurimi perfecta gaudentes valetudine iverunt veſpere dormitum, qui tamen manè non ſurrexêre; & à lecto ad lethum exiguum, vel nullum eſſe ſpatij intervallum exemplo fortiùs, quàm verbo nos edocuerunt.

Neque uno tantùm nos Libithina gladio impetit, pluribus utitur ipſa in noſtram perniciem, ut nos proterat, inſtru- 76.
mentis. Tarquinium ſanum, ac hilarem referente Plinio, piſciculi ſpina interfe- Lib. 7. nat.
cit. Fabium benè vegetum, ac valentem histor. c. 7.
pilus tenuiſſimus, quem cum lacte ebiberat, inopino caſu ſuffocavit, & tenuis pilus tenuiorem vitæ filium diſrupit. Muſtela Ariſtidem momordit, ſimúlque repente ad cor veneno extinxit. Pater Cæſaris Dictatoris cum manè è lecto ſurgeret, dum calces induit, vitam exuit. Cæſar cum pedem in limen impingit, animam agit. Uvæ acinus, ſi fidem Luciano præſtemus, Anacreontem Poëtam ſuffocavit, & Sophoclem Philoſophum occidit. Tenuiſſimæ acus punctiuncula Luciam Marci Aurelij filiam veluti inflicto lethali vulnere proſtravit: mors enim innumeros propemodum habet aditus, quibus in noſtras ingrediatur ædes; non ſolùm per feneſtras, per hypogæa, per patentes januas, per laxus hiatus nos aggreditur; ſed etiam per rimulas clauſæ januæ in nos irrumpit, per tegulas ſe ſe demittit, & quamvis in ædibus noſtris proditores non reperiat, qui illi fores adaperiant, cujuſmodi ſunt in noſtro corpore pravi humores congeſti; morbi viſcera corrumpentes, catharri intus defluentes, & aliæ ſexcentæ cauſæ, quæ ſolent morti viam ſternere, & fores aperire, quò ſtatim abſque ullo obice ſine impedimento noſtram ingrediatur arcem.

Nihilominus adhuc mors pluribus mu- 77.
nita bellicis inſtrumentis: pyrio pulvere, igne, aqua, ferro, gladio, veneno, vitam nobis eripit, etiam in ludis, in triumphis, cum animum laxamus, inter hilaria,

ac feſta, in communi populi lætitia: id enim experti fuerunt Henricus II. Galliarum Rex, qui Pariſijs dum filiæ nuptias celebraret, & haſtiludia, pugnáſque umbratiles inſtituiſſet in equeſtri certamine fragmentum diſruptæ lanceæ, vel caſſidis ejus oculum ea vi adactum eſt, ut lethaliter intus vulnus infligeret capiti, & properantem ſpiritum excuſſerit, animámque brevi egerit. Expertus id fuit Ulyſiponæ Alphonſus Joannis II. Luſitaniæ Regis filius, cùm enim is annum ageret ætatis 16. & juvenis eſſet ſpectatæ virtutis, ſummíque ingenij Iſabellam Ferdinandi Hiſpaniarum Regis filiam duxit uxorem, cujus dos erat ampliſſima paternorum Regnorum hæreditas. Celebrabantur ſolemnes nuptiæ plurium triomphorum apparatu, ubíque ludi inſtituti, pugnæ equeſtres paratæ, umbratilia certamina accerſita, convivia inſtructa, & eò devenerat luxus, ut vel Mediaſtini, calones, aliique inferioris ſervitij famuli Attalicis ſplenderent veſtibus, aureo fulgerent ornatu, viderentúrque holoſerica ſuum perdidiſſe pretium. Sed præmatura mors hiſce triumphorum lauretis ferales ſuppoſuit cupreſſos, & florum lætitiam in doloris dumeta mutavit lugubri, ac deploranda metamorphoſi. Menſis à peractis nuptijs vix ſeptimus effluxerat, cùm infelix adoleſcens ad ripam Tagi fluminis equo juveniliter exultans miſerè excutitur, & capite lethali plaga obtrito in humum corruit; quid? à famulis in proximam deferrur piſcatoris domunculam, quæ vix eum cum tribus famulis caperet, cúmque delicatior lectus non eſſet, ibi paratus in ſtraminea adigitur culcitra decumbere, & poſt pauculas horas mortalitatem etiam exuere, animámque efflare. Accurrêre ſtatim defuncti adoleſcentis Rex Pater, Matérque Regina, filium in ſtramine vident jacentem exanimem abſque ullo vitæ ſigno; liqueſcunt in lachrymas afflictiſſimi parentes, & anteactas pompas in ſingultus, lamenta, & ſuſpiria vertunt, eò quia inopina, ac præmatura Libithina ſurgentem filij adoleſcentiam, ſeu primum ætatis florem ſuo gelu decoxerit, ac atefecerit, ſperatas virtutes obtruncaverit, opéſque immenſas uno lapſu prodegerit, & ſpes omnes uno ictu reſciderit. Idque cauſæ, cur mœſtiſſimi parentes experti, quàm vana, quàm fluxa, ac futilia ſint, quæ mundus ſpondet, quàm brevis, quàm volatilis vita, quàm inopinus, ac incertus mortis acceſſus; vitam inſtituerint, non quâ mundo; ſed ſoli Deo per ſtudia virtutum, per exercitia bonorum operum, per culturam pietatis placuerint, ac de mundo, ſuiſque affectibus glorioſiùs triumphaverint.

DISSERTATIO III.

Refricata ſepulchri recordatio omnem excutit ſenſum umbratilis voluptatis, ac larvatæ mundi lætitiæ: & Manium umbræ clariùs nos edocent vitiorum fugam, & virtutum exercitia

§. I.

Mors ſeriò perpenſa omnes ſuo gelu pravos extinguit æſtus utrjusque appetitûs, concupiſcentis, & iraſcentis.

1. NUllum pravis omnibus coërcendis affectibus frœnum accommodatius crebra, ac ſeria mortis recordatione, hæc omnem excutit ſenſum voluptatis, omnes ſuo gelu extinguit concupiſcentiæ æſtus, omnes ſuis umbris compeſcit iraſcibilis impetus, & dulcia mundanæ voluptatis mella in amariſſimum vertit abſynthium, quia ut ſcitè Chryſoſtomus: *Mortis futuræ expectatiò haudquaquam ſinit, ut quas in manibus habent voluptates, ſeu delicias, ſentiant.* Inſoleſcentes omnes compeſcit affectus, & à ſcelere ſe abſtinet, qui ſeriò mortem meditatur, omnémque horam decretoriam putat. Ideo ſuis indulgent homines concupiſcentijs, ſuiſque favent pravis affectibus, & proni propterea ad vitia, flagitia quæque perpetrant; quia eorum mentem nulla ſubit mortis recordatio, quam ſi reſricarent, non in ſcelera ruerent, ſed ſe ipſos flagellis cruentarent, ac tormentis torquerent. Talis fuit Achabus Rex Iſraëlis, qui quamdiu de morte non cogitavit in omne proruit ſcelus; fuit hic Joſophati filius, ſed patri pietati, & ſtudiis prorſus contrarius, cum enim pater Religionem omnibus viribus propugnare niteretur; eandem filius evertere ſatagebat: ſcelerum impultrix Jezabel fuit mulier æquè impia, ac crudelis, filia Ethbaalis Sidoniorum Regis, quam Achabus in ſuam duxerat uxorem; hancque cum immodicè deperiret amore, ejus cuivis nutui impiger parebat.

Tom. 5. Serm. de nequitia depulſa.

2. Hujus igitur mulieris inſtinctu Achabus pravis ſuis inſerviens affectibus, vel in ipſo regni exordio Samariæ in urbe Regia ad deteſtabilem cultum vituli, nefandos adjecit Baalis, ſeu Beli, lucos, aras erexit, & ſacra ea inſania conſtruxit fana, ut intra breve tempus octingenti, & quadraginta Baalis recenſerentur ſacrificuli de Regio penu liberaliter enutriti; & quamvis non deeſſent ex Iſraëlitis, qui zelo ſuccenſi, ac Religionis amore ſtimulati clamoribus, & adhortationibus, Achabum redarguerent impietatis, ejúsque à Religione defectionem; fuit tamen id perinde ac ſurdis canere, ac ſaxo concionari. Maluit enim Achabus ſuis, & Jezabelis indulgere pravis affectibus, quàm à Religioſorum ſuaſionibus ſinere ſe flecti.

Celebris præ cæteris tunc erat Elias Thesbe oriundus divino afflatus ſpiritu, ac Religionis zelo inflammatus, qui vindicandi divini honoris flagrantiſſimo ſuccenſus ſtudio, pœnas ſcelerum ultrices è ſummo cœlo in imum traxit terrarum, quibus Achabus, qui mitiora remedia contemptui habuit, aſperioribus proterviam excuteret, ac inſaniam abigeret. Integro triennio Elias fuſis precibus cœlum clauſit, ne pluvias in terram funderet, ſuſpenſo etiam ſurſum rore, ne ex humore antelucano, Judæa quidquam experiretur ſolatij, ſed intenſiori arentis ſolis æſtu exareſceret, tellúsque in exſiccatos detrita pulveres fructus negaret, & undíque ſqualerent agri, areſcerent vineæ, deficerent plantæ, & prolixa ſterilitas famem inveheret, quâ Achabus frugem appeteret meliorem. Idque jam antea Elias Thesbites Achabo prædixerat, ſed diris, ac minis è Regio expulſus conſpectu ſolitudinem petjit vir Dei juxta torrentem Carith, ubi per dies plures fuit commoratus devehentibus corvis ad victum 3.

oc-

Digitized by Google

neceſſaria, ne Propheta ſedens ad ripam exiccati torrentis deficeret; cùm in urbe Jezabel crudeliter in viros omnes religioſos ſæviret. Cujus crudelitati Abdias Achabi Oeconomus patriæ religionis ſervandæ cupidus centum probatæ æquitatis ſubtraxerat viros, quos ſpeluncis abditos clam ſubminiſtrato victu ſervavit incolumes, & à furentis Jezabelis ſubtraxit ſævitie. Interim Elias iterum in publicum proſiliens ante alios Numinis juſſu Achabum adivit, cui pollicetur cœli duritiem in imbres ſe ſoluturum beneficos, pluviasque propitias, ſi cum Beli ſacrificulis permitteretur in certamen deſcendere, quod conceſſit Achabus non minore idololatrarum clade, quàm probro.

4. Sed Achabus in ſua perſiſtens pervicacia, imò & pejor factus, quàm antea, conceptum à Jezabele uxore furorem æqua rabie in veri Numinis cultores effudit. Quamvis ad preces Eliæ delapſæ è cœlo pluviæ areſcenti telluri priſtinam reddidiſſent hilaritatem, praca tenellis vireſcerent herbuſculis, vineæ productis pampinis florerent, exculti agri ſuccreſcente ſegete riderent, & totius telluris facies beneficio delapſi imbris rideret, ac arrideret ſpectantibus; ſoli Achabo livor, & avaritia nullum attulit ſolamen; alios inter vitiferos colles quidam aderat prædijs conterminus regijs à Nabotho jure avito poſſeſſus, hunc poſtular Achabus ſibi pretio permutari, vel in alium fundum transmutari, eò quia in animo eſſet locum illum, regijs adjungere hortis, vitibúsque exciſſis, eum aliarum amœnitate plantarum, ac jucunda florum varietate ornate. Sed Nabothus, cum ſciret Agellum illum ad ſe jure hæreditario transmiſſum fuiſſe, negavit ſibi per patria inſtituta licitum eſſe vineam à ſuis majoribus ad ſe hæreditate transmiſſam alienare: Repulſam paſſus Achabus millenis cœpit animi paſſionibus perturbari, ac divexari, & ea ſuit moleſta animi affectus ægritudine, ut è cibo, & potu abſtineret, imò & ab hominum conſortio ſe ſubduceret: Achabi morbus, cùm primùm Jezabeli innotuit objurgare maritum cœpit, ut abjectum, ac nota eum redarguit timiditatis, eò quia à ſibi ſubjecto homine inultam pateretur repulſam, quod perinde fuit, ac fomitem pravis, qui intus ſurrexerant, affectibus, addere; & paleas igni adjicere, ac ligna: hinc Achabus ſuas ad eos ſtatim litteras direxit, qui poteſtatem judiciariam in ſuo regno exercebant: quibus mandavit ſub ſpecie pietatis, quâ ſcelus obtegeret, ut publicum ediceretur jejunium. Quid ni convocatur Seniorum, Optimatúmque conſeſſus, quos inter Nabothus aderat, conſtituitur judicium, accerſuntur ſubornati accuſatores, adſunt falſi teſtes, qui Nabothum læſæ Majeſtatis reum accuſant, calumnijs innocentia opprimitur, jus vi obruitur, juſtitia dolo proculcatur, & Nabothus inauditus, ac indefenſus neci adjudicatur, ſuo exturbetur è fundo, lapidibus obruitur, priùs ſepultus, quàm mortuus.

Hujus innocentis ſanguine ebria Jezabel geſtire cœpit gaudio, & tota hilaris de re ad votum ſuum acta, propriæ lætitiæ participem Achabum voluit, quem ad occiſi Nabothi inviſendam vineam laxandi animi causâ, aërisque liberioris percipiendam ſalubritatem invitavit; annuit Jezabeli Achabus ſuarum jam compos cupiditatum, & violanta morte uſurpatâ ad Nabothi vineam ſe contulit iniquo pede calcandam: ſed Achabo eunti objicit ſtatim ſe Elias excitatæ Numinis iræ internuntius, & tam iniquo Achabo, quàm nefariæ Jezabeli promeritam indicit mortem, dixit Elias. *Hæc dicit Dominus in loco hoc, in quo linxerunt canes ſanguinem Naboth, lambent quoque ſanguinem tuum, canes comedent Jezabel in agro Jezrabel. Si mortuus fuerit Achab in civitate, comedent eum canes; ſi autem mortuus fuerit in agro, comedent eum volucres cæli:* auditâ hac mortis ſententia totus obriguit Achabus, & qui antea ſuis indulſeret depravatis affectibus, qui alienum ſanguinem, ut proprijs, & Jezabelis ſatisfaceret cupiditatibus fudit, ad mortis recordationem cœpit in ſe ipſum ſævire, vitiatóſque omnes affectus coërcere, & quod in innocentem peccaverat, pœnitentie redimere. *Itáque cùm audiſſet Achab ſermones iſtos ſcidit veſtimanta ſua, & operuit cilicio carnem ſuam, jejunavítque, & dormivit in ſacco, & ambulavit dimiſſo capite.* 5.

3. Reg. cap. 21.

3. Reg. cap. 21.

Debuerant Numinis impertita beneficie cervicem inflectere Achabi ad divinæ legis obſequium, niſi in ſilicem quovis adamante incidiſſent duriorem: ſed quòd nec Dei beneficia, nec repetitæ Eliæ ſuaſiones non effecerunt, hoc ſtatim præſtitit properantis mortis amata recordatio; hæc duritiem emollivit, pervicaciam infregit, & frœnum injecit depravatis affectibus, iram coërcuit, concupiſcentiam compeſcuit, & Achabum dejectâ purpurâ, abjectâ regia chlamyde cilicio induit, quia ut ſcitè Auguſtinus. *Timor de futura morte mentem neceſſariò concutit, & quaſi clavis carnis omnes concupiſcentias, & motus ſuperbiæ ligno crucis affigit.* Cùm primùm mortis recordatio animum ſubijt Achabi, tunc ſapere didicit, & per ſibi indictas pœnas inſoleſcentes utriusque animi concupiſcentis, & iraſcentis coërcere affectus. Hæc eſt illa ſalubris recordatio, quâ caro cum ſuis concupiſcentijs languet, & ſpiritus lautiùs epulatur; hæc eſt illa ſalubris recordatio, quâ qui ſuis antea, & mundi indulſerant concupiſcentijs, mox ſui oſores, in proprium ſæviunt corpus, & nulli prorſus re in ſtomachum demiſſa, aut inſtillata, integros tranſeunt dies, & ſi quid obſonij deficienti concedunt corpori, ſolò aridi panis 6.

Lib. 2. de doctrin. Chriſti.

fruſtulo contenti, ac paucula frigida vires reparant, ne penitus delabantur: nuda humus, ac ſcrupeum pavimentum lectulum ſternit, nodoſi funes humeros cruentant, aculeatæ catenulæ lumbos cingunt, ac in ſervitutem redigunt carnem, quæ antea depravatis concupiſcentijs inſoleſcere aſſueverat.

7. Hæc felix eſt illa recordatio, quæ plures è mundi ſordido cœno in ſolitarios perduxit receſſus; ubi pœnitentiæ addicti, & abſtinentijs; tam tenui victu uſi ſunt, ut ne ullus carnis pravus inſurgeret affectus elixum, aut aſſum quidquam non immitterent in ſtomachum: imò alij nonniſi tertio, aut quarto quoque die ſucco herbarum, paucisque caricis ſemimortuum reficerent corpus; alij per pauculis fructibus alerent frigida membra, & alij integra hebdomadarum inedia carnis laſciviam compeſcerent, & appetitûs libidinei extinguerent furorem: *Nihil*, ait D. Auguſtinus, *ſic revocat à peccato, quàm frequens mortis meditatio.* Nullū indomitis coërcendis affectibus frœnū accomodatius ſeriâ mortis recordatione; hæc ſuo gelu concupiſcentiarum omnium æſtus extinguit, irati animi furorem compeſcit, & ſalubrem invehit temperantiam, quia ut ſcribit D. Hieronymus. *Nihil æquè tibi proficiet ad temperantiam omnium rerum, quàm frequens cogitatio brevis ævi, & hujus incerti. Quidquid facies, reſpice mortem.* Cujus recordationem, cum primùm Achabus refricavit, ſapere incepit ad pœnitentiam; cum didiciſſet deſipere pravis ſuis indulgens affectibus.

Lib. exord. — *Epiſt. ad Heliod.*

8. Quòd ſi recenſêre velimus, quid Achabus egerit, antequam mortis recordatio ejus ſubiret mentem; in domo continebatur eburnea *Reliqua autem ſermonum Achab, & univerſa, quæ fecit, & domus eburneæ, quam ædificavit, cunctarúmque urbium, quas exſtruxit, nonne hæc ſcripta ſunt in libro ſermonum dierum Regum Iſraël.* Antequam Achabus mortis meminiſſet; regnavit in Samaria annis duobus ſupra viginti, ſed non leges ſcripſit ut Solon; non Syros debellavit, Perſásque ſibi ſubjecit ut Alexander; non ſacrificijs, ac idolis imperium expurgavit, ut Joſias; non populum ex tyrannica Ægypti ſervitute extraxit ut Moyſes; non gigantes proſtravit, ut David; non Philiſthæos vicit, fugavítque ut Samſon; non Ammorrhæos ſtationarium militem agente ſole debellavit ut Joſuë, ſed domum ædificavit eburneam. Hæc enim una Achabi nomine exprimitur: nimirum qòd pretioſius, & elegantius opus, eò vilior fuit animus, cùm pravis tunc famularetur concupiſcentijs; licèt enim tot regnaverit in Samaria annos, quot Ilium bis expugnari, ac capi potuiſſet, in id Achabus incubuit ſtudij, què domum ædificaret eburneam. An non Regi, & Scorti videtur decora conventio? Thais, & Achab pares dixeris, cum neutri ebur defuerit; ò probra non lachrymis, ſed ſanguine obliteranda! niſi Elephas jacuiſſet edentulus, nullum ſurrexiſſet Achabi opus; jacuiſſet Regius cinis ſine titulo, niſi prægrandis beſtiæ dentes cecidiſſent, ex quibus domos ſurgeret eburnea, An perjiſſet gloria Samariæ, niſi ingens beſtia ſua ex Africanis ſylvis transmiſiſſet exuvias? elephanti dens totam Achabo regnanti in Samaria gloriam ſuppeditavit; nonniſi à bruto ſuam poterat gloriam haurire, qui nonniſi brutalibus ſuis inſervierat affectibus.

3. Reg. 22. v. 39.

Sed ſi domum ædificavit eburneam, cur eidem inſculpta non permiſit in flagitiorum exprobrationem; vel Jezabelem coronatam, & canibus fruſtatim diſcerptam; vel Nabothom occiſum; vel evecta ex Ammorrhæis in Iſraël idola? opus haud fuit, ut quidquam ſculperetur ad Achabi exprobranda flagitia, ſatis fuit domum exſtruxiſſe eburneam, quam ædificare aut ſola potuit fœmina, aut fœminarum mancipium, ac pravorum affectuum vilior famulus: omnia congeſſit probra, qui domum dixit eburneam à Rege inædificatam. Superbivit Achabus in dente, quem bellua expoit, & ipſe pretio coëmerat: an non monſtrum Achab in domo ipſa eburnea? in ebore, ac dente elephanti cum epulatur Achabus, non ferarum Principem, ſed hominum brutum ſatiùs eundem diceres; & tunc tantùm ſapere didicit, cùm Elias mortis illi recordationem objecit, hinc D. Hieronymus: *Memento mortis tuæ, & non peccabis, qui ſe quotidie recordatur eſſe moriturum, contemnit præſentia, & ad futura feſtinat.* 9.

Epiſt. ad Cyprianum. 10.

Curandis animi morbis, corrigendiſque vitiatis affectibus nullum mortis recordatione aptius pharmacum. Felix ille, qui ſic vivit, ut mortis nusquam obliviſcatur, & proximam credit, quam num multùm diſtet, ignorat, cùm mors juvenes æquè rapiat, ac ſenes, & ſua falce non minus vernantes adoleſcentum flores demetat, ac annoſas exſcindat ſenum quercus. Nulli Libithina ætati parcit, nulli dignitati: ex hominibus, alij vix in lucem editi umbras mortis, neciſque petunt; alij vix incipiunt in adoleſcentia vireſcere, vel in juventa florere, & repentinus Libithinæ turbo eos deterit, proſternítque in ſepulchrum; plures ferro, multos veneno, alios lapſu jugulavit; nonnullos fulmine vulneravit, innumeros fluctibus abſorbuit, & bello interemit, & nulla à morte ſecuritas, nec domi, nec in foro, nec in agro, nec in ſylva, ubique enim nobis mors inſidiatur, quovis nos rapit in loco, & quotidianum nos ipſi pabulum, quo nutritur, ſuppeditamus, cum quotidiè moriantur nobiles, ignobiles; ſive Principes, ſive Reges omnes indiſcriminatim nos rapit, & leones catulis, elephantos formicis, aquilas culicibus aggregat, æquátque.

Clau-

11. Clauſas habet Libitina aures, nullum audit, quem exaudiat; capta eſt oculis neminem agooſcit; falce obarmatur, & telo, hoc adoleſcentes, & juvenes, eminus; illâ ſeoes cominus ioterimit, ac omnes demetit; turres ſolo æquat, purpuras centoois pares facit, tiaras pstaſis, ſceptra lignnibus; eſt enim moti commune hominis officium, ſimul & ſupplicium; lata eſt ſententia ab eo Judice, cui reſtagari nemo poteſt; tametſi eloquentia quis valeat, animisque flectendis oervoſa ſuaſione aſſueverit; non tamen Judicem flectere in ſua vota, ut ſententiam revocet, potis erit; cùm primùm oritur homo ineluctabilis mortis eſt in ipſum lata ſententia, quam nec declinare poteſt, ſi velit; oec eam non exequi, ſi oolit; quia eo ipſo quòd oritur homo, jam moritur, & tunc mori incipit, cùm vitam orditur: hinc quotidie morimur quia periode vita noſtra fluit, ac clepſydra, quæ ſive, ut apud priſcos homines, aquea ſit, ſive apud recentes pnlverea per ſtillicidia, pulveréſque delabentes, ita fluxum deſignat temporis, ut pars ſuperior inferiorem dsorſum trudat, & tota ſuperior ampulla evacuetnr, ac inferior replestur: perinde, aliquid de vita noſtra momentis ſingulis defluit, donec tota delabatnr, ac evacuetur præſens vita.

12. Ille verè ſapit, cui omnis dies eſt poſtremus; & ille eſt ſapientior, cui omnis hora videtur poſtrema eſſe, hic enim à quovis procul dubio ſe abſtinet ſcelere pravos ſuos coërcet affectus, malas animi non ſinit paſſiones pullulare, ſed ad normam ſe componit virtutum, & per earundem exercitia, ad vitam ſe promovet, quæ ab omni eſt occaſu immuois. Verſamur in continuo vitæ diſcrimine neſcimus, qnalis humor intus in noſtro corruptus corpore præmaturam accerſat Libitioam; ignoramus quid exteriùs nobis poſſit obtingere, quo mors ioopina nos rapiat. Plurss è medio ſcelere mors ad ſepulchrum traxit, & medium ſecuit crimen; alios in choreis, in ſaltu proſtravit, dejecit in tumulum; alios extinxit in convivijs, alios ſuffocavit in mari, & innumeros in itinere, in caſtris, in conflictu enecavit: nbique oos inopina mors manet, ſuos ubique locorum laqueos incurrimos, donec in lapidem impingamus ſepulchralem. Quòd ſi oemo prudens inter proceloſt Oceani fluctus tabulâ ludit, quâ fulcirur; ſi nemo è ſummo pendulus præcipitio ſcelera meditatur; ſi Damocles in Dionyſii Siracuſani convivio ob peodulnm è ſnmmo laqueario gladium, qui filo innixus ejus immioerst capiti, oec quidquam comedere potuit, nec bibere, omnémque abegit lautè epulandi deſiderinm; ſi nemo medios inter armatos hoſtes inermis hilareſcit, certè ſtultitia laborat, & eleboro indiget, qui in quavis hora dubia, in omni momento incerto ſuis indulget pravis concupiſcentijs, à quibus ad ea inducitur perpetranda, quæ æternùm infelicem afferunt mottem.

§. II.

Scena eſt præſens vita, quisque ſuam agit perſonam; non is plauſum meretur, qui argutè dicit; ſed qui probè vivit; frænúmque ſepulchri ſuis injicit pravis affectibus.

Refert Cardanus in Boreali Oceano juxta litus Moſcoviæ piſcem eſſe, cui nomen mors eſt, eò quia dentata 13. Lib. 10. de ſubtilit.
ſit marina hæc bellua, & quos morſu teoet, nec piſcem, nec mortem effugere ampliùs valeant. Quid ni? litus hocce Moſcoviticum ooſtrum dixerim corpus; & vivarium, in quo mors degit, quatuor eſſe humani corporis humores, quibus piſcem hunc, mortem ſcilicet nutrimus, & quia hæc in nobis alitur, ooſtróſque tener humores, evadere oeutiquam valemus; mortem enim ſuam quisque nutris; ut eam non procul diſtare cogitemus, cujus domum in nobis apparavimus: conſumit ipſa noſtros, quibus veſcitur, humores, & iosxorabilis nos ad ſepulchrum trahit, & nemini ſorores Parcæ parcnnt, in quarum colos, licia, ſtamina, forfices vitæ, oscisque mortalium jus omne ſuperos tranſtuliſſe Priſca finxit Poëſis. Non enim cenſuêre Veteres fas eſſe lanificas iſtas exorare; eò quia quem ſuperi ſtatuerunt diem, inviolabiliter obſervaot: hinc pingitur, vel fingitnr mors carere aoribus, ne precantes audiat; oculis eſſe orbatam, ne lugeorium moveatur miſeratiooe; fronte, ac genis eſſe deſlituta, oe ipſa ſuammec erubeſcat ſævitiem; lingua, & labijs carere, ne ullom vocale ſolatiolum ab ea quis expectet; carnem omnem exuit, ut nullus ab illa ſenſus ſperetur humanitatis: ſoli ipſi ſnpetſunt oervi, & muſculi; ſola in ipſa areſcunt oſſa; armatur tamen adhuc arcu, ſagittis, & falce, quibus mortales feriat juvenes ſagitis emious, ſeoes falce cominus, & omoss ad ſepulchrum ſtimnler.

Quod verò de lanificis Parcis, quæ inexorabiles nemini parcunt, fabuloſa Poëſis 14.
in theatro produxit; id de ſcena veriùs dixit Seneca, cui vitam æquiparavit ooſtram, ait enim: *Quomodo fabula, ſic vita, non* Epiſt. 78.
quandiu, ſed quàm bene acta ſit, refert. Scena eſt præſens vita, quisque ſuam io ipſa agit perſooam, ſuam recitar fabulam; oon quàm diu eam protrahat, id commendatur, ſed quàm aptè, & benè, id datur laudi, unde Epictetus ait: *Memento actorem te eſſe fabulæ, qualem doctor voluit, ſi brevem brevis,* In enchiridio cap. 23.
ſi longam longa, oec Varro aliter dixit, cùm aſſeruit: *Non eos optimè vixiſſe, qui diutiſſimè, ſed qui modeſtiſſimè vixerint*, ſuasque compeſcuerint paſſiones, ac pravos coërcuerint

rint affectus. Finienda eſt fabula, quam mors claudit, & is ſuam laudabiliùs perſonam egit, qui ab omni abſtinuit ſcelere. Is in ſcena ſuam ad audientium plauſum agit perſonam, qui rectè dicit; & in hac vita is tantùm commendabiliter operatur, qui bene vivit.

15. Anni vitæ non computantut, quos ſcelera deturpant, ſed quos virtus exornat. Idque cauſæ cur plures eos è vitæ propriæ curſu annos ſubtraxerint, quos vanitati, voluptatibus, mundique negotijs impenderint. De quodam aulico nomine Similio, qui curis immerſus ſæculi, & aulæ, ab iiſdem poſtremo vitæ ſeptennio emerſus, Deo inſervivit, fertur, hoc curâſſe ſuo inſcribi ſarcophago epitaphium. *Hic jacet Similius vetulus ſeptennis.* Et Barlaam eremicola ſeptuaginta annorum ſciſcitanti Joſaphato Regi de annis provectæ, labentiſque jam ætatis reſpondit, ſe annum quadrageſimum quintum agere, & cum miraretur Joſaphatus, quòd Eremicola aliàs vir verax annos reticeret ſuos, adjecit; ſe ſtudiò tacuiſſe annos viginti quinque, eò quia eos non vixerit, quos in mundi impenderat vanitatibus.

16. *1.Reg.c.13. v.1.* Quid ni? etiam ſacra Regùm Hiſtoria de Saule Rege Hebræorum ait: *Filius unius anni erat Saul cum regnare cœpiſſet, duobus autem annis regnavit ſuper Iſrael*, ſi Saul vir fuit cum regni adminiſtrationem ſuſcepit, cur filius dicitur unius anni cum regnare cœpiſſet; ſi certum eſt viginti annos imperâſſe, cur duntaxat duobus annis dicitur regnâſſe in Iſrael? quia nimirum Saul initio ſui Regni adeo purus fuit, ac ſcelere immunis, ut infanti unius anni meritò potuerit æquiparari: imò ſi ſola virtus vitæ noſtræ annos computat, filius unius anni erat Saul cum regnare cœpiſſet, ſed nonniſi duobus annis regnavit ſuper Iſrael: quia licèt ſub Regni initium ſceleris purus fuerit, veluti infans unius anni, in hac tamen puritate vitæ nonniſi unico perſeveravit anno; proinde licèt viginti ipſe imperaverit annis, duobus tantùm dicitur annis regnâſſe, quia quos vitijs impendit, non regnavit, ſed ſuis pravis affectibus fœdo inſervivit famulitio: vitium compedes in ſervitutem exhibet, & virtus diadema ad Regnum; illud pedes illaqueat, hæc caput exornat; illud impedit, ne rectè ambulemus, hæc coronam dat, ut bene regnemus, imperemúſque nobis, & alijs. Saul duobus tantùm dicitut annis regnâſſe, quia totidem ſtudio impendit virtutum; alios, quibus pravis ſuis indulſit affectibus, nec regnâſſe, nec vixiſſe dicitur, quia vitijs inſervivit: ſola enim virtutum exercitia annos impertiunt vitæ, & tamdiu vivere dicimur, quamdiu rectè agimus; hinc ſenium plures ante ſenectutem præmaturè adipiſcuntur: & alij quamvis ultimo confecti ſenio, quia vitia, quibus à pueris indulſère in ſenectute retinent, nec infantiam dicuntur inchoâſſe; quia ut ſcitè Seneca: *Vitæ bonum non eſt poſitum in ſpatio ejus, ſed in uſu*: & alibi: *Poteſt fieri, imò ſæpe fit, ut qui diu vixit, parum vixerit*, quia ſcilicet virtuti non vixit; ille dicitur rectè vivere, & diu vivere, qui plures impendit annos in cultura virtutum. *Epiſtol.4 Lib de tranquil.cap.3.*

17. Diu igitur vivere, ſi diſcere cupimus, mortis frequentemus Scholam, hæc enim nos edocet, quomodo ad normam virtutum ſint noſtræ actiones inſtituendæ, & quomodo ita ſit vita protrahenda, ut nec morti ipſi ſimus obnoxij. Exercitia virtutum nos immunes à morte conſtituunt, hinc ſponſa ait: *Lectulus noſter floridus: tigna domorum noſtrarum cedrina, laquearia noſtra cypreſſina*, *Cap.1.cant.* deſcribit ſponſa lectulum ſuum floribus ſtipatum, cùm David lachrymis madidum ſuum dixerit: *Lavabo per ſingulas noctes lectum meum, lachrymis meis ſtratum meum rigabo.* *Pſal.6.v.7.* Quid? quòd David in lecto jacens lachrymas fundat, quibus ſuum ſtratum madeat? an quia ita excruciabatur ejus cor commemoratione delicti, ut tamen dolor quietis locum non everteret; vel ita ipſum pœnituit criminis, ut veniam non deſperaret; ita lachrymas effudit, ut cor non obrueret; & ita doluit, ut non ægrotaret: ſed ſi Davidis lectus lachrymis madet, cur ille ſponſæ floribus fulcitur? *lectulus noſter floridus*, cur potiùs eum non cupivit aureum, vel gemmeum? an non ſatiùs fuiſſet, ſi non floribus fulciretur, ſed magaritis aſpergeretur; non roſis oleret, ſed gemmis fulgeret; non lilijs candicaret, ſed adamantibus ſplenderet; non violis floreret, ſed ametyſtis reniteret? an non pretioſiùs veſtitur gemmis lectus, quàm floribus? & tamen ſponſæ lectulus non rutilat gemmis vermiculatus, ſed olet floribus ſtipatus; *Lectulus noſter floridus*: nimirum adoleſcunt, vernántque, vel in lecto ſponſæ virtutum flores, quia laquearia adſtant Cypreſſina: mortis recordationem in proximo Cupreſſo refricaverat ſponſa, & ideo vel in lecto jacens minimè otio torpeſcit, ſed virtutum excolit flores, quibus vel lectus ipſe ornatur, *Lectulus noſter floridus: tigna domorum noſtrarum cedrina, laquearia noſtra Cypreſſina*: hoc eſt emicante in laquearibus cupreſſo, & cedro non potuit ſponſæ lectulus non florere: imò mortis recordatio, quam cupreſſus refricaverat, non exercitia tantùm virtutum extorſit, quæ vernarent in flores; verùm etiam ut mortis timorem abigeret, ipſa mortis memoria ſpopondit immortalitatem in cedro corruptioni minimè obnoxio: *tigna domorum noſtrarum cedrina, laquearia noſtra cypreſſina*: nimirum immortalitatis ſpondebat præmium in cedro, quæ mortis recordatio hauriebatur in cupreſſo, noſtræ immortalitatis ſimul, & mortalitatis pendulæ è laquearibus trabes

ſpon.

ſponſam monebant. Mori diſcimus in cupreſſo, & mortem dediſcimus in cedro; cupreſſus nos docet excedendum hinc; ſed cedrus minimè moriendum nobis ſpondet. Quàm pulchrè ſponſa tigna cedrina nectit cum laquearibus cupreſſinis, floribúsque lectuli: quia mortis recordatio, quam cupreſſus refricare conſueſcit per exercitia virtutum flotidam nobis ad immortalitatem ſternit viam: cupteſſus, mortis cujus eſt ſymbolum, excitat recordationem, & ad florum culturam, ſeu virtutum exercitia nos incitat, & excultæ virtutes ad immortalitatem nos promovent. Illius igitur lectus floret, cui & tigna cedrina ſunt, & laquearia cupreſſina.

18. Mors vitam æmulatur, eſtque vitæ æmula, quia ſi vita hæc, quædam eſt veræ mortis æmulatio, eò quia quotidie moriatur homo aliquid deperdens vitæ, ut enim
Serm. 120. eleganter ait S. Chryſologus: *Homo homini eſt ſepulchrum: ubi in homine non homo cernitur, ſed cadaver*, quia homo ſui ſepulchrum eſt; magna ex parte ſui jam obijt, cùm poſterior ætas mors ſit prioris, nec in homine totus cernitur homo, nec totam vivit ipſe vitam; cum potior ejus portio jam evanuerit: ita è converſo mors vitam æmu-
Lib. de reſurrect. cap. 17. lata ſi in homine vivat, eum immortalitate donat; ait Tertullianus: *Quis incolumis, quis exanimis*, ſed nemo prorſus incolumis, niſi qui exanimis eſt: mors enim ipſa privilegium eſt Chriſtianæ incolumitatis, & ipſa aſſertio immortalitatis, neque diſſentit
In eodem lib. cap. 54. Tertullianus, qui vocat mortem æmulam vitæ, ſicut, & vitam mortis æmulam, ait ipſe: *Proinde vita mortis ſcilicet æmula*, quia ſi vita moritur, mors vivit, & ſpiraculum vitæ ſuppeditat, dum ipſa ſpirat; idque cauſæ, cur Baſilius Seleucienſis vocave-
Orat. 32. rit *viventem mortem*, quia mors eſt, quæ rectè vivere docet, & ſuos, quos inſtruit Diſcipulos ipſa eximit à morte.

19. Quàm ſit vitæ ferax arida mors, pul-
In ſerm. de reſurrect. chrè innuit S. Zeno Veronenſis inquiens: Non homines tantùm, ſed penè omnia ſuis mortibus vivunt. Stellæ præcipites labuntur è cœlo, & à tergo, longo ſtellarum albeſcentium tractu funereæ facis ſolemnitate in occaſus ſuos, quaſi quibuſdam deducuntur exequiis, quas ſi per plagas, unde refixæ ſunt, quæras, redivivi luminis lege ſuis ſedibus reſurrexiſſe cognoſcas. Sol quotidie naſcitur, eadémque die, quâ naſcitur, moritur: nec tamen inſtantis finis ſorte terretur, ſuos ut repigret curſus, ut horas, ac momenta producat, ut ſaltem paulò diutius diei ſui demoretur in vita, ſed fidelis ſemper, ſemper intrepidus ad ſepulchrum noctis cognatæ contendit, ſcius in ipſo ſe habere quod vivit: denique adimltur ei ortus, ſi ei auferatur occaſus. Luna quoque, quæ veræ rationis humanæ omnia in ſe lineamenta depingit, nata ſanguineæ teneritudinis, dubio cornu, primò quaſi de cunis apparet: paulatímque creſcendo in puella, jam virgo pro quotidianæ ætatis incremento progrediens laſcivi curſus ambagibus carpit penſa mundana. At ubi matura aureo igne flagrantis luciflui aurigæ parem laboribus fratris, anguſtis circulis argenteum complevit globum, paulatim devergit in ſenium, donec ultimâ ſenectute ſua morte reviviſcens, menſtrualis ignis ſolemni germine accenſo, ſumat rurſus de fine principium. Hactenus Zeno. Ex quo conjicitur, quàm vitæ affinis, & confinis ſit mors: qui enim occaſum adimit, ortum etiam aufert; quippe ab occaſu vitæ, à recordatione mortis vitam auſpicamur, & immortalitatis ortum; perinde enim ac ſolis, lunæque, ac aliorum ſyderum occaſus ſuos nobis ortus ſpondent, ita & mortis recordatio veræ vitæ nobis promittit ortum, nulli ampliùs occaſui obnoxium.

Non igitur habemus, quod in morte 20.
timeamus, cum ipſa nos rectè vivere doceat, immunéſque à morte conſtituat, ait *Lib. de reſurrect. carnis cap. 12.*
Tertullianus: *Dies moritur in noctem, & tenebris undequaque ſepelitur; funeſtatur mundi honos, & mundi ſubſtantia denigratur, ſordent, ſilent, ſtupent cuncta, ubique juſtitium eſt, & quies rerum. Ita lux amiſſa lugetur. Et tamen rurſus cum ſuo cultu, cum dote, cum ſole eadem, & integra, ac tota univerſo orbi reviviſcit, interficiens mortem ſuam, noctem reſcindens ſepulturam ſuam tenebras, hæres ſibimet exiſtens; donec & nox reviviſcat, cum ſuo, & illa ſuggeſtu, redaccenduntur enim & ſtellarum radij, quos matutina ſuccenſio extinxerat. Reducuntur & ſyderum abſentiæ, quas temporalis diſtinctio exemerat. Redornantur & ſpecula lunæ, quæ menſtruus numerus attriverat.* Ita mors noſtri occaſus memores facit, quo ortum repetamus, non ampliùs terrenæ, ſed cœleſtis vitæ: ab occaſu enim mortalis vitæ vitam auſpicamur cœleſtem, non ampliùs obnoxiam interitui. Mortis recordatio eſt veluti arbor illa in medio paradiſo plantata, quæ fructus vitæ immortalis producit; felix ille, qui ſub umbra hujus arboris quietem nactus ejus fructus carpit, & præmaturè moritur, æternùm ut vivat. Præcocis recordatio mortis mortem ipſam arcet, & vitam auſpicatur.

§. III.

Mortis memoria crebrò refricata mortem ipſam compeſcit, cujus acceſſum impedit; & lacrymis, quas elicit, delicta diluit, quorum maculas abſtergit, & flores irrigat virtutum.

21. ADiit ægrotantem Ezechiam Numinis Vates Iſaias, qui præmiſſis ſalutationum officiis fari cœpit inquiens: *4. Reg. 20.*
Hæc dicit Dominus Deus: præcipe domui tuæ: morieris

Cùmque hydrias confregiſſent, clamaverunt, omnia itaque caſtra turbata ſunt: & mutua ſe cæde truncabant, tunc claſſicum perſonat, tuba perſtrepit, timpana pulſantur, & ad cruentum ſe ſe conflictum laceſſunt Madianitæ, cùm fractæ lagenæ ſonus aures perpulſat, & cum ipſis lagenis effractis confracti cecidêre, & enecti Madianitæ: eſt lagena vas teſtaceum ex limo compactum, quod hominis indicat mortalitatem ſimul, & fragilitatem, quid enim eſt homo ex humo confictus, quàm pulvis? *Memento homo quia pulvis es, & in pulverem reverteris*: & ne memoriam hujus noſtræ conditionis omnino obliteremus, hunc idem triſte carmen nobis Eccleſia ſingulis annis intonat, cùm capitibus noſtris cineres inſpergit, noſtræque nos monet mortalitatis, & quidem eo tempore, quo illa plerumque minimè cogitatur. Si hanc noſtræ lagenæ fragilitatem, lapſúmque in ſepulchrum, ac fractionem in pulveres expenderemus; perinde ac Madianitæ ad hydrias confractas pravi omnes noſtri affectus inter ſe ſe pugnarent, ſéque ferirent, in ſe ipſos ſævirent, donec enecti, & extincti corruerent, eſt homo lagena fictilis ex lapſu diſrumpitur, ac in pulveres deſinit *Memento homo quia pulvis es, & in pulverem reverteris*: hunc pulverem ſi rebellantibus noſtris objiciamus paſſionibus, has coërcemus ac proſternimus.

Genes. cap. 3. v. 19.

16. Lib. 5. c. 10.

Refert Plinius, aquilam prælio cervum aggreſſuram plurimum pulveris alarum flabello collecti in oculos excutere cervi mediam cornibus inſidentem, pennisque frontem, oculóſque diverberantem, donec fugientem cervum ex aliqua rupe exceſa præcipitet. Martius campus eſt præſens vita, in hac homo militem agit: *Militia* ait Jobus, *eſt vita hominis ſuper terram*: inſurgunt adverſus nos pravi affectus, inſoleſcentes paſſiones rebelles imperio rationis, hos irruentes in nos hoſtes, tunc validiùs pugnamus, & expugnamus, ſi aquilam imitemur, ſi pulveres eis objiciamus ineluctabilis fati, mortis præproperæ, *Memento homo, quia pulvis es, & in pulverem reverteris*: hoc enim pulvere non ſolùm pravi omnes coërcentur, ac proſternuntur affectus; verùm, & probi excitantur, quibus homo per exercitia virtutum laudabiliter agit; ut Philippus Macedo, qui diebus ſingulis, cùm primùm manè è lecto ſurgeret conſueto illo carmine monitus: *Philippe homo es*, ita ad virtutum normam ſuas omnes compoſuit actiones, ut Rex fuerit cæteris moderatior, & virtutum culturâ commendatior, à nullo unquam proſtratus pravo affectu, neque ab ulla victus fœda concupiſcentia; ſibi enim objiciens diebus ſingulis præcocis mortis recordationem, rectè vivere didicit.

27. Hoc idem vel ipſæ grues nos edocent, hæ ſiquidem cum nocte intempeſta excubias agunt lapillum dicuntur pede ſuſtinere, qui ex ſomno laſſatus decidens negligentiam excubantis rumore coarguit: quamdiu ſepulchri lapidem mente tenemus, vigiles ſumus, ſtantes non cadimus, nobis ipſis invigilamus, ne quidquam adverſi nobis contingat, ne pravæ concupiſcentiæ in deterius nos trahant, ſed cùm primùm lapis iſte decidit è memoria, cui hærebat, noſtra ſtatim redarguitur indiligentia, & pravi, qui in nos inſurgunt affectus, noſtram moliuntur perniciem. Eædem grues cum pontum transvolant, ne deficiant, cadántque in piſcium eſcam, dicuntur arenam gutture ferre: ſi & nos hoc muniremur arenæ, ſeu pulveris ſubſidio; ſi arena vel pulvis ſepulchralis non gutturi noſtro, ſed memoriæ hæreret, pontum hujus vitæ tuto volatu trajiceremus: ſed quia noſtræ obliviſcimur conditionis, mortíſque abigimus recordationem, ut nobis triſtem, lugubrem, & moleſtam; ideo miſerè labimur inter procelloſos pravorum affectuum fluctus.

28. Velit, nolit homo pulvis eſt, nec ſuam poteſt conditionem exuere: etiam vitulus, cui gens Hebræorum ſua in deſerto obrulit obſequia, cultúmque exhibuit, ex puro puto auro conflatus ſurgebat, & tamen cecidit in pulverem redactus: etiam ſtatua Nabuchodonoſoris multo in capite nitebat auro, fulgebat in pectore argento, & tamen unius lapilli ictu contrita, quæ ſuperbierat in auro, ſordeſcere didicit in pulvere; etiam poma Gomorrhæa in extima cute oculos alliciebant vivida colorum varietate; & tamen cum frangerentur, nonniſi in vanum fatiſcebant pulverem: tametſi homo divitijs affluat, dignitate emineat, honoribus à cæteris diſtinguatur, adhuc pulvis eſt, & in pulverem neceſſe eſt revertatur: *Memento homo, quia pulvis es, & in pulverem reverteris*, quòd ſi ita eſt, cur ſuæ obliviſcitur homo conditionis, ut deſipiat; & non potiùs ſuo pulvere memoriam excolit, ut ſapiat? cum nullibi aptiùs ſapere diſcamus, quàm in hac mortis Schola, ubi ad clepſydram noſtri fluentis pulveris, quales ſimus addiſcimus, & quales in noſtris debeamus nos gerere operationibus, apprehendimus, ne mortem inde timeamus; quia ut ſcitè D. Ambroſius de bona morte cap. 1 *Non habemus quid in morte timeamus, ſi nihil quod timendum ſit, vita noſtra commiſit*, & qui memoriam ſeriò refricat mortis ab ijs ſe abſtinet, quæ timenda ſunt.

29. Solent omnes objectam ſibi mortis timere imaginem, in qua nulla corporis pulchritudo, nulla faciei venuſtas, nulla oculorum vivacitas, ſed omnia areſcunt, & horrorem ingerunt; quis aliter mortem coloribus expreſſit, quàm ſine fronte, ſine naſo, ſine pilis, abſque genis; labris, oculis, carne deſtitutam; quis aliud oculis exhibuit intuentium, quàm oſſium aridorum fœdam compagem? neque quidquam pulchri poteſt morti ineſſe, quam horrent omnes; neque quidquam in ipſa formoſi ſpectandum, cum naturæ,

petitiones omnes, ac cupiditates obtemperarent? cur tam nobile opificium, tam mirificum artefactum, tam abſolutum opus debitis non exeipiat Deus laudibus? nonne homo eſt mundi conditi finis, cæterarum creaturarum omnium compendium? imò & nexus, quo ſpiritualia corporeis alligantur, ut propterea à Philoſophis *Microcosmus* dicatur; & à Platone *Horizon univerſi*, eò quia diſtermi- net, & in ſe jungat ſuperius hemiſphærium, ſeu cœlum, & Angelos; & inferius, terram ſcilicet, & animantes.

32. Geneſ. 1. v. 26. Si Deus hominem condidit, ut cæteris præeſſet creaturis: *Et dominamini piſcibus maris, & volatilibus cœli, & univerſis animantibus, quæ moventur ſuper terram*, & ob id in paradiſo terreſtri veluti in aula, & Throno eum collocavit, ſeu in horto, qui omnis honeſtæ voluptatis, ac deliciarum juge erat vivarium, ubi mirabilis erat cœli clementia, placidiſſima auræ temperies, ſyderum influxus beneficus, cœli favor æternus quantum per hominem licuiſſet; tellus ſemper virore læta, quamvis nec ſois autumnis viduata, nec ſuis fruſtrata meſſibus; ver perpetuum, & arbores floribus æquè ridentes, ac fructibus curveſcentes, tum ad palati guſtum, cum odoratûs nariũ ſingulares delicias. Si tanti ſecit Deus primum, quem condidit hominem, ut cæteris omnibus voluerit præeſſe animantibus, eique veloti aulam Regiam hortum coostruxir ad omnem conſitum amœnitatem, honeſtámque voluptatem, cur inquam quando factus eſt Adam, de hoc ſuo opere non dicitur. *Et vidit Deus, quod eſſet bonum*? ſi hanc laudem cæteris omnibus dederit Deus creaturis cum primùm eas condidit, cur non etiam homini? Quia nimirum reliquarum rerum ortus, & nativitas laudatur, in homine verò non ortus, ſed occaſus; non nativitas, ſed mors commendatur. *In ultimo ſui laudatur homo* ait Sirus interpres expendens verba Ecleſ. *11. & in fine hominis denudatio operum illius.*

Hinc D. Ambroſius pulchrè ad rem
33. De inſtit. virg. cap. 3. noſtram ait: *laudatio hominis non in exordio, ſed in fine eſt.* Sola hominis laudatio in mortem differtur, quia non eſt mors hominis, ut pecudis; non eſt animæ interitus, ſed tranſitus, & qualis vita fuerit, mors erit ita; qoalis vita, talis mors! proinde illa duntaxat hominis mors laudatur, quam vita bona præceſſit; neque timenda eſt mors viri juſti, quin & ſuis commendanda laudibus; & hæc ratio cur Deus ſicut reliquas ſtatim ſuo in ortu commendaverit creaturas, non ita hominem recèns formatum laudaverit, quia ut air Siracides.: *in fine hominis denudatio operis illius. Ante mortem ne laudes hominem quemquam:* & Vatablus innuens; hominem totam ſuam laudem à morte bene obita haurire, ait *hominem conſummat ipſius exitus*: non aſſerit hominis probitatem à probo exitu conſummari; ſed ab exitu hominem coonſommari, ac ſi ante exitum, mortémque homo, nec perfectus, nec conſummatus adhuc eſſet; cúmque nondum ſit homo conſummatus, & perfectus, niſi per mortis acceſſum, meritò in morte duntaxat laudatur; noo enim opificium commendatur, antequam ſit completum, ac in ſua perfectione abſolutum.

Nec mirum ſi ante mortem non dica- 34.
tur homo conſummatus, eum etiam Moyſes patientis Jobi vitam commendans, ſic de ipſo
fari inceperit: *Vir erat in terra Hus nomine* Job. cap. 1.
Job, & erat vir ille ſimplex, quia ut peritè ex Hebræa origine legunt Interpretes, *erat vir integer*, proinde abſolutus, & conſummatus, hoc eſt beneficio ſummæ virtutis, quam Jobus excoluerat, quod enim exculta virtus Jobo præſtitit, id cæteris hominibus bonus exitus impertitur; proinde nec Deus ipſe voluit ſtatim in ortu ſuo hominem laudibus excipere, tametſi commendaverit cæteras, quas condiderat creaturas; quia hæ totam ſuam ſtatim perfectionem in ortu fuerunt enactæ; homo verò, quia nonniſi in exitu conſummatur, ac perficitur, eò
quia, *In fine hominis denudatio operis illius*, Ecclef. 15.
meritò in morte, non in ortu laudatur homo, ad quod allodens ſanctus Maximus *homil. 19.* ait: *Ne laudaveris hominem in vita ſua: tanquam ſi dicat, lauda poſt vitam, magnifica poſt conſummationem.*

Non igitur qualis oriatur homo ſpe- 35.
ctandus eſt, ſed qualis moriatur, penſandus, ut laudetur, quapropter Eccleſiaſtes
ait: *Melior eſt dies mortis die nativitatis.* Cap. 7.
Quamvis plures ſacri Interpretes cauſas congerant, ut explicent, cur dies mortis melior ſit die nativitatis. Placet, quod ait
D. Hieronymus inqoiens; *Vel hoc oſtendit* In Eccleſ. 7.
melius eſſe exire de ſæculo, & carere tribulationibus, atque incerto vitæ ſtatu, quàm ingredientem mundum hæc omnia ſuſtinere. Vel certè quod in morte quales ſimus notum ſit; in exordio verò naſcendi, qui futuri ſimus ignoratur: eſt enim perinde vivere, ac miſeriis angi: ait enim Auguſtinus;
Quid eſt diu vivere, niſi diu torqueri? Nil Serm. de verb. Domi.
in hac vita miſerius, quàm ipſum vivere quod idem eſt, ac dirè torqueri; neque huic vitæ quidquam magis adhæret, quàm malorum conſenſio, qoàm miſeriarum pertinacia. Lyces Princeps perpendens hujus miſerias, & ærumnas vitæ cenſuit, nil aliud eſſe vivere, quàm ſupplicio torqueri, & vitam animæ dixit eſſe ſupplicium illi haud diſſimile, quo homines adhuc viventes putreſcentibus colligati cadaveribus os ori, manus manui, pectus pectori atrociſſimè torquebantur.

Quid eſt corpus noſtrum, quàm pu- 36.
tre ſterquilinium, fœtens cloaca, corruptum cadaver, cui anima divinæ auræ particula conſtringitur? torquetur igitur, quamdiu illigata hæret corpori, ſitque propterea Auguſtino recte *diu vivere, diu torqueri.* Quòd ſi per ſingulas univerſi orbis partes

Digitized by Google

poſſemus oculos circumferre, & linceo obtutu penetrare, quotquot ſurgunt ad inſolentem magnificentiam conſtructa ſepulchra, non aliud deprehenderemus, quàm caveas vermium, ſordes putreſcentes, oſſa areſcentia, pulveres ſqualidos, cineréſque pravè olentes. In id incubuerunt homines ſtudij, ut vitæ fugacem brevitatem mortis compenſarent perennitate: id teſtantur monumenta inſigni pompâ exſtructa, erectæ in ijsdem confirmant ſtelæ, pilæ, columellæ, ſurgentes probant ſtatuæ, evincunt id mauſolæa; loquuntur imagines affabrè factæ, oſtendunt cippi, & obeliſci ſepulchris impoſiti: ſed quid aliud hæ molitiones, hæc ædificia continent, quàm vel putrida cadavera, vel oſſa arida, aut inanes cineres. Quin & ipſa monumentorum ornamenta devenuſtantur, opéſque corruunt, labuntur ſtatuæ, decidunt ſtelæ, abſumuntur mauſolæa, delentur imagines, conteruntur cippi, & obeliſci, & ubi olim piramides, & mauſolæa ad inſignem mortis pompam aſſurgebant, mox vepribus, ac dumetis ſepiuntur, & obſcurantur, imò & corrumpuntur: & parentationes eorum qui fato conceſſere, etiam ſculptæ marmore, vel ære fuſo perennitati concreditæ diffugiunt, & evaneſcunt: quia ut ſcitè cecinit Auſonius *mors etiam ſaxis, nominibúſque venit*, ut etiam ſaxa, & in ijsdem ſculpta nomina noſtræ nos moneant mortalitatis, quò detumeſcere diſcamus, omnéſque pravos animi coërcere affectus.

37. Præcocis ſiquidem mortis recordatio pharmacum eſt curandis animi ægritudinibus accommodatum. Ferunt calvariæ cranium in furno areſactum, ac piſtillo in pulveres redactum, oleóque admixto gangrenę, ſphacelo, ac carcinomati feliciter mederi: ſed non arida tantùm mortuorum oſſa, ſed crebra itidem mortis refricata recordatio morbis, quibus per pravos affectus, ac vitiatas concupiſcentias animus noſter laborat feliciſſimè medetur; & quia deſipiunt quotquot depravatis inficiuntur affectibus, & hiſce abigendis nullum aptius alexipharmacum ſeria præmaturæ mortis contemplatione; ideo Plato eò aliquem evadere Sapientiorem cenſuit, quò efficaciùs mortem perpenderet, ejúſque recordationem altiùs animo imprimeret; adeò ut ſuis Philoſophiæ ſtudioſis hanc præ cæteris legem edixerit, ut iter ſemel ingreſſi pedes nunquam operirent, ſignificaturus hoc ritu, vitæ extremum aſſiduè cogitandum eſſe.

38. *Tom 7 anno Chriſti 565.* Refert Baronius Juſtiniano Imperatori mortuo poſitam fuiſſe veſtem ſtragulam, in qua opere phrygio victarum urbium, Barbarorúmque Regnum, quos ipſe debellaverat, erant effigies auro, & ſerico intextæ. An non etiam de ipſis triumphis, victoriiſque mors ipſa triumphat? nimirum ſuperbit ipſa in auro, ut nos detumeſcamus in pulvere; ſplendet ipſa in gemmis, ut diſcamus nos ab umbris illuminari ſepulchri; ludit ipſa in imperijs & æquo pullat pede pauperum tabernas, Regúmque turres, quò in ejus luſu anſa nobis detur lucri. Calipha Rex Tartarorum in urbe Bagada die feſto, cui in illius populi lingua vernacula nomen eſt *Ramada* daturus ſe populo conſpiciendum, comparuit coram populi frequentia, nullis tectus veſtibus auro, argentóque contextis, nulliſque fulgentibus in cidari gemmis, ſed ſupra ciderim ſubnigram geſtavit calanticam, quo quidem ritu omnem corporis ornatum, omnémque ſuperbientis hominis faſtum mortis eſſe tenebris oculendum adſignificavit. Veriùs tamen dixerim, non nigra calantica, ſed ſeria mortis recordatio eſt, quæ humanum compeſcit faſtum, hominíſque coërcet ſuperbiam; ſi enim ſeriò propriæ recordaretur homo conditionis, ſéque præcoci, ac inopinæ eſſe morti obnoxium, & nullam tot inter dubias, variáſque mundi viciſſitudines eſſe ſecuritatem, procul dubio peccandi licentiam omnem coërceret, praviſque ſuis concupiſcentijs, affectibúſque corruptis frœnum injiceret: abſtinet ab omni ſcelere, qui horam omnem decretoriam putat, qui omne momentum timet ultimum eſſe vitæ.

39. Inanes ſunt, quas mente ſpes nutrimus, non tamen in ſua inanitate viribus deſtituuntur, cum adhuc plures in fraudem impellant, pleróſque in medio tollant curſu, quibus extremam ſpoponderant ſenectam. An non plures etiam in ſcelere ipſo mors rapuit? medium ſecuit ipſa crimen, quò plenum daret in gehenna cruciatum: an non plures in ipſo ſceleris conatu abrepti inexpectatos temerarij auſus luerunt cruciatus? An non plures pœnas in gehenna nunquam extinguendas luunt, qui ſuis indulgentes concupiſcentijs mundi ſtuduerunt voluptatibus diffluere? quinimò plures vel in ipſo inchoati ſceleris momento ſcelus ipſum morte clauſerunt, pœnas daturi nunquam finiendas. Quòd ſi non certior eſt uni, quàm alteri hora mortis quis ſibi promittat, non moriturum, vel in ipſo ſcelere, quod perpetrat? Quis ſibi ſpondeat, à pravo, cui adhæret affectu non eſſe in gehennam trahendum? quòd ſi nemo ita deſipit, ut ab ingenti pendulus præcipitio ſcelera meditetur; ſi nemo ita eſt mente captus, ut hoſtibus ſtipatus armatis inermis exhilareſcat; ſi nemo ita eſt à ſana mente alienus, ut ex impetu ſubortæ procellæ è navi in ſcopulum colliſa ſuperſtes tabulæ innixus decumanis innatans fluctibus, & cum morte colluctans cogitet de mundi voluptatibus, quibus adhæreat? quid ni cum non in minore verſemur diſcrimine quotquot hujus fluctuantis vitæ pelagus trajicimus, heleboro indigemus, dementiâ laboramus; ſi portum æternæ ſalutis appellere non fatagimus, ac tumultuantes pravorum affectuum evadere fluctus; qui in nobis agitatam animæ noſtræ

ſtræ cymbam ad naufragium impellunt. Refricata ſeriò, & ſæpius mortis recordatio eſt, quæ tumultuantes in animo pravos omnes affectus coërcet, ſcitè D. Bernardus. *In omnibus operibus tuis memorare tuæ mortis horrorem, judicij tremendi diſcrimen, ardentis gehennæ metum ab oculis tui cordis elongari nullatenus patiaris. Cogita peregrinationis tuæ miſeriam, recogita annos tuos in amaritudine animæ tuæ, & cogita vitæ humanæ pericula. Cogita fragilitatem propriam: & in hujuſmodi cogitatione, ſi perſeveraveris, dico tibi, parum ſenties, quidquid foris tibi videtur eſſe moleſtum*, quia ut ait S. Cyprianus: *Qui ſe quotidie recordatur eſſe moriturum, contemnit præſentia, & ad futura feſtinat.*

In Serm.

40. Quid enim prodeſt tot curis, ac ſolicitudinibus divitias congeſſiſſe, ac diuturnis laboribus officium, & dignitatem comparâſſe, ſi properantis mortis opima fiunt ſpolia. Imperator Severus, cum ſe ſenſim ad mortem properare animadvertiſſet linteum, in quo tumulandus erat, per caſtra conto ſeu ſude levatum circumferri juſſit, & per præambulum præconem edici. *En ex ampliſſimis Regni opibus, quod unicum Severus Imperator ſecum adſert*, quia reliqua omnia, quæ poſſederat, jam amiſerat: hujus mundi fluxis, ac perituris bonis non adhæret, qui brevi dimittenda eſſe cogitat: nec mundi indulget voluptatibus, qui non multum mortem diſtare credit. Refert Radzvilius Princeps Polonus *epiſt.* 2. de ſuo itinere in Palæſtinam, in Ægypto eos, qui prudentiâ, & ætate cæteros anteirent, oblonga mortuorum oſſa, vel ex ebore efficta, vel ex ligno efformata, vel etiam vera ac naturalia etiam hodie circumgeſtare, & cùm ſibi obviant mutuis ſuaſionibus ſe ſe ad præcocis mortis meditationem cohortari, & conſuetudinem inoleviſſe apud eoſdem, quâ ſoleant convivia claudere triſti hoc acroamate *Memento mori*, ut nimirum ex refricata ſæpius mortis memoria nil agant, quod vitij oleat turpitudinem, ſed jugiter honeſtamentis ſtudeant virtutum.

41. Non diſpari ſtudio Martinus Quintus Pontifex maximus hoc voluit ſibi delineari ſymbolum, ut in pyra flammis coruſca jacerent Pontificum tiaræ, Cardinalium galeri, Antiſtitum infulæ, Imperatorum diademata, Regum Coronæ, Ducúmque pilei, ac pleráque alia tum nobilitatis, tum dignitatis inſignia brevi mox arſura accenſa in pyra, addidit ſymbolo lemma, *ſic omnis mundi gloria*, quo indicaret, quàm brevis, & fugax ſit humanarum dignitatum ſplendor, vix enim flammâ conceptâ illuceſcunt, & illicò perduntur, vix poſſeſſa ſplendent, & ſtatim cineſiunt. Felix ille, qui perituris hiſce nullo adhæret affectu, ſed ijs utitur, non quia ſint diu poſſidenda, ſed brevi dimittenda; huic mors non accidit gravis, nec quidquam experitur, quo ab ipſa retrahatur, tales procul dubio fuerunt Anaxagoras, & Socrates, qui cum mortis ſententiam per Nuntios accepiſſent, dicuntur reſpondiſſe: *Jam olim iſtam ſententiam æquè in Judices, atque in nos tulit natura*, & fronte imperterrita à ſerenitate minimè dejecti eâ hilaritate fata ſubierunt, quò ea ut ineluctabilia expectaverant; & ideo veræ ſtuduerunt Philoſophiæ, pravóſque omnes affectus à ſe evellere ſategerunt; præſertim Socrates, qui hominem voluit, à quavis paſſione immunem; ideo hi Philoſophi probè vixerunt, quia mortis memoriam ſibi in quovis loco, & tempore objecêre; nullus enim eſt locus, qui nos tutos à morte faciat.

Sciſcitatus Nauta neſcio quis ut refert Petrarcha à quodam viro nobili, ubinam pater ejus obiiſſet? in mari reponſuit nauta. Cúmque nobilis ille hoc idem de de avo, proavo, atavo, & abavo nominatim quæſiiſſet, reſpondit iterum Nauta ſuos omnes majores eandem exercuiſſe nauticam artem, omnéſque etiam in mari obijſſe. Tunc nobilis ad nautam, & tu, qui maria trajicis in mari mori non times? an tu omnibus tuis eris Anteceſſoribus felicior, qui omnes mare ingreſſi, in mari perierunt? reſponſum nauta diſſimulavit; ſed mox & ipſe nobilem interrogavit, ubinam pater ſuus objiſſet, cui ille ſtatim in ſuo lectulo, tunc nauta non contentus, & ubi ſuus avus, proavus, atavus, abavus, iterum nobilis omnes iſti ſuis in lectulis mortalitatem exuerunt. Tunc nauta, & tu, inquit, adhuc eâ laboras dementiâ, ut lectulum conſcendere non timeas? & tu adhuc audes lectulum majoribus tuis omnibus fatalem ingredi. Coarguit Nauta, quamvis nulla excultus amœniori litteratura nobilem nitentem ei diſſuadere artem nauticæ exercitium, ſimúlque nos edocuit, quovis in loco ſuas nobis inſidias mortem ſtruere, ut inde diſcamus probè vivere, & iugiter invigilare, ne ſomno ſopitos nos Libithina aucupetur. 42.

De remed. utriuſque fortunæ lib. 2. dial. 21.

§. V.

Sepulchralis umbra prælucens eſt fax, virtutum nobis oſtendens itinera, quæ percurramus; & vitiorum præcipitia, quæ declinemus.

NUlla ſplendidior fax nos præire poteſt, ne à rectis declinemus virtutum itineribus, quàm ipſa ſepulchralis umbra; hæc enim quovis ſplendore nitidior, quà ſit eundum, ne pereamus, præſignat; hæc pravos omnes affectus abigit, & probos excitat, & fovet, quibus per honeſtamenta virtutum incedentes, quid in morte timeamus, non habeamus; quia 43.

turpem, & timendam mortem ſola vitiorum fœditas facit: mortem non timemus, ſi vitia timeamus, à quibus & abſtineamus. Sapientis non eſt,[a] mortem metuere, quam effugere nequit, ſed proprium ſapientis eſt nil admittere in vita, cujus illum in morte pœniteat, & ita corpori vitam dare, ut & animæ inferatur, non auferatur; ſicut vitium, & peccatum mors eſt animæ, ita & virtus vita; tunc animæ vitam impertimur, cum per exercitia virtutum eam excolimus; & mortem eidem inferimus cum pravis noſtris adhærentes affectibus, vitijs indulgemus. Mortis neceſſitatem rerum Conditor Deus cunctis impoſuit animalibus, ut ſicut aliquando cœperunt, ſint etiam aliquando interitura: vita nobis non datur, ſed commodatur, quid conqueramur, non habemus; ſi quando ipſi lubet, quod ſuum eſt, ipſe repoſcit.

44. Ex omnibus, qui à mundi conditi exordio ad hanc usque ætatem vixêre, nullum ab hac adamantina lege moriendi, ac ferrea neceſſitate exemit, nec eximet Regium diadema, nec Imperatorium paludamentum, nec vis armorum, nec victoriarum celebritas, nec opum magnitudo, nec potentia amicorum; neque robur corporis, neque animi ſapientia; ſemel quòd humanitatem induimus, hanc neceſſe eſt, exuamus. Quid nos mortales mortis pudeat? naſcimur mortales, & mortales mori dedignamur? & conditionem, quam nacti ſumus vix nati, ægrè ferimus? mortales naſcimur, mortales vivimus, & mortales morimur; non tamen ut moriamur, ſi benè vixerimus, ſed ut ad vitam naſcamur æterna donati beatitate: tunc morientes vitam ſequimur, ſi ita viventes refricatam mortis memoriam nobis objicimus; & ita vivimus, ac ſi ſingulis momentis ſimus morituri. Scimus Imperatorem Orientis recèns ad thronum, & diadema promotum neminem alloqui licuiſſe, quin priùs latomus aliquot diverſi coloris exhibuiſſet marmora inſpicienda, eúmque interrogâſſet, ex quónam genere lapidum juſſiſſet Majeſtas ſua monumentum ſibi conſtrui? Nimirum mortis ſtatim ei memoria excitabatur, ne ſedens in throno ſuperbiret, nec purpurâ indutus, ac Imperatoria chlamyde ſplendens vitijs adhæreret, ſed beneficio refricatæ memoriæ mortis pravos quóſque deponeret affectus, inſoleſcentes omnes coërceret paſſiones, juſtitiam adminiſtraret, non proprijs commodis ſtuderet, ſed bono conſuleret communi populorum; ut ſupercilium non extolleret, ſed mortalem ſe ſciret, séque cognoſceret morti obnoxium.

45. Sandapila humanæ ſuperbiæ reprimendæ, depravatiſque omnibus affectibus coërcendis, morbiſque omnibus animi curandis opportunum eſt pharmacum. Abrahamus cum ex Dei juſſu peregrinatione ſuſcepta, huc, illúcque commearet, nil magis cordi habuit, quàm ubi ſtabilem reperiſſet locum, in quo poſſet ſepulchrum emere, quod ita voluit ſuum eſſe, ut omni jure, modóque illud poſſideret, ídque ut faciliùs conſequeretur omnem pecuniam à venditore deſideratam absque ulla cunctatione adnumeravit, quin et contractus firmiùs ſtaret, teſtes accivit emptionis incolas omnes loci illius. Ratus Abrahamus nil tutius ab homine poſſe in hac vita poſſideri quàm ſepulchrum; hoc duntaxat ex omnibus cum jure hæreditario, vel contractu emptionis acquiſierat; ſolum ſepulchrum voluit proprium ſibi, eò quia proprius ſit hominis locus; & hac munitus mortis refricatione, ita fuit peregrinatus, ut à recto honeſtatis, virtutiſque tramite non deflexerit. Quotquot hoc uſi ſunt collyrio refricatæ memoriæ mortis caligines excuſſerunt ab oculis, cæcitatem abſterſêre, & quò irent, ne caderent ex impetu alicujus pravi affectus, clariùs viderunt; eſt enim mors, quæ ſuis fatalibus umbris facem præfert, ne in vitia labamur, ſed per virtutum exercitia ad vitam promoveamur.

Geneſ. cap. 23.

Idque cùm non lateret Joannem Patriarcham Alexandrinum, qui à profuſis eleemoſynis ſuam traxit nomenclaturam, cum adhuc ſuperſtes eſſet, ac incolumis, monumentum ſibi exſtrui juſſit, non tamen plenè abſolvi, ea tantùm ratione, ut diebus ſolemnioribus præſente Clero, rémque facturus ſacram ab uno ex adſtantibus moneretur, *Domine ſepulchrum tuum imperfectum eſt, jube igitur incboatum abſolvi, neſcis enim, quâ horâ fur veniat.* hac frequenti præcocis mortis recordatione inſoleſcentes omnes affectus compeſcuit, & virtutum ſuprema faſtigia glorioſè attigit, quia nil aptiùs vitæ probæ inſtituendæ frequenti, ac ſeria mortis recordatione; cùm enim ſit mors certa, & hora ejus incerta, convenit, ut paratos nos quovis in loco, & tempore inveniat: ideo enim voluit Deus, ut nobis non innoteſceret mortis acceſſus, ut omni tempore parati ſimus, & ita vivamus, ac ſi momentis ſingulis ſimus morituri: ait D. Gregorius. *Ad hoc autem Conditor noſter latere nos voluit finem noſtrum, diémque noſtræ mortis eſſe incognitum, ut dum ſemper ignoratur, ſemper proximus eſſe credatur; & tantò quiſque ſit ferventior in operatione, quantò & incertus eſt de vocatione: ut dum incerti ſimus, quando moriamur, ſemper ad mortem parati inveniamur.* 46.

Lib. 12. mor.

47. Id cum non lateret Carolum Quintum Imperatorem Imperio ſe ſpontè abdicavit, & regiminis curas in filium Philippum II, Regem Hiſpaniarum jam ævi, animíque validum, tranſtulit omnes; & ipſe in agro Madritenſi in Monaſterio S. Juſti ſe abdidit cum duodecim duntaxat familiaribus Deo vacaturus, & ſibi; interdixitque aliter ſe quàm Carolum ſimpliciter à ſuis appellari, unà enim cum Imperio nomen etiam Cæſaris,

&

& Auguſti dimiſit, ne quidquam retineret, quod mundi oleret faſtum. Quinimò annis pluribus ante abdicatum Imperium Sarcophagum ſibi conſtrui juſſit, unà cum ſunebri ſupellectile deportandum, clangulum tamen quocunque iret, ut per refricatam ſæpius mortis memoriam nullus in ipſo pravus inſoleſceret affectus, quem illicò non coërceret, nec ulla inſurgeret vitiata concupiſcentia, quam ſtatim non compeſceret, ac piè viveret ad normam virtutis; quia ut monet D. Gregorius. *Qui conſiderat, qualis erit in morte, ſemper pavidus erit in operatione, atque inde in oculis ſui Conditoris vivet. Nihil quod tranſeat, appetit, cunctis vitæ præſentis deſiderijs contradicit, & penè mortuum ſe conſiderat: quia moriturum ſe minimè ignorat. Perfecta enim vita eſt mortis meditatio, quam dum juſti ſolicitè peragunt culparum laqueos evadunt.*

48. Hac crebriùs refricata mortis memoria, veluti præſentiſſimo pharmaco curandis animi morbis, corrigendiſque vitiatis paſſionum humoribus peridoneo uſus etiam fuit Maximilianus I. Imperator: is triennio ante mortem capulum funebrem è quernæo ligno arcæ victoriæ incluſum ſecum juſſit circumferri; cavitque teſtamento, ut exanime ſuum corpus rudi involutum linteo abſque ulla exenteratione illi imponeretur, ore, auribúſque vivâ calce oppletis. Id egit Imperator, quò inde crebriùs mortis refricaret memoriam; & hac prælucente face à rectitudine nunquam declinaret. Mente volvebat, quàm fluxæ, quàm inanes, ac vanæ ſint mundi dignitates, & quaſi ſe ipſum alloquens diceret. Ad quid mundi Principes magnis cogitationibus mentem implent, ut ſuas dilatent provincias, amplient dominium, extendant juriſdictionem, multiplicent ſubditos, accumulent divitias, ac mundanis diffluant voluptatibus, ſi pallida mors æquo pulſat pede pauperum tabernas, regúmque turres? moritur ſutor eodem modo, ac Rex. Quem Imperatoria dignitas Maximilianum ſupra reliquos homines elevavit in throno; mors cæteris hominibus æquabit in ſepulchro, & quem tot provinciæ non capiunt, loculus iſte capiet: brevi in hac urna, quidquid magni fuit Maximilianus delitеſcet; totus ſplendor humani faſtigij, ac ſupremæ dignitatis Majeſtas fatalem brevi deſinet in umbram & pulverem. Quàm magnus ſit Imperator, ex hac urna metior, puſilla in cotyla in mundo Maximum capiet, in ipſa Imperator cinis fiet, qui quàm parva ſint in mundo maxima me clariùs ſuis edocet ſepulchralibus umbris. Mentitur mundus principum magnitudinem, cum hâc exiguâ claudatur urnâ; quibus nullus ſuffecerat locus, mox ſufficiet loculus; & ſuperſtes exiguus pulvis quales fuerint, quotquot ſceptra tractârunt, luculentiùs evincet. Principes, Reges, Imperatores in ſepulchro erunt pulvis in pulvere, umbræ in umbra, lutum in luto. Quò parva devenient, ſi magna ſolvuntur in nihilum? in Throno, qui fuit magnus, in urna nihil eric; quem cohortes ſtipârunt armatorum, inermem vermes fulcient, vorabunt; cui Arabia ſuaviores ſuos ſuppeditavit odores; putredo ſuum miniſtrabit fœtorem. Paleæ flamma eſt Princeps, quia perit, dum fulget, & extincto ſplendore ſolus ſupereſt cinis docens, mundana quæque purum eſſe fumum. Hæc cum Maximilianus meditaretur, pravos omnes coërcuit affectus, vitámque inſtituit ad normam virtutum, ut mortalitatem exuens immortalitatem indueret.

49. Vitam veram non aſſequimur, niſi mori diſcamus: eſt enim mors, quæ nos docet, quid verè ſit præſens vita, ſcilicet non tam calamitate ferox, quàm miſeriarium omnium ferax, & celeritate velox: tametſi delabentis temporis pernicitas, ſe ipſam clarè prodat, ſi tamen quis eam feriò cogitet, nil eſſe vitâ hominis fugacius deprehendet: ſive enim currum incitatiſſimum, ſive aquilam volatu perniciſſimam, ſive ſagittam ab arcu emiſſam tendentem ad ſcopum, ſive ſolarem revolutionem, motúſque omnes cœleſtes citatiſſimos perpendamus, adhuc velocior eſt hominis curſus ad ſepulchrum: probant, & quidem jam abſque dubio calculo aſtronomicæ artis Profeſſores fixas in primo mobili ſtellas citatiſſima vertigine ultra decies centena millia leucarum una hora quadragies obire. Profectò non diſpari paſſu vita noſtra fugit: ex quo concepti ſumus eodem curſu ad ſepulchrum rapimur; & quamvis neſciamus, quandónam vitæ noſtræ ſit periodus finienda, nec quando ſit mors nos raptura; ſcimus tamen tam brevi itinere, & tam prodigioſa pernicitate vitam fluere, ut certò ſciamus, non longiùs poſſe mortem abeſſe.

50. Id proprium eſt temporis, motu metiri ſucceſſione partium conſtante, quarum nullam poteſt tempus poſſidere, niſi præcedens interjerit, non enim omnes ſui partes junctim, & ſimul poteſt nobis tempus donare; ſed ſe ipſum nobis dat mancum, mutilum, ac ſemivivum, imò exiguorem ſui partem nobis duntaxat impertitur, quas enim præterjerunt temporis partes, cùm ampliùs non ſint, eas non poſſidemus: quæ venturæ ſunt, cùm nondum ſint, nec illis fruimur; ſitque propterea, unicum tantùm inſtans, & quidem impartibile, ac præſens, quod poſſidemus; imò cùm incipimus illud poſſidere, deſinimus ab ejus poſſeſſione, quia, cùm primùm incipit eſſe, fluit, ac evaneſcit, & ampliùs non eſt. An non ſatui, & inertes ſumus, ſi fuſis habenis properantes ad mortem, ſi citatiſſima pernicitate volantes ad ſepulchrum rectè vivere non diſcamus? ſed filij terræ, ac diſcipuli vanitatis, hanc vitæ non cogitantes brevitatem, experiuntur tamen avolare tempus alia non

vibra-

vibratis, vitam fugere pedibus non concitatis, & comeatum petere mundum, nec verbo quidem prolato; experiuntur abſumi corpora, deficere membra, cadere vires, & hominis gloriam perinde tranſire, ac ſi nunquam fuiſſet, & momento extingui, ac ſi nunquam fulſiſſet; & mortem, ne foribus quidem pulſatis nos aggredi, nobis inſoltare. Brevitas hujus mortalis vitæ nos à quovis affectu, & amore mundi, rerúmque fluxarum prolixiùs avocat, & ad amorem nos vocat illius vitæ, quæ nulli eſt interitui obnoxia, quæque adeò diuturna eſt, ut ſemper ſit, nunquam deficiat: ſeriò nos monet Eucherius, inquiens: *Pro vita, quam diligitis, negotiatione apud vos fungimur, & hanc, quam omnes enixim amatis; inſinuamus, ut ametis æternam*, & nonnullis interjectis ſubdit: *Itaque ſi iſtud, quod tam arctum eſt, placet; placet magis, ſi poteſt eſſe perpetuum: & quod apud nos pretium habet, cùm finem habeat, ſit nobis ſupra pretium, ſi poteſt eſſe ſine fine.* *De contemptu mundi, cap. 9.*

51. Perire, qui timent, hisce non inhæſent perituris, omnem avocant à mundi illecebris affectum, & omne deſiderium ad illam vocant in cœlis vitam, quæ nullum cognoſcit occaſum; quòd ſi hujus mortalis vitæ velimus ſymbola congerere, quæ ejus vel brevitatem, vel vanitatem nobis objiciunt, ſunt hujusmodi ſymbola inanis umbra, fugax fumus, decidens flos, bulla vacua, pulvis aridus, ros antelucanus, ſtilla delabens, ſpuma evaneſcens, iris fallax, ſacculus pertuſus; cereus ſplendens, ſed deficiens; domus magnifica, ſed ruinoſa; dies vernus, ſed in occaſu; torrens pleno alveo diſcurrens, ſed mox areſcens. Sunt ſymbola hujus vitæ fluctuantia maris guttula, accenſæ paleæ damna, texentis aranei tela, ruentis fluminis ſplendor, hydria fracta, vilis ſtipula, herba ſolſtitialis, ſcintilla avolans, vanida nebula, veſſica vento plena, vitrum fragile, folium leviſſimum, filum ſubtiliſſimum, ac brevis fabula. Sunt hujus vitæ ſymbola, poma exteriùs rubentia, ſed intus putrida; fructus ſodomitici, in extima cute variè picti, ſed qui intus nonniſi inanes cinerea continent; & alia ſexcenta, quæ ſolent congeri, ad ejus brevitatem, pernicitatem, ac vanitatem noſtris objiciendam oculis, ſed veriùs, ac rectiùs alij vitam noſtram ſomnium dixere, quod nil habet veri. Eſt igitur vita noſtra, ut cecinit ille,

Somnus, bulla, vitrum, glacies, nix, fabula, fænum,
Umbra, cinis, & vox, ſonus, aura, nihil.

52. Ad hanc igitur devenimus dementiam; ut umbras, quas capiamus, ſequimur: in fluxis verſamur, fluxisque rapimur, & quaſi immobiles hæremus; nulli labori parcimus, ut opes congeramus, honores acquiramus, commoda, & voluptates nobis comparemus, quæ tamen omnia nil ſunt, quàm brevis fumus mox evaneſcens, quàm ſomnium breve, ac ludicrum teſtante Davide. *Pſalm. 75. v. 6.*
Dormierunt ſomnum ſuum, & nihil invenerunt omnes viri divitiarum in manibus ſuis. Quid enim eſt præſens vita, quàm temporis fluxus, ventus præteriens, punctum delebile? Quid ſunt honores, quàm fumus? quid divitiæ, quàm ſpinæ? quid voluptates, quàm venenum; quid vita, quàm bellum, quàm officina miſeriarum, mare procelloſum, imò & fabula, ac comœdia; in qua homines hiſtriones agunt; hic Regem, alius mendicum; plures divitum, ac nobilium perſonas ſuſtinent, & alij ruſticorum; & ficta ſunt omnia, quia quos ſcena diſtinxerat, hos æquat mors; quos impares fabula effecerat, hos Libithina pares in ſepulchro facit, ubi omnes ſumus nuda cadavera, arida oſſa, inanis cinis: neque hujus comœdiæ laus in eo ſita eſt, ut Imperatoris, vel Ducis perſonam quis finxerit, ſed qui benè ſuam partem egerit, hic plauſum habet. *Actorem*, ait Epictetus, *eſſe fabulæ talis, qualis magiſtro probata fuerit, te memento: ſi mendicum agere te voluerit; fac eam quoque perſonam ingenioſè repræſentes: ita ſi Claudum, ſi Principem, ſi plebeum Hoc enim tuum eſt, datam perſonam benè effingere, eam autem eligere alterius.* *In Enchirid. cap. 23.*

Hanc brevem vitam fabulam eſſe, cùm noviſſet Auguſtus Imperator ſupremo vitæ die admiſſos ad ſe amicos percunctatus eſt; ecquid ijs videretur, num minimum in ſcena hujus vitæ commodè transegiſſet? adjecit, & clauſulam apud Suetonium. *Ergo plauſum date.* Laertius etiam in Zenone ſapientem bono hiſtrioni pariavit, qui ſive Therſitæ, ſive Agamemnonis perſonam acceperit, utramque decenter exprimit, & imitatur, & Seneca de comœdia hujus vitæ præclarè ait: *ſæpius hoc exemplo mihi utendum eſt, nec enim illo efficacius exprimitur hic humanæ vitæ mimus, qui nobis partes has, quas (noſtra culpa, & inſita) malè agimus, aſſignavit.* Non igitur penſandum eſt, quid nunc ſunt homines, ſed quid futuri ſint, ubi mors eis larvam detraxerit, & ipſi formam, quam egerunt, depoſuerint. Neque refert, an quis perſonam egerit Principis, vel ruſticelli, ſed an bene ſuam egerit partem, id; ipſi datur laudi. Qui igitur ſeriò cogitat, qualis futurus ſit poſt abſolutam hujus vitæ fabulã ſatagit toto niſu rectam inſtituere vitam, rectèque vivere, quò plauſum aliquem hauriat moriens ob bene actam perſonam, & mortis memoriam crebrò refricians cavet, ne quid inconcinnà agat. 53. *Epiſt. 80.*

§. VI.

§. VI.

Quotquot epularum luxu pravi aluntur, ac foventur affectus naufragi pereunt, etiam in ipſis calicibus ad ſolius mortis objectam imaginem, cujus gelu friget concupiſcentia, & iraſcens tepeſcit appetitus.

54. DUlces voluptates in amara abſynthia vertit mortis recordatio. Epulabatur ſautè Balthaſar Scortis vallatus, voluptatibus indulgens; ſed cum optimates ſuos laxioribus provocaret poculis, & certaret ipſe heluendo, non ſecus, quàm ſi hoſtis ſuper menſam eſſet debellandus; apparent digiti manûs Scribentis in pariete, tunc maximè, cùm ſerveret convivalis luxuria; ſtatim terror ingens invaſit ſpectantes, Regem præcipuè, in quem feralis ſcriptura maximè tendebat; gaudia in triſtitiam tranſiêre; cœperunt convivæ metu impalleſcere, corde trepidare, totiſque artubus contremiſcere: accerſivit Balthaſar Ariolas, Augures, & Aruſpices, prœmia propoſuit arcanas litteras legenti, ac interpretanti, quas cùm plures viderint ex Haruſpicibus, nemo tamen valuit ſenſum componere, nec exponere, donec accerſitus Daniel ſecretorum Cœleſtium conſcius characteres legeret, ac interpretaretur, qui apertè dixit, litteras occulta mano pictas in pariete, nequaquam eſſe vanum oculorum ludibrium, ſed ibi ſcriptam eſſe à Cœleſti Numine decretoriam ſententiam, hiſce verbis, *Mane*, *Techel*, *Phares*, ſcilicet Regis annos ab eo Numine, ſub cujus nutu humanæ decurrunt vitæ momenta, numeratos eſſe; & quæ Balthaſar egit, diſcuſſa, ac veluti in ſtatera librata, ac deprehenſa injuſti ponderis, ſuperante ſcelerum lance, proinde deturbandum ipſum eſſe è throno, expellendum ab aula, ejiciendum è Regno; imò & vitâ privandum, & Regnum Perſis, ac Medis dividendum. Ad hæc totis artubus contremuit Balthaſar, nec habuit, quo ſe verteret, præſertim cum ex immodico vini hauſtu temulentia meliorem ſui partem occupâſſet: juſſit tamen vaticinio licèt ſibi funeſto, promiſſa tribui munera, Danielem interpretem purpurâ veſtiri, aurea torque ornari, & poſt regiam dignitatem tertio haberi loco, eò quia fortâſſis crederet, nonniſi longo poſt tempore hæc eventura, vel quia fortaſſis ſperaret, fore, ut Daniel preces ad Deum funderet, quem ad pietatem flecteret, ac latam ſententiam revocaret.

55. En, viſi, ſimúlque auditâ morte mens tota Balthaſaris, vel in ipſo convivio dum voluptatibus indulgeret, ac delicijs affineret, conturbatur, & in ea turbatione internis affectibus bellum indicitur. *Rex aſpiciebat articulos manus ſcribentis. Tunc facies Regis commutata eſt, & cogitationes ejus conturbabant eum.* Daniel. 4. v. 5. An non præcocis mortis recordatio in pugnam egit inquilinos omnes regij cordis affectus, *cogitationes ejus conturbabant eum*; hoc eſt, quotquot pravos in corde affectus in ſolemni illo convivio nutrierat in mundi voluptates, carniſq; delicias, ijdem quaſi corruerint exanimes, animum Balthaſaris inexpectatâ metamorphoſi è ſummo gaudio ad extremam pertraxêre triſtitiam. Quòd ſi rudis duntaxat præcocis mortis delineatio paucis litteris in pariete picta ſuccuſſat unà cum Rege epulantes omnes, & convivalis licentia non ampliùs phalerna fundit, ſed lachrymas elicit; non dulciaria exhibet, ſed fella miſcet; non generoſiora vina propinat, ſed amariora venena, non viſcera tantùm, ſed & animum corrodentia perfundit; quid dicet, qui mortem præmaturam aſſilientem, ac furentem perſpiciet; qui ægritudine detritus, febri abſumptus, viribus deſtitutus, pallore ſuffuſus jacebit in lecto expiranti ſimilis, ac animam agenti? quid cùm calor vitalis jam intepeſcet, cum mentis vigor deficiet, cùm corporis ſenſus omnia faſtidient mundi blandimenta; erunt oculis moleſtiæ ea, quæ antea placuêre objecta; auribus faſtidium ingerent, quæ antea harmonica inſtrumenta plurimum attulerant oblectamenti; diſplicebunt palato, quæ antea ei fercula arriſerant?

56. Quòd ſi properantis mortis ſola umbra omnes ab intuentibus pravos excutit affectus. Injiciamus, ſi placet, triſtes oculos in lectum funebrem, ex quo nonniſi luctus erompunt, lachrymæ ſcaturiunt, & ubi homo extremo ſenio confectus jacet commune brevi ſoluturus naturæ vectigal, cujus pedes frigiditate, nec marmori cedunt, nec manus nivibus; cujus oculi frequenter in orbem converſi, ac turbidi internam exteriùs indicant procellam, quam mors in vitæ naufragium excitat: extinctus enim pupillarum vigor, frontis pallor, naſi acumen, oculorum offuſcatio, genarum ſqualor, labra contracta, & contremiſcentia, auditus perquam difficilis, vel propè nullus; arteriæ frigidum, irregularem, intermittentem, ac imbecillem pulſum edentes Libithinam indicant ad fores corporeæ domûs pulſantem. An non tetra nobis in ita jacente objicitur mortis imago? cujus frigus omnem noſtram extinguat concupiſcentiam, cujus gelu noſtram refrigeret iraſcibilem? parciùs laſcivirent homines, ſi ſui funeris ipſos non deſereret recordatio. Generoſum bibebat Balthaſar in gemma vinum, ſed in cratere mergi animus cœpit; & in muſti dulcedine amarum quotquot fovebantur affectus in humanas delicias paſſi ſunt

naufragium. Ad mortis recordationem epulanti Balthaſari coturnix mutata eſt in bubonem, perdix in caprimulgum, attagenes in veſpertiliones, ficedulæ in noctuas, phaſianus in ululam, & coturnix in vulturem, qui cor Balthaſaris, veluti damnati Promethei immani morſu diſcerpſit.

57. Ad mortis recordationem à manu ſcribentis in pariete exhibitam, ſtatim in convivio vaſa ſanctuarij aurea dehiſcere viſa ſunt, ut & Pellicea degenerâre in Præficas, ſicut & tota luxuriæ ſcena! io cataſtrophen triſtj metamorphoſi verti furiarum; & ubi Venus adblandiens arridebat, furibunda mox proſilijt Megera, quæ gaudia omnia excuſſit. *Apparuerunt digiti, quaſi manus hominis ſcribentis contra candelabrum in ſuperficie parietis aulæ Regiæ, & compages renum ejus ſolvebantur, & genua ejus ad ſe invicem collidebantur.* Quòd ſi mortis recordatio laſcivientem exanimat in convivio, quid aget in decumbentem, in lecto animam mox acturum? cum ampliùs non ſcribet in pariete, ſed ſæviet in corpore; non ſolis digitis ſcribet in muro, ſed toto brachio ferociet in membra? frigeret quisque, non rideret, ſi ſcribentem contra ſe mortis ſententiam videret; nil ipſi arrideret mox morituro, nihil præ mortis adventu non horreret; & quidquid inconcinni, ac tumultuantis in ſuis ſentiret affectibus tum concupiſcentis, tum iraſcentis animi foliua mortis refricatâ memoriâ, vel coërceret, vel extingueret.

Daniel. 5.

58. Quemadmodum malorum omnium originem, ac fœdam ſcelerum ſcaturiginem præcocis mortis oblivionem dixeris: ita non abs re incitamentum ad ſtudia virtutum, ac radicem bonorum omnium fas eſt, mortis dicas recordationem. Cum Dei nuntius Angelus Abrahamum inviſeret. Dixit: *Benedicam tibi, & multiplicabo ſemen tuum, ſicut ſtellas cœli, & velut arenam, quæ eſt in littore maris. Poſſidebit ſemen tuum portas inimicorum tuorum.* Quaſi dixerit: ſicut nubibus cœli ſydera obducuntur, non obruuntur, & ſol tantùm tegitur, non læditur; ita poſteri tui cœli æmulantes ſydera, ſcelerum nunquam opprimentur caligine: vitia perinde ac nebulæ infra ipſos ſerpent, nec eos inficient; fulgebunt virtutum ſplendoribus conſpicui, & omnes pravorum affectuum nebulas excutient, abigéntque. Quid? quòd Angelus Abrahami poſteros immunes à ſcelerum caligine aſſerat? an & ipſi humanitatem, ſicut & cæteri non induent? an non & ipſi homines erunt, ſicut & cæteri fragiles, inſtabiles paſſionibus, pravíſque affectibus obnoxij? Quid? quòd Abrahami poſteros arenæ æquiparet, quæ in litore eſt maris. Quid fragilius, viliúſque ſabulo? Quid imbecillius pulvere, & arenâ? & tamen in hanc cùm primùm impingunt marini fluctus, detumeſcere diſcunt, ſuóſque decumanos impetus coërcent: ferociunt in obarmatas navium claſſes, quas huc, illúcque exagitant, modò deorſum deprimunt, nunc ſurſum evehunt; nunc in latera expugnant, nunc è prora aggrediuntur, nunc impetu trahunt, quò vel in ſcopulos colliſæ naufragæ concidant, vel diſruptæ maris ſinum ſubeant, vel nonniſi multiplici ſciſſu vulneratæ diſcrimen declinent naufragij, quò ferocientium, ac pugnantium fluctuum recenſeant inſoleſcentes victorias: & tamen decumani fluctus in armatarum navium claſſes debacchantes, eáſque pugnantes, & expugnantes, cùm primùm in litoris pulveres, & arenas impingunt, ſtatim proprium infringunt tumorem, coërcent impetum, refrœnant inſolentiam; perinde pulvis, & arena ſepulchralis, quæ mortis recordationem in nobis refricat, omnes pravos noſtros coërcet affectus: hic enim pulvis, cùm primùm mentem ſubit, detumeſcit ſuperbia, cadit ambitio, languet iraſcibilis, & ad mortis gelu friget concupiſcibilis: Rectè igitur Angelus poſteros Abrahæ cœli ſyderibus pariavit, quæ terrenis nebulis obduci quidem poſſunt, non obrui; tegi, non lædi; quia fœdæ pravorum affectuum nubes poſteros Abrahæ non oppriment, ſed infra ſerpent: ſiquidem mortis memoria contra pravos quosque affectus erit ſcutum, quò retundent impetus omnes utriúſque animi concupiſcentis, & iraſcentis; ſepulchralis cinis erit illa litoralis arena, quæ frœnum injiciet pravia animi paſſionibus, ac inſoleſcentibus contra rationem affectibus.

Geneſ. 27. v. 17.

Quòd ſi quæratur, ubinam Abraham hocce de futura poſterorum virtute oraculum hauſerit, non alibi certè niſi in monte, cum diſtrictum gladium in genu flexum filium evibrare conabatur; cum intentatum etiamnum in Iſaacum nudatum gladium ſtringeret; cum mactati dudum arietis cruor teſtagnaret, cum buſtum adhuc fumaret amputatum, cum ſcena funebris mortis exhibebat caligines, & mortem acceſſebat in filio deſignatam, & pecori jam illatam: nactus tunc fuit Abrahamus tutum victoriæ omen, ſed in cultro feriturâ patris, ſed in pallore morituri filij, ſed in nidore perlitatæ victimæ, in hisce umbris funereis, in hoc mortis pallore Abrahami poſteri ſuos hauſêre nitores, quibus ſummarum virtutum exercitijs ſplenderent: etiam quæ in galaxia nitent ſtellulæ, non lacte imbuuntur, ſed cinere inſperguntur. Nimirum madent ſanguine arenulæ, ut cùm decumanis pravorum affectuum fluctibus confligant, eos profligent. Quis enim prævaricetur mortis intèr funebria inſignia, & falcem inflexilis Libithinæ conſtitutus? 59.

Mor-

60. Mortis recordatio, quam Abraham altiùs impreſſam voluit animo Iſaaci deſtinati in monte ad mortem ſubeundam, eadem in Poſteros transfuſa frœnos injecit pravis omnibus affectibus, qui in poſteros Abrahæ, perinde ac in cæteros homines ſurrexiſſent inſoleſcentes: hæc mortis recordatio Abrahami poſteros cœli pariavit ſyderibus, quæ licèt nebulis obducantur, nunquam tamen obruuntur: neque pravis læduntur Poſteri Abrahæ paſſionibus, quas mortis recordatio infringit, enervátque. Mortis refricata memoria eſt illa marini littoris arena, in quam impingentes decumani proceloſi pelagi fluctus illicò decumeſcunt. Idque fortâſſis etiam cauſæ fuit, cur Iſraëlis populum ex Ægyptiaco famulitio in priſtinam reducem libertatem, & ad meliorem properantem terram ſibi promiſſam voluit Deus, diducto æquore per areſcentes maris arenas tranſire. Moyſes Dux populi, cum ſuam paſtoritiam virgam ſuper ondas explicâſſet, tumentes fluctus facto divortio utrinque ſtantes per maris ſinum, arenáſque areſcentes ſicca aperuerunt Iſraëlitis in maris ſinu itinera: obſtupuit Iſraël, cum primùm mare vidit Erythræum in geminum diviſum latus, utrinque ſe murorum in formam, ac altitudinem erigere; fluctibus ſublimè ſuſpenſis, ſiccam tranſeuntibus viam patere: trepidantem multitudinem præivit Moyſes cum Aminadabo Judææ tribus Principe, reliquíſque horum exemplo certatim ſequentibus.

61. Quid? quòd Deus potiùs duritiem non fuerit marinis undis impertitus, quò earum terga citra ſubmerſionis periculum liberè calcarent proficiſcentes Iſraëlitæ? Cum jura naturæ violanda eſſent ad pleniorem populi gloriam ceſſiſſet, ſi non fatiſcente Erythræo; ſed coaleſcente pelago, fluctus ſuos calcandos exhibuiſſet mare illud intrepidis Iſraëlitarum veſtigijs: ſi D. Petrus accéſſurus ad Magiſtrum ſuper mare, perinde ac præduro ſuper pavimento tutus ambulavit, & fluctus propriæ obliti fluiditatis viſi ſunt, quaſi in lapidem coaluiſſe; cur non etiam hanc Erythræo præduram conceſſerit ſoliditatem, & obduratis fluctibus mare non ſubjecit gradienti populo? Quare ergo dehiſcente freto transvehuntur Iſraëlitæ? *Filij autem Iſraël ambulaverunt per ſiccum in medio ejus*, (Exodi 15.) an quia obdurando contra Ægypti illecebras populo objicienda erat in Erythræi arena mortis imago; mortíſque diſcrimen in fluctibus illis utrinque pendulis? quanta non erat abeuntium trepidatio? cum ſive ſiniſtrorſum, ſive dextrorſum oculos detorquerent, imminere ſibi undique naufragium intuerentur. Voluit Deus, ut hac imminentis mortis trepidatione corroboraretur populus ille contra ollas, & pepones, quibus eſculentis ſuos erat Ægyptus transfugas oppugnatura; quò depravatorum affectuum inſolentiam coërcerent, quò vitiatos affectus compeſcerent diſciſſi Erythræi arena frœnum eis cudit; quia nullum ſedandis concupiſcentijs motibus, coërcendíſque depravati animi affectibus accommodatius frœnum imminentis mortis recordatione; nam & ipſe Pharao quamvis obduratiſſimæ cervicis Princeps, & perfractæ frontis tyrannus, licèt novenis percuſſus plagis, nec latum unguem ſe flecteret, cùm primùm tamen cœpit mors graſſari in primogenitos, ſolo enecti filij cadavere, ita fuit conſternatus, ut non ſolùm populum dimitteret, ſed plena libertate donatum emitteret, imò & pelleret ex Ægypto. *Surrexítque Pharao nocte, & omnes ſervi ejus, cunctáque Ægyptus, vocatíſque Pharao Moyſe, & Aaron nocte ait: Egredimini à populo meo vos, & populi Iſraël itë, immolate Deo, ſicut dicitis. Oves veſtras, & armenta aſſumite, ut petieratis, & abeuntes benedicite mihi.* (Exod. 12.) Ecce ubi Pharaonis pertinaciam flectere non valuerunt geminatæ percuſſiones, ſola mortis imago in enecti filij cadavere confregit.

62. Com primùm mortis refricavit recordationem, omnes ſtatim abegit affectus in propria commoda, ſuóſque ſubditos, ac velnti immemor ſui regni in ingenti illa urbium, gentiúmque calamitate dixit. *Abeuntes, benedicite mihi*, (Exod 12.) ſed cur populum dimittit, quem ſub famulitij jugo tamdiu detinuerat? cor benedictionem exiſtim ab ijs petit, quos duro oppreſſerat famulatu? Quiſanimum valuit obdurati Pharaonis emolleſcere? Quis potuit ejus pervicaciam flectere, & pravos, quos intus nutrierat affectus contra Moyſen, populúmque Iſraëlis, illicò excutere, procúlque abigere? Certè hæc virtus danda eſt ſolius mortis refricatæ recordationi, hæc enim ſola fuit, quæ duritiem inflexit Pharaonis, ejúſque emollivit animum. *Percuſſit Dominus primogenitum Ægypti à primogenito Pharaonis uſque ad primogenitum Captivæ*, (Exodi 12. v. 12.) Sola mortis recordatio triumphavit de tyranno, quem nec Nili latices in ſpiſſum mutati cruorem, neque ranarum fœditas, neque ciniphum plagæ, neque muſcarum exercitus volatu, promuſcide, morſu, linctúque fœdo moleſtias afferentium graviores; neque ulcera graſſantia peſtis, neque grandines inauditæ magnitudinis, fulminúmque diſcuſſu mixtæ, neque locuſtarum innumerabilis multitudo, neque triduanæ tenebræ denſiſſimæ dimovere à ſua valueruot duritie; ſola enim mortis recordatio omnē protrivit in Pharaone duritiem, pravóſque omnes excuſſit affectus. *Oves veſtras, & armenta aſſumite, ut petieratis*, affectus illicò exuit in bona Iſraëlitarum, quibus inhiabat, cùm primùm ſibi in primogenito extincto obji-

In admonit. 6. objicere ſibi mortem deprehendit; quia ni mirum ut ait Cæſarius. *Percutitur hac animadverſione peccator, ut moriendo obliviſcatur ſui, qui vivens oblitus eſt Dei.*

§. VII.

Honeſtè nequit non agere, qui ad mortis ſpectaculum, ſe ſuáſque aſpicit actiones, quas corrigat. Mors nobis oſtendit, quid amplecti, quidque reſpuere debeamus.

63. NUllibi depravati animi errores promptiùs corriguntur, quàm in ſchola mortis, in hac enim docemur, quomodo rectè vivamus, quia mors eſt, quæ nos erudit, nóſque monet, quid amplecti, & quid reſpuere debeamus; honeſtè non poteſt non agere, qui ad mortis ſpeculum, ſe ſuáſque actiones aſpicit, quas corrigat: nullus fidelior eſt morte hominibus Conſiliarus. Quòd ſi prodeſt optimo uti Conſiliario ad negotia ardua, magníque momenti feliciter peragenda, eò quia perſæpe malè ſanus noſter affectus judicium nobis corrumpat, & aliter res interpellat, ac ſint in ſe: ſi oculi paſſionum nebulis caligent, rectè non ambulamus, & paſſim impingentes miſerè cadimus: has caligines, nebuláſque pravorum affectuum mors excutit, abigitque; & veluti prælucens fax recta nobis oſtendit itinera, ne ab honeſtate deflectamus. Quòd ſi Pædagogus deligendus eſt, qui rudes erudiat, nullus morte aptior, corrigendíſque humanis actionibus opportunior. Mortis vox rauca quidem, ſed ſententia clara nos perſpicuè docet, quàm inconſultò caducis nitamur, quàm cæcè fidamus infidis, quàm ſtultè incumbamus fragilibus, hæreamus ruinoſis, fluxiſque adhæreamus: ſcitè Seneca ait: *Morti crediturus ſum, non timidè itaque componor ad illum diem, quo remotis ſtrophis, ac fucis de me pronuntiaturus ſum, utrum loquar fortia, an ſentiam: nunquid ſimulatio fuerit, & mimus quidquid contra fortunam jactavi verborum contumaciam: remove exiſtimationem hominum, dubia ſemper eſt, & in partem utrámque dividitur: remove ſtudia, totam vitam eracta mors de te pronuntiatura eſt: ita dico diſputationes, & literata colloquia, & ex præceptis ſapientium verba collecta, & eruditus ſermo non oſtendunt verum robur animi: eſt enim oratio etiam timidiſſimis audax: quid egeris, tunc apparebit, cum animam ages,* hactenus Seneca. Epiſt. 24.

64. Vera lux malitiæ, ac ignorantiæ depellendis, obſtinatis caliginibus, ac pravarum paſſionum tenebris excutiendis accommodata, ex umbris oritur Libithinæ, quæ nobis oculos aperit, ut abſque fuco videamus, quæ voluptatum lenocinijs irretiti à noſtro procul abjiſſe aſpectu exiſtimabamus: ſi ad ſpeculum mortis perpendamus agenda, nos nunquam pœnitebit factorum: optima mors agendorum Magiſtra, errores priùs corrigit, quàm committantur; nec ſinit, quos ſua doctrina erudit errare. Quos edocet, ipſa manu ducit, ne cadant; ſi animus noſter aliqua laborat ægritudine, præſtantiſſimum eſt ipſa pharmacum morbis omnibus curandis, imò Æſchylus apud Plutarchum *de conſolat. ad Apollon.* mortem vocat Medicum morborum infeſtantium naturam humanam, inquiens: *Mortem, quam iniquè perſequuntur odio homines, malorum cum ſit hæc vel maxima medela multorum:* hæc eſt, quæ ſolâ ſui refricatâ memoriâ morbos omnes animi, ſeu pravos affectiones, vitiatas paſſiones curat, & inſoleſcentes coërcet tum concupiſcibilis, cum iraſcibilis motus omnes, quos ad normam componit rationis.

Quotquot hoc utuntur crebriùs pharmaco deſipere neſciunt, & ſapere diſcunt. 65. Hanc Genebaldus Laudunenſis Antiſtes medicinam adhibuit: ſiquidem inſtar ſepulchri lectulum habuit toto ſeptennio, quo quidem tempore nonniſi ſummis ſtuduit virtutibus, & in magna aſperitate vitam traduxit. Hoc ſæpe hauſit pharmacum Ida probatæ ſanctitatis fœmina: hæc diu ante ſupremum diem feretrum ſibi conſtrui curavit, quod quotidiè bis pane, & alimentis implevit, idem in pauperes bis depitura. Verùm ſicut mortis recordatio ad virtutum culturam optimum eſt incitamentum; ita ejus oblivio nonniſi ad vitia viam ſternit: hæc ut declinemus, mortis ſcholam frequentemus, hæc nos edocet, quàm futilia, ac vana ſint mundi gaudia, quàm fallaces voluptates, quibus nos mundus allicit; quàm noxiæ divitiæ, in quibus accervandis tantum impendimus laboris, & ſolicitudinis. Idque oſtendit Conſtantinus Magnus Ablavio. Fuit hic referente Baronio inter Conſtantini Magni aulicos Princeps, auri inſatiabilis vorago, qui propterea ſæpius aurum cogitavit, quàm mortem; terram ſemper aſpexit, cœlum nunquam. Hunc manu prehenſum affatur Conſtantinus inquiens, quouſque tandem ò bone vir theſauros accumulamus? quouſque fluxis hiſce terrenis inhiamus, cœleſtium obliti? atque ſimul cum loqueretur haſtâ, quam manu tenebat feretri figuram, in terra deſcripſit, ſubjungens: habeas, mi Ablavi orbis totius opes, non majorem tamen poſt funus locum poſſidebis, quàm ego hic tibi hâc haſtâ deſcripſi, ſi tamen tantum terræ ſpatium adhuc ſis occupaturus. Vates fuit Conſtantinus, nam Ablavius fruſtatim Tom. 3. ad annum Chriſti 320. & 90.

diſſe-

diſſectus, nec habuit, quod tumulo daret. Terrenis inſervierat Ablavius, quibus impenſo affectu ſemper adhæſerat; ſed terra nec tumulum, quem nemini denegat, ei conceſſit. Quàm cæci, qui ſuis ut pravis indulgeant affectibus cœleſtis obliti patriæ terræ famulantur, in qua vel divitijs affluant, vel dignitate præfulgeant, vel honoribus emineant: terram excolunt in qua floreant; ſed ſi florent, flores ſunt onius dieculæ, quorum vita, & pulchritudo diaria eſt, oriuntur mane, vigent meridie, moriuntur veſperæ; ſæcula meditantur, qui terræ commodis inhiant, & plerumque brevioris ævi ſunt, quàm flores; inopina mors etiam mane, vel
c. 14. in meridie nos rapit: unde Job. hominem flori æquiparans ait, *quaſi flos egreditur, & conteritur*; quaſi eidem ſit naſci, & mori; incipere & deſinere; vix enim oritur, moritur; ex utero labitur in ſepulchrum; heri ſplendens in thalamo, hodie extinctus in tumulo; vix cœpit hujus lucis frui uſura; & ex luce nonniſi umbras haurit mortis.

66. Verè Jobus hominem florem dixit, & quidem florem fœni, quem tametſi nulla præcox pruina decoquat, neque ſirius canis mordeat, neque turbidus aquilo quatiat, neque malignus vermis corrodat, neque exitialis unguis carpat, neque proſcindens aratrum contundat; per ſe tamen flacceſcit, areſcit, ac occidit. Flos eſt homo ait David, ſed
Pſal. 89. v. 6. qui *mane floreat, tranſeat, & areſcat*: hujus generis flos fuit adoleſcens ille Evangelicus filius unicus matris ſuæ, quem funeſta lethalis cupreſſi umbra corrupit; & quem neque matris lacrymæ, neque matronarum næniæ, nec lamentabile carmen valuerunt à mortis gelu tueri. Floris fuit gemma, quæ in florem, atque fructum expandebat ſe ad orientis ſolis dulce lumen, ſed vel exiguo frigore decuſſa eſt, ſimúlque totius familiæ columen everſum, ac lumen in caliginem verſum. Quàm caduca eſt vitæ poſſeſſio! non indiget ullâ ad lapſum violentiâ, ſed per ipſa concutitur blandimenta; aiebat Jobus: *Homo*
Cap. 14. v. 2. *quaſi flos egreditur, & conteritur, & fugit velut umbra*.

67. Bulla eſt vita hominis, umbræ fuga; quid igitur divitias hic homo congerit, quaſi annos victurus Neſtorios? fluxa eſt auri, argentique poſſeſſio, nos relinquit, etiam nolentes; & cum fluxis hæreamus, fluimus & nos, & quotidie morimur; fluentis noſtræ vitæ luculentum exhibet clepſydra ſymbolum, in hac enim pars ſuperior ſive per ſtillicidia, ſive per pulveres, & arenulas evacuatur, & repletur inferior; ita & vita noſtra ſingulis delabitur momentis, jam fluxerunt qui vitæ noſtræ præterierunt anni; fluunt indeſinenter, qui ſuperſunt, & brevi corporis noſtri pulvis opplebit ſepulcrum. Cæca eſt falcata mors in omnes ſine diſcrimine debacchatur, neque emollitur lugentium lacrymis, neque flectitur dolentium ſuſpirijs, neque movetur ſupplicantium precibus; nec parcit gemmeis Pontificum tiaris, nec aureis Regum coronis, nec ſplendentibus Dynaſtarum purpuris, in omnes æquè graſſatur clamydatos, ac pannoſos; divites, ac pauperes; juvenes, ac ſenes: & quia incertum eſt, quo nos loco mors expectet; ſi ſapimus eam nos in omni loco expectemus; minus feriunt, quæ jacula prævidentur: etiam viri principes in ipſo rerum præclariſſimarum exordio, in curſu gloriæ, & in primo arridentis fortunæ gradu metam repererunt vitæ. An non ſæpe in ipſa victoriarum pompa, in populorum communi applauſu, fluentibus ad nutum rebus mortis inopinæ acceſſus applauſus in nænia vertit, victrices lauros ferales in cupreſſus? An non favente trajicientibus æquora favonio derepente ſuborta procella malaciam abripiens, fluctus excitans, ventos commovens naufragium aperit medio in itinere? Nemini mors parcit, omnes rapit in mare, campo, ſylva, urbe, domo, platea ſcitè Lib. 1. carm. 28.
Horatius

Omnes una manet nox
Et calcanda ſemel via lethi &c.
Miſta ſenum, ac juvenum denſentur funera, nullum
Sæva caput Proſerpina fugit.

Cui ſuffragatus Ovidius lib. 3. ſcribit ad Liviam

Fata manent omnes, omnes expectat avarus
Portitor, & turba vix ſatis una ratis:
Tendimus huc omnes, metam properamus ad unam:
Omnia ſub leges mors vocat atra ſuas.

Ad id nati ſumus, ut moriamur, vita nobis non datur, ſed commodatur; brevi reſtituenda ei, à quo illam accepimus, mortales nos natura conſtituit, humanitatem quâ induimus mimi perſonam acturi in hujus vitæ ſcena exnemos, abſoluta brevi tragicomœdia; idque cum minimè latuiſſet Socratem & Anaxagoram acceptâ per nuncios mortis ſententiâ, reſpondiſſe dicuntur: *Jam olim iſtam ſententiam æquè in judices atque in nos tulit natura.* Nullus naſcitur homo mortalis, quin hanc ſit mortalitatem exuturus. Xerxes belli fulmen, mundi terror, qui maria compeſcuit, montes ſubvertit, regna evertit, urbes expugnavit, ſolóq; æquavit, cum è montis faſtigio inſpiceret ſubjectā planitiem, in qua exercitus caſtra metatus diem agebat ſtationarium fleviſſe dicitur, eò quia poſt centum annos ex tot hominum millibus, neque unus manſurus ſuperſtes fuiſſet, nullus ſuperfuturus; ſed ſi poſſemus & nos ſuper talem aſcendere ſpeculam, ex qua orbem circumſpiceremus univerſum, quot mundi ruinæ noſtri non ſubjicerentur oculis? quot ſolo æquatæ florentiſſimæ olim civitates, ex quibus nonniſi pauca exeſa ſu- 68.

perſunt rudera ; urticis , graminibus ſponte natis , aut ſenticetis obruta ; quot provinciæ ſuis viduatæ principibus , à quibus ſuam hauſerant gloriam ; quot imperia pluries everſa , bello protrita, armis ſubjugata, translato dominio à variis occupata principibus, quorum duntaxat ſuperſtes cinis, ac inane nomen nobis ſuggerunt aliquando vixiſſe? quot gentes gentibus, reges regibus, regna regnis colliſa? Videremus plures torqueri pleuritide, alios æſtuare febri, alios abſumi ægritudine, cinefieri flammis, abſorberi fluctibus , ſauciari gladio, necari ferro, perire igne : & non tantùm Xerxis exercitum , ſed orbis univerſi , homines ſive divitijs affluentes , ſive mendicatò viventes ; ſive dignitatibus præeminentes, ſive abjectione depreſſos ; ſive nobilitate illuſtres, vel ruſticitate obſcuros; ſive honoribus fulgentes, vel ignobilitate abjectos; ſive ſcientiarum encyclopediâ eruditos, vel ignorantiæ caligine cæcutientes, brevi hinc abituros, ac detecturos. *Si de divitijs, & honoribus , & morum nubilitate te jactas* ait Auguſtinus *lib. de natura & gratia, ſi de patria , corpores pulchritudine , & honuribus, qui tibi ab hominibus exhibentur , reſpice te ipſum , qui mortalis, terra &, & in terram ibis. Circumſpice qui ſimilibus fulſere ſplendoribus. Ubi ſunt qui ambiebant ſurrum poteſtatis ? ubi inſuperabiles Imperatures ? ubi ſunt qui conventus diſponebant, & feſta ; & equurum ſplendidi nutritores ? ubi nunc veſtes, & urnamenta peregrina ? ubi ſervorum turba? ubi jocus & lætitia ? ubi exercituum duses ? ubi ſatrapæ, & tyranni ? nonne omnia pulvis, & cinis ? non ne umbra , & favilla? Non ne in paucis verſibus eorum vitæ patet memoria? reſpice eorum ſepulchra , & vide qui ſervus , & qui dominus , qui dives, qui pauper , diſcerne ſi potes ruſticellum ab imperatore . pauperem à rege fortem à debili, pulchrum à deformi. Vide ſi eſt aliquod in eo ſignum jactantiæ ſuæ, memorare utique naturæ ne extollaris.*

69. Naturæ, ſeu noſtræ mortalitatis vult D. Auguſtinus nos memores eſſe; quia pravis omnibus coërcendis affectibus nullum accommodatius frœnum crebra, & ſeria mortis recordatione ; detumeſcit ambitio hoc ſi ſepulchri pulvere inſpergatur ; deprimitur in imum pudoris, quæ prima occupabat dignitatum faſtigia inverecunda ſuperbia, & collapſa conteritur ſi in lapidem impingat tumuli: extinguitur omnis humani faſtus ſplendor ſi Maniumoffendat in umbras ; rigeſcit in gelu quivis inſoleſcentis concupiſcentiæ æſtus ad primum præcocis Libitinæ acceſſum ; friget qui impuro ardet veneris igne niſi ſtipes , vel ſaxeus ſit, ſi crebrò mortis refricet recordationem ; adeo potens eſt mortis ſola memoria pravis omnibus abigendis affectibus , perverſiſque excutiendis animi paſſionibus, ut vel ipſæ voluptates amaræ ſint mortem meditanti.

Delicijs, ac gaudio perfundebatur David; muſica inſtrumenta aures demulcebant, & luxus in epulis totam exhilarabat aulam tum ſuſceptæ prolis occaſione, tum deſponſatæ Bethſabeæ lenocinio. Sed præproperè in mundi delicias excitatos mollis animi affectus boatu ſuo Nathan Propheta Dei nuntius compeſcuit ; effecitque, ut projectis lemniſcis , è Mecho David iterum Propheta ſua in triſti cupreſſo ſuſpenderet organa ; 70.
Et dixit David ad Nathan : Peccavi domino. 2, Reg. 12
An non vox iſta turturis auditur inter upupas ? an non gemit columba corvorum inter crocitus ? quis accipitris fuliginem columbæ demutavit in candorem ? quis pœnitentiæ cultrum Davidi commodavit reſipiſcenti , quo patratum jugularet adulterium? quis lacrymas elicuit , qoibus fœditates abſtergeret , quas cum Bethſabea ſtimulante concupiſcentia contraxerat ? ſi verum fatear hanc piam metamorphoſim objectæ mortis effecit recordatio : *Tulit ovem viri pauperis, & præparavit cibos.* Ibidem.
Iratus David dixit ad Nathan ; Filius mortis eſt vir, qui fecit hoc. Dixit autem Nathan ad David. Tu es ille vir. Ad has voces exhorruit David timore perculſus ; cum ſciret ſe ſuæ eſſe patrem. & matrem mortis , cujus fuerat ipſe author : *tu es ille vir* qui Bethſabeam uxorem Uriæ adulterio corrupiſti ; tu ovem tuliſti viri ſuo addicti obſequio, cujus & ſanguinem fudiſti ; tu tuæ es mortis author, qui hoc feciſti : tum David auditâ præcocis mortis latâ ſententiâ , illicò ſuum fatetur peccatum *Peccavi Domino*, & cum patrati delicti ipſum pœnituiſſet, cæpit cinere coopertus in lacrymas liqueſcere , quibus fœdam elueret , quam contraxerat cum Bethſabea maculam.

Sed cur Nathan objecturus Davidi quod 71.
patraverat adulterium , Bethſabeam raptæ ſupparem ovi edicit ? *Tulit ovem viri pauperis* ; cur non potiùs allegoriâ uſus eſt everſæ urbis, vel direptæ vineæ, aut abrepti monilis , aut ſublatæ nobilis, ac pretioſæ margaritæ ? cur Bethſabeam ovem maluerit vocare , quàm gemmam ? quàm vineam , quàm theſaurum? cur ſaltem racemo eam non pariaverit , cum uxorem viri ipſemet David vitem dixerit ? *Uxor tua ſicut vitis abundans :* Pſalm. 127 v. 3.
aptiùs Bethſabeæ nomenclatio congruiſſet vitis , vel gemmæ: ſed quia nulla Libithinæ in racemo præſignabatur imago ; nullum præcocis mortis in gemma ſymbolum præfigurabatur ; nullum in margarita licèt pretioſiore ob inſignem candorem, ſingularem lævorem, craſſitiem ſingularem funus adumbrabatur ; maluit raptæ ovis uti allegoria ; & quamvis occiſum pecus minus exprimat Bethſabeam adulterantem ; vividiùs tamen mortem exprimit prometitas pœnas minitantem : præproperæ mortis debuit Nathanus refricare memoriam, ut ſui Davidem puderet criminis , ipſúmque patrati adulterij pœniteret , ideóque

què maluit Propheta viti, gemmæque ovem ſubſtituere, quæ fuſo ſuo cruore rubri maris veluti compendium excitaret, in quod depravatæ concupiſcentiæ inſoleſcentes affectus naufragium paterentur, perinde, ac in Erythræo merſæ fuerunt Pharaonis armatæ cohortes: quòd ſi Hebraicus populus incolumis ſiccóque veſtigio Erythræum trajecit, etiam David ad objectam ſibi in ove occiſa mortis recordationem è fluctibus tumultuantium in animo paſſionum emerſit, & ſi non fluctibus Erythræi, lachrymis tamen veri dolotis, quas contraxerat fœditates abſterſit.

72. Plurimum hæc ovis à Propheta Davidi objecta attulit eidem utilitatis; è Pardo ſiquidem ferociente in Agnum transmutavit miteſcentem. Quòd ſi ovem alienam rapuit, eam quidem poſſedit, non quam tueretur, ut paſtor, ſed quam deglutiret, ut lupus; ſed cùm primùm animum ſubijt in mactata ove mortis memoria, omnem exuit feritatem, abſterſit fœditatem, & vitam inſtituit ſanctiorem. Dimicaverat olim David cum Leone, pugnaverat pro grege eruto pecore de ore feræ, ſed mox pecus Davidem eximit à dente tigridis ferocientis, ceu libidinis inſoleſcentis: vices rependit pecus, ne vitio redargueretur ingratitudinis etiam ipſis exoſæ feris. Mortuus jam fuerat pudicitiæ David, ſed cæſa ovis ad vitam eum revocavit innocentiæ, & qui elanguit absque virtutis vigore, ſine ſpiritu ſanctitatis; hac una in ove paratas ſibi epulas invenit, quibus & vires reficeret, & convaleſceret ipſe à lethifera ægritudine: *Tulis ovem, & præparavis cibos.* Ciborum apparatus mortis fuit recordatio, quam cæſa ovis Davidi exhibebat: hoc epulo langueſcentem refecit ſpiritum, & ad vitam ſurrexit ſanctitatis: ſiquidem ſuis hæc ovis velleribus ſe ſpoliavit, quò pœnitentem Davidem cilicio indueret; lactis dulcedinem illi non exhibuit, ſed ex ejus oculis lachrymas elicuit felle amariores, quibus tamen ſordes, quas contraxerat, abſterſit, delevitque.

2. Reg. 12.

73. Quid ni hauſit David, vel ab ipſa morte incæſa ove ſibi objecta ſpiritum vitæ, & è Libithinæ umbris verioris luminis ſplendorem, ac è gelu frigidæ mortis ferventioris ſpiritus calorem: mortis cùm refricâſſet memoriam; venenum, quod in adulterio ebiberat, non absque dolore ſtomachi foras evomuit; & gelidæ mortis memoriâ ferveſcentis concupiſcentiæ æſtus omnes extinxit: quia coërcendis pravis omnibus affectibus nullum ſeria mortis meditatione accommodatius frœnum, quapropter D. Hieronymus ſcribens *ad Heliodorum* ait: *Nihil æquè sibi proficiet ad temperantiam omnium rerum, quàm frequens meditatio brevis ævi, & hujus incerti. Quidquid facies reſpice mortem.* Hanc quoties David reſpexit cœlum ſalubrius, ſibique utilius aſpexit. Pluribus ipſe beneficiis Saulem obſtrinxerat; etenim reverſus Saules ex urbe Galgalorum in Gabeæ ſuæ Regiam Urbem à neſario atræ bilis genio miſerè infeſtatur, cui mitigando de Medicorum, ac familiarium conſilio David adoleſcens accerſitur è gregum cuſtodia, cujus fidium peritiâ, ac lyræ pulſu, ac pſalterij tractatione exagitator dœmon ſopiretur. Adfuit quavis diſrupta cunctatione, & harmonico vocis, lyræque concentu, ſed magis precibus ad Deum fuſis malignos omnes excuſſit humores, animúmque Saulis Regis priſtinæ reſtituit hilaritati, & diſcuſſis, fugatisque triſtitiæ nubibus lætam revocavit ſerenitatem, quâ Regis animus exhilaratus reficeretur. Cúmque malignus Spiritus reverteretur, ac Saulem iterum infeſtaret; conſuetum adhibuit ad eum fugandum remedium, ſeu Davidem, qui lyræ pulſu iterum malum genium expulit, adeò ut itetatione cantûs, harmonicóque lyræ concentu victus ater Spiritus omnino cederet, & à Saule recederet inquilinus ille tartareus.

Verùm quia non caret periculo magna magnis conferre beneficia, eò quia ferens beneficia merita colligit, & fructus meritorum plerumque invidia eſt; ideóque cœpit Saules Davidi adverſari, quem etiam ut ſibi infenſiſſimum perſequi non deſtitit, adeò ut cum tutus non eſſet in urbe ſecurè victurus montium antra, ſylvarum receſſus, ac cavernoſos rupium hiatus petierit: ſed injuſtus perſecutor inſidias ubique fugienti Davidi appatavit, cùm tamen non ſemel inciderit ipſe in manus Davidis. Latebat hic cum ſexcentis ex ſuis profugus in quadam ſpelunca prolixo receſſu, ac obſcuro hiatu longiùs opaca ſolitudinis Engaddeæ: illuc venerat Saules tribus millibus fortiſſimorum bellatorum ſtipatus Davidem è vivis extirpaturus. Fortaſſis naturæ levandæ cauſâ Rex ad os ejusdem ſpelæi ſeceſſit, cúmque David intus Regem vidiſſet, ſibi occaſionem tyranni intetficiendi oblatam ſtatim cogitavit, & à ſuis militibus ad id vehementer incitabatur, quò uno ictu tandem tot moleſtijs, ærumnis, miſetijs, calumnijs, ac injuſtis perſecutionibus finem imponeret: ſuadebant vel maximè ob id occiſionem Saulis, eò quia ipſo jugulato omnium ſaluti conſuleret. David verò variarum paſſionum commotus fluctibus tacitus adſerpit ad Saulem, cui tamen necem non intulit, contentus chlamydis Regiæ particulam reſecuiſſe ipſo non ſentiente; nimirum generoſum Davidis pectus Sauli inimico tametſi pepercerit, fruſtulum tamen chlamydis præcidit, in qua præciſione adhuc aliquid habuit, quod ejus probitas minimè approbavit, fueritque propterea argumentum continentiæ ingentis, doloris augmentum: *Percuſſit cor ſuum David eo quòd abſcidiſſet oram chlamydis Saul.* 1. Reg. 24. v. 6.

Egreſſo

75. Egreſſo igitur è ſpelæo Saule David itidem in apertum progreſſus Regem inclamat, cúmque ad agnitam vocem ſe convertiſſet, ſtuduit David ſubmiſſa veneratione, ac humili obſequio Regis animum mitigare; deinde modeſtè conqueri, eò quia tam injuſtè, ac infeſtè has pateretur perſecutiones, cùm tamen ipſe nil egerit contra Regem, neque intendat ullum eidem damnum adferre, in cujus argumentum ſtuſtulum præciſæ chlamydis Regi oſtendit inquiens: Nihilo majore negotio potuiſſe caput Regis à ſe amputari, quàm Regiæ veſtis præſcindi laciniam. Quibus auditis, aſpectisque Saules obſtupeſcere cœpit, ac illachrymari; lachrymis quidem maduit, ſed crocodilli: ſiquidem non multo poſt Saul iterum æmulationis æſtro agitatus Davidem perſequitur. In deſertum propterea Pharaonis ſeceſſerat David, cùm Saul morte Samuelis projectior in ſcelera, metu reprehenſionis Davidem inſequitur, & ad necem perſequitur. Deſcendit tamen animoſus miles ad Saulis tentorium, tyrannum injuſtè perſequentem interfecturus, ut tandem uno occiſo propriæ, ac multorum conſuleret ſaluti, cúmque fuiſſet tentorium Regis ingreſſus invenit eum ſopore obrutum, ſomnóque immerſum:
1. Reg. 26. v. 7. *Invenerunt Saul jacentem, & dormientem in tentorio*, nactus tunc David citra omne diſcrimen occaſionem hoſtem ſuum è vivis excludendi, ne ſibi, ſuíſque eſſet deinceps infeſtus: nihilominus perpendens Regem ſopore obrutum, ac veluti mortuum jacentem, ne ipſum quidem auſus eſt tangere: potuiſſet, faciliùs, quàm in ſpelæo & caput illi amputare, & clamydem Regiam præſcindere, cùm tamen ab utroque maluerit ſe abſtinere.

76. Quid quod in ſpelæo ſi vigilanti pepercerit Sauli, non tamen ejus condonaverit chlamydi, cui inflicto vulnere damnum intulit, quod Davidem ad pœnitentiam concitavit, in eóque dolorem excitavit:
1. Reg. 23. *Percuſſit cor ſuum David, eo quod abſcidiſſet oram chlamydis Saul*, & tamen in tentorio adeo ſe ſtrenuè geſſit David, ut ipſum nullius facti pœnituerit, eò quia non Regem ſolùm, ſed & chlamydem, reliquáſque Regias veſtes intactas reliquerit? Quòd ſi in ſpelæo abſciſſa Regiæ chlamydis particula Davidem dolore tactum moverit ad pœnitentiam; in tentorio, quia neque Regem dormientem, nec ullam ex ejus veſtibus tetigit, nihilque mali egerit; pharmaco non indiguit pœnitentiæ, quo dolori mederetur. Sed quid cauſæ, quòd in ſpelæo Davidem pœnituerit ſui erroris, & in tentorio, nec leve ullum flagitium perpetraverit, quo temeratam conſcientiam pœnitentia, & lachrymis abſtergeret: æquè in ſpelæo ac tentorio in manibus Davidis fuit perſecutor Saul, in utroque loco ab amicis ad cædem acuitur David, & tamen in ſpelæo licèt vigilanti peperciſſet Sauli, non tamen Regiæ ipſius pepercit chlamydi: & quia nec veſti pepercit, ipſum pœnituit errati: at in tentorio, & Sauli, & ejus veſtibus ſimul pepercit, licèt faciliori negotio in tentorio, quàm in ſpelæo potuiſſet David Saulem interficere.

Quid igitur cauſæ, cur in tentorio & 77.
Sauli, & ejus veſtibus David pepercerit, nihilque egerit, ad quod delendum pœnitentiæ lacrymis indiguerit? hujus diſcriminis cauſam opportunè aſſignat D. Joannes Chryſoſtomus perpendens in ſomno mortem repræſentari, & Davidem tentorium ingreſſum ad mortis imaginem ſibi objectam in dormiente Saule, omnes ſuos ſtatim coërcuiſſe malos affectus in Saulem perſecutorem, iram juſtè excitatam extinxiſſe, nec quidquam ſuiſſe auſum mali in tentorio ad mortis imaginem agere: ſcitè ad rem noſtram D. Chryſoſtomus apud Gloſſam & *in homilia de David, & Saule* ait: *Cúmque David videret, Saulem immobilem, nec quidquam poſſe facere, cum ſuo animo ita locutus eſt: ubi nunc ille furor, ubi tot technæ, tot inſidiæ? abierunt omnia illa, perjerúntque exigui ſomni incurſu, jacet alligatus Rex, cum nihil horum nos nec cogitaverimus, nec perfecerimus: conſpiciebat illum dormientem, ac de morte omnibus communi philoſophatur.* Cùm igitur nulla in ſpelæo objiceretur Davidi mortis imago; nulla refricata mortis recordatio animum ſubiret; quàmvis non peccaret in Saulem, peccavit tamen in ejus chlamydem, quam ferro abſcidit, ut ſaltem aliquo pacto ſuæ ſatisfaceret paſſioni; 21. in tentorio verò objecta ſibi mortis imago in dormiente Saule omnem prorſus compeſcuit pravum affectum, & è magiſtra morte documentum accepit, quo nec leve perpetraret erratum; quo nihil ageret, cujus ipſum pœniteret: longè honeſtius ſe David geſſit coram mortis imagine, cujus frœno increbeſcentes fluctuantis animi ob commotas paſſiones coërcuit aſſultus; quia seriò perpendenti præproperam mortem, niſi ſaxeus ſit, neceſſe eſt ſtimulos præſentiat pietatis, & à quovis abſtineat delicto: Si noſtros ante oculos mortis ſemper obverſaretur imago, & omnia noſtra ſic diſponeremus, ac ſi Libitina noſtræ domûs fores jam pulſaret: quàm ſanctè, quàm piè noſtra inſtituerentur negotia, quàm caſtæ, quàm rectæ noſtræ eſſent cogitationes, & actiones; perinde ſplenderet vita noſtra radijs circumfuſa virtutum, ac in cœlis ſydus nullo contectum caliginoſo vapore.

❀ (o) ❀
❀

§. VIII.

§. VIII.

Nullus homini fidelior conſiliarius vitæ occaſu, ſeu refricata ſeriò mortis recordatione; quâ ex occaſu oritur illuſtrior virtutum circumfuſus, ac ornatus nitoribus.

78. *Matth. 13.* CHriſtus Juſtos æquiparat ſoli meridiana luce coruſco: *Fulgebunt juſti ſicut Sol*: ſed ideo matutinos ſuos ſpargit Sol radios, & gaudium excitat, totámque exhilarat naturam, quia è feralibus ſui occaſus umbris emergit: nimirum mortis ſuæ funera in cauſa ſunt, cur ſydus lætius nobis manè fulgeat: quàm bellè juſti ſoli pariantur, *fulgebunt juſti ſicut Sol*, quia & ipſi è funeris umbris ex perpenſæ mortis caliginibus, nitidiores ſuos hauriunt virtutum radios, quibus fulgeant ſicut Sol. Veræ virtutis ſplendor ex umbra emergit ſæpius perpenſæ mortis. Fulget pleno jubare ſuo Sol in meridie, ſed hoc luminis incrementum ex mortis oritur præſentia imminentis occaſus: cùm primùm enim planetarum hic princeps ſuum attingit meridiem minitantem ſibi occaſum intuetur, cúmque ſe ſepulchro approximare cognoſcat ardentes etiam flammantis quadrigæ temperat æſtus, moderatur gradus, ut in virtutis deligatur exemplar. Pulchrè S. Zeno Veronenſis: *Fidelis ſemper, atque intrepidus ad ſepulchrum noctis cognatæ contendit, ſciens in ipſo ſe habere, quod vivit.* *Serm. de reſurrect.*

79. Suos dirigit fidelis, ut Sol oculos in occaſûs ſepulchrum, mortis imminentis recordationem haud oblitetat, ſed vividiùs refricat: imò contendit intrepidus ſciens de mortis recordatione habere, quòd ſecuriùs vivat, & quòd nitidiùs ſplendeat: quod enim oriatur Sol, ſuóſque redordiatur gyros, & jugi vertigine ubíque terrarum ſplendeat, hocce beneficium occaſui debet, mortiſque recordationi; non oriturus, niſi priùs eſſet moriturus, ſuos non delegaturus nitores, niſi umbras præmiſiſſet ſuæ mortis, ſuique occaſus: perinde ut fulgeant juſti ſicut Sol, opus eſt ex mortis umbris ſuos hauriant nitores, quatenus ex mortis recordatione ad exercitia excitantur virtutum, quibus ſplendent & ad perfectionis promoventur faſtigium: creſcit enim juſtus incremento virtutum, ſi ad mortem ſuum dirigat curſum, & rectiùs vivere ſemper diſcit, ſi mori cogitet. Fulgebunt juſti ſicut Sol, quia ſicut Sol intrepidus ad mortis tendit ſepulchrum, ita juſtus mortis non timet acceſſum, nec vitæ occaſum, quia crebriùs per refricatam ejuſdem memoriam ad ipſam accedit; de occaſûs enim memoria rectus dirigitur curſus ad ortum æternæ vitæ, ubi nullus ampliùs timetur occaſus, ideóque ut ait D. Zeno. *Fidelis ſemper, ſemper intrepidus ad ſepulchrum noctis cognatæ contendit*, juſtus è ſepulchro ad ſanctiorem conſurgit vitam, & ſepulchrales inter umbras clariorem enanciſcitur lucem, cujus beneficio, quà ſit eundum, ne erret, clariùs videt; Sol quia occidentis nunquam oblitus, nunquam à recto deflectit tramite, curritque nunquam devius; & vir juſtus prælucente mortis recordatione nunquam devius, rectas ſemper perambulat virtutum vias, & mortis frœnum inſurgentibus animi tum concupiſcentis, tum iraſcentis pravis affectibus injiciens, omnes ſuos actus ad normam componit virtutis: quia frœnandis, coërcendiſque deviantibus animi paſſionibus nullum aptius frœnum ſetiâ, ac crebrâ præptoperæ mortis recordatione, cujus ſepulchralis umbra lux eſt clariſſima, quæ errorum præcipitia, ut declinentur, oſtendit, & à fallacibus retrahit cupiditatum præſtigijs.

80. Quòd ſi Princeps planetarum inſito ſuo lumine coruſcans, ideo à recto nunquam deflectit tramite, quia mortis memor ad occaſum ſuos jugiter obtutus dirigit; perinde juſti fulgent ſicut Sol, ſi Libitinæ funerea umbra præeunte ita agunt, ut ad occaſum vitæ ſuos dirigant greſſus, hac præambula mortis umbra à rectitudine honeſtatis nunquam devij, rectè ſemper incedunt, neque à vero deflectunt tramite. Idque cauſæ fortaſſis fuit, cur perducturus Deus Iſraelis populum rectis, ſecuriſque itineribus ad promiſſionis terram felicitatis feraciſſimam, præambulam nubem populo objecerit, juſſerítque nubem ex terrenis exhalationibus, ſeu mortis ſymbolo congeſtam præire proficiſcentem populum, eique recta præmonſtrare itinera: *Dominus præcedebat eos ad oſtendendam viam per diem in columna nubis, & per noctem in columna ignis.* *Exodi 13. v. 21.*

81. Cùm nil ampliùs eſſet, quod Hebræos Ægyptiaca ſervitute compeditos in illo detineret famulitio, imò & Ægyptii ad diſceſſum impuliſſent, ſe in viam lætitia perfuſi dedêre. Prima agmina puerorum erant, ac mulierum, ſenióque confectorum. Sequebantur deinde plusquam ſexcenta millia robuſtorum in prælio virorum, quini per ſeriem, ordinémque militarem incedentes qui prolixiſſimum deſcribebant inceſſum. Medium agmen impedimenta receperat, in quibus, & greges erant, pecorúmque armenta, ſimul ac jumentorum: expeditionem claudebat, promiſcuæ multitudinis innumerabilis propemodum exercitus, adeo ut ad vicies centena millia aſcendiſſe turbam omnem abeuntium haud abſurdè arbitrentur ſacræ paginæ interpretes: & ex eo vel maximè læto animo, vultúque hilari iter populus ille arripuerat, quia à tergo nonaginta trium annorum duriſſimam ſervitutem relinqueret; & à fronte ampliſſimam libertatis januam apertam ſibi videret. Proficiſcentem populum exhilarabat in primis nubes lucida denſa, quæ in columnæ altiſſimæ ſimulacrum erecta, divinitúſque directa præibat, viam præſignans, quà eundum

eſſet, quæ ſplendente die ſole pellucido candore conſpicua erat temperamento ſpiſſitudinis cunctis objecta; & veſpere flammante fulgore ſplendida tetricos excutiebat cæcutientis noctis horrores, umbráſque fugabat, ſimúlque per invia deſerti populo recta ſignabat itinera. Sed cur noluit Deus Moyſem potiùs præire populum, cujus Dux ipſe erat? vel cur Angelum potiùs non miſerit prolixi illius itineris Ducem? vel cur alio ſaltem viſibili ſigno tutam proficiſcenti populo non monſtraverit ſemitam? cur maluerit nubem terreſtribus halitibus congeſtam populum præire, ſemitáſque deſignare? Nemo eſt, qui ambigat, necis Servatoris Chriſti imaginem auguſtiſſimum eſſe Euchariſtiæ Sacramentum cum Apoſtolus ipſe ſcripſerit: *quotieſcunque manducabitis panem hunc, & calicem bibetis mortem Domini annuntiabitis.* (1. ad Corinth. 11. 26.) Nubem verò, quæ proficiſcentem populum præibat; ſymbolum Euchariſtiæ fuiſſe, ac dominicum Sacramentum teſtatur Drogus inquiens: (*Lib. de Sacrament. domin. paſſion.*) *Quæ eſt nubes, quæ præcedit veros Iſraelitas niſi veriſſimum, ac ſanctiſſimum corpus tuum, quod in altari ſumimus? Hanc nubem totus exercitus tuus ſequitur Domine Rex Sabbaoth; qui autem non ſequitur eam, in tenebris eſt, & in tenebris ambulat, & neſcit, quò eat, relucet enim de hac nube ſemita, quæ ducit ad vitam, ſemita humilitatis, & patientiæ, ſemita manſuetudinis, & miſericordiæ.*

82. Poterat quidem Deus ſigno alio ſenſibili populum ſuum per invia perducere deſerti; poterat Angelum miſiſſe, qui equo inſidens populum præiret, ac itinera præmonſtraret; poterat etiam delapſam è ſummo cœlo ſtellam delegâſſe, quæ ſuo ſplendore noctis vinceret tenebras, umbráſque excuteret, & recta ſignaret itinera, & interdiu albeſcente quodam nitore, quà eundum eſſet præſignaret; ſed à ſignis iſtis abſtinuit Deus, & ſolam nubem oculis objecit proficiſcentium, quo per jugiter refricatam mortis recordationem non ſineret populus ſe deliciarum irretiri lenocinijs, neque cupiditatum detineri illicijs, quibus à recto tramite deviaret: eſt nubes ex terrenis congeſta halitibus noſtræ ſymbolum mortalitatis, cùm ex terreno pulvere ſimus & nos compacti. A mortis igitur imagine addiſcebat populus recta perambulare itinera, nec ſinere ſe deliciarum lenociniis trahi à recto tramite, ac tutè ambulavit populus diu, noctúque per deſertorum anfractus, quia à mortis ſymbolo nunquam avertit obtutus: inſurgebant interdum iracundiæ motus, ſed prævia nubes exercitium edocebat patientiæ: æſtuabant inſoleſcentis concupiſcentiæ cupidinei affectus, ſed mortis recordatio, quam prævia refricabat nubes, frigidæ Libitinæ gelu eos extinguebat: depravatæ in animo paſſiones tumultuabant rebellantes contra dominium rationis, ſed nubes præambula mortis objectans imaginem tumultus omnes ſedabat: perverſa deſideria animum ad voluptatum trahebant lenocinia, ſed mortis objectum ſymbolum, quod in præeunte fulgebat nube ea ſtatim coercebat, ne à recto deflecteret populus itinere: timor, pavórque populum à ſubeundis laboribus, difficultatibúſque ſuperandis in itinere retrahebat, ſed timorem omnem excutiebat, viréſque addebat, quæ in præambula nube mortis prælucebat imago, quæ ad exercitium tolerantiæ, & patientiæ proficiſcentem populum hortabatur: omnia patienter perfert, adverſa quæque læto, quóque animo tolerat, qui vermium morſus ſe in ſepulcro toleraturum, recordatur: intumeſcebat prava ambitio, ſed pravum omnem tumorem prævia nubes ſepulchralis pulveris recordatione longiùs abigebat: divitijs, ijsdémque affinibus vitijs inhiabat per corruptas concupiſcentias pervicax populus, ſed à vitijs, divitiiſque animum retrahebat, quæ in præambula nube populo objiciebatur mortis memoria: neque ullus eſt ſani judicii, qui plurimi divitias faciat, ſi mortis ſpectaverit inopiam: erigebatur multiplici faſtu inſolens ſuperbia, ſed nubes viam ſtatim oſtendebat demiſſionis, dum putridos cineres ab omnibus conculcandos oculis æquè & memoriæ ingerebat. Non igitur Deus facem præmiſit criſpato ſplendore corniſcam, quæ proficiſcenti populo recta oſtenderet itinera; non Angelum juſſit equo inſidentem populum præire; non ſydus delegavit, quod rectos tramites perinde ac Regibus Magis præmonſtraret; ſed nubem ad id munus obeundum deſignavit, quia de mortis memoria rectus dirigitur curſus, & de curſus rectitudine nulla timetur ad illicita deflexio, quia ut ſcitè D. Gregorius: (*Lib. 19. Moral.*) *Qui conſiderat, qualis erit in morte, ſemper pavidus erit in operatione, atque inde in oculis ſui conditoris vivet. Nil quod tranſeat, appetit, cunctis vitæ præſentis deſiderijs contradicit, & penè mortuum ſe conſiderat, quia moriturum ſe minimè ignorat. Perfecta enim vita eſt mortis meditatio, quam dum juſti ſolicitè peragunt culparum laqueos evadunt.*

Suos Magiſter Chriſtus inſtructurus 83.
Diſcipulos contra mundi pericula, voluptatúmque lenocinia, voluit eorum lumbos baltheo adſtrictos caſtitatis, manúſque fulgentibus ornatas lampadibus, ut luminis armatæ ſplendoribus omnes excuterent vitiorum umbras, & caligines: *ſi venerit in ſecunda vigilia, & ſi in tertia vigilia venerit, & ita invenerit, beati ſunt ſervi illi.* (Luc. 12. v. 38.) Curioſiùs perquirunt ſacri Interpretes, cur primæ non meminerit, & quartæ vigiliæ? reſpondet præ cæteris Drogus Hoſtienſis: *de Sacramento dominicæ paſſionis* nullam tactam fuiſſe primæ, & quartæ vigiliæ mentionem, quia pueritia nondum rationis particeps concupitos ex mortis recordatione

fructus

Digitized by Google

ſtuctus legere non valet: & extrema ſenectus, quæ in quarta vigilia adumbratur, morti nimis proxima opus non habet mortis recordatione, cum Libitinam laxiori paſſu videat ad ſe accedentem. Hinc etiam Chriſtus in horto Getſemani cum bis ſuos è ſomno excitâſſet diſcipulos: *Venit iterum, & invenit eos dormientes*, cùm poſtea tertiò acceſſiſſet, non ampliùs vigiliam eis ſuaſit, ſed quodammodo ſomnum permiſit, *dormite jam, & requieſcite, ecce appropinquat hora*; nimirum ironicè ſomnum eis permittit; cùm ſciret appropinquante necis horâ oculos licèt ſomno gravatos deſidiam excuſſuros omnem, ut & pectora ignaviam depulſura, cum mors inſtaret, quæ officio fungitur excitatoris: imminente ſiquidem morte, nec deſidia dormire valet, nec conquieſcere ignavia, ſed ad præcocis acceſſum mortis, ſi ſaxeus non eſt homo, nec gelu frigidior, omnem à ſe deſidiam excutit, omnémque abigit ignaviam, ſibíque invigiliat, ne ſomno ſopitus rapiatur; ait Drogus: *Venit in ſecunda, & tertia vigilia, ſed beatus ille ſervus, quem tunc invenerit vigilantem: jam primæ, & quartæ vigiliæ nulla fit mentio; quia nec primæva ætas ſenſum recipit vigilantem, nec extrema ſenectus ſpem prolixiùs dormiendi.*

Matth. 26. v. 43.

Loco cit.

84. Quartæ igitur vigiliæ ideo nulla fit mentio, quia ultimâ confectos ſenectâ, mortique proximos ſomnus non ſopit, cum mors non patiatur etiam ignavos dormire: cùm tunc non multum mors diſtet, ſatis ſuo gelu torporem omnem excutit, ſomni ac quietis deſiderium coërcet, & timorem mors frigida ingerit, quo trementes potiùs, quàm dormientes conſtituit ſenes. Tametſi dormire pueritia in utramvis ſinatur aurem, eò quia ſenſum non capiat vigilandi; ſenectus tamen dormire prolixiùs non permittitur in quarta vigilia: diviſam olim fuiſſe totam noctem in quatuor vigilias, quarum ſingulæ quartam continebant noctis partem, nemo eſt, qui neſciat; & quemadmodum hujuſmodi vigiliæ quatuor adumbrabant hominis ætates; ideo ultimæ vigiliæ nulla fit mentio, neque hortantur, qui in quarta vigilia exiſtunt, ut ſomnum à ſe excutiant, quia ſenectus ipſa omnem abigit torporem, ſomnúmque excutit, cum brevi ſint ſenes morituri: ſenectus enim ipſa de vicino mortis acceſſu, déque vitæ exitu ſatis ſenes admonet: & mortis proximitas ſicut hoſtes tartareos inciiat, ut acriùs tentent; variiſque pravis affectibus mox animam acturos pulſent, quò anteactæ virtutis curſus interrumpatur; perinde ſenectus, quamvis non loquatur, vivida tamen eſt admonitio, efficax adhortatio, ne quem peregerunt virtutis curſum ſenes intermittant, ſed in cultura perſiſtant ejuſdem, ut rectâ, probâque clauſulâ vitæ fabula finiatur, vicinúmque æternitatis negotium peragatur.

85. Adeo efficax eſt hæc ratio, adeo ſenes urget; quò illi ad vitæ novitatem juveneſcant, & interruptam virtutem reſarciant, antiquatam vitæ probitatem noviter reſtaurent: quòd ſi in reliquis humanæ vitæ ætatibus mors eſt incerta, ut & locus, in quo nos manet; in ultima tamen ſenecta, non ampliùs eſt mors dubia, ſed certiſſimè eſt proxima; ſcitè Hugo *de clauſtro animæ. Tres ſunt nuntii mortis, Caſus, Infirmitas, ſenectus. Caſus nuntiat mortem latentem. Infirmitas apparentem, ſenectus præſentem. Ex hac incertitudine mortis timor, ex infirmitate dolor, ex certitudine ſenectutis non obſtinatio, ſed humilitas, & afflictio ſequi debet.* Ubique ſuas vitæ noſtræ nectit Libitina inſidias, ſed in extrema ſenecta jam nos tenet, velut illaqueatos, nec diffugere prolixius inde poſſumus: ut inde diſcant ſenes ſanctiùs vivere, virtutum ſtudio ſplendeſcere, & pravos quoſque affectus tam concupiſcentis, quàm iraſcentis animi exuere: mortem jam jam pulſantem fores noſtræ domûs, ſeu corporis noſtri per defectionem virium, extinctionem naturalis caloris, corruptionem humorum non timent ſenes, ſi probè vixerint, quia mors bonis non nocet, quamvis ſubita rapiantur morte; imò neque ſubitò moriuntur, qui ſemper ſe morituros cogitârunt, quia cùm priùs moriantur ſibi, ſuiſque pravis affectibus, mundique deliciis, ac voluptatibus, vivere tunc incipiunt, cùm moriuntur, & ſive ferro immolentur, ſive à feris lacerentur, ſive flammis abſumantur, ſive fluctibus immergantur, ſive quolibet alio infortunio moriantur, ſemper pretioſa eſt ſanctorum mors in conſpectu Domini. Ut vivere quis in morte incipiat, mori diſcat in vita: non quòd vitam debeat ſibi adimere, ſed ut mundi lenociniis, carnis concupiſcentiis, voluptatum illiciis renunciet, & pravos omnes affectus fræno præcocis mortis, ejùsque refricatę crebrò memoria ita coërceat, ut iiſdem ſit penitus mortuus.

Lib. 2.

§. IX.

Ubique & quovis tempore vitæ hominum mors inſidiatur, quo ſemper cautè, & probè vivamus, pravos omnes compeſcentes affectus, ac virtutum exercitio incumbentes.

86. AUcupio videtur mors delectari, ubique locorum ſua expandit retia, laqueos inſtruit, foveas aperit, viſcatóſque bacillos diſtribuit, ut nos capiat: eſt enim hominis vita adeò imbecillis, ut facilè in mortis inſidias incidat, & in lapidem impingat ſepulchri; quid enim hominis vita fragilius? quæ comparari ſolet marino fluctui, ſpumæ humeſcenti, telluris exiguo vapori, matutini aëris gracili nebulæ, quæ in ipſo ſæpe ortu diſſipata evaneſcit: eſt vita homi-

hominis vitro ipſo fragilior, nec ictu indiget, ut conteratur; eſt aurâ levior, quæ vix efflat, & tranſit; imò ſe ipſam etiam impugnat, expugnátque alieno non indiga aſſultu, cum proprio proſternatur; ipſa hoſtes fovet, quibus expugnatur: ſunt enim quatuor in humano corpore humores, qui inter ſe ſe oppoſiti jugem ineunt pugnam, à qua non ceſſant, donec vitam hominis expugnent, quæ propterea ijsdem, quibus nititur fulcris prægravatur, & quibus coaleſcit ætatibus, ac creſcit, ijsdem decrementum ſubit, & decreſcit: imò omnis dies omnis hora, momentum quodvis quid ſimus, nos edocet; fluunt hominis ætates, dilabuntur anni, avolant dies, & vita hominis quaſi fulgur ſplendet, & extinguitur; oritur & moritur: argumenta noſtræ fragilitatis abundè ſuppeditant quotidiana exempla morientium, æquè in adoleſcentia, & juventute, ac extrema ſenecta; mors ſuo gelu vix emergentes flores adoleſcentum decoquit; ſua falce annoſas ſenum quercus proſcindit, proſternítque in humum; ſuo telo juvenes interimit, qui dum robuſta ad ſpeciem vigerent valetudine, inopino morbo correpti ſunt: quot divitijs affluentes, ac delicijs diffluentes in ipſo vitæ meridie præcocis mortis repererunt occaſum? quot hujus mundi addicti voluptatibus dum proprijs adhærerent concupiſcentijs, dum mundi gaudijs afficerentur repentino morbo infecti, vel in ipſo fucato mundi gaudio luctum fuerunt mortis experti? quot qui dum cogitarent craſtinum, nec hodiernum

Epiſt. 101. conſummârunt. *Quàm ſtultum eſt*, ait Seneca: *ætatem diſponere: nec craſtino quidem dominamur. O quanta dementia eſt ſpes longas inchoantium! emam, ædificabo, credam, exigam, honores geram, tum demum laſſam, & plenam ſenectutem in otium referam. Omnia mihi crede etiam felicibus dubia ſunt: nihil ſibi quiſquam de futuro debet promittere, id quoque, quod tenetur, per manus exigit, & ipſam quam premimus horam, caſus incidit. Volvitur tempus, rata quidem lege, ſed per obſcurum.*

87. Nulla eſt nobis hora certa præpropera mors ubique nobis inſidiatur, & tamen ita vivimus, ita mundo hæremus, ejúſque commodis inhiamus, ac ſi nunquam ſimus morituri; plura in futurum diſponimus, qui tamen ſpebus ſtultiſſimis decipimur. Eſſet malum hoc noſtrum etiam quodammodo toletabile, ſi juvenes tantùm viribus bene valentes, corpore probè vegetos, ætate ritè florentes ſpes prolixioris vitæ teneret; ſed quod prorſus intolerabile eſt, quòd etiam ſenes, non de ſepulchro ſibi conſtruendo, ſed de domo ædificanda cogitent. O miſeram ſenum ſortem! quibus quò minus ſupereſt viæ, amplior de viatico, & manſione eſt cura; quò minus habetur in lampade olei, diuturniores ad eam inſtituunt vigilias, quibus & negotia inchoata abſolvant & opera incepta ad optatum perducant finem, & ſpiſſos libros componant; cùm tamen extinguenda mox vitæ lucerna ſingula inchoata abrumpat. Eſt morbus iſte, qui etiam ſenes inficit, & quos jam gravia annorum pondera deformiter in humum incurvârunt: tametſi ſepulchrorum ſint potiùs pabula, quàm mundi incolæ; adhuc tamen adeo inſanis incumbunt incertorum ſtudiis, ut nil de proximo cogitent ſepulchro, ſed de domo conſtruenda, de pretioſa ſupellectili comparanda, de honoribus acquirendis, de divitiis coacervandis.

Licèt hoc vitio non eſſet Joſue contaminatus, hujus tamen veritatis eſt aſſertor 88.
irrefragabilis: provectiſſima ipſe premebatur ætate; non tamen quæ ſui officii erant, ijs manum imponere cogitabat, ac ſi mors adhuc multum diſtaret: admonuit eum Deus, ut à Manubiarum tantiſper acquiſitione ceſſaret, terrámque æqua partitione divideret: *Joſue ſenex, provectæque ætatis erat: & dixit Dominus ad eum: ſenuiſti, & longævus es, terraque latiſſima derelicta eſt, quæ nec dum ſorte diviſa eſt. Et nunc divide terram.* Monet Deus Joſue, ut cùm ſit jam ſenio confectus, ſui non obliviſcatur officij, ſed terram dividat, ne ſi in craſtinum protrahat opus, ampliùs non valeat ipſum inchoare, cùm mors inopina non ſinat in craſtinum vitam perducere, ut explicat Abulenſis inquiens: *Eſt ſenſus quia homo es multorum annorum, & citò morte ris, debes dare operam, ut diviſio hæc citò expleatur, ne priùs tu moriaris.* Nimirum laxiſſima ſupererat terræ portio ſorte rationabili tribubus diſtribuenda: cúmque Joſue vitam ad extremum usque ſenium protraxiſſet, & jam abſoluto curſu ad occaſum properaret; neque de hac cogitaret telluris partitione, quin potiùs ad ulteriora ſe diſponeret certamina, pluréſque alias exambiret victoriarum demetere in Mavortis campo palmas, Numinis indiguit admonitione, ne ampliùs de acquirendis victoriis cogitaret, ſed de terra dividenda, & morte ritè obeunda. Hæc eſt humana conditio, quâ homines licèt ultimo ſenio confecti, quamvis annorum ponderibus preſſi incurventur ad ſepulchrum, adhuc fluxis hiſce adeò tenaciter adhærent, ac ſi nunquam eſſent hinc abituri, vel in ultimo vitæ occaſu phœnicem eſſent imitaturi, & de ipſis Libitinæ cineribus triumphantes, ſe ipſos ad novam juventam parerent: vel adhuc Neſtorium in ævum eſſent vitam protracturi; ideóque plures ſunt, qui quamvis ſenio confecti, nec multo intervallo à ſepulchro diſtantes, adhuc prolixas ſuſcipiunt enavigationes in extremas orbis partes, enavigatíſque æquoris periculis ſeros in patriam reditus ſibi ſpondent: negotia inchoant vix multorum annorum ſerie finienda, fundamenta jaciunt palatiorum eâ munificentiâ, eóque ſumptu, ac ſi

Joſue c. 13.

Quæſt. 2. in Joſue.

nun-

Digitized by Google

nunquam eſſent morituri, ſicut huj[illegible]s dementiæ ſenem quendam redarguit [illegible] [illegible]enuſinus Poëta,

Lib. 2 Od. 18.

Traditur dies die
Novæque pergunt interire Lu[illegible]æ.
Tu ſecanda marmora
Locas ſub ipſum funus, & ſep[illegible]lchri
Immemor, ſtruis domos?

89. Vir prudens, ne tempore indigeat ſ[illegible]mmam rebus ſuis ſatagir quotidie manum i[illegible]mponere, nihílque in craſtinum differt; hi[illegible]c etiam Joſuë, quia vir erat provectæ ætatis à Numine jubetur opus ſuum conſummare, ne imperfectum relinqueretur ex proxime Libithinæ acceſſu. Quòd ſi inſaniæ daretur decumbenti in lecto malignantis febris æſtu correpto, viribus deſtituto, & jamjam animam acturo, ſi de craſtino cogitaret, de domo emenda, de negotio inſtituendo, de maris trajectione ſuſcipienda: eodem pariter helleboro indigent, ultimo ſenio confecti homines, qui nil minus cogitant, quàm de morte: pariantur & ipſi homini graviter decumbenti, & ex morbi impetu ad ſepulchrum pertracto: caveant igitur, ne dum de craſtino cogitant, etiam hodiernum perdant: in homine graviter decumbente, ut plurimum etiam ipſa pœnitentia eſt infirma, & quamvis illius exercendæ, adhuc aliqua ſuppetat facultas, tot tamen hæc difficultatibus involvitur, ut ſuas non valeat vires exerere. Obruunt ægrotantem non tam febris malignus æſtus, virium deſtitutio, membrorum ægritudo, corporis abſumptio; quàm animi afflictio, mentis turbatio, moleſta inſomnia, vigiliæ torquentes, & febrilis ardor viſcera accendit, ſimúlq; abſumit, morbi gravedo mentem obtundit, corruptus, ac vitiatus humor caput inficit: & in hoc ſtatu quis modus eſſe poteſt diſcutiendæ, ut par eſt, conſcientiæ? ſi morbus ingraveſcit, cogitationes ſunt de ſanguinis emiſſione, de pharmaci ſumptione, de remedijs adhibendis; faſtidio ſunt ſacerdotes memoriam refricantes humanæ conditionis, & mortis ineluctabilis; non audiuntur Medici, ſi vitæ pericula imminere dicant, & ubi conclamatum eſt, graviſſimus obtingit mortis nuntius.

90. Quid tunc aget in vitæ extremis conſtitutus, quando eum circumdabunt mortis dolores, torrentes iniquitatis, ac inferni pericula? cùm ejus oculis objicietur anteactæ vitæ turpitudo; & ſublato fuco gravitas omnium peccatorum; imò & imminens æternæ damnationis periculum, mors inexorabilis, & juſta ſeveritas Judicis? terrebit decumbentem ſententia peremptoria decreto nunquam revocabili; memoriam refricabunt divini neglectus obſequij, tempus otio, nugíſque deperditum; occaſiones exercendæ virtutis prætermiſſæ; pluries omiſſæ preces, pœnitentia dilata; rarò & perfunctoriè uſurpata ſacramenta; cauponæ, & lupanaria ſæpius, quàm eccleſiæ, frequentata; pecuniæ largiùs meretricibus, quàm pauperibus impertitæ; ac tandem languor perpetuus, ſupina ſocordia, turpis acedia, fœda luxuria, prava concupiſcentia. Quin & tartareus hoſtis inſidias apparabit, quibus illaqueet; tenebras offundet, ut conturbet; gravitatem exaggerabit peccatorum, ut in deſperationem inducat; omnibus machinis decumbentem adorietur; omnibus vijs aggredietur; omníque niſu curabit ea turpia objecta mentis exhibere oculis, quibus noverit agentem in extremis ſpiritum aliàs conſenſiſſe, ac pluries ſuccubuiſſe; & ex ea parte fortiùs invadet jacentem viribus deſtitutum, quâ debilior, & ad lapſum pronior invenietur. Aderit, non diffiteor ſacerdos, qui Chriſtum pro redimendo humano genere cruci affixum exhibebit; ſed quid dicet miſer ægrotus, qui iteratione peccatorum ſexcenties Chriſti vulnera adaperuit, & vulnera vulneribus inflixit? Cereum accendet aliquis ex adſtantibus; ſed quid aget decumbens, qui omnem chriſtianæ virtutis ſemper abegit ſplendorem; utque malè ageret, lucem oderat? Invocabit Presbyter Sanctorum, ac Cœlitum omnium opem, ac interceſſionem; ſed quid cogitabit miſer ægrotus, perpendens eos in ſuum invocari auxilium, quos deſpexerat? quale tunc ei obtinget ſolatium; ſi illud non à cœlitibus, quos contempſit; non à virtutibus, quas non excoluit; non à vitæ probitate, quam excluſit; non à Deo, quem per millenas ei illatas injurias contra ſe irritavit, expectat? quin & ſupra gladius imminebit divinæ juſtitiæ; infra ſepulchrum patens, intus viſcera corrodet vermis conſcientiæ; extra plorabunt ſanguinis neceſſitudine juncti, lugebúntque amicitiæ vinculo, jam diu devincti, quorum tamen lachrymæ nec dolorem lenire valebunt, neque properantem mortem momento remorari: quin accelerato greſſu accedente gelida morte, vires decumbentem deſerent, corporis totius membra rigebunt, ſenſus deficient, cor palpitabit, anhelitus premetur, ſqualebit vultus, offundentur oculi; membrorum compages ſe contrahet; & caput gelido mortis ſudore madidum mortem ipſam referet; oculi frequenter in orbem converſi turbidiores apparebunt; vigor extinguetur pupillarum; naſus ſenſim prolixior acumen contrahet, & frigus; genarum flores exareſcent, labra contracta contremiſcent; arteriæ vix pullabunt; ſpiritus è corde emiſſus lentè ſummas fauces attinget, quæ uno tandem flatu reddent ſpiritum; & eo ipſo anima ſejungetur à corpore, homo deſinet, & omnis cum ipſo ſplendor evaneſcet. Oh ſi homo hæc ſibi morituro eventura ſeriò perpenderet, peccare procul dubio formi-

daret; malas omnes compeſceret concupiſcentias, inſoleſcentes coërceret affectus, *Lib. exhort.* depravatas cohiberet paſſiones: quia ut ait D. Auguſtinus. *Nihil ſic revocat à peccato, quàm frequens mortis meditatio. Timor enim de futura morte* (addit ipſe lib. 2. de doctrina Chriſti) *mentem neceſſariò concutit, & quaſi clavis carnis omnes motus ſuperbiæ ligno crucis affigit.* ſeu pravos omnes affectus, tum iraſcentis, tum concupiſcentis animi compeſcit, quibus conſueverat homo bruteſcere.

91. Depravatis affectibus, quia Nabuchodonoſor animo ſuo tumido, ac ſuperbiente favebat, brutum intus fovebat, cujus magis naturam, quàm hominis viſus eſt participâſſe; ac propterea perinde ac brutum throno expellitur, brutiſque adſciſcitur. *Daniel. 4. v. 30* *Ex hominibus abjectus eſt, & fœnum ut bos comedit, & rore cæli corpus ejus infectum eſt.* Hujus è throno expulſionis cauſam indagentes ſacri Interpretes; aſſerunt à pravis iraſcentis, ſævientiſque ſui animi affectibus depulſum è throni faſtigio fuiſſe Nabuchodonoſorem; ac in cœtum, gregémque dejectum brutorum; fuit enim quavis panthera, & tigride crudelior in ſibi ſubditos, in quos ut truculenta fera humanum ſitiens ſanguinem ſævijt; Theodoretus ait: *Orat. 4.* *omnes ei inſultabant, ob crudelitatem ipſum abominabantur* Id depravati animi truculentus affectus præſtitit, ut in humana forma, lateret fera adeò torva, adeo crudelis, adeo ſubjectorum vorax, ut excuſſo tyrannico jugo, ac diruptâ patientiâ eum ampliùs homines ferre nequiverint: ſed quinam hujus pluſquam ferinæ ſævitiei fuêre parentes? non alij certè quàm ſtabulantes in animo Nabuchodonoſoris pernicioſiſſimi affectus; ſuperbiâ, quâ voluit cæteris præcellere hominibus, mater fuit; pater corruptum futilis gloriæ deſiderium; obſtetrix ambitio, quâ tumidus, & cæcutiens divinis inſhabat honoribus. Dormienti objicitur illa imago non hominis, ſed ſuperbiæ, proceritate immanis, cujus membrorum metella voracis Saturni dentem, morſúmque deſpicere viderentur; caput enim ex puro puto auro conflatum rutilabat ſolis inſtar: pectus ex lucido fabrefactum argento lunæ non invidebat nitoribus; ventre æneo, ferreiſque tibijs, ſuæ firmitatem conſtantiæ prodebat.

92. Verùm quia admixtum pedibus erat lutum, levi ictu corruit ſtatua, ſecúmque traxit metalla omnia, nimirum pars fictilis, veluti ferri erugo fortitudinem ſimulachri contrivit, & pravos omnes Nabuchodonoſoris affectus lapillus unus è proximi montis cacumine delapſus, & in fictiles ſtatuæ pedes impingens uno ictu proſtravit. Metalla quibus conflata ſurgebat ſtatua Nabuchodonoſoris corruptos affectus ſuperbiæ, ambitionis, crudelitatiſque in ſubditos indicabant, pedes verò fictiles, & ex luto compacti humanam, eámque fragilem Nabuchodonoſoris conditionem, & naturam innuebant, cui propterea metalla innitebantur, ſeu pravi affectus adhærebant: ſed cùm primùm lapis ſepulchri ſymbolum in luteos impegit pedes, ſeu mortis recordatio, ac Libitinæ ſymbolum acceſſit; tunc unà cum ſtatua affectus omnes corruerunt depravati.

An non Nabuchodonoſoris ſtatua qualis ſit Regum felicitas, & Principum gloria luculenter adſignificat? tametſi ob divitias, quibus Principes affluunt, aurea videatur; ob dominium in populos ſibi ſubditos argentea, & ob fortitudinem, robúrque principatûs ferrea, attamen fragilis eſt, & caduca, quia luteis fictilibúſque humanæ conditionis innititur pedibus. An non aurea, argentea, ſimúlque & ferrea fuit Alexandri Magni potentia, quâ innumeras propemodum Provincias proprio ſubjecit imperio, & plura regna poſt delatas ex hoſtibus victorias ſibi fecit vectigalia; adeo ut potior mundi pars ejus pareret imperio? 93. & tamen, *Poſt hæc decidit in lectum, & cognovit, quia moreretur.* *Lib. 1. Machab. 1.* Quàm fictilis, ac futilis ſit Principum potentia, ſatis nos edocent Regnorum funeſtiſſimi exitus. Balthaſar ultimus Chældæorum Rex ſubitò, & miſerrimè interijt. Cyrus Author Monarchiæ Perſarum poſt fundatum regnum, poſt ampliatam Monarchiam, dilatatam juriſdictionem à Tomyri Maſſagetarum Regina victus occubuit, cujus caput in utrem humano cruore plenum demiſit his verſibus inſultans: *Filij mei ſanguinem hauſiſti, & meum ſitiſti Cyre: & ego te cruore ſatiabo.* Alexander Macedo Græcorum ſtabilivit Imperium, ſed anno trigeſimo tertio veneno ſimul, & intemperantia extinctus cecidit, & armis invictus, voluptatibus fractus ceſſit delicijs, qui armatorum phalangis non ceſſerat; cecidit diffluens voluptatibus, qui ſteterat pugnantium armatorum ſtipatus exercitibus, quos vicit, debellavit, proſtravit. Craſſus licèt Romanorum potentiſſimus à Parthis unà cum toto ſuo exercitu ad internecionem cæſus fuit, ne nuntio quidem cruentæ cladis ſuperſtite, & aurum in extincti os cum ludibrio infuſum ejus coarguit avaritiam; quia idem metallum, quod pauperibus ſolet vitam impertiri, divitibus plerumque mortem affert. Pompejus belli fulmen, populorum terror tandem miſerè profligatus, ac inſidiosè peremptus vix in orbe, quem totum ferè ſubegerat, ſepulchrum habuit. Cæſar itidem in ipſo imperij exordio Senatorum ſicis confoditur: & totus apparatus humanæ potentiæ, totus ſplendor regiæ, ac imperatoriæ dignitatis in has ferales deſinit, vel præcocis, vel violentæ Libithinæ umbras: imò & has vices ſubeunt in orbe regna ipſa, & imperia, quapropter Daniel loquens de Deo, & alloquens Nabuchodonoſorem, ait; *Cap. 7.*

Ipſe

Ipſe mutat tempora, & ætates: transfert regna, & conſtituit. Pulchrè Philo Judæorum eloquentiſſimus ait. *Verbum divinum choreas in orbem ducit, quod vulgus hominum fortunam nominat, & omnes gentes circumluſtrando nunc his, nunc illis imperia vel tribuit, vel adimit. Nihil igitur eſt in rebus humanis præter umbram, aurámque leviſſimam ſine mora prætervolantem, eunt enim ultrò, citróque tanquam æſtuaria. Nam & marini æſtus nunc cum magno impetu, ſonitúque accedunt: & longè, latéque per littora diffunduntur, nudis ſtagnantibus; nunc reſiliunt retro, nec ſolùm terram, ſed maris etiam partem aquis nudatam in ſimilitudinem continentis redigunt. Simile quiddam accidit, quando fortuna poſtquam populoſam aliquam gentem magnis inundavit felicitatibus, fluxu averſo ne guttam quidem ſinit reliquam, deletis etiam priſtinæ opulentiæ veſtigijs.*

94. Hujus humanæ felicitatis, ac futilis gloriæ ſymbolum exhibuit Nabuchodonoſoris ſtatua, cujus caput aureum fauſta initia denotat, ac læta principia; pectus argenteum incrementum potentiæ, venter æneus, tibiæque ferreæ fundatam firmitatem, ſtabilémque conſtantiam: ſed extrema pars fictilis, pedes, & digiti lutei triſtem, & luctuoſam produnt mortalitatem: & quàm fallacia ſint hominis deſideria, quàm malè fundatæ ſpes, ac pravè innutriti reliqui affectus, luculentiùs edocet luteus hujus Coloſſi pes obſcurâ ſuâ fuligine, quàm caput aureum ſuo ſplendore. Auream fuerat Nabuchodonoſor ſtatuam molitus, ne omnipotentiæ feriretur ictibus, néve obnoxius videretur novercantis fortunæ caſibus: ſed dum ſe immortalitatis apicem attigiſſe deluſus putat; delapſus è monte lapis mortis ſecum deferens recordationem, & percutiens luteos ſtatuæ pedes, in lapſu Coloſſi Principes edocuit, quàm vanæ ſint magnæ illæ cogitationes, quibus mentem implent, quàm noxij affectus, quibus hiſce terrenis adhæreſcunt, quam fallacia deſideria, quibus magnitudini inhiant. Quinimò ſymbolum eſt etiam coloſſus iſte humanæ inconſtantiæ, caput initia fervida denotat; pectus, & brachia argentea progreſſus aliquot in inchoato inſtituto, minimè tamen exordio pares; venter, & femora ærea mores deteriores, languidiúſque virtutis ſtudium; & pedes ferrei, luteíque extrema frigidiſſima, & ruinæ proxima, quapropter D. Auguſtinus ait: *Semper tibi diſpliceat, quod es, ſi vis pervenire ad id, quod nondum es. Nam ubi tibi placuiſti, ibi remanſiſti.*

Tom. 10. ſerm. 15. de verbis Apoſtoli cap. 8.

§ X.

Humana deſideria, quibus divitijs inhiamus, & mundi commodis hæremus noſtram non explent vacuitatem, ſed augent: & præcox mors immoderatos omnes noſtros affectus unico vibratæ ſuæ falcis amputat ictu.

Humana deſideria, & affectus, quibus terræ commodis, ac divitijs inhiamus, noſtram non explent vacuitatem, ſed augent; noſtram non extinguunt ſitim, ſed accendunt; accerſitum hujus veritatis teſtem volo divitem illum Evangelicum, qui divitiarum pondere preſſus, & epularum onere pergravatus inſomnes ducebat noctes; & mente cogitans, quomodo recentes fructus ex feraciſſima meſſe collectos reconderet; nova, eáque ampliora machinatur horrea conſtruere. *Quid faciam, quia non habeo, quo congregem fructus meos? & dixit, hoc faciam: deſtruam horrea mea, & majora faciam, & illuc congregabo omnia, quæ nata ſunt mihi, & bona mea, & dicam animæ meæ: Anima habes multa bona poſita in annos plurimos requieſce.* Non fructuum uberiora incrementa divitis vacuitatem expleverunt, ſed immodicus ac pravus in divites affectus, quo mundi divitias appetebat, horrea ſuggeſſit ampliora, quæ citò conſtruerentur; ſed præpropera mors immodicum hunc affectum in divitias illico proſtravit, neque horrea fuerunt excitata, ſed antiqua deſtructa; neque collecti fructus alendæ vitæ inſerviêrunt, cum hæc ad frigidæ mortis acceſſum extincta illico fuerit: ævum Neſtorio prolixius ſibi ſpoponderat homo divitijs affluens, quo accumulatis bonis delicijs diffluerer; ſed mors inopina uno ictu deſideria omnia, affectúſque ad mundi fluxa excuſſit: ſi mortis pervigil dives fuiſſet recordatus, ſi nocte intempeſta dum de novis horreis laxioribus conſtruendis cogitabat, præcocis mortis memoriam refricâſſet, agri fructus decentiùs collegiſſet, & laudabiliùs erogâſſet: ſed quia quaſi in ævum Neſtorium vitam fuiſſet producturus de ampliandis horreis cogitavit, deluſus, ac inopina morte præventus, ampliora horreorum ædificia, quorum operoſitas ſemiſæculum exegiſſet, & mente delineaverat, minimè opere inchoavit; nec de collectis fructibus nova implevit horrea, ſed ipſe ſepulchrum opplevit, quia ut ait Tertullianus. *Qui provenientibus fructibus, ampliationem horreorum, & longæ ſecuritatis ſpatia cogitavit, is ipſa nocte moritur.* Non horreorum ipſe jecit fundamenta, ſed ſibi ſepulchrum adaperuit: laxos funiculos tetenderat ædificijs laxioribus conſtruendis, mox arctandus anguſtiſſimis conditivis: magna moliebatur, ampliſſima diſponebat, deſideria grandia fovebat, totóque affectu his caducis bonis hærebat, ſed præpropera

95.

Luc. 12. 18. 17.

De pœnitent. cap. 6.

mors

mors mentem magnis illis cogitationibus impletam evacuavit, deſideria, & affectus in mundi commoda, & divitias è corde excuſſit, & divitem nudum terræ ſinui concredidit.

96. De Megarenſibus ait Tertullianus. *Megarenſes obſonant, quaſi craſtina die morituri, ædificant verò quaſi nunquam morituri.* In apolog. c. 9. Plures Megarenſibus haud abludunt obſonantes, quaſi die craſtina morituri, & ædificantes quaſi æternùm victuri: altiſſimas ſubſtructiones, operoſiſſimas moles, ampliſſima palatia, laxiſſima ædificia moliuntur, quia ſe morti obnoxios eſſe minimè recordantur: affectus fovent, quibus terrenis hisce adhæreſcunt, quia mortis memoria mentem non ſubit, quam ſi feriò refricarent, affectus omnes in divitias, mundique comoda abigerent. Nil enim validiùs vitia oppugnat, nil fortiùs pravos affectus expugnat, quàm ſeria mortis meditatio, & quæ in corpore ſenilis ætatis ſentitur injuria ob vicinum mortis acceſſum animæ prodeſt: quia dum corpus gravitate, ac pondere annorum premitur; vegetior fit animus non plurimo intervallo diſtantis Lihithinæ paſtus recordatione: quæ ſi memoriæ exercitio culta in mente floreat, vitiorum ſtatim gramina exſiccantur: languent pravi omnes affectus, detumeſcit ſuperbia, ſe in imum demittit humiliata ambitio, friget concupiſcentia, & totus homo emoritur, ut ſtudio virtutum, cultuíque Numinis vivat: quia dum mors ante oculos obverſatur, viget animus, & nil magis ei ſapit, quàm virtutum ſtudia, & vitiorum ſolicitata fuga: nititur enim ea ſtatim expungere, quibus antea adhæſerat, ut ſe ad normam virtutis componat, ſic ſcribit Seneca, inquiens: *Non timidè*
Epiſt. 26. *itaque componor ad illum diem, quo remotis ſtrophis ac fucis de me judicaturus ſum.* additque. *Incertum eſt, quo de loco mors expectet, itáque tu illam omni loco expecta* hoſtem, qui timet ad ſe venientem, excubias agit, ſomno non indulget, ſed pervigil ſingula obſervat, ne imparatus ab hoſte armato inveniatur: perinde armata mors ad nos venit, nec valemus ipſam declinare, ſua falce noſtram demetet vitam, nóſque in ſepulchrum trahet: ipſam qui expectat, ne imparatus inveniatur ad normam virtutis, ſtudioſiùs mores ſuos componit.

97. Mundi voluptates, deliciarúmque lenocinia mortis fallunt oblitum, quę oblectamenta lenocinantur: ſed refricata mortis recordatione præmunitus non ſinit ſe mundi ludicris decipi; non demulceri voluptatibus, nec falli mendacijs: pravos omnes in mundi delicias affectus exuit, & per culturam virtutum præſidio munitur probitatis. Idque fortâſſis cauſæ, cur Saul Rex, quas militari ſacramento ſibi copias adlegerat, in Bezech
Lib. 1. Reg. cap. 11. v. 8 maluerit recenſere, quàm alibi. *Et recenſuit eos in Bezech, fuerúntque filiorum Iſraël trecenta millia: virorum autem Juda triginta millia.* Obſervant ſacri Interpretes verbum illud *recenſere*, non ſolùm ſignificare, numerum inquirere militum, quod perinde eſt, ac luſtrare exercitum: verùm etiam idem ſignificare, ac contra hoſtea obarmatas copias ordinare: ſed cur Saul Bezech potiùs, quàm locum alium aquatui fortaſſis accommodatiorem delegerit, ut milites contra hoſtes ordinaret, bellicoſos ſpiritus contra adverſarios inderet? notat Abulenſis, Bezech teſtam interpretari, rectè igitur Saul In lib. 1. Reg. quæſt. 8.
Bezech præ cæteris elegit pro militibus recenſendis, ut luti, pulveríſque eo in loco memoriam excitaret, mortiſque recordatione præmuniret milites, quâ loricâti alacriores, ac fortiores irruerent in hoſtes, mortíſque falce æquè hoſtibus vitam, ac ſibi victricem palmam meterent, ait Abulenſis: *Aliqui dicunt, quòd Bezech non eſt nomen urbis, ſed eſt nomen commune ſignificans teſtam: & eſt ſenſus, quod recenſuit Iſraëlitas in Bezech, id eſt in teſtis, vel cum teſtis.* Quid? quòd fragilis teſta militum brachia edocuit ad bellum, inſtruit ad pugnas? an quia lutum ex pulvere, & lachrymis compactum humanam referebat conditionem, ac præproperæ mortis memoriam refricabat? Eſt ſiquidem mortis recordatio, quæ & vires, & animos ſuppeditat ad retundendos hoſtiles aſſultus ad coërcendos adverſantium impetus; ita eſt fragilis teſta, ſeu mortis recordatio delectos à Saule milites armabat ad pugnam, inſtruebat ad victoriam, & in hoſtes exacuebat.

Bellico vaframento tentaverat Naas Jabeſenos obcæcare, fontémque lucis in ipſis extinguere, quo cæcitatis obvoluti caligine promptiùs ruerent; verùm voti non factus compos, cum teſta eſſet lucis armamentarium, irrito conatu deluſum ſe novit, quia Jabeſenos refricata mortis memoria loricatos non cognovit: non enim cæcitatis caligine offundi poterant, quos Saul mortis recordatione præmunierat, *recenſuit Iſraëlitas in Bezech, id eſt in teſtis, vel cum teſtis:* adeò præpotens eſt mortis recordatio, ut hoſtiles conatus illudat, adverſantium impetus coërceat, hoſtium technas diſrumpat. In Bezech ordinatur exercitus, quia teſta lutea, pulvis compactus, dum noſtræ ingerit fragilitatis, ac mortalitatis memoriam contra vitia animos exacuit ad pugnam, viréſque ſuppeditat ad victoriam: oh quot de vitijs feliciter triumpharent, ſi fragilem mortalitatis ſuæ teſtam præ oculis haberent; quos tamen, quia mortis oblivio tenuit, fœda vitiorum caterva profligavit. *Recenſuit Iſraëlitas in Bezech*, ſeu ut explicat Rabanus in paupertate, ait ipſe: *Bezech interpretatur egeſtas*, eò quia locus erat Bezech commodis omnibus deſtitutus, nec ibi frigidi defluebant latices, quibus ſitim, quâ milites æſtuabant, extinguerent: neque arbores poma ſuppeditabant, quibus famem arcerent: neque loci ſolitudo animo exhilarando erat accommodata, & tamen in loco egeſtatis recenſuit Saul Iſraëlitas, quia Deus plures ad 98.

ege-

egeſtatem deducit, ut ſua ſequantur vexilla; qui fortaſſis, ſi divitijs affluerent, ſi fortuna eis arrideret, ad inimicorum transfugæ tranſirent caſtra; & per fœdam deſertionem è palæſtra virtutis in paluſtre ſe vitiorum cœnum præcipites darent: languor vires frangit jejuni corporis, ſed concupiſcentiam ardere non ſinit: ſitis fauces exſiccat, ſed dum in labijs ardet acrior, iraſcentis animi extinguit flammas: fames viſcera corrodit, membra attenuat, robúrque corporis extenuat, ſed validiores ſpiritui vires ſuppeditat, quibus de pravis quibuscunque affectibus inſurgentibus triumphet: lacera veſtis ſuperbos frangit ſpiritus, & penula pulverulenta ambitionem cohibet, ut & anguſta menſa intemperantiam excludit: membrorum nuditas animum virtutum veſtit integumento, & quæ tempeſtatum injuriæ inferunt egenti, ac ſeminudo corpori læſiones, virtutū decora animo exhibent patienti.

99. Non enim eſt panpetras, ut creditur adeò infauſta, ut ad imum nos detrudat miſeriarum; quinimò niſi noſtri nos excæcarent affectus, pluris à nobis fieret, cum plurimum nobis adferat utilitatis, & commodi; vitia enim abigit, quia vitiorum materiam, ſeu divitias excludit, pravos omnes coërcet affectus, quia frœnum ijsdem injicit mendicitatis: concupiſcentiarum æſtus ſopit, quia fomitem commodorum ijsdem aufert. An non David fruſtulô tantùm panis innutritur, ac frigidâ ſolâ epotus in campo de leone ferociente, ursóque aggrediente triomphavit? qui tamen regijs in palatio fartus epulis, ac falerno, aliisque delicijs perfuſus eum non valuit leonem proſternere in meridie, qui circuit, quærens, quem devoret; ſeu compeſcere non valuit concupiſcentiam æſtu flagrantem leonino in ſibi objectam in fonte Bethſabeam. *Si vis ſcire,*

Epiſt. 19. ait Seneca, *quam nihil in illa (ſcilicet paupertate) mali ſit, compara inter ſe pauperum, ac divitum vultus: ſæpius pauper, & fidelius ridet, nulla ſolicitudo in alto eſt, & ſi qua inciderit cura, velut nubes levis tranſit.* Cum enim pauper pondere non prematur divitiarum, nec curis opprimitur, nec ambitione ſtimulatur, neque ſuperbiâ cæcutit, neque invidentia uritur.

100. Opulentia eſt, quæ voluptatibus nutriendis materiam ſuppeditat; & divitiæ, quæ vitia fovent, quibus & nominis affinitate, & rei cognatione copulantur; ubi rerum ubertas materiam miniſtrat voluptatum, animum ablegat à virtutum ſtudio: & plerumque quos frequentiori ſervorum copia ſtipatos videmus, eosdem pluribus deprehendimus inſervire cupiditatibus; famulitium exigentes ab alijs, famulantur ipſi fœdiori ſervitute pravis, quibus indulgent, affectibus. Plures ſunt, qui pretioſis veſtibus exornati auri, gemmarúmque nitore exteriùs fulgent, qui intus pravorum affectuum, ac vitiorum obſiti caliginibus in tenebris ſqualent: è converſo plures, qui exteriùs pannoſi ſordeſcunt, intus virtutum ſplendent ornatu; & animi fovent integritatem, qui multiplici ſciſſu laceratas induunt exteriùs veſtes. Paupertas enim mentes reluminat, animúmque virtutibus excolendis aptiorem reddit; quia ſordeſcens exteriùs in pulvere, qui humanæ eſt ſymbolum conditionis; promptiùs mortis excit memoriam, quâ præmunitus de pravis omnibus triumphat affectibus.

Beneficio hujus recordationis ad cæſæ ovis delineationem revixit David. *Et dixit* 102.

David ad Nathan: peccavi Domino, ſeu 2. Reg. 12.

nigrorem cornicis in candorem demutavit columbæ, & corvi crocitum in turturis gemitum: & tamen Ochozias ad latam ſui funeris ſententiam non reſipuit, ſed fœdiùs deſipuit, ferociens in Eliam juſſu Numinis ejus redarguentem ſcelera, & præſertim ob imploratam in morbo opem dœmoois. *Ite,*

& revertimini ad Regem, & dicetis ei: hæc 4. Reg. 1.

dicit Dominus, nunquid quia non erat Deus in Iſraël, mittis, ut conſulatur Belzebub Deus Acheron? idcirco de lectulo, ſuper quem aſcendiſti, non deſcendes, ſed morte morieris. Quid Ochozias egit auditâ hâc mortis ſententiâ, *non deſcendes, ſed morte morieris*: non ſuæ memor conditionis mortem cogitavit, non ſuorum conſcius flagitiorum reſipuit, ſed deletâ omni mortis memoriâ, omne adhibuit ſtudinm, quo in Eliam ſæviret, & id moriturus, quod etiam ovans horruiſſet; non mortis memoriam excitavit, ſed iram vindictæ concitavit, & vitæ amorem impenſiùs forſan fovit: in montem Carmelum ſe Elias contulerat demandato ſibi perfunctus munere, ſed Ochozias ad montem manipulum miſit quinquaginta armatorum virorum, qui Prophetam interimerent: Elias autem peculiari Dei inſpiratione concitatus evocat è cœlo ignes; quid ni? formidoloſo, horribilique ſpectaculo flammæ è ſummo cœlo in terram delabentes exitiales illos, ac manipulares viros excuſſit: & non tamen hinc reſipuit Ochozias, ſed igne, quo manipulares viri perjerunt, acriores exarſit in iras, & quinquagenariam turmam aliam delegavit in Eliæ exitium: ſed hæc iterum concrematur, non ob aliam culpam, niſi quia impio obtemperaverit Regi. Ablegatur & tertia, quæ terrefacta nuntio iteratæ cladis, obſequiorum, ac precum demiſſione exitium à ſe avertit, & Eliam permovit, ut ſecum in regiam concederet, ubi decumbenti Ochoziæ inevitabilem moriendi neceſſitatem, non minus animoſa voce confirmavit, quàm ante prædixerat. 103.

Ideo ad objectam ſibi mortem in cæſa ove reſipuit David inquiens, *peccavi Domino*, quia ſeria recordatione mortis veluti injecto frœno omnes compeſcuit concupiſcentiæ motus, & inſoleſcentium affectuum impetus ad mortis cineres, perinde, ac ad marini littoris arenas procelloſos fluctus confre;

Digitized by Google

fregit. Ochozias verò quia ſeriò mortem non perpendit auditâ ejus ſententiâ, ſed actus in iras magis excanduit, animo tantùm volvens cruentas vindictas contra Dei Nuntium, quem in vertice Carmeli perderet; ideo ſtultiùs deſipuit, quia non de morte, ſed de vindicta cogitavit, & cum animam ageret in Prophetam ſæviùs ferocjit exterrefactus: David ovis occiſione ad ſanctiorem ſurrexit vitam; Ochozias verò ſui funeris objectu in vitia cecidit deteriora: quid? quòd ex funere ſurgat David, & labatur Ochuzias; ſapiat ille, deſipiat iſte; ille ſuos coërceat immoderatos affectus, iſte habenas ijsdem laxet? an Nathane incelebrior fuit Elias? an Belzebub Bethſabeâ innocentior? an ob cæſam ovem acerbiùs intimata Davidi à Propheta fuit mortis ſententia? David à Nathane correptus lachtymas fudit pœnitentiæ, quibus flores rigaret virtutum; monitus Ochozias ab Elia non ſuis ulceribus pharmacum adhibuit, ſed venenum evomuit indomitæ iracundiæ, & ſui vulneris faſcias in catenas obduravit, quibus Vates vinciretur. Emiſit Ochozias è vulnere non vermes, qui conſcientiam corroderent, & ad pœnitentiam ſtimularent, ſed urſos, qui in Prophetam furerent, ejúsque ſanguinem funderent: cæſi pecoris funere revixit David ad culturam extinctæ virtutis: & ad objectam ſibi mortem propriam impiè agit Ochozias, & non de vitæ cogitat emendatione, ſed de occiſione Prophetæ, de effuſione ſanguinis, de vindicta inferenda: quòd ſi Ochozias non vindictam fuiſſet meditatus, ſed ſeriò præproperam mortem ſibi à Propheta nuntiatam cogitâſſet, vindictæ repreſſiſſet inſolentiam; pravorum affectuum coërcuiſſet impetus effœnes.

103. Inſoleſcentibus paſſionibus compeſcendis nullum accommodatius frœnum ſeria mortis cogitatione. Ochozias ideo impiè obiit, quia mortem ſine morte oppetiit, ſeu abſque ſeria mortis recordatione, quia ut ſcitè D. Auguſtinus, *Nunquam erit homini pejus in morte, quàm ubi erit mors ipſa ſine morte.* [De civit. cap. 11.] Omnes morimur, & ſicut aquæ dilabimur, ſed non eadem ſors omnibus obtingit, quia plures ita vixerunt, ac ſi nunquam fuiſſent morituri, & ideo morientes verè, ac fœdè moriuntur, quia ut benè viverent, mori antea non didicerant; alij verò ideò morientes vivere incipiunt, quia dum viverent pravis ſuis affectibus, & mundo, ejúsque voluptatibus, ac lenocinijs, mori ſtuduerunt. Æſtum concupiſcentiæ nil faciliùs, ac feliciùs extinguit, quàm ſepulchralis cinis. Huc fortaſſis collimavit Apoſtolus Paulus, qui inſurgentem compreſſurus libidinem, eam ſymbolo protſus diſſymbolo adumbravit; tametſi libido alliciat, ſenſúmque titillet, non tamen mellis eam pariavit dulcedini, neque alicujus voluptatis illecebræ; ſed igni urenti; & titione, ſeu carbone maluit luxuriem delineare quàm penicillo diſcolore. *Melius eſt nubere, quàm uri*, [1. Corinth. 7. 9.] ſed quid affinitatis ineſt nuptijs cum carbone urente? nuptiæ ſcatent illecebris, & carbones urentes tormenta ingerunt, & ruinas minantur; madent nuptiæ unguentis, horrent plagis carbones; gaudia fundunt illæ, luctus iſti perfundunt; nuptiæ luxuriem fovent, carbones verò ignem accendunt, qui incendium excitat, quo ſylvæ abſumuntur: vitæ producendæ, ſervandæq; ſe in poſteros inſervit libido; cùm ignis vitam potiùs deperdat: luxuries vitam in prole incipienda accendit; & flamma vitam in prole ſuſcepta extinguit: ad quid igitur Apoſtolus nuptijs adnectit urentes carbones? an quia ex carbonibus emanant cineres, quibus ſi inſpergatur libido, ſopitur, ac extinguitur? Ita eſt: quia cinis mortis excitat recordationem, quæ aptiſſimum eſt frœnum concupiſcentijs omnibus coërcendis.

§. XI.

Hominis vita inſtar flammæ paleæ dum ſplendet, extinguitur: & cum homo lucet vivendo, luget moriendo; & ſolus hujus flammæ funereus cinis ſopiendis pravis omnibus affectibus prodeſt.

Quid hominis vita aliud eſt, quàm flamma ſtatim avolans, & ad breve tempus ſplendens? at ſi nos fulgor oblectat vitæ, noſter nos quoque exterreat cinis mortis: lucemus, ſed ſimuſ ſugemus, ac difflamur: non cœno nos cinis exæquat, ſed poſthabet: quia licèt flamma ſit vita noſtra ad modicum ſplendens, non tamen ſemper nitet, quia non ſemper vivimus, quia mortis non recordamur; exigua pars eſt vitæ, quam nos vivimus, ajebat ille; & omne vitæ ſpatium non vita, ſed tempus eſt: urgentia nos circumſtant, cùm negotia, tum vitia, & in cupiditatibus infixos premunt; adeò ut vix liceat nobis ad nos recurrere, ut valeamus nobis ipſis ſeriò vacare: noſtra ſtudia in externis occupantur, & quæ in nobis intus ſunt, negligimus; vitam noſtram miſerrimè laceramus, ac in plura diſcerpimus fruſtula, quorum aliqua ludo, alia vanis occupationibus, quædam comeſſationibus, choreis, & ludicris, & ferè vitam totam mundi vanitatibus, & negotijs damus; & vix nobis unum, vel alterum concedimus. Qui pecuniam ſuam dividere velit, & alijs dare nullus eſt, niſi qui vitio laborat prodigalitatis, & tamen vitam noſtram, quaſi viliori eſſet habenda pretio, ferè totam mundo, ſuiſque vanitatibus, ac futilibus nugacitatibus impertimur, & prodigimus. 104.

Certè ferè omnia diſcerptæ noſtræ vitæ fruſtula, temporiſque portiunculas nobis eripiunt mensa, luſus, relaxatio, colloquia vana, ſomnus prolixior, otium diuturnũ; ſcurrilia, 10

quæ

quæ effutimus; inutilia, quæ loquimur; prava, quæ agimus; Majorem igitur vitæ partem non vivimus, quia eam mundi prodigimus vanitatibus, decoquimus, abligurimus, abſorbemus in comeſſationibus, ludis, libidinibus; & perquàm exiguum eſt, quod nobis de noſtro relinquitur; vix tantillum temporis morum damus correctioni; vix quid ſimus, perpendimus; & præproperæ mortis recordatio, vel nunquam, vel tantùm perfunctoriè mentem ſubit: temporis jactutam flocci facimus, & cum re omnium pretioſiſſima ludimus: nil enim eſt, quod ſatis poſſit pretio tempori æquiparari; & tamen ejus pretioſitatem nihili facimus, ac inutilibus, vaniſque tempus terimus: imò perinde, ac qui in navigijs ſomno ſopiti à ventis expanſa vela implentibus, ac urgentibus celerrimè aguntur, quamvis nil ſentiant, nil cogitent de perniciſſimo curſu, quo vehuntur, & tantùm, cùm primùm evigilaverint, mirentur, ſe tantùm confeciſſe itineris: ita dixerim, vitæ noſtræ curſum properare, provehimur, & nos veluti navi immorantes velociſſimè; dies, & anni perniciſſimè fluunt, ac venti inſtar efflantes diſparent: & tamen nos deſides, vel otio immarceſcentes nil agimus, vel ſomno ſopiti inæſtimabile temporis pretium negligimus, & tunc tantùm è ſomno ſurgimus, cùm ultima nos premit ſenectus, tunc enim miramur, quomodo tam citò dies noſtri, & anni effluxerint, & vix percipimus, quomodo tanta velocitate perducti ſuimus ad mortis portum, & tantum confecerimus itineris; tametſi parum, vel nihil boni, dignúque memoriâ effecerimus.

106. Eſt mors homini, perinde ac æquota tajicientibus portus: ij in hujus vitæ fluctuante pelago benè enavigârunt, qui rectâ clavi directione vitæ navem rexêre, fluctúſque decumanis tumidiores pravorum affectuum, vel fregerunt, vel declinârunt; hi enim in mortis portu naufragium non patiuntur, ſed æterna donantur requie. Neceſsè eſt ad hocce declinandum naufragium omnem excutiamus ſegnitiem, & ita vivamus, ac ſi veſpere ſimus morituri: qui enim adhuc longiùs mortem diſtare putant, omnia in craſtinum differunt, & ſola eſt nequitia, quæ diem occupat hodiernum; ſtudium virtutis, vitæ emendatio in craſtinum differtur, & plerumque aufertur, cùm ipſum craſtinum mors ſæpe præveniat, pravis noſtris affectibus hodie, ac de præſenti indulgemus, vitia hodie fovemus, & perverſis noſtris favemus concupiſcentijs. Sumus ſemper promiſſores, & nunquam effectores; ſemper repetimus, cras hoc fiet, altera hebdomate omnem diſrumpemus moram, ſequenti anno volumus nos expedire à tali negotio, quod mentem noſtram occupat, & nobis attendere; ſed interim dies avolant, menſes fluunt, & anni dilabuntur, & dum procraſtinamus, dum promittimus, nihil efficimus: quod cum noviſſet Seneca, ſcitè ait: *Audies, plerôſque di centes à quinquageſimo in otium ſecedam; ſexageſimus annus ab officijs me dimittet. Sed iſta ſicut diſponis, mors præmatura non ſinet conſequi*, ita eſt feces vitæ, ætatum imbecillimam, annorum excrementa Dei obſequio deſtinamus, quando florem juventutis vitio, & mundo conſecramus; cùm vires deficiunt, & annorum pondera caput, humeróſque recurvant, & non ſinunt multa peragere, cùm ægricndo, ac infirma valetudo vitam atterit, tunc volumus Deo ſervire, eíque noſtra exhibere obſequia; hoc eſt, tunc volumus vitam inchoare; cum mors ipſa ad fores noſtræ domûs pulſat; tunc volumus incipere vivere, cùm mori debemus. Scio Sigiſmundum II. Polonorum Regem ob perpetuam cunctationem, ac ſegnitiem in graviſſimis etiam negotijs Regem craſtinum audijſſe. Tales procul dubio ſunt, qui vitæ emendationem in craſtinum differunt, ſed moriendi negotium, craſtinum plerùmque non expectat, nec ullas admittit dilationes: & cum mors pulſat, vel inviti peſſulum trahimus, ut patentibus foribus ingrediatur. Si ſeriò intendimus vitia declinare, & pravos noſtros vincere affectus, corruptáſque proſternere paſſiones non differamus id in craſtinum; ſed hodie pravos concupiſcentiæ motus coërceamus, expugnemus: eatenus Rex Macedo tot de profligatis hoſtibus victorias retulit, quia nihil in craſtinum diſtulit; ſed ſingula illicò abſolvit: nos autem, quia optima quæque differimus, optima etiam perdimus, quia ut ſcitè D. Chryſologus, *Semper homo tunc bona facere cœpit, quando mors tempus faciendi adimit*.

Non ita egit Eſdras, qui cùm audijſſet Judæos matrimonia contraxiſſe cum Gentibus, pœnitentiam in craſtinum non diſtulit, ſed ſtatim etiam ſub ſolis occaſu populi peccata confitetur, ac luget coram Domino. *Et in ſacrificio veſpertino ſurrexi de afflictione mea, & ſciſſo pallio, & tunica curvavi genua mea:* ſed cur Eſdras die illa tota perſeveraverit in ſua afflictione, à qua tantùm veſpere ſurrexit. Vel ſi ad ſolis uſque occaſum in luctu jacuit, & in ſqualore, cur non etiam totam in lachrymis traduxit noctem, ſurrecturos poſtea ſummo mane ad matutinas hoſtias, & pacificas? Non potuit Eſdras diu differre ſacrificium; quia ſolis occaſus, mors diei recordationem refricabat mortis hominis; ideóque quâvis diſruptâ morâ nuptias Judæorum illegitimas voluit redarguere, & peccatum populi ſacrificio veſpertino delere, ne mors præmatura aliquem ex populo præveniſſet: mortis igitur recordatio Prophetam impulit ad opus, & ſacrificium veſpertinum: neque ſola ſacrificij ſanctitas, nec hoſtiarum innocentia cygnos abſtraxiſſet ab amplexu viperarum, niſi mortis imago, voluptatum defluxus, deliciarum inanitas, ac mundi vanitates in ſolis occaſu adumbratæ fuiſſent: permoven-

Lib. de brevitate vitæ cap. 4.

Serm. 25.

107.

Eſdr. 1. cap. 8.

movendis Judæorum animis ad repudium alienigenarum apta fuit ſola mortis recordatio, quam in ſacrificio veſpertino eis Esdras objecit.

108. Fuit Esdras ſacerdos, qui floruit circa annum à mundo condito 3595. ante Chriſtum 459. & quia excelluit utriúſque juris humani, & divini peritia conjuncta cum ſpiritu fatidico, gratiſſimus fuit Regi Aſuero; à quo imperrata ex aula miſſione, cum plurimis ex populo ſummæ poteſtatis fultus authoritatè Jeroſolymam petijt, regia ſecum munera deferens in Numinis cultum dicata ab Aſuero favente non minus Judaicæ religioni, quàm illi gentium. Fuit Esdras vir divini honoris, bonique publici propagandi ſtudioſiſſimus; prolaplos ſuorum civium mores apertè correxit, plurimum emendavit, & ad legis normam reduxit. Linguam itidem hebraicam ad majorem culturam, & copiam, imò & elegantiam reduxit, novis etiam adinventis characteribus, qui etiamnum uſurpantur. Inſignem Jeroſolymis bibliothecam inſtruxit, ſacros libros ex quavis mundi parte diligenter conquiſivit, & quæ erant mutilata fragmenta in unum compegit corpus, lacunoſa implevit, depravata correxit, deleta renovavit, & quæ deerant, ſupplevit; idque ferè ſub Regibus Cyro, Cambiſe, & utróque Dario, & Artaxerxe Longimano: ſcripſit quatuor libros, quorum duo primi ab eccleſia Ortodoxa divinis accenſentur, tertius, autem & quartus tametſi inter canonicos recepti non ſint, principem tamen inter hiſtoricos locum merentur; idque etiam cauſæ eſt, cur in Biblijs Romanis ſoleant in calce apponi. Vir igitur ſapiens corruptos mores, & amores illicitos Judaici populi cum fœminis gentium emendaturus ſacrificium inſtituit veſpertinum, poſtquam tota die in luctu jacuiſſet, & ſqualore; ut per objectam in ſacrificio veſpertino, in ſolis occaſu, in funere diei, imaginem mortis, vividius excitaret Judæos, ut quas illicitè duxerant mulieres, repudiarent, quia nil eſt, quod validiùs à vitio retrahat, quàm mortis recordatio; nil quod fortiùs vitiatos concupiſcentiæ coërceat affectus, quàm funeris imago, placuit in ſacrificio illo veſpertino populo thuris in cœlum aſcenſus, ſed ſolis occaſus vehementius terruit; ignis ſplendor arridebat in ſacrificio, ſed mortis recordatio in umbris expreſſa mortui diei, non roris ſtillicidia è cœlo, ſed lachrymarum pluvias ab oculis elicuit Judæorum. Mortis tantùm recordatio adumbrata in veſpertino ſacrificio, occaſu ſolis, & diei nece fuit, quæ Amonitidas ab Hebræis ſejunxit: ſola mors fuit, quæ oſtentatione ſuæ falcis illicita matrimonii vincula obtruncavit, & Hebræos à gentium fœminis abſtraxit: quia motibus concupiſcentiæ ſedandis, coërcendiſque nullum mortis recordatione frœnum aptius. Hac qui premuntur lorica, omnes retundunt inſoleſcentis concupiſcentiæ motus, adeò ut ſolius gelidæ mortis imago vitiatos omnes extinguat carnis æſtus.

Idque nos edocuit in Ægypto Joſeph caſtiſſimus cum Putipharis mulierem avidè generoſo à ſe rejecit: ſicut Joſeph culturæ præſertim caſtratis addictus fuerat, ſingularem ſibi promeruit gratiam, & benevolentiam apud Herum ſuum Putipharem, qui famuli ſui prudentiam, fidémque demiratus totius domûs curam ei concredidit, eo emolumento, ut omnes ſui Heri facultates maximis augerentur incrementis. Sed quia nihil in rebus humanis tutum, & ubique inſidiæ latent, & nihil ex omni parte beatum; ideo cum eſſet Joſephus adoleſcens eleganti forma, venuſta ſpecie; ideóque Heris ſuis gratior, hæc in juvene venuſtas, & virtus, Heræ ſuæ illicio fuit amoris impudici: cœperat illa liberiùs quàm caſtam decebat mulierem, oculos in adoleſcentem injicere, & raptis quaſi in fomite igniculis etiam occultum in præcordijs ignem alere: cúmque diu arſiſſet intus mulier hac impudica flamma, tandem cœpit tempus obſervare, quo ſine arbitris poſſet ad ſuos amplexus juvenem invitare: ſed cum non ſemel caſtitatis cultor repugnâſſet; fidémque procaci mulieri objeciſſet Numini, & Hero debitam, non tamen deſtitit mulier urgente intus concupiſcentiæ igniculo ad turpia allicere, preces admovere, munera exhibere, & blanditias accerſere in ſuppetias, ſed cum id perinde eſſet, ac æthiopem pullare, ac cribro aquam haurire; tandem poſtquam verbis diu arſiſſet, etiam manus auſa fuit mulier in recuſantem adoleſcentem injicere, & ad ſcelus adigere; ſed Joſephus victoriam in fuga poſitam eſſe ratus, relicto pallio, quod lena improbis apprehenderat manibus foras Euro citiùs ſe ſe proripuit; calumniam potiùs, quàm caſtitatis jacturam ſubiturus: ſiquidem irritata mulier fugientis adoleſcentis verecundia, eo cœpit in ipſum exitiali ardere odio, quo antea luxurioſo diſflagraverat amore; mulier enim tunc ſæviſſima eſt, quando pudor ſtimulos odio admovet: quapropter apud domeſticos cœpit priùs juvenis innocentiam contaminare, & lædere, deinde etiam ad maritum cum pallio accurrere, ac lachrymis, & queſtibus famulum in crimen vocare intentatæ turpitudinis, & in teſtimonium defenſæ integritatis, fideíque ſervatæ oſtendere pallium violento aggreſſori ereptum: & cùm inconſulta temeritas fidem mulieri præſtitiſſet, innocens in carcerem detruditur, à quo tamen glorioſior eripitur, cum nunquam permittat Deus innocentiam cadere, ac relinqui indefenſam. 109.

Sed quid cauſæ, cur juvenis ſanguine fervens, ætate floridus, toties heræ ſuæ blanditias reſpuerit, ac illicia retuderit? quid? quòd oblata ſibi munera recuſaverit, exhibitas ſibi 110.

ſibi divitias contempſerit, & mulierem nunquam exaudierit allicientem, cum pluries audierit blandientem? Quis contra tot mulieris aſſultus adoleſcentem armavit, ne ſuccumberet? quis ejus pectus eâ fortitudinis munivit loricâ, quâ mulieris omnes conatus retunderet, concupiſcentiæ motus compeſreret, pravóſque omnes affectus coërceret? certè non aliud, quàm ſibi objecta mortis imago, hæc enim juvenem obarmavit, ut mortis gelu omnem libidinis arreret æſtum, Gen. 39. v. 7. dixerat mulier adoleſcenti; *Dormi mecum*, hær verba fuerunt, quæ adoleſcentem, non ſrduxerunt, ſed in ſalvum adduxerunt: ſiquidem ad objectam ſibi in ſomno mortis imaginem, non dormire cum muliere cogitavit, ſed ſibi diligentiùs evigilare; non veſtes exuit, ut mulieri annueret, ſed arma induit, quibus libidinem expugnaret; quia occumbendum eſſe cogitavit, ſuccumbere mulieris noluit illiciis; ſed objectæ mortis frigore ejus exrutere æſtus; dixerat mulier, Gen. 39. *Dormi mecum.* Cui adoleſcens: *Quomodo poſſum hoc malum facere?* objectæ ſibi mortis umbræ mentem irradiaverant adoleſrentis, quo turpe facinus clariùs videret, à quo ſe averreret; funeris umbra fuit fax præambula, quæ adoleſcenti, quod imminebat periculum, oſtendit, ut ipſum caveret; ideóque evigilavit vel in ipſo ſomno, qui forte obdormiviſſet in vigilia, ſi mulier mortis imaginem ei non objeciſſet in ſomno, eum dixit *Dormi mecum.* Forſan mitiùs obſtitiſſet mulıeris illecebris, blanditijsque allicientibus Joſephus, ſi bracteata Tiſiphone eum proritâſſet non ſomni pallore, ſed exrubiarum vigore: forſan non ſtetiſſet juvenis, ſi in lecto non jaruiſſet mulier, & in illo mortis non objeciſſet imaginem: forſan cecidiſſet adoleſcens, ſi ſurgens venenata noctua columbam in cœnum deductura clamâſſet *Vigila mecum*, quia fortaſſis blanditiæ, ac repetita illicia juvenem flexiſſent in ſua vota: ſed quia in lecto jacens dixit *Dormi mecum* in ipſo ſomno mortis illi objerit imaginem, quâ obarmatus de libidine victor triumphavit tunc, cùm fugam arripuit: quomodo potuit cum muliere adoleſcens dormire, qui nefandi ſceleris non aliam ſortitus pronubam erat, quàm ſimillimam mortis imaginem? nbi mors ſuos ſpargir cineres, ignis ſopitur, vel extinguitur concupiſrentiæ; & æſtus frigeſrunt libidinis: ubi mors ſuas injicit umbras, ſplrndores delegat, quibus ſceleris oſtendit rurpitudinem, à qua virtutis cultor ſe avertit.

111. Callidiores procul dubio Ægyptiacâ fœminâ fuerunt in oppugnatione Suſannæ inſani illi ſenes, qui vel in ipſo lavacro in fecem lutoſæ libidinis eam pertracturi nunquam mortem, nec ejus imaginem ei objecerunt; tametſi omni niſu arcem fœminei Daniel, 13. pudoris aggrederentur: dixerunt enim: *Commiſcere nobiſcum: quòd ſi nolueris, dicemus contra te teſtimonium, quòd fuerit secum juvenis, & ob hanc cauſam emiſeris puellas à te.* Exrerruiſſent ſenes fœminam lavantem ſe, ſi ei dixiſſent, *Dormi nobiſcum*, quia mortis illi objeciſſent in ſomno imaginem, ſed ne frigeret concupiſcentia ad mortis imaginem, ei tantùm dixerunt *Commiſcere nobiſcum:* & quia renuit mulier, nec in ſua vota valuerunt ſenes eam illiciјs flectere, minis ſategerunt deterrere: *Dicemus contra te teſtimonium, quòd fuerit secum juvenis*, terruiſſent prorul dubio ſortiùs Suſannam, ſi lapidibus obruendam eam meminiſſent conſciam adulterii; ſed ſenes Ægyptiaca muliere callidiores teſtimonium duntaxat criminis objecêre, & ſupplicii rarnificinam non intentârunt, ne ullam mortis imaginem illi ſuggererent: quia hâc mentem ſubeunte etiam æſtuans Venus in ſilirem frigeſcit Niobis; neque æſtuare libidine licet, ubi mors gelida frigidos ingrrit timores; etiam Venus Pallas fieret, ſi mortis refricaret æquè ſeriò, & erebrò recordationem; non concupiſcentiæ tantùm flammas mors ſuo extinguit gelu; verùm etiam Æthnra ipſa ſoo cinere ſopir utriusque appetitus iraſcentis, & concupiſcentis, incendia: hinc inſanientes ſenes, dementéſque amantes mortis ſuppreſſerunt imaginem, ac recordationem, ut ipſi peccarent; ſed ne peccaret Suſanna mortis ſtatim in ſe recordationem excitavit, Ingemuit Suſanna, & ait: *Anguſtiæ ſunt mihi undique, ſi enim hoc egero, mors mihi eſt.* Ibidem. Mortis oblivio ſenes ad turpia incitavir; ſed mortis memoria omnem ſtatim excuſſit libidinis ſtimulum, & veluti injecto frœno concupiſcentiæ inſoleſcentes omnes affectus coërcenit, ideóque ne peccaret Suſanna mortis in ſui opem accerſivit recordationem, & ut percarent Senes mortem, quam erant illaturi ſoppreſſerunt. Suſanna mortis frigore æſtus omnes abegir concupiſcentiæ, ſed ſenes funeris oblivione venereos ignes excitârunt acriores.

Hinc non rectè ad ſui finis aſſecutionem videtur Amnon filius David egiſſe, qui Thamarem ſororem oppreſſurus, non ſolùm mortem ſimolavit, ſed & in lecto veluti in grabato jacuit: nulla ſunt vincula pudoris, honeſtatis, aut ſanguinis, quæ improbus amor non diſrumpat, cum vix ullis poſſit frœnis coërceri, neq; naturæ velit parêre legibus. Amnon filiorum Davidis natu major viginti erat annorum juvenis, ſeu in primo ætatis flore, cùm oculos in Thamarem ſororem injecit, non tamen ut eam amaret, ſed ut deperiret; impudicæ flammæ fomitem venuſtas puellæ ſuppeditaverat, & forma ſororis fratrem deformavit in procum, qui auſus fuit tentare, quod ne cogitare quidem licuiſſet, quia verò incrementum ſubiit, quæ intus ardebat flamma; vicit pudorem libido, timorem audacia, & ſangoinis neceſſitudinem improbitas impudiei amoris: morbum ſimulavit Amnon, quo non laborabat, eum palliaturus, quo torquebatur; flammam diſſimula- 112.

vit, qua urebatur, accerſit ſororem, quam 2. Reg. c.13. v. 18. rogat ſorbitiunculam ſibi parari: *Venit Thamar in domum fratris ſui, ille autem jacebat*: nimirum ſimulacrum objiciebatur oculis puellæ humanæ fragilitatis, cum fratrem vidit in ipſo ætatis, ac Regni flore omnibus denudatum phaleris, deſtitutum ornatu, cultúque corporis ſpoliatum, imò & reſolutum in ſtragulis, morituro, quàm regnaturo propiorem, ſed Amnon qui impudici amoris æſtuabat febri, & inſoleſcentis affectus laborabat ægritudine ſororem ad impuros provocavit amplexus, quæ tamen re- 2. Reg. c. 13. luctata reſpondit: *Noli frater, noli opprimere me, eris quaſi unus de inſipientibus in Iſrael.* Flagitium Amnon obtulit Thamari, ſed reluctanti, ſed de libidine triumphos colligenti, quia imago mortis, quam in lecto jacentis fratris hauſarat, amazonia eam munivit fortitudine, inflexili armavit conſtantia, ad impetus quosque, & aſſultus concupiſcentiæ retundendos.

113. Amnon verò ideo impuris facibus exarſit, quia nullus in aula fuit, qui de hominum interitu adoleſcentem alloqueretur; nullus fuerat, qui de rerum viciſſitudine, & præſertim de hominum fine ſermonem inſtitueret, mortiſque refricarat recordationem: ſiquidem Jonatab primarius Regiæ leno juvenem potiùs verbis decepit, & juvenem acceſſit, non medelam morbo allaturus, ſed vulnus additurus vulneri, alloquens Amno- Ibidem. nem dixit: *Quare ſic attenuaris macie fili Regis, per ſingulos dies? cur non indicas mihi*, an non verba ſont iſta eblandientis, & non concepto morbo medentis? quò ab initio fortius invaleſceret, dierum duntaxat meminit, & noctes reticet, licèt fortàſſis acriùs tunc impudico ureretur igne? non dixit; quare per ſingulos dies, noctéſque macie attenuaris; licèt pallor, & tabes proles ſint vigiliarum, ac inſomniorum: ſed tenebras reticuit, ne occaſus ſolis, & diei funus hominis mortem commouerent, ratos ſola excitata mortis recordatione potuiſſe Amnonem omnes ſtatim excutere, ac abigere commotæ libidinis æſtus: gliſcentem amoris ignem feſtiva dierum hilaritate nutrire maluit, quàm cognatis ſepulchro umbris, triſtis funeris commemorationem producere; dixit tantùm, *Quare ſic attenuaris fili Regis per dies?* ſolis purpuram, diei hilaritatem, quæ illicia ſunt voluptatis produxit, quò adoleſcens, vel ipſo diei æſtu febrim augeret ſuam. Si enim Jonatab non dierum tantùm, ſed & noctium meminiſſet, ſi nocturnis tenebris funeris ingeſſiſſet recordationem, non impudico Amnon æſtuâſſet amore, nec ſororem deperiiſſet, quia ut ait Auguſtinus lib exord. In Epiſt. ad Heliod. *Nihil ſic revocat à peccato, quàm frequens mortis meditatio*, & D Hieronymus: *Nihil æquè tibi proficiet ad temperantiam omnium rerum, quàm frequens cogitatio brevis ævi, & hujus incerti. Quidquid facies reſpice mortem.*

Hi in acie pugnaturi de profligato hoſte 114. triumphant, quos mortis memoria munit; idque cùm Juditham minimè latuiſſet, antequam Holophernem proſtratura iter arriperet, & in hoſtium caſtra ſe conferret, cineres congeſſit in comam, quaſi mortis galeâ contecta virago poſſet tuta procedere, ac cœnanti Holopherni aſſidere impolluta: *Judith ingreſſa ad oratorium ſuum, & induens* Judith. 9. v. 1. *ſe cilicio poſuit cinerem ſuper caput ſuum.* Hac ſiquidem munita caſſide victoriam ſibi de arrogantia Holophernis ſpondebat, & licèt cineres in extima cute ſparſiſſet, mortis tamen memoriam altiùs intus menti impreſſit. quâ obarmata non timuit etiam phalerata caſtra penetrare obſidentium Bethuliam: quia mortis recordationem intus fovebat in mente, potuit extariùs fucos admittere in genis; phaleratur citra pudoris diſcrimen mulier, ſi nitori gemmarum cineres ſupponat; ideo Juditha in campum proditura, ubi mortis memoriâ ſatis ſe munitam vidit, ad vim propulſandam ſe accinxit non ornatum reſpuens, ſed accerſens. Oris venuſtati nativæ ornatum addidit veſtium, quæ elegantiâ cæteris præcellerent; pretium formæ muliebris mundi ornatus adauget; capiti ornando gemmea adaptatur mitra, digitis annuli gemmarum fulgore nitentes induuntur; appenduntur auribus inaures gemmulis irradiantes, pedibus ſandalia inducuntur, & toto corpore gratis perfuſo odoribus ſpicula apparavit ad pectus Holophernis confodiendum, & bellicas machinas direxit ad potentiam ferocientis ducis proſternendam, licèt ipſa hiſce illiciis non ad libidinem excitandam uteretur; ſed ad patriam ex anguſtia obſidentium vindicandam; omnia ſiquidem ad Numinis honorem, patriæque ſalutem referebat.

Holophernis amorem excitare quidem 115. voluit, ſed honeſtum, parata etiam ad nuptias cum ipſo ineundas, ſi ad Dei veri cultum accederet; cæterum nil in ejus ornatu, conſilióque improbum fuiſſe divinæ teſtantur paginæ, quæ memorant; cœlum Judithæ pulchritudini incomparabilem addidiſſe decorem; non fuit igitur hic ornatus muliebris illicium ad laſciviam incitandam; ſed belli apparatus inſtructus ad victoriam de Numinis hoſtibus deportandam. Retinuit enim Juditha ad pudoris ſui præſidium nonnihil mortualis pulveris, quò fortiùs cum voluptata decertaret; latuêre ſub mitra, ac cincinno capillorum mortis teſſeræ, ne in ipſa moreretur pudicitia. Neque putârim absque Numinis providentia relatam ad ſolis usque occaſum, ad funus usque emortui diei victoriam mulieris de Holopherne multo jam vino madente: *Ut autem ſerò factum eſt concluſit Vagao oſtia cubiculi, & abiit*, nimirum Judith. 14. abiit, cùm ſerò factum fuit, quia ſolis occaſus, diei obitus, mortis ingerebant memoriam, quâ corroborata Juditha fortiùs pugnavit, expugnavitque Holophernem infenſiſſimum

ſiſſimum Hebraicæ gentis hoſtem; pugnam inſtituit nocturnis in umbris, Libitinam, ut ſibi aſciſceret ſociam victoriæ; ſiquidem amputaturæ fœminæ mox impudiciſſimum monſtrum nox ipſa mortis vicaria ſuarum ſatellitio umbrarum eſt patrocinata.

116. Non Holophernem tantùm proſternit, qui mortis memoriâ corroboratus pugnas init; ſed pravos omnes etiam affectus in ſe, & contra ſe inſurgentes tetundit, compeſcit, expugnat: vires ſuas amittit concupiſcentia, & frigida priùs corruit expugnata, quàm ſurgat ad pugnam; ſi noverit ſe cum hoſte congreſſuram eſſe mortis recordatione loricato: hinc Jobus qui coërciturus pravos omnes concupiſcentiæ, ac iraſcibilis motus, ſaccum induerat, & cinere ſe cooperuerat:
Job. 16. v. 16. *Saccum conſui ſuper cutem meam, & operi cinere carnem meam*, non timuit poſtea concupiſcentiæ inſidias; nec unquam fuit Jobi
Job. cap. 31. v. 9. pudicitia inter mundi illecebras periclitata: *Si deceptum eſt cor meum ſuper muliere; & ſi ad oſtium amici mei inſidiatus ſum:* nimirum ſacco indutus, & cinere coopertus de mundi illecebris, de concupiſcentiæ laqueis, de voluptatum illicijs palmas legere debuit: tœdei enim illecebtarum etiam divitijs affluentem, ubi cinis emortualis quaſi tubicen perſtrepit ſepulchri.

117. Mortem igitur cogitemus, mortales cùm ſimus; quamvis firma valetudine nullum ſentiamus morborum incommodum, adhuc dum ſani ſumus, ut rectè vivamus, neceſſe eſt diſcamus crebrò mori, quotidie omnes conſcientiæ noſtræ latebras exploremus, quidquid circa nos jacet rerum, tanquam hoſpitalis loci ſarcinam ſpectemus, omni momento ad oſtium æternitatis nos ſtare ſeriò penſemus, ne nos oſcitantes æternitas inveniat: tota nobis imminet æternitas, momentanea eſt voluptas, ſupplicium æternum. Mors uno flatu omnes diſſipat mundi voluptates, quibus, pravis noſtris adhærentes
Tract. de ligno vitæ. affectibus, inhæremus: quia ut ſcitè D. Laurentius Juſtinianus: *Mors univerſis gaudijs finem imponit, ita ut cum eſſe deſierint, nec fuiſſe putentur.*

An non unà cum morte morientur, & mundi gaudia, & ſenſuum illicia, & concupiſcentiæ blandimenta, & carnis lenocinia? jacebit tunc corpus noſtrum exanime, omnî deſtitutum motu, ſine ſenſu, ſine forma, cadaver tetrum, amicis horribile, ſocijs moleſtum, conſanguineis grave; involvetur veterî linteo, eòque uſu, ac tempore detrito; efferetur cum lachrymis, abjicietur in ſepulchrum, vertetur in putredinem, ſanie abſumptâ in exigua deſinet oſſa arida; & caro, cui, ut indulgeremus, vitijs adhæſimus, mundi voluptates in perniciem animæ acceſſivimus, marceſſet & in fœtidum tandem vertetur pulverem; & terra fiet, quæ è terra ſuam traxit originem ex humo homo: neque tunc ullo ampliùs diſcrimine differet Princeps à ruſticello, nobilis à plebeo, purpuratus à pannoſo, dives à paupere. Arbores ſi vegetas in pomarijs ſpectemus, earundem diverſitas ex fructuum foliorúmque varietate dignoſcitur, ex glandibus ilex, ex dactilis palma; ex malis citreis, pomiſque aureis cedrus; ex racemis vites, ex frondibus platanus, ex folijs, & bacchis laurus; ſed poſtquam areſcta radice, cæſo caule, collectis fructibus, dilapſis folijs, in ignem conjiciuntur arbores hæ omnes comburendæ, & in cineres ſolutæ, nullus ampliùs eſt, qui ex ſuperſtite illo cinerario illarum arborum valeat inter ſe diſcrimina diſtinguere. Perinde contingit hominibus, qui à ſacro textu arboribus pariantur inverſis, hi quidem diſtinguuntur inter ſe ſe ex radicibus ſuorum majorum, ex folijs divitiarum, ex ramis genealogiæ, ex fructibus rerum geſtarum, ex corticis aſperitate, vel lævore; ſed in uno ſumus omnes pares, quòd omnes nullo excepto ad tumulum tendimus, & in cineres redacti nullum ampliùs ſupereſt diſcrimen pauperem inter, & divitem; pannoſum, & chlamydatum, Principem, & ruſticum, quia mors inæqualia æquat, ejuſdem protſus ſunt coloris, odoris, ac ſpeciei ſepulchrales pulveres Creſi, & Codri; Imperatoris, & ſutoris; Monarchæ, & agricolæ. Hæc ſeriò perpendamus, ut à quovis pravo caveamus affectu.

DIS-

DISSERTATIO IV.

Exareſcit viror cujusvis ſpei, ſi in mundi ſolo excolatur.

§. I.

Mundi ager probro laborat ſterilitatis, ſpem culturæ fallit; & ſperantes ejus fructibus diteſcere, inopiam ſequuntur, opes non aſſequuntur.

1. MAlè ſibi conſulunt, qui mundi excolentes ſolum, in ipſum omnia ſuæ ſpei jaciunt ſemina, fore ſperantes, ut uberrimam fructuum ſegetem germinent, creſcant, maturiant: probro laborat hæc tellus ſterilitatis; quæ ipſi concreduntur ſemina, non germinant, nec creſcunt, ſed deficiunt; non in fructus maturiunt, ſed in vepreta degenerant; nil poteſt, mundus exhibere, quod extinguendæ ſiti ſufficiat. Maxima in mundo res, quæ nos allicit, ut ei obſeqnamur, voluptas eſt, carniſque illecebra, ſed hæc, quàm ſit fallax, mendax, fugax, ediſſerit vel ipſe Tullius inquiens: *Qui voluptatem maximè ſequuntur, minimè conſequuntur*, non eſt voluptas ea, quam mundus exhibet, ſed larva quædam, & umbra voluptatis, quæ nihil in ſe ſolidi continet; quamvis voluptas ridentem vultum, ſerenam frontem, adblandientes oculos, & os germinans roſas, & mella perfundens videatur præſeferre; latet tamen anguis in herba, & venenum: in aureo poculo propinat terrena voluptas ſibi indulgentibus aliquid dulcedinis, ſed veneno infectum, quod ſi hauriatur, mortem invehit. *In Tuſcul.*

2. Putant, qui ſpes ſuas locatas volunt in mundi delicijs, poſſe, quod ſperant aſſeqni, ſed falluntur: fruſtra enim è ſolo probro laborante ſterilitatis ubertas ſperatur fructuum, qui famem propulſent, & appetitum expleant ſperantis. Eſt hic error, qui in mundo ſperantes çorripit, fallítque, cùm putent à terrenis delicijs veram poſſe voluptatem prodire; & tan n hanc ſperantes, eâ tenentur ſpe, ut nihil non tentent, quò poſſideant, quod inde ſperant. Nil eſt, quod non audeant, improbos labores ſubeant, ſudoris imbres fundunt, & nihil eſt, quod non ferant, ut mundum excolant, ut ex culta tellure vitor prodeat præconceptæ ſpei, quæ non ſolùm adoleſcat in herba, verùm & diteſcat in fructu; ſed Siſipheus eſt labor iſte, qui ſudores tantùm extorquet ſine ſpe ulla fructûs, & utilitatis; nil eſt, quod non ferant, qui ſpe illecti in terræ commoda feruntur. Abſtergendus eſt error iſte ab omnium mentibus, plura enim invehit mala, quàm ſint ipſi mali, qui decipiuntur. Voluptates, quas mundus exhibet, ſenſum extimè tantùm afficiunt, non intimè penetrant, quò inde diſcamus veras non eſſe voluptates, quæ in ſola tantùm hærent ſuperficie, & extimam duntaxat ſenſûs cutem radunt; ſunt potiùs cortices, & excrementa voluptatis ſine medulla utilitatis; & poma Sodomitica, quorum venuſtas in extimo tantùm cortice efflореſcebat, cum intus cipereſcerent.

3. Quid ſint mundi voluptates, ediſſerunt poma Sodomitica, quæ ut ait Solinus, cùm præſeferrent aliquam ſpeciem maturitatis in ſpecioſæ cutis ambitione, favillaceam tantùm fuliginem intus abſcondebant, quæ vel levi preſſu tactà fumum exhalaret, & totum pomum in cinerem deſineret: neque quid majus ſperandum eſt à mundo, qui in hoc Sodomiticum æmulatur & ipſe pomum; cùm delicias, & voluptares ſpondeat, quæ in ſola tantùm externi ſenſûs ſuperficie hærent, cùm intus nonniſi vitiorum fuligines abſcondant, quæ non fumum exhalant, ſed gehennales accendunt flammas. Spuria ſunt, quæ à mundi voluptatibus gaudia ſperantur: vera non ſunt, nec diuturna, quia à fluxa, & fucata prodeunt voluptate. Mundanæ voluptati larvam detrahit S. Laurentius Juſtinianus, ut qualis ſit, nobis innoteſcat, & inde diſcamus eam fugere, ne à larva decipiamus: ait ipſe. *Voluptas mundana deformis eſt, & ſqualida, puritatis inimica, pudicitiæ exterminium, eſca diaboli, peccatorum incentivum, rubigo mentis, conſcientiæ abolitio, adverſatrix Dei, animarum interemptrix, ac totius conſumptrix boneſtatis. Hanc quisquis rectè ſapit, quisquis vult vitam, cupit-* *Lib. de caſto connub.*

que

Digitized by Google

quæ habere dies bonos, fugiat, ejúsque amicitiam velut aſpidum, & viperarum aſpectum abhorreat.

4\. Horrida ſanè eſt, mundi voluptas licèt blanda videatur apparere, & pulchra: fucata eſt ejus venuſtas, falſa illius dulcedo, quæ nonniſi lethale venenum propinat eam ſitientibus. Neque quid aliud mundi voluptas refert, quàm Circeum poculum, quod qui exſiccabant, vel aliquid humoris ex illo hauriebant in bruta convertebantur; voluptas licèt ſpondeat aureo in poculo dulcedinem, & meliſicium; maleficum tamen propinat ſuccum, & maleficium, quod qui hauriunt, fœda metamorphoſi in bruta ratione deſtituta, ac quovis virtutum ornatu ſpoliata transmutat; neque terrenæ voluptates noſtras poſſunt ſpes fovere, neque noſtri famem deſiderij explere, cùm ſint ipſæ vaniſſimæ, ac Circeum tantùm poculum ſiccandum propinent, aut porcorum ſiliquas famelicis tantùm exhibeant; quod cùm noviſſet Stoicus dixit, voluptatem bonum pecoris eſſe, non hominis; qui quoties terrena ſe capi voluptate ſinit à ſe ipſo diſcedit, cum voluptas ipſa eum à ſtato hominis dejiciat, & in ſtatum projiciat pecoris: ſcitè pronunLib. de grat. & lib. arbit. ciavit D. Bernardus: *Nullam veriorem miſeriam eſſe, quàm falſam lætitiam.* ac mundi voluptatem: ſiquidem poſtquam diu hominem beatitatis cupidum umbris gaudiorum, ac fugacibus lætitiæ ventis, inaníque ſpe lactavit, tandem jejunum, & famelicum dimittit: imò cum minori damno dimitteretur homo, ſi jejunus, & famelicus relinqueretur; ſed quod deterius, cicuta, & herba ſardonica, cæteriſque noxijs paſtus, & oppletus, ſuæ neceſſe eſt illachrymetur calamitati. Idque expertus Eccleſiaſtes di- Eccleſ. c. 2. v. 1. xit: *Dixi ego in corde meo: vadam, & affluam delicijs, & fruar bonis: & vidi, quòd hoc quoque eſſet vanitas.* Cui videtur congruere illud Senecæ de Cajo Cæſare; *Quem* ut ſcribit *ad Helvium de conſol. natura viſa fuit edidiſſe, oſtenſura, quid ſumma vitia in ſumma fortuna poſſent.*

5\. Quid ni etiam Salomon cum ſuperbiſſimas templi, & palatij ad miraculum usque excitâſſet molitiones, ac in ſumma rerum omnium vixiſſet affluentia, tandem otio, deliciíſque enervatus, eo prolapſus eſt turpitudinis, quò non contentus ſeptingentis primarijs, ac trecentis ſecundarijs uxoribus, innumeras præterea adoleſcentulas (quas D. Hieronymus Epiſt. 132. ad Vital. pellices, & ſcorta vocat) ſuæ explendæ libidini ſubrogaverit, adeò ut totus uxorius, ac fœmineus virilem exuerit vigorem, & à mulieribus in tranſverſum actus in omnium vitiorum cœno volutatus fuerit. Speravit aliquid beatitatis è mundi voluptatibus enanciſci, ſed ſpes ipſum fefellit, cum non flores in exculta mundi tellure collegerit, ſed ſpinas, & vepreta; non hauſtûs dulcedinem, ſed cicutæ venenum ebiberit; lethalis enim eſt omnis illa voluptas, quæ à Deo ſuam non trahit originem.

Spes, quæ in mundi ſolatijs ſeritur; vel exareſcit, vel nonniſi ſpinas, & vepreta germinat. In Ægyptum pergenti Moyſi diſtricto gladio apparet Angelus, imò non ſolùm ei obviavit, verùm & minanti vultu in eum irruit, quem occideret: *Et volebat eum occidere:* ſed ſi Moyſes nonniſi ex Numinis præcepto fuerat in Ægyptum profectus, cur cœleſtis miles nudato gladio fit ipſi obvius, non ut ſalutem dicat, ſed quò vulnera illi infligat, ac cruenta cæde eum interficiat? Quid cauſæ cœleſtis militiæ bellatorem movit, ut ex Numinis mandato euntem Moyſem in Ægyptum vellet interimere? quia ſcilicet duxerat Moyſes in ſolatium itineris, & levamen laboris, uxorem, & filios, in quibus ſpem ſuam collocârat: cum enim Moyſes ſpem ſuam fixiſſet in filiis, rebúsque humanis, & ſolatium ab ipſis expoſceret, qui debuiſſet ſpem ſuam in Deum ſolum reponere, & ipſum ſolum conſolatorem admittere, ideo cœleſtis militiæ ſtrenuus bellator diſtricto gladio cruentam ei cædem minatur, eò quia Numinis iram laceſſiverit, eo ipſo quòd in humanis rebus ſpem ſuam fixerit; & huc videtur ſpectâſſe Euſebius, cùm dixit. *Propterea Moyſem Angelus interficere volebat, quòd ſecum uxorem, & filios ferret;* nimirum ſpes noſtræ, quò in verum vireſcant ſolatium, non in rebus figendæ ſunt humanis, ſed in ſolum Deum dirigendæ: non ſovent humana ſolatia ſpem veri gaudij, ſed ejus virorem ſtatim exſiccant, & mortem minantur. 6. Exodi 4.

Perdunt, non produnt, quæ pretioſa ſunt, mundi voluptates: proinde nec ſpes noſtras alunt, ſed potiùs fallunt. Nobile hujus aſſerti documentum dedit Cleopatra Ægypti Regina: hæc non tam jure, ac judicio, quàm conviviorum luxu decertatura, ad Antonium, quem deperibat, & in quem ſuas locaverat ſpes felicioris regiminis, delicijs, luxúque diffluens acceſſit, cúmque iter maritimum inſtituiſſet ſuum: ſedebat ipſa in media navi, aurea ſub umbella veluti alicujus Numinis vices in aquis gereret, quam utrinque ſtipabant lectiſſimæ virgines ornatu Nympharum, ſuffitus odoramentorum omnis generis ex aureis thuribulis perfundentes. Quid multa? ad convivium ingenti ſumptu paratum Antonium provocat, cui poſt fercula Regio quovis condita ſapore, unionem acri aceto liquatum ei propinat ſorbendum, cujus pretium ducentis quinquaginta millibus Philippeorum æſtimabatur, & una luxûs in epulis voluptas gemmarum pulcherrimam, ac pretioſiſſimam abſorbuit. An non gemma pretioſiſſima eſt exculta, & quæ in nobis quovis margarito pretioſior virtus ſplendet? hanc tamen mundi voluptas corrumpit, ac per- 7.

dit, & quidem momento temporis, uno ſcilicet hauſtu, quô voluptatem, quam ſperavimus nobis à mundo exhiberi, deglutimus: volatica enim eſt voluptas vix fucatam ſuam exhibet dulcedinem, & ſtatim deſinens amareſcit: fulguris eam diceres corruſcationem, quæ cùm accenditur extinguitur, & moritur cùm oritur; ut ſcitè innuit Iſidorus Peluſiota, qui alloquens ſitientes mundi voluptatem eos averſurus à fucata ſua dulcedine, argumentum depromit à volatica ejus brevitate, inquiens: *Cogitare vobiſcum debetis voluptatem propemodum prius quam appareat, extingui*, & revera quibus delectari ſperamus voluptatibus, hæ nonniſi fucatam, & perfunctoriam habent voluptatis larvam; cùm credit quis eam à ſe poſſideri, ſe ipſum decipit, ac fallit, eſt enim voluptas veluti aquea bulla, quæ cùm tangitur, diſparet; cum premitur opprimitur, & cum ſplendet extinguitur & cum manu quis credit eam poſſidere, illam perdit: ſed non ſolùm appetens voluptatis eam perdit, cum ſperat illam lucrari; ſed quod deterius, etiam voluptas ſuos perdit aucupes.

Lib. 1. epiſt. 164.

8. Refert Lipſius Catonem Cenſorinum poſt bellum Punicum ſecundum, conſpecto ævi ſui luxu in publico Senâtu queſtum fuiſſe, non poſſe urbem ſalvam eſſe, in qua piſcis unus pluris væniret, quàm bos integer; Mulus fuit piſcis ille, qui & barbus, vel regulus marinus vocator: nimirum piſcis ille in delicijs habebatur à Romanis, à quibus pluris fiebat, quàm bos ad pinguedinem nutritus: quæ nobis arrident, ac noſtro ſatisfaciunt palato, quia aliquid præſeferunt voluptatis, quâ ſenſum titillant, pluris facimus, quàm quæ nobis utiliùs poſſent prodeſſe: ſed quia judicium tunc corrumpitur cuncta in homine ſus, deque vertuntur in ejus perniciem. Malè ſibi conſulit, qui ſpes ſuas in mundi voluptates, & commoda dirigit, ac ſuam in hominibus, rebúsque humanis fiduciam collocat: non in feraci is tellure ſua jacit ſemina, ſed in litorali maris ſerit arena abſque ſpe ulla fructûs. Tum ſpes noſtræ virent, & incrementa ſubeunt, cùm ſuas in Deo radices figunt, & nullis nituntur humanis auxiliis: tantò enim eſt quis in ſpem erectior, quantò ſe magis in Dei tutelam committit; ille tunc Numinis miſericordiam ſibi quaſi obſtringit ad patrocinium, cum humanis renuntians auxiliis in divina duntaxat ſperat ope, quia ut ſcitè Petrus Damianus: *Ubi magis ex humana ratione diffiditur, illuc propenſiùs divina clementia ſubvenitur: Et ubi ſolatium deſperamus humanum, divinum plerumque cernimus adeſſe præſidium.*

De magnit. Roman lib. 4. cap. 7.

Lib. 7. Epiſt. 17.

9. Illuſtre hujus veritatis documentum dedit Paralyticus ille Evangelicus, qui octo ſupra triginta annos omni deſtitutus humano remedio jacebat ad marginem piſcinæ, eò quia nullus eſſet, qui cum aqua moveretur, in piſcinam eum traheret, & cauſam ſuæ miſeriæ ipſemet ſtatim adduxit, cum interrogatus, cur beneficium non fuiſſet, & ipſe piſcinæ expertus, reſpondit illico: *Hominem non habeo*, mirum ſanè, quòd cum per octo ſupra triginta annos jacuiſſet prope piſcinam, ad quam plures quotidie ex varijs terrarum tractibus confluerent, curandæ alicujus ægritudinis causâ, nullus fuerit, qui miſericordiâ motus paralyticum illum in aquæ commotione intus deferret in piſcinam, ideóque conqueritur, quia cùm ſpes ſuas in homines illuc venientes direxiſſet, vel propè aquam vidit ſpes ſuas exareſcere, cùm faciliùs, & feliciùs germinent, quæ propè aquas ſeruntur plantæ: quia ſpes hujus Paralytici radices ſuas in ope humana egerat; ideo miſer ægritudine diu torquebatur areſcente ſpe: rectè igitur conqueritur, qui fiduciam ſuam non in DEO, ſed in hominibus collocaverat, & ideo cœpit de recuperanda valetudine deſperare, quia in hominibus ſperaverat: ſpem divini auxilij jure amiſit, quia ſuæ ſpei fomentum in hominum ope admiſit: pulchrè D. Gregorius: *De Curatore deſperâſſe, fuerat ſpem in creatura poſuiſſe*, ideo propè aquas piſcinæ exaruit ſpes Paralytici, quia ſuas in ope hominum radices egerat.

Joan. 5.

§. II.

Quæ in hominum ope, & auxilio ſpes ſeritur, vel exareſcit inutilis; vel non niſi ſpinas germinat, & vepreta, quibus ſperantes miſerè torquentur, ac puniuntur.

PRobo laborat ſterilitatis mundus, & quæ ſpei ſemina eidem concreduntur, citiùs aduruntur, quàm adoleſcant in germina: & minùs de Numinis benefica bonitate, & munifica largitate videtur ſentire, qui non implorata divina ope ſpes ſuas in rebus humanis collocat; qui divino neglecto ſubſidio ad humana divertit præſidia, DEUM quaſi obliviosum in providendo videtur coarguere, ideóque ubi aliquid ſubſidij à rebus ſperat humanis, irati Numinis ſentit indignationem: teſtem accerſitum huc volo Ozam. Ubi primùm Davidi licuit ſui Regni ſedem ſtabilire, principem ſibi curam eſſe voluit Numinis cultum reſtaurare, ac pro viribus, beneficio divini auxilij promovere, ideóque Numinis arcam veluti extorrem, ac neglectam decrevit ex urbe Cariathiarim, quò à pluribus annis delata à Philiſthæis fuerat ad priſtinam ſuam transvehi ſedem, con- 10.

ſen-

ſentiente toto Iſraelitico populo. Servabatur tunc arca DEI, ac ſedes divini oraculi in ædibus Abinadabi Levitæ. Hanc igitur tranſvectionem Rex ſummis ſtudijs, ingenti ſumptu, & celeberrima ſolemnitate inſtituit. Verùm cùm jam arca veheretur, & in itinere calcitrones boves periculum aliquod feciſſent, vel ſaltem metum excitâſſent, ne arca teſtamenti corrueret, plauſtro inæqualiter ſe moventi opem ſuam Oza extentâ illicò manu adhibet, quâ plauſtrum fulciret, ne fortè arca corrueret; fuerat enim Ozæ, & fratri ſuo Abioni, aliiſque nonnullis cura demandata arcæ deducendæ, ideóque Oza operam commodaturus auxiliarem admovit manus plauſtro, vel etiam arcæ, ne ex illa viæ inæqualitate rueret, & ſuo itidem fungeretur officio.

11. Sed diſplicuit Deo, Ozam manus arcæ admoviſſe ea de cauſa, quia, ne corrueret, vereretur; ideóque intempeſtivo adjutori iratus, ejus temeritatem repentina mulctavit nece, cùm enim primùm plauſtrum, & arcam admota manu tetigit, ſtetit quidem Arca, ſed cecidit ipſe in humum, & ſubitò ex-
2.Reg. c.6. piravit: *Iratus eſt indignatione Dominus, & percuſſit eum ſuper temeritate.* Sed ſi Oza ex ſolo timore, ne rueret arca, cum plauſtrum inæqualiter ſe moveret, manum duntaxat ſuam extendit, eam ſuſtentaturus, cur cùm pium crederet opus exercere, tam graviter punitur, ut repentina morte ceciderit ſtatim extinctus? ſi ſuo autumabat Oza fungi officio, ac demandatam ſibi provinciam explere in fulcienda arca, plauſtróque ſuſtentando periculum faciente, cur tam gravi pœna ſtatim plectitur? Non me latet, ſacros Interpretes plures congerere hujus repentinæ punitionis cauſas, quarum prima dicunt, eam fuiſſe, quia Oza ſine reverentia, abſque neceſſitate auſus fuerit non plauſtrum tantùm, ſed & arcam tan-
1.paralip. 13. gere: *Bos arcam paululum inclinaverat*, ideóque aſſerunt, repentina morte fuiſſe punitum; eò quia debitam non exhibuerit arcæ reverentiam, ut inde diſcamus & nos, quanto teneamur obſequio, & quanta reverentia epulum ſumere Euchariſticum, cujus tunc nos arca ſumus; quòd ſi aliquid in nobis adeſſet vitij, vel noxæ, id vel maximè Deo diſpliceret, cùm abſque debito obſequio, & reverentia non arcam tantùm, ſed & ipſum divinum Oraculum, imò & Deum ipſum tractaremus.

Alia quæ ſolet puniti Ozæ cauſa adduci eſt, quia cùm non eſſet Sacerdos, auſus tamen fuit manum admovere arcæ fulciendæ, ubi etiam inde docemur, quanta nos deceat puritate, & reverentia accedere ad ſacram ſynaxin, ad Euchariſticum Sacramentum, in quo non manna terreſtre, ut olim in arca, ſed cœleſte, ac divinum, ſeu Chriſtus DEUS & homo continetur, & ſumitur: eleganter S. Pacianus in Parænesi. *Vos appello, qui criminibus admiſſis, pœnitentiam recuſatis: vos inquam poſt impudentiam timidos, poſt peccata verecundos; qui cùm mala conſcientia DEI ſacra contingitis, & altare Domini non timetis, qui ad manum Sacerdotis in conſpectu Angelorum ſub fiducia innocentiæ acceditis, cùm tanta fuerit divinæ curæ providentiæ, ut audaces manus, nec ob auxilium ſuſtineret. Magis etiam ſibi timeant, quibus conceſſa poteſtas diviniſſimi hujus Sacramenti conficiendi, ac diſtribuendi, ne Rei fiant corporis, & ſanguinis Domini, ſibique pro gratia pœnam, pro miſericordia judicium, pro vita ſumant mortem, ut Paulus minatur 1. Corinth. 11.* Verùm licèt hæ, & aliæ, quæ adferuntur cauſæ latis explicent, juſtam fuiſſe irati Numinis ſententiam mortis contra Ozam temerarias manus admoventem arcæ; mihi ad rem noſtram ea placet, quia viſus fuerat Oza non in Numinis ope ſuam poſuiſſe fiduciam, ſed in humano auxilio ſpem ſuam collocâſſe: ſciebat enim arcam fœderis maximæ curæ fuiſſe Deo, & nihilominus adhuc timuit, quòd potuerit ruere, & perire, ideóque graviſſimè deliquit, cum opem humanam divino prætulerit auxilio; & timuit poſſe perire, quod Deus tuetur, niſi humanum adhibeatur ſubſidium: quæ DEUS fulcit, & ſuſtentat, nulla vis humana proſternere, ac perdere poteſt; cùm è contra, quæ humanis nituntur viribus, ſi divina deſtituantur ope, corruant ſtatim, & pereant; ut inde diſcamus, ſpem noſtram non in hominum auxilio, ſed in ſolius Numinis ſubſidio figere: & quia Oza ſpem ſuam ſuis poſuerat in manibus, quas plauſtro admoverat, ne corrueret arca, quæ non humano, ſed divino fulciebatur ſubſidio, ideo promeritas ſui delicti luit pœnas: hinc Salomon ait: *Habe fiduciam in Domino ex toto corde tuo, & ne innitaris prudentiæ tuæ.* Prov.3.v.5.

13. Imò tunc uberior debet fiducia noſtra in Deum creſcere, cùm proximiùs videtur periculum imminere; quò enim majus, & gravius eſt periculum, eo tutiùs, ac firmiùs in divino fidendum eſt ſubſidio, & ſpes noſtra in ſolo DEO figenda, ut enim piè dixit D. Gregorius: *Deſperarem de vulnere, ſi non ſperarem de Omnipotentia*; fluxa ſunt, & ruinoſa, quæ mundus fulcra exhibet noſtræ ſuſtinendæ imbecillitati, ſtare nequit qui fluxis innititur: labuntur ſpes noſtræ, ſi rebus fulciantur humanis: ſtant verò, ſi ſuas in ſolo Numinis ſubſidio radices agant: ea enim eſt divinæ Providentiæ conditio, ea divinæ bonitatis indoles, ut in ſe ſperantibus patrocinium inde mittat, unde minus videbatur poſſe oriri. Contulerat ſe Elias ſupra montis faſtigium ſoli Deo vacaturus, & [In Pſal. 3. pœnit.]

quam-

quamvis nullus adeſſet, qui eſurientem paſceret in ſolitudine, non tamen ſolicitus fuit Propheta de obſonio ſibi comparando, ſed ſpem ſuam in ſola Numinis providentia direxerat, nil ſolicitus de hominum ope. Profectò ſua Numini obſequia exhibet in monte Elias, nullus apparet hominum, qui è proxima valle montem conſcendat, eſculenta allaturus eſurienti Prophetæ: ſed bajulus ille corvus advolat, carnes, cibóſque deferens Eliæ, & quod non præſtitit homo, egit ales indigentiæ conſulens Prophetæ. Quid? quòd Corvus carnibus inhians devorandis, carnem ungue ſuſpenſam detulerit, & non deglutierit? inde conjiciamus, quanti Deus faciat ſuorum fiduciam ſervorum, qui ſuam ſpem in ſola Numinis ope locatam volunt, cum etiam per corvum infidelitatis ſymbolum, fideliter ei miniſtrentur neceſſaria ad victum: appoſitè D. Baſilius: *Mons Carmelus ſublimis, & deſertus Eliam etiam deſertum habuit; viaticum, cibúſque ei ſpes cum Deo erat: & cùm ita viveret, fame tamen non extinctus eſt; ſed avium rapaciſſimi, & voraciſſimi corvi cibum ei attulére.* Noſtra debet in Deum ſpes, ac fiducia dirigi, cùm nullum à mundo, & hominibus ſperatur ſubſidium; licèt imminentia pericula magis urgeant; navis tamen noſtræ vitæ ſi ſpei anchoram in ſolum DEUM jecerit procelloſo in hujus ſæculi pelago ſtabit firmior; quamvis fluctibus jactata adverſitatum naufragium immineat; periculum erimus declinaturi, ſi ſpei noſtræ anchoram non in homine, ſed in ſolo Numine locaverimus; in ſolo enim divino obſequio hæremus firmiores, ac tutiores ſperamus.

Homil. in divites.

12. Si enim Deus, vel ipſos peccatores, ac idololatras tuetur, quomodo in ipſo ſolo ſperantes, & de ſola cœleſti providentia confidentes deſeret? Quoties ſperat homo poſſe ab hominibus aliquid enanciſci ſolatij, ſe ipſum fallit, & ſpem ſuam in ſolo ſteriliſcente ſerit abſque ſpe ullius fructus: quæ enim jaciuntur ſemina in ſteriliſcentes, ac aridas marini littoris arenas exareſcunt, ac labores fruſtrant, quos in tali cultura impendimus; idque luculenter ediſſerit Ægyptius Joſephus in tenebricoſo ſuo carcere. Erat Joſeph in domo Putipharis ob virtutis præſtantis, ac fidelitatis pluries exhibitum documentum, rerum domeſticarum Præfectus, adeo ut cura totius domûs fuerit eidem concredita, & quidem eo emolumento, ut omnes Heri ſui Putipharis facultates ingentibus locupletarentur augmentis. Verùm quia nulla eſt in aëre ſerenitas, quam nubes non fœdent; nulla in pelago malacia, quam proceloſi Euri, at Noti non perturbent; ita Joſephi felicitas in dirigendis Heri ſui redditibus, ac proventibus augmentandis in ſuum etiam impegit obicem: erat Joſephus forma corporis ſpecioſus, proinde gratior ad ſibi domeſticorum omnium captivandos affectus, præſertim cùm in corporis elegantia animi ſplenderet eximia virtus. Hæcque juvenis venuſtas Heræ fuit irritamento amoris impudici, quæ propterea liberiùs, quàm caſtam deceret fœminam oculos in adoleſcentem injiciebat, raptiſque in fomite igniculis occultum ſub venis ignem fovebat: cúmque obſervâſſet tempus, quo ſine arbitris poſſet juvenis ad flagitium allici, eum ad ſua vota trahere adnixa eſt; ſed Joſeph neque illicijs flecti, neque blanditijs ſuaderi potuit, nec precibus moveri, ut voto aſſentiretur procacis mulieris; & quia manus mulier etiam injecit juveni recuſanti, ejúſque veſtem arripuit; hic ratus victoriam in fuga poſitam eſſe, relicto pallio in improbis manibus fœminæ foras ſe ſe proripuit; paratior calumniam potiùs ſubire, quàm jacturam pati caſtitatis.

Sed irritata acriùs juvenis verecundiâ 13.
Venus, tantùm cœpit exardeſcere in illum odio, quantùm priùs flagraverat amore, quæ propterea apud domeſticos innocentem infamiâ oneravit, deinde ad maritum accedens cum pallio lachrymis, & queſtubus famulum in crimen vocat intentatæ turpitudinis, in cujus teſtimonium ereptum pallium prodit: & quia inconſulta Putipharis temeritas lugenti, at querelanti credidit mulieri; Joſepho, quamvis decem ipſis annis exploratæ probitatis eſſet argumento ſuffultus, locus non conceditur ſe purgandi; & innocens detruditur in carcerem in vincula abripitur. Quid aget Joſephus ſqualido, ac tenebricoſo in carcere vinctus, ſi tamen vinciri poteſt is, quem innocentia tuetur. Quamvis mens nullius ſibi conſcia flagitij nequeat diu opprimi, ac vinciri, cùm vel in vinculis, & carcere libera ſit, quia à ſcelere immunis; nec poſſit virtus in carceris deliteſcere tenebris, cùm ſuo ſe prodat nitore; attamen Joſephus quamvis innocens, & in eo virtus emicaret continentiæ, diu tamen detinetur in carcere illo.

Sed quid quòd non ſtatim è vinculis 14.
illis fuerit abreptus? quia nimirum ſpem ſuam non in ſolo DEO poſuerat, ſed etiam in homine: cùm ipſo detinebantur in carcere Duo de Aulicis Pharaonis, quorum alter pincernis præerat, & alter piſtoribus; & cùm utrique eadem nocte objectum fuerit ſomnium, quod Joſeph utrique fuerat interpretatus; ac Pincernæ prædixiſſet libertatem, Joſephus ejus ſe commendavit patrocinio, ſuam poſuit in illo fiduciam, ſpem ſuam in illo collocârat, ut libertate donatus, eſſet ipſe apud Pharaonem patrocinaturus juſtæ innocentis cauſæ: *Memento mei cum bene tibi fuerit:* ſed quamvis fuiſſet Pincerna liberati, ac Regiæ gratiæ reſtitutus, non tamen Joſephus licèt innocens è vin-

Gene. ſ. c. 40.

vin-

vinculis eripitur, nec è carcere extrahitur, ſed integro adhuc biennio ibi detinetur, quia cùm ſpem ſuam in homine poſuiſſet, ad votum non viruit: citiùs enim exjiſſet, ſi ſolius Dei opem imploràſſet, ac ſperâſſet: quia ut ait Seneca. *Fortuna innocentem deſerit; at ſpes bona nunquam*, illa autem ſpes bona eſt, quæ ſummo bono nititur, quæ ſolâ in Deum fiduciâ fulcitur: ille innocentiam ſuam probat, qui adverſante fortuna tutior in ope divina ſperat, hinc ajebat Jobus, *Etiam ſi occiderit me, in ipſo ſperabo.* (Cap. 13. v. 15.) Sed quid Jobus ſperare potuit, ſi ſemel interfectus fuiſſet? quia ſpes, ſi bona ſit, & in ſolo ſummo bono poſita, nunquam exareſcit, & quamvis in ſepulchro poſt mortem cinefiat corpus; adhuc ſpes, quam mortuus, cùm viveret; excoluit, ſi bona fuit, & ſolo Deo innixa fructibus non deſtituitur ſuis: ipſa igitur vitæ periclitatio ſpem vitæ, & præmij corroborat, & innocenter patientes ad gloriam evehit cœleſtis patriæ, ut appoſitè notavit D. Gregorius, qui expendens illud Jobi. (Lib 11 moral, cap. 19.) *Etiam ſi occiderit me, in ipſo ſperabo*, appoſitè ait. *Iſte certè, eſt patiens, qui adverſis atteritur, & tamen à ſpei ſuæ rectitudine non curvatur.*

15. Poſſunt adverſa ſperantes in Deum atterere quidem, ſed non conterere, nec ſpem ſuo fruſtrare fructu: ſpes enim ſi bona ſit, & in ſolo Deo poſita, nunquam exareſcit, imò tunc feliciùs excolitur, cùm infortunia, ærumnæ, & calamitates ſperantem premunt, torquent, & excruciant; perinde ac tellus, ſi ſit aratro inverſa, quæ ſibi ſunt ſemina concredita, feliciùs ſovet, ac faciliùs alit, quapropter ajebat Jobus. *Etiam ſi occiderit me, in ipſo ſperabo:* ſi Joſephus in carcere ſuam non in Pincerna libertate donato ſpem collocâſſet, ſed in ſolo Deo, citiùs fuiſſet, & ipſe inde extractus, ſi Dei tantùm imploràſſet clementiam, & opem, ſed aruit ſpes, quam in Pincerna poſuit, & licèt innocens, adhuc integro biennio detentus fuit in carcere illo: quia ſpes quam in Pincerna poſuerat, veluti ſemen ſolo concreditum ſterileſcenti vireſcere non potuit, neque ullum dare fructum, quem tamen produxiſſet, ſi in ſolo Deo locata fuiſſet.

16. In cruce ſuſpenſus Dymas latro quamvis nocens, & ob patrata furta patibulo fuiſſet damnatus, quia tamen ſpem ſuam in ſolo Deo poſuerat, fructum ſtatim juxta votum collegit; alloquens enim Chriſtum medium inter ipſum, & latronem alium pendentem in cruce dixit. (Luc. 23. v. 42.) *Domine memento mei, cùm veneris in regnum tuum.* Spes bona fuit; quæ in ſummo Bono viruit, ideóque ſtatim floruit, & fructum ſuum dedit, audivit enim illicò: *Hodie mecum eris in Paradiſo.* Quid ni uterque, & Joſeph in carcere, & latro in cruce protulit verbum idem *memento*; ſed eo diſcrimine, quia Joſeph ad Pincernam, in quem ſuam locaverat ſpē, illud direxit; cùm latro in cruce ad ſolum Deum ſpem ſuam erexerit, idque cauſæ, cur *memento* Joſephi ad Pincernarum præpoſitum datum per duos annos oblivioni fuerit erga Joſephum, quamvis innocentem: & *memento* à latrone licèt nocente prolatum, quia directum ad Chriſtum ſtatim portas adaperuerit paradiſi, cùm *memento* Joſephi carceris non voluerit januas adaperire: ut inde diſcamus, quàm malè ſpes ſuas in homine homo collocet. In Pincernarum Præfecto confiſus Joſeph, tametſi plura interceſſerint beneficia, ſpe tamen fruſtratur ſua, quia ſpes, quæ in mundo, & hominibus ſeritur, ſterileſcenti arenæ inſeritur, quæ propterea non germinat, nec vireſcit, neque ullum fructum parturit: ſecus quæ in ſolum Deum ſpes dirigitur, ſuos illicò dat fructus: in Pincerna confiſus Joſeph, quia ſpem in homine poſuit, nil inde ſolatij, ac fructûs collegit, cùm non valuerit ſpes illa carceres ei adaperire: ſecus, quia in ſolo Dei filio latro è cruce pendens fidit, ſpei ſuæ fructum ſtatim aſſequitur, *Hodie mecum eris in paradiſo:* ſpes latronis cœlum aperuit nocenti; cum ſpes Joſephi carcerem non reſeraverit innocenti; quia ſpes Joſephi in homine locata exaruit; & ſpes latronis in Deo collocata ſtatim viruit, & optatum protulit fructum.

Imò mirum, quòd Joſephus dum ad favores Pincernæ recurrit periculum divinæ maledictionis, non incurreret; cùm tamen Jeremias dicat: *Maledictus homo, qui confidit in homine:* (Cap. 17. v. 5.) quia tamen innocentia Joſephum tuebatur, ideo Deus adhuc eum benigno oculo intuebatur; quamvis ſpe ſua fruſtratū, quia ad hominem directâ, hinc David, *Bonum eſt ſperare in Domino, quàm ſperare in homine.* (Pſal. 17. v. 9.) Non tamen D. Auguſtinus Joſephum ab omni excuſat culpa, eò quia à Magiſtro Deo diſcere debuerat; nullam in hominibus eſſe à viris juſtis, ac caſtitatis cultoribus ſpem ponendam: cùm enim ſe jam divinis obſequijs emancipaverit in ſolo Deo ſpem ſuam habere debuit; cùm Deus è Ciſterna eum eruerit, & à fratribus ejus necem molientibus illæſum ſervaverit, potuiſſet etiam à carcere ſtatim eum liberare, ſi in ipſum ſperâſſet: *Is enim fidelis eſt*, ait Bernardus, *qui nec ſibi credit, nec in ſe ſperat.* Abrahamus Numinis obſecuturus juſſui in montis Moria vertice aram apparat, ligna opere tumultuario conſtruit, Iſaacum filium juſſit collum, capùtque flectere ſuper aram genuflexum: jámque ſtricto, elevatóque gladio ad jugulandum filium; ecce vox de cœlo intonat, quæ inhibet filij cædem; ſed adhuc de vita Iſaaci cogitans contra ſpem, in ſpem credit; nam mutaturus hoſtiam, non mentem, dum de ſuccedanea victima circumſpicit, poſt tergum videt arietem, angelico miniſterio adductum.

ctum, quem veptibus implexum corripit, ac offert holocauſtum pro filio tantò majore utriusque lætitia, quantò propiùs adfuit uterque à cruenta cæde ferenda, & inferenda: ſperavit Abrahamus, nec de ſalute filij deſperavit; & licèt nil humani adeſſet, à quo poſſet ſperare, ſpei tamen fructum guſtavit, quia in ſolo Deo ſperavit; tunc enim ſecurius in Deo ſpes ſiſtit, cùm in nullo humano patrocinio conſiſtit: erravit igitur Joſephus, cùm ab homine ſubſidium ſperaverit, cum debuiſſet in ſolo Deo ſpem ſuam locare: eleganter D. Auguſtinus ait: *Cum in omnibus Dei gratiam meruiſſet, ſubreptum eſt illi, ut ab homine auxilium peteret: pro qua re additi ſunt duo anni, quibus adhuc teneretur in carcere, tanquam diceret ei Deus, ego tibi oſtendo, quòd magis à me, quàm ab homine debeas auxilium poſtulare.*

Serm. 81. de tempore.

§. III.

Quæ in mundo eminus conſpecta ſpem hominum innutriunt, ac fovent; cominus poſſeſſa vileſcunt, & negliguntur deſpecta.

28. EXareſcunt ſpes humanæ, ſi in alio, quàm in Deo ſuas radices egerint, ſterilis eſt mundi ager, qui ipſum excolunt, ut ſuæ ſpei ſemina eidem concredant, ſuo fruſtrantur labore: neque ullius ſolatij germen dare poteſt, quæ in maris littore ſterileſcit arena, quamvis fluctibus irrigata, & aratro proſciſſa: nulla eſt in mundo vera felicitas, nullum verum ſolatium; & fallitur, qui ab arbore ſterileſcente uberem ſperat fructuum colligere autumnum. Qualis ſit mundi felicitas, in quam ſperant, qui mundum excolunt, ſuáſque ſpes in eo collocant, expreſſit ipſe cacodæmon, cum Salvatorem in montem duxit excelſum, cui regna omnia mundi oſtendit, ac exhibuit, ſi eſſet ipſum adoraturus. *Et duxit illum Diabolus in montem excelſum, & oſtendit illi omnia regna orbis terræ in momento temporis, & ait illi: tibi dabo poteſtatem hanc univerſam, & gloriam illorum, quia mihi tradita ſunt, & cui volo, do illa. Tu ergo procidens, ſi adoraveris me, erunt tua omnia. Et reſpondens JESUS dixit illi, ſcriptum eſt, Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſervies.* Ad amuſſim terrenæ felicitatis imaginem expreſſit gehennali licèt titione pro penicillo uſus cacodæmon: etenim oſtenſurus mundi pompam, ejúsque gloriam, in quam ſpes ſuas homines collocant, ac vota ſua enixim dirigunt, Chriſtum in editiſſimum montis duxit faſtigium, quò eminùs mundi ſolatia, dignitates, honores, & divitias intueretur, quia nimirum temporalia ſuavia ſunt optanti, cui gravia obtingunt adepta; & longè intuentibus ſui excitant deſiderium, cùm faſtidium ingenerent poſſidentibus.

Luc. cap. 4.

Mundi gloris eas imitatur picturas, quæ è quadam diſtantia eminus inſpectæ plurimum adferunt oblectamenti, cùm tamen, ſi cominùs obſerventur, oculis diſpliceant; & non ampliùs laudes ab intuentibus extorqueant, ſed probra in authores excitent: vileſcit enim imago, ſi cominùs inſpiciatur, cum eminùs videatur delectare. Etiam Salomon, cùm delicijs irritaretur, magnam in ipſis repoſitam eſſe ſuavitatem, ingénsque in ipſis includi ſolatium exiſtimavit, & tamen cum ijsdem fuiſſet potitus, & rerum omnium, quas mundus exhibet, inanitatem cognoviſſet, eas deſcribens, pluries repetijt. *Vanitas vanitatum, & omnia vanitas*, quo diſceremus ſpes noſtras à mundo avocare, & ad ſolum Deum revocare. Plenus vafritie cacodæmon Chriſtum in præaltum montem tranſtulit, quo eminùs contuens regna terrarum, faciliùs illiceretur eorum fuco, quem procul dubio ridendum ſciebat cominùs intuenti. Id expertus fuit David, qui illecebrâ dignitatis à ſolitudine ad aulam traductus, nonniſi in ea gladios, æmulationes, diſcrimina, perſecutiones, ac bella ſibi à Saule indicta expertus fuit; cum quavis moleſtia caruerit, non cum in aula homines regeret, ſed in caula pecudes protegeret; quando regia dignitate claruit, tunc animi tranquillitate caruit: hinc ſceptro potitus, ocyùs è throno confugit ad eremum, quàm inde non feſtinaverat ad aulam. Vix adeſt, qui non miſer ibi ſit, quò ſi deveniſſet, beatum ſe fore ſperaverat. 19.

Non ſolùm cacodæmon Chriſtum in montem duxit editiſſimum, ſed etiam Regna omnia mundi oſtendit. Liberalis, ac munificus eſſe videtur mundus in poma ſuarum dignitatum ijs oſtendenda, qui ſpes ſuas in ijsdem figunt: blanditur mundus ſuis cultoribus, quos allicit oſtenſis honoribus, ac dignitatibus, ſed ſolos oculos fallaci ſpectaculo allicit, & delectat: nimirum oſtendit ſemper ſperantibus, quos alat, & fallat, honores, dignitates, ac divitias, quibus tamen nihil dat: alit ſpe, & fallit re, ſemper ſpondet ſe collaturum, & nunquam vel nonniſi rarò confert: omnia oſtendit regna, nil daturus; quis ita demens, ut omnia audeat mundi regna, & imperia ſperare, quæ tamen omnia in mundo ſperantibus oſtendit cacodæmon. Præterea in momento temporis omnem ambitionis expromit ſupellectilem, *& oſtendit illi omnia regna orbis terræ in momento temporis.* Quàm fluxa, quàm futilia, ac tranſitoria ſunt mundi regna, quæ fulguris inſtar momento oſtenduntur, & dilabuntur. Sunt, qui magnas ſperaverant in honore divitias, uberem in dignitate felicitatem, ingens in pinguiori fortuna ſolatium: ſed tota mundi felicitas, adeò eſt brevi duratura, 29.

ut

Digitized by Google

ut tota momento temporis oſtendatur ; tam levis , támque compendioſa eſt , ut tota demonſtrari poſſit in momento temporis. Vel fortaſſis humana omnia à cacodæmone in momento exponuntur , & oſtenduntur , quò tumultuario , & confuſo aſpectu faciliùs , qui ejus inhiant dignitatibus , & divitijs rapiantur ; ac illiciantur ſimul , & irretiantur ; quia ſi ſingula attentiùs , & accuratiùs introſpicerent , eſſent contemptui , quæ in magno videntur pretio eſſe : hac fraude videntur plerumq; aliqui mercatores uti , & abuti ; hi enim ſuas merces , ſi fortaſſe corruptæ ſint , acervatim , & feſtinanter proponunt , ac perfunctoriè oſtendunt , ne ſi fortaſſis maculas , quæ ijſdem inſunt , ementes deprehendant , nolint eas emere , & abſcedant.

21. Certè nullus eſſet , qui tam caro pretio vellet dignitates emere , tantúmque impendere laboris , ac fundere ſudoris , ſi non in momento temporis earum fucum , ac vanos perpenderet colores ; ſi enim per tempus aliquot ei liceret attentiùs intueri , ac maturiùs præſcrutari damna patrimonij , animæ diſcrimen , hominis ſervitutem , nullus eſſet , qui dignitates imò , & diademata quæreret. Nullus regnum appeteret , ſi pondus perpenderet in virga , ſi ſolicitudinem videret in regia chlamyde , ſi æſtum intueretur in curis , ſi compedes conſideraret in corona , & ſi rationem ſibi reddendam Deo cogitaret de populis ſuo concreditis regimini , de bellis indictis , damnis illatis : Sed quia nonniſi in momento temporis paludamenta uſurpamus , lippientibus oculis tineas , quæ ea demoliuntur , videmus , imò & cognoſcere negligimus ; ideo perſæpe , qui hisce inhiamus dignitatibus , nonniſi profligata patrimonia deferimus , & æruginem nanciſcimur domum conſumentem , non prætextam ornantem. Si quis enim in momento , & inſtanti temporis evangelici Epulonis purpuram fuiſſet intuitus , procul dubio permiſiſſet , ſe illo nitore rapi , & & fortaſſis , ut eam enactus fuiſſet patrimonij non curâſſet jacturam , qui tamen ſi diuturniùs perpendiſſet , ac vidiſſet , vermes ex ea naſci immortales , & oſtrum flammas emittere gehennales , ſitímque per aureos calices diviti propinatam ; & ex purpuræ fulgoribus caligines oriri triſtitiæ , ex delicijs germinare dolores , & ex gaudio pullulare ſupplicia ; avidiùs ulcera emiſſet mendici Lazari , in quibus vermes ebulliebant , quàm byſſum epulantis divitis , in quo nitor ſplendebat ; ambitioſiùs elegiſſet data optione Lazari nuditatem reponendam in ſinum Abrahæ , quàm pompam divitis flammis abſumendam nunquam extinguendis.

22. Quid ? quòd cacodæmon exigat proſtrationem à Chriſto , ut ſurgat ad mundi
Luc. cap. 4. regna , & imperia. *Tu ergo procidens , ſi adoraveris coram me , erunt tua omnia.* An non portentoſa eſt hæc ſublimitas regnorum , ad quam nonniſi per deſcenſum , & proſtrationem pervenitur ? nimirum vel ipſe cacodæmon ediſſerit , quàm affines ſint præcipitio , quàm ruinoſæ ſint dignitates , quibus ſpes alit eorum , qui ijſdem inhiant ; cùm nonniſi per deſcenſus , & ruinas ad illas perveniatur. Quis faſtigium vellet , ad quod caſus perducit , & à quo ruina deturbat ? non tamen credas , velle dæmonem adorari ab ijs , qui à mundi dignitatibus ſinunt ſpes ſuas ali : non enim Evangeliſta aſſerit , dæmonem adorandum , ſed tantùm coram Dæmone. *Si procidens adoraveris* Luc. 4.
coram me. Quòd ſi quæras , quæ ſint ea , quæ dignitatibus inhiantes adorant coram Dæmone : non putes quid aliud eſſe , quàm ipſos mundi honores , dignitates , divitias , & alia , quæ fucatæ felicitatis videntur quandam ſpeciem præſeferre , hæc enim ſunt , quibus cacodæmon ſpes alit eorum , qui mundi ſitiunt felicitatem : cum ſint hæc ſenſibilia , fortiùs hominis movent appetitum : hinc vafer , ac callidus hoſtis ſibi aurum , oſtrum , honorem , divitias ſubrogat , & alia id genus fluxa , quæ infelices , ac decepti homines ſpe vana paſti venerentur coram ſe. Ecce quomodo à famulitio ſuum ambitio auſpicetur imperium. Ecce quomodo vel in ipſa curruli ſede ærumnoſam ſuſtineat ſervitutem , ut ex reſponſione conjicitur Salvatoris , qui ut cacodæmonis technas eluderet , ejuſdémque detegeret vafritiem , reſpondit cacodæmoni. *Scriptum*
eſt , Dominum Deum tuum adorabis , & illi Luc. 4.
ſoli ſervies : nimirum innutritam ſpem regnandi ſolius Dei coërcet ſervitute , quia cupientes ſoli Deo ſervire , neceſſe eſt , honores abdicent , quibus mancipantur.

Non virent igitur humanæ ſpes , quæ
in mundi ſolo ſeruntur , quia momento 23.
temporis exareſcunt licèt honoribus , ac dignitatibus alantur ; non enim vera eſt , ſed fucata dignitas , quâ mundus ſpem alieam exambientium. Dignitates , quas mundus exhibet , veræ non ſunt , nec veri honores , ſed pura ſunt nomina , quibus mundus in ijſdem ſperantes decipit , quapropter D. Chryſoſtomus ait : *Dignitates tem-*
poraneas haudquaquam quis dignitates dixe- Homil. 1. in
ris , ſed dignitatum nomina duntaxat. epiſt. ad Rom.
Cum enim umbratiles ſint , & fucatæ , tameſi nomine pallientur dignitatis , non tamen quid in ſe digni continent ; nec tam honorificum , ac ſplendidum merentur titulum. Cum igitur mundi dignitates , & honores vanidi ſint , ac fucati , apti eſſe non poſſunt ſpei humanæ enutriendæ ; veram enim ſpem alere non poſſunt , ſed tantùm ſperantes fallere , quæ ab hominibus mundi ſperantur dignitates , & honores , qui cum veri non ſint , nec veram poſſunt ſpem enutrire , quapropter falluntur , ut loquitur D. Auguſtinus. *Qui honore vo-*
latico , & perituro ſperant eſſe beati. Hoc Concion. 2. in Pſal. 31.
minus

minus ſunt, quò magis ſperant eſſe, & revera nonniſi volaticus eſt terrenus honor, quem ſola hominis cogitatio, & fallax exiſtimatio parturit, & cum humana cogitatione fluit, ac deſinit: ſicut humanæ cogitationes inſtantaneæ ſunt, & inſtabiles, ita & terreni honores, qui nullum diu beant; & quas hominum ſpes alunt, miſerè fallunt.

24. Idque fortàſſis voluit Deus hominem edocere, cum eundem piſcibus maris præfecit, cœlique volatilibus: hi enim ſignatè hominis ſubjiciuntur imperio; ut hic diſceret, vel à piſcibus maris imperia fluctibus, & amaritudinibus non caritura; & è volucribus volaticas eſſe in mundo dignitates. Fluctuant igitur ſpes hominis, ſi ſuas in mundo radices agant, & in fluctibus marinis quia vel non germinant, vel nonniſi amaritudines parturiunt, quibus ſperantes inficiant, & diſcrucient. Quales ſint mundi dignitates, in quas ſpes collimant hominum, referunt in theatris hiſtrionum perſonæ, quæ ab alijs feruntur ad alios: regia ipſa inſignia, quæ ab his ad alios tranſeunt, hoc luculenter edocent, ut ſcitè innuit S. Aſterius, inquiens: *Sicut enim hiſtrionum perſonas propriè, & peculiariter eorum poſſidet nemo, ſed pro re, & argumento promiſcuè quiſque ſumit: ita terram, faceſque terrenas, quaſi veſtes ex alijs alij induunt. Dic quæſo, num aliquid regno majus? atqui ſcrutare, quæ regnum ſunt: chlamydes conquire regias, quàm plurimas ſanè reperias, quæ Regum multorum corpora texerint; quod & de coronis, fibulis, zonis cenſendum, omnia nempe hæreditatem inſtabilem, uſúmque eorum communem, & ab ijs, qui abeunt, ad alios, qui remanent, tranſeuntem.* Nequeunt ſpes hominum firmiter ſuas in mundi dignitatibus radices figere, cum dignitates nil habeant ſtabilis, nil firmi, niſi quòd infirmæ ſint, ac inſtabiles. Quòd ſi mundus aliquos exhibeat in dignitate conſtitutos, qui foris fulgent, ac illuſtres eſſe putantur, hi nonniſi in extima ſuperficie ad alendos intuentium oculos aliquid præleferunt nitoris, & illis comparantur ſimulacria, quæ extrinſecus ære, vel etiam auro ornabantur; adeò ut aureo illita nitore ſplenderent exteriùs, cum intus plena eſſent luto, & argillæ, & D. Baſilius *homil. in Lauzis habita* eos Bel perbellè pariavit, inquiens: *Quid ex externis præfers, occulta non perſcrutans? vides, quòd Bel extrinſecùs quidem habeat æs; intrinſecùs verò lutum ſub fulgente ære occultum; ſi videris eos, qui in mundo illuſtres ſunt, noſce, quòd æs ipſos extrinſecus fulget, intus verò lutum ſunt ære marcidum ſuffulciente:* Cum ſuperficialis ſit dignitatis nitor, aptus non eſt veræ ſpei alendæ, quæ ſuas nequit, propterea in iiſdem radices figere.

45. Hinc Huſſeus Princeps perpendens quàm fallaces ſint hominum ſpes, quas mundi dignitates, & honores enutriunt; ajebat, Deum alloquens Job. *Memento, quia ventus eſt vita mea, & non revertetur oculus meus, ut videat bona; nec aſpiciet me viſus hominis:* ut ſpes ſuas ex fallacibus mundi hominibus, ac dignitatibus averteret, eáſque in Deum converteret, maturè perpendit, quàm volatiles ſint mundi honores, qui cum vita hominis ſpirant, ſimúlque expirant; nimirum ſpirant inſtar venti; & expirant, ut vita hominis, quæ vix oritur, moritur: *Memento, quia ventus eſt vita mea:* & quia Deum ſui memorem cupit, divinóſque ſibi propitios ſatagit oculos reddere, nititur ab oculis ſe hominum ſubtrahere, *nec aſpiciat me viſus hominis*, nimirum ut ſpem ſuam ab honoribus, & dignitatibus, in quas hominum collimant oculi, averteret; & ut in Deo ſolo totam ſuam ſpem poneret, in quo ſuas poſſet altiùs radices agere, hominum declinet oculos: non enim in una, eadémque ſede conveniunt, ac morantur divina propitiatio, & plauſus hominum; hunc igitur à ſe excludit; ut Deum experiatur propitium: unde vertit Vatablus. *Non aſpiciat me poſthac oculus cernentium, ſed tui oculi:* quorum intuitus benignè influit, & ſolus aptus eſt ſpei alendæ. Cap. 7. v. 7.

26. Tunc ſpem ſuam in Deo ponit homo, cum illam à rebus mundi futilibus, ac fluxis avertit, tunc ſibi Dei oculos ſperet benignos, cùm ſe, ſuóſque affectus ab humanis ſubtrahit. Subdit Job. *Nunquid oculi carnei tibi ſunt? aut ſicut videt homo, & tu videbis.* Sed quid conqueritur Jobus? an quia contemptui ob ulcerum horrorem ſit amicis, & neglectui omnibus in fimeto; adhuc dolet, ſibi divinum deeſſe ſubſidium? Ad Deum confugit, cui ſuggerit, ſe aptiſſimum conſtituiſſe, in quo Numinis oculi figerentur, ex quo hominibus eſſet horrori: cum ſpem in hominibus non collocâſſet, quibus erat contemptui, & horrori; eò quia è pingui fortune dejectus fuerat exulceratus in imum ærumnarum, & calamitatum; ideo totam ſpem ſuam in Deo collocat, cujus oculi carnei non ſunt, ut illi hominum, qui extimam tantùm attingunt ſuperficiem, & interiora non penetrant, ideóque querulus ajebat. *Nunquid oculi carnei tibi ſunt*, ac ſi diceret: tu vides, & penetras intimiores cordis mei receſſus, tu vides totam ſpem meam, & fiduciam in te ſolo poſuiſſe, hanc rogo, ut foveas, mihíque aliquid producat ſolatii: quando delicijs diffluebam, ac divitijs affluebam, & ſpem meam in iiſdem direxeram, tunc oculos tuos avertiſti à me, & quaſi oblitus mei à priſtino illo ſtatu deturbâſti, & è pingui fortuna me in ſterquilinium dejeciſti, ſed cum ſim modò ab hominibus abjectus, omnémque ſpem meam è mundi ſolo eradicatã voluerim, ut in te ſolo vireret, cujus ſubſidio poteſt mihi veros vitæ fructus parere, méque alere: *Non* Cap. 10. v. 4.

Homil. 2. de Oeconom. iniquis.

enim

enim ſicut homo videt, & tu videbis, quia homines vident tantùm oculis carneis fulgentem honoribus, redundantem divitijs, diffluentem delicijs: ſed quia oculi tui carnes non ſunt, ſed intima quæque penetras, ideo vides cor meum, quovis humano auxilin deſtitutum, & in te ſolo totam ſuam poſuiſſe fiduciam. ac ſpem collocâſſe: cùm igitur me intuearis miſerijs obvolutum, anguſtijs ſeptum, ulceribus plennm, & unicè tibi adhærentem, id unum enixim rogn, velis ſpem meam fovere, ut aliquid mihi adferat ſolatii: ſicut exareſcit ſpei viror, ſi in mundi ſolo excnlatur, ita viret, ſi in te ſuas agat radices, nec cultura ſuo poteſt labore fruſtrari. Ita eſt, ſperantem in Deum ſub ſua habet Deus tutela; & quem homines contemnunt, Deus complectitur; qui illius meminit, cujus homines obliviſcuntur, eò quia in ipſis nullam ſpem ſuam collocet. Divinos non meretur oculos, qui humanos quærit; neque ejus ſpem Deus alit, quam mundus fallit.

§. VI.

Quamvis ſpes alatur in corde, ſperantem fallit, ſi in Deum non dirigatur: exareſcit, ſi ſuas in mundo radices figat.

27. DE filijs Iſai, cum Samuel electurus eſſet unum in Regem, à venuſtate capitur Eliab, qui tamen ſicut oculos Prophetæ allexit, ita & divinis diſplicuit. *Et dixit Dominus ad Samuelem, ne reſpicias vultum ejus, neque altitudinem ſtaturæ ejus, quoniam abjeci eum.* Non enim, Deus judicat juxta extimam duntaxat hominis ſpeciem, oriſque venuſtatem, ac ſtaturæ altitudinem, ſed intimiùs cor penetrat, omnéſque ejus affectus ſcrutatur, & quia plerumque ubi venuſtas floret in ore, turpitudn pravi affectûs, & vitij fœtet in corde; ideò perſæpe, qui humanis oculis in admiratione eſt prnpter oris, & cnrporis elegantiam, divinis diſplicet oculis; quia cordis turpitudo oris non reſpondet venuſtati, unde ſubdit: *Neque juxta intuitum hominum ego judico: homo enim videt ea, quæ parent, Dominus autem intuetur cor.* Quia tunc affectus flnrent, & benè olent, ſi probi ſint; fœtent verò, ac putreſcunt, ſi pravi, vel diſtorti, ſeu in ſunm non directi finem, qui eſt Deus: unde licèt ſpes alatur in corde, hominem tamen fallit, ſi in Denm non dirigatur; ſemel quòd radices ſuas in mundo figit, exareſcit; & hnmani oculi falluntur, qui tanquam corrupti Judices illa præferunt, quæ ex facie tantùm noſcunt; propterea Deus quia noſtros intns in corde affectus perſcrutatur, ſæpe eos deſpicit, quos mundus aſpicit; eos reprobat, quos homines apprnbant: altiùs enim penetrat Dei intnitus; pulchrè Tertullianus: *Oculi Domini alti: homo in faciem, Deus in præcordia contemplatur.* Sed quem putas ex filijs Iſai ad regnum poſſe vocari, & ad cnronam promoveri? Is ad regnum aſſumptus fuit, qui nullam ſpem in mundn, ejúſque dignitatibus poſuerat, ſed ſnli Deo adhærebat: is ſalntatur Rex, cnjus homines obliviſcuntur. *Adduxit itàque Iſai ſeptem filios ſuos coram Samuele.* Expendendum eſt adverbium illud *Itàque* idem enim ſonat, ac ſi dixiſſet Iſai; en tandem omnes quotqunt mihi ſunt filij, adduxi, ut ſeligas, quem ex ipſis tibi magìs libuerit; & regimini Iſraëlis aptiorem noveris.

-Reg.16. n.7

1. Reg. cap. 16.n. 12.

28. Nnn tamen hos inter ſeptem filios Iſai David aderat, cujus quaſi Iſai fuiſſet oblitus, eum minimè adduxit; nec ipſius meminiſſet, niſi Samuel ulteriùs interrogâſſet: *Nunquid jam completi ſunt filij? qui reſpondit, adhuc reliquus eſt parvulus, & paſcit oves:* quæ verba pntiùs nitendunt, Iſai fuiſſe Davidem contemptui, *adhuc reliquus eſt parvulus, & paſcit oves*, qnaſi erubuiſſet Iſai, Davidis meminiſſe, eò quia abjectus inter pecudes ſpem nullam aleret, quâ mundi honores, ac dignitates cxambiret; pulchrè D. Chryſoſtomus. *Erubuit pater, Habeo inquiens unum parvulum, & contemptibilem, qui paſcit oves: tu autem Regem quæris.* Verùm quem mundns deſpicit, Deus aſpicit; & quem ſpes mundi non nutrit, nec fallit, Numinis favor alit; & eum evehit ad coronam, qui minus in corona & hominibus ſperat: juſſit Samuel adduci & Davidem, quem paterna oblivio omiſerat, & contemptns abjecerat inter pecudes; acceſſit igitur David, & ait Dominus ad Samuelem; *Surge, unge eum, ipſe eſt enim:* quem igitur mundus habet cnntemptni, & qui nnllam in mundo ſpem collocat, hunc Deus promovet, ac coronat; ſterileſcunt enim ſpes, quæ ſuas in mundo, & hominibus radices agunt: ſperaverat Iſai Eliabum è ſuis filiis, oris venuſtate, & corporis altitudine cæteris antecellentem, & in quem propterea ſpem ſuam poſuerat electum iri in Regem; ſed ſpes in filij collocata corpnris proceritate, ac vultûs elegantia ſuas non potuit altiùs radices agere, nec evireſcere, quia in extima duntaxat oris, & corporis ſuperficie hærebat. *Neque juxta intuitum hominum ego judico; homo enim videt ea, quæ parent, Dominus autem intuetur cor.*

In Pſal. 50

29. Quinimò cui plus humani obſeqnij ſpes, & fortuna videntur propinare, is contemptui proximnr eſt apud Deum, talis fuit Abſolnn, qui cum ſpem ſuam totam in regia collocâſſet dignitate, quam ardenter ambiebat, areſcentem fuit ſpem ſuam expertus, & non alium ei fructum peperiſſe, quam mortem ex arbore pendnlam: occidit ipſe Amnonem fratrem ſnum temulentum, nil de imminente morte cogitantem; bellum indixit etiam Patri, & ſalutatur Abſnlon Rex deſerentibus univerſis Davidem ejus parentem, qui prnpterea paucis ſtipatus auſugit, ne in filij manus deveniret. *Regnavit Abſolon in Ebron*,

2. Reg. cap. 14. n. 10.

Sed contemptus à Deo fuit is, quem communi hominum plauſus exceperat, & ſpes Abſolonis in mundi Regno locata ſtatim aruit: & quamvis communi hominum plauſu in urbem fuiſſet ingreſſus Jeruſalem; & David derelictus à ſuis ſubditis, & familiaribus; non tamen ejus ſpes fruſtrata fuit ſuo fructu, quia ſuas in ſolo Deo radices egerat. *Fortè reſpiciat Dominus afflictionem meam.* Quidni filium è throno dejecit hominum plauſus; & patrem reſtituit ſolio hominum contemptus.

2. Reg. cap. 16. v. 12.

30. Spes David Deo innixa viruit, ac floruit in regio ſolio; ſpes Abſolonis, quia terrenis dignitatibus infixa aruit in ſolo; vanas eſſe hominum ſpes, quæ in mundo feruntur, oſtendit verſipelle Abſolonis ingenium tantò projectios ad ſperandum in mundi fluxis honoribus, quantò certius facilitatis paternæ, & gratiæ, quam ei rara formæ præſtantia conciliabat, additâ flavâ, ac denſâ cæſarie intuentium lumina rapiente; auſus fuit Davidem patrem armata manu è throno dejicere; ſed ſuis ipſe demum captus crinibus luctuoſo didicit fato, non tam ſe capillos oculorum illices, quàm laqueos vanæ ſpei, ac ambitionis vindices circumtuliſſe. Cum enim Abſolon intellexiſſet, patrem ſuum Davidem unà cum ſuis copiis Jordanem trajeciſſe, ſciens ſpem victoriæ ſæpius in celeritate poſitam eſſe, copias & ipſe ſuas miſit trans Jordanem; & in regione Galaaditide metatur caſtra, haud procul ab urbe Mahanaime (cui jam olim caſtrorum nomen ob Angelos ibi Jacobo ſpectabiles inditum fuerat) ubi David intra munimenta ſe incluſerat. Exercitui Abſolonis Ductor præerat Amaſa Davidis ex Sorore Abigæa nepos. Rex quantò viribus inferior, tanto bonitate cauſæ ſuperior exiguas, quas habuit copias (referente enim Joſepho Hiſtorico non ampliùs quatuor millibus hæ fuerunt) in tres diviſit partes, quibus præfecit Joabum Principem è Getheis oriundum, & Davidi fidelem. Id tamen ſuis David præcepit Ducibus, ac militibus, ut à cruenta Abſolonis cæde abſtinerent, ſed vivum ſibi ſervarent, quo ſui ſceleris ipſum pœniteret.

31. Cúmque Joabus ex hoſtium adverſo aciem in planitie explicuiſſet, quam à tergo ſylva claudebat; Abſolon itidem ex parte adverſa ſuas eduxit copias, & quia poſt primas velitationes utrinque in plenam pugnam cœperunt animi exardeſcere, Joabus facto impetu ſuos urſit contra aciem Abſolonis, quæ cum non valuerit impetum ferre, cœpit turbari, & diſſolutis ordinibus præcipiti ſe dare fugæ, quos tamen Davidis milites licèt numero pauci, ſed martia virtute valentiores ob diuturniorem rei militaris peritiam fugientes à tergo cruenta clade lauciârunt, & quos gladius non ſuſtulit, ſaltus abſumpſit: premente ſiquidem à tergo hoſte præcipites in terræ voragines, caváſque foveas cadebant, & quidem alii ſupra alios, ut contingit, quoties ſubitus pavor milites adigit ad præcipitem fugam. Narrat ſacra hiſtoria ex Abſolonis exercitu viginti millia occubuiſſe, cum nonniſi pauci ex acie Davidis fuerint deſiderati.

In hac autem diſſolutorum ordinum fuga poſtremus non fuit Abſolon, licèt primus fuerit belli author, & incentor: ſed ſi perniciſſimus muli curſus à perſequentibus eripuit, non tamen à promerita pœna liberavit: penetraverat enim effuſo curſu ſubter condenſam quercum, ubi ventilante aura cæſariem, hæſit ſtatim capillis implicitus ramo longiùs protento, tralabente jumento: quòd cum quidam ex gregariis militibus aſpexiſſet, memor Regii præcepti, noluit manus ſanguine pendentis ex arbore Abſolonis fœdare: Joabo tamen nuntiavit, Abſolonem pendere ex præalta quercu capillis ramo ejuſdem implicitum, Joabus verò tribus arreptis lanceis in pectore pendentis Abſolonis defigit, quem pendentem ex arbore triplici vulnere ſaucium armigeri Joabi circumſiſtunt, ac plurimis aliis inflictis vulneribus interimunt. Cadaver ſolutum è quercu in excavatam ibi abjicitur foſſam ingenti ingeſto lapidum acervo. 32.

Quamvis exiguis viribus fuiſſet David aggreſſus Abſolonem longè militum copiis numeroſiorem, ac bellico apparatu potentiorem, quia tamen David ſpem ſuam in ſolo poſuerat Deo. *Fortè reſpiciat Dominus afflictionem meam*, & Abſolon ſpem ſuam in acceſſitis militibus, viribúſque humanis collocâverat; victrices palmas colligit ſpes Davidis Deo innixa; & ſpes Abſolonis humanis viribus nixa nonniſi ferales cupreſſos, cladémque cruentam retulit. Facilis eſt deſcenſus à magna cupiditate, ambitione, & ſpe humana ad grande quodvis ſcelus; & ab ingenti delicto ad par ſupplicium: exambivit Abſolon ſedere in throno, à quo dejicere proprium ſatagebat parentem, contra quem etiam exercitum collegit, ac numero longè majorem movit, ſed ſui ſceleris promeritam luit pœnam: ſpe enim vana, quam in ſuis poſuerat copiis numero majoribus, & quibus ſceptrum ſperabat poſſe potiri, excidium ſibi acceſſivit. Fuit enim Abſoloni mulus carnifex, quercus patibulum, cæſaries laqueus. Patria ſolium ſpe vana illectus affectavit, ſed pro throno patibulum invenit; ambivit diademate coronari, ſed pro corona ipſa capitis cæſaries laqueum compegit, & caput illud ſpe vana paſtum non aureo ſplenduit diademate, ſed quercûs ramo implexum ibi patibulum experitur, ubi thronum ſperaverat enancisci: pependit cœli, terræque medius, quaſi nec cœlum, nec terra eum vellet, quem parricidii ſcelus tali patibulo dignum effecerat: 33.

2. Reg. cap. 16. v. 12

capil-

capillorum enim ſuperbia, qua plurium oculos cœperat, captus tandem ipſe interjit: & cum ejus cor intra perfidum pectus triplici exæſtuâſſet crimine ambitione, libidine, & crudelitate, totidem confoſſum jaculis eas dedit pœnas, quas promeruit: proprii parentis decem violavit Abſolon conjuges; & à pari militum numero pendulus inflictis vulneribus fœdè configitur; & quia obedientiam patri præſtandam abjecerat, paratam patris miſericordiam non invenit; nimirum quem pater ſervare voluit, noluit Deus tanti ſceleris vindex ſalvum evadere, ſed pendulum è patibulo multiplici jaculo confodi, ac in profunda ſepeliri fovea, ſaxorúmque acervo obrui, ut qui populum civili bello turbaverat, omnibus illac tranſeuntibus fieret deteſtabilis: ſperaverat poſſe nomen in terris ſibi præclarum comparare, ſed nil niſi deteſtationes, ac execrationes ſecum ad inferos tulit.

35. Ita eſt, qui ſpes ſuas in mundi collocat dignitatibus, ac præeminentijs, nonniſi præcipitia invenit, & excidia. Speraverat in proprijs viribus Abſolon, ſed ſpes ipſum fefellit, quia cum in mundi ſolo ſuas egiſſet radices, & inde ſparâſſet ad regni ſolium conſcendere, quò altiùs ſpes vana eum extulit, eò profundiùs egit præcipitem: hinc exclamat Salvianus. *O miſeria! o perverſitas! homini ab homine creditur, & non creditur Deo, humanis promiſſionibus ſpes commodatur, Deo negatur.* (Ad Eccleſ. Lib. 2.) Exareſcit ſpes, quæ in mundi agro excolitur. Mare trajiciebat cum Diſcipulis Magiſter Chriſtus, cum ſtatim ventorum impetu cœpit mare commotum paulatim attolli, ac majores in ſingula momenta ciere fluctus, exagitare cymbam, & ſubitò ſpiſſæ nubes aëris non ſolùm cœperunt ſerenitatem abripere, ſed diem ipſum affuſa extinguere caligine: interea ſomno ſopitus dormit Magiſter mediis in fluctibus, quos exorta procella horriſono cum fragore armavit in ſcapham: cúmque diſcipuli ſpem ſuam in arte nautica, quam callebant, poſuiſſent, ſperabant poſſe periculum omne declinare, tametſi ſuppetias à dormiente Magiſtro non peterent, nec eum è ſomno excitarent; ſed contra Diſcipulos acriùs inſurgunt venti, quorum impetum dum ſatagunt eludere, fluctibus tumidioribus pulſatur navis, & ad naufragium huc, illúcque agitatur; & prævalet contra Diſcipulorum artem, in qua locatam voluerunt propriam ſpem, ingraveſcens tempeſtas; adeò ut navis periclitaretur, nec vires, nec ars Diſcipulorum poſſent è periculo cymbam eripere: cúmque inſoleſcens deprælia̲retur tempeſtas contra Diſcipulos, dormiebat Chriſtus. (Marci 4. v. 38.) *Erat ipſe in puppi ſuper cervical dormiens:* nimirum ſomnus Magiſtri vigiles effecerat Diſcipulos, & & cum Chriſtus quieſceret, inquieti ipſi ſatagebant ſcapham ab imminentis naufragij periculo ſubtrahere; ſed cum noviſſent ſpem in arte nautica, quam ipſi callebant, poſitam exareſcere, & periculum validiùs imminere, non ampliùs in arte humana, ſed in ſola virtute Magiſtri cœperunt ſpem totam ponere, ingeminant clamores, periculum naufragij enunciant, voces edunt altiores, quibus dormientis Magiſtri ſomnum excutiunt: *Et excitant eum.* (Marci 4.)

36. Vix è ſomno excitatur Salvator, & ſpes ſalutis illicò affulget, compeſcuntur venti, diſcutiuntur nubes, & aëris ſerenitas cœpit mentes ſerenare Diſcipulorum: *ceſſavit ventus, & facta eſt tranquillitas magna*, cum Chriſtus quieſceret, inquietos ſuos contra Diſcipulos mare fluctus armaverat, & quamdiu iſti in propria ſperârunt arte, minimè periculum evaſerunt naufragij, ſed tunc tantùm cum in ſola Magiſtri virtute ſperaverunt, pulchrè Baſilius Seleucienſis ait: (Orat. 22.) *Quæſitas ab arte ſpes, tanquam & ipſæ naufragium facerent, omittentes, recurrunt ad portum, qui in ſcapha erat, & adſtantes clamant: Magiſter, Magiſter ſalva nos, perimus.* Poſuerant ſpes ſuas Diſcipuli in propria arte marinos fluctus eludendi, ac ventorum impetus declinandi; ſed ſpes ab arte quæſitæ naufragæ perjêrunt, cum deſperarent propria arte poſſe imminens evadere naufragij periculum: de ſomno ſiquidem Magiſtri recrudeſcit tempeſtas, & de arte Diſcipulorum acriores contra ipſos inſurgunt fluctus, & quamdiu in ſe ipſis ſperant, tamdiu contra ſe ipſos procellam armant; irritántque acriorem: non tam illis adverſabatur tempeſtas fluctibus decumanis ſæviens, & concitatiſſimis ventis furens; quàm ipſorum ſpes, quâ cum in propria ſperarent arte, de propria cœperunt induſtria deſperare; & quas ab arte ſpes mutuaverant, marinis fluctibus obrutas, ac naufragas noverunt: *quæſitas*, ait Baſilius, *ab arte ſpes, tanquam & ipſæ naufragium facerent*: opem expoſtulantes à propria induſtria, & in arte ſpes ſuas ponentes pericula non avertunt, ſed accerſunt: neque enim poterat abire procella, quamdiu ſpes humanis nitebatur viribus: cum verò cœpit radices ſuas in virtute Magiſtri dormientis agere, & dum geminatis vocibus ejus inceperunt ſomnum excutere; tunc & nubes cœperunt diſſipari, venti coërceri, & marini fluctus, cum primùm excitatum ſenſêre Chriſtum, & ſpem Diſcipulorum in ipſo ſitam illicò quieverunt; *ceſſavit ventus, & facta eſt tranquillitas magna.*

37. Malè ſpes ſuas locat, qui in humanis viribus eas collocat, fidant in rebus humanis, qui humana duntaxat curant, & cogitant; qui verò Dei ſunt addicti obſequio, vel ipſorum elementorum iras incurrunt, ſi integram ſpem in ſolo Deo non ſiſtunt: Diſcipuli quamdiu in propria ſperârunt arte, ad iram concitârunt ventos, & nubes in aëre, ac ferocientes in mare fluctus. Cum verò de propria cœperunt arte deſperare, ac ſpem ſuam in meliori ſolo

ſerere, ac in Magiſtri virtute duntaxat ſperare, tunc periculum evasêre, & ſpes meliori innixa fulcro potis fuit fœdas nubes excutere, inſoleſcentes ventos compeſcere, ac ſævientes fluctus coërcere. Tanto eſt quis tutior, quantò magis in Dei tutelam ſe committit, quia tunc divinam ſibi opem obſtringit ad patrimonium, cum humanis renuntians auxilijs, cœleſtes tantùm ſuppetias exquirit; quia ut ſcitè Pe-
Lib. 6. Epiſt. 17. trus Damianus. *Ubi magis ex humana ratione diffiditur, illic propenſius divinâ clementiâ ſubvenitur, & ubi ſolatium deſperamus humanum, divinum plerumque cernimus adeſſe præſidium.*

§. V.

Fruſtraneus eſt labor, qui impenditur in excolenda ſpe, ſi hæc ſuas in mundi ſolo radices agat: inutiles ſunt ſudorum imbres, qui eidem rigandæ funduntur: optatos rarò profert fructus.

38. SPes, quæ in mundi excolitur ſolo, nonniſi labores extorquet, ac ſudorum exigit imbres, quibus tametſi rigetur, non tamen optatos profert fructus. Ficum habebat quidam in vinea ſua plantatam, & quamvis ſemel & iterum ad ipſam veniſſet optatos lecturus fructus, attamen nonniſi luxuriantibus veſtitam folijs eam invenit, omni fructuum deſtitutam proventu, cúmque juſſiſſet eam excidi, ne telluris ſucco inutiliter aleretur, cum reliquarum plantarum diſpendio; vineæ procurator annuas rogavit inducias, ſolicitiorem ſpondens circa illam culturam, ac laborem diligentiorem.
Luc. 13. v. 8. *Dimitte illam & hoc anno, usquedum fodiam circa illam, & mittam ſtercora; & ſi quidem fecerit fructum; ſin autem in futurum ſuccides eam:* nimirum colonus ſpem ſuam in cultura arboris poſuerat, ſed tametſi plurimum impenderit laboris, ac proprio ſudore excultam illam irrigaverit tellurem, non tamen ficulnea optatos dedit fructus, quia ſpes coloni ſuas unà cum arbore in terra radices fixerat, ideóque unà cum ficulnea didicit, & ipſa ſpes ſterileſcere: ſpes enim, rebus innixa terrennis nullo poteſt probo enutriri ſucco, nec ullum promere fructum alendæ vitæ idoneum. & licèt foliorum comis luxuriet, ac rerum videatur opibus redundare, quamvis tamen deſtituitur fructu, perinde ac ficulnea, quæ licèt impenſo labore exculta, ac ſudorum imbribus irrigata, nullum produxit fructum, quo ſpem aleret coloni: appoſitè D. Ambroſius
Cap. 13. expendens ficulneam apud Lucam, probro laborantem ſterilitatis ait: *Iſta arbor folijs redundans fluentibus ſpem poſſeſſoris ſui caſſa expectatorum, proventuum expectatione deſtituit:* ita eſt, fruſtrantur ſpes noſtræ, ſi in mundi tellure ſuas agant radices, nullum inde haurire poſſunt probum ſuccum, quo alantur ad fructuum promendam ubertatem: quid miſeriùs, quàm impensè laborare abſque ulla utilitate, quæ inde oriatur? inanis eſt labor, qui ſuo fruſtratur ſolatio; ficulneam evangelicam excultam, & fructibus deſtitutam ſpei noſtræ ſymbolum præſeferre teſtatur Theophilactus, In Lucam 13.
ubi vineæ cultorem Chriſtum dixit, qui non ſudore tantùm fodit, ſed & ſuo ſanguine tellurem noſtram rigavit, quo meliorem ſuccum traheret ſpes noſtra, optatos datura fructus, ait Theophilactus. *Chriſtus ficum illam, ne ſterilem exſiccari non ſinit, dicens ſine illam & hoc anno: licèt homines per legem, & Prophetas non fuerint facti meliores, neque pœnitentiæ fructum fecerint: attamen me irrigante, meis doctrinis, & paſſionibus fortâſſis facient fructus pœnitentiæ.*

Non tam in vitibus fodiendis, quàm 39.
in ficu ſtercoranda adlaborat vineæ cultor, eſt autem vinea ipſe homo, cujus cordis tellurem Chriſtus excolit, ſuiſque auxilijs fœcundat: ficulnea ſterileſcens eſt ſpes noſtra in rebus mundi futilibus ſita: hanc noſtri cordis vineam excoluit cœleſtis colonus impenſo labore, imò & non ſudore tantùm, ſed & ſanguine ſuo irrigavit, quo probrum exueret ſterilitatis, & diſceret fructus depromere virtutum: ecce quales ſpes mundi exegit labores, quales extorſit ſudores, ut propriam dediſceret ſterilitatem, cùm Chriſtus ſua eam excoluerit paſſione, & rigaverit ſanguine; & quamvis durior videretur eſſe labor, terram fodere, & excolere circa vites, & attritis ligone manibus jugiter laborare, quàm circa unicam ficulneam terram evertere, & ſtercora mittere, ſeu alimenta ubertati ſuppeditare; adhuc tamen ſe pati circa culturam ficulneæ in evertenda tellure, & in mittendo ſtercore fatur; cum non conqueratur de laboribus adhibitis in reliqua cultura totius vineæ; quia nimirum ex alijs plantis, & arboribus concupitos ſperabat ſolatij fructus, quos tamen ficulnea probro laborans ſterilitatis non ſpondebat, *Vites*, ait Ambroſius, *auratis uvarum acinis culturæ moleſtias minuebant;* ubi enim impenſi laboris pediſſequa eſt fructuum ubertas; hæc illius moleſtias minuit, ac ſudores abſtergit: ſecus ubi nullus labori reſpondet fructus; nonniſi moleſtiſſimus eſt labor: & exoſa eſt arbor; quæ talem in ſui cultura laborem exigit, ad quem nullos ſequitur in planta fructus.

Hinc Apoſtolus ne labores, quos im- 40.
penderat, ſuo deſtituerentur fructu, non in divitijs, mundíque voluptatibus, ac commodis ſpem ſuam locatam voluit, ſed in ſolo Deo. *Bonum certamen certavi, curſum con-* 2. ad Timot. 4.
ſummavi, fidem ſervavi: in reliquo repoſita eſt mihi,

mihi corona juſtitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die juſtus Judex, non ſolùm anceps non hærebat de præmij tertitudine, ſed nec verebatur poſt exantlatos à ſe labores alteri dandum præmium. Moleſtum ſiquidem fuiſſet belli ſubire labores, vallum aperire ſub dio aperto, vel ſub herbaceis degere papilionibus, in hoſtem irruere, pugnare, & omnem tolerare moleſtiam absque ſpe ullius præmij; vel ſi cùm laborâſſet ipſe, fuiſſet alter præmium ſoſcepturus, ut perſæpe contingit in mondo, ubi non ſemel alius laboris moleſtias tolerat, & alius præmij ſuſcipit gloriæ, quòd nonniſi dolori eſſe poteſt, quapropter Apoſtolus de corona ſibi repooenda, & non alteri, lætabatur; eò quia io juſto Judice ſpem ſuam unicè collocâſſet, ut innuir D. Bernardus inquiens: *Omnium merces laborum in una illa die reddetur, cui altera non ſuccedit: repoſita eſt mihi ait corona juſtitiæ, quam reddet mihi.* Nnn ſolùm lætanter viruit, ſed & jucundè floruit ſpes, quam Apnſtolus in juſto Judice repoſnerat, qnia oon timoit aliis dandam impenſi ſui laboris mercedem, ſed noverat ſibi uni reddendam, cùm apud homines non ſemel gloria, quæ uni debetur ſtrenuè decertanti alteri tribuatur, qui nec hoſtem vidit, nec pulſata audivit tympana belli.

De fallacia ſpevis.

41, Pugoaverant adhoc materoa ioclusi alvo gemelli fratres Eſau, & Jacob, quis eorum eſſet priùs lucis à matre dandus uſuræ, & cum Eſau tandem Jacobum viciſſet, ac primus ovans in lucem prndierit devicto Jacobo, quem mater poſteriorem edidit; cum tamen Eſau ſe à caligante patre benedictione primogenituræ fruſtratum ooviſſet, id adeo ægrè tolit, ut non ſolùm io lachrymas liqueſceret, verùm & io rugitus doloris indices irrumperet; auditis Eſau ſermonibus patris *irrugijt clamore magno*: cùm enim campum fuiſſet Martium materno io veatre nactus antequam natus, & didiciſſet priùs manus ad palmas, quàm ad lucem extendere devicto Jacobo, quem poſt ſe reliquit; ac propterea hujus victoriæ gloria, ſeu jura primogenituræ Eſau debita ob partam victoriam, darentur Jacobo; id moleſtiſſimum ei fuit, quòd præmium certaminis fratri victo daretur: nullus enim eſt labor tam gravis, quàm qui prnprio fruſtratur præmio. Uterque dimicavit Paulus in novo, & Eſau io veteri teſtamento; eo tamen diſcrimine, quòd in novo ſoli Paulo, & noo alteri datum fuit laboris præmium: Eſau verò certaminis præmio deſtitutus acerbioris rulit dolotis cruciatum: ſed ideo labores Pauli ſuo noo fruſtrantur præmio, quia oonniſi in juſto judice ſpem ſuam Apoſtolus collocaverat: *In reliquo repoſita eſt mihi corona juſtitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die juſtus Judex*: ſpes enim quæ in Deo ſuas figir radices, non exareſcit, ſed ſuos depromit fructus, quos laboranti exhibet, & non alteri quieſcenti; Eſau verò ſpem ſuam io jure poſuerat primogenituræ, ideóque quam ex antlatis laboribus, ac ſubitis tertaminibos materna in alvo promeruit gloriam, non ipſi datur, ſed fratri; quia ſpes, quæ io mundi excolitur ſolo, & rebus innititor humanis, ſterileſcit, & nullum ſperantibus fructum producit.

Avertenda igitur eſt ſpes noſtra ab hiſce rebus fluxis, & futilibus, ne nos evertant, deſtituántque optato fructu: fugiendum eſt cœnum, fugiendæ ſterileſcentes terræ, in quibus ſpes noſtra ſuas non valet radices figere. Idque oos edocuit vel ipſa columba, quam Noë dimiſerat ex Arca, poſtquam ceſſâſſet diluvium; tametſi avis hæc innocens extra Arcam potuiſſet loca reperire, ibique pedes figere, ac quieſcere, præſertim in editioribus mootium faſtigijs, quæ cœperant ab aquis emergere, nullibi tamen voluit quieſcere, ſed maluit continuato volatu ad Arcam redire, quia tametſi loca plura jam emerſiſſent ab aquis, quia tamen adhue madida erant, lutoſa, & lubrica; ideo ſordes haſce exoſa ales, noluit ijsdem pedes fœdare; maluítque in Arcam reverti contiouato, ac diuturno volatu feſſa, quàm lutoſas io editioribus montium faſtigiis maculas pedibus contrahere. Cuncta ſunt in mundo cœnoſa, ſi non diluvio, ſaltem lachrymis madida, proiode lutoſa, & lubrica: ubique, oiſi quis diligenter ſibi caveat ſordes, contrahuntur: pluribus in tribunalibus juſtitia cerca eſt, quæ facilè flectitur, & ad tinnitum pretioſioris metalli in utramque retorquetur partem: in aliis etiam detracta larva imperat injuſtitia. In domibos triumphat libido, & paſſim ab ipſis exulat podicitia, cùm impudicæ Veneri locis omnibus largiſſimè litetur: ubique divitiis inhiantes hnmines ſpes ſuas in ijsdem figunt, quas tamen perdunt, cùm putant divitias lucrari: divitiis enim affluentes vitijs indulgent, & ſpes, quam impenſo labore excoluerant, in ipſis congeſtis divitiis inopiâ laborans exareſcit. 42.

Toties ſpes hominis ſuo fruſtratur fructu, quoties in rebus fluxis, ac caducis excolitur, cujusmodi eſt ſpes eorum, qui nooniſi commodis ſtudent corporis, & ſtudium negligunt virtutum, quibus animus effloreſcir, & ſpes in Deum erigitur: pauci enim ſunt, qui hac delectentur virtutum cultura; qui totam ſpem ſuam in ſolo Deo virere, ac effloreſcere velint, qui æternitatem ſeriò expendant: cùm è contra plurimi ſint, qui vitijs indulgent, alienam famam obtrectant, ſe ipſos non inſpicientes, mores vitijs fœdant, & ſpem in mundi commodis, ac delicijs ſerentes, oon niſi ſcelerum ubertatem colligunt: ab ipſis non oiſi prætextata, & obſcœna audiuntur verba, & ut ait D. Hieronymus: *Nemo quod bonum eſt loquitur*, quia ot cecinit Regius Vates: *Non eſt qui faciat bonum, non eſt uſ-* 43.

Cap. 8. v. 6.
Pſalm. 13. v. 1.

que ad unum. Jam conviviorum luxus, veſtium pompa, deliciarum ſtudium in mores tranſierunt eorum, qui ſpes ſuas in rebus mundi fluxis collocant, & delicijs corporis inhiant, *Hi enim* ut ait Latinus Pacatus; *Parum ſe lautos putabant, niſi luxuria vertiſſet annum, niſi hibernæ poculis roſæ innataſſent, niſi æſtiva in gemmis capacibus glacie, ſalerna fregiſſent. Horum gulæ anguſtus erat orbis noſter; appoſitas enim dapes non ſapore, ſed ſumptu æſtimantes, illis demum acquieſcebant, quas extremus Oriens, aut poſitus extra Romanum Colchus Imperium, aut famoſa naufragijs maria miſiſſent.*

In panegyr.

44. Verùm qui hiſce in deliciis ſpes ſuas collocant; neque guttulam ebibunt veræ deliciæ: non enim gulæ deliciæ veram poſſunt ſpem nutrire; eſt enim hæc voluptas gulæ nobis cum brutis communis, ideóque nequit ſpem veram alere, ſed tantùm hominem fallere: cum ſpei non ſint bruta capacia, nequit voluptas, quæ ex gulæ delicijs ſumitur nutrimentum ſpei ſuppeditare, per quam à brutis diſtinguimur, quæ ſperare neſciunt, neque de futuris, ut par eſt, cogitare; & quia quò major eſt à cibis voluptas, eò vehementiores in nobis brutorum inſurgunt motus, jam à vera deflectimus ſpe; quâ qui tunc utitur, has ſperans delicias, illâ abutitur; imò non ſolùm gulæ deliciæ ſpes noſtras exſiccant, ſed & ipſos ſperantes enervant; quia ut ſcitè ait S. Laurentius Juſtinianus: *Ubi eſt crapula, ratio cæſpitat, intellectus obtunditur, conſilia deviant, judicia ſubvertuntur:* evertunt fercula in ipſis ſperantes, niſi hi ab illis mentem avertant; quomodo enim veram poteſt ſpem ea delectatio alere, quæ vera non eſt; & non poteſt, niſi diſcrimina parere: non placent epulæ, niſi eas fames præceſſerit, ſaturis ingratæ ſunt epulæ; proinde jucunditatem falſam nonniſi vera moleſtia mercamur.

De ſobrietate cap. 2.

45. Imò quæ corpus videntur gulæ deliciæ enutrire veræ ſpei verum ſubtrahunt alimentum; quia ubi gulæ illecebræ in mundi delicias hominem trahunt, ejus ſpem à Deo ſubtrahunt, à quo ſolo ut à ſuo fonte ſcaturiunt vera bona, ait enim D. Jacobus in ſua Epiſt. Catholica cap. 1. *Omne datum optimum, & omne donum perfectum de ſurſum eſt deſcendens à Patre luminum:* ut igitur ſpes noſtra valeat quid boni nobis adferre, non alibi debet radices ſuas fixas detinere, quam in ſolo Deo, eſt enim vera ſpes expectatio certa beatitudinis proveniens ex Dei gratia: cùm enim ſit ſpes expectatio veræ felicitatis, id ſperamus, quod non poſſidemus, nec eſt præſens, ſed futurum, illúdque ab alio ſperamus; & quia cœleſtis beatitudo eſt acquiſitu perardua, nonniſi per gratiam, & auxilium Mediatoris noſtri JESU Chriſti eam expectamus, dummodo & nos divinæ cooperemur gratiæ; quapropter veræ ſpei verum objectum ſola eſt divina bonitas, quæ voluntatem movet ad ſperandum, agendúmque: hæc autem bonitas, ideo veram enutrit ſpem, quia totam includit commodorum plenitudinem: nullus enim eſt, qui aliquid ab eo ſperet, quem novit paupertate laborare, ac re illa deſtitui, quam alter ſperat: hinc Apoſtolus excitaturus Romanos ad veram ſpem ſcribit loquens de Deo: *Eſt dives in omnes, qui invocant nomen ejus.* Neque Deus dives eſt ut homo, qui non poteſt quidquam alteri dare, niſi ſe commodo, ac dominio tei datæ privet; Deus enim quamvis omnia det, nullius tamen rei dominio ſe privat, ſed omnia poſſidet.

Ad Rom. 10.

46. Rurſus eatenus eſt Deus, in quem ſolum vera ſpes noſtra fertur, quia potens eſt ſuam nobis opem ſuppeditare; ſupervacanea enim eſſet imploratio auxilii ab eo, qui non poſſet nobis ſperatum ſubſidium dare; & niſi Deus eſſet omnipotens, nullum in rebus arduis poſſemus ab illo ſubſidium ſperare: ſed ſuam nobis manifeſtavit omnipotentiam in condenda mundi fabrica, in deturbatione è ſummo cœlo Angelorum rebellium; in expulſione hominum è terreſtri paradiſo poſt divini præcepti tranſgreſſionem: quid ni hanc Numinis omnipotentiam ſenſerunt Ægyptus cum Pharaone, Sennacheribus, & alij plures, qui detrectantes debita Deo dare obſequia promeritas dederunt ipſi propriæ contumaciæ pœnas: qui verò in Deo ſperârunt, ut Daniel in lacu, pueri in fornace, Joſeph in ciſterna ſalvi facti ſunt. Spes noſtras ex eo etiam Deus alit, quia ſuo nos amore proſequitur, quapropter Apoſtolus ſcribit: *Habentes Pontificem magnum: qui penetravit cœlos JESUM filium Dei, teneamus ſpei noſtræ confeſſionem: non enim habemus Pontificem, qui non poſſit compati infirmitatibus noſtris.* Commendat Apoſtolus Dei in nos amorem, & pietatem, ut in ſpem alacriores erigamur, quia cùm ſit Deus infinitæ bonitatis, ac potentiæ, & bonorum omnium indeficiens fons, nóſque amore proſequatur, procul dubio ſperantes in ipſum erit omni bono repleturus, nec ſinet eorum ſpem vacuam abire.

Ad Hebræ. 4.

47. Cùm ſit in ſuis etiam fideliſſimus promiſſis, ad veram ſpem nos erigit, quam in ipſum ſolum dirigamus. Plurimum ſiquidem refert fidelitas, ut credat quis promiſſioni factæ; ſi enim quiſpiam, de cujus fidelitate dubitamus, nobis aliquid promittat, quaſi nullam de re promiſſa acquirenda ſpem concipimus; quia niſi conſtet promittentem eſſe fidelem, ac ſuis ſtare promiſſis, ſpem certam de re ab ipſo nobis promiſſa haud concipimus; neque ullus eſt mercator, qui illi de mutuo, aut etiam mercibus fidat, de quo dubitat, num ſit in præſtatione rei promiſſæ fidelis: quia verò eſt

Deus ſumma, & infallibilis veritas, quæ
nec falli poteſt, nec nos fallere; ſumma ſit
itidem in ipſo bonitas, nullámque in præ-
ſtandis promiſſis poſſit difficultatem expe-
riri, aut damnum; nil eſt, quod remorare
ſpem noſtram in ipſo valeat, cùm ſit ſummè
fidelis, velítque nos cœleſti beatitate do-
Deuter. 7. natos; etenim: *Dominus Deus tuus ipſe*
eſt fortis, & fidelis cuſtodiens pactum, & mi-
Pſalm. 144. *ſericordiam:* & Regius Vates: *Fidelis Do-*
minus in omnibus verbis ſuis, & quia David
totam ſpem ſuam poſitam voluit in ſolo
Deo, omne ex ſua ſpe ſolatium fuit exper-
Pſalm. 54. tus; propterea ait: *Jacta ſuper Dominum cu-*
ram tuam, & ipſe te enutriet, ac ſi diceret,
ſi ſpem tuam in ſolo Deo poſueris non ſis
ſolicitus de tua nutritione, ipſe enim ab-
undè neceſſitatibus eorum opitulatur, qui in
ipſum ſperant.

48. Quàm perversè igitur ſuas figunt ho-
mines ſpes extra Deum, ut aliquid inde va-
leant commodi haurire: ut enim ſperatas
congerant divitias, ſudores ebibunt paupe-
rum, medullas ſugunt inopum, alienis in-
hiant bonis, maria trajiciunt, pericula
ſubeunt, labores exantlant, idque ut lutum
lucrentur, quo ſpem ſuam nutriunt: aliter
certè ſapuit David, qui cœnoſas mundi vo-
Pſalm. 118. ragines cum declinâſſet dixit: *Ab omni via*
mala prohibui pedes meos, nec illi ſatis fuit
ſordeſcentes tantùm mundi vias exiiſſe, ſed
quo citiùs ab iiſdem ſe ſurriperet, alas con-
Pſalm. 54. cupiſcit perniciſſimas: *Quis dabit mihi pen-*
nas, & volabo: non pedes ad currendum ex-
peditos, ſed alas ad volandum explicatas
petit, ne ſi per cœnoſas cucurriſſet vias,
ſordes inde contraxiſſet, à quibus per vo-
latum in aëra ſe eximere cupiebat. Alis
muniantur ſpes noſtræ, ut ſurſum avolent,
& in ſolo Deo quieſcant; nutant enim, quæ
in mundi commodis, divitiis, ac dignitati-
bus poſitæ ſunt ſpes noſtræ, & hærentes in
ancipiti animum diſtorquent, plúſque ad-
ferunt cruciatûs, quàm ſolatij.

§. VI.

Nutant ſpes noſtræ, fluctuántque in ancipiti, ſi mundi commodis, divitijs, ac dignitatibus nitantur: hærent verò inconcuſſæ, quando ſoli Deo inhærent.

49. SOla illa ſpes non nutat, quæ ſoli Deo
inhæret. Cum Jacobus ob præreptum
fratri ſuo natalium primatum pio va-
framento, ejus non ſolùm invidiam, ſed &
odia incurriſſet exitialia, iras effugiturus
fraternas, proficiſcitur in Meſopotamiam
Syriæ Provinciam. Cúmque itinere defati-
gatus poſt occaſum ſolis, attrita corporis
membra quiete reficeret, idoneum prope ur-
bem Luzam ſomno locum delegit, ubi pul-
vili loco capiti lapidem ſubjecit, cúmque
jam ſenſus eſſent ſomno ſopiti, & nocturna
quiete corpus recrearetur, adfuit dormienti
Deus qui plura, & quidem magna ei ſpo-
pondit: *Terram, in qua dormis, tibi dabo, &* *Geneſ. 28, v. 13.*
ſemini tuo. Mox expergefactus Jacobus,
& in ſpem firmam ſimul erectus, altare ibi
ſtatim conſtruxit, non ſolùm in gratitudinis
argumentum, ſed poſſeſſionis illius terræ
certiſſimum teſtimonium: fundamentum
erectæ aræ pulvillum voluit eſſe, ſeu lapi-
dem, quem dormienti capiti ſubjecerat,
Tulit lapidem, quem ſuppoſuerat capiti ſuo,
& erexit in titulum, ſeu in teſtimonium
poſſeſſionis loci illius, cujus dominium
Deus ei dormienti promiſerat: *poſtquam*
per viſionem ait Chryſoſtomus apud Lippo-
manum, *tam magna conſecutus fuit voca-*
bulo memoriam loco inſcribere vult, poſte-
riſque eum facere celebrem, lapide pro colum-
na erecto. Quid? quòd Jacobus ſomno ſo-
pitus divinâ præſentiens promiſſionem, cùm
primùm expergefit nil hæſitans, ſed certus,
ac firmus ita ſperat, ſibi à Deo promiſſam
terram illam, ut quavis interruptâ morâ
illicò altare ei erigat, non tam gratitudinis
argumentum, quàm certiſſimum illius poſ-
ſeſſionis teſtimonium? certam ac minimè
nutantem adhibet fidem ſomnio, & con-
ceptam ſpem poſſidendi terram illam, adeo
firmiter ſtabilivit, ut ejus dominium volue-
rit ſtatim enanciſci? quia nimirum ſpes,
quam Jacobus conceperat divina nitebatur
ſponſione, propterea nil hæſitavit, nec po-
tuit Jacobus de Dei dubitare promiſſione
ſciens, idem eſſe aliquid à Deo promitti, &
promiſſum jam eſſe adimpletum.

Spes igitur, quæ Deo nititur omnem 50.
excutit anxietatem, quia omnem abigit du-
bietatem: eſt enim Deus veritas ipſa, quæ
cum falli nequeat, nec ſuis ſponſionibus po-
teſt nos fallere. Imò ſpes ipſa ſi ſuas in
ſolo Deo radices agat, ſtatim germinat, vi-
ret, floreſcit, & optatos conſequitur fru-
ctus: quæ verò ſpes in mundi ſolo excoli-
tur nonniſi ſpinas producit, quibus mole-
ſtiſſimè torquet, vulnerat, & ſanguinem e-
licit: cum enim ſpes humana ſecum trahat
expectationem rei ſperatæ, tormenta, &
cruciatus parit, dum hominem alit. Ani-
mus enim dum bona ſibi futura ſpondet, quæ
propterea ſperat aſſequi, plerumque adeo
prolixa ſolet expectatione torqueri & an-
xietate cruciari, quò malit perſæpe ipſius
ſperati boni expectationem ſibi præſcindi,
quàm diu expectationis cruciatu dilaniari:
tranſit ſiquidem deſiderij flamma in incen-
dium; & angor timoris plenum cruciatuum
martyrium ſecum trahit, cum enim diffe-
runtur vota, producuntur & tormenta; quia
tunc non ſolùm præconceptæ ſpei dilatio
mentem lancinat; ſed & ipſa expectatio ſæ-
piùs moroſa torquet detentione; hinc aie-
bat Theodoricus Rex apud Caſſiodorum: *Lib. 10. var.*
Nec volumus ampliùs vota veſtra differri, *cap. 17.*

quia

quia ſemper optamus in ſumma Reipublicæ celebritate lætari.

51. Deſideria enim, quò diutiùs protrahuntur, eò diriùs urunt, & cruciant, eſt enim ſpes, quæ differtur ipſum ſupplicium, quo ſperans pœnas luit ſuæ ſpei, quam in rebus fluxis, ac futilibus locatam voluit. Gedeon Angeli expertus benignitatem obnixè rogat, ut ejus velit adventum præſtolari, *ſi inveni gratiam coram te, da mihi ſignum, quòd tu ſis, qui loqueris ad me, nec recedas hinc, donec revertar ad te portans ſacrificium, & offerens tibi; qui reſpondit: ego præſtolabor adventum tuum.* Angelus ad Gedeonem è cœlo miſſus Michaël fuiſſe creditur, qui juvenili indutus ſpecie, baculúmque geſtans viatorium, Gedeonem in torculari ſuburbano excutiendo fortàſſis, ac repurgando frumento occupatum perhumaniter fuit allocutus, juſſitque ſpem, & animum concipere meliorem in calamitatibus, quæ Judæam tunc opprimebant, futurus enim erat liberator divexati populi: ſed cur Angelus adventum præſtolatur Gedeonis cum momento temporis potuiſſet ad ipſum accedere? ur nimirum nos edoceret, quantos ſecum trahat cruciatus ſpes, & expectatio, quæ in homine ponitur; ſi enim quæras ubi Angelus fuerat Gedeonem præſtolatus, certè vel ipſe locus præſtolationis, ac ſpei ſubindicavit tormenta, & cruciatus: *Sedit ſub quercu*, ubi adventum præſtolabatur Gedeonis. Quòd ſi Hugonem ſciſciteris, & quæras, cur maluerit ſub quercu, quàm ſub alia arbore vel aperto ſub dio adventum Gedeonis præſtolari? reſpondet, quia per quercum crux adumbratur, ideóque quamdiu Angelus ſperavit in Gedeone, ſeu homine, ejúſque adventum expectavit: *Sedit ſub quercu*, ait Hugo, *id eſt ſub arbore crucis*, tamdiu enim fuit in cruce, ſeu tormenta crucia paſſus, quamdiu in Gedeone ſperavit, fuitque ejus adventum præſtolatus: non enim potuit à moleſtiis, & cruciatibus ſe eximere ardens natura, quæ moræ impatiens momento temporis, è terra cœlum conſcendit, & è ſummo cœlo in ima deſcendit terrarum: eúmque debuiſſet expectare, donec Gedeon ſacrificium paràſſet, altare adaptàſſet, ac omnia ad id neceſſaria præmiſiſſet, non exiguam protraxit moram, quâ in Gedeone cùm ſperàſſet Angelus *ſedit ſub quercu*, ſeu *arbore crucis*, quia ſpe ali, & rem ſperatam expectare, perinde eſt, ac crucem pati, ac dirioribus torqueri tormentis: nec potuit cœleſtis aliger, velociſſimus Spiritus niſi crucem ſuſtinere, dum compellitur expectare, ſimúlque ſperare in homine, *Ego præſtolabor adventum tuum.* Nimirum apud Angelum opus fuit, Gedeonem gratia pollere, quò ad præſtolandum alliceret, tametſi ipſa præſtolatio in commodum, & ſolatium cederet præſtolantis: dixerat enim Gedeon Angelo præſtolanti *ne recedas hinc, donec revertar ad te portans ſacrificium, & offerens tibi.* Sed Angelus, quo ad præſtolandum ſe aptaret, crucem adit, ſeu ad cruciatus, & tormenta ſe præparat, eò quia ſperare in homine, & ſperatum expectare diriſſimum eſt tormentum.

Judic. 6.

Non ſolùm ſpei expectatio Angelos excruciat, & homines diſtorquet, ſed & ipſa elementa cogit obrigeſcere quamvis ſenſu deſtituantur doloris. Exibant ex Ægypto lætiſſimi Hebræi, eò quia à tergo nonaginta trium annorum duriſſimam relinquerent ſervitutem, & à fronte ampliſſima ipſis aperiretur janua ad diu concupitam libertatem: alliciebat fugientium ex Ægypto oculos, & animos ſimul recreabat prævia quædam nubes lucidè denſa, quæ in columnæ altiſſimæ ſimulacrum erecta populum præibat, ſimúlque itinera præſignabat, quæ licèt interdiu columnæ præſeferret ſpeciem, nocte flammis, ac fulgoribus coruſcam ſe præſtabat. Tertio poſt profectionem die cum Pharao per Exploratores comperiſſet Hebræos iter arripuiſſe, non ut ſuo litarent Numini, ſed quò occultâ ſe fugâ ab ejus ſe ſubducerent dominio, indignatus ſuæmet indulgentiæ, eò quia tam facilis fuiſſet in dimittenda multitudine; quidquid virium, & armorum per ſummam celeritatem contrahere potuit, unà congeſſit, & milites quos potuit acceſſivit, quos & contra fugientes eduxit. Sextus jam fluebat dies ab inita profectione cum columna nubis antiſtita ſupra maris rubri oram iter præſignat, & quia ingens pavor Hebræos omnes occupavit, eò quia Ægyptii armati venirent, & jamjam hærerent fugitivorum tergis, & fluctus freti Erythræi ſubmerſionem, ac ſepulchrum populo viderentur minari. Moyſes excuſſurus præconceptum pavorem, & erecturus populorum animos in ſpem Numinis, manum, qua conſuetam ſibi virgam tenebat ſuper Erythræi maris æquor extendit; & ſtatim facto undarum divortio in geminum ſe latus diviſit, ſéque utrinque murorum in formam, & altitudinem erexit, fluctibúſque ſublimè ſuſpenſis ſicca itinera trajicientibus Iſraelitis mare rubrum adaperuit. 52.

53. Deus igitur percuſſum virgâ mare in gemina ſcidit latera, & marini fluctus murorum induentes ingenium ſteterunt immobiles, & veluti obriguêre donec totus tranſiret papulus; *Erat aqua quaſi murus à dextera eorum, & læva.* Oblivíſcitur propriæ naturæ mare, & fluctuare dediſcit, ac fluere, quò rupium inſtar ſtent fluctus utrinque mirâ conſtantiâ firmati: neſcias tamen quódnam fuerit mari gravius tormentum, an virgâ percuti Moyſis; an vitreos obrigeſcere in montes, ac chryſtallinas erigi in rupes; quippe quòd vapulaverit Moyſis virgâ, propriam non dedidicit naturam, quam tamen videtur exuiſſe, & veluti in geminam rupem obriguiſſe, cùm primùm cœpit papulus tranſire: trajiciunt æquora triremes, quæ multiplici remigio mare egregiè

Exodi 14, v. 22.

gie

giè diverberant, quod tamen nullum inde dat doloris ſenſum, nec ullo ſciſſu à propria diſcedit natura: unde Erythræum ex percuſſione Moſaicæ virgæ non obriguit in vitreas rupes, ſed quia debuit expectare, donec totus populus tranſiret; ſperabat poſt tranſitum priſtinæ reſtitui naturæ ſuæ: & quia tamdiu ſperavit, quamdiu ingens illa tranſiret multitudo, ſpes & expectatio fuit adeo gravis, ac moleſta, ut obriguerit in geminam Cryſtallinam rupem, quatenus ſi ſenſus doloris capax fuiſſet, Erythræum ex acerbitate illius ob illam expectationem, & ſpem antiquum occupandi alveum in lapidem obduruiſſet: opus itaque fuit, ut marini fluctus propriam quodammodo naturam exuerent, quamdiu expectârunt, & prævium tranſitum Hebræis gradientibus aperirent. S. Zeno Veronenſis cenſet, miram Dei eluxiſſe potentiam, eò quia labili undæ potuerit ſuadere, ut tam multiplicis populi tranſitum, quamvis celerem præſtolaret, ait Zeno: *Subitò divinâ Providentiâ ſcinditur mare; aquæ dextera, lævâque gelido ſtupore frænata, vitreos diriguntur in muros, præſtolantes tranſitum Dei populi.* Serm. 3. de Exod.

54. Ideo fluctus gelido ſtupore frœnantur, vitreóſque diriguntur in muros, propriæque obliti naturæ obrigeſcunt, veluti in rupes utrinque prominentes, quia tranſitum præſtolantur Dei populi: ipſa enim præſtolatio adeò gravis fuit, ut quæ fluxa deorſum delabuntur, lapideſcentia in montes ſurſum conſcenderent, & firma ſtatione à propria deſueſcentia natura expectarent, donec omnis populus pertranſiret, ſpe tamen illecta priſtinam recuperandi ſedem: ipſa ſpes, & præſtolatio Erythræi fluctus torſerunt, non virga Moyſis, quâ vapulârunt: aquæ utrinque ad lævam, & ſiniſtram conſtipabantur in muros, ut præſtolatæ populi DEI tranſitum divinam oſtenderent providentiam, ſimúlque indicarent eum præconcepiſſe doloris ſenſum ex præſtolatione illa, ac ſpe protracta priſtinam recuperandi ſedem, ut diſciſſo in partem geminam ſinu etiam à propria deſecerint natura: fluctus enim murorum patientiam induerunt, & ſaxeam naturam quamdiu tranſitum præſtolârunt populi Dei, ut pulchrè adnotavit S. Zeno: *Gelido ſtupore frænatæ vitreos diriguntur in muros:* idque non ad ſicca veſtigia præparanda, ſed ad tranſitum præſtolandum, addit enim Zeno: *præſtolantes tranſitum Dei populi.* Primus ex trepidante multitudine ſinum maris Moyſes ingreſſus fuit, quo præeunte Aminadabus Judeæ Tribus Princeps ſecutus fuit, & horum exemplo certatim reliqui: cúmque Ægyptij Hebræos inſequerentur, auſique & ipſi fuerint mare illud ingredi, ſepulti ſtatim fuêre Arabici ſinûs voragine, ne nuntio quidem tantæ cladis ſuperſtite emergente, & Hebræi enatantia Ægyptiorum cadavera læti ſpoliârunt, ut de ijs triumphârent, quos proxima anteacta nocte formidaverant.

Quinimò ſpes, quæ differtur, non homines ſolùm diſcruciat, ſed ipſi etiam homini DEO, Chriſto Domino aliquid attulit cruciatûs: etenim cùm Cœleſtis Paſtor deperditam ovem inquireret, ac prolixo defatigatus itinere ad Jacobi appuliſſet fontem, ibi ſedit hora ſexta, quæ procul dubio ſuæ reſpondebat paſſioni, quam hora illa viſa eſt refricâſſe, ac præmaturè accelerâſſe: *Fatigatus ex itinere ſedebat ſic ſupra fontem: hora erat quaſi ſexta:* hanc alluſionem ad crucis dolores eſſe, ediſſerit Auguſtinus inquiens: *Fatigatur JESUS, & fatigatur ab itinere, & ſedet, & juxta puteum ſedet, & hora ſexta fatigatus ſedet, omnia iſta innuunt aliquid.* Sed quid ex mente Auguſtini poteſt recenſitus circumſtantiarum apparatus innuere? certè non aliud, quàm tormentum aliquod ex expectatione ortum: *Fatigatus ex itinere ſedebat: Seſſio* ait Chryſoſtomus, *propter laborem facta eſt, & ut expectaret,* defatigatus enim itinere ſedit expectaturus: ſed quid expectavit prope fontsm? certè mulierem Samaritanam, ejúsque ſalutem, quam prope fontem ſitiebat, hæc enim ovis erat, quam prope fontem ſitiebat, hæc enim ovis erat, quam inquirebat, & quia ejus enixim optabat ſalutem, ipſam expectare diutiùs, & ſperare, ut ad ſaniorem frugem per reſipiſcentiam veniret maximum fuit ei tormentum, quò etiam ſedens torqueretur: ſiquidem fatigatus ex itinere ſedebat, non aliter quàm defatigatos; quia ipſum ſedere nullum potuit levamentum adferre defatigationi, cùm expectationi tormentum, & martyrium non adimeret: *Sebebat,* ait Chryſoſtomus, *propter laborem, ut expectaret,* expectare perinde fuit, ac laborare, torqueri, & tormenta pati: ea enim eſt expectandi moleſtia, ut dum vel ipſe Chriſtus præſtolatur, & ſpes converſionis Samaritanæ differtur, quam ſedens expectabat, anguſtias paſſionis, ac diriſſimos dolores accerſiverit; ideóque *ſedebat horâ quaſi ſextâ,* quia ipſa expectatio in illa ſeſſione tormenta, & dolores paſſionis, quæ horâ ſextâ fuit perpeſſus, accelleravit. 55. Joan 4. v. 6. Tract. 15. in Ioan.

Quòd ſi ſpes de proximi ſalute præconcepta ſi protrahatur tot poſt ſe trahit angores, ac moleſtias; quæ de rebus mundanis, ac fluxis concipitur, non ſolùm dolores excitat, ſed fruſtraneos etiam omnes reddit labores, ac omni fructu ſperantes deſtituit; quia quæ mundus in ſe ſperantibus bona exhibet, futilia ſunt, ac larvata, fructibus producendis inidonea. Quæ in mundo bona ſperantur, ſunt, quæ vel in delicijs, ac voluptatibus nituntur ſperantes in mundo aucupari, vel in divitijs ac dignitatibus enanciſci; 56.

ciſci: neutra tamen fucum valent veræ bonitatis propinare, quia utraque larvata ſunt bona, ac in extima tantùm ſuperficie fucum aliquem exhibent bonitatis.

§. VII.

Mundi voluptates ſi non in extima cute, ſed intimiùs introſpiciantur, non niſi calamitatibus ſunt referta, ac doloribus ſœta; proinde veræ ſpei innutriendæ impares.

57. VOluptas ſit qualis ſit non in extima cute, ſed in imis introſpiciatur viſceribus, nil habet niſi calamitates, quæ ſunt ejus pediſſequæ: unde non eſt vera ſpes, quæ à corporis pullulat delicijs, & errant, qui aliter ſentiunt, feruntúrque extra veritatis alveum, qui intra harum deliciarum limites veram poſſe ſpem vireſcere, ac ſuos fructus prodere autumant: non germinantem, ac vireſcentem ſpem excolunt, qui corporis delicias colunt, ſed dumeta, ac vepreta alunt, quibus exulcerentur: ulceribus enim ſe ſcatere prodit, qui corporis delicijs ſcalpi cupit, & ulceroſa eſt anima, nec bene valet, quæ eâ laborat prurigine, ut carnis illecebris ſcalpi velit: *Non bene valet*, ait D. Auguſtinus *anima mea, & ulceroſa projiciebat ſe foras miſerabiliter ſcalpi avida contactu ſenſibilium.* Animi igitur prodit ægritudinem hæc ſpes, quâ ex voluptatum illecebris, ex mundi delicijs ſperatur aliquid veri fructus poſſe decerpi; non ſani eſt judicij quærere à corporis illecebris radi, ac confricari, ac inde ſperare aliquid veri ſolatij: ita cogitare corruptæ mentis pus eſt; ut & ſames ex hac confricatione aliquid veri ſolatij ſperare: ipſe enim dolor, qui carnis, ſenſúsque delicias ſequitur evidenter probat animæ ægritudinem: & eum ſcabie quadam laborâſſe, qui ſcalpi hiſce voluptatum illecebris concupivit, quia ut ſubdit D. Auguſtinus: *inde erant dolorum amores, non quibus altiùs penetrarer, ſed quibus auditis, & victus tanquam in ſuperficie raderer: quos tamen quaſi ungues ſcalpentium fervidus tumor, & tabes, & ſanies horrida conſequebatur.* Cùm ſperâſſet aliquid veri ſolatij poſſe à mundi illecebris haurire, nonniſi dolores, & animi ægritudines inde contraxit.

Lib. 3. confeſſ. cap. 1.

Lib. cit. c. 2.

58. Errat igitur, qui veram ſpem poſſe in mundi delicijs germinare, ac vireſcere, ſuóſque fructus producere autumat: hujus ſpei fructus non alios credas eſſe, quàm dolores, animíque moleſtias: eſt ſpes hæc, quæ animum exulcerat; & ſicut ex ulceris confricatione tumor, & dolor, imò & luctus ſequitur; ita ex ſpe. quæ ex mundi voluptatibus, ac illecebris concipitur: ſicut enim voluptas, quam mundus ſibi adhærentibus ſpondet, ſpuria eſt, & larvata; ita nonniſi corrupta, ac falſa eſſe poteſt ſpes, quæ ſuas in mundi delicijs radices agit: omnes enim deliciæ, quæ extra Deum ſunt; ſpuriæ, ac larvatæ, non veræ ſunt, quia ut ait D Baſilius: *Poſtquam à veris in paradiſo delicijs excidimus, ſpurias delicias nobis ipſis excogitamus.* Quòd ſi mundi deliciæ, ac voluptatum illecebræ ſpuriæ ſunt, nullam poſſunt ſpem veram fovere, quia quæ ſperamus vera ſpe, vera ſunt bona, quæ minimè prodire poſſunt à delicijs ſpurijs, fucatiſque voluptatibus, quarum illecebræ corporis cutem radunt, ut animam exulcerent, & exulceratam quadam confricatione exagitent, quâ acriùs torqueatur; eſt enim fructus mundanæ voluptatis dolor, & ægritudo. Hera doloris voluptas eſt, cujus pediſſequa eſt etiam animæ, & corporis ægritudo: mundi addictos voluptatibus angor malè vexat; & cruciatus deliciarum, mundique illecebrarum comes eſt, ac familiaris delicioſorum carnifex; & dum ſpes voluptatum eſt fœta, ac deliciarum gravida, licèt mella ſpondeat, nonniſi fella parturit: ſpes, quæ in mundi delicijs, ac voluptatibus ſuas radices figit, ſi germinet, ac incrementum ſubeat nonniſi ſpinas inſligendis ulceribus aptas producit: ſpes enim, quæ mundo nititur, & extra Deum ſeritur, ut germinet, anxias plures habet curas ſui appendices, & cupiditas ſpe avida fructu deſtituitur fruitionis, vel ſi præproperè non deficiat, quod inchoavit, in voluptate, in angore ejuſdem amiſſæ ſtatim conſummatur.

Homil. 11. de Humen.

Nulla eſt in mundo tam pretioſa voluptas, quæ non ſrivola ſit, & re ipſa vilis: proinde ſpes, quæ hac nutritur voluptate futilis, & ipſa eſt, & nonniſi apta doloribus gignendis; quin ſpem ipſam dolore emimus, cujus poſſeſſione decipimur, & abſentia angimur: quidqnid enim delicioſè in mundo ſperamus, ac votivè nobis optamus, hoſtium potiùs cenſenda ſunt vota; eſt enim mundus ſolis miſerijs fœtus, & nonniſi miſerias, quas fovet, poteſt ſpondere ijs, qui in ipſo ſperant, ſuíſque delicijs, ac voluptatum illecebris. Si enim mundo larvam detrahas, & quid revera in ſe ſit introſpicias, nil aliod deprehendes eſſe, quàm tetram domum, ſpecum inexplebilē, vas rimoſum, breve diverſorium, latens præcipitium, ſqualidum carcerem, ſœdum gymnaſtum, procelloſum pelagus, vadoſum littus, ſcelerum officinam, libidinum ſentinam, caminum iratum, puteum odiorum, ruinoſum ædificium, parietem labentem, murum hiantem, rotam volubilem, ſcabram lævitatem, dulce fel, blandam crudelitatem, fallacem amicitiam, concordem diſcordiam, bellum inextinguibile, pacem infidam, ſimulatam virtutem, excuſatam nequitiam, laudatam fraudem, ſucatam turpitudinem, larvatam fœditatem, honoratum dedecus, ingenioſam dementiam, velatam ignorantiam, vulgi fragorem, Lemurum 59.

civita-

Digitized by Google

civitatem; vitiorum, ac cacodœmonum Regnum.

60. Quis igitur adeo dejectæ eſt mentis, ut portum ſperet in naufragio appellere, dulcedinem in felle deguſtare, libertate in tetro carcere donari; ſurgere ad dignitatum culmina in præcipitio; malaciâ frui in procella fluctibus decumanis exaſperata; virtutem addiſcere io Schola vitiorum, continentiam excolere in ſentina libidinum; patientiam exercere in flammante irarum camino; charitatem fovere in puteo odiorum, firmum conſtruere ædificiom io fundamento fragili, ac vitiato; quieſcere in rota volubili, fidere fallaci amico: ſicut, qui hæc ſperaret dejectus procul dubio diceretor à ſana mente; ita huie vix ſupparem dixerim, qui ſpem ſuam in mundi delicijs, bonisque collocat, ut inde aliquid aucopetur ſolatij. Non alios fructus parturit ſpes, quæ in mundi voluptatibos, divitijs, ac deliciis ſuas radices agit, quàm crociatuum, dolorum, ac ærumnarum; ut Eliphaz Themanites videtur edocuiſſe Job inquiens: *Cunctis diebus ſuis impius ſuperbit: & numerus annorum incertus eſt tyrannidis ejus*, ubi enim textos vulgatus habet *ſuperbit*, Hebraicus *Mitcholer*, quod multa ſignificat, quæ tamen omnia nonniſi dolorem, metum, angorem, ac turbationem indicant, quæ fructus ſuot ſuperbè viventium, & voluptatibus, delicijsque mundi inhiantium, quibus deeſſe nequeunt angores, & dolores, quos ſecum trahit ſpes, quæ ſuas in mundi commodis, bonis, divitijs, ac delicijs radices agit; ipſa enim malè fida cupido, & mens malè ſibi conſcia pœnas ipſas à ſe exigit: hinc Interpretes licèt variè expendant Jobi textum, io id tamen omnes collimant, ut impius, qui in mondi ſperat commodis, quæ exambit, nonniſi dolores, & cruciatus ex ſua ſpe colligat: plures enim apud Pinedam legunt, *impius ſibi dolori, ac cruciatus eſt*: Tigurina per periphraſin, cui adhæret Pagninus habet: *Impius omni tempore aſciſcit dolores parturientis fœminæ.* Ad rem tamen noſtram cæteris accommodatiùs ait Theodoſiana explicatio: *Impius infatuatur, fruſtratur, evaneſcit omni tempore*: oimirum impius, qui ſuas in mundi bonis, ac voluptatibus ſpes collocat, infatuatur, quia à ſana mente dejicitur putans aliquid veri boni poſſe inde hauriri, cùm tamen fruſtretur omni fructu, & ejus ſpes exareſcens illicò evaneſcat.

Job. 15. v. 20.

61. Appoſitè dicuntur ſperantes io mondo omni tempore infatuari, & ſuis votis fruſtrari, quia è ſana mente dejecti Siſypheo torquentur labore omni ſpe deſtitoti; imò non ſolùm ſperatos oon carpunt ex mundi voluptatibus, & delicijs fructus, verùm & doloribus torquentur, & anguſtiis premuntur; ſunt enim ſibi ipſis dolori, ac cruciatui cunctis diebus, quia ſibi aſciſcunt dolores parturientis fœminæ, ut enim ait Job: *Cunctis diebus ſuis impius ſuperbit*, ſeu infatuatur, & fruſtratur, quia dum humana ſpes in re voluptuoſa gaudium copiosè ſpondebat; in poſſeſſione nonniſi mentitas expetitor delicias, veræ voluptatis inopes, & dolorum duntaxat locupletes, quo pacto vota io muodo ſperantium fruſtrantur, ac ſperato deſtituuntur fructu; quia veræ non ſunt corporis deliciæ, & mundi voluptates mentiuotur, & non niſi larvam exhibent voloptatis, quâ dolores ac cruciatus, quorum ipſa mundi voluptas eſt gravida, obtegant. Deſinant iofatuari, ac fruſtrari ſperantes in mundo, ac putantes veras eſſe corporis voluptates; hæ enim veræ eſſe nequeunt, cùm veras animi voluptates ioficiant, corrumpant, ac deſtruant: ſpem veram fovere non poſſunt, cùm veræ non ſint mundi voluptates, nec mundus ullum poteſt verum, ac ſolidum outrimentum ſuppeditare, quo ſpes vera alatur.

Ibidem.

62. Quò igitur deſueſcamus in mundo ſperare proderit, quæ in mundo ſunt calamitates, ac vanitates perpendere, quas hic exhibeo ex calamo illius, qui mundum expertus, tandem omnia in mundo exoſus, ita exclamavit Antoninus Imperator: *Heu infelicem mundum! heu miſerum mundum! heu fraudulentum mundum! Verum quisque eorum, qui de mundo queritur explicare vix poteſt, quis ſit ille mundus, de quo queritur: Mundus in quo naſcimur, vivimus, morimur, plurimum differt ab eo mundo, de quo querimur. Ut igitur rem ipſam explicemus: Mundus hic malus nihil eſt aliud, quàm mundanorum vita mala, ubi loco terræ eſt avaritia, nec deeſt ignis cupiditas, aquæ inconſtantia, aëris levitas, & ſtultitia, montium ſuperbia florum oblectamenta, arborum celſarum cogitationes, maris profundi cor. Quid multis? Mundi hujus Sol eſt proſperitas, Luna continua mutabilitas. Hic ergo, hic eſt mundus, hoſtis noſter capitalis, amicus fraudulentus, qui aſſiduò nos labore defatigat, qui noſtro nos Theſauro ſpoliat, qui ſe bonis formidabilem, improbis amabilem præbet: bonorum maximè prodigus alienorum, propriorum parciſſimus; vitiorum omnium machinator, virtutum cunctarum carnifex: qui ſuos blanditijs ſuſtentat, alienos delicijs allicit: qui mortuorum famam furatur, & vivorum vitam deprædatur.* Cap. 42.

63. Quod gratè cœpit in voluptate, in dolote ingratè conſummatur: blandè titillat mundi voluptas, ſed quò lethaliùs vulnus infligat, & acriorem eiciat dolorem, quapropter falluntur, qui ſpes ſuas in mundi illecebris, ac delicijs locatas volunt ſperantes inde aliquid veri ſolatij prægustare; idque cauſæ cur in mundi voluptatibus ſperantes pares faciat Iſaias Principibus Taneos, & Mempheos, qui ſpiritu laborârunt vertiginis à veritatis cognitione dejecti, & à ſana

[9. v.] mente alieni: ait Iſaias: *Stulti facti ſunt Principes Taneos, emarcuerunt Principes Mempheos, deceperunt Ægyptum, Dominus miſcuit in medio ejus ſpiritum vertiginis, & errare fecerunt Ægyptum in omni opere ſuo:* qui vertigine laborant capitis, adeo turbantur cerebro, ut omnia, quæ circum vident, credant, & ea circumrotari, ſusque deque verti: Spiritus igitur vertiginis mens eſt erronea in turbido jacens, morbi præſtigijs ita caliginosè affecta, ut non ſolùm cenſu luminis, ſed & ſenſu deſtituatur oculi, & fortaſſis ad hunc Iſaiæ textum alluſit Clemens [Lib. 2. ſtrom.] Alexandrinus, ubi ait: *Quemadmodum exhalationes, quæ è terra, & ex lacunis, ac voraginibus oriuntur conflantur in caliginem, & umbroſam vertiginem; ita etiam carnalium cupiditatum vapores malam animæ inurunt habitudinem; voluptatis ſpectra animæ repræſentantes, & ante eam offundentes: intelligenti itaque luci tenebras offundunt, attrahente anima vapores, qui oriuntur ex cupiditate, ac perpetuitate voluptatum condenſante vitiorum vertigine.* Ecce quomodo ex obſcœno voluptatum cœno, cœnoſisque impudicarum libidinum voraginibus fœdi, tetrique exhalantur vapores, ex quibus caliginoſa ſpiſſatur, conflatúrque nubes, quæ mentis ſurripit ſerenitatem, lumen minuit rationis, & ut loquitur Clemens Alexandrinus: *Intelligenti luci tenebras offundit*, ſeu lumen obtenebrat rationis, quia ſpe voluptatum vitiorum condenſantur caligines, ac vertigines, & nubes cœnoſæ voluptatis, quæ non ſolùm mentem à ſua dejiciunt ſerenitate: verùm & lumen illi adimunt, ne, quæ imminent præcipitia, videat, ideóque vertiginem inducunt, quâ omnia confuſa appareant, & ſus, déque euntia, ac redeuntia: eſt enim vertigo, quâ in gyrum deliciarum aguntur phantasmata, voluptatúmque ſpectra, ſpecie quidem aliquid præleferentia ſolatij, ſed eorum gratia ſpecie tenus, in futili duntaxat ſpe placet, cum re ipſa phantasma ſit, ac ſpectrum, imò & terriculamentum morbo voluptuoſæ vertiginis conſtructum.

64. Fructus, qui à mundo ſperatur alius non eſt, quàm cenſus vertiginis: hoc morbo inficiuntur quotquot in mundo ſperant, [De ſing. cler.] ſed *perverſa confidentia eſt* ait Cyprianus: *quæ periculis vitam credit, & lubrica ſpes eſt, quæ inter fomenta peccati, inter mundi vertigines ſtare poſſe autumat, & ſalvari ſe poſſe confidit;* nemo diu tutus eſſe poteſt, nec ſtare, qui vertigine laborans margines circumambulat præcipitij, non ſperari vera ſolatia à mundo poſſunt, bene quidem ſemper detrimenta, & damna timeri: ubi hoſtes prævalent, tuta non eſt victoria, & ubi flammæ utrinque ardent, & nos circumdant, ab ijsdem non poſſumus absque ſaltem veſtium læſione liberari. Plenus eſt mundus laqueis, refertus inſidijs: non timere in ipſo detrimenta, ſed ſperare commoda, ac ſolatia deſipientis eſt mentis. Eſſe mundum plenum laqueis, ac periculis nos edocuit D. Antonius Abbas, cui aliquando Deus aërem repræſentavit, quà latiſſimè patet, laqueis obductum, qui propterea perturbatus exclamavit; *Quis tandem evadet.* Nullam poteſt in mundo ſpes ſecuritatem promittere, in quo plena ſunt omnia inſidijs, plena laqueis: ſunt autem mundi laquei cupiditates incitantes ad turpia, illecebræ allicientes ad illicita, lucra ſtimulantia ad avaritiam; inſidiæ enim ſunt, tam in divitiarum amplitudine, quàm in paupertatis anguſtijs, quia ſi illæ inflant ad ſuperbiam, hæ incitant ad querelam. Laquei ſunt inſurgentes concupiſcentiæ, inſidiantes voluptates, eblandientes illecebræ, divitiæ congeſtæ, corporis indulgentiæ, carnis lenocinia; ſanitas, quæ viget; imò & infirmitas, quæ languet, cùm illa materia ſit negligentiæ, & hæc cauſa triſtitiæ. Laquei ſunt exempla peccantium, occaſiones pravæ, commoda obvia, objecta incitantia, linguæ ſuadentes: quis tutus ſperet tot pericula, ac laqueos evadere, *Cùm mens hominis* ait Cyprianus: *ad vitia ipſa ducatur, quid faciet ſi habuerit exempla? & natura corporis lubrica, quæ ſponte corruit, quid faciet, ſi fuerit impulſa?* [Lib]

§. VIII.

Nil veri ſolatij à mundo ſperandum, quia ubique locorum non niſi laqueos apparat; quibus in ipſo ſperantes capiat, ut interimat.

Nil veri ſolatij à mundo ſperandum, cùm nonniſi laqueos, ac inſidias apparet, quibus in ipſo ſperantes capiat, non ut ſpe uberiore alat, ſed ut perdat: perinde ac auceps ad fallendas, quæ per aëra volitant, aviculas, dulces, gratásque eſcas in area ſpargit, in qua & retia tegit, ut minus cautæ aviculæ ſpe uberioris alimenti illectæ illuc avolent, ubi vel laqueis, aut retibus capiuntur; ita cacodœmon aucupaturus homines in mundi area commoda divitiarum, illecebras voluptatum, decora dignitatum oſtendit, quibus minùs cautos illiciat, ſimúlque illaqueat: oſtendit, quæ aliquid videntur in extima ſuperficie dulcedinis præſeferre, cùm tamen nonniſi amara ſint, quæ propinat; proclivia videtur ad voluptates itinera ſternere, ac facilia; cùm tamen non ad vera ducant ſolatia, ſed ad pelagum perducant amaritudinis: quæ enim è putido mundanæ voluptatis ſcaturiunt rivuli in cœnoſos excreſcunt torrentes, qui in mare præcipiti curſu devolvuntur, ubi enim Salomon ait: *Omnia flumina intrant in mare, & mare non redundat*, textus Hebræus non *flumina*, ſed *torrentes* legit, ut inde ſignificet, quanto accelerato impetu ferantur in mare flumina, Quid? quòd fluvij [65.] [Eccleſ. 1.]

omnes

omnes tam feſtinanter, ac avido impetu in mare devolvantur? Eſt enim adeò velox ut textus Syrus legat: *omnes torrentes præcipitantur in mare*, agente in præcipitium nil velociùs: ſed quid? quòd præcipiti curſu in mare devolvantur flumina? an ut tandem in ſuo quieſcant centro? Verùm ſi flumina mundi voluptates, ac fluxas ejusdem delicias, ac divitias ſignificant, ideo præcipiti curſu in mare devolvuntur, ut inde expreſſiùs nos edoceant, ac luculentiùs oſtendant, quàm volatica ſint mundi obleċtamenta, quàm fluxæ ejus voluptates, & deliciæ, quæ vix epotæ evanciſcunt, & in maris deſinunt amaritudinem, ubi naufraga omnis lætitia; ac ſperata voluptas perit: appoſitè Richardus Victorinus. *Omnia flumina*, ait, *in mare feruntur, & omnis aqua dulcis in amaram mutatur, quia obleċtamentum in faſtidium vertitur, & omnis delectatio carnis in amaritudinem terminatur.*

Tract. 1. de ſtatu interi. hom. cap. 10.

66. Qui igitur ſpes ſuas locatas volunt in mundi voluptatibus, tantùm abeſt, ut inde dulcedinem ebibant alicuius veri ſolatij, ut illicò tormentum experiantur amaroris, cùm & ipſæ voluptates, ac deliciæ, utpotè perniciſſimè fluxæ ad mare feſtinent, ubi ſpes omnis naufragium patitur; & absque ſperato fructu mergitur ſine ſpe ulla emergendi. Semper enim naturali impetu ſe ſe præcipitant fluminum fluctus, quò propriam exuentes dulcedinem totam maris ebibant amaritudinem. Quid ni? nec latum unguem à vero declinavero, ſi hisce fluctibus ſe ſe urgentibus in mare homines pariaverim, qui ſpes ſuas in mundi voluptatibus, ac illecebris locatas voluerunt: voluptatum ſiquidem ludibrio acti, deliciarum fucato melle ineſcantur, & dum bibere cupiunt, fella deguſtant; dulcedine ſperant palatum titillare, & amarore linguam, & cor inficiunt: oſtendit mundus melleam dulcedinem, & felleam propinat amaritudinem. *Omnia flumina in mare feruntur, & omnis aqua dulcis in amaram mutatur, quia obleċtamentum in faſtidium vertitur, & omnis delectatio carnis in amaritudine terminatur.*

67. Mirùm ſanè quòd jugi, ac nunquam interrupta proclivitate, fluxúque perpetuo prædulcia flumina in mare devolvantur, ubi propriam exuentia dulcedinem, ita marinam induunt amaritudinem, ut quaſi naufragium paſſa, perdant nominis decorem, aquarum dulcedinem, prolixi curſûs cenſum, & nil ipſis ampliùs proprij ſuperſit? quis enim in pelago diſtinguat tot flumina, quæ per varios terrarum tractus ſuas in ipſum aquas exonerant? ſepulta, ac naufraga ibi jacent omnia, neque aquæ unius fluminis ab alijs alterius ullo ſecernuntur diſcrimine, ac ſi nunquam è ſuis fontibus in ſinum fluxiſſent maris. Nullum igitur è ſuo curſu flumina fructum capiunt, cùm potiùs pereant, ubi aliquid ſperabant ſolatij enanciſci, ac veram ſibi quietem comparare. Flumina, quæ in mare feruntur, mundi referunt voluptates, hominúmque ſpes in ijsdem locatas, quæ unà cum fluminibus fluunt; ſeu ſimul cum voluptatibus deficiunt, & areſcunt ſpes humanæ; neque alium inde fructum carpunt, quàm ſuperſtitem amaritudinem. De fluminum amaritie, dum illa in mare fluunt, ait D. Hieronymus. *Putant quidam aquas dulces, quæ in mare fluunt, vel ardente deſuper ſole conſumi, vel ſalſugini maris eſſe pabula*, quàm bellè dicitur amaritie- dulci nutriri pabulo, quia quæ homini [illegible] mundo ſperantibus ſapiunt, ac d[illegible], hæc fomenta ſunt amaritudini. [illegible] quam convertuntur, ut inde diſcamus, fructum mundanæ ſpei ſolam eſſe amaritudinem.

In cap. Eccleſ.

68. Imò ſpes, quæ voluptatum alitur illecebris, paſcitúrque mundi delicijs, pruriginem, tantùm in cute excitat prurienti ſcabiei haud diſſimilem. Levitici *cap. 13.* ne ſerperet lepræ contagium, ejus curatio præſcribitur ſacerdotibus. *Levit. 13, v. 6. Si obſcurior fuerit lepra, & non creverit in cute, mundabit eam, quia ſcabies eſt.* Sed cur munus hanc lepram curandi ſacerdotibus injungitur, & non potiùs callenti artem medicam? quia hæc lepra, quæ nondum crevit in cute, ſcabies eſt: ſymbolum exhibet illecebroſæ voluptatis, quæ carnem titillat, ſcalpítque, & ex confricatione licèt aliquid videatur ſolatij adferre, dolorem tamen excitat: mundi enim voluptas, quamvis melleum videatur hauſtum exhibere, felleum tamen eſt id, quod propinat; & pediſſequa illecebrarũ ſemper eſt pœna, quæ torquet: neque benè valet, qui hunc in ſe pruritum ſentit, ſéque ſcalpi voluptatum illecebris ſinit, licèt quamdiu confricatur deliciarum illecebris, videatur caro ſibi eblandiri; dolor tamen intus cruciat, & pus ac ſanies guſtatæ voluptatis mentem corrumpit, & dum per pravas cogitationes ſcabies radi, ac confricari quærit, dum caro pruriens ſe fricat; mens exulceratur: lepra igitur, quæ nondum crevit in cute, & ſcabies eſſe dicitur, ſunt pravæ illa cogitationes, quæ dum mentem inficiunt, carnem titillant, quam ad conſummationem nituntur peccati pertrahere: rectè igitur hujus lepræ, ac ſcabiei curatio ſacerdoti demandatur, cujus munus eſt à lepra peccatorum reſipiſcentes expurgare: huc reſpexit Lauretus Carvarienſis ex D. Gregorio, qui explicans præfatum Levit. textum ait: *In ſcabie fervor viſcerum ad cutem trahitur, per quam rectè luxuria deſignatur, quia ſi cordis tentatio usque ad operationem proſilit; nimirum fervor intimus usque ad cutis ſcabiem prorumpit, & foris jam corpus ſauciat; quia dum in cogitatione voluptas non reprimitur,*

etiam in actione dominatur. Ita eſt voluptas per carnis illecebras, mentem priùs pulſat, & cutem corporis titillat: pravas inde excitat cogitationes, quæ veluti pruritus quidam ad confricationem, ſeu conſenſum incitant, quæ ſi illicò non coërceantur, & in ipſa cogitatione illecebroſa non reprimatur voluptas, ad actionem tranſit, & lethale infligit ulcus, cum voluntas eidem aſſentitur.

69. Fallitur, qui ab illecebroſis mundi delicijs ſperat guttam aliquam veræ voluptatis poſſe haurire; non ſolatium, ſed dolorem inde conſequitur, quia hic hujus ulceris confricationem ſequitur. Inſaniâ laborat, qui ob ſaniem pruritum ſentiens ſcalpi delicijs dolorem inferentibus quærit; laborat vertigine, qui ſolatium ſperat ſe poſſe aliquod ab illecebroſis mundi delicijs aſſequi; dum enim cupit voluptatis prurigine admorderi, ſe ipſum fœdè exulcerat, huc flecti poteſt, quod Zacharias Epiſcopus Metylenus ait: *Voluptatem virtuti præponunt ineſcati, & inſanientes optant prurigine admorderi, ſed ſenſim fallente voluptate totum corpus dilacerant unguibus, nec ſecuturam mox ſcabiem cogitant.* Inſanit procul dubio, quiſquis fallente voluptate illius lenocinio adgaudet: vertigine laborat, dum cupit hac admorderi prurigine, delicias enim putat fœdam ſcabiem, quæ dum cutem titillat carnis, ungues excitat ad eam ſcalpendam, ac dilacerandam: quod enim ex alicujus voluptatis incepit pruritu, in dolorem deſinit ulceris; & ibi acerbiorem accerſit lanienam, unde exiſtimabat blandiùs poſſe deliciari. Mundi voluptates veluti flumina excurrunt, neque alium ſibi præfigunt finem, quàm dolorem, luctum, ac interitum: nullus eſt ſanæ mentis, qui mundanis delicijs delinitos, carniſque luxurijs inquinatos diu, ac plenè gaviſuros aſſeveret: dum enim exteriùs has exoſculantur delicias, mordentem intus ſentiunt conſcientiam: fugiunt voluptates, & vix cenſentur poſſideri, cum ſtatim diſparcant: nec poſt ſe quid aliud relinquunt, quàm dolorem, luctum, pœnitentiam, & amaritudinem: quæ cum gaudio quæritur mundi voluptas, nonniſi luctum, & lachrymas poſt ſe relinquit, quibus fœditates, quas ipſa evomuit, abſterguntur.

Diſput. de opific. mundi.

70. Quis igitur veram ſperet in mundo voluptatem enanciſci, cum mundana voluptas nonniſi lachrymas eliciat, & dolores excitet? errant igitur, qui ſpes ſuas in mundo excolentes fore ſperant, ut inde fructum alicujus veri ſolatij enanciſcantur. Nullum ineſt mundo verum ſolatium, neque poteſt ullum verum gaudium dare: oſtendit quidem ſuas delicias, ac illecebras, ſed veræ non ſunt voluptates, larvatæ ſunt illecebræ, ac fucata ſolatia, quibus mundus ſuos decipit: paucos ſiquidem haberet mundus, qui in ipſo ſperarent, niſi pluribus falſas ſponderet voluptatum illecebras, quibus plurimos deciperet: in mundo ſola deceptio vera eſt, & eò verior, quò minus veræ ſunt illecebræ, quas ipſe in ejus voluptate ſperantibus offert, quapropter fallentes ſunt illecebræ, cum incautos alliciant, quos fallant, & eò nocentiùs, quò quis firmiùs ijſdem fallentibus credit: imò illudit mundus ſperantes in mundo, qui in hoc etiam decipiuntur, quia vix ſentiunt ſe illudi, neque à tam noxio ſe ſurripiunt deceptore: hancque craſſam cæcitatem carpens S. Laurentius Juſtinianus ait: *Mundus quotidie dejicit, & elevat, ditat, & ſpoliat, blanditur, & injuriatur, milléque modis mortale genus ludiſaciendo percutit, & occidit. Et (prô dolor) cum tot alternantibus ſucceſſibus ſine intervallo defluat, & illudat, vix reperitur, qui hæc intelligat, atque ipſius laqueos evadere ſtudeat. Cæcutit etenim mens, & peccati labe polluta, ac carnalibus irretita paſſionibus, & ſi aliquando raptim quodam naturali illuſtrata rationis lumine capere prævalet, quàm fallax ſit mundi gloria; diuturna tamen malè vivendi prægravata conſuetudine, non poteſt in eo perſeverare, quod videt; ſicque duplici confuſione ſe ream facit, conſcientiæ ſcilicet, & rationis, dum aliter agit, quàm id, quod agendum eſſe, dijudicat.*

Tract. de diſciplin. Monaſt. c. 2.

Ecce, quàm craſsè cæcutiunt, quàm 71.
pravè decipiuntur, qui ſpes ſuas in mundi ſolo excolunt, quo uberem ſolatiorum valeant ſegetem demetere: cum illudere mundum deberent, à mundi illuduntur illecebris, fiúntque mundi ludibrium, quibus deberet mundus eſſe ludibrio: riſum quidem ſimulat mundus in externa vultûs ſuperficie, ſed larva eſt, non verus riſus; ſi enim mundi riſui larvam detrahas, nil tibi exhibet, quàm luctum, lachrymas, ſuſpiria, dolores, ac totam miſeriarum congeriem: ridet quidem mundus, ut eos irrideat, qui ſuam in ipſo ſpem collocant: qui ſapit hanc mundi antevertit irriſionem, & illi deſipit riſus, qui ſolis inſipientibus ſapit: rideamus nos mundum; ne à mundo irrideamur; ſpes noſtras ab ipſo ſubtrahamus, ne ab eodem ad luctum, & lachrymas trahamur: huc accerſendus D. Anſelmus, ubi ſuadens mundi fugam, & ne ſinamus ab ipſo decipi, ait. *Si mundus, vel aliquid eorum, quæ ſunt mundi, ridet tibi, noli tu arridere illi. Certè frater non ridet tibi, ut in fine riſus tu rideas, ſed ſimulat riſum, ut te irrideat. Eſto igitur dilectiſſime ſemper cautus, ut anticipes eum, & retorqueas fraudem ejus in eum: & cum ille tibi fallaciter ridet, tu veraciter irride eum.*

Lib. 1, epiſt. 68.

Irrideri à nobis mundus debet, ne nos 27.
à mundo irrideamur. & nil eſt in mundo, à quo aliquid veri ſolatii poſſimus ſperare;

pro-

próinde ſi ſapimus , ſpem noſtram ab ipſo avertamus. Si enim quæras , quæ ſit in mundo , & quæ poſſint ab ipſo ſpetari ? ut paneis præſtringam cuncta , quibus mundus diteſcit , ad tria hæc coarctantur capita recenſita ab Apoſtolo 1. Joan. 2. v. 16. *Omne , quod eſt in mundo , concupiſcentia carnis eſt , & concupiſcentia oculorum , & ſuperbia vitæ.* Triumphat in mundo concupiſcentia carnis , quam D. Bernardus *ſerm. 39. in Cant.* deſcribit vectam curru quatuor rotis circumacto , & qui equis duobus trshitur , ait ipſe : *Currus hic quatuor vitijs , tanquam rotis volvitur , ventris ingluvie ; veſtium mollitie ; otij , ſomníque abundantia , ac denique ardore fœdæ libidinis. Equi bini ſunt vitæ proſperitas , & rerum affluentia ; quibus inſident torpor ignaviæ , & cæca ſecuritas : & hi ec calcaria nulla , ne quid ſit in regno voluptatis , quod contriſtet , aut pungat , ſed potius conopeum in manibus ad umbram inducendam ; diſſimulatio , & neglectus rerum providendarum.* Quis igitur ſperet à mundo aliquid extorquere veri gaudij.

73. Qui ſapiunt terræ ſale ſpes ſuas potiùs condiunt , ne à mundi voluptatibus corrumpantur , ne in mundo radices ſuas agentes vitium contrahant. Magiſter Chriſtus ſuos edocens Dilcipulos , ſeguiam mundi corruptionem declinandi , ac fugiendi , ait. *Vos eſtis ſal terræ , quod ſi ſal evanuerit , in quo ſalietur?* (Matt. 5.) quaſi diceret , vos qui meam frequentatis ſcholam , mihíque hic proximè aſſidetis , meámque auditis , ac percipitis doctrinam , *eſtis ſal terræ* , ſeu eſſe debetis ſal terræ , quia vobis munus , ac officium injungo ſalis : ſicut enim ſal fercula condit , quò ſapiant , ita vos doctrinâ , quam à me percepiſtis , debetis animos condire , ut mundi exutâ inſipientiâ rectè incipiant ſapere : ea eſt ſali vis indita , ut ſua acredine mordicet , pungat , ſiccet , ac urat , penetrétque carnes , quas propterea à corruptione præſervet , quatenus exugit , conſumítque humores ſanguineos , quibus caro noſtra inficitur , & à quibus corrumpitur. Sunt autem hujuſmodi humores , qui non tantùm carnem , ſed & ſpiritum corrumpunt , ac mentem vitiant , pravi affectus in mundi voluptates ; ſpes , quas alimus in fucatas mundi delicias , divitias , & honores ; concupiſcentiæ , quæ carnem titillant , & mentem pulſant , quam plerumque etiam vitiant ; hi enim humores beneficio ſalis arcendi ſunt , prorsúsque abigendi , ne mundus nos corrumpat. Hoc autem munus ſalis , ideo à Magiſtro Chriſto ſuis injungitur Diſcipulis , qoia ad ipſos pertinet pravos quoſque excutere affectus ; humores omnes , quæ mentem vitiant , & virtutem corrumpunt abigere : ſcitè D. Hilarius. (In præfat. ſextum …) *Vim hujus comparationis , & Apoſtolorum officium , & ipſius ſalis natura monſtrabit : hic in omnem uſum humani generis effectum , incorruptionem corporibus , quibus fuerat aſperſum , impertit.* Innuit D. Hilarius per talis comparationem officium deſignari Apoſtolorum , quia ſacerdotes in id obnixiùs debent ex officio ſtudij incumbere , ut eos à corruptione præſervent vitiorum , quorum cura eſt ipſis concredita. Neque putredinem hanc Apoſtolico ſale corrigendam , & abigendam , quid aliud eſſe putes , quàm noxios in homine affectus carnis , concupiſcentias , æſtus libidinis , prava deſideria , & alia id genus , quæ hominem vitiant , ac corrumpunt , quapropter pulchrè ait Richardus Victorinus. (Tra. ſtat. hom) *Satagamus noxios affectionum carnalium humores ; voluptatúmque putredines adhibitis curationum congruarum medelis extirpare.*

Hos inter affectionum carnalium humores , affectus etiam continetur humanæ ſpei , quia & ipſa ſuas in voluptatum illecebris , carníſque delicijs radices figit , & fumo alitur dignitatum , quas mundus ſuis ſpondet aſſeclis : eſt enim hæc ſpes fœda putredo Apoſtolico ſale excutienda , ac prorſus abigenda , putatur hæc ſpes humanæ vitæ gratia , votorúmque ſumma , eò quia grato ſui blandimento lenocinetur ; ſed fœda eſt putredo , noxiè tabida , ac indiga Apoſtolici officij , quo corrigatur , ac excutiatur , ne ulterius putredo ſerpat : placidè nitet , & blandè viret ſpes hæc mundana , ſed latè , ac perniciosè pus ſuum effundit , & latiùs ſerpit : adeò hæc mundanæ ſpei putredo homines vitiat , & corrumpit , ut huic corrigendæ , & excutiendæ putredini nonniſi Apoſtolicum ſal aptum eſſe cenſeatur : ſunt enim ſacerdotes , qui munere funguntur Apoſtolico , ſal terræ : quia ad ipſos pertinet noxios affectionum carnalium humores , ac voluptatum putredinem curare. Quàm craſsè igitur decipiuntur ; qui ſpem ſuam in mundi putredine ſerunt , ut inde vireat , floreat ; ac optatos producat fructus! cum & ipſa non poſſit non putreſcere ex conſortio putreſcentium : imò putredo eſt & ipſa , quæ nil poteſt ſolidi dare. Quidquid igitur in mundo eſt , ait Joannes. *Concupiſcentia carnis eſt , & concupiſcentia oculorum , & ſuperbia vitæ.* (1 Jo. …) Concupiſcentia oculorum appetitus eſt , ac deſiderium divitiarum , quæ enim ferventioribus votis , ac deſiderijs proſequimur , hæc noſtrorum ſunt concupiſcentiæ oculorum , imò non concupiſcentiæ ſolùm , ſed & dolores , ſi enim divitias introſpiciamus , meritò dolores dicuntur oculorum , cùm nonniſi impenſis laboribus fuſis ſudoribus , plurimis contentionibus , periculis , ac ſolicitudinibus congerantor , quæ tamen congeſtæ nequeunt ſocietatem cum virtute

ini-

Epiſt. 13. inire, quia ut ſcribit D. Hieronymus. *Non poſſunt in idem pectus convenire virtutes, & divitiæ:* ſiquidem divitijs ſicut nomine, ita & re affinia ſunt vitia, quæ virtutibus adverſantur; affluentes enim divitijs ſunt ut plurimùm, & vitiis indulgentes, ideóque rectè ait D. Hieronymus, non poſſe in eodem pectore convenire virtutes, & divitias.

75. Tertium, quod aît Joannes mundum occupare, eſt *ſuperbia vitæ*, hæc enim adeò homines inflat, ut tumidi omnia audeant, ſibíque etiam ſcelera licita faciant: reliqua vitia unam duntaxat, vel alteram virtutem nituntur proſternere, ut ira patientiam, libido caſtitatem, avaritia liberalitatem; gaſtrimargia, ſeu nimia ingluvies abſtinentiam: ſed ſuperbia virtutes omnes impedit, neque unius, vel alterius duntaxat virtutis contenta eſt, ſed contra omnes tumida inſurgit, & mundum totum ſus, déque vertit; etiam honeſtamenta virtutum in ipſa vitiorum turpitudine aucupatur. Quòd ſi ex præcelſa ſpecula poſſemus eas circumſpicere cruentas clades, invectas injuſtitias, & tyrannidem, quam ſuperbia in mundo exercet, vix ſiccis oculis poſſemus hæc intueri, ut ſcribit S. Cyprianus, inquiens: *Paulisper te crede ſubduci in montis ardui verticem* Epiſt. ad Donat. *celſiorem, ſpeculare inde rerum infrà te jacentium facies: & oculis in diverſa porrectis, ipſe à terrenis contactibus liber, fluctuantis mundi turbines intuere &c cerne tu itinera latronibus clauſa, Maria obſeſſa prædonibus, cruento horrore caſtrorum bella undique diviſa; madet orbis mutuo ſanguine, & homicidium cum admittunt ſinguli, crimen virtus vocatur, cum publicè geritur: impunitatem ſceleris acquirit, non innocentiæ ratio, ſed ſævitiei magnitudo. Jam ſi ad urbes ipſas oculos tuos convertas, celebritatem offendes omni ſolitudine triſtiorem. Paratus gladiatorum ludus, ubi homo occiditur in hominis voluptatem; ut quis poſſit occidere, peritia eſt, uſus eſt, ars eſt, ſcelus non tantùm geritur, ſed docetur.* Et paucis interjectis ſubdit: *O ſi poſſis in illa ſublimi ſpecula conſtitutus oculos tuos inſerere ſecretis, recludere cubiculorum obductas fores, & ad conſcientiam luminum penetralia occulta reſerare; aſpicias ab impudicis geri, quod nec poſſit aſpicere frons pudica. Videas, quod crimen ſit, & videre. Fiunt, quæ nec illis poſſunt placere, qui faciunt.* Hæc ſunt, quæ in mundo ad animi oblectamenta geruntur; hæc ſuis exhibet aſſeclis, quos ſpes vana alit, & fallit.

DIS-

DISSERTATIO V.

Spes, quæ in mundi delicijs, ac voluptatibus radices agit, nonniſi lachrymis irrigatur, & ſpinas germinat, quibus ſperantes dirè punguntur, & à veris delicijs expunguntur.

§. I.

Qua videtur mundi voluptas lætitiam concipere; triſtitiam parturit: & dum in eam ſperantes putant mella libare, abſynthium deglutiunt.

1. PAuci, & nonniſi fatui ſperarent in mundo, niſi mundus in ipſum ſperantes falleret; larvam ipſis oſtendit fucati ſolatij, quo ſub velamine gaudij luctus tegat, & lachrymas, quibus madet; in id unicè mundus incumbit ludij, quò ſuos illudat ſectatores, quibus honorum culmina, divitiarum volumina, dignitatum nitores, voluptatum illecebras, gaudiorum ſolatia ſpondet, quos tamen dum illicit, irretit; & dum ſpe vana alit, miſerè fallit; quia quòd gratè, & in ſolatio incipit; ingratè, & in dolore deſinit; voluptas enim, quam in mundo ſperantes ſitiunt, dulcedinem videtur mellis ſpondere, ſed felleum propinat venenum; gaudium oſtendit, & luctum porrigit, ut ediſſerit Salomon, inquiens: *Riſum reputavi errorem: & gaudio dixi: quid fruſtra deciperis* per riſum, & gaudium delicias mundi, & voluptates intelligit, quæ hominem in riſum exultim ſolvere conſueverant, ſimúlque & lachrymas elicere: putant ſperantes in mundo delicias guſtare, ſed fella, & abſynthium deglutiunt: quia licèt videatur mundi voluptas lætitiam concipere; triſtitiam tamen parturit, quia quod incipit in voluptate, conſummitur in dolore: hinc Ariſtoteles apud Laertium monebat, ſperantem mundi libare ſolatia; ut voluptates intueretur non à fronte, ſed à tergo; non venientes, ſed abeuntes: quia venientes fucatâ facie blandiuntur; abeuntes verò dolorem, & pœnitentiam relinquunt; fulget à fronte mundi voluptas, quæ à tergo ſqualet; larvata eſt, gaudium ſimulat in extima cute, & intus lachrymis madet, falſata decipit fide, ſpondet gaudia læto deliciarum auſpicio, & triſtis pœnitentiæ excitat dolores; quamdiu ſperat, quis mundi aucupari voluptatem, dicit intra ſe, hoc eſt meum delicium, hoc meum gaudium, hoc melliculum meum, hoc mihi volupe poſſe mundi voluptatibus frui, ac delicijs perfundi; ſed miſer cæcutit, ac decipitur verum gaudium deſerit, dum mundi lætitiam quærit; paupertatem ſibi acceſſit, qui mundi divitias congerit; miſerum ſe prodit, qui ſatagit mundi delicijs diffluere; nil proſunt divitiæ, quæ metallorum pondere arcam onerant, non animam ornant; nil ingerunt voluptatis epulæ, quæ in ſtomacho congeſtæ ventrem aggravant, vel corruptæ humores vitiant, & morbos inducunt; nil adferunt commodi mundi voluptates, quæ venena propinant melle illita. Quid quæſo, proſunt fucatæ, umbratiles, ac fluxæ mundi deliciæ, quæ mortem non arcent, ſed potiùs accelerant, quæ non defendunt à verme, non eripiunt à fœtore, non liberant à putredine.

Eccleſ. 2. vs.

Lib. 1. cap. 1.

Fluxa ſunt, ac fucata, quæ in mundo ſpes hominum nutriunt; verum nullum poſſunt alimentum ſuppeditare, cum nihil in ſe ſolidi contineant; platani ſunt umbræ, frondes, ac folia ſub initium hyemis caſura: hinc D. Bernardus *Væ! væ vapor eſt ad modicum parens, quod æternæ felicitatis aditum intercludit, quod perennis luminis incircumſcriptam claritatem abſcondit, quod univerſitatis ſcientiam fraudat, quod ſummæ privat dignitatis honore. Quouſque in tanta gloria præfers fœnum, quod hodie eſt, & cras in clibanum mittitur? carnem dico, & ejus gloriam: ſiquidem omnis caro fœnum, & omnis gloria ejus tanquam flos fœni. Si ſapis, ſi habes cor, ſi tecum eſt lumen oculo-* Tom.
10

rum tuorum, deſine jam eas ſequi, quas & aſſequi miſerum eſt. Beatus, qui poſt illa non abiit, quæ poſſeſſa onerant, amata inquinant, amiſſa cruciant. An non ea ſatius cum honore ſpernis, quàm cum dolore perdis?

3. Mundi voluptates, & commoda, in quæ ſuas homines ſpes dirigunt, nullus mortalium intimiùs introſpexit, ſicut Salomon, qui cum indulſiſſet mundi voluptatibus; & deliciis diu diffluxiſſet, experimento cognovit, quid revera ſint, & poſt earundem affluentiam mundi delicias definivit, nil aliud eſſe, quàm vanitatem, inquiens: *Vanitas vanitatum, & omnia vanitas*, mundi enim voluptates, ac deliciæ umbræ ſunt platani, quæ ſperantes in ipſis lumine deſtituunt divinæ gratiæ, & ſicut umbra quamvis alliciat, plurimúmque videatur exhibere obleſtamenti, nihil tamen eſt, niſi mera luminis privatio, ac purum nihil: ita quæ in mundo homines alliciunt, ac eorum ſpes nutriunt, vana ſunt, vel nihil aliud, quam inane magnum, ingens faſtidium, & grande nihil: ſi enim credimus Eucherio de contemptu mundi: *Omnia illa, quæ hic erant magna, modò ſunt nulla;* adeò ut nonniſi in grande nihil hominum ſpes dirigantur, illúcque vergunt labores, quos ſubeunt; pericula, quibus ſe exponunt; ſolicitudines, quibus ſe cruciant; vigiliæ, quibus ſe defatigant; lachrymæ, quibus madent; tædia, quæ ſubeunt; ærumnæ, quas devorant; faſtidia, quæ perferunt; moleſtiæ, quas patiuntur: magni tamen fiunt, quia licèt nonniſi per temporis momentum poſſideantur, poſſe tamen propriam ſpem alere, ac deſiderio ſatisfacere putant, corrupto tamen judicio; quia extra Deum nil eſt, quod hominis poſſit vacuitatem explere, quapropter ajebat D. Augu-
In Pſal. 20. enarr. 2. ſtinus. *Quidquid mihi præter Deum eſt, dulce non eſt; quidquid mihi vult Dominus meus dare, auferat totum, & ſe mihi det.*

4. Is rectè ſperat, qui in Deo ſolo ſpes ſuas locatas vult; ipſe eſt, qui ſolus poteſt hominis explere appetitum, quapropter Magiſter Chriſtus hanc veritatem ſuos
Matth. c. 6 v. 30. edocturus Diſcipulos ait. *Quærite primùm Regnum Dei, & hæc omnia adjicientur vobis*, quia Deum, qui quærit, & invenit, ſimul in Deo omnia poſſidet, quod ex margaritarum, ſeu unionum piſcatu dilucidè oſtenditur: de hac piſcatione
Lib. 9 natur. hiſtor. cap 35. eruditè ſcribit Plinius, inquiens: *Origo atque genitura conchæ haud multum oſtrearum conchis eſt differens, has ubi genitalis anni ſtimulaverit hora, pandentes ſe ſe quadam oſcitatione, impleri roſcido conceptu tradunt, gravidas poſtea eniti, partúmque concharum eſſe margaritas pro qualitate roris accepti; ſi purus influxerit, candorem conſpici; ſin verò turbidus, & fœtum ſordeſcere; eundem pallere, cœlo minante conceptum. Cæterum in aqua mollis unio, exemptus protinus dureſcit. Concha ipſa, cum manum videt, comprimit ſe ſe, operítque opes ſuas, gnara propter illas ſe peti, manúmque, ſi præveniat, acie ſua abſcindit, nulla juſtiore pœna, & aliis munita ſuppliciis, quippe inter ſcopulos major pars invenitur. Dos unionum omnis in candore, magnitudine, orbe, lævore, pondere, aut promptis rebus, in tantum ut nulli duo reperiantur indiſcreti; unde nomen unionum Romanæ ſcilicet impoſuére deliciæ. Nam id apud Græcos non eſt, ne apud Barbaros quidem inventores ejus aliud quàm margaritæ, & in candore ipſo magna differentia. Quidam tradunt ſicut apibus, ita concharum examinibus ſingulas, magnitudine, & venuſtate præcipuas eſſe veluti duces, miræ ad cavendum ſolertiæ, has urinantium cura peti, illis captis facilè cæteras palantes retibus includi.* Ex hoc margaritarum piſcatu liquet, Urinatores, ac inhiantes concharum divitiis, ac margaritis ditescere, propriæ temeritatis plerumque prœmium referre, cum ipſa concha ſua acie manum piſcatoris, vel abſcindat, vel lædat: concha ſiquidem, cum primùm manum ſentit inſidiatricem ſe ſe contrahit, & arma parat ſua, ſeu aciem, quâ piſcatoris dexteram, ſi præveniat, abſcindit.

Hoc idem obtingit quærentibus extra Deum delicias, piſcantibus in fluctuante mundi pelago divitias, ac inhiantibus mundi voluptatibus: hi enim in pœnam concupiſcentiæ, cui indulsêre, malè mulctantur, & dum putabant gaudio perfundi, lachrymis madent; imò plerumque inſtar felis, aut canis in furto deprehenſi, os probè contuſum referunt; & cor, quod putabant dulcedine poſſe imbui, experiuntur amaritudine plenum, ulceribus ſaucium; improbis turbatum, ac inquietum affectibus; terrore preſſum, & angore morſibus, ac cruciatu miſerè divexatum: hæ enim ſunt commoda, hæ divitiæ, quas in mundo expiſcantur, qui in mundi divitiis, & deliciis ſpes ſuas collocant, quapropter Salomon poſtquam *Eccleſ. cap. 1.* deſcripſiſſet, quæ in mundo magna videntur apparere, puram eſſe vanitatem: *Vanitas vanitatum, & omnia vanitas:* poſtea recenſens fructus malè locatæ ſpei in mundi deliciis, & divitiis ſubdit: *Et agnovi, quòd in his quóque eſſet labor, & afflictio ſpiritus.* Hæc omnia experientiâ edocti facilè cognoſcimus, ſed difficulter cavemus. Cupediarum nimis amantes, delicias quærimus, & luxum in epulis; quas ligurimus, quamvis non ſine modico detrimento ſanitatis, non abſque magno animæ damno: & tamen hunc in ferculis luxum non cavemus. 5.

Pro.

6. Proborum exempla, ſanctorum documenta nos monent, ut ad ſaniora excitemur, qui tamen noxia non cavemus; nos alliciunt ad culturam virtutum, & vitijs indulgemus; nobis iter ad cœleſtia oſtendunt, & nos terrenis inhæremus delicijs, in quibus mel ipſum perinde nobis amareſcit, ac muribus melle, quaſi felle ſaturatis, & tamen peſtiferum hoc mel hiante ore, ac famelica lingua lingere non deſinimus: quàm ſint futiles, quàm fluxæ, & vanæ mundi voluptates nos edocent; & tamen ijsdem inhæremus, quamvis inde morbos contrahamus, crumenam evacuemus, probrum incurramus: id quod juſtè cauſæ fuit Regio Vati noſtram Pſal. 4. v. 3. redarguendi cæcitatem. *Filij hominum uſquequo gravi corde, ut quid diligitis vanitatem?* Relinquimus veritatem, ut aſſequamur vanitatem; Deum negligimus, & creaturam diligimus; lucem fugimus, quò ombras ſequamur; & hæc vel craſſiſſima eſt cæcitas, quam deplorat Jeremias, inquiens, *Scito, & vide, quia malum, & amarum eſt, reliquiſſe te Dominum Deum tuum*, in quo omnia continentur bona, & in quo ſolo veræ poſſidentur divitiæ, percipiuntur deliciæ. Refert Plinius, quòd ſi piſcator margaritarum ducem capiat Concharum, haud difficulter reliquas omnes retibus includat.

7. Deum, qui poſſidet, omnia habet, cùm in uno Deo omnia includantur, ut in pellucido ſuo fonte, hinc D. Franciſcus, cùm Deum poſſideret, ajebat: *Deus meus, & omnia*, & D. Auguſtinus Deum ſic ſuaviſſimè alloquitur: *Domine Deus meus da cordi meo te deſiderare, deſiderando quærere, quærendo invenire, inveniendo amare, amando mala mea redimere, redempta non iterare. Da mihi Deus meus te, redde mihi te, en amo te, atque ſi parum eſt, amem validiùs. Non poſſum metiri, ut ſciam, quantum mihi deſit amoris tui ad id, quod ſatis eſt, ut currat vita mea in amplexus tuos; nec avertatur, donec abſcondatur in abſcondito vultus tui. Hoc tamen ſcio, quia malè mihi eſt præter te Domine, non ſolùm extra me, ſed in me ipſo. Omnis enim copia, quæ Deus meus non eſt, egeſtas mihi eſt.* Ergo extra Deum omnia ſunt vanitas, & quæ nobis apparent magna, ſunt purum nihil, mera umbra, & interitus animi: ergo qui Deum deſerit, omnia à ſe bona projicit, ergo qui Deum non ſequitur nonniſi ſolicitudines, tœdia, amaritudines, dolores, & mortem in mundo aſſequitur. Utinam ſperantes in mundo cæcutire deſinerent, & abſterſa cæcitate, excuſsisque terrenorum affectuum nebulis, tandem hanc cognoſcerent, ac viderent veritatem? utinam, qui in fluctuante mundi pelago conchas divitiarum expiſcantur, guttam hujus ſalis haurirent, quò ſaperent! non conchas, non mundi divitias impenſo expiſcarentur labore; vanóque, ac noxio conatu tot non adirent pericula, & una eſſent contenti Dei adhæſione: eſt enim Deus pelagus bonorum omnium nullo coërcitum littore, ac omnibus refertum gemmarum, unionum, ac margaritarum divitijs.

Lib. de diligendo Deo cap. 1. & cap. 18.

Bona, in quæ extra Deum mundi ſectatores ſperant, bona non ſunt, ſed purum nihil, quod cum tangitur, evaneſcit; cum poſſidetur, diſparet: vita enim hominis, unà cum tempore momento fluit; nos experientia edocet, evolare tempus alis non vibratis; fugere vitam pedibus non ſolicitatis; digladiari fortunam brachijs non commotis; penſum naturæ à nobis inopinam mortem exigere, & extorquere, ne verbo quidem prolato; & mortem nobis ne pulſatis quidem foribus inſultare, ut aliud non ſint mundi voluptates, deliciarum illecebræ, divitiarum commoda, dignitatum ſplendores, & honorum culmina, quàm mera vanitas: quod cum fuiſſet expertus Marcus Aurelius Imperator acturus mox animam fertur exclamâſſe. *O munde! verè nihil alius es, quàm immundus! annus hic eſt quinquageſimus ſecundus, ex quo naſcentem me accepiſti: quo toto tempore ne ſemel quidem ex te veritatem audivi, & in decies mille mendacijs te deprehendi: nunquam à te quidpiam perij, quin promiſeris; nunquam mihi promiſiſti, quod dederis, nunquam tecum commercij quidquam habui, quin deceptus ſim; nunquam ſocietatem tecum inij, quin perierim: denique nihil unquam in te, cur amandus eſſes, vidi; & quidquid in te videbam, dignum erat odio.* Non ruſticellus in ſuis mapalijs, hæc contra mundum locutus fuit, nec agricola è ſuo tugurio, nec colonus è ſuo agro, nec miles è ſuis caſtris, nec bubulcus è ſua hara, nec plebens è trivio; ſed Imperator ex ſua aula, Princeps ex ſuo thalamo, hominum ditiſſimus ex ſuo palatio: nimirum quid eſſent mundi dignitates, divitiæ, ac deliciæ, in quibus enixim ſperant mundi ſectatores, cùm fuiſſet expertus Imperator, potuit ſinceriùs, ac expreſſiùs earundem naturam, & qualitates prodere, quod & Salomon ante ipſum præſtiterat, cùm *Eccleſ. cap. 1.* intuens, quæ magna ſperantibus in mundo videntur apparere, cum revera nihil ſint, illam cecinit cantilenam. *Vanitas vanitatum, & omnia vanitas.* 8.

Sicut fieri nequit, ut in maris profundo ignis nutriatur aquis; ut in præruptis montium jugis via ſternatur plana, & æqualis; ut in declivi colle hyemali gelu concreto, quis currat citra lapsûs periculum: ita neque fieri poteſt, ut, qui in prima juventa flos vernat, in ævo ſenectutis 9.

non deſloteſcat, & dscidat; & ſpes, quæ mundi commodis enutrita vireſcunt, & luxuriant, non ſtatim areſcant, ſicut fœnum campi; & mundi commoda, cum tempore noo pereant; & tempus ipſum in mare non devolvatur æternitatis. Cùm interitui ſint obnoxia omnia, quæ io mundo videntur bona apparere; ita quæ ijsdem innititur ſpes, oon poteſt non exareſcere, & emoti, & inter bona peritura non perire. Utinam hæc ſeriò, ac maturè perpeoderent, qui tot labotes ſubeunt, tot ſudores fundunt, tot incommods devorant, tot vigilias inſtituunt, ut opes congerant, divitias cumulent, vel dignitates ſibi comparent; hi velint, nolint,
Pſalm 43. v. 11. ait David. *Relinquent alienis divitias ſuas, & ſepulchra eorum, domus eorum in æternum;* quid proderunt morienti opes tot laboribus congeſtæ; quid honores tot ſolicitudinibus accerſiti; quid dignitates, tot muleſtijs, & curis acquiſitæ, & tot faſtidijs poſſeſſæ! relinquent mundo, qui mundi divitias congeſſerunt, omnia, quæ poſſederant, ſylvas, campos, oppida, palatia, honores, dignitates, auri, argentíve acetvos, gemmarúmque pretioſiſſimam ſupellectilem; ſed ſi quæras quid viciſſim mundus, in quo ſpem ſuam locatam voluerunt, ijsdem relinquet, certè non aliud, quàm quatuor aſſeres, quibus claudentur; quàm unam vel alteram olnam ſepulchri, in quo vermes paſcant, outriant, putredinem emittant, fœtorem exhalent.

10. Qui mundo relinquunt veſtes, auro, argentóque fulgeotes, ex cocco, purpura, vel byſſo confectas; vix mundus ijsdem lacerum, ac multiplici ſciſſu jam abſumptum concedit induſium: qui mundo ampliſſima conſtruxerant palatia exotici marmoris veſtita cruſtis; aulæis induta phrygia acu textis; picturarum oblectamentis ornata; & ad omoem elegantiam abſoluta, vix ornulam paucotum palmorum ijsdem mundus retribuit, in qua putreſcant, & cineſiant: relinquunt, qui in mundo ſperârunt, & in ipſo divitias congeſſerunt, mundo amplos fundos, fertiles agros, Laxa prædia, pinguia paſcua: ſed mundus vix ipſis relinquit exiguum ſub terra ſpecum, ne amplius lucis fruantur uſurâ; qui ſperaverant poſſe in mundo ſplendeſcere. Fallit igitur, ac decipit mundus, quotquot in mundo ſperant.

§. II.

Qui, ut à luctu, ac mœrore ſe averterent in mundi gaudio ſperaverunt; eique ridenti, ac arridenti crediderunt, lachrymis maduerunt, difficulter abſtergendis, & exſiccandis.

SI in retroacta ſæcula oculos flecta- 41.
mus, deprehendemus, quod abſque cumpendio non prætereatur, nimirum deceptos fuiſſe omnes, qui ridenti mundo, & arridenti crediderunt; eóſque lachrymas omnium meruiſſe; qui, ut à luctu ſe averterent, in mundi gaudio ſperârunt. Non alios huc accerſitos Magiſtros volo, quàm ipſos à mundo deceptos, ut, ſi rectam circumferamus mentem, diſcamus, quàm fallacia, & vana ſint, quæ ab hominibus ſperantur in mundo; mundanorum deceptio noſtra eſt eruditio, ne mundi fidamus illecebris, nec fraudibus credamus, quia tunc eò plus nocet, quò ardentiùs in ipſo ſperatur, ac intentiùs diligitur. Nos emendito riſu mundus ad ſe allicit, ſed veris lachrymis à ſe nos ablegat; & cum majorem fidem verè mereantur lachrymæ, quàm larvata, ac falſa gaudia, emotæ mentis eſt finere ſe ementitis mundi illecebris allici. In id incumbit mundus ſtudij, ut in ſe ſperantes decipiat, ac omni deſtituat bono, quamvis divitias, voluptatum illecebras, ac honorum ſplendores, dignitatúmque culmina ijsdem oſtendat, ac ſpondeat: nos enim ſuis delicijs, ac voluptatibus à Deo avertit, in quo ſolo eſt omne bonum, idque cauſæ fuit, cur interno correptus dolore exclamaverit D. Bernardus. *O ſæ-* Epiſt. 107.
culum nequam, quod ſolos tuos ſoles beare amicos, ut Dei facias inimicos; conſequenter & indignos conſilio beatorum! planè enim, qui amicus vult eſſe tuus, inimicus Dei conſtituitur.

Blanditijs ſuis, ſuiſque illecebtis id 42.
mundus agit, quod oſculo Judas proditor præſtitit, qui fictis ſubdolè ſalutationis officijs, oſculóque in vitæ authoris perniciem temperato, venenum odij ſymbolo propinavit amoris. Oſculo enim amoris ſigno io perfidiæ teſſeram converſo Magiſtrum Chriſtum militibus tradidit perfidus diſcipulus, cujus venalem in mercem ceſſit Magiſter, ut caput Redemptoris pretium fieret proditoris; veſana enim cohors ad oſculum, perfidiæ teſſeram tota ſe ſe effudit in furias, quò in Chriſtum irrueret, quem proditor, hoſtium odium tegens, amicitiæ proſequebatur obſequija, blandimentis abuſus amantium: nimirum fecialis omnium fœdetom turpiſſimus fœdator, inter amicos oſculorum an-

anhelitus odij venenum deſpumans, initium pugnæ per crudeliſſimam indixit urbanitatem: neque jactu lapidis, vel haſtæ, ſed unius affictione oſculi ipſum amicitiæ jugulum lethali vulnere interemit, & pacis nomen, oménque vitæ gentibus omnibus commune transfixit. Et ubi non eſt in mundo mors timenda? ſi hæc etiam io oſculis reperitur.

13. Qnod in Magiſtrum ſuum præſtitic infidus Diſcipulus, id continuo mundus agit cum ijs, qui ſuas in ipſo ſpes locatas voluot, qui ipſi fidunt, ſéque totos eidem concredunt; hos mundus allicit voluptatum illecebris, ut inflictis culparum vulneribus interimat; oſculorum blandimentis eos delinit, quos promptiùs decipiat, ac pacis ſymbolo mentem tegit hoſtilem; eóſque imitatur parentes, qoi ſuos Saturno cum infantes immolarent, oſculo, & blanditijs eorum nitebantur lachrymas exſiccare, luctúmque comprimere, ut notavit Minutius in Octavio inquiens: *In nonnullis Italiæ partibus à parentibus infantes Saturno immolabantur blanditijs, & oſculo comprimente vagitum, ne flebilis hoſtia immolaretur.* Si dixeris ſubdola hae arte ſuos muodum ſectatores immolare non tamen temporis Numini, ſed infelici æternitati, nec latum uoguem à vero deflectes: ſiquidem blanditiarum illecebris, oſculorum illicijs, larviſque voluptatum lachrymas ſiccat, fletum comprimit, ne teliqui ab hac ſe immolatione ſubducant. Quam ſtolidi, hebetes, ac cæci ſunt, qui mundo fiduot, ſinuntque ſe ſuis decipi illecebris! qui licèt calcibus feriaotur, patienter tolerant; quamvis fuſtibos contondaniur, ſileotio ſerunt; illos mundus perſequitur, & noo queruotor; decipit, & ab illo oon ſe avertunt; vulnerantur, & gladium non ſugiunt; mundus illorum bona eripit, & hæc oon repetunt; fraude eos circumvenit, & fraudem diſſimulare maluot, quàm declinare. Quodque peius eùm è ſua eos domo muodus pellat pleoa oequitijs, & referta flagitijs, adhuc exire recuſant. O ioſaniam lachrymis abluendam, & abſtergendam! mundum, qoi nos perſequitor, ſéquimur; qoi oos averſatur, amplectimur; & ei, qui nos decipit, credimus: è converſo Deum qui nos quærit, fugimus; qui nos toecur, averſamur; qui nos amat, odimus: ſcitè D. Auguſtinus hanc mundi expertus perfidiam ſcripſit: *O munde immunde in te habitare, & non dolere eſt impoſſibile; O munde proditor! Væ qui tibi credit! beatus qui tibi reſiſtit; beatior, qui à te illæſus recedit. Divitiæ tuæ promittunt ſecuritatem, & dant timorem; ſatietatem, & dant eſuriem; ſtabilitatem, & dant ſubitam defectionem.* Lachrymas, fletúmque tantiſper à ſuis coërcet æternis fletibus addicendis, æternúmque planctuis.

Ad fratres in eremo Serm. 31.

14. Quòd ſi meotis oculos in tartareas dirigeremus flammas; plures ibi hoſtias reperiremus, quas eblandiens mundus illac transmiſit mactandas, eáſque audiremus exclamantes: heu oos infelices, quia mundo ridenti, ac oobis arridenti, ac oſculanti fidimus, pœnas hìc damus æterno luctu; dentiúmque ſtridore mondi oſcula horremus; quod cùm ooo lateret D. Chryſoſtomum populum monuit inquiens: *Lachrymas fundamus multas ſeminantes voluptatem. Neque riſu rideamus dentium nobis ſtridorem pariente. Affligamur tribulatione, ex qua remiſſio naſcitur. Neque delicias quæramus, ex quibus multa tribulatio paritur, & anguſtia. In terra pauliſper laboremus, ut in cœlo lætemur.* A partu, quo mundi voluptas ſtridorem deotium, dolorémqne parturit, mores diſcamus parientis, ſoboles in notitiam nos ducat parentis, ut ab ejus oos amore abducat: dejectæ eſt mentis, qui larva falſi gaudij ad vera ſe ſinit tormenta pelli, ac urgeri.

Homil. 60. ad popul.

15 Quid oi? quamvis perfidus ſit mundus, adhue ioſinities major ooſtra eſt ameotia, quàm ſit ejus perfidia. Quis non obſtupeſcat inſanas hominum meotes, qui eùm per pontem ſicco veſtigio tranſire poſſent, vadum in fluvio quærentes circumeunt; & cùm via ſit ſicca, maliot paludes ingredi; cum præſtò ſint epulæ ſalutis, veoenum quærant lethiferum, cujus hauſtu necem ebibant; tametſi oullum ſperent lucrum, adhuc culpam admittunt, ne blandimeota amittant voluptatum, licèt pœnam ſciant comitem culpæ eſſe. Qui ſapiunc antequam mundi oblectameota admittant, ſeriò perpendunt, cui ſe committunt, oe abſinthium hauriaot in lacte, & felleum venenum io mellea dulcedine. Innumera ſuot in mundo ſcelera, à quibus cavere debent, qui io mundo degunt: plura ſunc pericula, quæ declinent, ac propemodum infinitæ occaſiones, quæ oiſi declinentur, viam ipſæ iochoant, inflectúntque ad tartara; ne igitur mundo fidamus, cui oulla ineſt fides, qui ſub larva mentiti gaudij luctus, ac lachrymas tegit, & fucatis blandimentis vulnera infligit lethalia: ſub veritatis colore decipit mundus in mundo ſperantes, qoos millenis oncrat meodacijs, & fucatæ, ac volaticæ voluptati myriadem miſcet dolorum.

16. Vel ſubdolæ mundi technæ noſtram fugiuot ootitiam, vel eas novimus: ſi eas neſcimus, noo eſt, cur debeamus in mundo ſperare, eujus indolem, qualitates, & bona igooramus: Sin verò eas oovimus, non eſt cur eidem fidamus; ſi dementem cenſeremus furem ſibi reſtim ementem, quâ eſſet ſuſpendio necandus; ſi dementia laborantem judicaremus homicidam, qui gladium cudetet, quo eſſet ipſe confodiendus:

 ſi in-

ſi inſanum eum prædonem, qui puteum aperiret, ac oſtenderet, inquo ipſe mox eſſet mergendus? hiſce omnibus longè dementior eſt, qui in mundo ſperat, eique fidit, cujus tamen ſubdolæ ſtrophæ ei innoteſcunt. Malè ſanus eſt animus, quem mundus delectat, cùm in eo nil ſit niſi dolus; cujus fortuna exitiale eſt infortunium, cujus gaudium æternus eſt luctus, & ejus momentaneus cantus, ſempiternos eſt planctus: cito enim evaneſcit omnis ejus voluptas, mundi ſectatores relinquit, antequam ab ijsdem attingatur, cùm è manibus vix tacta effluat: hinc Salomon anteactæ vitæ, quam in mundi voluptatibus, ac delicijs inſumpſerat pertæſus, cùm nimio ſuo damno didiciſſet, quàm vanæ ſint in mundo voluptatum illecebræ, quàm fucata blanditiarum illicia, quàm falſa deliciarum lenocinia, & quàm futilia, ac evanida mundi

Eccleſ. 1, 2. bona, dixit: *Vanitas vanitatum, & omnia vanitas.*

17. Imò non ſolùm vana ſunt voluptatum blandimenta, ac deliciarum lenocinia, ſed etiam ipſa dignitatum culmina, Regnorum ſceptra, Imperij diademata; hæc enim vix fulgent, ſtatim deſinunt, imitantúrque fulguris coruſcationem, quæ cùm oritur, moritur; cum ſplendere incipit, extinguitur; ſcitè, & eleganter Eucherius de mundi contemptu ait: *Vidimus nuper viros honore conſpicuos, celſarum dignitatum inſediſſe faſtigijs, & diffuſo usquequaque cenſu per orbem patrimonia diffudiſſe; cupiditates ſucceſſibus reſponderant, & rebus vota: ſed privatas tantùm felicitates revolvo. Reges ipſi magno ſublimes imperio, auro, gemmisque fulſerant. Horum tegmina (mirum dictu) textis irradiabant metallis; diadema diſtinctis intermicabat ardoribus, ſplendebat inſtructa palatinis aula cultibus, auratisque trabibus tecta rutilabant; eorum voluntates, jura hominum; eorum verba leges appellabantur &c. Ecce eorum ambitus nusquam eſt: affluentiſſimæ quoque opes abjerunt; tranſierunt ipſi tantarum opum Domini. Recentium, inclytorúmque Regnorum apud nos jam quædam fabula eſt; & omnia illa, quæ hic magna erant; modò ſunt nulla.* Utinam cuncta, quæ ſunt in mundo vana tantùm eſſent, ſed quod deteriùs plena etiam ſunt periculis, & omnia referta laqueis; in æſtu enim concupiſcentiæ charybdis luxuriæ non ſolùm caſtitati naufragium aperit, ſed ipſius animæ vorat etiam ſalutem, quæ cum pudicitia naufraga perit.

18. Eſt mundus veluti mare decumanis fluctibus exagitatum, ibi barbara ſunt litora, pyratæ ſunt cacodæmones, qui noſtras expilaturi animarum cymbas, omne percurrunt fretum, per omnes vagantur pelagi tractus. Sirenum adblandientes voces ibi audiuntur; ſed quæ in pericula pelliciant, in diſcrimina pertrahant: earum ſuavi modulationi, ſi quis aures occluſerit, is verè ſapit; ſed non ſufficit, ait Seneca, auribus pa- Epiſt. 31. rum ceræ obdere; firmiori opus eſt ſpiſſamento; quo cum ſocij non fuerint Ulyſſis uſi, miſerè decepti perierunt. Malaciam ſubinde videtur hoc mare oſtendere, cui tamen minimè fidendum, quia licèt in modum ſtagni fuſum æquor arrideat; mox cùm ſumma jacentis elementi incipiunt flante ſpiritu criſpari, qui dormiebant fluctus expergeſiunt, & erectis cervicibus inſurgunt, navem diverberant, inſoleſcunt, ac imminens minitantur naufragium; & quæ arridens erat tranquillitas, furens fit mox tempeſtas: nec unum monſtri genus, aut una peſtis in hoc mari magno pertimeſcenda; ſed utrinque omnia mala perniciem minantur cùm in ejus gurgite non deſint luxuriæ Syrthes; honorum ſcopulis dignitatum ſurgentes Scyllæ; avaritiæ voraces charybdes; diſſidiorum ſymplegades, adeo ut ubique naufragia immineant, & pericula lateant. Improbo labore hujus maris furentes fluctus trajicimus ſpe ducti alicujus lucri, quod nonniſi pura eſt vanitas. Quid enim ſunt bracteati dignitatum tituli, qui à mundo ſperantur? Quid lemniſcata nobilitatis ſtemmata, quæ ſpes hominum diu alunt? Quid viſcata fortunæ dona? quid ceroſata, ac compta venuſtarum mulierum ſterquilinia? Quid mellea dulcedine oblitæ voluptatis illecebræ? quid mundi deliciæ omnes, ac divitiæ, quæ tanto ardore deſiderantur, ac diuturna ſperantur patientia? ſunt enim hæc non ſolùm vana, ac prorſus vacua, cujusvis veri ſolatij, ſed pernicie referta, cum ſperantes in mundo in loca vadoſa, in brevia vitiorum rapiant, & in Syrthes æterni naufragij pertrahant; & tamen adeò impensè hæc deſiderantur, ut cupiditas inflammatam obcæcet mentem, ne ulla vereatur pericula. *Quid deducitis naves* ſcribit Seneca. *Quid manus, & adverſus feras, & homines armatis? Quid tanto tumultu diſcurritis? Quid opes opibus aggeritis? non vultis cogitare, quàm parva vobis corpora ſint. Nonne furor, & ultimus mentium error eſt.*

De conſol. ad Helviam cap. 10.

19. Ingentia, ac maxima nobis videntur, quæ mundus ſuis ſpondet ſectatoribus, cum revera nihil aliud ſint, quàm ventus, umbra, vapor, & fumus ciendis lachrymis aptus, non gaudio excitando idoneus; ut ex magno incendio ex pluribus adhuc humeſcentibus lignis excitato niger exhalatur fumus, quo oculorum caligant lumina, ne ſuum valeant munus ritè obire denſa caligine obducti, & lachrymis madidi; ita ex ſpei, ac cupiditatis incendio obſcurus exhalatur halitus, quo ita rationis cæcutiunt oculi, ut pericula, quæ imminent, ne caveant, non videant; ac ſpes, quæ in mundi ſive delicias, ſive divitias dirigebatur priùs ſterileſcat, quàm floreat. Neque quid aliud

Juſe-

Joſephitas ultimo perdidit excidio, quàm divitiarum cupiditas, ac ſpes, quam in ipſis direxerant: *Cecidit quoque ſors filiorum Joſeph ab Jordane contra Jericho, & aquas ejus ab oriente.* *Joſue cap. 16.*

20. Cecidit ſolo tubarum clangore urbs munitiſſima Jericho, quia in ea Joſephitæ ſpe illecti divitiarum auſi ſunt divinum transgredi mandatum. Juſſit Joſue urbem ſepties circuiri à toto exercitu buccinarum clangore, cornuúmque ululatu nunquam interrupto, trementibus intus civibus, & incolis, ac quorſum erupturus hic eſſet rerum anfractus attonitè præſtolantibus. Timebant in urbe cives, terrebant exteriùs milites, cùm repente dato per Joſoem ſigno ſub ipſum ſeptimum Arcæ circumductum, horrendos cœpit tota Hebræa gens tam armata, quàm inermis in cœlum clamores edere, qui in proximos impingentes montes repetito repercuſſu ferali echo totum aërem, urbémque opplebant clamoribus; eo terrore, ac tremore, ut urbis mœnia nullis pulſa arietibus, nullis diverberata baliſtis bellicis, nullisque quaſſata machinis, ſed occultis duntaxat Angelorum viribus commota corruerint, ac à fundamentis avulſa viſa fuerint ſubſidere in exterioris pomærij foſſas, quas æqualiter corruentium ſaxorum congeries impleverunt, quò facilis in urbem pateret acceſſus; ſolóque æquatis muris uno temporis momento fieret ab Hebræis exitialis in urbem irruptio; cúmque fuiſſent Hebræi civitatem ingreſſi, urbis captæ confuſus clamor parvulorum, ac mulierum, virorúmque lamenta omnium aures occupaverant: ſed cædes adeo cruenta, ac promiſcua pecorum, ac hominum fuit, ut nullum miſerationis locum adinvenerint ætas tenella in parvulis, formæ venuſtas in puellis, conditionis claritas in nobilibus, nec viduarum lacrymæ, pauperum preces, populi deprecationes; & ferro vulnerante, flammáque depaſcente tota civitas unum fuit funus, ac parietes unum rudus. Superadjecit Joſue Dux urbis excidio triſtiſſimum Epitaphium, ac imprecatus omne cœlum ei; qui Jerichuntem poſteris auſus eſſet ædibus inſtaurare. Trophæum præterea delatæ victoriæ ſuper urbis exciſæ ſqualentia rudera defixit patibulum, in quo Jerichuntis captum Regem compingi juſſit, ac enecari in publicæ calamitatis coronidem ob enormia ſcelera, quæ Tyrannus patraverat, cum civibus nequam exempla dediſſet nequiora; adeo, ut cenſeant plures, cauſam hujus excidij ſcelera fuiſſe Jerichuntis Regis; ſeu ſimulacrorum fictilium adorationem; veneficiorum, ac incantationum præſtigias, ac crudelitatem; cum parentes liberos, vel per ſacrilegas flammas lentè traducerent; vel quod immanius, in ſtatuarum ex ære fuſili candentibus brachijs torrendos darent.

21. Sed præ cæteris ſceleribus prava divitiarum cupiditas, ac ſpes, quam in mundi divitiis, ac deliciis Ephraitæ poſuerant, ac divino prætulerant præcepto, Jerichuntem, & totam Chananitidem evertit; quò inde diſcamus, mundanæ ſpei fructum calamitatem eſſe, ac excidium temerè ſperantium: *Non interfecerunt filij Ephraim Chananæum, qui habitabat in Gazer: habitavitque Chananæus in medio Ephraim usque in diem hanc tributarius.* *Joſue 16. v. 10.* Ephraitæ divitijs inhiantes Numinis contempſêre præceptum, ut quam in pinguioribus tributis, ſpem collocaverant opulentiùs alerentur: appoſitè Abulenſis. *Hic ponitur præcepti divini transgreſſio, ſcilicet quòd Ephraitæ cupiditate tributorum non occiderunt Chananæos habitantes inter ipſos.* *Quæſt. 3.* Spes, quam Achanus in Chananæorum tributis poſuerat ingentem ei ruinam attulit; quandóque & ipſe dura lapidum grandine impetitus miſerè occubuit; & quidquid poſſedit flammis uſtulatum perijt; ſpes, quæ ſuas in tributis Chananæorum radices egerat extremam ei inopiam accerſivit.

§. III.

Quas mundus ſponſione deliciarum, ac divitiarum ſpes hominum alit, in ijsdem ſperantes fallit: ejus grandia munera umbræ ſunt, quas in mundo ſperantes ſequuntur, ſed non aſſequuntur.

22. SPondet mundus delicias, ac divitias quibus futiles vanáſque hominum ſpes alit, ſed ſperantes fallit; & quidem non poteſt niſi fallere mundus, cum fallacia ſint, fucata, & vana, quæ in ipſum ſperantibus bona ſpondet; umbræ ſunt, quas homines ſequuntur, ſed non aſſequuntur; noctilucæ, quæ dum ſplendere incipiunt extinguuntur; quia ut ait Apoſtolus: *Præterit figura hujus mundi.* *1. ad Corinth. 7.* Dies diem pellit, annus extrudit annum, & ex ſæculo ſæculum naſcitur; quotquot hunc præſentem annum ſæcularem milleſimum ſeptingenteſimum fluere experimur; ſubſequens ſæcularis annus milleſimus octingenteſimus, vix noſtri memoriam erit habiturus, deprehendet & nos cum tempore fluxiſſe, & ex pingui noſtro cenſu, non niſi puſillum pulveris Manium inter umbras poſſidere in ſepulchro; *præterit enim figura hujus mundi*; oriuntur homines, & moriuntur, ſenes ab adoleſcentibus urgentur; & qui oriuntur, eos è mundo expellunt, qui moriuntur: poſterior priorem trudit; alter cedit alteri, & prætereunt omnes; *quia præterit figura hujus mundi*; imò anni noſtri, quos vivimus, nos ad ſepulchrum volentes, nolentes trahunt; ſicut ver hiemem excludit, veri

dat

Digitized by Google

dat finem æſtas, æſtatem autumnus abſumit, & Autumaum hiems fugat; haud diſpari ratione, in homine infantiam claudit pueritia, pueritiam adoleſcentia, hanc juventus, juventutem virilis ætas, & hanc ſenectus terminat; & ſingulas hominis ætates mors inopina abſorbet; *præterit enim figura hujus mundi;* voluptatem etiam vel mœror corrumpit, vel ſubſequens alia voluptas extinguit; lætitia hodierna heſternam interimit, quia ut ait Jobus: (Cap. 10. v. 5.) *Gaudium Hypocritæ ad inſtar puncti*, quia prætérit ac evaneſcit.

23. Deus enim nil voluit ſtabile eſſe præter ſe ipſum; quò in ipſum tantùm noſtros dirigeremus affectus, quos a mundo averteremus, ut nos monet D. Joannes Apoſtolus: (Joan. 2.) *Fratres nolite diligere mundum:* noſtro non eſt mundus amore dignus, cum in ipſo nihil ſit ſtabile, nil quod veram poſſit ſpem alere; adeout vel ipſi mundi ſectatores flocci, ac nihili eum fecerint; Balthaſar enim tertiam Regni partem ſomnium unum interpretanti promiſit; & Herodes dimidium Regni pro ſaltu ſpopondit Herodiadis imò cacodæmon omnia mundi Regna pro exiguo flexi genu obſequio dediſſet. Vide quanti ſit mundus pretij, in quo homines ſpes ſuas collocant, & quem impensè amant; nil habet mundus ſtabilis, in quo ſuas poſſint ſpes noſtræ radices figere; quid in mundo ſole ſplendidius? & tamen deficit ſuæ obnoxius eclipſi: quid lunâ illuſtrios? & tamen laborat decrementis, & tabeſcit lumine deſtituta: quid pulchrius reliquis in cœlo ſideribus? & tamen hæc etiam labuntur, & cadunt; obſervârunt Aſtrologi ſuperioribus ſæculis etiam in cœlo poſſe aliquid naſci, ac emori; quod ſi cœleſtia corpora mutationum viciſſitudini, ac interitui obnoxia ſunt; quis ſtabilitatem ullam rebus hiſce terrenis, ac ſublunaribus valeat ſpondere? ſola terræ trepidatio, quas ſolo urbes non æquavit florentiſſimas? quas terræ hiatus non abſorbuit civitates? non deglutivit oppida? ſub Tiberio imperante terræmotum duodecim celebres Aſiæ civitates abſorbuiſſe Hiſtoriarum referunt monumenta; ut & ſub Conſtantino Principe aliam telluris trepidationem totidem Campaniæ oppidis excidium intuliſſe; quin imò unum Aſiæ bellum plures centenas evertit urbes, ubique cruentas effudit clades, ac hominum nece loca fere omnia funeſtavit; Regna plura evertit, extremóque excidio perdidit. Idque fortaſſis cauſæ, (Matth. 4. v. 9.) cur cacodæmon Chriſtum tentaturus oſtenderit illi in momento temporis omnia Regna mundi: *oſtendit illi omnia Regna orbis terræ in momento temporis*, nimirum mundi Regna ſpectanda tantùm dantur, & quidem in momento temporis, non verò poſſidenda.

24. Jactet ſe qui credit, ſe plura poſſidere prædia, latifundia, oppida, villas, hortos, horum non ſe poſſeſſurem judicet, ſed merum ſpectatorem, & quidem per breve tempus hoc eſt in momento temporis. Quòd ſi ab ijs, qui totum propemodum orbem armis ſubegerunt ſciſcitaremur, ubi ſint tot provinciæ, ac Regna vi armorum occupata; reſponderent Auguſtus Cæſar Romani Imperij ampliator, & Alexander Macedo orbis terrarum domitor, ſibi oſtenſa duntaxat fuiſſe, non ab ipſis poſſeſſa. Ideo mundi felicitas plurium ſpes alit, & fallit, quibus eblanditur, quia ejus ſpectatur initium, non aſpicitur exitium; etiam fulmen arridet cum fulgure obſtetricante emergit è nube; ſed cum tonitrûs fragore erumpit, cæde, ac ſtrage fœtum non ſolùm terret, ſed etiam exanimat; non nihil blanditur cum primum oritur, quod tamen cum moritur omnia terrore opplet, ac mœrore. Orientem ſolem ut arridentem omnes ſuſpiciunt, eò quia nocturnas caligines excutiat, montium cacumina ſuis radijs pingat, avium turmas ad ſuos excitet concentus; cùm tamen ſuum vergit in occaſum, pauci ſunt, qui læta fronte eum aſpiciant, eò quia nox ſit inde ſubſecutura; ut cujus ortus gaudio mundum oppleverat, occaſus mœrore conficiat, & tetra caligine corrumpat.

25. Ex anni tempeſtatibus omnes in vernam lætos dirigunt intuitus; eò quia verna temperies moderato calore, ac humore producendis ſtirpibus, gignendis animantibus, alendis, fovendiſque rebus omnibus, ſive vegetantibus, ſive ſentientibus ſit perapta; quia tunc viget arietis aſtrum propitium, beneficum, ac fœcundum, rebúſque producendis, gignendiſque amicum: tunc communis parens tellus ſuos recludit ſinus, herbarúmque vireſcentium, ac ſuaviter olentium genera expromit, & arbores frondibus veſtiuntur, ac floribus ornantur; aprici colles exhibent tenella paſcua exilienti à ſuis hybernalibus mapalis pecori, & prata florũ condecorantur elegantia: quia tunc ſoluto gelu, liquatíſque nivibus, auræ tepent, Zephyri, ac Favonij blandè ſpirant, ac reviviſcit amœna gratia ruris; tunc fontes ſcaturiunt liquidiùs, ac hibetnis compagibos expediti largiùs amnes fluunt, valles floribus collucent, plantæ gemmis turgent, & per virentes agros agni laſciviunt, & opiliones cum bubulcis ſuas concinnant fiſtulas, ac carmen accinunt paſtorale, inſidentes mox per gramen abjecti, nunc umbroſis ſub arboribus. Nulla inquam ex anni tempſtatibus ita hominibus arridet ſicut verna, cùm annus renaſcitur, ſuámque redorditur periodum; quia cum oritur annus, miteſcit cœlum, pubeſcunt prata, emicant flores, ventilantur auræ, afflant Favonij, frondent arbores, ſaliunt undæ, & pellucidi rivulorum latices è ſuis ſcaturientes fontibus grato murmure ſenſibus

bus

Digitized by Google

bus æquè, ac animis eblandiuntur, & tellus mille aperit amœnitatum theatra in imis vallibus, opacis ſylvis, apricis collibus, aſſurgentibus montibus, excultis hortis, diſcoloribus floribus, quorum alij in gemma naſcuntur; alij ex hiante jam calice promicant; alij ex rupta vagina pubeſcunt; & omnes mira depicti colorum varietate ſuam explicant foliorum pompam, ac imaginem exhibent gaudentis naturæ. At nullus eſt, qui læta fronte triſtem, immitem, ac aſperam videat hyemem, quâ annus ad ſuum vergit occaſum, & emoritur: quia tunc incipit terra pigreſcere gelu concreta, vel alta nive obruta; exuuntur ſuo frondium ornatu arbores; intereunt plantarum folia, ſqualent prata, montes, ſylvæ; aër, & tellus vel pluvijs lugent, vel nivibus rigent, cœli facies ſemper turbida, ac minax; campi ſterili glacie torpeſcunt, nec ullum ſperatæ meſſis indicium produnt: & quia in ortu ſuo non in occaſu mundi ſolatia aſpiciunt homines, in quibus ſpes ſuas dirigunt, ac locatas volunt, ideo vel in ipſo meridie lippiunt, & caligant.

26. Aſpiciamus & nos Abſolonem in utroque extremo ortûs, & occaſûs, quid Abſolonis auſpicatiùs, quid fauſtius cùm primùm cœpit ſpem regnandi alere? tunc in ejus votum, favor Aulicorum, ſtudium populi, & ſors ipſa belli aſpirârunt:

2. Reg. c. 15. v. 13. *Venit igitur Nuntius ad David dicens: toto corde univerſus Iſrael ſequitur Abſolon.* Hiſce evulgatis in aula plures rebellârunt à patre, filio obſecuturi, ejúſque contumaciam ſecuturi: adeò laſciviit in cunis Abſolonis arrogantia, ut proprium parentem è ſolio deturbare niteretur, ſpe illectus Regni potiundi; ſed exaruit Abſolonis ſpes antequam vireſceret, quia in mundo ſata ſuas non valuit radices figere; cui enim ſcelus viam ſtravit ad imperij ſceptrum, ferrum, & haſta, lapidéſque è vivis ſublatum in fovea ſepelierunt; & qui ſperaverat ſedere Regali in Throno, jacuit abjectus in

2. Reg. 18. v. 17. terræ imo: *Et tulerunt Abſolon, & projecerunt eum in ſaltu in foveam grandem, & comportaverunt ſuper eum acervum lapidum magnum nimis*; & qui Regnaturo invidebant, mox ſuccumbenti ac ſepulto illachrymabantur; Abſolonis ſpes trahebatur veluti cymba in ſcelerum flumine, quod tamen cùm erupiſſet ex tumido ambitionis fonte in ſupplicio tandem, probróque reſtagnavit, ubi ſpes Abſolonis naufraga periit. Abſolon multos habuit in ortu adulatores, & aſſentatores, ſed longè plures in occaſu ſpectatores; quòd ſi qui in ortu Abſoloni fuêre adulati eum prævidiſſent, qualis in occaſu futurus eſſet; futilem, vanámque fuiſſe ejus ſpem regnandi illicò deprehendiſſent.

27. Etiam Jezabel, quæ ſuâ in ortu potentiâ nullo coërcitâ juſtitiæ frœno in inſontes debachabatur, in occaſu diſcerpenda traditur canibus. Inter alios vitiferos colles quidam aderat Regijs conterminus prædijs à viro probo, cui nomen Nabothus avito poſſeſſus dominio. Injecerat ad hanc vineam oculos Achabus Rex, poſtulavitque eam ſibi, vel numerata pecunia vendi, vel alio fundo permutari: ſed Nabothus cùm ſciret vineam ad ſe hæreditario jure fuiſſe tranſmiſſam negavit, ſibi licitum eſſe per pactia inſtituta vitiferum collem illum abalienare: cúmque ob repulſam in quandam incidiſſet Achabus triſtitiam, animíque ægritudinem, ac mœrorem; Jezabel ejus uxor audaciæ, ac ſceleris ſtudioſiſſima, ac projectiſſima mulier objurgavit Achabum, ut timidum nimis, & abjectum, ac imperiis neſcientem uti regiis: ipſam verò modum ſcire hominis frangendi pervicaciam; & quavis diſruptâ morâ cum ſpem aleret Nabothi poſſidendi vineam ad eos ſcripſit litteras, qui judiciariam poteſtatem in Jezraëlitas tunc exercerent nomine, & annulo ſignatas Regis; publicúmque edixit etiam jejunium, quo ſpecie pietatis ſuum obtegeret ſcelus. Convocatis igitur ſenioribus, inter quos & Nabothus aderat, judicium conſtituitur, accuſatores ſubornantur, falſi teſtes accerſuntur: & Nabothus Reus dicitur læſæ divinæ, ac Regiæ Majeſtatis, veluti injurius, ac blaſphemus in utrámque; cúmque omnes potentiam extimeſcerent Jezabalis, maluerunt calumniis innocentiam opprimere, quàm contra iratam fœminam jura tueri æquitatis, & Nabothus inauditus, ac indefenſus adjudicatur morti, lapidibus è vita, & fundo ſuo exturbatur, ut etiam tota ejus proles, ne ſupereſſet, qui repetundarum poſtularet Tyrannum. Ebria innocentis cruore Jezabel, quam furor tribus Erebi Megeris quartam addiderat, cœpit geſtire gaudio, ſibique adgratulari veluti de re à ſe bene geſta, & ad communionem lætitiæ invitat maritum; qui ſuarum jam compos cupiditatum in vineam interfecti Nabothi cum Jezabele ſe contulit, iniquis priùs oculis uſurpatam, & mox pede calcatam iniquiore.

Hæc autem peregit Jezabel in aurora, vel in meridiano vitæ ſole. Sed ſi diſquiramus, quò ſe tandem dies condiderit Jezabelis; deprehendimus, hanc præcipitem actam è feneſtra probris, ac maledictis proſciſſam extraditam fuiſſe canibus vorandam. 28.
Jehu ſiquidem ex Magiſtro equitum Rex Iſrael ab Elia inunctus cum expedita militum cohorte Jezraëlem urbem, ubi tum Joramus Achabi filius ſuam poſuerat Regiam aggreditur, & Joramum venientem ſibi obviam telo transfigit, & è curru delapſum projici jubet inſepultum eum ipſum in locum, ubi Nabothi vinea, fuſúſque ejus ſanguis muta, ſed funeſta voce vindictam clamabant. Conſpicata de feneſtris Jezabel, fuco, ſtibióque depicta Jehum Jezraëlis portas ſubeuntem, convicia in victorem effundit:

dit: ſed mox ad victoris Regis impetium è feneſtra palatii in ſubjectam plateam per Eunuchos præceps agitur, ubi equorum ungulis conteritur, jàmque fœdè deformatam, ac trucidatam rabidi invadunt canes, à quibus membratim diſcerpta, ac diſtracta eſt, ſolâ relictâ Calvariâ, ſummíſque manibus, ac pedibus; & juſtas pœnas dedit, quas promeruit, addito Epitaphio: *4. Reg. 9.* *Hæccine eſt illa Jezabel!* nimirum illa ſemeſa oſſa, illa ſuperſtes Calvaria, extremi: que pedes ſunt illa Jezabel Regum filia, uxor, & mater, ſtibio nuper, & purpuriſſo ad illecebras intuentium fucata; nunc è palatio in plateam præcipitata, equorum unguibus contuſa, ac fœdata, & à canibus membratim diſcerpta, ac vorata jacet, oculorum non amplius illicium, ſed turpitudo, nariúmque nauſea: ſpes, quam Jezabel, in vinea Nabothi contra juſtitiam excoluerat, non racemorum vindemiam, ſed lachrymarum pluvias eidem produxit: adeò Heſperus à Phoſphoro diſſentit! in ortu ſplendet Jezabel Regis filia, & uxor in Regio Throno vultûs decore, oculorum ſplendore, diadematis majeſtate ab omnibus commendata: ſed in occaſu jacet in platea probris, ac maledictis proſciſſa, & à canibus diſcerpta: ſcitè Regius Vates dixit: *Pſalm 29.* *Ad veſperum demorabitur fletus, & ad matutinum lætitia.*

29. Spes enim, quæ in mundo collocatur, cum gaudio ſemper concipitur, & voluptate, ſed nonniſi cum dolore, & lachrymis, qui eam concepit, parit; & citiùs areſcit, quàm vireſcat. Carnifex eſt, quæ in mundo ſpes ſeritur per varios gradus ſperantes evehit, educítque in altum, ſed ut lapſu ruant graviore. Hujus rei nobile paradigma dedit Judas proditor: hic cùm cœpiſſet Pontificum ambire favores, ac ſpem ſuam in ijsdem ponere, ac pecunias cùm primùm hanc recepit cognoſcens quàm fallax ſit, quæ in Principum favoribus ſpes collocatur, acceptas pecunias projecit, & miſer laqueo ſe ſupendit; ſpes enim, quam in Pontificibus poſuerat, proditorem traxit ad extremum deſperationis, ubi in patibulum impègit, & animam eliſit: ſed antequam laqueo ſe ſuſpenderet, & pecunias projiceret, irridentes Phariſæi reſponderunt: *Tu videris*, quaſi dicerent, tu hominum nequiſſimus non erubuiſti tuum prodere Magiſtrum, quid ad nos? tu videris, quas pœnas daturus eris.

30. Falluntur, qui ſpes ſuas in mundo ſerentes, putant inde dulces carpere fructus concupiti ſolatij: nil habet mundus, quo verum poſſit ſolatium adſerre, ac in ipſum ſperantibus ſatisfacere: & quamvis videatur mundus aliquid exhibere gaudij, ac ſpondere felicitatis, non eſt hæc vera lætitia, ſed larva, quâ lachrymas tegit ſuas, intus enim mundus madet lachrymis; quamvis in lætitiam videatur vultum effingere, quo videntes fallat. Perſonata eſt mundi felicitas, cui ſi larvam detrahas nil deprehendes, quàm ærumnas, & miſerias: neque ad id evincendum opus eſt accerſere Amanum, Eutropium, Belizarium, & Ruffinum magna olim in mundo nomina, ſed poſtea triſtia mundi ludibria: cum enim ſpes ſuas in Principum poſuiſſent favore; honoribus, ac divitijs inhiarent; tandem ſpes, quia in mundo ſuas radices egerat exaruit, & è culmine dignitatum in imum eos detruſit ærumnarum. Speraverat Ptolemæus Rex Ægypti potentiſſimus quietem, animique tranquillitatem poſſe enanciſci Regiâ potitus corona: *In- 1. Machab. cap. 11.* *travit Antiochiam, & impoſuit duo diademata capiti ſuo Ægypti, & Aſiæ.* Quæſivit non ſolum per totam Ægyptum, ſed etiam Aſiam, qua frueretur, quietem, ſed ſpe ſua deceptus nullam, quam ſperaverat enactus tranquillitatem, priùs expertus fuit ſpem ſuam exareſcere, quàm florere: ſuum enim diem clauſit tertia Regni die: *1. Machab. cap. 11. v. 18.* *Et Rex Ptolemæus mortuus eſt die tertia, & qui erant in munitionibus perierunt ab his, qui erant intra caſtra.*

31. Sterilis eſt hæc tellus, ſi ſpes noſtræ ſuas in ipſa radices figant, illicò languent, & emoriuntur, quia nullum inde poſſunt ſuccum trahere, quo probè alantur. Speraverat Rex Medorum Arphaxad ſuam in munitiſſima civitate tueri tranquillitatem, hoſtéſque, qui vellent ei moleſtias adſerre, arcere: *Judit. 1. 1.* *Rex Medorum Arphaxad ſubjugaverat multas gentes imperio ſuo, ipſe ædificavit civitatem potentiſſimam Ecbatanis. Ex lapidibus quadratis, & ſectis fecit muros ejus, in altitudinem cubitorum ſeptuaginta, & in latitudinem cubitorum triginta, turres verò ejus poſuit in altitudine cubitorum centum.* Munitiſſima quidem urbs fuit, omnibus hoſtium inſultibus arcendis accommodata; ſed ſpes Regis brevi exaruit: ſiquidem Nabuchodonoſor Rex Aſſyriorum pugnavit contra Arphaxad, eúmque expugnavit, vicítque & uno die, imò & unica hora tam firmæ manſionis ædificator perijt, & urbem impenſo labore ædificatam occupavit alius, quia nulla in terris ſperanda vera quies, nullum verum ſolatium, & ſi hoc videatur adeſſe, verum non eſt, ſed fucatum, & umbratile, quod illicò fugit.

32. Speraverat Jonas Propheta ſub textili ſua ſylvula, viridi ſub tentoriolo aliquid poſſe veri ſolatij invenire: quietem, ac manſionem ſaltem æſtivam ei umbra ſpondebat amœniſſima: ibi ſedere, habitare, ac quieſcere ſperaverat: *Et lætatus eſt Jo- Jonæ cap. 4. v. 6.* *nas ſuper hedera lætitia magna:* ſed ſpes quam eum hedera putaverat potuiſſe diutiùs virere, unà cum planta ſtatim exaruit, quia nul-

nullum verum eſt hìc ſolatium ſperandum: *Jonæ cap. 4. v. 7.* *Et paravit DEUS vermem aſcenſu diluculi in craſtinum, & percuſſit hederam, & exaruit.* Solatium, quod Jonas ex hederæ umbra ſumere ſperaverat, verè umbratile fuit, ac ſtatim unà cum umbra evanuit, & vermiculus unicus Hederam, & umbram, ſimul etiam quietem, ac amœnitatem omnem abſtulit. Quæ in mundo ſperatur tranquillitas tempeſtas eſt, & quod ſolatium creditur, nonniſi lachrymas elicit: ficta enim eſt mundi lætitia, non enim in mundi ſolo vera poteſt lætitia pullulare, cum ſpinis tantùm, ac urticis ſcateat ærumnarum, ſitque mundus diſcriminibus tantùm refertus, & ubique ſemina tantùm exhibeat lachrymarum, quæ in cordibus inſepelit eorum, qui in ipſo ſperant, & quidem fœcundo fœnore naſcitura.

33. Hinc nullus hactenus fuit etiam ex Ethnicis in vanæ ſuperſtitionis caligine cæcutientibus, qui mundum hunc collem nuncupaverit gaudiorum, cùm tamen plures non defuerint, qui intimiùs eum introſpicientes vallem dixerint lachrymarum, locúmque plorationis, ut inde diſceremus verum gaudium, verúmque ſolatium minimè poſſe in mundo reperiri, & eos falli, qui ſperant, poſſe in mundo aliquid enanciſci veri ſolatii: D. Laurentius Juſtinianus cùm larvam deceptori mundo detraxiſſet indicaturus, quid abſque fictione mundus ſit, luculenter ejus dolos, ærumnas, ac ſævitiem exprimit inquiens: *Lib. de inter. conflict. c. 1.* *Plorationis, ac lachrymarum vallis nuncupatur hic mundus, ut in illo degentes nullum verum norint invenire poſſe ſolatium. Inſtabilis eſt, & per momenta decurrens caſibus plenus, periculis ſeptus, turbinibus agitatus, fluctuationibus anxius, cladibus refertus, diſſenſionibus inquietus, mutationibus deditus, DEO contrarius, cœlo diſſimilis, virtutibus oppoſitus, ſanctitati inimicus, & piis mentibus oneroſus, quas quantum valet, premit, tribulationibus inſequitur, adverſitatibus atterit, nunc diripiendo propria, nunc concupita negando: verùm ſi probatos nequit malis ſuis ſuperare viros, blanditiis, & ſponſionibus deceptoriis eoſdem depravare contendit, ubique parat laqueos, in omnibus locis decipulas tendit pedibus innocentum, nunquam impugnandi juſtos materiâ caret.*

§. IV.

Qui ementito mundi riſui ſe credunt, dum verum ſolatium ſperant enanciſci, illud à ſe abjiciunt, & eò citius verum perdunt gaudium, quò avidiùs illud in hiſce rebus fluxis quærunt.

Quàm fatui, quàm deliri ſunt, qui ſpes ſuas in mundo deceptore locatas volunt! qui ementito, ac perſonato mundi riſui ſe credunt! verum enim dum ſolatium ſperant, illud à ſe abjiciunt, & eò citiùs verum perdunt gaudium, quò avidiùs illud in mundo quærunt, in quo nullum propterea eſſe poteſt verum ſolatium, quod vel ea ſola deprehenditur ratione, quia in mundo ſperatur, & quæritur; non enim poteſt eſſe niſi ficta, inanis, & vacua lætitia, quam mundus in ipſo ſperantibus ſpondet: vix oſtenditur & ſtatim diſparet; vix mundi felicitas ſplendet, & illicò in fumum abit inanem, lachrymis tantùm eliciendis aptum: nonniſi fumum, & ventum dare poteſt mundus, quid enim aliud ſunt bracteati dignitatum tituli? Quid lemniſcata nobilitatis ſtemmata? Quid viſcata fortunæ dona? quàm inanes venti aërem exagitantes, & nullibi firmiter ſtantes, ſed vel fugientes, vel morientes, quò inde diſcamus, quàm vanæ, & fugaces ſint dignitates, quas mundus ſpondet, iis, qui in ipſo ſperant. Neque credas quid aliud eſſe voluptatum illecebras, mulierum venuſtates, quàm compta Veneris ſterquilinia: melle quidem oblitæ exhibentur voluptatis illecebræ, ſed quibus venenum hauriatur, ut mortem inducant: mundi enim voluptates æſtuante concupiſcentiæ freto in brevia vitiorum, ſyrteſque pertrahunt, & ab æternæ ſalutis avertunt conſiliis, ac veluti ventus, umbra, vapor, & fumus pertranſeunt, lachrymas tantùm relinquentes ſuperſtites. Hinc Seneca perquirens quid ſit, quod in mundo ſperari poſſit, ait: *Quid eſt præcipuum in rebus humanis? erigere animum ſupra minas, & promiſſa fortunæ: nil dignum putare, quod ſperes, quid enim habet dignum, quod concupiſcas?* *Lib. 3. natur. quæſt.*

Fortuna ipſa, quæ pluribus eblanditur, & cujus pinguedo ſpes plurium alit vitrea eſt; tunc frangitur, cùm ſplendet: levis eſt, ac inconſtans, quod hodie dat, cras repoſcit; plura ſpondet, & nihil concedit, quod ſtabile ſit; cùm blanditur, tunc ſauciat; cùm oſculatur, tunc vulnera infligit; cùm in ſublime erigit, tunc præcipitia apparat, cùm honores promittit, fumum exhibet lachrymis eliciendis accommodatum: & nulla eſt tam bona fortuna, de qua quis queri non poſſit. Quid 35.

igitur ab ea ſperandum ; quæ nonniſi diſcrimina, perniciem, ac ſumum dare poteſt ? & tamen viget nitor humanæ felicitatis in ipſa mentita ſpe, ac falſata promiſſorum concupiſcentia. Si enim mundi proſperitatem ſomnium dixeris pura duntaxat conſtructum imaginatione à vero haud aberraveris : ſiquidem quæ in mundo eſt felicitas, ſola agitur imaginatione, creſcit concupiſcentiâ, & vileſeit poſſeſſione, quæ enim læta pollicetur, nonniſi lætitiæ ſpectra ſunt ; quæ ſpondet ſolatia, larvæ ſunt gandiorum ; & quas promittit voluptatum illecebras, eædem ſcenicæ ſunt, vel ſomniatæ deliciæ, quibus dormientium ſenſus phantaſticis illudit blanditiis, ac fallaci decipit gaudiorum ſpe. Quòd ſi imaginationis præſtigias excuteremus è mente, quàm vana ſint, & ſomniata mundialium bonorum lenocinia illicò deprehenderemos.

36. Id luculenter ſuis nos edocuit ſomnijs Joſeph adhuc puer Jacobi Patriarchæ deliciolum, ſimulque fratrum inextinguibile odium ; cum enim narrâſſet ijsdem ſomniom, quod ipſi contigit nocte intempeſta, dum ſenſus exteriores ſopiti, membra corporis nocturna reficiebantur quiete, & intus phantaſia, ac imaginatio ſua obibat munia ; putabat enim unà cum ſuis fratribus in campo ligare manipulos, ſuúmque tantùm ſurgere, ac ſtare, cùm cæteri circumſtantes humi jacerent, veluti ſtanti obſequentes Huic aliud perſimile enarravit ſomniom : *Vidi per ſomnium quaſi ſolem, & lunam, & ſtellas undecim adorare me ; hæc ergo cauſa ſomniorum, atque ſermonum invidiæ, & odij fomitem miniſtravit :* & eò lethalius excrevit odium, ut reliqui fratres lævas manus fraterno polluere ſanguine moliti ſint : quòd ſi à cruenta abſtinuerint cæde, non tamen impunitum dimiſerunt Joſephum, quem alienigenis inhumanè vendiderunt, ne illum adorarent : cùm enim à fratribus per funes in profundam fuiſſet ciſternam demiſſus lenta fame conficiendus, & Judas cæteros rogâſſet fratres, ut è fovea illa retraheretur, Madianitis negotiatoribus fortè prætervehentibus viginti venundatus fuit argenteis, à quibus & in Ægyptum adductus Putiphari viro Principi, militiæque ſub Rege Pharaone Duci iterum pro pretio addicitur, & eò res devenit, ut ad Ægypti tandem fuerit præfecturam promotus ; & cùm annonæ carites reliquos affligeret fratres, hi rei frumentariæ causâ in Ægyptum iter inſtituunt, ubi ſemel, & iterum Joſephum eorum fratrem, & quem propter ſomnia oderant, iterata, & ultronea honoraria cernuatione reverenter adorant, & quaſi hoc parum foret, reverentiæ cauſa non audent fratrem accedere, nec cominus vereri, ſed tantùm eminùs ſua eidem exhibere obſequia, adeo ut opus fuerit, ut Joſephus eos acceſſeret, ſeque eorum fratrem oſtenderet : *Accedite ad me. Et cùm acceſſiſſent prope, ego ſum inquit Joſeph, frater veſter, poſt quæ auſi ſunt loqui ad eum.* Quæ verba expendens D. Chryſoſtomus ait : *Accedite ad me, ne elongetis vos præ reverentia auguſtioris præfecturæ, ob quam me ſæpius cernui adoráſtis.* 36.

Genes c.37. v.8.

Geneſ.45

Ecce mundi dignitates in Joſephi ſomnijs adumbratas conſpicimus, ejus enim fratres detrectantes ſomniatam Joſephi venerari dignitatem, eandem re ipſa obtentam ultro reverentur, ac humili proſtratione colunt. An non auguſta fuit ſomniata felicitas, & ſola ſtetit, cùm reliqui fratres proni & in adorationem procubuerunt ? quid ſit mundi dignitas, id ſomnium edocet : ſublimis eſt ea dignitas, quæ imaginationi obverſatur, quia mundi tituli, & dignitates ſola vigent imaginatione, & ſomnia ſunt, quæ ſolâ concipiuntur phantaſiâ. Quamdiu tamen ſomnij imaginatione videbatur ſtare ſomniata proſperitas, eandem revereri fraterna invidia recuſavit ; ſed cùm primùm ſomniatam felicitatem non ſomnij ſpebus conceptam, ſed re ipſa in lucem viderunt editam, tunc ultro flexo poplite eam fratres ſinguli adorant. Somnia igitur ſunt, quæ in mundo dignitates ſperantur ; & vanæ propterea, ac futiles ſunt, quæ in ijsdem ſpes collocantur. Vanum eſt, quidquid honoris, dignitatis, ac felicitatis mundus ſpondet. Si enim vanum id eſſe dixerimus, quod ad finem hominis propoſitum nihil conducit : certè quæ in mundo ſpectantur non ſolùm ad finem non conducunt hominis, verùm etiam à DEO avertunt, qui finis ultimus eſt rerum omnium, & præſertim hominis, in cujus duntaxat poſſeſſione poteſt quieſcere. Sin verò vanum id dicamus, quod fallax eſt, & mendax, quid fallacius, ac mendacius mundano ſolario, cujus pediſſequa eſt æterna triſtitia ? eſt ſiquidem mundi gaudium riſus ſardonicus, quem mors comitatur, quam infert : & quamvis ridere homines ſperantes in mundi dignitatibus videantur ; non tamen credas, verum eſſe eorum riſum, fucatus eſt ; imò & Sardonicus, qui ex lætitia lætantes ad lethum transfert ; ut ijsdem poſſit propterea retorqueri, quod de populo Romano edixit Salvianus lib. 7. dè guber. DEI inquiens : *Sardonicis herbis omnem Romanorum populum putes exſaturatum, moritur, & ridet.*

Eſt mundi lætitia lethi prodroma. Quòd ſi ſperantes in mundo ſpectemus rebus non 38.

immori.

immorientes mundanis, mortuos intus deprehendimus, quos in extima vultûs cute ridere videmus: hi ſerenitatem accerſunt frontis, quâ internam obducunt procellam; & hi Sardorum graminum veluti ſucco depaſti rident, cum moriuntur: nimirum mundi delicijs, ac voluptatibus indulgentes; à Deo ſe avertunt, ſeu à fonte vitæ, & vias ambulant perditionis, ac mortis: quæ fraus poteſt major excogitari? qualénam mendacium eo pernicioſiùs? quod nobis imponunt hæc picta ludibria; imò non picta tantùm, ſed prorſus ficta ſunt mundi gaudia, cùm non lætitiam, ſed lethum ſecum trahant: quia tunc lachrymas eliciunt, cum ridere videntur; tunc ſeriunt, cum arrident; & interimunt, cùm eblandiuntur: idque cum innotuiſſet etiam Plutarcho, ſcitè ad rem noſtram ait: *Hæc mundi gaudia nemo ſanus oblectationes, vel lætitias germanas appellet,* (Lib. contra Epicur. ſent.) *imò ſi ullus eſt animi Sardonicus riſus, in his eſt.* Errant igitur, qui in mundo ſpes ſuas ſerunt, ut inde ſolatia, & voluptatum illecebras metant, vel dignitates colligant, profectò mortem ſibi accerſunt, cum mundi ſolatia quærunt; lethi ferales umbras expoſcunt, qui mundi lætitiam concupiſcunt; ſéque fugiunt, qui mundi ſolatium, ac felicitatem conſequuntur; quia hos mors ſequitur, quos mundi gaudium aſſequitur; eſt mundi riſus non alius, quàm Sardonicus ciendis tantùm lachrymis aptus; & tamen quamvis moleſtijs ſit gravidus, mortíſque acceleratæ parens; adhuc ſperantibus in mundo arridet hic riſus: & ideo ſunt miſeriores, quia vel ipſæ miſeriæ iiſdem placent. Certè hi nonniſi ſardonico poſſunt riſu ridere, cùm tunc lachrymas fundant, cum uberiùs, ac profuſiùs rident; & tunc pereant, cum gaudere ſibi videntur: lætantur enim de proprio interitu, gaudent de ſuo exitio. Quid igitur fallacius eo riſu, qui nonniſi luctum ſecum trahit, & mortem infert?

39. Non igitur vera eſt, quæ in mundo ſperatur gloria, vel lætitia, fucata eſt, & vana, oculis decipiendis tantùm apta, & quæ ſola paſcitur imaginatione: neque mundi Regna quid aliud ſunt, quàm ludibria imaginationis. (Matth. 5.) Auſus eſt, licèt pluries devictus hoſtis tartareus, Chriſtum aſſultibus impetere, ſed cùm Salvatorem proſternere nititur, ſe ipſum victum fatetur. Quòd ſi quæramus, quónam fuerit cacodæmon telo confoſſus, ac victus, certè non alio, quàm quod imaginaria mundi felicitas exhibuit. (Matth. 4. v. 8.) *Iterum aſſumpſit eum Diabolus in montem excelſum valdè, & oſtendit ei omnia regna mundi, & gloriam eorum.* Non parum ingerit difficultatis, quomodo è montis unius tantùm vertice, potuerit cacodæmon Chriſto oſtendere omnia regna mundi, ac eorundem gloriam, cum oculorum intuitus valdè limitatam ſuam habeat ſphœram, ultra quam objecta non attingit, ac illi eminùs poſita evaneſcunt. Quis enim è Caucaſi editiori vertice luſtret ſingula in Aſia, Africa, Europe, & America Imperia, & Regna? videátque totum gloriæ ſplendorem, qui iiſdem ineſt? non enim oculi hominis ſuos poſſunt ultra propriam ſphœram intuitus diffundere. Ad hanc difficultatem ſolvendam Author operis imperfecti, & Eutimius putant, cacodæmonem re ipſa oſtendiſſe quidem Chriſto omnia mundi Regna, non tamen ut ea viderit, ac intuitu attigerit, ſed ut cujúſque Regni plagam digito deſignaverit. Mihi tamen placet expenſio S. Cypriani cenſentis ſola animi viſione id contigiſſe; adeo ut ſola imaginatione omnia luſtraverit mundi regna, ait S. Cyprianus. *Et localiter quidem in deſerto prima fuit tentatio; ſed cæteras eo modo circumduxit tentatoris aſtutia; vel circumduci paſſa eſt patientia Salvatoris, quomodo Ezechiel, cum ſuper fluvium Cobar ſederet, Hieroſolymam raptus in ſpiritu civitatem ædificat.* (Serm. de jejun. & tentat.) Cypriano conſentit, Rabanus Maurus cenſens itidem, non oculis corporis, ſed lumine mentis oſtendiſſe è montis cacumine omnia mundi regna, & eorum gloriam, fuerítque propterea hæc oſtenſio non corporalis, ſed mentalis: ait Rabanus: *Oſtendit ei omnia regna mundi, & gloriam eorum, non quòd eam concupiſcentiæ oculo intueretur ſicut nos; ſed ſic hæc oſtenſio fuit in mente, ſicut medici vident morbos ſine læſione:* nimirum cacodæmon callidiſſimus hominum everſionem edoctus mundi gloriam non re ipſa, ut in ſe eſt, Chriſto oſtendit, ſed qualis imaginatione fingitur, eam propoſuit, ac Chriſti menti, ac imaginationi objecit, quò faciliùs ejus conſtantiam ſubrueret, ac dejiceret. Plus enim nitoris, ac gloriæ mundi Regna præſeferunt in imaginatione, quàm revera in ſe habeant; in ſe ſiquidem mundi gloria fallax eſt, ac mendax; proinde cacodæmon non oſtendit Chriſto omnia mundi regna, & gloriam eorum, ut concupiſcentiæ oculo, qualia in ſe ſint, intueretur; ſed ut propoſita menti, ac imaginationi vivaciùs illicerent; quia gloria, quæ non videtur, ſed tantùm ſperatur, ac mentis oculis ab hominibus ſpectatur, fortiùs ad ſe trahit, ac ad ſui concupiſcentiam movet: nimirum mundi gloria tunc tantùm vim aliquam obtinet movendi ad ſui concupiſcentiam, quando ſoli menti obverſatur, & imaginationi objicitur; & adhuc ſpectatur in ſpe, & nondum poſſidetur in re, quia in ſe nihil eſt, nec vim ullam obtinet, cum ſit umbra fugax, & fallax: quod enim ſplendidè fulget in mente, & ſpei blanditur illecebris, ſordidè poſtea ſqualet in manibus; quódque ingens ac ſplendidum eminùs apparet, cominùs adeo eſt exiguum, ut illicò diſpareat; ideòque vana ſunt, ac futilia,

quæ in mundo grandia cenſentur, quia nihil in ſe firmi, ac ſolidi complectuntur.

40. Hinc Athei ſe ſe mutuò adhortantes ad omnigenas mundi delicias, quibus diffluere ipſis volupe erat, ſed fortaſſis experientiâ edocti modum voluptatum capiendarum, dixerunt ad invicem. *Venite ergo, & fruamur, quæ ſunt, & utamur creaturâ tanquam in juventute celeriter.* Quid? quod non curent de ſpei blanditijs, ac deſiderij lenocinio? quid? quod non ſperent mundi delicijs paſci, ſed tantùm bonis, quæ ſunt, non quæ ſperantur, expetant adipari; & non curent, quæ imaginatione ſubſiſtunt, aut ſpe optantur præpropera? Fortaſſis vaniſſimas eſſe voluptatis ſpes, ac fallaces experti fuerant; proinde frui tantùm expetunt bonis, quæ ſunt, ſi tamen bona ſunt, quæ malorum omnium ſecum trahunt congeriem: fallaces igitur ſunt, & deceptoriæ, quæ in mundi honoribus, vel voluptatibus ſpes locantur. Voluptates ſpondet quidem mundus, ſed ut mortem inde propinet, & veneno perimat mellis dulcedine deceptos; eſt enim hæc fraus dœmonis nitentis decipere ſperantes in mundo, ut ſcitè obſervat S. Eucherius, inquiens: *Diabolus obſeſſa ſemel pectora molliſſimis ſeductionibus decipit, ſic Diabolus calliditate veteris artificij condit blandimenta peccandi; quomodo ſolent, qui mortiferos herbarum temperant ſuccos in condito, aut in aliquo mellito poculo, quod neſcientibus propinant guſtûs mentita ſuavitate; virus amaritudinis obſcurant fraude dulcedinis; provocat priùs odor poculi, ſed præfocat infuſus ſapor in venis; mel eſt, quod aſcendit in labia, ſed fel eſt, quod deſcendit in viſcera. Ita Diabolus per rerum carnalium concupiſcentias: ac illicitas voluptates extrinſecùs blanditur, & intrinſecùs inſidiatur.*

Sapient. 2.

Homil. 3. in Epiphan.

§. V.

Mundi gaudium, quò avidiùs ſperatur, & cupidiùs quæritur, eò lethaliùs nocet: venenum eſt mellea illitum dulcedine; quâ necem accerſit felleam.

41. IN id mundus, & cacodœmon incumbunt ſtudij, quò homines in mundi voluptatibus ſperantes ſubdolè decipiant, ſi enim mundi delicias ſpectemus, quæ adferre aliquid ſolatij putantur, nonniſi mortem ingerunt, & ipſa mundi gaudia venena ſunt cacodœmonis; mellea quidem dulcedine illita, ſed quæ felleam inducunt mortem, noxium enim eſt temporale gaudium iis præſertim, qui imbecilliores eodem avidiùs ſatagunt diffluere, & quaſi vinum videtur in hoc æmulari: quod in eos vel maximè vires ſuas exerit, quibus debilius eſt caput, ut explicuit Umpertus, inquiens; *Sicut vinum purum habentes capita debilia, ſic gaudium temporale cordibus infirmis nocet:* quo fit, ut eò nocentius ſit mundi gaudium, quò avidiùs quæritur, ac cupidiùs trajicitur, & eò plus nocet, quò minus creditur poſſe nocere: mortem infert, cum creditur poſſe vitæ lætitiam adferre: lethi, & læti magna nominis eſt cognatio, ut ſi voces audias, & litteras non videas, vix unum valeas ab alio ſecernere; ſed ſicut nominis, ita & rei arcta eſt cohærentia, quod enim in mundo lætum putatur, hoc lethum eſt, ac mortem adfert, quod vehiculum putabatur futurum veræ lætitiæ: ſunt enim mundi gaudia hamis paria, quibus piſces capiuntur, ut pereant; ideóque qui ſapit, has fucatas gaudiorum eſcas, ac voluptatum illecebras fugiat, ut etiam reliqua, quæ mundus in ipſo ſperantibus ſpondet; ſiquidem vel noxia ſunt, vel prorſus vana. Id enim eſt vanum, cujus nullus eſt uſus, vel quod impenſo labore, ac ingenti contentione fit abſque ullo propoſito ſcopo: quo pacto vana eſt contra ſtellas telorum ejaculatio, vana ventorum venatio, curſoris cum umbra ſua de velocitate concertatio: vanum cribro aquas haurire, cochleari mare exſiccare, aërem bacillo diverberare, & ſi quæ ſunt hujuſmodi, quæ temerè facta, nil inde habetur utilitatis: ita mundi divitiæ, lætitiæ, deliciæ, & ſi quæ ſunt alia, quæ ſpes hominum alunt, & in pretio habentur, vana, & futilia ſunt, ſi hæc à ſuo diſſideant ſcopo, ſi ad ſuum non dirigantur finem.

Lib. 4. amâ. relig. p. 4.

Ferax eſt mundus, ac pleniſſimus hiſce futilibus, ac vanis ſpebus, quibus mundi ſectarores, perinde ac chamæleontes aurâ paſcuntur inani: eſt ſiquidem ſpes, quæ proprias in mundi ſolo ſuas figit radices, miſera, vana, & ſeductoria, quam expreſſit Cato Uticenſis, de quo refert Plutarchus, quòd cum fuiſſet Antiochiam profectus, ac vidiſſet extra urbis jannam in utróque viæ margine ordinatim, & compoſitè ſtantes viros, juvenes, ac pueros, cum ætatum diſcrimine, veſtibus indutos elegantioribus, ac ſi diem feſtum, ac communis lætitiæ egiſſent, & huncapparatum clauſiſſent Magiſtratûs Candidati, & ſacerdotes coronis inſigniti, cœpit Cato ſolemnem faſtidire apparatum, ac putare ſui honoris causâ id factum ab Antiochenis; ijs propterea ſuccenſuit, quos in urbem præmiſerat ejus indicaturos adventum, ac ſi ijdem Magiſtratui ſuaſiſſent externam pompam illam. Cúmque propior Cato deſcendiſſet vehiculo, juſſiſſetque ſuos etiam pedibus ire, & non curru vehi; ac ſperaſſet à populo illo fore, ut ſalutaretur, ac prævia illa pompa in urbem duceretur: ecce vir ætate gravis, & ad ſenium vergens, coronâ, & virgâ inſignis, ne ſalute quidem dicta Catonem interrogavit, ubinam Demetrium reliquiſſet, & num brevi venturus eſſet? 42.

erat

erat Demetrius Pompei libertus, qui multum apud illum poterat. Tum Catonis comites in riſum profuſi vanam cœperunt Catonis ſpem ridere, qui cum ſperâſſet à populo illo ſolemni pompa, & communi jubilo recipi; nullum dedit lætitiæ ſignum ob Catonis adventum, qui propterea fertur exclamâſſe, O miſeram civitatem! ſed veriùs dixiſſet, ò futiles hominum ſpes! quæ homines alunt, & fallunt; ò miſeras, inutiles, ac vanas mundi ſpes, quæ ſperantes ſeducunt! Sunt igitur ſpes hominum ridiculæ, inanes, ac temerariæ, plura ſpondent, & nihil exhibent; promittunt ſplendores; & fumum porrigunt, quo lachrymas eliciant. Plures in mundo ſperârunt, qui tamen decepti priùs exareſcere ſpes ſuas experti fuerunt, quàm aliquid viroris, & ſolatij germinare, quapropter dixit D. Auguſtinus. *Nihil eam inimicum ſpei, quàm retro reſpicere, ſeu in rebus illis, quæ præterlabuntur, & tranſeunt ſpem ponere: ſed in his, quæ nondum datæ ſunt, ſed dandæ, quandóque, quæ nunquam tranſibunt. Quando autem ſcatet tentationibus mundus, velut pluvia Sodomæ ſulfurea metuenda eſt exemplum uxoris Loth: retro enim reſpexit, & ubi reſpexit, ibi remanſit. In ſalem converſa eſt, ut prudentes condiret exemplo.*

...m. 10. ...rm. 29. ...s Matth.

43. Fallaciſſima eſt, quæ in mundo ſpes collocatur, ejúsq; fallacia, quod cùm Platonem non latuiſſet, mundanam ſpem ſomnium appellavit vigilantium, & revera ſomnium eſt, in quo plura exhibentur proſpera, & fauſta, quæ tamen cùm minimè contingant, dum ſomniantem alunt, miſerè fallunt, ut contigit Amilcari Carthaginenſium duci: is referente Valerio cum obſidione cinxiſſet Syracuſas, & nocte ſub tentorio, ſomno reficeret defeſſa è diurno labore corporis membra, credidit vocem audiviſſe, ſibi nuntiantem futurum, ut die proximo eſſet Syracuſis cœnaturus in regio palatio. Expergefactus mane, & inſueto perfuſus gaudio, illicò juſſit, milites parari ad urbis invaſionem: ſed cum inter Siculos, & Pœnos ortum fuiſſet diſſidium; Syracuſani occaſionem nacti ſubita irruptione caſtra invaſerunt Carthaginenſium, & capto Amilcare eorum Duce victum ſimul, & vinctum inter mœnia pertraxerunt: & ita magis ſpe, quàm ſomno deceptus, cœnavit quidem Syracuſis die illa, ſed non victor, ut ſperaverat, ſed captivus, & victus; ſicque ſpes Amilcaris ſomnium, fuit ſed vigilantis.

Lib. 1. c. 7.

44. Sperant plures in pinguioris fortunæ bonis, quæ tamen cum fallacia ſint, nonniſi decipiendis ſperantibus apta ſunt: nil enim mundus poſſidet, quo poſſit ſpem veram alere, cùm ſingula, quæ continet, vana ſint, ac veluti puerilia crepundia, quibus ſpe adhæreſcere, perinde eſt, ac à vento quietem ſperare: felices non ſunt, quos mundus beatos exiſtimat; quis enim felices cenſeat, quos Scithiæ, ac Samariæ tituli, ac triginta Mitridatis regnorum diademata nobilitant? cum conſtet, infelices faſcias illas nonniſi diſcrimina, calamitates, faſtidia, vigilias, ſolicitudines, & pericula obtegere. Sunt, qui regnantibus invideant, eo quia pluribus ſtipentur clientum turbis, & tamen nemo eſt, qui minùs ſui ſit juris, quàm qui in plurimos ſibi jus arrogavit. Sunt, qui eos fortunatos appellant, qui ſibi fortunam ipſam deſponsâſſe videntur, ſed majori non gaudent hi libertate; quàm qui ampla pro carcere perpetuo palatia obtinent: & licèt fortuna videatur eos muneribus obruere, totidem tamen vinculis conſtricti, ejusdem fiunt fortunæ mancipia. Quòd ſi beatos in mundo cenſeas molles illos, & effœminatos, quos ſupra hominum capita, turbámque deſpectam throni dignitas erigit, & quorum palato peregrini nemoris aucupia, remotique piſcatus litoris inſerviunt: hi tamen cæteris ſunt miſeriores, quippe delicatioribus aſſueti ferculis immodica ſagina crudeliùs torquentur, quàm pauperes inedia, & egeſtate.

Nulla eſt in mundo vera felicitas, quæ poſſit veram ſpem alere, & ſperantes non fallere; non enim deliciarum lenocinia, ac voluptatum illecebræ, cuíque niſi ſtulto, & à ſana mente dejecto os oblinunt: fucata ſunt, quæ in mundo aliquid videntur ſolatij præſeferre: fucus eſt mundi ſplendor, in extima tantùm ſuperficie nitet, cum intus ſordeſcat; pulchrè Seneca: *Parietes miramur tenui marmore incruſtatos, cùm ſciamus, quale ſit iſtud, quod abſconditur. Et cum auro tecta perfundimus, quid aliud, quàm mendacio gaudemus; ſcimus enim ſub illo auro fœda tigna latitare. Nec tantum parietibus, aut loquearibus ornamenta prætendimus; omnium iſtorum, quos incedere altos vides, bracteata felicitas eſt.* Vana igitur volatica, & futilia, ac ſeductoria ſunt, quæ in mundo ſpes hominum alunt; extimam tantùm ſolatij, vel felicitatis exhibent ſuperficiem, cum intus nonniſi ærumnas, calamitates, pericula, & neces obtegant; Sodomiticis paria feceris pomis, de quibus Solinus, & D. Auguſtinus ajunt. Præſetuliſſe quidem in externa cute ſpeciem maturitatis, ſed ſpecioſi corticis ambitione favillacem intrinſecùs fuliginem abſcondiſſe, quæ vel levi preſſa tactu fumum exhalaverit, & poma inanẽ abibant in cinerẽ. Nihil majus à mundo ſperandum eſt: quæ enim ſperantibus exhibet, hæc nonniſi in extima cute oſtenduntur, ut alliciant, cum intus, vel fœda, vel vacua ſint: unde quæ in mundo ſpes hominum nutriunt, cortices dixeris eſſe, ſed ſine nucleo; arbores foliorum comis luxuriantes, ſed ſine pomis; flores varietate colorum depictos, ſed ſine fructu; titulos ſpecioſos, ſed ſine dominio; pallium ſine Philoſophia; concham ſine margarito; vaginam auro illitam, ſed ſine gladio; & menſam ingenti vaſorum apparatu conſtructam, 45.

Epiſt. 115.

Cap. 36.

Lib. 21 de civit. cap. 5.

ſed

ſed ſine cibis; & reverà nulli rei aptiùs mundi deliciæ, ac voluptatum illecebræ pariantur, quàm menſæ Heliogabali, quam non ad ſtomachi refectionem, ſed ad amicorum ludibrium inſtraverat, cum in hac cibi omnes è pellucido vitro ad imitationem veritatis effecti, irritandæ potiùs, quàm ſedandæ orexi, ſeu fami inſervirent.

46. Imitatur mundus eos in ſeptentrionalibus Finnorum tractibus Mercatores, qui ad nundinas inflatos vento utres deferunt, quos pretio vendant, alliciunt utres exteriùs variis depicti coloribus, auro, argentóve illiti, & icunculas depictas inter flores exhibentes; ſed intus nonniſi inanem ventum continent, quem pretio etiam vendunt. Mundi dignitates, honores, divitiæ, ac voluptates, & alia, ſi quæ ſunt nutriendæ hominum ſpei apta, hos æmulantur utres Finnorum, videntur ſiquidem in extima ſuperficie aliquid exhibere lenocinij, ſed hoc totum fucatum eſt, pictum, & fictum; cui ſi corium, ſi larvam detrahas, nonniſi inanem ventum, & purum nihil invenies. Vel ſi mavis telæ ſunt araneorum, quas Heliogabalus propoſito præmio juſſit colligi in urbe Roma ad pondo millena, ut refert Lampridius in Heliogabalo, cúmque fuiſſent decem millia pondo harum telarum ad Heliogabalum delata, exinde urbis Romæ intulit magnitudinem. Quid ni? mundi magnificentiam telæ produnt araneorum: neque quid aliud ampliùs habet homo de omni labore ſuo, déque ſpe, quam in mundo poſuit, quam telas araneorum ſe ipſos exenterantium,
34. v. 5. ſicuté Iſaias. *Ova aſpidum ruperunt, & telas araneæ texuerunt.*

47. Falluntur, qui aliquid à mundo ſperant veræ felicitatis, ac ſolatij: vana ſunt, & futilia, nulliúſque pretij, quæ mundus ſuis in nundinis vænum exhibet, vitra ſunt fragilia, quæ dum ſplendent ad minimum lapſum franguntur, & in fruſta diſſiliunt; res fluxæ, ac perpetuis obnoxiæ mutationibus ſunt, quæ videntur in regiis ſtare thronis; & aulicus eſt, perinde ac ludicra temporis, ac fortunæ pila, quæ huc, illúcque jactata, modò ſurgit, nunc deprimitur, iterum elevatur, ſed mox tandem cadit, & in humo quieſcit. Vel ſi mavis eſt mundus inſtar ſcenicæ cujuſdam repræſentationis, in qua reducta cortina, totus ille theatralis apparatus evaneſcit, & actores repentè perſonas deponunt, quas agebant: vel in qua ſpectatores ipſi, è medio fabulæ præmaturæ mortis inopino acceſſu ſubducuntur. Futilis eſt, ac larvata mundi pompa illi haud abſimilis, quam olim in apparatu Circenſi Romæ viderat Attalus Philoſophus, ubi intra paucas horas ille ordo, quamvis lentus, ac diſpoſitus tranſivit, quapropter Seneca: *Hoccine*
Epiſt. 120. *totam vitam noſtram occupabit, quod totum diem occupare non potuit? Hoc itaque mihi ipſi dico, quoties tale aliquid perſtrinxit oculos, quoties occurrit domus ſplendida, cohors culta ſervorum, lectica formoſis impoſita calonibus: quid miraris, quid ſtupes? pompa eſt, oſtenduntur res iſtæ, non poſſidentur, & dum placent, evaneſcunt.*

Quàm igitur fallaces ſunt hominum 48.
ſpes, quæ in mundo ab iiſdem ponuntur. Qui in mundo aliqua laborat ægritudine firmam, ſtabilémque ſperat valetudinem; ſed ſpes hæc fallax eſt, & vana, quia mortalitatis ſecum trahit oblivionem, & cum vitiis adhæſionem: alius, qui benè valet prolixiorem ſperat vitam, ſed hæc ſpes fallax eſt, quia diuturnum duntaxat ſperat carcerem, in quo ſperans plura ferat, videátque, quæ nollet. Alius proſperos ſperat annorum exitus, ſed deceptoria eſt hæc ſpes, quia inde dolendi, pudendiq; uberiorem inveniet materiam. Hic gaudere in mundo ſperat, ſed fallax eſt hæc ſpes, quia nonniſi luctum, & lachrymas è mundo elicit; quamvis enim ſperantes in mundo ridere videantur, ſeducti tamen intus lachrymis madent, dixeritque propterea Plutarchus, nil aliud eſſe mundi lætitias, quàm ejulantes riſus: riſus enim ſunt, ſi extimam vultûs ſpectes ſuperficiem; ejulatus verò, ſi detracta larva, quod ſub vultu eſt, introſpicias; nimirum, ſi rem cenſeas ex ſpecie, riſum cenſes eſſe; ſin verò ex veritate luctum. Seducitur igitur, qui ſe duci extima mundialis lætitiæ ſpecie ſinit; eſt enim hæc lætitia adſcititia larva luctui tantùm obtegendo, lachrymíſque occultandis accommodata, quapropter monet D. Auguſtinus, ut caveamus, ne nos mundi ſolatia ſeducant, ait ipſe: *Nolite ſeduci gau-* In Pſal. 125
dio rerum humanarum, flenda in rebus humanis advertite. Mundi ſiquidem ſolatium luctu eſt gravidum, & lachrymis refertum, quod ex eo probè conjicitur, quia poſt ingens gaudium, effuſámque lætitiam, ſoleant & lachrymæ ſuboriri, quia mundi gaudium nonniſi lachrymas parturit, Quod mundi gaudia concipiunt, hoc in lucem edunt, hinc Prudentius apposité cecinit.

Gaudia concipiunt lachrymas, dant gaudia fletum.

Non enim ab hoc utero lachrymis refer- 49.
to alium poſſumus expectare fœtum, quàm fletum; cum & ipſum mundi gaudium nonniſi in luctum deſinat, dicente Salomone. *Extrema gaudij luctus occupat*, viride lignum aqueo refertum humore, ſi igni admoveatur, larvam mundano gaudio detrahit, & quale ſit, exhibet; ſiquidem poſt emiſſa ingentia fumi volumina, ignem tandem in uno concipit extremorum, ſed ſimul ex altero lachrymas fundit. Qui in mundo ſplendere videntur, in dignitatum culminibus conſtitui, ubi nonniſi fumi volumina ſurſum emiſſa ſedentes in throno obnubilant, ſplendorem flammæ imitantur, ſed ſimul ardentis ligni lachrymas fundunt, quibus madent, qui in mundo ſperârunt.

Non

Digitized by Google

70. Non ſolùm mundi dignitates, ſed & deliciæ viridi ligno pares ſunt; tametſi ægrè in ſimulatæ lætitiæ flammam erumpant; in veras tamen deſinunt lachrymas, ut obſervavit S. Cyrillus Alexandrinus, inquiens: *Deſinunt in lachrymas deliciæ*, & eò ſunt amariores, quò videbantur dulciores eſſe. O ſpes mortalium inanes! ſunt etiam, qui in mundo non ſolùm ſperant, cum vivunt, aliqua donari felicitate; verùm etiam poſt fatum aliqua inſigniri gloriâ, & apud poſteros nomen relinquere ſuperſtes, vel amplam in ipſo funere laudationem enanciſci. An non craſsè decipiuntur ita ſperantes? quid quæſo ſolatij, ac oblectamenti poteſt adferre picta domus cæcutienti? quid arguta philomela ſuo poteſt ſurdo prodeſſe cantu? quid poſt naufragium poteſt malacia merſos juvare; ſi jam navis merſa cecidit in imo pelagi, ſi nautæ omnes perjêre? Quid mortuum juvat ab ignotis nobile extorquere teſtimonium? Ita eſt vento paſcitur ſpes humana, quæ fallere propterea poteſt, non verò alere, ut inde diſcamus, nonniſi fallaces, ac deceptorias eſſe ſpes hominum; quarum fallaciam etiam Mythologorum narratio accommodato Apologo exprimit. Ingreſſus caulam bubulcus fuerat, ubi boves extra morem, ac conſuetudinem lætos deprehenderat, cauſam ſciſcitatus hujus inſoleſcentis lætitiæ, reſponderunt boves, quia ſperamus hunc diem in pinguiſſimis paſcuis abſque labore à nobis tranſigendum; quibus Bubulcus ſubjunxit, & quiſnam ò mei boves in hanc ſpem prorſus inanem vos impulit; reſponderunt unanimes, id in futurum ſomniavimus: ad quæ ſtatim Bubulcus: nolite his ſomnijs fidem præſtare, vos enim deceperunt, & quàm falſa ſint, ſtatim deprehenderis, quia ipſemet longè aliud de vobis ſomniavi, nimirum vos totam hanc diem mihi araturos campum. Nos etiam brutarum animantium ſomnia erudiunt, noſtróſque nobis mores objiciunt: plerumque una cum animantibus paſcua ſperamus pinguiſſima, ſeu opes, honores, delicias, & voluptates ſomniamus, quæ tamen perinde ac ſomnium ſtatim evaneſcunt: plures ſunt, qui Metelli ſperant fortunam, & perpauci, qui eam obtineant.

In cap. 8. Amos.

71. Refert Sigebertus. Judæum quendam Magum Saracenorum Principi, cui nomen Zizit Principatum promiſiſſe quadraginta annorum, ſi è ſuis ditionibus ſacras omnes deleviſſet imagines: quidni ſpe illectus diuturni dominatus ſacras ſuſtulit imagines, ſed & Deus ipſum etiam ſtatim delevit è vivis, à quibus fuit repentina morte ſublatus, ut inde diſceremus, quàm vanæ ſint ſpes hominum, quæ vix conceptæ moriuntur priùs, quàm oriantur; areſcunt priùs, quàm floreſcant, *Nihil enim*, ait Auguſtinus, *tam inimicum eſt ſpei, quàm retro reſpicere*, nimirum, quàm in rebus fluxis, quæ prætera labuntur, & tranſeunt edoceri. Apologum exhibet Terentius; cuiusdam piſcatoris, qui minutum piſciculum rete traxerat, & quia ægrè tulerat libertatem amiſiſſe, & carcerem in rete fuiſſe ingreſſum, nitebatur piſcatori perſuadere, quò priſtinæ eum reſtitueret libertati, eò quia eſſet piſciculus adhuc minutus, qui parum vel nihil poſſet eidem prodeſſe; & ſatiùs fore, ſi libertate donatus aleretur in aquis, & grandior factus iterum piſcatoris rete ingrederetur, eò quia tunc utilior eſſet ſagenæ, cum emptoris menſam poſſet pleniùs ornare; ſed piſcator piſciculo callidior repoſuit, delirus eſſem, ſi incertiſſima vellem certis præponere. Quòd tu priſtinæ reſtitutus libertati ſis corporis incrementa ſobiturus; & grandior factus iterum meam ingreſſurus ſagenam, id incertiſſimum eſt; nec tibi fido, qui cum parvulus libertatem amiſeris ex tali ingreſſo in meam ſagenam, velis grandior, & callidior factus eandem ingredi, ut meæ ſis ſagenæ utilior, & emptoris menſæ aptior; non paſcor hac ſpe, nec tam vanam ſpem pretio tuæ libertatis emam: ſufficit mihi te quamvis minutum rete traxiſſe. Ex hoc apologo edocemur, quàm vili, flocciſque ſint faciendæ humanæ ſpes, cum omninò incertæ, imò & vanæ, ac falſæ ſint.

In Chron. anno 724.

Tom. 10. de verb. Domini ſerm. 29. cap. 5.

In Adelph. act. 2. ſcen. 2.

§. VI.

Spes humana licèt fallax, umbratilis, & vana, ea tamen ipſi vis ineſt ſperantes alliciendi, ut hi ſola ſpe illecti omnes ſubeant labores, atque in omnia injiciant vita diſcrimina.

72. SPem humanam in rebus mundi fluxis poſitam priſci homines expreſſuri, arborem pinxêre ramorum proceritate celſiſſimam ad fluminis ſitam margines, quæque prona in flumen brachia expanderet. In arboris vertice puellam facie decoram, ac habitu corporis venuſtam collocârunt, aureis tamen illigatam catenis, quæ cum imminentem arboris ruinam ex continua fluminis alluvione cerneret, deſcenſum ex arbore tam periculoſa moliri nitebatur, ne caule radicitùs ſubruto præceps in aquas raperetur: omnem tamen puellæ niſum catenæ aureæ, quibus detinebatur colligata fruſtrabant. Hujus mundanæ ſpei radices ſuas in rebus mundi fluxis agentis hæc eſt interpretatio; homo ex Platonis placito arbor eſt ad tempus, perinde ac ad fluvium rapaciſſimum ſita, quæ in dies ruinæ, ſeu morti ſemper proximior magis, magiſque inclinatur, puella vertici innitens hujus arboris ſpes ipſa eſt rebus nixa humanis; hæc ſuum ipſa caſum utcunque proſpicit, ſed quia aureis detinetur vinculis; hoc

eſt ingentibus promiſſis, libertatem, quam excupit, non obtinet.

53. Quamvis ſpes humana fallax ſit, & vana, ea tamen ineſt ipſi vis homines alliciendi, ut nil agant iſti in rebus humanis niſi ſpe illecti, hâc enim ſtimulati ardua quæque aggrediuntur. Hac Duce Mercatores maria trajiciunt, labores exantelant, terrarum tractus discurrunt lucri causâ, quod inde ſperant: ſpe pacis bella geruntur, milites congregantur, exercitus componuntur; conflictus inſtituuntur, & utrinque ſanguis funditur: ſpe favorem, & gratiam Principis aucupandi, frequentantur palatia Principum, teruntur aulæ, exhibentur obſequia, impenduntur ſervitia, tolerantur incommoda: ſpe meſſis colonus tellurem excolit; eò quia nunquam ſine aliqua uſura ſibi concredita reſtituat ſemina: proinde gremio emollito, ac ſubacto ſemen ſpargit, & occatione inſepelit, quò tepefactum diffundatur, & eliciat herbeſcentem viriditatem, quæ nixa fibris ſtirpium ſenſim adoleſcat, culmóque erecta geniculato vaginis jam quaſi pubeſcens includatur, è quibus tandem emergat, & frugem fundat flaveſcentem: quales non ſubeunt agrorum cultores in campis excolendis, ſeminibúsque jacendis labores; ſolum diligenter disquirunt, num pingue ſit, vel macrum; ſpiſſum, an diſſolutum; calculoſum, an glareoſum, deinde aratro ejus proſcindunt duritiem, donec ſuſcipiendis, fovendíſque ſeminibus apta tellus everſa fiat: adeò ut ſola ſit ſpes alicujus commodi, vel lucri; quæ labores omnes ab hominibus extorqueat, & tamen vana ſunt plena labore: & ſolicitudine, quæ ſpes hominum in mundo alunt.

54. Id ediſſerit Sapiens, qui poſtquam ædificâſſet ſibi domos, plantâſſet vineas, ad delicias, hortos, & pomaria diviſiſſet; piſcinas aquarum exſtruxiſſet, germinantium lignorum ſylvas irrigaturus. Acceríiſſet in famulitium ſervos, & ancillas, armenta quóque, & ovium greges, congeſſiſſet acervos auri, & argenti, & nihil denegaviſſet oculis ſuis, nec quidquam prohibuiſſet cordi ſuo, quin omni frueretur voluptate, séque oblectâſſet in his, quæ præparaverat, adhuc tamen hæc omnia nonniſi vana, vacua, & fluxa eſſe, cum noviſſet, dixit. *Cum me convertiſſem ad univerſa opera, quæ fecerant manus meæ, & ad labores, in quibus fruſtra ſudaveram, vidi in omnibus vanitatem, & afflictionem animi, & nihil permanere ſub ſole:* vix potuiſſet Eccleſiaſtes luculentiùs mundanæ ſpei, ac vanitatis telam ordiri pertexendam, quàm à proprio ſuo inſtinctu, ſeu ab ipſa regia majeſtate, in qua plura ſe produnt vanitatis argumenta; quò enim ampliora ſunt, & grandiora, quæ in mundo ſperantur, eò uberiora præbent vanitatis documenta: ipſa Salomonis majeſtas tanta fuit, quæ à ſacris litteris in ſymbolum divinæ Majeſtatis uſurpetur: ſiquidem Salomon ex aureo ſuo, eburneóque ſolio jus ſuum in vitam, necémque ſubditorum non ſolùm nullo contradicente exercuit; verùm etiam longè, latéque dominatûs tributa à finitimis Regibus non invitis exegit; ſplendor familiæ plurimum addidit Regiæ Majeſtati decoris: in ipſa regia obſequijs quadraginta octo millia hominum referente Joſepho Hebræo, addicta fuerunt: ut mirum non ſit, ſi Salomonis cibus legatur comprehendiſſe diebus ſingulis triginta coros ſimilæ, & ſexaginta coros farinæ, decem boves pingues, & viginti boves paſcuales, ac centum arietes exceptâ venatione cervorum, caprarum, bubularum, aviúmque altilium.

Eccleſ. cap. 2.

Lib 8. antiq. cap. 2.

3. Reg. cap. 4.

55. Cúmque Salomon nil humile, ac abjectum animo volveret, ea ad ampliorem magnificentiam publica, ac privata conſtruxit ædificia, quibus ſuum nomen à voraci tueretur Saturni dente, ac immortalitati conſecraret: nemo enim eſt ſacris litteris, vel in primis duntaxat labijs imbutus, cui non innoteſcat templum illud gentium omnium teſtimonio celeberrimum, cui excitando per plures annos quadringenta millia hominum ſuos impenderunt labores, ſudoréſque ubertim fuderunt, cujus lapides à candido marmore nonnunquam tantæ erant magnitudinis, ut excavati pro ædibus mediocri familiæ viſi ſint ſuffeciſſe: erant ſiquidem quinquaginta pedum longitudinis, & viginti quinque latitudinis, ſexdecim altitudinis. Plures etiam conſtruxit regias marmore incruſtatas, cedro veſtitas, auróque illitas, quò nihil iiſdem deeſſet ſplendoris. Huc etiam pertinet hortorum amœnitas, quibus excolendis non minus Salomon impendit operæ, quàm Semiramis hortis ſuis penſilibus, aut Cyrus nobiliſſimis quondam plantarijs, quibus ſummè delectabatur. In hortis ſiquidem Salomonis adeò concinnè omnia in pergulas opere topiario veſtitas, in areolas, ac pulvillos diſpoſita erant, ut pavimentum variis exhiberetur coloribus teſſelatum, in quo ars, & natura de propria viderentur excellentia certare. In hiſce flores vernabant exotico cultu, ac colore nobiles: rariora orbis totius germina oculos alliciebant, ut & arbores alio ſub climate educatæ, & illac aſportatæ. Quin & in ſubſidium tantæ amœnitatis fuerunt, & fabulæ accerſitæ, adeò ut Heliades ramoſa protenderent brachia, & formoſa Daphne in frondes ſeſe diffunderet, & aliæ id generis amœnitates in ſenſuum oblectamenta ſe verterent.

56. Quòd ſi velimus recenſere conviviorum luxum, & pompam, gentiſque omne venationis,

tionis,

Digitized by Google

tionis, & aucupij Salomonis, nullum in hiſce parem habuit, quamvis conqoeſtus fuerit aliquando Seneca *de provid. cap. 3.* de ijs, quibus gemma miniſtratur, in qua exoletum vinum ſuſpenſa auro nix diluit. Tandem quidquid ſpes humana valuit attingere; id omne poſſediſſe Salomonem, faretur ipſémet inquiens. *Quidquid deſideraverunt o-*
Eccleſ. c. 2. *culi mei, non negavi eis, nec prohibui cor meum, quin omni voluptate frueretur, & oblectaret ſe in his, quæ præparaveram*, & nihilominus licèt nil ad cumulum tantæ felicitatis videretur addi poſſe; hanc tamen cum fuiſſet Salomon expertus, ac intimiùs mundi ſolatia introſpexiſſet, nonniſi vanitate cumulatam mundi felicitatem damnavit, cùm dixit. *Vidi in omnibus vanitatem, & afflictionem animi, & nihil permanere ſub ſole:* ecce ſpes hominum ſola aluntur vanitate. Si enim quæramus, ubi nunc ſint exculti penſiles horti Semiramidis; nobiliſſima Cyri plantaria; Platanus illa aurea, quam Pythius Bythinius Dario Perſarum Regi dono dedit; ubi vitis illa æquè nobilis, ac pretioſa opus Aminthæ, cujus uvæ ex gemmis pretioſiſſimis erant coagmentatæ; ubi Salomonis divitiæ; ubi palatia non marmore duntaxat parietum, ac columnarum ſpectanda, ſed etiam laquearibus auro illuſis tecta; ac pavimentis non ſcopâ purgatis, ſed ſpongiâ mundatis, nováque aſarotis depictis figura: nunc ex tot inſignibus ſubſtructionibus, nec rudera quidem ſuperſunt, quæ indicent illis in locis fuiſſe olim ædificia illa extructa: quia vana ſunt, & fluxa, quæ in mundo ſperantur æternùm duratura, & hominum ſpes alunt.

17. Nil æquè in terris homines admirantur, quàm Principem ſupremum, qui in omnes jus vitæ, & necis exerceat: & tamen hæc regia Majeſtas, quæ ſummo ab hominibus habetur in pretio, nil eſt, quàm exiguus ſplendor, qui morte illicò extinguitur, & ſepulchrales reſolvitur in cineres, Regiam enim Majeſtatem poſt puſillum temporis vilis urna concludit, & in ſarcophago putridus vermis corrodit. Quid fuit ſupremum illud jus in Principe in alienam vitam, & necem, cum propriæ vitæ, & mortis nullum concedat arbitrium? Vanitatis damnantur hæc, quæ tanto in pretio apud homines habentur, quapropter exclamat Jeremias. *Maledictus homo, qui confidit in homine.* Cap. 17. Eſt quidem mundus ſpebus refertus, ſed vanæ ſunt, ait Bernardus, mundi ſpes miſeræ, inutiles, ac ſeductoriæ, ac proinde iiſdem adhærendum non eſt, ut igitur ſpes humana vireſcat, ac floreat in meliori, eſt ſolo ſerenda, hoc eſt in ſolo Deo, quia ut ait Regius Vates. *Beatus cujus Deus Jacob adjutor ejus, ſpes ejus in Domino Deo* Pſalm. 145. *ipſius*, non meminit David Abrahami, nec Iſaaci, ſed tantùm Deum exprimit Jacob, & quidem non ſine myſterio, quia veræ ſpei ſymbolum Jacob fuit, cum è paterna domo ſolus abierit, exul, egenus, vixque palliolo opertus; adeò ut tota ejus pretioſa ſupellex baculus fuerit: nimirum ſpem ſuam in rebus hiſce, fluxis, ac terrenis locatam noluit, ſed in ſolo Deo, ideóque ejus ſpes, quia ſuas in feraci ſolo radices egerat, viruit, floruit, ac optatos dedit fructus: redjit enim Jacob in patriam, non jam pannoſus, & mendicus, ſed grandi familia, & opibus auctus, proinde ſcitè David, Beatum vocavit eum, qui ſicut Jacob ſpem ſuam in ſolo Deo collocat: *Beatus cujus Deus Jacob Adjutor, & ſpes ejus in Domino Deo ipſius.*

DISSERTATIO VI.

Inops eſt, ac egena ſpes, quæ mundi divitijs acervandis paſcitur.

§. I.

Auri, argentíque pondera, quibus inhiant ſperantes in mundo; miſerijs preſſos non alleviant, ſed preſſiùs aggravant.

1. SUnt, qui mundi commodis inhiantes, ſpem ſuam in divitijs ponunt, putantes poſſe in ipſis ſuas radices figere, ac optata ſubire incrementa: ſed divitiæ eos fallunt, quorum ſpes alunt, non enim commoda, & delicias producunt mundi divitiæ, ſed ſolicitudines, curas, & labores, quibus miſerè torquentur, qui divitijs congerendis incumbunt. Imò pleramque non diteſcunt homines congeſtis auri, argentíque ponderibus, ſed inde ad extremam faciliùs reducuntur inopiam, ſitque propterea inops, & egena hominum ſpes, quæ mundi alitur divitijs; homines enim divitijs affluentes, & delicijs diffluentes affinibus ijsdem inficiantur vitijs, quibus à ſummo Bono avertantur, & non niſi extremam poſſunt inopiam experiri, cum in ſummo Bono tantùm comprehendatur quidquid poteſt commodi, ac utilis hominibus obtingere: ſunt enim divitiæ ut plurimum alimenta vitiorum, & peccandi inſtrumenta, adeò ut ſcitè dixerit Eucherius, *quædam ſocietas nominis ineſt duabus hisce rebus vitijs, & divitijs.* Imò non ſolùm nomine, ſed & re: vix diſtant vitia à divitijs, quæ auri, & argenti ponderibus hominem aggravant, ac in humum deprimunt; quò vitiorum cœno coinquinatus nequeat per exercitia virtutum ſurſum aſcendere, & vitam vivere hominis, quæ per vitia in vitam degenerat brutæ animantis. *De contemptu mundi.*

2. Quid aliud eſt vita hominis, quàm quidam ad cœlum aſcenſus? nemo autem in altum aſcenſurus ſuperfluis ſe ponderibus onerat. Non mirum igitur, ſi divitijs affluentes vitijs indulgeant, & cœnoſis mundi adhæreant lacunis: nil auro gravius, hoc homines gravantur, & premuntur, ne ſurſum aſcendant, quapropter etiam Job. Cùm divitijs afflueret, ſentiens hanc gravedinem dixit: *Factus ſum mihimet ipſi gravis*, *Cap. 7. v. 20.* imò divitiæ non tantùm aggravant, ſed & ligant, ſunt enim opes aureæ compedes libertatem adimentes, & licèt ornamenta putentur corporis, impedimenta ſunt tamen animi: nec credas, divites dominium ullum in ſuas exercere divitias, plus enim divites divitijs ſerviunt, quàm divitiæ divitibus. Vide, quàm vanæ, ac deceptoriæ ſint hominium ſpes, quæ in mundi divitijs collocatæ, creduntur inde aliquid poſſe veri ſolacij adferre. Eos hamant divitiæ, à quibus ipſæ amantur, irretiunt divitiæ in ijsdem ſperantes, non ut locupletent, ſed perdant: hilari quidem facie ſe hominibus ingerunt, auri ſplendor, argentíque nitor; creduntur propterea veluti ſolares radij poſſe triſtitiæ nebulas è mente excutere mœrentis hominis, & ridentem advehere ſerenitatem: ſed hic ille eſt error, qui multorum mentes invaſit; putant riſum, & gaudium poſſe à divitijs fluere; credunt poſſe ſperantes in divitijs verâ diteſcere lætitiâ, & ideo falluntur; divitiæ enim lætitiam abigunt, non invehunt; perſonatam circumferunt faciem, licèt in extima ſuperficie ridere videantur, & arridere; intus tamen ſolicitudines, curas, moleſtias, dolores occultant, quibus dirè excruciantur, qui divitijs videntur affluere: pulchrè S. Chryſoſtomus ait: *Divitiæ lætam habent perſonam, interna autem plenæ ſunt fuligine.* *Homil 38. in epiſt. ad Corinth.* Quid fuligo niſi fumus? & quid fumus niſi interni doloris pater? ciendis enim lachrymis, venuſtatíque faciei denigrandæ tantùm eſt fumus aptus; quò inde diſcamus, quàm fœtæ ſint divitiæ doloribus, & ærumnis, cum lachrymas eliciant; neque credas exiguas eſſe curas, quæ divitis mentem pungunt, & lancinant. Divitias enim qui congerunt perpetuis curis, animique cruciatibus uberem ſuppeditant materiam: cùm enim per ſe diffluant, ac in profanos diſſipentur uſus, vel ſaltem morientem deſerant, nonniſi acerbi doloris vulnus infligunt.

Qui

3. Qui congeſtas nitantur divitias aſſervare, hi procul dubio aſpidem proprio fovent in ſinu, cujus veneno miſerè pereunt; quin & viperinos fœtus, qui viſcera lethali morſu corrodunt. Divitijs affluentes interroga, ſi moleſtijs angantur, ſolicitudinibus premantur, ac curis diſtorqueantur, ſi tranquillè nocte indormiant, ſi plures & plures ducant horas inſomnes? & quid aliud à tot diurnis, nocturníſque curis, ac vigiliis expectandum, quàm gehennale incendium, quo immodicum divitiarum deſiderium æternùm ardeat, ſimúlque divites torqueat; imò etiam cum vivunt, mortem ſentiunt: tot enim curæ, & vigiliæ non poſſunt non omnem ſuccum, ac ſanguinem exſugere, cor pungere, pectus vellicare, & viſcera omnia excruciare. An non à ſana dejicitur mente, qui ſuam in mundi divitijs ſpem collocat, ut inde aliquid hauriat ſolatij, & commodi? divitiæ vitiis viam ſternunt, & ad æternos cruciatus proclive aperiunt iter; nil ſperandum à divitijs niſi tormenta, & cruciatus; vana eſt propterea, & deceptoria ea hominis ſpes, quæ ſuas in divitiis radices agit, quò inde aliquem veri ſolatii fructum decerpat. Quis non dicat, eos infelices, ac mente cæcutientes, qui dies, noctéſque torquentur ob caduca fortunæ munera, ob viliſſimas terræ fœces, quæ animum coinquinant, vitia fovent, & æternos accerſunt cruciatna?

4. Quòd ſi intimiùs introſpiciamus quid revera ſint mundi divitiæ, quibus ardentiſſimè homines inhiant, certè vel vacua ſunt habenda ſimulacra, vel fugaces umbræ, vel *ſomnia* etiam nocturnam quietem excruciantia: teſtes hnc voco ex Aula Pharaonia duos illos Palatinos, quorum alter pincernis, alter piſtoribus præficiebatur, utrique in carcere vincto eadem nocte objectum fuit ſomnium, officiis, quæ geſſerant, rerúmque [Geneſ. c. 40.] eventui congruens: *Videbam*, ait Pincerna *coram me vitem, in qua erant tres propagines, creſcere paulatim in gemmas, & poſt flores, uvas matureſcere:* ſomniavit Pincerna habere ſe in manu Regis calicem, & in eum uvas expreſſiſſe recenter obortas è tribus illis palmitibus, potúmque obtuliſſe Pharaoni. Piſtori verò in ſomniis viſa ſunt caniſtra tria ſupra caput, ac in ſuperiori cibos regios aſſervari, & qnidquid arte piſtoria elegantius conficitur, ad quod tamen deſcendentes aviculæ bellaria illa, ac pulmenta omnia rapuêre. Hæc ſomnia, quæ opulentiam divitiarum indicaverant, triſtitiâ ſomniantes excruciârunt; utrumque enim oblatum ſomnium triſtem, ac mœrore preſſum tenuit, ac futurorum expectatione ſuſpenſum. *Solicitudo*, ait Lippomanus, *cauſa eſt ſomniorum, quiſque ſomnium vidit de ſuo negotio.* Nimirum utrique noctu objicitur, quod diu mente volvebat, & quia in aula Pharaonis nonniſi opulentiam cogitaverant, hanc ſomniant, & ex ſomnio nonniſi mœrores, ac triſtitias hauriunt, quia ſomniatæ divitiæ nonniſi curas germinant, & ſpinas; quibus mens diu torqueatur; ſitque propterea faciliùs litora invenire maris ſine arenis, montes ſine feris, valles ſine umbris, inſulas ſine ſerpentibus, prata abſque viretis, ſylvas ſine avibus, & abſque piſcibus fluvios, quàm divitiis affluentem ſine cnris. Quàm vanæ igitur, ac inanes ſint hominum curæ, ex ſomniis Eunuchorum conjicitur: ſiquidem de honore proximo, ac de tranſactis deliciis, déque opulentia, quâ olim abundabant, in ſomnio ſolicitè cogitant, & expergefacti triſtantur, ac mœrore abſumuntur. Quid aliud divitias dixeris, quàm ſomnia, *Fac* ait Auguſtinus: *hominem in ſomnio vidiſſe, ſe* [In Pſal. 72.] *inveniſſe theſaurum: dives eſt; ſed donec evigilet: ſi non evigilâſſet, dives eſſet.*

5. Solatium igitur, quod afferunt divitiæ in ſomnio duntaxat contingit, & cum ſomnio elabitur, ac extinguitur: quotquot divitiis inhiant, ſomniantibus haud abſimiles credas, ut & quotquot divitiis affluunt; ideo aliquid ſibi videntur ſolatij experiri, quia nondum evigilârunt, quia adhuc ſomniant, expecta donec evigilent, & tunc triſtes ac mœrore confectos eos ſpectabis. Sed ſi Pharaonis Eunuchi de vini redundantia, ciborúmque affluentia, ſeu de divitijs ſomniârunt, quomodo Joſeph ſomniorum interpres eos triſtes vultu, & animo dejectos vidit? quia cùm primùm homines divitijs ſive vigiles, ſive dormientes adhæreſcunt, curas, ſolicitudines, triſtitias, ac mœrores ad ſe accerſunt; imò divitias ſomniant Eunuchi non libertate donati, ſed ſqualido vincti in carcere, quia ut ſcitè D. Ambroſius libro de bono mortis: *Eſt laqueus in auro, viſcus* [Cap. 5.] *in argento, nexus in prædio, clavus in amore: clavi ſunt omnes paſſiones.* Quòd ſi clavi manus, & pedes transfigentes, ac illaqueantes ſunt animi paſſiones, procul dubio laquei, & clavi ſunt deſideria divitiarum, & ſpes, quas homines divitijs inhiantes fovent, quò inde conjiciamus tot laqueis circumſeptum, tot clavis transfoſſum divitem, quot curis affectum, ac moleſtiis excruciatum: ubi enim divitiæ, ibi curæ germinant.

6. Theſaurum fortaſſis invenit agricola, dum ſuo incumberet aratro, glebáſque telluris proſcinderet; inventas pecunias cogitabundus domum defert; ſed ſimul curis torquetur, nec loquitur, nec comedit, inſomnem conſumit noctem, mente volvens, ac revolvens, quomodo tantâ pecuniâ uti deberet: & tot, tantiſque recurſantibus curis ſe ruſticellus immerſit, ut earum pondere preſſus miſerè vixerit, ac infeliciùs perierit divitijs affluens, qui inops, & pauper lætus, ac jucundus vixerat. Divitijs cùm difflueret David tunc acumina ſenſit ſpinarum, dolores expertus lachrymis maduit, ac [Pſalm. 30.] dixit: *Defecit in dolore vita mea, & anni mei*

in gemitibus, tametſi omnium ſui temporis Regum ditiſſimus eſſet David, dolet tamen, & gemit, & eò uberioribus madet lachrymis, quò amplioribus abundat divitijs: creſcit enim cum opulentia ſolicitudo, ac mœror, imò etiam ſtupor, adeò ut divitiæ, cùm poſſidentur ſtupidos efficiant ſuos poſſeſſores. Rete plenum piſcibus è mari ad litus trahebat D. Petrus piſcator, cúmque trahendo ponderi pares non eſſent vires, ſocios vocat in ſubſidium, quorum ope captos piſces poſſet ad littus trahere: cùm primùm verò retium pondera, ac piſces in ijsdem captos ſenſit, cœpit ſtatim eum ſtupor occupare:
Luc. 5. v. 8. *Stupor circumdederat eum, & omnes, qui cum eo erant in captura piſcium.* Quid? quòd ſtupor Petrum, & ſocios omnes, & non potiùs ingens gaudium, ac lætitiæ jucunditas occupat? ideo Petrus retia expanderat, ut piſces caperet, quos ſperaverat: ſi ergo ſpes eum non ſefelit, cur obſtupeſcit, & non potiùs lætatur? quia nimirum ubi opulentia divitiarum accedit, ibi ſtupor, & pavor, ac ſolicitudo ſequitur: retia ſua pandunt divites, ſed dum opes ſperant, timorem, ſolicitudinem, ac ſtuporem ſimul colligunt, & expiſcantur.

7. Hinc etiam dives ille Evangelicus, qui ſi non opulentiam ab aquis extraxerat, locupletiorem tamen meſſem è ſuis campis collegerat, cogitationibus perturbatus, mœrore, actriſtitia preſſus aiebat anceps hærens, ac ſuſpenſus veluti fune tortus: *Quid faciam, quia non capiunt horrea triticum*, tunc cœpit turbari, ac moleſtiis angi, cùm primùm incepit uberiori dileſcere meſſe. Mirum tamen, quòd cùm divitiæ nonniſi ſolicitudines, moleſtias, ac curas ſecum trahant, adhuc tamen eo ijsdem inhiant deſiderio homines, ut in ipſis ſpes ſuas omnes poſitas velint: alunt quidem divitiæ ſperantes in ipſis, ſed ſimul fallunt; ſpondent ſolatia, & porrigunt ſolicitudines; commoda, & gaudia promittunt, & exhibent mœrores, ac curas: & nihilominus, adeo ſunt homines deliri, ut ſe illis addicant, ac mori potiùs ſeligant, quàm divitijs non inhiare, & ſpem à ſe abigere, quam in ijs conceperant. Protulit Deus ſententiam mortis con-
Joſue 7. tra quemcunque, qui auſus fuiſſet aurum, vel coccinum ſurripere ex Jerichontinis ſpo-
Joſue 7. v. 15. lijs. *Quicunque fuerit deprehenſus comburetur igne*: ſed Acham, qui præ cæteris inhiaverat divitijs illis, ac ſperaverat ea occaſione ad pinguiorem aſcendere fortunam, maluit Numinis præceptum transgredi, quàm ſpem diteſcendi à ſe excutere, ſed convictus de furto promeritam mortis pœnam
Joſue 7. v. 25. ſubijt: *Lapidavitque eum omnis Iſrael; & cuncta, quæ illius erant igne combuſſit.* Sed ſi lata à Deo ſententia fuit, ut deprehenſi in furto eſſent flammis tradendi, ac igne abſumendi, cur Acham lapidibus obruitur, non flammis abſumitur? an quia combuſtus ſupponebatur eò quia bona ſurrepta, quæ ſervaverat jam incendio perieraot? ita eſt: tamdiu Acham viſus eſt vixiſſe, quamdiu ſurreptas opes ſuo ſervavit ſub dominio; extradiuis autem illis incendio, ac flammæ, unà cum ipſis etiam Acham igne periit; cor enim Acham in congeſtis illis divitijs hærebat, nec potuit ab ipſis divelli; & ibi vita extinguitur, ubi cor deficit: cùm igitur perierint in flammis Achani opes, combuſtus & ipſe ſupponitur, ac Numinis ſubijſſe pœnam furibus infligendam, *Quicunque fuerit deprehenſus comburetur igne.*

Quàm vanæ igitur ſunt humanæ ſpes, 8.
quæ divitijs aluntur, non vitalem ullum inde ſuccum attrahunt, ſed venenum hauriunt, tam enim noxiæ ſunt cordi divitiæ, quàm homini venenum, quapropter ſcitè Pſalm. 61.
aiebat David: *Divitiæ ſi affluant, nolite cor apponere.* Sed cur Regius Vates jubet cor præcavere à divitijs? an quia ſit cor ſons ille primarius, à quo rivuli ſcatuoriunt omnium humanarum paſſionum, & affectus, proinde etiam ipſa ſpes, quam Propheta vult à divitijs avulſam? rectè ſuadet, ne ſinamus, ſpem noſtram in mundi divitiis radices agere; eò quia ſteriles ſunt, & exuccæ, indoneæ noſtræ nutriendæ ſpei, quæ propterea, vel exareſcit, vel nonoiſi in ſenticeta, & ſpinas degenerat; nullum germinans ſolatij viretum, nullum veræ lætitiæ florem, nullúmque utilitatis fructum. Vel monet David, quò à divitiis cor noſtrum præcaveat, quia divitiæ vel lethale ſunt virus, vel exitiale propinant venenum, quatenus divitiæ vitia accerſunt, quibus eblandiuntur, & ſicut venenum cùm primùm ebibitur cor impetit, ita & divitiarum curæ cor invadunt, quod inficiunt, ac enecant; neque atrocius homini ſupplicium ullum forraſſis poteſt infligi, quàm ſi divitijs præcordia tradat, ubi David ait; *Tranſierunt in affectum cordis*, Aquila legit; *tran-* Pſalm. 72.
ſierunt in ſpeculationes cordis; & alij: *tranſierunt in picturas cordis*; quia ſperantes in divitijs inoumeras evoluunt ſpeculationes, quibus torquentur in corde, & animo excruciantur; noctes ducunt inſomnes, quò varios excogitent modos, quibus poſſint diteſcere; plures depingunt figuras, effingunt cogitationes, quibus, quas jam congeſſerunt divitias ſeruent, cuſtodiántque: imò pleraque etiam ſomniant lucra, quibus acervatas adaugeant; quæ omnia tormentum ingerunt, & cruciatus invehunt, quibus divitijs affluentes non delicijs diffluunt, ſed ſupplicijs torquentur; quia ubi magnæ opes, ibi majores & curæ. O infelicem, o delirum, qui ſpes ſuas in divitijs collocat, quæ priùs quàm poſſideantur labores exigunt, ſudores, & lacrymas eliciunt; & cum poſſidentur, curis, ſolicitudinibus, ac moleſtijs ſuos diſcruciant, affligúntque poſſeſſores! neque coacervatæ, & poſſeſſæ, cupi-

dita-

ditates extingunt, ſed intentiùs inflammant, ut acriùs urant, ac torqueant.

9. Accerſe divitijs inhiantem, ſuas in pecunijs ſpes ponentem; & hunc videbis vel elementa concutere, vel marinos tractus trajicere, ac periculis obviare procellarum; vel contumacem telluris ſinum effodere, & intimiora viſcera penetrare; vel cœlum votis fatigare; vel de aëre conqueri, nunc nubibus fœdo, nunc pluvijs madido, eò quia ſibi haud faveat proficiſcenti, vel ejus condemnare ſerenitatem, quia ſitientibus non ſuppeditet germinibus imbres; id enim ſunt divitiæ ſperanti in ijsdem, quòd furenti gladius; imò, & quid longè acerbius; quia furens ſemel adacto in pectus gladio furere deſinit, neque ſecundum ſibi vulnus infligit; qui verò in divitijs ſperat, dena vulnerum millia, ac in dies ſemper graviora ſibi infligit; ſunt hæc vulnera curæ, ſolicitudines, mœrores, & alia id genus ſexcenta, quæ animum ſauçiant, ac torquent; imò & vitam ſperantibus adimunt; fluxæ enim ſunt divitiæ, inflicto vulnere evaneſcunt,
Eccleſiaſt. c. 5. v. 13. & ut ait Salomon: *pereunt in afflictione peſſima*, neque ſuum ultra tumulum proſequuntur poſſeſſorem, neque apud ejus hæredem ſedem figunt ſtabilem; quia vel potentioris alicujus injuriâ rapiuntur, vel infelici pereunt nepotatione; aut æſtu quodam, ac refluxu fortunæ aliò curſum derivant, eos decepturæ, qui ſuam in ijsdem ſpem poſuerant, quos triplici mulctant ſupplicio laboris, ac ſudoris cum ſperantur, ut aquirantur; curæ ac ſolicitudinis cum poſſidentur, ne amittantur; mœtoris; ac doloris cum inopina morte relinquuntur, vel nevercantis fortunæ invidiâ è noſtris dilapſæ manibus à noſtro ſe ſubtrahunt dominio; quod cauſæ fuit Senecæ inopia laborantem præferre divitijs affluenti, ait e-
De conſol. ad Polyb. c. 28. nim: *Mihi crede is beatior eſt, cui fortuna ſupervacua eſt, quàm is, cui parata eſt. Omnia iſta bona; quæ nos ſpecioſa, ſed fallaci voluptate delectant, pecunia, dignitas, potentia, aliáque complura, ad quæ generis humani cæca cupiditas obſtupeſcit, cum labore poſſidentur, cum invidia conſpiciuntur; eóſque ipſos, quos exornant, premunt; plus minantur, quàm proſint. Lubrica, & incerta ſunt, nunquam bene tenentur.*

§. II.

Divitiæ cum ſperantur, torquent; donec acquirantur; acquiſitæ diſcruciant, ne amittantur; & amiſſæ vel lacrymas eliciunt, vel necem accerſunt, quia ampliùs non poſſidentur.

NOn ſolùm mundi divitiæ torquent 10.
cum ſperantur, & labores, ſudores imò, & dolores extorquent quò poſſideantur; verùm & poſſeſſæ plus obſunt, quàm proſint; plus inferunt detrimenti, quàm adferant oblectamenti; non enim delicias patant, ſed ad æterna ſupplicia iter apparant: in procelloſo hujus fluctuantis vitæ pelago ſi mors eſt inopi portus; diviti atrocioris tempeſtatis immeratus eſt ortus; pediſſequa ut plurimum diviciarum gehennalis eſt pœna, nunquam interitura; ſed ſemper oritura; & hæc eſt ſupplicium illud quod Salomon mundi proceribus divitijs affluentibus, & delicijs diffluentibus minatur:
Potentes autem potenter tormenta patientur; *Sapient. 6. v. 6.*
textus Syrus habet: *Potentes potenter interrogabuntur.* Arabicus legit: *de potentibus autem inveſtigabitur ſcrutatione potenti*: Græcus ait: *Potentes autem validè examinabuntur, ſeu judicabuntur, ac punientur.* Neque credas alia eſſe hæc tormenta, quibus potentes potenter punientur, quàm gehennalia, quæ per *inveſtigationem*, ſeu *inquiſitionem* ſubindicantur, ut ſcitè notat Euſebius Emiſenus inquiens: *Illa non caſua-* *Homil. 1. ad Monachos.*
lis, ſed rationabilis, & pœnalis exuſtio, quia culpam jubetur inquirere, ſubſtantiam nequit abſumere. Urit gehennalis flamma, ſed non comburit, quia torquens non conſummit ſubſtantiam combuſti.

Imò divitijs affluentes, & delicijs di- 11.
fluentes, quia vitijs indulgent, ac uberiori inhiant auri incremento, etiam cum vivunt gehennam patiuntur; & quò ſunt potentiores eò torquentur acriùs, ut explicat D. Auguſtinus; *ad fratres in Eremo*, inquiens: *cupi-* *Serm. 62.*
dus ſimilis inferno dicitur; quippe infernus quò plus devorat, eò magis cupit. & deſiderat: creſcit vana potentia, & pœna. Potentes potiora tormenta patientur. Nimirum opulentæ facultatis auctus, gehennalibus dicitur ſupplicijs emancipatus, ac infauſto divitiarum prognoſtico prædamnatus. En quales producit fructus ſpes, quæ ſuas in mundi divitijs radices agit, quæque improbo exculta labore, ac rigata ſudore videbatur germinare, ac virere, non fructus augendæ ſubſtantiæ natos promit; ſed luctus doloribus excitandis aptos depromit. Idque cauſæ, cur Apoſtolus Jacobus divitias ærugine corruptas vocet, quia ærugo metallum ita afficit, ut inficiat, devoret, ac deſtruat; torquet ærugo ferrum, quod corrumpit; & auri, ar-

ri, argentique pondera divites aggravant, premunt, ac cruciant; ait Apoſtolus, alloquens divites. *Aurum, & argentum veſtrum æruginavit: & ærugo eorum in teſtimonium vobis erit, & manducabit carnes veſtras ſicut ignis. Theſaurizaſtis vobis iram in noviſſimis diebus.* Non ſolatia, & gaudia divitiæ adferunt; ſed mœrores, & ululatus excitant & lacrymas eliciunt, quibus divitiis affluentes iugiter madeant; quia non ſolùm gehennalibus mancipantur cruciatibus; verùm & inferorum vivum, ac ſpirans ſimulacrum præſeferunt, quò geminatæ gehennæ torqueantur ſupplicijs, quæ fructus ſunt humanæ ſpei ſuas in divitiis radices figentis, & ſolatium in ijsdem fingentis; appoſitè venerabilis Beda expendens præfata D. Jacobi verba carpit divites immiſericordes, ac impios ſuam in divitiis ſpem ponentes inquiens; *Non ſolùm impios, & immiſericordes divites viſibilis gehennæ ignis in tormentis excruciat, ſed & ipſa divitiarum putreſactarum ac nummum æruginoſa memoria, quibus facillimè potuiſſent ſuas redimere nequitias, non minus, & ante judicium animas earum, & poſt reſurrectionem etiam carnes exuret, dum ſibimet ipſis graviter iraſci incipiunt; quia ſua ſcelera eleemoſynis abluere noluerunt. Denique diviti illi purpurato ærugo pecuniarum in teſtimonium nequitiæ, & in augmentum verſa erat pœnarum, quando per increpationem Abrahæ audivit: Fili recordare, quia recepiſti bona in vita tua, & Lazarus ſimiliter mala.*

Jacob. 5. v. 3.

12. Geminatæ damnationis lugubre præferunt divites, ac ſperantes in auro teſtimonium; unum quò gehennalis ignis perpetuò exedens animæ medullas jugi corroſu divites erit excruciaturus; ſecundum eſt refricata hujus perpetui corroſûs, ac malè impenſarum divitiarum recordatio; ſerò animadvertent, ſe vel ex ſuperfluis, ac redundantibus potuiſſe ægenis opitulari, ac gehennæ flammas eleemoſynis extinguere; hæc recordatio, ait Beda, corrodet carnes divitum; ſicut ignis, exedet animæ medullas; & ipſæ divitiæ munus torquentis ignis obibunt. Eheu! quàm deceptoriæ, ac fallaces ſunt humanæ ſpes, quæ ſuas in mundi divitiis radices agunt? ſpondent fœlicitatem, & gehennalem flabellant ignem, quò acriùs urat: ſolatia, & gaudia videbantur accerſere; & in pyram reſinguntur gehennalem; cujus carbones ipſa divitiarum putreſcentium refricata cogitatio inflammat, ac torquentia geminat incendia cruciamentorum incremento, damnatas ſperantium in divitiis carnes depaſcentia: procul extorris è noſtro exulet corde ſpes, quæ nonniſi in congeſtis divitiis vireſcere, ac florere ſatagit; abigatur ut futuræ damnationis ſuffragium, gehennalis ignis flabellum, tartarei camini fumus eliciendis lacrymis emerſus, inferni ſcintilla accendendis incendiis accommodata; deceptoria eſt, quæ in mundi divitiis ſpes collocatur; quia opes, honores, dignitates, voluptates, & quiquid venuſtum, quiquid pulchrum, ac aſpectabile mundo ineſt pura eſt ac ludicra mentis deceptio, ac ſuccidanea cupiditatum viciſſitudo.

13. Magnis mentem cogitationibus implent in opibus ſperantes, ſibi imaginantur, præcelſa poſſe palatia conſtruere, ſummos aſſequi honores, dignitatibus eminere, titulis inſigniri, deliciis affluere, voluptatibus frui; ſed falluntur ædificia caſura nullum poſſunt verum ſolatium fulcire; palatia quæ conſtruuntur, veram nequeunt lætitiam capere; & qui toti ſunt in erigendis domibus, non niſi pœnitentiam ſibi ædificant, & dolores; nam hinc eſt brevi abeundum; & hæc recordatio mentem deprimit præcelſa molientem ædificia erigere; quò majoribus fuit domus conſtructa ſumptibus, eò uberiores lacrymas eliciet; cum hora acceſſerit, quâ ædium ornatum, parietum veſtes, aulæa acu picta, ac picturarum excellentes imagines, & totius domeſticæ ſupellectilis luxum Libithina ab oculis ſurripiet; & ad ſepulchrum trahet, quem amplæ ædes, ac eorum ornatus delectabant: quòd ſi in magnarum ædium erectione pauperum miſceatur ſanguis, eorúmque ſudor extorqueatur, ægenorum oppreſſione, ac mercenariorum, non compenſatis laboribus, è Manium umbris, ad flammas etiam poſſeſſor ædificii delabitur gehennæ; qui enim alios deſtruunt, ut ſibi ædificent; nullum inde poſſunt verum ſperare ſolatium; non enim jucunda eſſe poteſt ædificatio, quæ ſolis lacrymis innatat indigentium, quæ ſolo madet pauperum fruſtrato ſudore: plerunque ſurgentia, quæ conſpiciuntur palatia ad omnem erecta elegantiam, nonniſi ex pauperum conſtant ruinis: huc accerſendus S. Bernardinus Senenſis, *Serm. 44. de vanit. mundi ingredere*, ait: *Magnatum aulas triumphales, & utinam non de pauperum cruore conſtructas.*

14. Neque ab honoribus, titulis, ac dignitatibus vera ulla poteſt felicitas ſperari; bracteata ſiquidem, & fucata eſt ea felicitas, quam ſola ſibi imaginatio pingit, ac fingit; mundi dignitates nuda ſunt nomina, & plerunque omina cruciatuum; honor etiam vel volaticus eſt, vel à ſuo cadit decore, cum etiam indignis conferatur; & ex eo debet honor eſſe contemptui, quia vel ipſis patet contemptibilibus. Veram non credas eam dignitatem, quæ dignos neſcit ab indignis ſecernere; vel eos indignos conſtituit, qui digni erant antequam dignitatem conſequerentur: plures enim qui antequam imperâſſent digni erant imperio; cum imperârunt indigni ſunt imperio effecti; id etiam mali à culmine oritur dignitatis, ut mali fiant, qui probi in humili fortuna erant; & peiores, qui mali; rarò dignitas mores corrigit, quos honor corrumpit; *falluntur*

igitur

Concion. in Pſalm. 32. igitur ait D. Auguſtinus: *Qui ex pecunia, ex argento, & auro, & prædijs, & pompa ſæculi, honore volatico, & perituro volunt eſſe beati.* Dignitates & honores in mundi Theatro ſuas exhibent ſcenas, in quibus hiſtrionum referunt perſonas; Regia ipſa, inſignia, ſceptra, & diademata, quæ ab ijs ad alios tranſeunt, id luculenter ediſſerunt, tametſi altè ſileant, ut ſcitè innuit S. Aſterius, *de Oeconomo iniquitatis* inquiens: Homil. 10. *Sicut Hiſtrionum perſonas propriè, & peculiariter eorum poſſidet nemo; ſed pro re, & argumento promiſcuè quiſque ſumit: ita terram, fæceſque terrenas quaſi veſtes ex alijs alij induunt. Dic quæſo num aliquid Regno majus? atqui ſcrutare quæ Regum ſunt: chlamydes conquire Regias, quamplurimas ſanè reperies, quæ Regum multorum corpora texerint, quod & de coronis, fibulis, zonis cenſendum; omnia enim hæreditatem inſtabilem, uſúmque eorum communem, & ab ijs, qui abeunt ad alios, qui remanent tranſeuntem.*

14. Volatica eſt dignitas temporalis, in hoc ſolùm ſtabilis, ac firma, quòd nunquam ſiſtat; in hoc immobilis, quod ſemper moveatur, & ab alio ad alium avolet; fallitur ſpes huic innixa mundi felicitati, cujus ſpecies aliò transvolat; & quæ fortaſſis placebat in ſpe, mox incipit diſplicere in re; quia ab uno in aliud ſemper proficiſcitur humana cupiditas, quam nullum terræ bonum potis eſt exſaturare, & nunquam ad id devenit, quò ad finem perveniat: nam finis adipiſcendi mundi divitias, initium eſt concupiſcendi honores, ac dignitates; & harum aſſecutio nova flabellat, & accendit opum acquirendarum deſideria; & ſemper finis unius ſpei, quaſi futilis boni tædio affectæ, initium eſt alterius; & animus hac ſpe paſtus miſerè circumagitur immetato cupiditatum circulo, ac recentium deſideriorum rotâ torquetur potiùs, quàm expleatur: ſic errant hominum malè in mundi divitijs, ac honoribus locatæ ſpes; ſic perpetuò falluntur hiſce inhiantes volucribus bonis; quæ cum ſperantes ſequuntur, minimè aſſequuntur; vel ſi aſſequuntur eorum poſſeſſionem non conſequuntur; quia licèt ſpe alliciant, jejuna tamen poſſeſſione non ſatiant, ſed aviditate Tantalica excruciant: aſſidua fame circumferuntur, qui ſuas in mundi divitijs ſpes ſitas habent, anguntur, rotantur, & nusquam quieſcunt; & quamvis eos videas in Throno ſedentes, non tamen felices credas, neque ſibi acquieſcentes; quieſcere dum videntur extima dignitatis ſpecie, ſpectatores decipiunt: ſcenicum deferunt habitum, ſcenæ ſerviunt, non veritati ſuffragantur; quos in theatro, videmus purpuratos, vel ſceptra tractare, leges ſancire, alijsque elato imperare ſupercilio abſolutâ ſcenâ, & fabulâ vix à pannoſis ſecernimus; quos enim publicum Theatrum præſente populorum frequentiâ clamydatos, ac cothurnatos ſuſceperat; privata domus frugali menſa nutrit, & medico cenſu ſuſtinet; melioris non credas divitiis in mundo affluentes: *nemo enim* ait Seneca: *iſtorum, quos divitiæ, honoréſque in altiori faſtigio ponunt, magnus eſt;* Epiſt. 70. perſonam agunt ſcenicam brevi finiendam, quales revera ſint exiguus in ſepulcro cinis ediſſerit: quæ in hujus mundi Theatro magna, ſpecioſa, ac illuſtria habentur, *pereunt* ait Eccleſiaſtes *in afflictione peſſima*. quæ ſanè Cap. 5. tantò acerbior eſt, quantò ardentius amatæ, & accuratiùs acervatæ, ac aſſervatæ fuerant divitiæ: hanc divitis afflictionem expendens Seneca *de Tranquil. anim. c. 8.* ait: *Si omnia alia quibus angimus compares, mortes ægritudines, metus, deſideria, dolorum, laborúmque patientiam cum ijs quæ nobis mala pecunia noſtra exhibet; hæc pars multum prægravabit.* Deinde hiſce ſedandis doloribus alexipharmacum ſuggerens ſubdit. *Itaque cogitandum eſt quanto levior dolor ſit non habere, quàm perdere: & intelligemus paupertati eò minorem tormentorum, quò minorem damnorum eſſe materiam.*

15. Spem congerendæ pecuniæ ardor exagitat deſiderii, & ipſa cupiditas præcipitem agit, ac ſperantem eò diriùs torquet, quò diutiùs ſpe alit; ut tolerabilius ſit non ſperare, nec acquirere, quàm ſperata, & acquiſita perdere; idque cauſæ, cur lætiores ſint, quos nunquam mundi opulentia reſpexit, quàm quos deſeruit; ægeſtas acriùs cruciat quos ſemel pinguior fortuna aluit, quàm quos nunquam enutrivit; is à dolore immunis eſt, quem nulla ſpes alit, nulla cupiditas pulſat. Proclivi deſcenſu à deſiderij concupiſcentia ad ſpei delabimur expectationem: hi ſunt duo affectus ſpes, & deſiderium, qui noſtram injuſtè ſibi vitam dividunt, ac maximam ſibi partem uſurpant cum injuria præſentium, quæ negligimus, dum futura, & abſentia ſperamus, etiam ipſa negligenda cùm fient præſentia; quia quod in ſpe videbatur placere, incipit in re diſplicere; cum fluxa ſint ac volatica quæ in mundo ſperantur bona, & non ſolum vacua vero ſolatio, ſed referta lacrymis, gravida mœroribus, ac triſtitiâ; idque cauſæ cur noſter, cum poſſidentur, ab ipſis recedat affectus, ad alia diverſurus; & ſpes noſtræ ab uno ad aliud immetato circulo proficiſcantur; in ullo cum non poſſit animus noſter mundi bono quieſcere utpote fluxo, volatili, ac interitui obnoxio: alia ſemper ſibi ſperanda proponit; ſicque finis adipiſcendi de futilis boni tædio initium eſt per recentes cupiditates aliò proficiſcendi, quæ ſatietate deſtitutæ deviæ, ac errantes hac, illacque peregrinantur, nunquam ad quietem perventuræ; quia à Deo ſuo fine recedentes, à quo eò plus elongantur, quò in mundi bonis veram putant poſſe felicitatem conſequi; & quia retro ſemper eunt, quò plus feſtinant, eò à

termino antrorſum deſtinato longiùs ſemper recedunt; quanto igitur mundialium bonorum eſt quis affectibus plenior, tantò eſt rebus inanior, ac vacuus; & ille eſt cæteris ditior, qui humanarum cupiditatum eſt pauperior; & ſpes ſuas à mundi divitiis, bonisque fucatis abigit.

16. Idque innuit Apoſtolus Paulus ſcribens ad Corinthios, inquiens: *ſemper egentes, multos autem locupletantes: tanquam nihil habentes, & omnia poſſidentes*; ideo nihil habentes omnia poſſident, quia uberioribus affluunt divitiis, qui nihil concupiſcunt habere, ſolis contenti neceſſariis ad vitæ ſuſtentationem; is poſſidere non dicitur, qui quod concupiſcit ſuo non habet in dominio; & ei quod non poſſideat diſplicet, quia ut poſſideat, vel ſperat, vel anxiè concupiſcit: qui verò nil concupiſcit, nilque ex bonis mundi fluxis, ac volatilibus ſperat, is quia cupiditatibus pauper, divitiis affluit, ac omnia poſſidet: abundè is habet, qui habere nec ambit, nec ſperat: pulchrè D. Bernardus: *Tanquam nihil habentes, & omnia poſſidentes: eò procertò magis Domini, quò minus cupidi*: eò volatilium mundi bonorum eſt quis magis dominus, ac poſſeſſor, quò minus eſt avidus, magisque contemptor; quaſi quod poſſeſſione habetur, cupiditate amittatur; & quod non ſperatur, nec concupiſcitur, jam tranquillâ, ac pacificâ obtineatur poſſeſſione; ſitque propterea is locupletior, qui cupiditatibus eſt pauperior: *Magis domini*, ait D. Bernardus: *quò minus cupidi. Avarus terrena eſurit, ut mendicus: fidelis contemnit, ut dominus. Ille poſſidendo mendicat, iſte contemnendo ſervat.*

2. ad Corinth. c. 6. v. 10.

Serm. 11. in quo.

l. c.

17. Quò quis vanis ſpebus, ac fallacibus cupiditatibus poſſidendi bona terræ futilia, & vacua eſt pauperior; eò melioribus bonis affluit, ac eſt ditior; liberiórque ſui ipſius dominus, cum nullius cupiditatis ſubjiciatur famulatui. Qui igitur non ſolùm bona mundi volatilia reſpuunt, verùm & ſpe, ac cupiditate ea poſſidendi ſe abdicant, hi veris dicuntur divitiis affluere, ſi terrenis ſe omnibus ſpoliant, quò liberiùs Deum induant. Cum Magiſter Chriſtus ſuos edoceret diſcipulos, quàm difficulter obeſi, ac in mundo divites, arctam, quæ ad cœlum ducit, viam ingrediantur, quaſi onere preſſi divitiarum ſurſum niti non valeant, cogantúrque cum ſuis auri, argentique ponderibus terris hærere: Petrus audacter partes agens cæterorum, alloquens Chriſtum ait: *Ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te, quid ergo erit nobis?* Quid? quòd D. Petrus dicat, Apoſtolos reliquiſſe omnia cum non niſi modico cenſu vitam ſuſtentarent, ac labore manuum, frontisque ſudore ad victum neceſſaria ſibi compararent: quæ Petrus Magiſtrum Chriſtum ſequuturus reliquerat, erant cymbula, & retia, quibus ex piſcatu victum quærebat; & tamen audacter dicit ſe omnia reliquiſſe, quaſi opacas, ſpiſſasque ſylvas, apricos colles, amplos campos, feracia prædia, florentes hortos, ornatas domus, congeſtas auri, argentique divitias reliquiſſet: *ecce nos reliquimus omnia.*

18. Verùm licèt paucula, ac modica fuerint, quæ Petrus Chriſtum ſecuturus reliquerat, quia tamen propriæ ſe voluntate abdicaverat, ac cupiditates omnes terrena poſſidendi à ſe excuſſerat, rectè omnia dicit reliquiſſe, quia cupiditatibus vacuus, ac pauperrimus, omnia, quæ deſiderari potuiſſent ultro dereliquit: audiendus eſt D. Bernardus expendens illud Apoſtoli Petri: *Ecce nos reliquimus omnia*, ait ipſe: *Multum deſeruit, qui voluntatem habendi dereliquit: à ſequentibus Chriſtum tanta relicta ſunt, quanta à non ſequentibus deſiderari potuerunt.* Pauper ſpei in mundi rebus, bonisque fluxis, quamvis ſit cenſu inops, eſt tamen ſenſu dives, quia amore Chriſti omnia, quæ ſperare, ac conſequi poſſet in mundo, imò & totum mundum, & ſingula quæ in mundo ſunt reliquit; ac dum eorum acquirendorum ſpem, ac deſiderium neglexit, omnia opulentiùs acquiſivit; & eò fit ditior, quò plurium affectuum in mundi commoda, & divitias eſt pauperior; pulchrè D. Auguſtinus: *Petrus non ſolùm dimiſit quicquid habebat; ſed etiam quid habere cupiebat. Quis autem pauper non turgeſcit in ſpe hujus ſæculi? quis non quotidie cupit augere quod habet? Iſta cupiditas præciſa eſt, ibat in immenſum, accepit modum, & nihil dimiſſum eſt. Prorſus totum mundum dimiſit Petrus, & totum mundum Petrus accepit: quaſi nihil habentes, & omnia poſſidentes.* Rectè dicitur Petrus omnia reliquiſſe, cum conſtet, ſpes omnes in mundi pecuniis, quas piſcatu alij congerunt à ſe abegiſſe; quò liberiùs Magiſtrum vocantem audiret, ac ſequeretur.

Matth. 19.

In Pſal. 103. conc. 3.

19. Quò quis à ſuis affectibus in mundi divitias eſt liberior; eò & expeditior eſt ad parendum vocanti Chriſto; quò enim eſt minus cupidus; eò eſt magis dominus, ſibique promptiùs imperat; & eò plus dives, quò magis ſpei, ac cupiditatis egenus: cum neſcio quis à Democrito fuiſſet ſciſcitatus, quî fieri poſſet, ut illico eſſet quis dives, & ex Codro Cræſus fieret, fertur reſpondiſſe: *ſi cupiditatum pauper ſit*: quò minus quis cupit, eò magis diteſcit, qui enim concupiſcit, eo indiget quod cupit; ideo enixim illud deſiderat, vel ſperat, quia cenſet, aliquid poſſe illi afferre ſubſidij ad propriam depellendam indigentiam, ſuæque paupertati conſulendum; qui igitur minus cupit de mundi bonis, ac divitijs; minus ijſdem indiget, ſéque propterea ditiorem prodit.

❋ (o) ❋
❋

§. III.

§. III.

Egenæ ſunt, & vacuæ mundi divitiæ, explendæ ſperantium cupiditati impares ſe produnt. It eò ditior, quò omni affectu in eaſdem eſt pauperior.

20. EGenæ ſunt mundi divitiæ, quia fluxæ, ac vacuæ explere hominum cupiditates non valent, propterea paupertatem ſecum advehunt; indigentiam accerſunt, non abigunt; quapropter D. Paulus ſcribens ad Galatas mundi divitiis inhiantes ait: *Quomodo iterum convertimini ad infirma, & egena elementa?* (*Ad Galat. 4. n. 9.*) Non me latet, plurimum deſudare Expoſitores disquirentes quid Apoſtolus per *egena elementa intellexerit*, quæ Tertullianus vocat *elementa mendica*, (*Lib. 5. contra Marcion. cap. 4.*) ſeu paupertate laborantia. SS. Auguſtinus, & Ambroſius per elementa egena intelligunt ſolem, & lunam. Alii aërem, ignem, diem, mare. Sed Hugo explicans in ſenſu morali verba Apoſtoli cenſet, elementa egena eſſe *elevamenta honorum, ac dignitatum*; putârim tamen congruentiùs intelligi mundi divitias, aurum, argentum, & alia mundi bona, quæ vel elementa ſunt, vel mixta ex elementis; hæc enim bona, quia fluxa, & vacua ſtabilitatis ſunt egena; & quò homines avidiùs iiſdem inhiant, eò ſe produnt pauperiores; quibus enim indigent, hæc hianter mendicant; & quia quæ mendicant egena quoque ſunt, duplici laborant pauperie, propria ſcilicet, & rerum, quas hianter emendicant; ſunt enim & ipſæ egenæ; ſicut ſperantes in iiſdem, ac eas emendicantes, quia non tantùm homo deſiderio agitur divitiarum; ſed & ipſæ divitiæ, utpote egenæ alias avidè concupiſcunt; neque unquam propriam explent ſitim ex hydrope vitiatam, pulchrè Euſebius: *Qui plus habet, plus eget: premitur duplici egeſtate; eget pro ſe; eget pro rebus egentibus. Utique ipſæ res alias deſiderant* (*Lib. 3 de arte volunt. c. 7.*) (nota mundi elementa egena, ac mendica) *credo ſi ſenſum exprimere poſſent, cum gemitu clamarent, & intentis expoſtularent multa vocibus. Magnæ egeſtatis cauſa non ab inopia eſt magna, ſed copiâ. Qui plura habet, pluribus eget: non tantùm tot eget, quot habet, ſed per tot eget pluribus, quot habet. Ad plura illa, quæ habet, opus eſt deſiderare, quæ ipſa deſiderant, aut exornationi ſuæ, aut conſervationi, aut defenſioni, aut fructui. Utram certiorem opulentiæ cognoſcendæ regulam putabis ex his, quæ adſunt, an quæ deſunt? ditiorne erit qui habet plus; an cui minus deeſt? Iſtum credo: nam illud propter iſtud, non cupimus habere res, niſi ut non deſint; & quidquid ſit ad diminutionem cupiditatum iſtud eſt. Si pauca deeſſe putet, pauca optabit.* Ecce quàm vacuæ, egenæ, ac mendicæ ſunt divitiæ, cum & ipſæ paupertate laborantes deſideria excitent plura poſſidendi, quæ deſunt; quò plus homo habet, eò ſemper plura exoptat; & ideo plura optat, quia plura ei deſunt. Vis lurida, egena, ac mendica non laborare pauperie, parce deſiderijs, deſine in futilibus mundi ſperare divitijs; ſi nil optes, nil tibi deeſſe, prodis, & is omnia poſſidet, cui nihil deeſt.

21. In mundi Theatro ſuam exhibent divitiæ ſcenam, ſuam & agunt ipſæ perſonam; aliam exteriùs oſtendunt ſpeciem, opulentiæ ſcilicet; cum interiùs plenæ ſint vacuitate, refertæ paupertatis. Nemo deſipiat, ut divitem putet, quem videt auro diffluere & argento; dives non eſt; perſonatæ ſunt divitiæ, ac larvati divites, quibus ſi larvam detrahas, eóſque intimiùs introſpicias, non niſi paupertatem deprehendes, ac egeſtatem; ſi eorum explores deſideria, egena ſunt; ſi eorum inſpicias ſpes, mendicæ ſunt; plura ſemper deſiderant, ac ſperant, quæ ipſis deſunt; decipitur, qui divites ex aſpectu cenſet: non ita mundi divitijs affluentes aſpexit D. Chryſoſtomus, qui eos larvatos eſſe deprehendens; fictámque in mundi Theatro perſonam agere; eleganter ait: *Quemadmodum actores in ſcena Regum, ac ducum perſonas item medicorum, ac rhetorum, ſophiſtarum, ac militum aſſumentes ingrediuntur, quum ipſi nihil horum ſint: ſic ſanè, & in præſenti vita, paupertas, divitiæ nil aliud ſunt, quàm perſonæ: ſicut igitur in Theatro ſedens, ſi quem videris, ex his, qui inferiùs ludunt perſonam geſtantem Regis, non judicas eum beatum; neque Regem eſſe credis; imò nec ipſe cupis talis videri: ſed cum ſcias, quod ſit quiſpiam ex his, qui verſantur in foro, funium opifex, aut faber ærarius, aut aliud quicquam tale, non judicas ipſum beatum ob perſonam, aut ob veſtem ad talos demiſſam; neque ex iſtis rebus æſtimas illorum vitam, ſed deſpicis potiùs ipſam ob aliam utilitatem. Sic ſanè, & hic veluti in Theatro, videlicet in mundo ſedens, & in ſcena ludentes ſpectans, ubi videris complures divites, ne putes verè divites eſſe, ſed divitum obtectos perſonis:* (*Conc. 2. de Lazaro*) hactenus Chryſoſtomus, qui elegantiùs non poterat divitibus larvam detrahere.

22. Quemadmodum in Theatro is perſonam agit Regiam, purpurâ chlamidatus, coronâ redimitus, ac ſceptro ornatus, qui perſæpe unus eſt ex eorum famulis, qui paucas ficus, aut botros vendunt in foro; & qui in ſcena belli ducem agit frequenter eſt ſycophanta, vel unus ex fori lurconibus: ita in mundi Theatro plures videntur divitijs affluere, qui plura ſemper deſiderantes, quæ ipſis deſunt, cæteris ſunt pauperiores; & intus lacrymis madent qui extimo videntur ore ridere; ſintque divitibus divitiæ lacrymarum, non lætitiæ argumentum. Perſonatæ in mundi ſcena ſunt divitiæ, aliam agunt perſonam, quàm ipſæ ſint; videntur bonorum omnium ſecum affluentiam adferre, ac pares eſſe fami, ſitique ſedandæ, miſeriis-

ſeriiſque omnibos propulſandis; cum tamen ſint ipſæ egenæ, ac mendicæ, pluribûsque angantur miſerijs, ac mendicitatibus, quàm abundent commodis.

23. Non igitur quæ congeruntur opes aptæ ſunt paupertati abigendæ, ſitique extinguendæ; mendicæ ac egenæ ſunt ipſæ, fame laborant, ac ſiti exardent. Siti cùm ipſæ laborent in alijs nequeunt eam extinguere, quin potiùs acuunt; neque aliorum valent abigere, inopiam cùm hanc nequeant à ſe abradere, quin ſe ipſas radant, tollántque; ſunt divitiæ non commodis, ſed egeſtate gravidæ, & eò ſunt locupletiores paupertate, quò magis videntur auro, argentóque diffluere: ſunt hæc metallorum pondera, quibus ipſæ premuntur, non evehuntur, quia ut

In Pſal. 35.

ſcitè D. Auguſtinus: *Non ſunt illæ divitiæ, ſed mendicitates: quia quantò magis abundant, tantò magis creſcit inopia*; adeo ut à vero ſe abjungat, qui à divite inopiam & egeſtatem ſejungit, idque Hebræorum evincitur obſervatione, apud quos vox *Ngbani* pauperem ſignificat, cùm eadem prorſus vox eundem pariat numerum, ac hæc alia vox *Mamon*, quæ divitias indicat, quò inde inferamus, vel ex ipſa numerorum cohærentia, divitem pauperibus accenſeri, ac annumerari.

24. Sunt igitur mundi divitiæ plenæ egeſtate, ac gravidæ paupertatis, quam tunc in lucem edunt divites, cùm nova promunt deſideria congerendi alias ſemper divitias. Quis egenas, ac mendicas non dixerit divitias cùm uberiores ſemper exoptent acceſſiones, quibus incrementa ſubeant, ac propriæ proinde conſulant egeſtati, propriámque impleant vacuitatem, quam explere nunquam poſſunt; indigent divitiæ ipſæ, & quò locupletiores, eò pluribus indigent, non ſolùm quò conſerventur, verùm etiam ut augeantur: quòd ſi mundi divitiæ minimè ſibi ipſis ſufficiunt, nec propriam valent ſitim extinguere; multò minus ſitim ſedabunt ſperantium in ipſis, neque eorundem explebunt famem: quia inhiantes divitiis, ac in ipſis ſperantes, ut propriam expleant famem, ſitímque extinguant, ut ait Salo-

Proverb. 4. v. 17.

mon: *Comedunt panem impietatis, & vinum iniquitatis bibunt.* Quæ verba Beda, & Hugo explicant per hypallagem & aiunt: Sperantes in divitiis avido ore panem comedere impietatis, & vinum iniquitatis ebibere: quia ita enixim cupiunt, ſitiúntque mundi divitias pravitate infectas; ut ſuam nequeant ſitim extinguere, nec famem ſedare, quin potiùs hanc magis augeant, & illam acuant: una ſiquidem impietas ſitim excitat, ac deſiderium alterius, quâ perpetratâ novo ſitis incremento ſtatim alia ſititur: perinde ac hydrope pleni, ac bibones, quò plus bibunt, eò ardentiùs ſitiunt, & uberiùs ſemper potare geſtiunt: & huc fortâſſis alluſit Job. cap 15. v. 16. ubi ait de ſperante in mundi divitijs: *Qui bibit quaſi aquam iniquitatem*, quæ verba expendens Emiſſenus ait: *Eos qui in mundi*

Homil. 3. de Epiph.

divitijs totam ſpem ſuam locatam volunt; ipſam ſitim bibere; eò quia ſitientes, & egenæ ſint mundi divitiæ, cùm novis jugiter cupiant incrementis augeri.

25. Qui igitur has mundi ſperat divitias, quas anhelo ſitit deſiderio, dum ijsdem ſe largè potat, non earum potandarum ſitim extinguit, ſed potando plus eam acuit, quia bibit ipſam ſitim, ſeu nova earundem deſideria bibit, cùm excitat. Quàm igitur egenæ ſunt divitiæ, quæ ſitim earundem non valent extinguere! imò & ipſam magis acuunt, & veras ſurripiunt opes, cùm ipſæ fomitem ſuppeditent iniquitatum; quapropter ait D. Ambroſius: *Vereor, ne*

Serm. 4

dum mundi divitias quæritis, inveniatis potiùs divitias peccatorum, & repertis theſauris ſæculi, cæleſtes theſauros amittatis: pereunt enim cœleſtes divitiæ, cùm terrenas deperimus: earum amore veras opes perdimus; imò & nos ipſos: ſe enim perdunt, qui perfidè opes, quas amant, ſperant, ſéque in baratrum deſperationis præcipites agunt, dum ſpe divitiarum congerendarum ſe alunt: hinc nos monet Regius Vates:

Pſalm. 61. v. 11.

Divitiæ ſi affluant, nolite cor apponere; quòd ſi cautam quæris, hanc ſuggerit Ec-

Cap 5. v. 13.

cleſiaſtes, quia *pereunt in afflictione peſſima*: hæc autem afflictio ſuperſtes, ac divitiarum pediſſequa gehennalis eſt deſperatio.

26. Ad extremum igitur egeſtatis eos divitiæ trahunt, qui in ipſis ſperantes totam impendunt operam in ijsdem congerendis: hi eò fiunt pauperiores, quò ſatagunt eſſe locupletiores non congeſtis divitijs fiunt homines locupletiores, ſed voluntaria paupertate, quatenus ſua ſorte contenti nil concupiſcunt, hinc de naſcentis Eccleſiæ fide-

Actor. 5.

libus dicitur, *Neque enim quiſquam egens erat inter illos*, quia nemo mundi inhiabat divitiis, nullus ſpem ſuam in mundi bonis poſſidendis poſuerat, ſed quotquot poſſeſſores erant agrorum, aut domorum, ſua vendentes, quæ poſſidebant bona, eorum pretia adferebant, ponebántque ante pedes Apoſto-

Actor. 5. v. 32.

lorum: *Nec quiſquam eorum, quæ poſſidebat aliquid ſuum eſſe dicebat*: nimirum ſtudio paupertatis commoda à ſe abigebant proprietatis: abdicabant rerum dominium, quò Domini fierent propriorum deſideriorum, nec ſinerent ſe ab ijsdem trahi; cùm enim culturæ eſſent virtutum addicti, paupertatem quaſi earundem cultricem voluntariè accerſebant: frugalis enim paupertas virtutes animo im-

In Apologet.

plantat, hinc etiam Apuleius ait: *Paupertas eſt apud Græcos in Ariſtide juſta, in Phocione benigna, in Epaminunda ſtrenua, in Socrate ſapiens, in Homero diſcreta*, ſed adderem & *in Chriſtianis pauperibus dives, & opulenta*, imò & eò locupletior, quò ſpebus, ac deſiderijs eſt pauperior, quia ſe ipſa contenta paupertas nil ultra deſiderat.

Part. 1. Serm. 83.

Democritus itidem apud Antonium in Meliſſa quaſi Chriſtiano coturno præfulgens ait;

ait: *Si non multa deſideres, pauca tibi multa videbuntur: deſiderium enim contractum paupertatem divitijs æquipollentem reddit.* Contrahenda ſunt deſideria, excutiendæ ſpes in mundi divitias, ut paupertas voluntaria verè diteſcat. Pulchrè refert
Epiſt. 11. Stobæus de Socrate, quem cum Archelaus vellet ipſi dono dare plura auri, argentive pondera, quibus uberiùs, & lautiùs ſibi conſuleret, ac ad pinguiorem ſurgeret fortunam, ait, reſpondiſſe Socratem: *Quòd farinæ chœnices quatuor obolo venirent Athenis, & fontes aquam funderent: nam ſi res meæ mihi non ſufficiunt; at ego ipſis ſufficio; ſicque etiam ipſæ mihi;* quaſi diceret Socrates; nil mihi deeſt, neque mihi ſupereſt quidquam expetendum; ſum mea ſorte contentus; rebulis meis ſufficio, & ipſæ mihi, quid ulteriùs experam, neceſſitas mihi non ſuggerit, ſed tantùm ſuperfluitas id dictaret, quò eò pauperior fierem, quò plura concupiſcerem.

§. IV.

Divitiæ, quibus inhiant homines ſperantes fore, ut earundem beneficio proprijs conſulant indigentijs; egeſtatem non abigunt; ſed ad paupertatem adigunt.

27. NOn res ipſæ paupertatem ingerunt, ſed rerum deſideria egeſtatem invehunt. Nequeunt auri, argentique congeſta pondera non premere, ac torquere cor divitis: aggravant enim, quos afficiunt: non igitur à divitijs levamentum eſt ullum ſperandum, ſed multiplex nocumentum: unde falluntur, qui putant, propriam cordis poſſe vacuitatem explere congeſtis divitijs. Arcam faciliùs implent, quæ congeruntur divitiæ, quàm cor explenant: nequit eadem res geminam implere vacuitatem, arcam ſcilicet replere, & cor divitis explere; hinc Eccleſiaſtes. *Avarus non implebitur pecunia:* quia hæc implendæ arcæ vacuitati aptior eſt, quàm explendæ cupiditati cordis ſperantis in divitijs: peri-
In cap. 10. Proverb. tè Hugo Carenſis ait: *Non impletur avarus pecunia, & quid mirum, quia ipſa arca repletur? ſed impoſſibile eſt eodem tempore duo loca diverſa ſimul, & ſemel repleri.* Id ſoli divinæ tribuitur Omnipotentiæ ab ijs, qui rectè de Deo, déque rebus divinis ſentiunt: cum enim divina bonitas infinita ſit, nullóque arctetur limite eadem omnia explet, ac implet: quæ verò in mundo divitiæ congeruntur, quia egenæ, & mendicæ ſunt implendæ cordis humani vacuitati, non ſufficiunt: & is propriam prodit mentis vacuitatem, qui auro putat, ac argento cor ſuum poſſe explere; huic cor auro non eſt vacuum, qui ab amore, & ſpe, ac deſiderio auri cor ſuum evacuat; tunc ejus implet vacuitatem, cùm ipſum à quovis affectu in mundi divitias nititur evacuare.

28. Quin licèt arcæ vacuitas congeſto auro, ac argento repleatur, non tamen ita à ſana mente dejectus quis erit, ut arcam quia auro, & argento plenam, diteſcere dicat: ſi enim verùm dicamus, non diteſcit tunc arca, cum divitijs uti neſciat, nec poſſit: ſed congeſti metalli premitur pondere, quo plerumque etiam vitium contrahit, & dirumpitur. Quamvis ſit arca auro refertiſſima, pluteſque includat, ac cuſtodiat divitias; inde ſemper plus contrahit nocumenti, quàm emolumenti: ſi ſapit, qui in mundi divitijs ſperat, vel ab ipſa arca non erubeſcat ediſcere, divitias egeſtatem non abigere, ſed ad paupertatem potiùs adigere: avarum conſule, quid ei prodeſt labore improbo, fuſóque ſudore congeſſiſſe divitias? cum minimè ijsdem utatur; ſed earundem abutatur deſiderijs, quibus miſerè torquetur, abſque ullo ſolatio. Neque latum unguem à vero te deflexiſſe noveris, ſi avarum arcæ pecuniis refertiſſimæ pariaveris: ſiquidem avavitiâ captus non ſecus, ac arca cuſtos eſt divitiarum, non herus: eas congerit, ut cuſtodiat, non ut illis honeſtè utatur: qui igitur aurum, & argentum cuſtodit, arcam ſe prodit judicio vacuam, quamvis pecunijs plenam, ſui juris non eſt arca, & cùm ſe ipſam minimè poſſideat, neque aurum dicitur poſſidere: idque in avarum retorquetur, qui cum ſe ipſum minimè poſſideat, neque proprij affectûs ſit Dominus, neque multò minus aurum dicitur poſſidere: ſcitè D. Paulinus loquens de avaro ad Severum ait: *Quid ille miſer habeat, cùm ſe non habet? non habet ſua, qui ſe non habet.* Epiſt. 5.

29. Imò adeò à propria mente deficit, qui ſpe afficitur divitiarum; ac earundem amore, ut homo non eſſe videatur: quò enim avidiùs in divitias fertur, quas cuſtodiat; eò velociùs in naturam delabitur brutorum: ſcimus priſcos homines dracones conſueviſſe theſauris cuſtodiendis præficere. An non divitijs inhians, quas congerat, ac conſervet, officio fungitur draconis? certè draconem divitiarum cuſtodem præfefert, qui in opes ſpe, & affectu immodico fertur. Imò non ſolùm draconibus pariatur avarus, ſed & reliquis feris poſtponitur, eò quia aurum occultet, quod cuſtodiat, Hypocrates enim hanc ut hominis percelleret inſaniam, ſcitè adnotavit, nullam adeſſe ferarum, quæ aurum, argentúmque quærat, quod abſcondat, ac ſervet: & quamvis in reliquis vitijs ſint feræ, & homines pares, in hoc uno vitio avaritiæ ſunt homines feris ipſis deteriores, pejoréſque, & eò propriam inſaniam apertiùs produnt, quò uberiori ſtudio ſatagunt divitias congerere, occultare, ac aſſervare: non cuſtoditur tunc ab auro, ſed cuſtos fit ipſe auri: non divitias congerit, ut hæ illi inſerviant, ſed ut

ipſe iiſdem famuletur: nullum igitur, qui divitijs inhiant, ſolatium ab ipſis ſperent, cum ab iiſdem ad durum ipſi trahantur famulitium.

30. Novercæ veri ſolatij ſunt congeſtæ divitiæ, non matres: ſiquidem animi tranquillitatem, abducunt, & nullum inducunt ſolatium. Feſtivum eſt, quod huic firmandæ veritati opportunum ſolet adſerri, quod de paupere circumfertur, qui cum victum ſuis manibus arte quæreret, curarum erat expers, ac ſua contentus ſorte, lætus ſemper, ac jucundus, horiſque antelucanis proprio lætis cantillenis initium dabat diurno labori, & in ſua paupertate lætus cantu jucundam intus in corde lætitiam foris exprimebat. Dux quidam, cui pauperis lætitia innotuerat, aliquam auri copiam in ejus domum per patentes feneſtras injecit, cùm ipſe in ſua laboraret officina, experturus inde, an opes menti pauperis exhilarandæ ſufficerent, an ſecus. Quid ni invenit pauper multiplices auri pecunias, quas ad duo ferè centena collegit, ſed ſimul cum pecunijs curarum etiam ingentem copiam legit: cogitabundus mox, qui ante hilaris erat, triſtitiam videbatur animo fovere; cogitare ſecum cœpit, quis has pecunias in ſuam injeciſſet domum; quomodo poſſet eas tutè cuſtodire, & in quæ commoda eas expendere; & eò miſer devenit, quò vinculis ligatus ſolicitudinum, ſolvere in cantum ampliùs linguam non valeret; nec horis antelucanis diurnum conſuetis cantilenis ſalutare laborem, nec labra diducere lætitiæ per cantum exprimendæ, quin potiùs nubes lurida triſtitiæ ejus viſa fuit vultum obduxiſſe; idque cum Duci innotuiſſet, acceſſiri hominem ád ſe juſſit, à quo etiam ſciſcitatus eſt, cur ampliùs non caneret, nec eam depromeret animi lætitiam, quàm conſueverat lætis cantilenis prodere. Quamvis ſtuduerit ille diu veritatem ſubducere, tandem ut res erat, ingenuè aperuit, & faſſus eſt injectam auri ſummam in propriam domum lætitiam omnem è domo ſua abegiſſe, & gaudium omne è ſuo corde abſtuliſſe, quin ingentes curas induxiſſe: tunc didicit dux; quàm ineptæ ſint divitiæ vero ſolatio promovendo, cum nonniſi curas, ſolicitudines, ac moleſtias ſecum afferant.

31. Nil tam ærumnis fœtum, quàm pecunia; nullus gravior veri ſolatij hoſtis, quàm ipſæ divitiæ, & ſpes, quæ in ipſis alitur. Quinimò diriùs morte torquet ſpes, quæ in divitias fertur: pulchrè Seneca ait: *Tranſeamus ad patrimonia maximam humanarum ærumnarum materiam; nam ſi omnia alia, quibus angimur, compares, mortes, ægrotationes, metus, deſideria, cum ijs, quæ nobis mala pecunia noſtra exhibet, hæc pars multum prægravabit.* Non ſolum fluxa ſunt, & fragilia fortunæ bona, ſed & gravia, ut durius premant in iiſdem ſperantes; proinde affectus non eſt divitijs affigendus,

De tranquil. vit. cap. 8.

ne ipſæ nos affligant: fugaces ſunt, ac fluxæ, ſinamus eas peſſum abire, nullum permittamus ipſis in corde noſtro receptaculum: facilè ea dimittuntur, quæ veluti domus hoſpitalis ſarcinæ in angulo abjecta, & neglecta jacuêre; majori autem cruciatu divelluntur, quæ in ſinum pectoris recepta cordi ipſi hæſerunt conglutinata: qui verè ſapit, rebus hiſce fluxis nullo ſpei amoris, & deſiderij adhæreſcit affectu, præſertim ſi Chriſtianus ſit, cum videat plures profanæ philoſophiæ addictos, mundi divitias flocci feciſſe, eáſque à ſe abjeciſſe, ut Crates ille Thebanus, qui projecto in mare non modico auri pondere, veluti chriſtiano inſignitus coturno dixit: Abite peſſum malæ cupiditates: ego vos mergo, ne ipſe mergar à vobis.

Diogenes adeò ſe vitæ nudavit ſubſidijs, ut nihil ſibi fortunæ reliquerit, & cum Servus illi unicus fugiſſet, pluris non æſtimavit eum, cum redux ad ipſum veniſſet, dixit; *turpe non eſt Mannen ſine Diogene poſſe vivere; ſed Diogenem ſine Manne non poſſe.* natura parcitatis ſtudioſa, paucis eſt contenta, non ſunt divitiæ adinventæ, ut plura habeamus, ſed ne quæ à natura exiguntur, nobis deſint; ſitque propterea menſura opulentiæ non multa habere, non ſuperflua poſſidere, non congeſtos theſauros occultare; ſed nihil deeſſe ex ijs, quæ natura exigit: quod autem plura nobis deſint, non natura, ſed cupiditas facit. Cupit, qui divitijs inhiat in cella Pennaria plura, ac delicatiora cibaria; in cella vinaria generoſiora falerna, delicatiora vina Hiſpanica, Italica, Burgundica, Moſelana, Rhenana, & Necarica; in arca Attalicas veſtes, in ſcrinijs nitidiſſimas gemmas, in parietibus cubiculorum aulæa acu phrygia picta, & tabellas elegantiori depictas penicillo, in ſtabulo equorum greges, in humeris oſtrum, & in capite aureum diadema; profectò hæc omnia ideo deſunt, quia deſiderantur, & eorum defectus mendica eſt egeſtas; ſitque propterea pauper, licèt divitijs affluat, qui plura alia, quæ cognoſcit ſibi deeſſe, anhelo concupiſcit deſiderio; & tunc egere incipit, cum incipit concupiſcere: & quamdiu concupita ſperat, tamdiu ſuſpendio torquetur, & propriam fatetur inopiam. Quis eo pauperior, cui plurima deſunt: ea verò cognoſcuntur deeſſe, quæ deſiderantur, ſperantúrque adeſſe: ergò ille ditiſſimus, qui cupit nihil, qui paucis contentus, ſibimet ſufficit. 32.

Is eò eſt beatior, quò pluribus cupiditatibus caret, non enim quid aliud beatitudo eſt, quàm ſumma cupiditatum inopia; & ſicut non concupiſcere in noſtra eſt libertate ſitum, ita & beatitudo à noſtra dependet voluntate: ſi ſolis contenti ſimus neceſſarijs, ſuperflua non quærimus, nec quidquam ex bonis externis ampliùs ſperamus, nec concupiſcimus, & univerſa tunc poſſidemus; 33.

quia

Digitized by Google

quia nil nobis deeſt: qui plura poſſident, quia majora ſemper deſiderant, plurima ipſis deſunt, proinde pauperiores ſunt alijs, qui nonniſi modica, & exigua habent: illis enim plura deſunt, quia majora ſemper concupiſcunt, & ſperant; iſtis verò nonniſi parum poteſt deeſſe, quia paucis contenti, multa non concupiſcunt, nec ſperant; & ideo ditiores, quia cupiditatum pauperiores; ſolis contenti neceſſarijs, ultra quæ, quidquid ſperatur, & concupiſcitur. poſſeſſionis non habet fructum, ſed cuſtodiæ periculum. Idque cauſæ, cur avaritia laxioribus inhians lucris avidiſſima ſit vorago, nunquam explenda; quæ propterea nec habendi fructu ſit felix, ſed cupiditate quærendi miſerrima: ſunt enim indivulſæ avaritiæ pediſſequæ, ac comites, vigiliæ oculorum, & animi curæ, ac ſolicitudines; non enim animi quietem, & tranquillitatem afferunt divitiæ, ſed cruciatus, & dolores, quos non leniunt, ſed confricatos exaſperant: neque labores tollunt, ſed incrementant: moleſtias non minuunt, ſed duplicant, cum non minoris curæ ſit, ac ſolicitudinis jam parta tueri, quàm in novas ſemper lucri occaſiones excubare; huc accerſendos D. Proſper, inquiens: *Qui divitias habere volunt ſine labore, non quærunt, ſine difficultate non inveniunt, ſine cura non ſervant, ſine anxia delectatione non poſſident, & ſine dolore non perdunt.*

Lib. 2. de vit. & contempl. c. 13.

34 Bonorum amittendorum metus non ſolùm eorundem inquietat poſſeſſorem, ſed res omnes circa ipſum ſus déque vertit, quo mentem evertat poſſidentis, eámque à Deo avertat. Quòd ſi propterea extimam à divitijs larvam detraxeris, nonniſi labores, curas, ſolicitudines, moleſtias, ac egeſtatem in ijs deprehendes. Quales non excitant divitiæ affectus tortores ijsdem inhiantium? neque ibi poteſt vera eſſe tranquillitas, ubi deſiderium, timor, ſpes, avaritia, & reliquæ animi cupiditates tumultuantur: & quamvis ſejunctus is ſit à populorum tumultu, non tamen credas ſilentem ſolitudinem aliquid ipſi ſuppeditare veræ tranquillitatis, quia ut ſcitè Seneca. *Quid prodeſt totius regionis ſilentium, ſi affectus fremunt.* Quamvis exteriùs placidâ ſileant omnia quiete, ſi tamen intus in animo affectus tumultuentur, non malaciam mens experitur, ſed fluctibus decumanis exagitatam ſentit procellam; nulla enim placida quies eſt, niſi quam ratio intus compoſuit, & mens ſerenata poſſidet; nox quamvis intempeſta, ac religioſi obſervatrix ſilentij, non tamen mentis abigit tumultus; & plerumque dormientium inſomnia tam turbulenta ſunt, quàm marinæ procellæ. Intuêre in peramplo palatio Principem, cui ſomnus laxæ domus ſilentio quæritur; cujus aures, ne ullus pulſet ſonus, omnis famulorum turba conticuit, ubi ſuſpenſum accedentium propiùs plumeo pede veſtigium ponitur; non tamen hunc credas, vel ſomno ſopitum, vel plena donatum quiete; quia ut ait Syracides, *Saturitas divitis non ſinit eum dormire*, quæ verba ad litteram expenſa planum, ac obvium præſeferunt ſenſum; quia cùm divitijs affluentes ſint & delicijs diffluentes, comeſſationibus, ac voluptatibus addicti, ob ingeſtam in ſtomacho crapulam, ubique ſtabulantes cruditates difficiles patiuntur ſomnos, & plerumque turbulentioribus inquietantur inſomnijs; vel in ipſo quietis ſinu cùm blandè dormire ſatagunt.

Ep. 56.

Eccleſ. cap. 5. v. 2.

Sin verò ad mores verba flectamus Syracidis, ac ſenſum velimus metaphoricum promere, quem nunc premimus; quid ſaturitas divitis redolet, quàm divitiarum abundantiam? ut exponunt ſeptuaginta Interpretes: qui igitur eſt divitijs ſatur, hunc non ſinunt divitiæ ſomno indulgere, ac quieſcere: *Quomodo enim*, ait Ambroſius in Pſal. 1. *poteſt dormire, qui ſolicitam auri exercet cuſtodiam? qui damna fortunæ formidat? qui lucra cogitat? qui uſuras computat? qui hypothecas numerat:* & loquens de divite ait: *Natura ipſius neſcit munia, nec ſomni novit vices, excitat eum cupiditas, exagitat cura pervigil aliena rapiendi, torquet invidia, mora vexat, ſterilitas proventuum infœcunda perturbat, ſolicitat abundantia*, hinc referente Stobæo *ſerm. 91.* Anacreon quinque à Polycrate tyranno talentis donatus, cùm inſolito motu, curisque gravioribus inde torqueretur, nec jam ullam quietis poſſet portionem capere, ſubſultim inter dormiendum expergefactus non ſolùm de pecunia ſibi dono data, verùm, & de vita ipſa à domeſticis eripienda ſolicitus, cœpit de priſtina animi tranquillitate recuperanda ſeriò cogitare: cùmque pecuniam biduo poſſediſſet, ac binas cum illis noctes duxiſſet inſomnes, maluit eas Polycrati reſtituere, quò priſtinæ ipſe reſtitueretur animi quieti. 35.

Simile quid refert de Sigiſmundo Cæſare Æneas Sylvius. Cum enim Princeps ex Hungaria quadraginta nummorum aureorum millia accepiſſet, noctémque totam traduxiſſet inſomnem cogitans, in quósnam uſus poſſet pecuniam illam impendere; manè vocatis primarijs aulæ Proceribus: en dixit hoſtes illos, & carnifices (nummos indigitans ſupra menſam poſitos) qui varijs tormentis nocturnum mihi ſurripuêre ſomnum, vos eos arripite, & inter vos dividite, ut mihi tranquillè liceat indormire; appoſitè igitur dixit Eccleſiaſtes, quòd *ſaturitas divitis non ſinat eum dormire.* Accedit etiam, quia divitijs affluentes, ac delicijs diffluentes, qui voluptatibus indulgent, lautéque delectantur in ferculis, ſtomachum ſemper in delicijs crudum infarciunt, ac vino ingurgitant, & quia non 36.

Lib. 4. comment. in Alphonſ.

ſolùm

ſolùm gravantur, ſed etiam laborant ſtomacho, fit, quòd veluti in tortura penduli noctes ducant inſomnes; & ſi alqnid per temporis intervallum ſomni obrepſerit, tunc vel in rupium cacumen attoli videantur, & deorſum præcipites agi; vel concitati pelagi fluctuare in procella, ac imminens expaveſcere naufragium, vel cerebri vertigine ita fœdè in gyrum trahi, nt vel dormientes Ixionis videantur in ſcena fabulam exhibere. Sin verò vigilent curis, moleſtijs, ac ſolicitudinibus pulſantur, quò valeant jam parta tueri; præſertim ſi malè parta fuerint; quia hæc ſolent pejus dilabi; nulli enim, cui fraus, vel rapina viſa eſt ceſſiſſe, ac ejus beneficio divitias congeſſiſſe tranquillitas irriſit; nec ſpes diuturnum ei fructum attulit.

58. Sunt, qui divitijs inhiantes pauperes exugunt, quò ipſi pingueſcant, quod barbariem redolet: quid enim crudelius, quàm de macredine pauperis velle pingueſcere? & divitem fieri de exiguo mendici cenſu? hæc enim damnoſa compendia ſicut ſomenta ſunt crudelitatis, ita horrori ſunt, atque inimica humanitati; quæ à quovis abhorret inhumano: malè enim per fraudem parta, pejus ſemper dilabuntur. *Geneſ 48.* Jacob imminente jam morte Ephraimo, & Manaſſe largiùs benedicit, eisque duarum tribuum patriarchalem ultro concedit principatum, Joſephum itidem eorum Patrem oppulento, ac nobili legato benevolus lòcupletat. *Do tibi partem unam extra fratres tuos, quam tuli de manu Amorrhæi in gladio, & arcu meo, Sichimam præcipuam,* quid? quòd Jacob vir aliàs pacatus, animi tranquillitati aſſuetus, & pacis ſervandæ ſemper ſtudioſus; adeò ut nunquam legatur bellum geſſiſſe, ſicut ejus Avus Abraham, dicatur nunc Sichimam urbem præclaram in gladio, & arcu occupâſſe? quam potiùs Simeon, & Levi inſido impetu debellârunt, manúque violenta occupârunt invito parente? Huius difficultatis Ædipus huc accerſitur D. Auguſtinus, ubi hujus quæſtionis proponens difficultatem ſic fatur: *Quòd Sichimam dicit Jacob præcipuam dare filio ſuo Joſeph, & addit, quod tam poſſederit in gladio, & arcu; quæri poteſt, quemadmodum valeat ad litteram convenire. Emit enim centum annis poſſeſſionem illam, non cepit jure victoriæ bellicæ* (mox varias excitans D. Auguſtinus quæſtiones ſubdit) *An quia Salem civitatem Sichimarum filij ejus expugnaverit, & jure belli potuit ejus fieri, ut juſtum bellum eum eis geſtum videatur, qui tantam priores injuriam fecerunt in ejus filia contaminanda? cur non ergo illis illam terram dedit, qui hoc perpetraverunt; hoc eſt majoribus filijs ſuis? deinde ſi modo ex illa victoria glorians dat eam terram filio ſuo Joſeph, cur ei diſplicuerunt tunc filij, qui hoc commiſerunt? cur*

Geneſ. 48. v. 22.

Quæſt. 167. in Geneſ.

denique etiam nunc cùm eos benediceret exprobrando, id commemoravit in factu eorum? Nimirum quia Jacobi filij Simeon, & Levi ſævientes in Sichimitas ob vindicandum ſtuprum Dinæ ſorori illatum juvenili impetu Sichimam fuerunt aggreſſi, vi occupârunt, ac diripuêrunt, expilârunt, quod cum graviter Jacob tuliſſet, illis iteratò facinus exprobravit. Paterno autem jure Urbs Sichima Jacobo ceſſit, & in ejus cenſu voluit computari ea conditione, ne portio ulla Simoni, & Levi concederetur, quia tametſi hi duo fratres Sichimam armata manu occupâſſent, evertiſſent, ac expilâſſent, quia tamen civitas, ſi non injuſtè, ſaltem ſceleratè ob nimiam ſævitiam, quam exercuêre, occupata fuit; & malè parta malè dilabuntur, ideò Joſepho maluit pater Sichimam donare, ac ſi dixiſſet Jacob: ex violenta invaſione Simeonis, & Levi fuit ad me jus in Sichimam devolutum, eos tamen ita volo exhæredatos, ut ne minimam quidem urbis partem ſint poſſeſſores, eò quia perversè, ac ſceleratè ob nimiam ſævitiam eam non ſolùm occupaverint armorum vi, verùm etiam expilaverint, ac everterint. Volo igitur totam urbem juris fieri Joſephi, qui per immaturam ætatem bello ineundo idoneus non erat.

Qui modico ſuo contenti cenſu, nullum in divitias affectum dirigunt, hi cæteris, qui opes diligunt, ſunt ditiores, ac feliciores. Non ſperaverat Joſeph jus Sichimæ, quam ejus fratres cruenta clade occupaverant, potuiſſe ad ſe devolvi; & tamen quia divitijs non inhiavit, neque in iiſdem ſperavit, eas habuit pediſſequas. 59.

§. V.

Macret ea ſpes, quæ divitijs paſcitur acervandis, & miſera eſt: quia felicitas ijs non arridet, quos divitiæ implent; ſed quos paupertas exornat.

AN non felices dixeris, quos diurnus labor exercet, & nocturna quies plenè reficit? tales ſunt pauperes ex frontis ſudore panem extorquentes, quo veſcantur; licèt eos diurnus labor fregerit, nocturna tamen quies laſſa eorum membra reſtaurat, viréſque reſtituit, quas labor abſumpſerat; nil illis opus plumis, nec molli culcitra; in crudo, nudique etiam ceſpide, vel lapide, cubile ſtrati ſunt, quod vel ipſo ſomno mollius, dulciúſque experiuntur; non thorum ipſi quærunt ad elegantiam, vel auro illitum, vel ſerico ornatum, ac ad ambitionem compoſitum: novit homo tam bene cubare, quàm aurum tegi, quia ut ait Eccleſiaſtes. *Dulcis eſt ſomnus operanti, ſive parum* 60.

Cap. 5.

parum, ſive multum comedat; ubi præclarè notat D. Chryſoſtomus, tantam eſſe ad ſomnum captandum moderati laboris præſtantiam, ut ei neque inedia, neque crapula prævalere poſſit. Ait ipſe. *Duo ſunt, quæ ſomnum impedire ſolent, inedia, ſeu vacuitas; & crapula: illa corpus exſiccat, palpebráſque reddit corneas, neque connivere permittit: hæc verò pectus opprimit, & anhelitum elidit, pleráque ſecum trahit incommoda. Sed tam præſens laboris eſt medicina, ut etiam, ſi alterutrum adfuerit ſomnum, facilè conciliet.* Pergit D. Chryſoſtomus in eodem argumento, & oſtendit, voluptates pauperum paratu eſſe faciles, magíſque ſinceras, & oſtendit, Numinis providentia tactum, ut non tam auro, rebúſque exquiſiti pretij, quàm labore, & patientia venales ſint honeſtæ voluptates, quæ ex modico cibo, & ſomno poſt exantlatos labores percipiuntur: & evincit defœcatiores eſſe pauperum, quàm divitum voluptates, pauperúmque valetudinem firmiorem eſſe divitum luxu.

Homil. 2. ad popul. Antioch.

41. Oſtendit itidem, voluptatem in convivijs non ferculorum natura, ſed conviviantium diſpoſitione fieri, ſeu neceſſitate; & fame; & ſedandæ ſiti ſolatium fontis pellucidi latices abundè ſuppeditare, ut qui ex gemino percuſſæ petra exilierunt in areſcente deſerto. *De petra melle ſaturavit eos.* E contra comeſſantium inſipidam nauſeam, ac faſtidientis ſtomachi tœdium luculenter exprimit vulgata parœmia proverb. 27. v. 7. *Anima ſaturata calcabit favum*, quia nimirum ſaturitas, vel in ipſo melle amarorem experitur, & luxum ipſum jam faſtidit in ferculis, neque diſpari ratione philoſophatur Seneca, inquiens: *Corporis exigua ſunt deſideria, frigus ſubmovere vult; alimentis famem, ac ſitim cupit extinguere. Quicquid extra concupiſcitur vitijs, non uſibus laboratur. Non eſt neceſſe, omne præſcrutari profundum; nec ſtrage animalium ventrem onerare, nec conchilia ultimi maris ab ignoto littore eruere? Dij iſtos, Deæque perdant, quorum luxuria tam invidioſi imperij fines tranſcendit. Ultra Phaſin capi volunt, quod ambitioſam popinam inſtruat: neque piget à Parthis, à quibus nondum pœnas repetimus, aves petere. Vomunt, ut edant; edunt, ut vomant, & epulas, quas toto orbe conquirunt, neque concoquere dignantur.* Et paucis interjectis oſtendens, longè ſolidiores, ac firmiores eſſe pauperum voluptates ſubdit, *Cap. 10. Quantò feliciores fuerunt majores noſtri, quorum virtus etiamnum vitia noſtra ſuſtentat, qui ſibi manu ſua parabant cibum, quibus terra cubile erat? quantò beatiùs vivebat Dictator ille, qui Samnitium legatos audivit, cum viliſſimum cibum in foco ipſe manu ſua verſaret, illâ, illâ, qua lauream in capitolini Jovis gremio repoſuerat?*

Pſalm. 80.

Conſol. ad Helv. c. 9.

42. Non felicitas ijs arridet, quos divitiæ implent, ſed quos paupertas ſpoliat; hinc Jobus huic inhians felicitati poſt tot lugubres nuntios æquo ſemper animo audiros, poſt tot novercantis fortunæ vices, ac everſiones mente ſerena, vultúque jucundo dixit. *Nudus egreſſus ſum de utero matris meæ, & nudus revertar illuc*; non modicè deludant Interpretes in ea aſſignanda matre, de cujus utero Jobus nudus fuit egreſſus; neque enim de ea fuit matre locutus, in cujus utero conceptus incrementum ſubjit, donec per novem menſes tolerantiam expertus carceris, ad lucis exiſtit uſuram: ſiquidem cum dicat Jobus ſe nudum reverſurum ad matrem, de cujus utero fuerat nudus egreſſus, & non poſſet reverti in maternum uterum, in quo à patre conceptus fuerat; liquet, Jobum de illa non fuiſſe matre locutum, in cujus viſceribus patris operâ conceptus fuerat. Idque cauſæ, cur hac ſuper quæſtione varij varia ſentiant. Ad rem noſtram appoſitè Sanctus Thomas expendens, verba Jobi cenſet, Matris nomine S. Jobum terram intellexiſſe, quæ communis eſt omnium mater, neque enim primus homo, à quo reliqui omnes promanant, ex alia fuit materia compactus, quàm ex argilla: flectens igitur Jobus oculos ad primam hanc hominis originem vocat terram, ex qua fuit homo compactus matrem ſuam, cum pulverem eſſe minimè ipſum lateret: & primus homo, quia nudus effictus, quamdiu nudus vixit, ac nuditati, & paupertati addictus fuit, tamdiu felicitate fuit donatus, in qua perſeveraſſet, ſi nuditatem non amiſiſſet. Produxit rerum Conditor Deus è limo primum hominem, quem Adamum vocavit, & ex Adami ſopiti coſta Evam, vitæ, thoríque conſortem, & hiſce duobus regimen concredidit reliquorum viventium, in alimenta menſam eis apparavit terrarum omnium latum, frugiferúmque orbem; & quia ob corporis nuditatem nil in ſe ſuperflui admiſerant, paradiſiaca fruebantur felicitate, à qua exciderunt, cum primùm cœperunt veſtes quærere, ac tegumenta ſibi intexere.

Job. 1. v. 21.

43. Jobus igitur ærumnosè ſpoliatus facultatibus omnibus, ſumméque depauperatus primævæ ſuæ originis in Protoplaſto conſultiſſimè meminit, quando ex artifice Dei manu fuit Adam ex limo terræ compactus pauper, ac nudus; nimirum abſque ornatu corporis, ornatiſſimus animo, ſine veſtibus, virtutibus omnibus indutus, & divitijs affluens, cum pauper nil admiſerit, quod ſuperflueret, & quamdiu nudus permanſit, tamdiu in feliciſſimo illo primordiali innocentiæ perſeveravit ſtatu: appoſitè S. Chryſoſtomus felicitatem evincens non è divitijs, ſed ex paupertate prodire, ait, explicans verba Jobi. *Nudus egreſſus ſum de utero matris meæ, & nudus revertar illuc.*

Ad Olymp.

Cujus uteri meminit? nempe primi illius opificij, ſuæque è terra coagmentationis primi parentis opificium imitantis. Nudus è terra divino munere conformatus ſum, minimè ſucatus: nulla re ſupervacanea ornatus, ac propè dixerim à materiæ concretione ſecretus. Ergo nudus quoque revertar illuc, acutè D. Chryſoſtomus, Jobum cunctis ſpoliatum facultatibus, ac ſummè depauperatum aſſerit, Protoplaſtorum inhiare felicitati; ſeu ſua inopia contentum, felicem innocentiæ ſtatum, beneficio ſpoliatæ inopiæ æquo animo, ac hilari fronte toleratæ æmulari; quia ubi paupertas, ibi ad felicitatem patet acceſſus, quem congeſtæ impediunt divitiæ, non ſinentes mentem, quam premunt, ac onerant, ulla gaudere quiete.

44. Non qui divitijs affluit, is veris delicijs diffluit, nudum & nullo preſſum pondere hæ ſequuntur, non pediſſequæ ſunt auri, & argenti: primordiali qui nuditate Protoplaſti gloriatur, is paradiſeæ ſit æmulus felicitatis; hic enim in vitæ mortalis, ac immortalis eſt confinio, & quò uberiori abundat paupertate, ac facultatibus eſt nudus, eò celeriùs accedit ad veram felicitatem, & recedit ab ærumnoſa mortalitate, & quaſi præcoquus cœli inquilinus terrennis ſpoliatus affectibus, & ut loquitur D. Chryſoſtomus, *à materiæ concretione ſecretus*, nonniſi cœleſtia concipit deſideria; & ſola ſpe æternæ felicitatis alitur; perinde ac primus homo nudus egreſſus de utero terræ matris in primordiali opificio. Jobus igitur, quia cunctis omnibus ſpoliatus facultatibus nuda paupertate dives, felicem æmulatur innocentiæ ſtatum. Eſt nuditas, quæ qualis ſit homo, prodit, cum nullo integumento occultetur, ſi quid in ipſo eſt deforme apparet. Hinc cum Deus præſente cacodœmone Jobi d prædicaret ſanctitatem, cum adhuc Huſſæus Princeps divitijs affluerent, ſtatim reſpondit. *Nunquid Job fruſtra timet Deum. Nonne tu vallâſti eum, ac domum ejus, univerſámque ſubſtantiam per circuitum, & poſſeſſio ejus crevit in terra, ſed extende paululum manum tuam, & tange cuncta, quæ poſſidet, niſi in faciem benedixerit tibi.* Job. 1.

45. Sategit tartareus hoſtis beneficio nuditatis, qualis reverà Jobus eſſet dignoſcere; eſt ſiquidem depauperatio, ac divitiarum privatio lapis ille lydius, quo probatum aurum examinatur, & ſpurium à legitimo ſecernitur. Sed ſi cacodœmon Jobi virtutem divitijs, quibus affluebat, adſcribit; cur modò ipſas divitias aſſumit, quibus non ſolùm Jobi virtutem explorare valeat, verùm etiam ejus conſtantiam, ac patientiam expugnare? Quia nimirum, ſi paupertate laburâſſet Jobus, & divitijs non affluxiſſet, nulla Dœmoni anſa ſuppeteret eum tentandi; ſed quia novit divitijs eum abundare, ratus opportunam fuiſſe occaſionem nactum, ipſas eſt divitias aggreſſus, quibus evertendis omne adhibuit ſtudium, quò à cultura virtutis Jobum averteret, ac proſterneret; ſed quia Jobum non latuit cacodœmonis vafrities poſt auditas ſuarum facultatum ſtrages, flaveſcentis meſſis conflagrationem, armentorum greges ſublatos, conſtructam domum ſolo æquatam, & in ea totam familiam collabentibus ſepultam ruinis, animoſiùs ſurgens contra laceſſentem hoſtem. *Scidit veſtimenta ſua, & tonſo capite corruens in terram adoravit, & dixit: nudus egreſſus ſum de utero matris meæ, & nudus revertar illuc.* Job. 1, v. 20. Cum ſingulas ſuas jam eo vertiſſet cacodœmon facultates, ne quid aliud ſpei ſupereſſet, quò valeret ipſum tenere, ac proſternere, Athletarum more veſtimenta ſua ſcidit, quæ deponeret; ut prorſus nudus conflictum proſequeretur, & quò tandem ſurgeret etiam tonſo capite, ne per capillos captus manus incideret hoſtis, in terram corruit: nil in Jobo ſuperfluum invenerat Sathan, nec unum capillum, licèt ſint capilli capitis excrementa: & tunc deſperavit hoſtis tartareus de victoria, ſibique epicedium occinens pudore ſuffuſus, ac plenus confuſione receptui canens tartareo ſe in ſpecu abdidit, ne victus ab alijs redargueretur, qui epinicion Jobo occinerent. Appoſitè S. Chryſoſtomus. *Pauper ſi philoſophari ſciat, neque ab ipſo Diabolo expugnari poteſt. Job igitur & ante hoc cum fortis eſſet, poſtquam omnia amiſit, tunc factus eſt fortior, & egregiam contra Diabolum victoriam reportavit. Præterea verò nec injuriam pati pauper poteſt, ſi philoſophari ſciat.* Homil. 2. ad popul. Antioch.

Jobus bonis omnibus ſpoliatus, & non ſolùm veſtibus nudus, verùm, & capite obraſus, fortior ſurrexit contra tartareum hoſtem, quem feliciùs proſtravit, cùm prorſus inermis, nudúſque cum ipſo dimicavit; & tunc cacodœmon eum expugnare omiſit, cùm Jobus bona omnia temporalia, etiam veſtes, & capillos amiſit; quia eò fuit de victoria certior, quò mundi divitijs pauperior: non fuiſſet ab initio eum aggreſſus, ſi divitijs noviſſet deſtitutum; victoriam ſibi ſpoponderat, & unà cum everſis facultatibus credidit, & ipſum evertere Huſſæum Principem, qui opibus vallatus, divitijs affluens, mundi commodis abundans expugnatu facilior fuit, quàm inermis, & pauper: tunc cacodœmon vires, arma Jobo ſuppeditavit, cum divitijs, & facultatibus eum ſpoliavit, & quò pauperior factus, eò fortior, & expeditior fuit ad victoriam, ad quam integrior, & glorioſior ſurrexit, cum ſciſſis veſtimentis, ac abjectis veſtibus, tonſóque capite 46.

corruit

corruit in terram: ſi Jobi divitiæ anſam dedêre hoſti tartareo eum laceſſendi, ac pugnandi, ſuboriens paupertas cacodæmonem vicit, quem & in turpem adegit fugam; inopia Jobi Diaboli exarmavit phalangas, fudit tartareas legiones, fugavitque totum nequiſſimorum ſpirituum exercitum; quia ut ſcitè D. Chryſoſtomus *pauper neque ab ipſo Diabolo expugnari poteſt.* Quam malè igitur ſentiunt de paupertate, qui mundi malis eam aſciſcit. Eſt virago illa fortiſſima genere nata Amazoneo, quæ tartareas ipſas vincit, proſternítque legiones.

47. Neque credas inopiâ ipſam laborare, divitiæ ipſi non deſunt, quia neceſſarijs contenta nil ipſi deeſt, nilque cupit, ut enim
Epiſt. 10. ſcribit Seneca. *Non qui parum habet, ſed qui plus cupit, pauper eſt.* Quod ſi eò quis pauperior, quò plura cupit, is erit ditior, qui minus cupit, ſicque eò ditior, quò concupiſcentijs eſt pauperior, cui accinit Epictetus, qui rogatus quiſnam eſſet in mundo dives, reſpondiſſe fertur, *cui ſatis eſt, quod habet:* ſeu ille verè eſt dives, qui nihil cupit, nihilque propterea ei deeſt: inops enim, qui cupit, eſt; & plura petenti multa deſunt, proinde eò ſemper pauperior eſt, quò plura expetit; & eò ditior, quò minus cupit, & pauciora petit: is paupertate laborat, cui plura deſunt; & illi plura dicuntur deeſſe, cui nunquam ſatis eſt, quod habet; quamvis avarus divitijs circumfluat, & congeſtos theſauros arctâ cuſtodia conſervet, occultetque, non tamen eum divitem credas; cæteris eſt pauperior, quia plus cæteris expetit, ac ſperat, quæ ipſi deſunt; neque congeſtis jam theſauris ipſe diteſcit: non enim poſſidet ipſe divitias, quas cumulavit; ſed divitiæ ipſum poſſident, quem & curis, ac ſollicitudinibus etiam torquent, jubéntque plerumque noctes ipſas traducere inſomnes: quo avarus plus habet, plus etiam perdit, quæ enim occultat, & ſervat, ipſi non ſunt uſui, propterea non acquirit divitias, ſed perdit, cùm eas occultatas ſervat: nil intereſt diſcriminis divitias inter naufragas, & ſervatas ab avaro, ambæ nulli ſunt uſui, & quod nullam adfert utilitatem nocumentum potiùs, quam levamentum infert: quid proſunt pecuniæ aſſervatæ, ſi perinde, ac naufragæ nulli ſunt poſſidenti commodo: perditum eſt, quod inutile, ideóque avarus quamvis divitijs affluat, auro, argentóque circumfluat, habeatúrque Creſo ditior, adhuc Codro eſt pauperior; quia plura ipſe cupit, quæ eidem deſunt, quàm pauper, qui modico ſuo cenſu contentus nil expetit, quia nil novit ſibi deeſſe.

48. Qui igitur diteſcere cupit, diſcat cupiditates compeſcere, ac ab alijs concupita contemnere: nil concupiſcere, & omnia contemnere viam ſternit ad opulentiam, imò & beatitatem ipſam obtinendam: non beatum dicis, cui bonum aliquod deeſt; & omne illud nobis deeſt, quod concupiſcimus, vel ſperamus: non enim deſiderata, & ſperata poſſidentur; & quæ non poſſidentur, deſunt: proinde qui plura concupiſcit, ac ſperat, huic neceſſe eſt, plura deſint, ſicque eo cæteris pauperior, quò plura concupiſcit, ac ſperat. Dives non eſt, qui multa habet, cum plura ſemper ſint, quæ non habet, quàm quæ habet; neque dives eſt, qui extra Deum omnia habet, quia is nullus eſt, ſolus enim Deus ideo ditiſſimus, quia omnia habet, & nihil ipſi deeſt, ſibíque propterea ſufficientiſſimus eſt nullius externæ opis indigus: igitur extra Deum is ſolus ditiſſimus, qui quæ poſſidet, eidem ſufficiunt, neque alia indiget ope, nihilque concupiſcit, nec ſperat.

Quòd ſi ille ſolus eſt pauper, qui ſibi videtur pauper, quatenus dolet, ſibi quidpiam deeſſe: ille dives, qui ſibi videtur dives, eò quia nil putet ſibi deeſſe, & modico ſuo cenſu contentus nil cupit, ſperátque nihil ex fluxis mundi bonis. Quam perversè fuerunt philoſophati, qui in congeſtis theſauris, ac divitiarum affluentia felicitatem ſitam voluêre: non eſt felicior, qui plus poſſidet, ſed qui minus cupit: eſt enim felicitas, quæ omnia poſſidet, ac propterea omnem à ſe cupiditatem, ſpem, ac deſiderium plus habendi abigit; deſideria enim, ſpes, & cupiditates in ea feruntur, quæ non poſſidentur; & quò plura quis deſiderat, concupiſcit, ac ſperat, eò pauciora poſſidet, magíſque recedit à felicitate, cui nil deeſt, ſicque propterea ſumma felicitas, ſumma cupiditatum inopia; ergo ille dives, & felix, cui, quæ poſſidet, ſufficiunt, nilque ulteriùs ſperat, ac concupiſcit. 49.

§. VI.

Quæ hominum cupiditates, ac ſpes bonis fluxis, ac perituris innituntur, in officina humani cordis catenam conſtruunt, quatenus aliæ alias jugiter ſequuntur, quibus ſperantes vinciuntur, ac miſeriores fiunt.

NOn cenſeas ad id inventas fuiſſe opes, ut plura poſſideamus, ſed ne quid nobis deſit, non enim menſura opulentiæ eſt plus poſſidere, ſed minùs deeſſe; quid autem deeſſe facit niſi cupiditas? quinimò quò plura poſſidentur, eò pluribus poſſeſſore indigent. Emit dives peramplum prædium, ſed hoc magnâ etiam indiget culturâ; peramplum conſtruxit palatium, ſed multiplicatâ eget familia; plures erexit domus, ſed hæ habitatoribus indigent, qui eas locent, & annuum cenſum perſolvant; plures compegit naves ad mer- 50.

ces transvehendas ab uno ad polum alterum, ſed peritos exigunt, & ipſe nautas: quò igitur plura dives poſſidet, eò eſt pauperior, quia pluribus indiget; & ſemel quòd quiſpiam cupiditatem incrementat, neceſſitatem ſibi augmentat: nil ei ſufficit, cui natura non ſufficit, tametſi plures congeſſerit theſauros, emerit bona, ædificaverit domos, non tamen eum divitem credas; ſi eum introſpicias, mendico deprehendes pauperiorem; huic enim pauci nummi ſufficiunt, cum illi nec divitiæ Creſi ſatis ſint: ſunt enim hominis cupiditates, quæ catenam conſtruunt, una ſemper aliam ſequitur, & nunquam cupiendi eſt finis. Cupiditates poſtea non ſolùm aliæ ſequuntur, verùm etiam curæ, ac ſolicitudines, quibus cupientes, ac ſperantes dirè torqoentur, & eò cruciatus eſt dirior, quò res ſperata, & concupita productior: non enim animi quietem, ac tranqoillitatem afferunt, quæ congeruntur divitiæ, ſed cruciatus, & dolores ſemper trahunt; neque labores minuunt, ſed multiplicant; cum non minoris ſit curæ parta tueri, ac congeſta tutè cuſtodire, quàm in novas ſemper lucri occaſiones excubare.

51. Falluntur, qui divitiarum fructus, cordis quietem, animiq; tranquillitatem eſſe putant, cum nonniſi curas, ac ſolicitudines producant. Is dives, qui divitijs imperat, non qui divitijs ſervit, ac ſordidè famulatur: is felix qui animum erigens rebus humanis majorem, quas à ſuis majoribus divitias accepit, non ut idola veneratur, ſed ut inſtrumenta vitæ ad omnes opportunitates paratas eſſe jubet, & obſequentes, præſertim in pauperum levandis miſerijs; qui auri ſplendore delectatur, non ut aurum accumulet, ſed quò alijs impertiatur; & qoi non in cuſtodiendo ſolicitudinem, ſed in erogando ſectatur beneficentiam. Non ille dives, objecit olim Cyrus Creſo deprædicanti opes à ſe congeſtas, referente Zenophonte, qui magnas congeſſit opes, ut ſervet, ſed qui honeſtè elargiri alijs didicit, quæ poſſidet: alioquin ſi ij divites, qui acervatas pecunias tutè conſervant; etiam urbis cuſtodes, & murorum excubiæ civibus omnibus eſſent ditiores, cum ipſi totius urbis dicantur theſauros cuſtodire; & excubare, quò tutiùs ſerventur. Id intereſt diſcriminis avarum inter, qui plurimas congeſſit divitias, quas reconditas multiplici cuſtodit ſolicitudine, & modicè opulentum, ſuas tamen pecunias munifica manu pauperibus præſertim elargientem; quia hic verè Dominus eſt illius, quod poſſidet, cum ille ſervus ſit, & cuſtos divitiarum, quas congeſſit; huic opes inſerviunt, ſed ille opibus fœdè ſervit; hic ex pecunijs varia vitæ commoda percipit, ille verò propter opes vitam exhaurit, & tranquillitatem deperdit.

Lib. 8. Cyroped.

Qui igitur in mundi divitijs ſperant, quas cuſtodiant, hi improbo labore defatigantur, quò curas, ac ſolicitudines, ac plures moleſtias accerſant, quapropter injunxit Apoſtolus Paulus Diſcipulo ſuo Timotheo, ut ſuaderet divitibus mundi, ne in divitijs ſperarent. *Divitibus hujus ſæculi præcipe non ſublime ſapere, neque ſperare in incerto divitiarum.* Vocat Apoſtolus divitias hujus ſæculi, quia unà cum tempore avolant, fugiunt, ac evaneſcunt, ſuntque propterea & ipſæ volatiles, fluxæ, ac nullius permanentiæ: verũ non ſolùm tranſeunt, ſed quod deterius abeuntes affligunt, quio & inflictis vulneribus cruciant: Siracides loquens de divitijs ait. *Pereunt in afflictione peſſima*, quia tranſeuntes torqoent, & affligunt ſatagentes eas detinere: dicuntur etiam divitiæ terrenæ, quia exiles, ac egenæ: appoſitè D. Chryſoſtomus expendens verba Apoſtoli *ad Timoth.* ait: *Qui dixit divitibus hujus ſæculi, demonſtravit, & alios futuri ſæculi divites eſſe, qualis ille Lazarus erat in præſenti quidem vita pauperrimus, in futura verò dives: non auro, & argento, nec ulla tali corruptibili, & mareſcibili materia affluens; ſed arcanis illis bonis, quæ nec oculus vidit, neque in cor hominis aſcenderunt, hæ nanque veræ divitiæ ſunt.* 49.

1. ad Timoth. 6. v. 17.

Ecclef. c. 5. v. 13.

Homil. 6 ad popul. Antioch.

Qui enim in hoc ſæculo ſunt divites, ac delicijs diffluunt, hi æternorum egeſtate laborant: cùm pauper hujus ſæculi præproperè futuri ſit dives, ac veras etiam in hoc ſæculo divitias anticipet; quarum faſtum, vel in gehenna, qui in hoc ſæculo divitijs abundavit, nititur æmulari: neque alia de cauſa purpuratus ille evangelicus dives Lazarum in paternam domum delegari impensè rogavit, & enixim petjit, ne quos ſuperſtites domi reliquerat fratres, gehennalis ignis diſtorqueret. *Rogo te Pater Abraham, ut mittas eum in domum patris mei, habeo enim quinque fratres, ut teſtetur illis, ut & ipſi veniant in hunc locum tormentorum.* Quis hisce auditis verbis è gehenna emiſſis non putaret intentiùs zelo, quàm flammis æſtuare divitem ita loquentem, ac fraternam ſalutem impensè ſuſpirantem? de propriæ linguæ refrigerio ampliùs non loqoitur, de fratrum ſalute magis ſolicitus, quàm de proprio minuendo cruciatu anxius, & ne vanæ felicitati inextinguibilibus flammis luendæ fratres fiderent, non ſemel tantùm, ſed & iterum Lazarum mitti rogat; nimirum ſemel pro ſe rogat; & bis pro fratribus Patriarchæ Abrahamo ſupplicat; quis non putaret acriùs zelo aduri fraternæ ſalutis, quàm flammis comburi proprij cruciatûs? Sed gehennalibus addictus flammis cum eſſet, nullam valuit veri zeli fraternæ ſalutis ſcintillam concipere: fucata fuit in divite charitas, & gehennæ vernula faſtum potiùs, quàm zelum prodit; tametſi de fraterna loqueretur ſalu- 52.

Luc. 16. v. 27

ſalute, proprium tamen in fratrum incolumitate faſtum ſuſpiravit honoris, ſategit ambitionis affectum fuco contegere charitatis, & cùm torqueretur in flammis, cupijt ſuis honorari in fratribus: pulchrè Cajetanus expendens præfatum textum ait: *Non proveniunt iſtæ preces ex bono affectu ad ſalutem fratrum (quoniam damnati habent voluntatem firmatam ad malum) ſed ex affectu proveniunt ſuperbiæ. Videbat enim divites multos ſalvari, & propterea petebat ſuos fratres evadere miſeriam, ut vel ſic in ſuis fratribus exaltetur.* Luc. 16.

33. Quam pronum cor divitis ad vitia, quibus cum viveret divitijs æquè, ac delicijs indulſerat; etiam gehennalibus utitur flammis, quibus faſtum foveat, ſimúlque vitio faveat; ſupplex pro fratribus ore rogat, ſed ſuperbus corde tumet; ſplendent preces exteriùs pietate, quæ interiùs ardent perverſitate. Quamvis ſplendeat aurum, non tamen credas ipſum à cruciatu ſejunctum; divitiæ enim vel tormenta pariunt; vel pœnas ſibi adſciſcunt pediſſequas: neque auri ſplendor ab umbris ſit triſtitiæ immunis. Quid ni? etiam Servatori in mundo nato adoratores Reges aurum obtulêre, ſed non purum, nec defæcatum ab omni amaritudinis ſcoria: obtulêre quidem aurum Chriſto, ſed poſtquam infans JESU ex oculis imbres emiſerat lachrymarum, quibus ſterileſcentem cordis noſtri tellurem emolliret, ac rigaret, diſcerétque tandem virtutum flores dare tellus, quæ nonniſi ſenticeta, ac ſpinas produxerat vitiorum: aurum obtulerunt puero JESU, ſed poſtquam hic è ſectis venis cruorem effudit, quo noſtræ dignitatis colorarer purpuram: quòd ſi oblatum aurum præceſſêre lachrymæ, & ſanguis, eidem ut comitem credas amarorem ſe junxiſſe: non enim Reges terræ obſequia ſua præſtituri cœlorum Regi terrenum tantùm obtulerunt aurum, ſed thus etiam, & myrrham, *Obtulerunt ei aurum, thus, & myrrham:* Matth. 2. v. 11. thuris fumus lachrymis eliciendis idoneus, auri etiam obfuſcavit nitorem quo inde diſcamus abſque lachrymis, & cruciatu non poſſideri mundi divitias, quæ ſecum ſemper trahunt fumum aliquem, quo lachrymæ extorqueantur. Imò non ſolùm thuris fumum, ſed & myrrhæ amaritudinem ſecum aurum Numini oblatum traxit. Quàm inops, & egena ſuis etiam in divitijs eſt mundi opulentia, quæ aurum offerre ſine fumo thuris, & amaritudine myrrhæ non valuit: adeò eſt arctè opibus amarities conglutinata, ut hæc ab ipſis nec in manibus pueri JESU ſejungi poſſit.

34. Quòd ſi lutum ab auro ſepares; non tamen hoc à myrrha ſejunges; nemo enim ſine dolore divitias congerit, nemo ſine moleſtijs, ac ſolicitudinibus aurum cumulat: ærumnarum ſeges tunc fertilior incrementas, cum auro adhæreſcit. Reges Magos mundus procul dubio æmulatur, allicit enim auri nitore, quo fumo thuris lachrymas excitet, & myrrhæ amaritudine non labia tantùm, ſed & cordis intima inficiat: ſpondet priùs aurum, exhibiturus mox mundus thuris fumum ad lacrymas eliciendas, & myrrhæ amaritiem: an non myrrham poſt aurum dives ille Evangelicus epulo demeſſuit ſepultus gehennæ in ſpecu? Nullam hominibus expugnandis aptiorem divitijs habet tartareus hoſtis bellicam machinam, hac enim non ſolùm Jobum in ſuo fuit aggreſſu ſimeto, ſed & Servatorem ipſum in deſerto, quem ut ſua flecteret in vota, gulæ priùs allexit illecebris, *Dic ut lapides iſti panes fiant:* Matth. 4. v. 3. ſed cum nil proficeret, ac perinde id eſſet, ac Æthyopis abluere cutem, mox divitiarum adhibet valentiorem machinam: *Hæc omnia tibi dabo, ſi cadens adoraveris me.* Matth. 4. v. 9. Quid? quòd Dœmon Chriſtum in eremo adorſus, gulæ primùm cùm illexiſſet illecebris, ac inanis gloriæ poſtea admoviſſet tormentum, quod Angelorum manibus futurum eſſet, ut deferretur; demum opes etiam ſpopondit, ſi cadens eſſet eum adoraturus? & poſt promiſſas mundi divitias ſtatim euro citiùs evanuerit? quia nimirum cùm plures adhiboiſſet belli machinas hominibus expugnandis peridoneas; poſtremam cæteris fortiorem, ac præcedentibus valentiorem adhibuit, in qua cum omnem conſummâſſet tentationem, totóſque adhibuiſſet niſus, ideo aufugit illicò, quia nullum ei ampliùs ad vulnus infligendum telum ſupererat. Sed cur non adhibuit intorta libidinis, otij, ac invidiæ jacula, quibus cæteris fauciandis hominibus uti conſueſcit tartareus hoſtis? quia hæc omnia jacula in uno comprehenduntur avaritiæ telo, cùm enim ſit avaritia radix malorum omnium, in hac una reliqua omnia includuntur mala, & quia dœmon telo avaritiæ, oſtenſione omnium mundi divitiarum Chriſtum non valuit trajicere; de victoriâ tunc deſperavit, & illicò aufugit: quem enim opes non vincunt, is tartareas omnes ridet legiones. Sed ſi dœmon audierat hominem illum in eremo jejunantem Deum eſſe: *Non tentabis Dominum Deum tuum*, Matth. 4. v. 7. cur divitiarum illecebrâ audet eum pellicere in ſui obſequium? an quia eum non lateret tantam vim nummo ineſſe, ut eo oblato, vel ipſum Numen non diffiteretur in ſua flectere vota, & adorationis cultum ab eo impetrare, qui à probis Angelis adoratur? Tanta eſt vis auri, ut vel evertendo ipſi Numini aptum cenſeatur inſtrumentum.

Quàm difficulter igitur, qui divitijs inhiant, Deo adhærent, opes ipſis à dœmone oblatas reſpuunt: Deo adhæſit David, *Adhæſit anima mea poſt te.* Pſalm. 62. Quòd ſi ſciſciteris quo tempore, & loco ſe ſe David Deo devoverit; non credas in affluentia divitiarum, in illecebris deliciarum, in blandi- 55.

mentis voluptatum, in opum copia id contigiſſe, ſed in areſcente eremo, in terra paupertate laborante: *In terra deſerta, & invia*: (*Pſalm 62. v. 3.*) tunc quia inops, ac mundi divitijs deſtitutus, ac verè pauper Numini adhæſit; tunc & ipſe aſſultus tartarearum legionum compeſcuit, ac fruſtravit: *Ipſi verò in vanum quæſierunt animam meam*; (*Pſalm. 62. v. 9.*) quia tunc cùm areſceret tellus, floruit ipſe culturâ virtutum; & micantes contra ſe gladios quærentium eum ad internecionem retudit; & tartareas technas loci paupertas diſſuit, quas divitiarum affluentia ſolet aſſuere. Quoties mundi hæremus divitijs, Deo non adhæremus.

56. Fortaſſis eluvionis pavore confugerat ad Noëticam Arcam columba, quæ cum ab eo emiſſa nonniſi naufragia, ac fluctibus agitata vidiſſet cadavera, regreſſa illicò in Arcam fuit: ſed cùm iterum fuiſſet dimiſſa cunctata diu fuit virentem nacta oleam, quam ab arbore in montis faſtigio avulſam roſtro ſecum detulit, ſed nonniſi incubantibus jam ombris revolavit ales pacifica ad Arcam: *At illa venit ad eum ad veſperam portans ramum olivæ virentibus folijs in ore ſuo*, (*Geneſ. 8. v. 11.*) ſed quænam prolixæ cunctationis cauſa extitit? Certè non aliam putârim extitiſſe niſi emergentium ab aquis montium cacomina, ac eblandientis naturæ illecebras, in quibus cùm poſſet pedes recubare, ideo diſtulit ad Noë receſſum, quia terræ jam detinebatur divitijs: vix ſua cœperunt oleæ virentia folia explicare, & columbam pellicere; hanc vel ſola vireſcentis ramuſculi ſpecie detinuerunt, ne revolaret ad Arcam: non reverſura fortaſſis, ſi vireſcentes oleæ rami non folia tantùm emiſiſſent, ſed & baccas concoxiſſent: adeò efficax eſt vis divitiarum, ut vel ipſas innocentes aves irretiat, ac detineat: hinc cum poſt aliquot dies Noë eandem emiſiſſet columbam, cum arbores jam in fœtus creviſſent, & natura ſuam inciperet divitiarum pompam prodere, non eſt ampliùs reverſa, oblita & Arcæ, & Noëmi ſimul: *Expectavitque ſeptem alios dies & emiſit columbam, quæ non eſt reverſa ultra ad eum*: (*Geneſ 8. v. 12.*) o mirum tunc columba Noëmo adhæſit, cùm tellus nullas exhiberet ſuarum frugum divitias, & naufragium omnes abſorberet: ubi verò ab aquis emerſit tellus, & oleæ, ac reliquæ arbores viruêre, ſprevit columba Arcam, in quam propterea ſeceſſerat non affectu deliteſcendi, ſed metu pereundi. Quamdiu inopiâ laboramus, nóſque imminentia circumſtant pericula, tamdiu Deo hæremus, eíque adhæremus, qui ſubducti poſtea à diſcrimine, quod imminebat, & ad pinguiorem evecti fortunam à Deo avertimur, mundi delicijs affluentes, divitijs adhæſuri.

57. Naufragium in melle, & butyro paſſus eſt Iſrael, qui antea ex fluctuante emerſerat Erythræo: *Altare de terra facietis mihi.* (*Exod. 20. v. 24.*) Non credas, Deum tantùm Iſraelitis imperâſſe, ſed & ſimul prophetâſſe, non tantùm mentem tantùm ſuam aperiturus, quàm non tantùm oſtenſurus ſtudium, quaſi diceret: quamdiu lutum eritis, verſaturi tenui in fortuna, ac paupertate laborantes, mihi aras conſtruetis, & altaria erigetis; obi verò divitijs affluetis, non ampliùs aras mihi, ſed vitulos Dœmoni erigetis: quia paupertas eſt, quâ Deo adhæremus, & divitiæ, quibus à ſummo Bono ſejungimor. Divitijs enim non nomine tantùm, ſed & re ſunt cognata vitia, quibus à ſummo bono ſeparamur, ut terræ quisquilijs, fluxiſque, ac fucatis adhæreamus mundi bonis: pulchrè Eucherius Epiſtola Parenetica ad Valerianum: *adeò quædam ſocietas pæne etiam nominis duabus his rebus vitijs, & divitijs*: Profectò latet in divitijs vitij nomen, ſed latet etiam res, quâ à vero gaudio exulamus, quæ enim divitijs mens premitur; verum non poteſt gaudium expromere; exulat à fucatis mundi divitijs vera lætitia, idque cauſæ, cur Abachuc non in alio lætari voluerit, quàm in (*Cap. 3. ult.*) ſolo Deo inquiens: *Ego autem gaudebo, & exultabo in Deo JESU meo.* Sed ſi ſciſciteris, quandònam fuerit Propheta in Deo lætatus, non credas tunc lætitia fuiſſe perfuſum, cùm ſe divitijs vidit circumfuſum, ſed cum inops, & pauper bonis ſe novit terrenis deſtitutum: præmiſerat enim Abachuc (*Cap. 3. v. 17.*) *Mentietur opus olivæ, & arva non afferent cibum: abſcindetur de ovile pecus, & non erit armentum in præſepibus*; tunc ad Deum perfugimus, cùm & eſurimus, & ſitimos, & nudi ſumus; tunc exoltamus in Deo cùm à mundi divitijs exulamus, quia paupertas nobis ad Deum viam ſternit, quam divitiæ proſternunt, impediunt, ac diſſipant.

§. VII.

Fluxa mundi bona, quæ idola ſunt in ijsdem ſperantium, à ſummo Bono avertunt, & in profundum ærumnarum ſpes humanas naufragas mergunt.

58. NOn ſolùm divitiæ iter ad Deum nobis impediunt, ſed ab ipſis etiam nos retrahunt, avertúntque; quò ærumnoſis hiſce, ac futilibus adhæreamus mundi divitijs, quæ idola ſunt ſperantium in ipſis: hinc non mirum ſi Iſaias *cap. 2. v. 7.* cùm præmiſiſſet: *Repleta eſt terra argento, & auro, & non eſt finis theſaurorum ejus*: ſtatim abſolutâ periodo, quâ divitiarum oſtendit ubertatem, ſubdit: *Et repleta eſt terra ejus idolis*, (*v. 8.*) quia ubi fluunt opes, illic & ſcelera refluunt, quò inde conjicias arctam affinitatem rei, & nominis: quæ duabus hiſce ineſt rebus vitijs, & divitijs. Ægrè cùm divitijs probitatem cohærere antumavit Sylla, qui referente Plutarcho jactanti

ſevis.

ſe virum eſſe probum, reſpondit. *Qui poſſis tu probus eſſe, qui cùm nihil à patre acceperis, nunc poſſides adeo multa*, autumavit tunc decreſcere probitatem, cum incipiunt divitiæ creſcere, quaſi in una, eadémque domo ſimul manere nequeant probitas, & divitiæ, quæ vitia potiùs ſibi nomine affinia accerſunt, quæ probitatem omnem eliminant, caligines injicientia, quibus mens cæcutiens avaritiâ corrumpitur, ut verum non videat bonum, cui adhæreant.

59. Sitis pecuniarum non ſolùm ſitientes torquet, ſed & effuſis caliginibus excæcat, quo minus ſummum bonum videant. Etiam Chriſti Diſcipuli lucri cupiditate capti, licèt tota nocte laborantes in trahendis retibus nil cœperint, cæcutierunt, non ampliùs Magiſtrum Chriſtum cognoſcentes: *Et exierunt, & aſcenderunt in navim, & illa nocte nihil prendiderunt, mane autem facto ſtetit JESUS in litore: non tamen cognoverunt Diſcipuli, quia JESUS eſt.* (Joan. 21. v. 6.) Quòd ſi vel exigui lucri cupiditas, adeò Diſcipulos excæcat, ut adſtantem non ampliùs Magiſtrum videant, quem cognoſcant? Si vel ipſa paupertas piſcatui addicta, dum lucrum in undis ſitit, fœdè caligat? quid ſi divitijs affluxiſſent? ſi inter retia piſcatores Magiſtrum non agnoſcunt, quomodo inter fœnora, ac divitiarum congeſtos cumulos eum agnoviſſent? ſi marinos inter fluctus ſeminudi, ac nocturno labore feſſi, ac paupertate non minus ac piſcatu laborantes JESUM in litore ſtantem non cognoſcunt, licèt Apoſtoli eſſent, & manè eſſet, & à piſcatione jam ceſſaverint, nihilque prendiderint; quid ſi retia piſcibus traxiſſent referta, iiſque vendendis lucri causâ occupati in forum eos aſportâſſent, vel per plateas divagantes vænum exhibuiſſent, an tunc clariùs Magiſtrum ijsdem obviantem vidiſſent, quem cognoſcerent, & ardentiùs amarent? Quamvis Diſcipulis pluries jam Magiſter Chriſtus apparuiſſet, adhuc vel ex modici lucri cupiditate cæcutiunt, ut eum ampliùs licèt in litore ſtantem non cognoſcant.

60. Quis igitur erit JESUM cognoſciturus, ſi non ut vitam ſuſtentet retia marinis extendit in fluctibus, ſed ut diteſcat, & luxurietur, laqueos expandit? cæcutiunt procul dubio quotquot auri ſplendore ſe ſinunt pellici, & cùm divitias quærunt, veras opes perdunt. Auro inhiavit proditor Judas, & pecunias quæſiturus veras in ſuo Magiſtro divitias perdidit. Agellus à ſacerdotibus Hieroſolymitis emptus non delicijs fovendis, ſed ſepulchris fodiendis aſſignatur: qui non laudet hanc in Sacerdotibus pietatem? cum cadavera peregrinorum, quæ antea inhumata jacebant, mox in empto agello honeſtè tumulentur? Sed ò quantum eſt in rebus inane! qui laudibus excipitur agellus proditoris Judæ eſt hæreditas, & proditi Redemptoris pretium. Nimirum pecunia malè parta, eſt iniquitatum mater, quia Judam illexit ad ſacrilegum ſcelus.

Armillas, torquéſque aureas ab Ægyptijs ereptas ſecum Judæi in eremum detulêre: ſed delatum aurum nonniſi monſtrum protulit idololatriæ: ex auro ſiquidem fuſo vitulus conflatus fuit, cui populus ſua præſtitit obſequia, & thus impiè adolevit. 61. Quòd ſi aurum ex Dei juſſu à Dei hoſtibus ſublatum in idolum conſurgit conflatum: qualem non perpetrâſſet iniquitatem, ſi non ex Dei juſſu, nec ex Dei hoſtibus, ſed ex effræni concupiſcentia, & ſordida avaritia ſublatum fuiſſet ex aris, vel templi ærario? Divitijs abundavit Salomon, qui omni genere magnificentiæ potentiſſimos quosque Monarchas ſuperavit. Hortorum fuit amœnitate delectatus, quibus excolendis non minorem Salomon viſus eſt operam impendiſſe, quàm Semiramis hortis ſuis penſilibus, vel Cyrus exoticis ſuis plantarijs; in hiſce flores vernabant cultu, ac colore nobiles, rariora orbis germina nutriebantur ad oculorum delicias, ut & arbores alio etiam ſub climate educatæ luxuriabant. Armenta illi fuerunt propemodum innumera, ut ipſemet fatetur inquiens: *Armenta & magnos ovium greges habui ultra omnes, qui fuerunt ante me in Jeruſalem.* Equorum fuiſſe ipſi quinquaginta ſeptem millia, & ſexcentos commemorat ſcriptura. Auri, argentique ponderibus cæteros omnes antecesſit Reges. Quòd ſi Cyrus de victa Aſia auri pondo triginta quatuor millia, argenti quingenta millia talentorum; ſeu quingentos nonaginta quatuor milliones præter vaſa aurea, & argentea infiniti pretij reportavit. Si Alexander ſuperato Dario ducentos tredecim milliones retulit, & octingenta quadraginta millia ducatorum, & ex una Aſia vectigali quot annis ſexcentos ſeptuaginta ſeptem milliones, & centum ſexaginta millia ducatorum; ex hiſce faciliùs conjicimus, quàm ſupputemus, quales fuerint Salomonis divitiæ, cui Deus ipſe eas illi promiſerat: *Divitias & ſubſtantiam dabo tibi, ita ut nullus in Regibus, nec ante te, nec poſt te fuerit ſimilis tui.* (2.paral.cap. 1. v. 12.) Quòd ſi reliquos Salomonis luxus vellem recenſere, vix finem narrationi imponerem, cùm certum ſit, omne genus venationis, & aucupij menſas apparâſſe Salomonis, nec minorem fuiſſe in potu luxum. Sed cùm primùm cœpit tot divitijs diffluere, cœpit, & ipſe in deterius ruere, & in ſcelera corruere. Poſt ædificatum templum, ſibi domum exſtruxit, & jam non uni templo, uníque Deo opes impenduntur, ſed ampliſſimæ domui ſibi exſtruendæ expenduntur; & quod ſceleſtius, idolis etiam uxorum non unum excitavit Fanum, quo contra Deum divitiarum munificen-

ficen-

ficentiſſimum largitorem auri militaret inundatio; & ex adipe prodiret iniquitas, ex butyro emergeret ſcelus, hinc Regius

Pſalm. 48 v.17. Vates: *Ne timueris cùm dives factus fuerit homo, & cum multiplicata fuerit gloria domus ejus, quoniam cùm interierit non ſumet omnia, neque deſcendet cum eo gloria ejus.*

62. Quid? quòd dives cùm moritur deſcendat, nec cum eo ejus deſcendat gloria? deſcendit nimirum opulentus, quia auri, argentíque ponderibus preſſus ſurſum nequit cœlum petere; ut ſolium gloriæ inſcendat; ſed deſilit, ubi nullus ordo, ſed ſempiternus horror inhabitat, æternis cruciatibus torquendus. Non divitijs affluentes aſcenſui in cœlum apti cenſentur ob onera metallorum, quibus premuntur, & in imum terræ detinentur: ſecus pauperes, utpote expeditiores promptiùs felicitatem aſſequuntur, quod vel ipſe Seneca

Lib. de conſ. ad Polip. cap. 28. cùm noviſſet, ſcripſit: *Is beatior eſt, cui fortuna ſupervacua eſt, quàm is, cui parata eſt. Omnia iſta bona, quæ nos ſpecioſa, ſed fallaci voluptate delectant, pecunia, dignitas, potentia, aliáque complura, ad quæ generis humani cæca cupiditas obſtupeſcit, cum labore poſſidentur, cum invidia conſpiciuntur, eóſque ipſos, quos exornant, & premunt, & plus minantur, quàm proſunt.*

63. Quòd ſi mors trajicientibus hujus fluctuantis vitæ procelloſum pelagus portus eſſe dicitur; non tamen credas, divitibus ſemper portum eſſe; utinam atrocioris tempeſtatis immetatum non foret initium, quia divitiæ opulentiores plus minantur, quàm proſint: ſed quid minantur, ſi mors ſit malorum exitus? procellæ portus? non ſolam mortem minantur, ſed mortis pediſſequam pœnam gehennalem nunquam interituram. Expertus id fuit dives ille Evangelicus, qui *Luc. 16.* induebatur purpurâ, & byſſo, & epulabatur quotidiè ſplendidè; erat ibi pauper pannoſus, mendicus, exulceratus nomine Lazarus, qui ad purpurati divitis cùm jaceret januam, ad famem propulſandam, quâ corrodebatur, cupiebat ſaturari de micis, quæ de menſa divitis neglectæ cadebant; & nullus fuit, qui non ſolùm panis fruſtulum, ſed & pauculas micas ei ſuppeditaret. Quid ni uterque exuens mortalitatem ſuam obit diem, eô tamen ſortis diſcrimine, quò pauper pannoſus, & mendicus ulceratus evheretur illicò ab Angelis in ſinum Abrahæ; & dives à tartareis ſpiritibus præceps age-

Luc. 16. retur in imum gehennæ: *Mortuus eſt pauper, & dives, & ſepultus eſt in inferno*; ubi cùm diris torqueretur cruciatibus, & oculos lachrymis madidos, fletúque corruptos elevâſſet, Lazarum vidit in ſinu Abrahæ, facie hilarem, fronte ſerenum, vultu jucundum, & tunc exclamans, ſimúlque ſuſpirans è ſuis flammis has voces emiſit:

Pater Abraham miſerere mei, & mitte Lazarum, ut intingat extremum digiti ſui in aquam, & refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma, ſed reſpondit illicò Abraham ei objiciens divitiarum affluentiam, quam in comeſſationibus, mundique delicijs perversè impenderat, & canum etiam greges nutriret cum pauperum diſpendio, quibus, etiam fame licèt perire cerneret, non fuit opitulatus: *Fili recordare quia recepiſti bona in vita tua, & Lazarus ſimiliter mala*, nunc autem hic conſolatur, tu verò cruciaris. Ibidem.

Sed ſi purpuratus dives flammis extraditus gehennalibus æternum cruciandus toto corpore, totóque ſpiritu, cur tam enixim pauxillum expoſcit aquæ, ut linguam refrigeret ſuam? cur non potiùs rogavit, ut toto corpore in fluvium mergeretur, quo flammarum, ſi non totaliter extingueret, ſaltem cruciatus minueret. Quid? quòd in gehenna tortus dives linguam tantùm cupit refrigerandam? an quia hæc diſtortè locuta, & convicijs pauperem impetita turpiùs deliquit, quò diriùs cruciaretur? ita eſt quia lingua non ſolùm convicijs exulceratum, ac jacentem Lazarum laceſſivit; verùm & fruſtulum denegavit panis, quo abundè ſaturabantur canes; ideo quia cæteris membris avarior, ac opulentiæ arctiùs addicta ob denegatum pauperi ſubſidium acriùs ipſa torquetur, ejùſque cruciatus propterea expoſcit dives minuere, vel temperare: pulchrè D. Chryſologus Serm. 122.
Purpuratum divitem in inferno ſepultum alloquitur inquiens: *Te jam poſſidet totus ignis inferni, ſi te flamma gehennæ complectitur: quare ſolius linguæ æſtibus deſideras ſubveniri? quia magis inquit lingua uritur, & ardet, quæ inſultavit pauperi, quæ miſericordiam denegavit.* Atrociores igitur cruciatus ſibi divitis lingua oppignorat in gehenna, quæ mundi divitijs addicta opitulari famelico detrectat pauperi. Eleganter rem hanc verſat D. Auguſtinus, huc propterea accerſendus, & audiendus, ait enim: *Divitis purpurati fuge frater exem-* Serm. 227. de temp.
plum; cujus canes pauper Lazarus ſuis ulceribus pavit, & micas cadentes de menſa divitis non accepit. Sed poſt non longum temporis intervallum mutatæ ſunt vices: pauper beatitudinem emit mendicitate; dives ſupplicium facultate. Totum divitis corpus flammis gehennæ conſumitur, & ſola lingua ampliùs cruciatur. Ideo ſine dubio in lingua majorem ſentit ardorem, quia per eam ſuperbè loquendo contempſerat pauperem. Ipſa enim lingua, quæ noluerat dicere, ut eleemoſyna pauperi donaretur, graviùs gehennæ flammis exuritur. O dives qua fronte quæris guttam, qui noluiſti porrigere micam.

Adeo tenax, & avarus, & arctè divitijs 65.
addictus purpuratus dives fuit, ut nec micam panis in ſubſidium voluerit pauperi por-

Digitized by Google

porrigere, à quo guttam nunc expoſcit aquæ, quâ cruciatus linguæ negantis micam panis mitiget, cupit à paupere guttam extorquere aquæ, cui micam denegaverat panis; heu! ita mors rerum vices mutavit, & utriúsque ſortem commutavit! qui enim pauper erat, & exulceratus, mox dives, & locuples gaudet, ac lætatur de incommodis, quæ tulerat paupertatis: purpuratus verò qui divitijs affluebat, & ſimiliter delicijs diffluebat mox pauper, vel unicam emendicat aquæ guttulam: qui exulceratus ad januam divitis jacuerat, in ſinu nunc Abrahæ vero circumfuſus gaudio ſedet; & qui ſedens epulabatur lautè cupedijs, ac delicatioribus ferculis palato adblandiens, in imum detruſus gehennæ, cruciatu linguæ torquetur acerbiùs: cùm pauper ſua mendicitate januam pulſaverit felicitatis, hanc fuit aſſecutus in ſinu Abrahæ; dives verò divitijs, quibus affluebat, nonniſi gehennales ſibi emit cruciatus; quia ubi divitiæ, ibi & comites deliciæ accerſuntur; & divitiis vitia cognata adhæreſcunt, quibus divites per patrata flagitia iter ſibi ad gehennam ſternunt.

66. Ubi divitiæ affluunt, ibi & vitia fluunt, refluúntque. *Exodi 32.* cùm intellexiſſet Moyſes prævaricati populi apoſtaſiam, deſcendit illicò de monte, & irâ percitus, utrámque legis tabulam confregit, arreptúmque aureum vitulum comminuit, & converſus ad fratrem ſuum Aaronē indignabundus dixit: Quid tibi fecit hic populus, ut induceres ſuper eum peccatum maximum? cui ille: tu noſti populum iſtum, quòd pronus ſit ad malum: dixerunt mihi: fac nobis Deos, qui nos præcedant. Ego reſpondi: *quis*

Exodi 32. v. 24. *veſtrum habet aurum? tulerunt, & dederunt mihi, & projeci illud in ignem, egreſſúsque eſt hic vitulus:* non negavit Aaron ſcelus à ſe patratum, ſuum non reticuit crimen, ſed verborum circuitu ſtegit illud minuere, quò fratris iram faciliùs leniret. Mirum tamen, quòd cùm populus ab Aarone Sacerdote rem exigeret perdifficilem, legi adverſantem, & quæ Dei, & fratris iras excitâſſet, annuit nihilominus ſtatim populo. Tametſi culpandus ſit Aaron, eò quia tam pronum ſe exhibuerit; adhuc tamen putârim excuſandum eſſe; nimirum, quò populum ab idololatria averteret, & à præconcepto ſcelere diverteret, aurum petijt, & ornamenta itidem aurea mulierum: noverat, populum illum divitijs inhiare, & mulieres nonniſi difficulter ſuis deſtitui ornamentis; credidit Aaron ſibi negatum iri à populo aurum; & deficiente materia ab idolo conflando excuſari: ſed quia protervus populus ſcelus prætulit auro, hoc confeſtim dedit Aaroni, totámque materiam abundè ſuppeditavit; & etiam ipſe Sacerdos cùm cœpit oblatis ſibi divitijs cumulari, cum populo præceps in ſcelus ruit, adeo eſt efficax vis aurea, ut etiam Sacerdotes in ſcelera quæque pertrahat: appoſitè Galfridus Abbas expendens verba Aaronis Exodi 32. ait: *Mira res, ſi tamen vera, quòd hujus Author idololatriæ Sacerdos extiterit. Audi ergo Sacerdos avare: aurum tibi datum eſt. Non enim ex tuo illud habes vel patrimonio, vel labore, ſed ex oblatione fidelium:* & nonnullis interjectis ſubdit: *Quæ enim eſt ſubverſio maxima populorum? nonne avaritia Sacerdotum:* ſed quomodo aurum flammis injectum in vitulum fuit illico verſum: *Aurum dederunt mihi, & projeci illud in ignem, & egreſſus eſt hic vitulus;* adeo eſt in ſcelus pronum aurum, ut vel è manibus exiliens Sacerdotis, ne immune ſit à crimine, confletur in idolum, quo à cultu veri Numinis totus avertitur populus.

DISSERTATIO VII.

Decet Eccleſiaſticos ſpes omnes in mundi divitias excutere; & auri, argentique ponderibus pauperum levare miſerias, & preſſos ærumnis alleviare.

§. I.

Tunc oblatum Sacerdotibus aurum probè impenditur, ſi ejus pretio protegatur caſtitas, ne periclitetur in puellis; & ab incommodis egeſtatis pauperes redimantur.

1. ID fuit fortâſſis cauſæ, cur Magiſter Chriſtus ſuis injunxerit Diſcipulis, ut per varias mundi plagas profecturi, promulgandi Evangelij cauſâ, pecunias ſecum non ferrent, nec divitijs ullo in loco inhiarent; *Ite ecce ego mitto vos*, ſcilicet per ſingulas mundi partes, per longe latéque diffuſos terratum tractus, per montium juga, vallium ima; ſed qua annona eos vult inſtructos? quæ neceſſaria ad vitæ ſuſtentationem illis ſuppeditat? Quale obſonium ipſis miniſtrat, quo fracta prolixo ex itinere defeſſi corporis membra reficiant? Si homines ſunt, & cibo, potúque indigent, ubinam eſculenta, & poculenta erunt ſibi comparaturi: an pecuniis voluit ipſos inſtructos, quibus propriis conſulerent indigentijs? ſed ab hiſce præſertim voluit ipſos abſtinentes, inquiens: *Nolite portare ſaeculum, neque peram*, textus græcus locò ſaculi, crumenam, ſeu marſupium ad pecunias recondeodas legit: ne illis anſa daretur pecnnias recipiendi, ac ſervandi, ijsdem fortâſſis à fidelibus exhibendas, voluit eos eſſe crumena, & pera deſtitutos: ne locum habentes, ubi eas cuſtodirent, pauperibus ſubveniendis eas utiliùs impendereot, quàm ſibi ſervarent. Hoc Chriſti conſilio egregiè ſe tuetur D. Ambroſius accuſatus ab Arianis, eò quia oblatas ſibi à fidelibus pecunias non io Eccleſiæ ornatum, nec in vaſa aurea, & argentea impenderet; ſed ſineret Eccleſiæ parietes ſine aulæis nudos quovis tempore ſtare, & altaria nulla pretioſa ſupellectili ornari; quò pauperes aleret, ac veſtiret; cùm fideles ſuas obtulerint pecunias, ut Eccleſia quæ ab ipſis frequentatur, elegantiùs ornaretur, & fideles ad Numinis cultum ornatûs elegantiâ faciliùs pertraherentur. Ad has objectiones reſpondet Ambroſius: *Multo fuiſſe commodius adſtruimus, ut animas domino, quàm aurum ſervaremus. Qui enim ſine auro miſit Apoſtolos, & Eccleſias ſine auro congregavit. Aurum Eccleſia habet, non ut ſervet, ſed ut eroget, & ſubveniat in neceſſitatibus. Aurum Sacramenta non quærunt; neque auro placent, quæ auro non emuntur. Ornatus Sacramentorum redemptio eſt captivorum, illa ſunt vaſa pretioſa, quæ redimunt animas à morte.* Quid prodeſt acervatas cuſtodire pecunias, ſi miſeris non valent opitulari, ſi ærumnoſos non juvant, indigentibus opem non ſuppeditant? an non ſatiùs divitiarum ponderibus pauperum levare miſerias, quàm Sacerdotum manus fœdare, & animas gravare, vel fortaſſis etiam hoſtes locupletare? conſtat enim quantum auri, & argenti de templo Jeroſolymitano ſuſtulerint Aſſyrij: nonne utiliùs Sacerdos oblatas à fidelibus templo divitias pauperibus impendit alendis, quàm ſi manus hoſtium ſacrilegè eas ſurripiant, ac in profanos inſumant uſus?

Luc. 10.

Luc. 10 v. 4.

Lib. 2. off. cap. 28.

2. Non erit Deus Sacerdotem laudaturus, eò quia oblatas templo divitias cuſtodierit, ſed eum redarguet, ſi paſſus fuerit inopes fame emori, quibus facilè potuiſſet opitulari, ac neceſſaria ad vitam ſuſtentandam miniſtrare: utilius eſt vaſa viventium ſervare, quàm vaſa metallorum conflare: homines Chriſtus pretio ſui ſanguinis redemit, non verò vaſa aurea, & argentea emit, tunc probatum eſt aurum, & Eccleſiæ utile, ſi à morte fideles ſubtrahat, ab incommodis paupertatis egenos liberet: tunc bene impenditur

aurum,

aurum, ſi ejus pretio redimatur pudicitia, ematur ornatus virtutum, ac tueatur caſtitas, ne periclitetur in puellis paupertate laborantibus: cum Chriſtus pretio ſui ſanguinis homines redemerit prævaricantes; Sacerdotis officium eſt, auro Redemptoris fideles ſervare periclitantes.

3. Hinc & pauperum aſyla voluit Deus in poſſeſſionibus, locisque Levitarum, ſeu Eccleſiaſticorum eſſe conſtituta: *De ipſis autem oppidis, quæ Levitis dabitis, ſex erunt in fugitivorum auxilia ſeparata, ut fugiat ad ea, qui effuderit ſanguinem*, ſcilicet nolens, vel inſcius, & præter intentionem alium occiderit; cum ſint aſyla conſtituta ad innocentium tutelam, non ad nocentium protectionem: alioquin perinde foret ac ſceleribus fomitem ſuppeditare, & paleas igni dare. Omnes autem urbes refugij à Levitis habitabantur, ſeu Eccleſiaſticis, quorum dignitate, & authoritate innocentes faciliùs protegerentur; cùm enim eſſent Levitæ utriúsque juris humani, ac divini periti, rectiùs potuerunt judicare, & ſanctiùs ſententias ferre. Verùm opportuniùs ad rem noſtram ait Stephanus apud Tilmannum civitates refugij, ſeu aſyla apud Eccleſiaſticos Deum conſtituiſſe, quò ſcirent refugium pauperum Eccleſiæ præſides eſſe, à quibus propterea tueri debent, ne quid patiantur detrimenti, ait ipſe: *De civitatibus* (Numer. 35. v. 6.) *Levitarum ſumptæ ſunt civitates refugij ad ſignificandum, quòd maximè bona Levitarum, ſeu Prælatorum refugium pauperum eſſe debent:* deſignavit igitur Deus urbes Sacerdotum aſyla pauperum, & loca refugij, quò inde ſcirent, Eccleſiam eſſe miſerorum refugium, periclitantium tutelam, pauperum auxilium, & ærumnoſorum aſylum, in quo inveniant neceſſaria, quibus proprijs conſulant indigentijs: & ad Sacerdotem confugere perinde ſit ac indigentiam, ac calamitatem effugere.

4. Niſi divitiæ impendantur pauperum miſerijs levandis, plus poſſidentibus obſunt, quam proſint: non enim prodeſſe poſſunt, quæ potiùs ſunt ponderi, quàm levamini, quæ cùm poſſidentur, amittuntur; quid enim divitiæ ſunt, quàm ſpuma fluens? quæ ſi tangatur evaneſcit: *Tranſire fecit Samaria* (Oſea 10. v. 7.) *Regem ſuum quaſi ſpumam ſuper faciem aquæ:* ecce cui pariatur Regum gloria Regnorum opulentia, ac mundi divitiæ, hæc omnia certè ſplendidè nitent, ſed ſpumam æmulantur fluvij fluxu vectam, & ad momentum albicantem; fluit ſpuma, & albicat, ſed illico evaneſcit, cum primùm vel tangitur, vel in obvium quodvis impingit. Regum gloria quamſplendidè nitet, ſed etiam perniciſſimè fluit, & evaneſcit, textus Syrus habet: *Rejecit Samaria Regem ſuum quaſi paleam*. Quid? an Cedrus Libani humilis, & abjectæ paleæ æmulatur conditionem, quæ cuilibet cedit auræ, & cùm primùm flammæ injicitur, cineſit? ita eſt Regum pompa abjectæ pariatur paleæ, quæ cùm nitet in flamma perit, ac evaneſcit: Regum majeſtas ſplendet quidem divitijs affluens, auro nitens, ſed cùm primùm in lapidem impingit ſepulchri, perinde ac palea injecta igni cinereſcit. Textus Arabicus Antiochenus habet: *Deſpexit Samaria Regem ſuum, quaſi herbam ſuper aquas:* ſi quæras quænam ſit hæc herba, quæ aquis immerſa nutritur? alga hæc eſt, ſeu inutile rejectaneum, quò inde diſcamus, quàm flocci ſint faciendæ Regum divitiæ, quæ inutilis algæ rejectaneum ſecum adferunt, niſi pauperibus ſint utiles.

Sed cùm textus vulgatus ſpumæ Regum gloriam æquiparet; exactiùs quid ſint divitiæ, quibus Reges nitent, ſpuma albicans prodit: ubi enim textus vulgatus ait *ſpumam*, Hebraicus legit *ebullitionem*, & effervescentiam, & inde bullam, & ſpumam, interprete D. Hieronymo *ibid.* ubi interpretatur: *ferventis ollæ ſuperiores aquas, & in ſpumas, bullásque ſurgentes:* quid? quòd Regia Iſraelis majeſtas, olim glorioſa, frequentioris populi imperio inſignis, ac præpotens, quaſi aquæ ferventis ſurgens ſpuma, ac bulla rupta diſparuit? & quæ populis commodo nata, & ſublime Thronum e- 5.

nacta modico ambitu fulgens illico in fluxu aquarum merſa evanuit? *Tranſire fecit Samaria Regem ſuum quaſi ſpumam (ſeu bullam ſuper faciem aquæ)* quæ verba moraliter expendens Gregorius Nazianzenus apud S. Maximum appoſitè ad rem noſtram Philoſo- (Serm. 67.) phatur inquiens *Ut aquarum fluxus copioſarum incedentem recipiens pluviam bullas excitat; quarum aliæ ſimul ac natæ ſunt, rumpuntur; aliæ diutius inflatæ, poſtea & ipſæ rumpi ſolent. Sic ad eundem modum hujus vitæ mare alios, cùm paulisper conſpecti fuerint, occultat; alios diutius permanentes, ipſos quoque ſubmergit.* Quàm fallax, futilis, & vacua eſt divitijs affluentium felicitas? cùm ſpuma, ac bulla ſit vel ipſa Regum gloria, quæ nonniſi tantiſper nitet, & grandeſcit in globulum, mundi totius exhibentem ſymbolum? cùm nonniſi de vento ſit magnitudo, nonniſi de vacuitate ſit incrementum, & de fucato nitore ſit gloria, quæ cum primùm incipit intumeſcere, ac nitere illicò detumeſcit, ac in matricem convertitur aquam? vix bulla ex decidua oritur aqua, & ſtatim moritur, quò inde diſcant in divitijs ſperantes, ijsdémque inhiantes, quàm vacuum, ac futile ſit, quod tam anxiè concupiſcunt, & tot ſubeunt labores, fundunt ſudores, ad ſe accerſunt ſolicitudines, ut enanciſcantur, quod cum primùm tangitur, & poſſidetur, perinde ac ſpuma, & bulla aquea perit, ac evaneſcit.

An non ſomniata divitum felicitas? 6.
quæ dum fucata in ea ſperantibus ſpondet bona, curas exhibet, ſolicitudines, & animi angores? ſtultitia eſt, quâ ſperantes in mundi divitiis infatuantur, & dulciſſimis ſpe-

bus à ſana mente dejecti; opulentiam appetunt in nihilo; divitias in vacuitate; felicitatem in miſeria; malaciam in procella: quia in rebus humanis nil firmum, nil æquabile, nil quod explendo hominis deſiderio ſufficiat. Bullæ ſunt ex aquis intumeſcentes mundi divitiæ, quibus ſpes ſuas iiſdem inhiantes alunt; ſicut Bullæ, quæ ex aquis intumeſcunt, cùm primùm tanguntur, detumeſcunt, ac evaneſcunt; perinde mundi divitiæ, quæ anxiè ſperantur, cùm primùm tanguntur, ſeu poſſidentur, illicò evaneſcunt, & ſi nos eas non relinquimus; relinquunt nos ipſæ, aiebat ſiquidem Job: *Nudus natus ſum ex utero matris meæ, & nudus revertar illuc*, quia ſicut homo nudus mundum ingreditur, ita pauper è mundo egreditur, & quas ſibi impenſo labore divitias comparavit, veloti contactas bullas amittit, nil ſuis inveniens in manibus, ut meritò dixerit Olympiadorus: *Quid laboras in ventum, cùm ſint divitiæ prorſus inſtabiles, & aquatili bullæ cùm detumeſcit perſimiles.* In cap. 5. Eccleſ.

7\. Non poſſunt diu divitiæ in ſua inconſtantia perſiſtere, cùm diu nequeant ſtare; ideóque bullæ fluxu aquæ vectæ perſimiles ſunt divitiæ, vix nitent, & ſimul diſruptæ evaneſcunt: has bullas procul dubio inflant, qui ambitione tumidi, divitijs inhiant, quibus intumeſcant, ac ſurgant ad mundi honores, ac dignitates; inflant enim divitiæ ambitioſorum bullas, quæ tamen vix intumeſcentes detumeſcunt, ac evaneſcunt; perinde, ac lineæ albeſcentes, quæ à navibus tranquilla æquora trajicientibus deſcribuntur; vix enim eminùs apparent, & cominùs ſtatim naufragium paſſæ in aquis obliterantur; adeò ut lineis in aqua ſcriptis nemo ſit ſanæ mentis, qui fidat; veluti eodem momento abeuntibus, quo formantur, & ſicut lineis hiſce in aquis deſcriptis nemo fidit, ita neque mundi divitiis: ait D. Gregorius Nazianzenus, cujus hæc ſunt verba; *Potiùs ventis, aut lineis in aqua deſcriptis fidendum eſt, quàm divitijs*; cui conſonat Auguſtinus in Pſalm. 53. inquiens: *Abundet licèt, & ſequatur te proſperitas ſæculi, tu mari noli credere, nec ridenti: divitiæ ſi affluant, calca eas.* Orat. ad cives Nazian.

8\. Conculcatur à divitijs, qui divitias non calcat, & ille perversè pelagus trajicit, ſi navi aquas non premit divitiarum: & malè enavigat, qui nimis onuſtus periculum ſibi facit ſubmerſionis, eò proximius, quò majora ſunt onera. Profectò navis eſt homo, qui hujus mortalis, ac fluctuantis vitæ trajicit mare, is naufragio eſt proximior, qui uberioribus gravatur divitijs, premitúrque auri, argentique oneribus, *dives, ac copioſus onuſta eſt navis* ait S. Nilus orat. de avaritia, *in tempeſtate facilè mergitur.* Aquæ ſunt mundi fluxæ divitiæ, quæ nunquam ſitim extinguunt avari, & diteſcentis, idque cùm minimè latuiſſet Petrum Bleſſenſem, hanc auri ſitim appoſitè aquæ parlavit hydriæ, quâ Samaritana aquas è profundo puteo haurire ſatagebat, quas ſi quis bibat iterum ſitit, ait ipſe: *Avaritia eſt hydria Samaritanæ, de qua qui biberit, ſitiet iterum, quidquid eſurim deſiderari poteſt, ſatiare non poteſt cupiditatis hiatum.* Epiſt. 141.

9\. Quòd ſi quis per fraudem aquas hauſerit divitiarum; credas, hunc venenum bibiſſe, quò in ſtomachum trajecto, evomere adigitur quidquid exceperat: huc enim aſpexit Job cum dixit: *divitias quas devoravit, evomet*, loquitur enim de impio divitijs inhiante, quas propterea iniquè exſorbet, & tametſi ſibi videretur eas in tuto collocâſſe, in divinam tamen iram, veluti in mortiferum pharmacum veneno temperatum aſpidis incurrens, opes flagitioſè partas, cum dolore evomit. Quòd ſi aquæ divitiarum non ſint dolosè epotæ, non tamen ſitim extinguunt, ſed acuunt. Hydrope laborat avaros divitijs affluens; extingui ejus ſitis nunquam poteſt; & quò plus bibuntur, plus ſitiuntur aquæ; avaritia ſiquidem veluti dipſas ſerpens, quem mordet ad ſitim accendit acriorem; ſicut enim à morſu hujus ſerpentis acrior oritur ſitis: ita ab æſtu avaritiæ ſuum ſubit ſitis incrementum. Non modica eſt pecuniæ cum ſerpente affinitas; ſerpentem ſiquidem, qui tangit, vel fovet, ejus facilè veneno inficitur: & qui divitias contrectat, manúque contingit, facilè ſerpentinum & ipſe virus haurit. Cap. 20. v. 15.

Blandam exhibent divitiæ faciem, auri, argentique ſpondent nitores, alliciunt pretioſo tinnitu, extima ſpecie oculis eblandiuntur, imò & quem alliciunt animum illaqueant; meretricia enim eſt facies illa blanda, naufragium apparat in malacia, fulmen cudit in aëris ſerenitate; & ſicut fucata eſt meretricia venuſtas, ita & infamis divitiarum nitor ex mente D. Chryſoſtomi dicentis: *Quemadmodum meretricantium mulierum formæ fictionibus, & fucis compoſitæ pulchritudinem mentiuntur, quâ omnino carent: ita divitiæ infames cum ſint, & turpes quendam videntur in extimo nitore honorem præſeferre.* Huic meretrici nonniſi inſani adhæreſcunt, quique ſuis amant laqueis irretiri, & eò ſunt inſaniores, quò minus ſe extra ſanam mentem eſſe putant. 10. Homil. de divitiis, parte.

Imò non ſolùm divitijs inhians meretrici eſt ſimilis, ſed longè quacunque meretrice fœdior, ac impudentior; id aſſerit D. Chryſoſtomus inquiens: *Domi ſtant meretrices, & hoc eſt earum crimen, quòd corpus vendant pecunijs; ſed avarus pauperes cogit ad famem; hic ſtat avarus non domi, ſed in media civitate, non corpus, ſed animam Diabolo proſtituens, ut & exeas, & ad ipſum ingrediatur, & omni ejus impleta libidine exeat, & videas tota civitas.* Qui igitur turpi quæſtu non vult notari, qui decipi non vult, 11. Homil. 15. Epiſt. ad Hebræos.

vult, nec inſanus haberi, divitias non amet, nec opes depereat, quæ pereunt: nemo ſit, qui cupiat eas bibere, ne ſit plus fellis, quàm mellis bibiturus in calice divitiarum: ſcitè Petrus Bleſſenſis epiſt. 60. *Noli, quæſo affectare divitias, quæ te fugiunt, & ubi affluunt, plus aloes, quàm mellis habent, & in fine ad inſenſibilem mortem educunt.*

§. II.

In auro ſperantes nonniſi aurâ paſcuntur, non quâ alantur, ſed vanè inflentur, ac dirè torqueantur. Ille dives, qui voluntariè pauper divitias contemnit.

11. CONtemnendum eſt aurum, perinde ac volatilis, ac fugitiva aura; divitiarum aura nonniſi brutales hominibus, qui iiſdem inhiant, et in ipſis ſperant, ſpiret, ac inhalat ſpiritus, qui hominem à virili dejiciunt mente, quo diſtortè judicet, putétque ibi aliquid ſplendidi eſſe, ubi nihil reperitur. Ezechias ſuos fertur theſauros ad regiam pompam Legatis oſtendiſſe Babyloniorum, quod tamen Deo valdè diſplicuit. Sed cur putes, Numini diſplicuiſſe hanc Ezechiæ oſtenſionem divitiarum? an quia neglectis, quæ majoris erant tunc ponderis, et momenti ea exteris Legatis voluit oſtendere, quæ fluxa ſunt, labentia, ac ruinoſa? Ita eſt, quia animo congeſtis adhæſerat divitiis, has ſtuduit Babyloniis Legatis oſtendere, quos tamen debuiſſet Numinis cultum, ac morum compoſitionem edocere, cum ſpirituales virtutes potiùs fuiſſent Babyloniis oſtendendæ, quibus ad meliorem frugem allicerentur, ac in veris ſperarent divitiis: mundi opes volaticas, ac evanidas menti inflandæ, quàm implendæ aptiores oſtendit Rex tumidus, quò inde aliquid hauriret laudis, & gloriæ, ſcitè Theodoretus quærens, cur fuerit Rex Ezechias à Deo reprehenſus, eò quia ſuos Legatis Babyloniorum theſauros oſtenderit, reſpondet: *Quòd cum oporteret Dei docere virtutem, & curam, quam eſt aſſecutus, oſtenderit divitias, quæ nihil habent firmum, nihil ſtabile.*

4. Reg. cap. 20.

Quæſt. 28. in lib. 4. Reg.

12. Quàm delirus eſt, qui ſe divitem putat, ſi iis affluat, quæ minimè ſunt illi neceſſaria; imò plerumq; inutilia, ac moleſta: congeſtas avarus cuſtodit divitias eâ ſolicitudine ne ſurripiantur, ut continuis tortus curis, ac moleſtiis noctes ipſas inſomnes traducat: & quamvis nullam ipſi adferant utilitatem, cum nulli ſint eidem uſui; imò & nonniſi curas, ac moleſtias adferant, adhuc tamen gaudet divitiis affluere; ſed quid quæſo id aliud, quàm curis, & moleſtiis diteſcere; hæ ſiquidem animum torquent, nocturnam quietem ſurripiunt, cor premunt, mentem perturbant; cum divitiæ congeſtæ, ac in arca cuſtoditæ, nec haſce retundant moleſtias, nec curas coërceant, nec ullum adferant cuſtodi ſolatium; an non inutiles hæ divitiæ, quæ nulli ſunt cuſtodi uſui: non igitur congeſtis diteſcit avarus divitiis, ſed accerſitis ſibi curis, & moleſtiis locupletatur. De Catone, ait Plutarchus in ejus vita, quòd cum Theſſalus ſcopas ab eo peteret, & amicus quiſpiam diceret, rem illam petere, quæ illi non eſſet uſui, fertur reſpondiſſe Theſſalum, ſe nil neceſſarium, vel utile petere inquiens: *His ego beatus, & dives ſum, quæ inutilia, & ſupervacanea mihi ſunt.* Pari pacto avarus divitiis affluit, non ut illis utatur, ſed ut eas cuſtodiat; ideóque inutilibus, ac ſibi non neceſſariis diteſcit.

13. Si quales ſint divitiæ, revera penſarentur, ſeu pondera inutilia, & gravamina non neceſſaria, quæ nonniſi incommoda, curas, ac moleſtias adferunt, non ſuperbirent, nec magnos ſe putarent, qui magnis diteſcunt divitiis, & tunc verè inciperent magni eſſe, cum parvi divitias facerent: magnum enim eſt, non putare, quid magnum divitias eſſe, quæ pereunt, & evaneſcunt: tunc dives aliquis incipit eſſe, cum incipit cogitare ſe nihil eſſe, ut ſcitè monet D. Auguſtinus, inquiens: *Magnus eſt dives, qui non ſe ideo magnum putat, quia dives eſt; qui autem ideo ſe magnum putat, ſuperbus, & egenus eſt.* Hæc eſt vera animi magnitudo propriam ſub divitiarum magnitudine agnoſcere exilitatem. Neque aliter magnus fuit Abraham, qui propriam videns exilitatem; in pulvere, humilitate, ac ſui deſpicientia ſuam excudit magnitudinem; ideo crevit ad celſitudinis apicem, quia ſe humilitate depreſſit in imum ſui nihili; ideo honore tollitur, quia pulvere ſorduit. *Loquar ad Dominum meum, cùm ſim pulvis, & cinis.* Quod ſi Abraham ſe cinerem dixit, & pulverem duxit; certè non pluris potuit fluxas mundi divitias facere, quàm cænum, ac telluris excrementa; & ideo verè dives, quia mundi divitias contempſit; qui verè divites ſunt, mundi divitias ſpernunt tanquam putrida terræ fruſtula, ac excrementitia ejectamenta fami ſaturandæ inidonea.

Serm. 32. de tempore.

Geneſ. 18.

14. Ab hiſce terræ excrementis, quia abhorruerunt Apoſtoli, veras congeſſerunt divitias, quibus pauperibus infirmis, ac malè ſe habentibus fuerunt opitulati. Pauper ille malè pedatus, & ad portam templi ſpecioſam ſedens, cum Petrum vidiſſet, & Joannem templum introeuntes, cœpit eos enixim rogare, ut eleemoſynam acciperet, Petrus autem ſiſtens greſſum, pióque oculo mendicum intuens dixit. *Argentum, & aurum non eſt mihi: quod autem habeo, hoc tibi do, in nomine JESU Chriſti Nazareni*

Actor. 3.

Actor. 3. v. 6.

ſurge,

ge, & ambula. Fuit quidem Petrus pauper cenſu, ſed ſenſu, fide, ſpiritu, ac virtute dives: quia à congerendis mundi divitijs animum avertit, veras cumulavit divitias, virtutum ſcilicet theſauros; quibus non ſolùm ſtudio pietatis, ſed & miraculorum parrandorum facultate ſplenduit: appoſitè D. Auguſtinus expendens verba Petri ait apud Cornelium. *Teſtimonium virtutis ſecutæ eſt profeſſio paupertatis. Unde Apoſtolus loquebatur 2. ad Corinth. cap. 6. v. 10. Nihil habentes, & omnia poſſidentes, Qui aurum non habet, fidem habet, virtutem habet. Videamus, quid ampliùs coruſcet, aurum, quod nemo aurum habet, niſi qui ſemper cuſtodit? aurum, quod in perniciem Domini fulget? aurum, quod per tenebras quæritur, per tenebras cuſtoditur? aurum, cujus inquiſitio damnatos habet, cujus amor Judam facit? aurum, quod apud avaram animam præfertur Chriſto?*

15. Petrus igitur Apoſtolorum Princeps aurum non habuit, cujus cupiditas ex Apoſtolatu Judam dejecit, & ex Diſcipulo proditorem effecit: Petrus, quia auro caruit, virtute claruit, quâ miſerijs pauperum fuit opitulatus elargiens claudis greſſum, quò diſcerent rectè ambulare, & non à recto ſaluris deflectere itinere: Judas eum primùm pecunias tetigit, animum proditione fœdavit: dixit Petrus malè pedato mendico eleemoſynam expoſcenti, *argentum, & aurum non eſt mihi*, digna quidem principatu vox, & digna Apoſtolorum Principe, quid enim curâſſet Petrus aurum, qui Magiſtro vocanti dixit, *Ecce nos reliquimus omnia, quid ergo erit nobis?* ſciſcitanti de mercede, nec aurum repromittitur, nec argentum ſpondetur: hæc ſiquidem jam contemptui erant Petro, cùm primùm vocem audivit vocantis Magiſtri: unde & agrorum pretia ad pedes ipſius, ac cæterorum à fidelibus projiciebantur: quàm aptè ad pedes Apoſtolorum agrorum pretia, pecuniæ acquiſitæ ex bonorum temporalium venditione projiciuntur, quò inde diſcerent fideles, mundi divitias non inflato capite eſſe ſperandas, ſed cœnoſo pede conculcandas, ſeu ab ijs, qui veris inhiant divitijs, flocci & nihili eſſe divitias mundi fluxas, ac futiles faciendas, quarum uſus plenus eſt periculis, abuſus malus, ſolicitudo pejor, & quæſtus turpior: Petrus igitor, quia aurum non habuit, dedit expoſcenti, quod habuit, cum dixit: *In nomine JESU Chriſti Nazareni ſurge, & ambula.*

Math. 19. v. 27.

16. Ille dives; qui non ſolùm fluxas mundi divitias à ſe prorſus abegit, ſed & omnem in ipſas ſpem, ac affectum à ſe longiùs abire adegit: cùm enim Petrus vocanti Magiſtro obſecutus omnia reliquiſſet, eum ſecuturus, & eum peteret, quid de Diſcipulis eſſet futurum, ſtatim JESUS abdicationem facultatum munerans dixit: *Omnis qui reliquerit domum, vel fratres, aut ſorores, aut patrem, aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum centuplum accipiet, & vitam æternam poſſidebit:* ecce qualibus affluunt divitijs, quibus fluxæ mundi divitiæ ſunt contemptui, exiguum terræ dimittunt excrementum, & cœleſte regnum ſibi voluntaria paupertate emunt; ſed non ſufficit divitiarum paupertas, niſi & inopia addatur affectuum ad ipſas, quapropter Chriſtus non dixit, *Omnis qui reliquerit domum*, per quod abdicatio innuitur divitiarum, ſed addit, *vel fratres, aut ſorores, aut matrem, aut uxorem, aut filios*, in quos feruntur homines impenſo affectu: utraque paupertas, & divitiarum, & affectuum in divitias pretium eſt Regni cœleſtis. Eſt hæc paupertas feraciſſimus ille excultus ager, qui aucto fœnore acceptum in centuplum multiplicat: *Centuplum accipiet, & vitam æternam poſſidebit.*

17. Sed ſi Apoſtoli omnia ab ipſis poſſeſſa reliquerant, quò tranquilliùs, ac beatiùs viverent, cur centuplum ijsdem ſpondetur? cur ſi Magiſter ſuos edocuit Diſcipulos paupertatem, ut liberiùs, promptiùſque eum ſequerentur, cur aucto fœnore centuplicat relicta? an non perinde id eſſe videtur, ac ſpem, ac deſiderium in divititias excitare? ſi non ſolùm inopes divitiarum, ſed & affectuum in divitias ſuos eſſe Diſcipulos edocuit, cur cenſum ijsdem ſpondet centuplicatum, quem eò avidiùs ſperent, quò non potuit Magiſter ſuos fallere Diſcipulos? Hanc difficultatem ſolvit S. Gregorius in Ezechielem, inquiens: *Omnis qui reliquerit domum, &c. centuplum accipiet. Neque etenim ſanctus quiſque ideo terrena deſerit, ut hæc poſſidere in hoc mundo, multipliciùs poſſit: quia quiſquis terreno ſtudio terram relinquit, terram non relinquit, ſed appetit.* Concludit igitur ſcitè ad rem noſtram per hujuſmodi centenariam multiplicationem arcanam intelligi paupertatis perfectionem, inquiens: *Per centenarium numerum perfectio deſignatur. Quia quiſquis pro Dei nomine temporalia, ac terrena contemnit, & hic perfectionem mentis recipit, ut jam eam non appetat, quæ contemnit.*

Lib. 1. homil. 18.

18. Hoc igitur aucti fœnoris centuplicatum incrementum duplex eſt illa paupertas, quâ quis non ſolùm fluxas mundi divitias abigit; verùm & omnem in eas affectum, & ſpem à ſe excutit: & hæc paupertas geminata divitiarum, & affectuum in divitias prægrande eſt prœmium illud, quod ſpondet Chriſtus omnibus deſerentibus facultates, & fortunas ſuas: divitias non appetere, ſed contemnere perinde eſt, ac veris diffluere divitijs, & centuplicato augmento relicta poſſidere: qui, quas reliquit divitias, iterum concupiſcit, illis indiget, & jam

pau-

pauper, non dives eſt: qui verò ſemel relicta non amplius appetit, illis non indiget, & dives eſt: ideo laborat homo paupertate, quia indigus eſt: omnem ſi à ſe indigentiam abigat, omnes ad ſe divitias acceſſit. Qui igitur pro Chriſto omnia reliquit, & generoſo contemptu flocci, viliſque relicta facit, nec ullum in ipſa ampliùs affectum dirigit, in hac geminata paupertate divitiarum, & affectuum in divitias diteſcit uberiùs, & omnia relicta in centuplum ipſi multiplicantur; & inde fit multipliciùs ditior, quò duplicata inopia divitiarum, & affectuum in divitias fit pauperior. Pulchrè D. Gregorius: *Centies recipit, quod dedit, qui terrenis non indiget, etiam ſi hæc non habeat. Ille autem pauper eſt, qui eget eo, quod non habet. Nam qui & non habens habere non appetit, dives eſt.* Is igitur eſt dives, cui nihil deeſt, & contentus ſuo cenſu quamvis exiguo nil appetit: & ille paupertate, & inopia laborat, qui licèt divitijs affluens, plura, quæ ſuis deſunt deſiderijs, appetit, quia tunc ſaltem ad explendam propriam cupiditatem ijſdem indiget, & quò eſt, quis magìs indigus, & plura expetit, eò eſt pauperior, & inopiæ experitur anguſtias.

19. Idque ſuos Magiſter Chriſtus edocuit Diſcipulos, quos cum ad promulgandum gentibus evangelium miſiſſet, juſſit ſine pecunijs, abſque ulla annona proficiſci, variòſque pervagari mundi tractus, Provincias, & Regna. *Nolite poſſidere aurum, neque argentum, neque pecuniam in zonis veſtris, non peram in via, nec duas tunicas:*

Matth. 10. v. 9.

Sed cur poſtea paſſioni proximus eoſdem ad evangelij prædicationem inſtituturus juſſit, & peram, & ſaculum ſecum deferre, in quibus pecunias ſervarent, quas paratas haberent, ubi neceſſitas urgeret propriæ conſulendi indigentiæ? *Quando miſi vos ſine ſaculo, & pera nunquid aliquid defuit vobis? at illi dixerunt: Nihil. Dixit ergo eis, ſed nunc, qui habet ſaculum, tollat ſimul, & peram.*

Luc. 22. v. 35. 36.

Quid? quòd Magiſter Chriſtus ſuos antehac Diſcipulos miſerit ad promulgandum gentibus evangelium ſine ſaculo, & pera, hoc eſt ſine pecunijs, abſque ulla annona, & ipſis nihil defuit, ut ſua ſorte contenti ditiores eſſent ipſis mundi divitibus: nunc Magiſter morti proximus ijſdem injungit ſecum, & ſaculum, & peram deferre ad idem prædicationis munus obeundum? ſi nihil defuit, cùm ſine pecunijs, abſque annona ſuo fuerunt officio functi, an timet Magiſter, ut poſſit nunc ſuis aliquid deeſſe Diſcipulis, cum eis injungat ſaculum ſecum habere, ac peram? ſi fideles neceſſaria ad vitæ ſuſtentationem ſuppeditârunt Apoſtolis, cum ſine ſaculo, & pera abſque ulla pecunia, & commeatu profecti fuerunt; an charitas cœpit in ijſdem frigere, ut non ampliùs ad victum, & veſtitum neceſſaria ſubminiſtrarent? Non friguit in fidelibus charitas, non timuit Magiſter, ne ſuis Diſcipulis aliquid deeſſet, ſi ſine ſaculo, & pera ſicut antea fuiſſent profecti; ſed ideo juſſit eos habere ſaculum, & peram, ſeu pecuniam ſimul, & annonam, ut aliquo modo diteſcentes anguſtias inciperent paupertatis experiri, & indigere in ipſa pecunia, & annona; cùm antea pauperes ſine ſaculo, & pera incedentes, ſeu ſine pecunia, & alimonia proficiſcentes commoda ſenſerint divitiarum, eò quia nihil ipſis defuerit. Pulchrè S. Chryſoſtomus *homilia* in verba illa D. Pauli. *Salutate Priſcam, &c.* conferens utrumque Chriſti præceptum, quo jubet mox ſine ſaculo, & & pera; & nunc cum marſupio, ſaculo, & pera munus prædicationis evangelicæ obire ait: *Nunquid aliquid defuit vobis? at illi dixerunt nihil: ſed nunc, qui habet ſaculum, tollat ſimiliter & peram. Non ſimpliciter dixit eis, tollere marſupium, & peram: ſed priorum memoriam refricando ſic dicebat: cùm mitterem vos ſine marſupio, & pera, aliquid ne deerat? hoc eſt, nonne omnia ubertim vobis affluebant? ſed nunc.* (hoc eſt, cum jubeo vos proficiſci cum ſaculo, & pera, cum annona, & pecunijs, quibus poſſitis vobis neceſſaria comparare, veſtriſque conſulere indigentijs mediante parata pecunia, quam vobiſcum habetis.) *Volo vos paupertatem experiri, quapropter ad legem priorem obſtrictos vos nolo, neque à vobis idem, quod ante exigo:* & paucis interjectis ſubdit. *Non ita probati fuiſſent, ſi nullam vel afflictionem, vel inopiam, vel anguſtiam deguſtâſſent.*

Tunc igitur commoda fuerunt Apoſtoli divitiarum experti, ac propterea divitijs affluentes profecti fuêre ad promulgandum gentibus evangelium; cum omnino pauperes inceſſerunt ſine ſaculo, & pera, ſeu deſtituti pecunijs, & annona, quia nil ipſis defuit, omnia ad victum, & veſtitum neceſſaria fuerunt ipſis ſuppeditata, nec quidquam deſiderârunt, quod videretur ijſdem deeſſe, quod periode fuit; ac pauperes eos mittere ſine ſaculo, & pera, ut illis ubertim omnia darentur, ac diteſcerent in paupertate. Quando verò juſſit eos ſaculum habere, & peram, in qua nummos, & annonam ſecum deferrent, ut ſuis conſulerent neceſſitatibus, tunc in copia divitiarum, & annonæ, voluit, ut incommoda ſentirent paupertatis, anguſtias experirentur inopiæ: nimirum ſaculus nummis refertus, & pera cibarijs plena, anguſtia eſt paupertatis, & incommodum inopiæ. Quàm bellè igitur Magiſter Chriſtus ſuos experimento fortiùs, quàm verbis Diſcipulos edocuit, mundi divitias refertas eſſe paupertate, indigentijs, moleſtiis, & anguſtiis; & paupertatem voluntariam ſua ſorte contentam divitiis ubertim affluere. 20.

§. III.

§. III.

Sperantes in mundi divitias hydrope laborant, quò plus auri bibunt, ſeu acquirunt, eò ardentiùs aurum ſitiunt, donec procelloſa temulentia madidi à ſanæ mentis dejiciantur uſu.

21. VBi divitiæ ſperantur, & congeruntur, ibi non ſolùm indigentiæ ſentiuntur moleſtiæ, proinde & paupertatis incommoda; verùm etiam plerumque, & ſcelerum miſeriæ: ſitque perinde lachrymas fundere, ac pecunias congerere, quapropter Chriſtus ait: *Nolite theſaurizare vobis theſauros in terra*, Matth. 6, v. 19. quia ubi plures divitiæ congeruntur, ibi & dolores multiplicantur, & lachrymæ uberiùs effunduntur. Lachrymas eliciunt quidem divitiæ, non tamen reſipiſcentiæ, ac pœnitentiæ, regreſſúsque à vitijs, quæ divitiæ fovent; ſed inſipientiæ, & doloris, eò quia non careat curis, moleſtijs, ac ſolicitudinibus, qui congeſtas cuſtodit theſauros, quibus detinetur, ne ſurgat è cœno vitiorum, quapropter cum Deus per Joëlem Prophetam homines invitâſſet ad meliorem frugem, ad reſipiſcentiam, & converſionem: Cap. 2. v. 12. *Convertimini ad me in toto corde veſtro*, poſtea videns quàm ſit difficilis hæc reſipiſcentia, & converſio ijs, qui ſuas in divitijs ſpes collocant, ac mundi inhiant theſauria, ait. Matth. 6, v. 19. *Nolite theſaurizare vobis theſauros in terra.* Fruſtra enim madet lachrymis, qui ſatagit gemmis nitere; & quamvis lateant in Erythræi fluctibus margaritæ; non tamen lachrymæ di vitis margaritas æmulantur, nec quidquam præſeferunt pretij, niſi deſideria, ac ſpes deponat diteſcendi, ac theſaurizandi: ubi opes reconduntur in arca, ibi dolor nutritur in pectore; & quamvis videantur interdum aquæ rigere in gelu, imò & obdureſcere in in chriſtallo, non tamen tunc didicerunt naturam exuere aquæ; cum iterum fluant mox ſolari radio ſolutæ: fluxæ ſunt divitiæ, & delabentis aquæ æmulantur naturam: bibunt divites divitias, ſed ſitim non extinguunt, hydrope laborantibus haud diſpares, De amicitia quia ut ſcitè Caſſiodorus: *hydropici more qui plus bibendo ſitit, pecuniæ cupiditas ex multiplicatione grandeſcit*, cui conſentiens Pacatus eleganter ait: In Panegyr. ad Theodoſ. *Ut ægrorum ſitim potus accendit: ut ignis arentibus non obruitur, ſed augetur, ita coacta publica egeſtate divitiæ aviditatem jejunæ mentis acuebant.*

22. Avarus aurum perinde ſitit, ac hydropicus aquam; hinc Hebræis auro inhiantibus vitulus ex auro in pulverem redactus exhibetur à Moyſe, ut aurum biberent, aurum ſitientes: ſitiunt igitur divitiarum cupidi ipſas divitias, quas tunc bibunt, cum congerunt: ſed non ſecus ac vino madidi temulentiâ fœdantur, ac à ſanæ mentis dejiciuntur uſu, idque cauſæ, cur S. Leo Papa, repræſentans proditorem Judam ebrium lucri cupiditate, dicat. *Hoc perfidus Judas inebriatus veneno, dum ſitit lucrum, pervenit ad laqueum*: Serm. 9. de paſſ. Domini non tamen credas, ſitim divitijs inhiantes extinguere ſuam; ebrios ſiquidem æmulantur, quibus ſi potum augeas, cauſam bibendi accumulas: ſitiunt aurum; quò ſuam acuant, magìsque accendant, non extinguant ſitim; proinde ſitis eſt, ſed Tantalea, quæ tametſi ore tenus fluenta intumeſcant, ſedari nequit; pœnâ torquentur Tantali, qui divitijs inhiant, qui auri ſiti laborant: pulchrè Nicetas Chroniates loquens de avaris, qui opes congerunt, non quibus ſitim, & cupiditatem extinguant, expleántque, ſed quò magis acuant, ait. Lib. 3. in A. lexico. *Tantaleam ſitim perpeſſi, cùm forum haberent, bibere non potuerunt, ſed cribrò haurire conati, aurum ex manibus amiſerunt.* Cribro aquam haurire ad ſitim extinguendam eſt operam perdere, & ſitim in aqua magis accendere, vix enim à fonte extrahitur cribrum, & totam, quam hauſerat aquam, eidem reſtituit, & neque unam cuſtodit guttulam ſiti minuendæ aptam; ideóque avari more Tantalico in aquis divitiarum; eò actiùs ſitiunt, quò magis augentur fluenta, etiam ore tenus, & ludentes in aquis ſiti torquentur Tantalea.

23. Quòd ſi avaros divitijs affluentes mari pariaveris, conſenties ſancto Nilo, qui ait: Oratio 3. de avaritia. *Nec multitudine fluminum mare, nec divitiarum copia avari animus expletur*: etenim tot flumina licèt mare ebibat, non tamen ſatiatur, nec ſuam explet ſitim; ita & avarus, quamvis plures, ac plures ſorbeat, congerátque divitias, nunquam tamen expletur, nec ſuam extinguit ſitim, imò plerumque veluti ſanguiſuga pauperum etiam ebibit ſanguinem, & ſudores. Sed ſi divitiæ perinde, ac aquæ ſitiuntur, fluunt etiam, ac tranſeunt, hinc David indicans, divitias aquarum more fluere ait. Pſalm. 61. *Divitiæ, ſi affluant, nolite cor apponere*, tunc autem divitiæ fluunt, cùm affluunt; ſcitè S. Antiochus *homil. 89.* expendens verba Davidis ait: *Uſeque dixit eleganter, ſi affluunt, more enim aquæ per alites diffluentes univerſa mundi iſtius nos prætereunt, hodie, ad hujus pendent arbitrium, craſtino futura penes alterum.*

24. Fluenta ſunt, quæ congeruntur divitiæ, nec mirum ſi fluant; ſicut enim veniunt, ita tranſeunt, ac recedunt: certè non ſineret ſe amore divitiarum capi, qui labilitatem, & fluxum earundem ſeriò animo volveret; ſicut divitiæ fluentes ſuos pertranſeunt, relinquúntque poſſeſſores; ita earundem non ſinerent avari alie-

illecebrâ detineri. Pulchrè S. Chryſoſtomus. Homil. 2. ad popul. *Quid inſanis circa fugientia? nil divitijs fallacius, hodie tecum, & cras contra te infidorum oculos armant.* Labilitatem quidem imitantur fluviorum decurrentium, quæ acervantur divitiæ; ſed cum fluunt ipſæ, fluentes plerumque ſecum trahunt lachrymas, ſuos torquentes poſſeſſores, eò quia ſiſtere divitiarum fluxum non valeant, ſciántque unâ hora eſſe amiſſuros, quas plurium annorum exantlatis laboribus congeſsêre divitias.

25. Sed ſi divitiæ, vel clauſæ ſervantur in arca, vel cuſtodiuntur in ſcrinijs, quomodo dicuntur fluere, ſi jugiter quieſcunt! fluunt equidem, tametſi quieſcere videantur, quòd ſi dignoſcere cupis earum fluxum; perpende, quomodo ab uno ad alterum tranſeant poſſeſſorem, fluit jugiter hominis vita, properátque ad ſepulchrum, & pari paſſu fluunt, & divitiæ, quæ ab ipſo poſſidentur, tranſeúntque ad hæredes: vel ſi mavis ad alios, qui vel violenta manu eas rapuêre, vel clanculò ſurripuerunt: fluunt igitur, quia tranſeunt de uno ad alium poſſeſſorem, propterea inſtabiles ſunt, ac fluviatilium undarum imitantur curſum; nunc affluunt his, qui habere ſe eas putant, ſed mox ad alios tranſeunt, & continuò fluunt, adeò ut nulla in opum natura ſit ſtabilitas: fluxa enim eſt divitiarum natura, apud quos eſt, non manet; ſed illicò præterlabitur, & plerumque nonniſi lachrymas relinquit ſuperſtites. Hinc ad rem noſtram appoſitè D. Auguſtinus expendens verba Davidis: Ennar. In Pſal. 61. *Divitiæ, ſi affluant, nolite cor apponere*, ait; *Divitiæ, ſi fluant, ut apponatis cor. Ille non habet, iſte habet; ille non quærat rapere, quod non habet: iſte non apponat cor in eo, quod habet. Divitiæ, ſi fluant, id eſt, ſi exundent, tanquam de fonte currant, ut apponatis cor.* Non ſolum fluunt, quæ congeruntur divitiæ, verùm & fluctus æmulantes marinos æſtuant, ſurgunt, & deprimunt. Huc ſpectat S. Gregorius Nazianzenus in Cygnæo carmine, inquiens: Lib. ad Seleuc. de recta educat. *In opum natura ſtabilitas, & certitudo nulla eſt, ubique comparari cum ingentibus maris fluctibus poteſt, qui in orbem attolluntur incerto motu, & viciſſim delabuntur.*

26. Sed ſi marini fluctus ſuas fovent ſcyllas; habéntque charybdes; non putes hiſce monſtris carere divitias, hæ ſiquidem ſuas habent voragines, quibus naves deglutiunt divitum. In divitiarum pelago ipſa avaritia, & immodica habendi cupiditas charybdis eſt, ut ſcribit D. Hieronymus ad Ruſticum, inquiens: Epiſt. 4. *Ibi charybdis, ubi radix omnium malorum avaritia.* Neque mari divitiarum tumentes deſunt fluctus, ac æſtus, quibus ſpes in mundi opes divitum mentem, perinde ac navem æquora trajicientem pulſat, & quatit, infeſtátque & quidem eò periculoſiùs, quò majore cupiditate divitijs inhiantes, ac in ijsdem ſperantes intus animo æſtuant: ſunt divitiarum deſideria, ac cupiditates fluctus decumanis tumidiores, ac ferociores ad naufragium impellentes; qui enim hiſce ſinunt ſe cupiditatibus, ſeu fluctibus agitari in ſcopulos delictorum facilè impingunt, ubi naufraga virtus perit; quia ut innuit S. Petrus Chryſologus. Serm. 45. *Qui intrat carnis pelagus, ſcindit vitiorum fluctus, inter ſcopulos criminum tranſit, præterit litora paſſionum: niſi cito portum pietatis intraverit, exercere virtutes non poteſt; lucrum non poteſt virtutum habere.*

Facilè divitiarum fluctibus obrutus mergitur, niſi nitatur beneficentiæ portum appellere: hunc portum ſtudeant attingere, qui in hujus mundi Oceano ſpe freti divitiarum fluctibus ſentiunt ſe obſideri. Portus eſt beneficentia, eos à fluctibus, naufragióque tuetur, qui in ejus ſe ſinum recipiunt, ut enim appoſitè ait D. Chryſoſtomus. Homil. 4. popul. *Si ad pauperum manus extenderis manum, ipſum cœli verticem tetigeris; qui enim illic ſedet eleemoſynam, ſuſcipit.* Imò illic portum nobis aperit, in quo perenni fruamur malacia, quia ut ait idem D. Chryſoſtomus. Homil. 54. in Math. *Eleemoſyna manſionem nobis in cælo ædificat, & æterna tabernacula præparat.* Alioquin, qui divitiarum trajicientes mare ad hunc non ſatagunt beneficentiæ portum appellere, fluctibus exagitati facilè in ſcopulos illiſi turpe patiuntur naufragium, quia ut ait Apoſtolus. 1 ad Tim. 6. *Qui volunt divites fieri, incidunt in tentationem, & in laqueum diaboli*, quia die, noctúque laborant ſatagentes per fas, nefáſque divitias congregare: quapropter ait Syracides. Eccleſ. 11. *Si fueris dives, non eris immunis à peccato*, quia plerumque per uſuras, viáſque obliquas divitiæ congeruntur, quæ veluti fluctus virtutam obruunt, mergúntque. Huc accerſendus Guilielmus Pepinius, qui explicans, quomodo divitiarum fluctus ſaluti officiant, ſi avidè, ac avarè pecuniæ congregentur, ait: In cap. 2. Geneſ. *Aquæ in ſacra ſcriptura quandóque ſignificant divitias terrenas, & temporales, eò quòd fluunt, & currunt, de uno in alium, de quibus in Pſalm. 31. dicitur. Veruntamen in diluvio aquarum multarum ad eum non approximabunt, ac ſi apertè diceret Pſalmiſta, quòd hujuſmodi aquæ temporalium bonorum, ubi plus æquo abundant, plus ſaluti obſint, quàm proſint.*

Divitiæ enim delicias accerſunt, quæ vitia fovent, eſt enim avaro opulentia vitiorum fomes, & cœli exhæredatio: hinc Euſebius *de arte voluntatis* ait: Lib 6. 27. *Maximum opprobrium divitiarum eſt, alimenta eſſe vitiorum, organum voluptatum, liber-* 28.

jatem peccandi, *& auream clavem ſcelerum omnium*: quia ſi vel in nominibus velimus ſeriò cum Eucherio ludere, *quædam eſt ſocietas penes etiam nomina duabus hiſce rebus vitijs, & divitijs*, foventur divitijs vitia, & raró inhiantes divitiis, vitijs probantur carere. *Geneſ. 27.* Luculenta narratione fraus illa exhibetur Jacobi, ſeu potiùs arcanæ veritatis involucrum, cùm Jacob Benedictionem præripuit fratri. Iſaacus extrema jam ſenecta correptus, & decumbens in lecto, viribus deſtitutus, oculíſque caligantibus præ ſenio, ſpiritu-úmque defectione, deſiderio tenebatur ferinæ; ſuóque ſatisfacturus appetitui accerſitum ad ſe voluit Eſau ex filijs natu majorem, cui præcipit, ut venatum eat, ſibíque ex ſylveſtri præda cœnam apparet, & hoc pietatis officium in parentem à filio impenſum liberali non cariturum remuneratione. Paterna illicò egreſſus è domo Eſau, campos, ſylváſque proximas circumvagator Patris ſatisfacturus deſiderio.

29. Sed Rebecca mater pro Jacobo natu minore ſolicita, cum advertiſſet, beneficium & jus primogeniti, quod ſacræ litteræ benedictionem vocant Jacobo à ſe dilecto minimè obventurum, niſi aſtu aliquo utatur, quo Jacob præveniat fratrem ſuum Eſau, Jacobum ad gregem paſcentem in campo illicò amandat, jubétque duos afferri hœdulos, quos cùm impigrè attuliſſet, diligens, ac ſolicita mater utríque pellem detrahit, & alterum coctura tam exquiſita apparat, ut revera crederet Iſaacus, ferinam ad ſe fuiſſe allatam mentiente cibi latore Jacobo fratrem ſuum hirſutum Eſau, quia vultu, collo, manibus, pelliculis tectus erat hœdinis; licèt non abſque periculo: Iſaacus ſiquidem licèt oculis caligaret, manuum tamen tactu explorabat, quod viſu diſcernere nequibat: ſed hirſuta hœdorum tegmina hiſpidam Eſau cutem referentia; veſtium odor, quibus Eſau major natu, ſive ſacrificia offerens, ſive aliquod ſolemne peragens uti conſueverat, & quibus mater Jacobum induerat ſenſus caligantis Iſaaci parentis ita afficiebant, ut Eſau eſſe cibi delatorem facilè ſibi perſuaderet: & ſola Jacobi vox aliquam dubitandi relinquebat ſuſpicionem: verùm quia ex reliquis ſignis ſufficienter conjiciebat, eum eſſe Eſau natu majorem, & ad quem primogeniti pertinebat prærogativa: poſtquam comedit de ferina, non in ſylvis occiſa venatu, ſed in caula capta ſtudioſo aſtu, recreatúſque venatoris obſequio, repetitis oſculis Jacobum amplectitur, cui & privilegia impertit primogenitorum, terræque frugum apprecatur abundantiam, honorémque, ac reverentiam apud exteros; authoritatem, dominium, juriſdictionem in domeſticos, ac nepotes.

30. Hiſce vix dum actis redux è ſylvis adeſt Eſau, qui intellecta ſubdola paternæ benedictionis ſubreptione efferatur, ac ferina rabie dolenter irrugiens contra Jacobum doli artificem, plenúſque indignationis in fratrem, ac inclamans per domeſticos parietes, ſemel, iterúmque patrem urget; ſe quóque fauſta precatione felicem redderet, omníſque utitur arte, ut à parente viribus deſtituto, ſenectute confecto, & oculis caligante ulteriorem extorqueret benedictionem, inquiens ad patrem. *Num unam tantùm benedictionem habes pater? mihi quoque obſecro; ut benedicas*, *Geneſ. 27, v. 38.* Cúmque ingenti ejulatu fleret, ſimúlque irrugiret Eſau, advertens Iſaac ſe non filium natu majorem, ſed minorem hæredem conſtituiſſe, ac benedictionem fuiſſe eidem impertitum. Ad ſedandos tumultus dixit ad eum Iſaac *In pinguedine terræ erit benedictio tua.* Quid; Eſau à benevolo patre ultra requirit conſtrius, Jacobum fratrem natu minorem per benedictionem paternam conſtitutum fuiſſe ex aſſe hæredem benedictionum Abrahæ, ac bonorum cœleſtium? Verùm quia Eſau terrenorum bonorum copiæ inhiabat. Cupiebátque terræ divitijs affluere, ideo dubitando expetijt à patre, num unam tantòm benedictionem haberet, & petjit, ut ſuam & ipſi vellet benedictionem impertiri. *Num unam tantùm benedictionem habes?* *Geneſ. 27.* Quæ verba expendens Doctor mellifluus nardum vel ipſo nomine ſapiens, apud Tilmanum ait: *Pretioſa eſt divina conſolatio, nec omninò tribuitur admittentibus alienam. Infelix Eſau, qui dixiſti: num unam benedictionem habes pater? quantò melius diceres cum Propheta: Unam petij à Domino, hanc requiram: indignus enim benedictione cæleſti convincitur, qui dubio quærit affectu, duplici petit intentione.* Cenſuit D. Bernardus indignum probari cœleſtium bonorum, qui ſimul cum illis mundi inhiat divitijs, quas percupidè requirit: non enim unà cohærent cœli, & terræ divitiæ, cùm iſtæ vitijs faveant, & illæ virtutes foveant.

Sed quid? quòd Eſau temporarias expetens facultates, ac divitias per modum interrogationis eas expoſtulat, dicens: *Num unam tantùm benedictionem habes pater?* quod periude eſt, ac ambigere, & dubio quærere affectu. 31. Nimirum dubius eſt affectus illius, qui terrenis inhiat divitijs; quaſi anceps hæreat, an cum petit terreſtres divitias, quas inhianter ſuſpirat, non ampliùs ad cœleſtem patriam aſpiret; dubius eſt affectus, an cum deſiderat bona temporalia, ſimul exhæredari cupiat à cœleſtibus, quæ minimè cum temporalibus cohærent. Anceps igitur hæſit Eſau, & dubio affectu patrem interrogavit, num unam tantùm benedictionem haberet! Quàm profundè per interrogationem petit

tit

tit de pinguedine terræ diteſcere, qui dubio affectu, quid petat, ignorat: ſi enim ſciviſſet, à petendo abſtinuiſſet, ne typus fieret reproborum, ut acutè obſervavit D. Bernardus, inquiens, *Indignus benedictione cœleſti convincitur, qui dubio quærit affectu. Quantò meliùs diceret cum Propheta: unam petij à Domino, hanc requiram.*

§. IV.

Terrenæ divitiæ non ſperentur; ſed contemnantur, fluxæ ſunt, ſuóſque mergunt poſſeſſores, niſi ab ipſis mergantur in ſinum pauperum.

32. TErrenæ divitiæ fluxæ ſunt, currunt, fluúntque de uno in alterum; non ſublimia, & cœleſtia petunt, ſed declivia in terris loca perquirunt, per quæ fluant; delabuntur deorſum terreſtrium divitiarum aquæ, non ſurſum feruntur. Aureliano Imperante argenti guttas è nubibus cecidiſſe ad modum imbris, ſunt qui referant, ut indicat Theodorus Metochita. *In hiſtor. Roman.* Cavendum eſt, ne plus æquo hiſce madeamus divitiarum aquis: cavendum, ne ab ipſis mergamur; ab auro mergi, quia Crates noluit, aurum merſit in mare: contemnendæ ſunt divitiæ, ne mentem mergant noſtram, ut monet S. Nilus in Aſceticis, inquiens: *Pecuniam, & omnia quæ mentem demergunt, atque opprimunt, contemnamus. Onus abjiciamus, ut navis parumper ſubleveturo; Tempeſtate jactatè abjiciamus, & magnam ſupellectilis partem, ut animus tanquam gubernator navis, undarum impetum queat ſuſtinere, ſalutíque conſulere.*

33. Supra Chriſtianos plurimos ſapuit Crates Philoſophus, qui ne in divitiarum copia velut in mari naufragium ſubiret, naufragas voluit ſuas perire divitias, quas in mare projecit, ne ipſe illarum fluctibus jactaretur. Hujus fluitantis vitæ mare trajicimus; exigua eſt, ac fragilis cymbula, quâ vehimur, hanc ſi immodico divitiarum prematur onere, fundum facilè ſubit, & naufraga perit: qui ſapiunt mercatores merces, quibus onuſta navis periclitatur ſuborta tempeſtate in mare projiciunt, ut navis ſubleveturo, & ipſi, quod imminet, naufragium declinent: ſatiùs eſt merces naufragium ſubire, quàm mercatores: hoc eſt tutiùs divitias perire, ne earum poſſeſſores pereant. Mergere pro perdere, ac profligare eleganter poni, & quidem ſignatè de bonis, & cenſu aſſerit Plinius, inquiens. *Lib. 9. c. 16.* *Nullúsque propè jam mortalis pluris æſtimatur, quàm qui pretiſſimè cenſum Domini mergit:* Cenſus autem, & opes non tantùm merguntur, dum perduntur, ſed mergunt etiam, & perdunt: imò nec mergere tantùm fœneratores dicuntur, ſed etiam enecare, quia ut cecinit Auſonius: *Velox inopes trucidat uſura*, & Cicero etiam pro Cœlio ait. *Ne effundat patrimonium, ne fœnore trucidetur.* Et Valerius Maximus rem uſurariam necationem vocavit *lib. 4. cap. 8.* inquiens, *Opportunè teſtatus eſt ſe nummorum ſuorum non civilis ſanguinis eſſe fœneratorem, nam qui hac præcipuè necatione delectantur, cum pecuniam cruentam domum retulerint.*

34. Quis igitur, ſi ſui ſit compos, ſibi non caveat, ne in æſtuante divitiarum pelago nimio preſſus pondere mergatur, ac intereat? *Nemo ignorat*, ait S. Iſidorus Peluſiota, *Lib. 5. epiſt. 312.* *animum Pecuniæ cupiditate flagrantem mille plerumque jactari procellis. Notum, & illud in his algoribus, ac tempeſtatibus, nullum eſſe ſenſum quietis, ſatietatis, & libertatis, velutè ab hiſce ventorum turbinibus eliſæ.* Ubi divitiæ affluunt, ibi dolor, ibi labor, ibi pavor; dolor pro amiſſione, labor pro acquiſitione, & pavor pro ſuſpicione, ac periculo eas perdendi, proinde tranquillum non eſt divitiarum mare, ſemper fluctuat, ſemper naufragia minatur, & quotquot hoc euavigant mare, ſemper exagitati in adverſis proſpera ſperant, & in proſperis formidant adverſa; huc, illúcque quaſi quibusdam acti fluctibus volvuntur, nunquam quieti, ſemper exagitati, & plerumque ad naufragium rapti. An non divitiarum cupiditas Judam ex ſupremo Apoſtolatûs faſtigio dejecit, & ad perenne pertraxit naufragium. Cedit venalem in mercem infidi Diſcipuli Magiſter ſinceriſſimus, & fit pretium proditoris perſona Redemptoris. Quis non dicat, prodigam in hac Judæ proditione fuiſſe avaritiam Diſcipuli, cum aureum Magiſtrum paucis vendiderit argenteis, pretiúmque conſtituerit, cui non eſt pretium? adeo profuſa fuit avaritia, ut inexhauſtum unica effuſione exhauſerit ærarium, omnéſque ligurierit divitias, ut triginta acciperet ipſe argenteos? verùm non prodigam, ſed cæcutientem potiùs dixerim avaritiam, cum non viderit in Diſcipulo pretium Magiſtri, qui vel una ſui ſanguinis guttula genus totum humanum abundè redemit. Cæca ſanè fuit, cum nec pretium viderit Magiſtri venditi, nec crimen agnoverit, quod corrigeret. Ignorantes ejus pretium adivit, ne dementiæ ipſe notâ redargueretur, qui non melior mercator, quàm Apoſtolus, propriæ depeculator ſalutis, qui vocatus fuerat, ut alienam lucraretur; ſe ipſum perdidit, ut paucas pecunias, quibus magno inhiabat deſiderio, lucraretur.

35. Divitijs inſerviebat Judas, mirum fuiſſet, ſi & in Chriſti perſeveràſſet diſcipulatu, Deique famulatu: quia ut ait Chriſtus: *nemo poteſt duobus Dominis ſervire: aut enim unum odio habebit, & alterum diliget, aut unum ſuſtinebit, & alterum contemnet*, proinde ſtatim ſubdit: *Non poteſtis Deo ſervire, & mammonæ.* Is mammonæ dicitur ſervire, qui divitijs inhiat, & avaritiæ famulatur, is enim Deum ipſum contemnit, flocciqne facit, perinde ac Judas, qui quò viliùs Deum ipſum venderet, eos adivit emptores, qui ejus pretium ignorarent: quòd ſi Judas, quem vendidit, voluit prodere; emptores, quem emerunt non poſſidere, ſed perdere cupierunt: appoſitè S. Chryſoſtomus ait: *Vultis, oſtendamus, quomodo nemo utrique Domino obtemperare poteſt, ſed alterum contemnat, oportet? An res ita clara eſt, ut minimè egeat oratione, cùm id in rebus, & factis ipſis cernere liceat? an non hoc cernimus, Chriſtum quidem contemni à Juda, mammonam verò coli? ſentitis, quàm vel ipſa verba aſpera ſint? Quòd ſi verba multò magis res ipſa.* Et revera aſperrimum eſt dictu, quòd in Juda pecuniarum cupiditas Deum odio habuerit, Chriſtum contempſerit, quò mammonam, ſeu pecuniam coleret, & tamen verum eſt, ab hoc divitiarum cultu adductum Judam fuiſſe ut Chriſtum Deum, & hominem odio haberet, eúmque vili pretio contemneret, proderétque.

Matth. 6. v. 24.

Serm. 6. in epiſt. ad Philippenſes

36. Jam pridem avaritia cor Judæ occupaverat: cùm cœnaret Chriſtus in Bethania: acceſſit tunc reſipiſcens, & lachrymis madens, quæ fuerat antea peccatrix mulier, & ne fœditates ſcelerum, quas luxuriando contraxerat, malè olerent, ſecum attulit libram unguenti nardi piſtici pretioſi, quo procumbens unxit pedes JESU; quæ enim malè ambulaverat à pedibus Salvatoris rectitudinem orditur ſui greſſus; & quæ naufraga in voluptatum carnalium pelago perjêrat, mox emerſa, & portum quæſitura navem ſuam ad Chriſti pedes, veluti ad geminas portûs columnas ſiſtit, ſuíſque capillis veluti retortis funibus alligat, quò firmiùs Saluti adhæreat: unguentum fundit, & ex ejus odore repleta eſt ſtatim domus: ſed vel in ipſo Chriſti contubernio nimium emunctæ naris homines invenit pietas, quibus tum primùm cœpit odor nardi piſtici à fœmina effuſi ſuaviùs olere, deſiit, & placere; & ſedentes ut Judices potiùs, quàm ut convivæ, non laudant, quod ex ſincero amore mulier agit; & vel ipſam virtutem culpant in fœmina; & præ cæteris Judas, qui æſtu jam exardeſcens avaritiæ, dixit, *quare hoc unguentum non veniji trecentis denarijs, & datum eſt egenis?* Dixit autem hoc, non quia de egenis pertineret ad ipſum, *ſed quia fur erat, & loculos habens, ea quæ mittebantur, portabat.* Nimirum, quæ Judas miniſterio portabat, eadem furto expurrabat. Sed cur Magiſter Chriſtus raptori Diſcipulo, furacique Apoſtolo loculos permiſerit? vel cur tartareus hoſtis ad tam avaram proditionem Apoſtolum inſtigaverit? *Quid eſt*, ait Iſidorus Peluſiota, *quòd Judam non ad libidinem, ſed ad proditionem dæmon impulerit? nimirum quia partem illam præſidijs firmatam videbat; eam autem, quæ ad avaritiam pertinebat, infirmam, & imbecillam: ex crumenæ enim furto in ſpem venit, ut ipſe ad proditionem quoque facilè ſe conferret.*

Joan. 12.

Lib. 3. epiſt. 383.

37. Quâ cacodæmon ſagacitate pollet Judæ appetitiones introſpexit, & ex notis externis explorara habuit, quæ intus deſideria in mente conciperet, ac ſpes foveret in terræ divitias; cúmque animadvertiſſet eum in avaritiam proclivem; inde ſpem, & ipſe concepit poſſe usque ad Magiſtri ſenſim pertrahere proditionem: amorem in pecunias, quantum potuit, in eo excitavit, induxítque; quò ſpem ſuam in ipſis locatam haberet: hinc eum impulit, primò ad crebra modica furta, mox ad frequentiora, & majora, quæ Theophilactus ſacrilegia vocat; eò quia in ſuum raperet uſum, quæ in divinum dabantur: poſtea ex eodem avaritiæ æſtu; quo intus flagrabat ad maledicam detractionem imprudenter inſtigávit, ac demum ad Magiſtri infidam proditionem impiè pertraxit, quò ſimul & Deum proderet, & ſe ipſum perderet, laqueóque ſua tandem coronaret ſcelera. Ecce in quot ſacrilega crimina una pertraxit Judam avaritia? Quis hanc non dicat malorum omnium baratrum, cum tot ſceleribus reos velit homines: avara opum cupiditas Deum ipſum venalem effecit, cùm Diſcipulus Magiſtrum flocci, ac contemptui habuit; cùm tam vili pretio eum vendidit, qui auro, & gemmis pretia impertitur.

38. Vendidit Judas vili pretio eum, qui rebus omnibus pretioſis eſt longè pretioſior: adeò cæcus Judas fuit, ut non videret, quale eſſet pretium illius, quem vendidit: avaritia eum excæcaverat; quem vendidit, non novit; neque tam funeſtum, & execrabile facinus potuiſſet niſi avaritia perſuadere, ut enim ait Peluſiota, *Ex crumenæ furto in ſpem diabolus venit, ut Judas ad proditionem facilè ſe conferret:* nimirum avaritia ad ſcelus omne enormiſſimum viam ſternit, ac proclive aperit iter: non tamen ſinit avaros pecunijs uti, quibus inhiaverant; Judas ipſe, quas ex Magiſtri venditione pecunias acceperat, projecit, nimirum ut ait

Sytæ

Syradices: *Qui amat divitias fructum non* Eccleſ. 5. v. 9. *capiet ex eis*, quæ verba expendens S. Am- Lib. 1. de brosius ait: *Quid de avaritia dicam? de inſatia-* Cain. & *bili pecuniæ cupiditate, & quadam æris libi-* Abel c. 5. *dine, quæ quò plura abſtulerit, eò magis in- opem ſe credit? Omnibus invida, ſibi vilis, in ſummis divitijs inops, affectu extenuat, quod cenſu abundat. Nullus rapiendi modus, ubi nulla menſura cupiendi. Sic inflammat animum, ſic igne ſuo paſcit animum, ut hoc ſolo diſtet, quod illa formarum adultera ſit, iſta terrarum. Elementa concutit, mare ſulcat; terram effodit, cælum votis fatigat, nec ſereno grata, nec nubilo, condemnat proventus annuos, fætúsque terrarum arguit.*

39. Quàm appoſitè ait Eccleſiaſtes, inhiantem divitiis fructum non capere ex eis; quia hæc eſt divitiarum indoles ſuos fugere, ac froſtrare poſſeſſores. Siquidem fallaces ſunt, deceptoriæ, incertæ, ac fluxæ divitiæ, quamvis congeſtæ, ac ingenti cura, & ſolicitudine aſſervatæ; citiùs enim avolant, quàm alternantis fortunæ nutu acceſſerint; unde ob labilitatem fluviorum decurrentium undis fluentibus, ac jugiter decurrentibus divitias eleganter pariavit Agapetus in ſua parænesi inquiens: *Terrenarum opum inſtabiles divitiæ fluviatilium undarum imitantur curſum, modicum enim affluunt his, qui habere ſe eas arbitrantur; mox verò refluentes ad alios accedunt* Quo fit, ut divitiæ ſuos fruſtrentur poſſeſſores, qui, quem ex ipſis ſperaverant fructum colligere, ac guſtare, perdunt, & ſe defraudatos vident, eò quia divitias quas impenſo labore congeſſerant, videre quidem potuerunt, non tamen iiſdem frui; hinc Eccle- c. 5. v. 11. ſiaſtes: *Quid prodeſt poſſeſſori, niſi quod cernat divitias oculis ſuis?* hoc eſt nulla in poſſeſſores divitiarum utilitas derivatur, quam quædam oculorum illuſio, ac vana intuitio, quaſi divitiæ videri tantùm poſſint in momento, & poſſideri non poſſint; quia cùm manus divitijs inhiantes ad illas extendunt, jam ad alias dilabuntur manus, ſuóſque fruſtrantur poſſeſſores: & quamvis videantur interdum divitiæ poſſideri ab ijs, qui cenſentur in mundo divitijs affluere, ac delicijs diffluere, non tamen manu, ſed oculis poſſidentur, quatenus oculorum præſtigijs ſuos fallunt poſſeſſores; oculis videri quidem poſſunt divitiæ; non manu retineri, quia ut pulchrè ait D. Baſilius: *Fluxa* In Pſal. 61. *eſt divitiarum natura, ſuos poſſeſſores torrente prærapido ocyus prætercurrit, aliot alio modo apta mutare Dominos*, perinde ac in quibusdam ludicrorum ludibrijs, quæ à joculatoribus, ac hiſtrionibus exhibentur; ſæpiùs viſus ex nimia Hiſtrionum celeritate pervertitur, & qui in manu adhuc eſt ludentis globulus, cenſetur indubiè ſub capſulam eſſe injectus; mox ubi ſurſum putabatur projici, in ſaculum dejicitur, ea manuum dexteritate, ac celeritate, ut oculos Hiſtrio fallat adſtantium: pari pacto putarim in divitiis obtingere; putant ijsdem affluentes eas poſſidere, ſed falluntur, quia ocyſſimè dum credunt eas manu retinere ad alias jam avolârunt manus.

Joſue oſtendens Hethæis terræ divi- 40. tias, ac provincias, quibus diteſcerent dixit, Cap. 1 v. 4. *A deſerto, & Libano usque ad fluvium magnum Euphratem omnis terra Hethæorum usque ad mare magnum contra ſolis occaſum erit terminus veſter:* Hethæorum quidem videbatur terra eſſe, cùm divitiis affluerent, ſed putantes eas poſſidere nil ſuo habuerunt ſub jure: oculis quidem luſtrare potuerunt amplos illos longè, latéque diffuſos terrarum tractus, non verò poſſidere: ſiquidem quæ videbatur Hethæorum terra, Hebræorum erat dominium; Hethæi putabant quidem ſe poſſidere divitias illas terrarum, ſed illæ ad alias jam tranſierant manus; quia fluxa eſt divitiarum natura, è manu ad manus alteras ſtatim delabuntur, & ut ait Baſilius, *Aurum è manibus habentis illicò diffluit:* fluxæ ſunt mundi divitiæ aquarum fluentium æmulantur naturam: aquam ſi manu cava è fluvio extrahas, eam quidem vides, ſed ſi manum claudas, ut eam poſſideas, illicò dilabitur, & è manu evaneſcit, nihilque habes, nilque poſſides, cùm ſtricta manu credis, quam è fluvio extraxiſti aquam tenere: perinde divitiis inhiantes eas impenſis laboribus ſibi nituntur comparare, ſed cùm credunt eas in ciſtis, ſcriniiſque clauſas poſſidere, ſe ipſos fallunt, quia ſtatim avolant, & deperduntur in momento, quæ pluribus fuerant annis acquiſitæ; nihil enim eſt tam firmum, ac ſuffultum, quod alternantis fortunæ non evertatur vicibus; pulchrè Seneca rogans quid ſit fortunæ bonum, quod mortales enixim cupiunt, ait: *Quid eſt,* Epiſt. 91. *quòd non fortuna, cùm voluit, & florentiſſimo detrahat? quòd non eò magis aggrediatur, & quatiat, quò ſpecioſiùs fulget? Quid illi arduum, quid perdifficile eſt? non una vis ſemper, ne tota quidem incurrit, modò noſtras in nos manus advocat, modò ſuis contenta viribus, pericula invenit ſine authore, nullum tempus exceptum eſt. In ipſis voluptatibus cauſæ doloris oriuntur.*

Tametſi Regna Hethæorum validiſſi- 41. mis eſſent munita propugnaculis, maris vorticibus circumvallata, numeroſo milite inſtructa; illicò tamen corruunt propugnacula, exſiccantur marini vortices, & milites animo conſternati, priùs caddnt victi, quàm ſurgant ad conflictum. Bullæ ſunt mundi divitiæ intumeſcunt quidem ex aquis flo- entibus ſorgentes, ſed illicò detumeſcunt, & diſruptæ evaneſcunt: aquatilibus bullis perſimiles ſunt divitiæ, quas ambitio inflat, ut intumeſcant, ſed vix inflatæ, ac congeſtæ illicò detomeſcunt, ac pereunt, unde Job loquens de divite ait: *Divitias, quas devoravit, evomet;* ubi Catena Cap. 20. v. 15. græca eleganter. *Impius cùm iniquas opes*

 ex-

exſorbuiſſet, videbatúrque illas in tuto habere collocatas, tunc in divinam iram, quaſi in mortiferum medicamentum veneno aſpidis temperatum incurrens, opes flagitiosè partas vomit univerſas. Id porrò ſignificat, quemadmodum qui venenum hauſerunt, incitantur ad vomitum, ſic ille qui divitias comparavit injuſtas, cruciatur divulſis viſceribus, & illas ipſas effundere cogitur. Suos fruſtrantur divitiæ poſſeſſores; quamvis veluti pellucidi latices ebibantur, ſeu congerantur, epotæ tamen ſtomachum movent, & vomitum provocant, oitnntúrque foras exire, plus doloris, quàm voluptatis iis adferentes, qni arbitrabantur eas poſſidere.

42. Qui decipi noo vult, nec inſanus haberi, divitias ooo amet, nec opes depereat, quæ vix acquiſitæ pereunt, quæ dum bibuntur non mellis duleedinem, ſed fellis effundunt amarorem: quapropter Petrus B'eſſenſis ad ſuum ſcribens amicum ait: *Noli quæſo affectare divitias, quæ te fugiunt, & ubi affluunt, plus aloes, quàm mellis habent.* Et Chriſtus ſuos excitaturus diſcipulos ad ſpes ſuas non in mundi diviriis ponendas, ſed in ſolo Deo collocandas; volucres in exemplum exhibet ſine agriculruræ ſudore paſtos, & lilia ſine labore vernantia
Luc. 12. v.28. io hortis, poſtea ait: *Nec Salomon in omni gloria ſua veſtiebatur ſicut unum ex iſtis. Si autem fœnum, quod hodie in agro eſt, & cras in clibanum mittitur, Deus ſic veſtit, quanto magis vos*, quæ verba expendens D. Ambroſius, & referens ad mores ait: *Bonus quidem ſermo, atque moralis, quo ad fidem divinæ nobis miſericordiæ conferendæ (vel juxta litteram, quia ad ſtaturam corporis noſtri: vel ſpiritualiter, quia ſuper ſtaturam naturæ noſtræ ſine Dei valore nihil valemus adjungere) comparatione nos floris, & fœni ſermo dominicus provocavit.* Hoc eſt, ne crederent Diſcipuli ſolis naturæ viribus, vel artis induſtriâ, vel laborum deſatigatione, poſſe aliquid veri boni homini obtingere; ſed ſcirent, caſſos eſſe hominis labores, fruſtraneas ioduſtrias ſine Numinis ope; exhibuit Magiſter Chriſtus luſtranda ſuis Diſcipulis lilia agri, & fœnum pratorum; ut in campo, perinde ac in Gymnaſio doccotibns Magiſtris liliis, & doctrinam explicante fœno, diſcerent non in mundi divitiis ſpes ſuas collocare, ſed in ſolo Deo, qui divinâ ſuâ providentiâ, & aves cœli, ac animalia terræ paſcit, & lilia agri pingit, ac argentea locupletat venuſtate.

43. Germinanr quidem, ac creſcunt lilia abſque ullo proprio labore; non tamen ſine Numinis providentiâ florent; cuius beneficio id ſubeunt incremeoti, ot nulli florum celſitas ſit maior, cùm ſubinde trium æquer lilium cubitorum celſitatem, languido ſemper collo, oon ſufficiente capiris oneri: nimirum adeò eſt flos divitiis onuſtus, & ſuo diffluit albeſcente argento; ut eidem ferendo quaſi impar collum incurvet. Candor eius eximius eſt, foliis foris ſtriatis, & ab anguſtiis in latitudinem ſe ſe gradatim laxantibus. Flos ipſe effigiem exhibet calathi reſupinis per ambitum labris, tenui filo, ac ſemine, ſtantibus in medio crocis: perinde igitur ac Numinis providentia divirias abundè, & incrementa proceritatis liliis ſuppeditat, & fœnum agri paſcit, ut & volucres cœli: ita à fortiori homines ſi ſpes omnes ſuas, totámque fiduciam in ſola Numinis poſuerint providentia: licèt creſcant lilia, germinet fœnum ſine labore, abſque induſtriâ; non tamen floret lilium, & creſcit fœnum ſioe Numinis provideotiâ. Quòd ſi ſpes ſuas figant homines in mundi divitiis, ſciant, has illicò defecturas, idque Magiſter Chriſtus, ut ſuos edoceret Diſcipulos lilium agri, & fœnum illis oſtendit; tametſi floreat lilium, majeſtare cingat caput, cuius oneri vix collum ſufficit; argenteorum foliorum ſtriati ordines plurimum adferant illi decoris, candor eximius eum veſtiat; & anri divitias inrus in ſinu ſcyphi cniusdam referente ſpeciem poſſideat, ac otroque pretioſiore metallo diteſcat; hæc tamen pompa, qua flos exornarur, diaria eſt ad unius ſpatium diei: quod enim hodie in flore colorum pulchritudine, ac nitoris elegantiâ oculos allicit; cras nullum ſui veſtigium relioqueos evaporatur in nihilum.

44. Hoc autem umbratilis felicitatis momentaneum ſpatium reſtatur Magiſter Chriſtus ſuis Diſcipulis, omnem ſuperare Salomonis gloriam, quaſi divitiæ lilii, floriſque deliciæ diuturoiores ſior Regiis opolentiis. *Non otioſum videtur*, ſubdit D. Ambroſius, *quòd flos, vel homini confertur, vel certè plus penè, quàm hominibus, quando Salomoni præfertur.* Ecce quàm evanidæ, fallaces, ac perbreves ſunt Regum divitiæ, ac mundi deliciæ, cùm vel Diaria lilii gloria præferatur Salomoni; tamerſi maieſtatis ſplendore, facultatum copiâ, animalium multitudine; auri, argentiſque affluentiâ, ac omnibus diviriarum generibus Reges omnes alios longè ſuperaverit: quòd ſi unius floris divitiæ, ac foliorum pompa, ſeu veſtis oroatus, divitijs, gloriæ, ac ſplendori præfertur Salomonis: quàm futiles, quàm vanidæ, ac vacuæ ſnnt reliqoorum Principum, ac homioum divitiæ, in quibus totam collocant potentiam, & gloriam: ſi flos, qui uno duntaxat die in agro vernat, & cras mittitur io clibanum, totam ſuperat Salomonis gloriam, ac obſcurat argenteo ſuo nitore aureum Regiæ Majeſtatis ſpleodorem, eui præfertur; quàm breves, volatiles, & fluxæ ſunt mundi divitiæ, quæ vanas ſpes hominum alunt? adeò humana gloria eſt momentanea, ut diaria pompa floris nimis diuturna fuerit: Epiſt. 92.
ſcitè Seneca: *Longam moram dedit malis pro-*

properantibus, qui diem dixit horam, momentúmque temporis Imperijs evertendis ſufficere.

§. V.

Spes, quæ ſuas in divitijs radices agit, deſideriis fovetur, quibus divitijs inhiamus, ac torquemur: & eò creſcit illa uberior, quò multiplicantur iſta frequentiùs.

45. QUò uberiùs divitiæ affluunt, eò velociùs fluunt, ac evaneſcunt è manibus fugientes poſſidentium; flores ſunt, qui ſuis decerpti ab areolis cum primùm manu poſſidentur incipiunt langueſcere, ac nativam exuere venuſtatem, ac deficere: *Quid inſanis circa fugientia?* [Homil. 2. ad populum.] ait D. Chryſoſtomus perſtringens divitiarum amantes: *nil divitijs fallacius, hodie tecum, & cras contra ſe invidorum oculos armant:* imò etiam ſe ipſas armant contra ſuos poſſeſſores, quorum deſideria ac cupiditates dum augent, divitias minuunt, & paupertatem invehunt: hinc D. Chryſoſtomus ait: [Homil. 64. in Matth.] *Nunquam magna voce prædicare ceſſabo, acceſſione pecuniarum cupiditatem habendi magis atque magis adeo inflammari, ut rerum copiâ creſcente, paupertas augeatur: nam qui majori deſiderio ardent, egere ſe magis ſentiunt;* deſideria enim à deſideriis accenſuntur, & accenduntur; perinde ac igni ſi ligna adjiciantur, non extinguitur flamma, ſed augetur uberior, quia fovetur copioſior. Fomes ſpei in divitijs collocatæ deſideria ſunt, quibus inhiamus divitijs; eò accenditur illa uberior, quò multiplicantur iſta frequentiùs. Imò divitiæ ipſæ ligna ſunt, quæ ſi cupiditatum igni addantur creſcit exæſtuans flamma, & omnia depaſcitur, dum opum eſcâ nutritur; huc accerſendus S. Petrus Damianus ubi ait: *Si-* [Epiſt. 13.] *cut ignem ligna non ſatiant, ſic æſtu avaritiæ pecunia cumulata non ſedat; ſed ſicut flamma fomentis extollitur, ita avaritia dum lucra cumulantur, augetur.* Avaritiæ æſtus non extinguitur, niſi ligna ſubtrahantur divitiarum; niſi ſpes quæ ſuas in divitiis radices fixerat penitus evellatur; niſi cupiditates amoveantur divitiarum; ac prorſus abigantur. Ligna ſi juxta ignem tantùm ponantur, ignem non alunt, nec flammas nutriunt; niſi arentia, & exſiccata tetigerit ignis ligna juxta ſe poſita in pabulum hæc non cedunt flammæ: ſed auro vim ineſſe majorem credas; cum ſola ejus cupiditas ignem in avaris hominibus accendat, licèt non tangatur manu, ſed ſolo attingatur oculo: inflammat aurum eidem inhiantem, non nativa auri virtute; ſed aurum cupientis vitio; adeo parati, ac diſpoſiti ſumus ad concipiendum avaritiæ ignem, ut ad ſolum auri intuitum accendamur; quod obſervaverat D. Chryſoſtomus inquiens: *Nos* [Homil. 63.] *ſi modicum auri viderimus, accendimur.*

Simile quidpiam nobis obtingit; ac 46. lucernæ recèns extinctæ fumigante adhuc Lychno, cui ſi lumen admoveris, quamvis nonnihil ſit diſſitum, quia præſentem ſentit ignem ad ſe rapit, quò accenditur; adeo in ignis fomite parata eſt materia, ut non ſolùm ignis præſentiâ flammas concipiat; verùm etiam ipſo ſolis radio ſpeculum trajiciente, vel ex ſpeculo reflectente comburatur. Ea eſt divitiarum ſitis, ut flammam æmuletur, quæ eò creſcit uberior, & exardeſcit grandior, quò locupletiore nutritur fomite: in avaro divitiis affluente eò plus divitiarum ſitis augetur, & ardet; quò plures congeruntur divitiæ; & plus in aurum avarus exardet, quò uberioribus obſepitur divitijs; ſitque ejus ſitis inextinguibilis, perinde ac gehennæ ignis urens citra imminutionis detrimento; quod anſa fuit D. Ambroſio pariandi divitem ava- [Lib. de Nab. cap. 4.] ritiâ laborantem cum ipſo Dite Inferorum in fabulis ficto, ac in tabulis picto Numine: Dis enim re & nomine cognationem cum divita habet, ad quod alludens Ambroſius ait: *Ipſum nomen conſidera, Ditem dicunt Gentiles inferorum Præſulem, arbitrum mortis. Ditem appellant, & divitem quòd niſi mortem dives inſerve non noverit, cui Regnum mortui, cui ſedes inferi ſunt: quid eſt enim dives, niſi quidam inexplebilis gurges divitiarum, inexplebilis auri fames? quò plus hauſeris, plus inardeſcit.*

Sibi caveant divites, ne Ditis, ſicut 47. nominis affinitatem, ita & loci ſocietatem ſibi aſciſcant: timeant Inferorum ignem divites, qui cum Præſide Inferorum tantam habent cognationem; hanc divitiæ pœnam infligunt divitibus avaris, ut eos cupiditatis flammis urant, ac gehennæ damnis addicant; deorſum auri, argentique ponderoſa, ac graviora onera ad gehennam divites detrudunt, cum premunt; quis igitur cordatus ſuam velit in divitiis ſpem ponere, ſi ab his alii non ſunt fructus expectandi, quàm gehennalium ignium, æternique cruciatûs? ſi ſitim non extinguunt, ſed acuunt? ſi famem non ſedant, ſed augent? non enim abs re avaritiam Lerneæ Hydræ parem faceres, quæ infinita haberet hiantia præ fame ora, quibus eſculenta, & poculenta omnis generis in ventrem demitteret haud explebilem; & plura ſemper appeteret, quaſi vacuo jugiter laboraret ſtomacho: appoſitè D. Bernardus expendens illud Regij Vatis: *Sicut oves in inferno poſiti ſunt, mors de-* [Pſalm. 48.] *paſcet eos;* ſcilicet divites avaros ſuam ſpem totam ponentes in divitijs, quibus inhiant; ait: *quàm bene ſicut oves? quia detracto vellere mundialium divitiarum durè, preſſéque detonſi ſempiternis nudi deputabuntur incendijs. Mors depaſcee eos, quia ſemper morientur ad vitam, ſemper vivent ad mortem.*

Vel

Vel ipſe rutilantis anti color flammæ refert exitialem ſplendorem; ut cum aurum avaritiæ vitio poſſidetur, cenſearur & ipſa gehennalis flamma poſſidere ipſos locupletes avaros; & in ipſa auri rutilitate ſuas gehennalis ignis videatur extitare favillas, ad quod videtur alluſiſſe S. Petrus Damianus, qui arguena Cadalorum Pſendo-Epiſcopum ait: *Veruntamen tu tanquam Veſuvius Gehennæ flammas eructans non quieſcis, pecuniæ favillas, ut ita loquar, per populum ſpargis, & flammis cupidinis miſerorum corda corrumpis.* Lib. 1. Epiſt. 21.

48. Inferni Veſuvium accendit, ſibique accerſit dives avarus, quem vel locus ipſe, unde aurum ervitur ad gehennales vocat flammas; ex imis terræ viſceribus, aurique fodinis aurum extrahitur, ſcilicet natale ſolum inferno finitimum ſortitur; proximúmque inferno natum, ejúsque cruciatus nactum, eò acriùs divites avaros torquet, quò pluribus illi ſemper divitiis inhiant; quos etiam ad gehennam pertrahit, ad ſuum tendens locum, à quo ſuam traxit originem; luculento id confirmat exemplo S. Gregorius Turonenſis *lib. 1. Miraculorum cap. 106.* ubi refert de quadam in Galliis muliere, quæ cum ſub ſanctitatia ſpecie, ac velo religionis vacaret jejunijs, inſtaret orationibus, ſimulata devotione frequentaret templa, inſiſteret divinis officijs, mediatiunibus, precibúsque fundendis addicta; ut ab omnibus crederetur vivum exemplum virtutum, quibus excolendis jugiter incumbetet; pietatem movit fidelium, qui plures ei pecunias dietim ſuppeditabant, quibus tum proprijs, tum aliorum pauperum conſuleret neceſſitatibus; túmque in ſuſcepto vitæ inſtituto diu pertinaciter perſeverâſſet, plura congeſſit aureorum millia; ſed quod pietas Chriſtiana pro redimendis porrigebat captivis, fœminæ avaritia loculis abdebat occultis; & quæ dabantur inopum neceſſitatibus profutura, iniquis marſupijs recondebantur. Nam effoſſâ mulier humo in cellæ meditullio, prægtandem ibi ollam poſuit, in qua ſibi datas pecunias recondebat; lapidéque ſuperpoſito pavimento cellæ accommodato, & alijs perſimili, qui adeo aptè foramen claudebat ollæ, ut nulli poſſet occultum patere; jam olla pecunijs erat fere oppleta, cùm mulier lethali correpta morbo mortalitatem exuit, & detractâ larvâ ementitæ ſanctitati in orcum fuit ipſa detruſa, pœnas datura avaritiæ, quam efficta excoluit ſanctitatis ſpecie. Cúmque juſta, & parentalia fuiſſent defunctæ perſoluta; Sacerdotes, qui aderant, puellam mortuæ fœminæ familiarem interrogârunt; quid mulier illa cum viveret de pecunijs eidem datis feciſſet, & in quos uſus impendiſſet; & cum reſpondiſſet puella, ſe nunquam vidiſſe datum pauperibus nummulum à defuncta fœmina; ſed pecunias omnes in ſuam deportâſſe ſemper cellulam, & foras regreſſum nunquam vidiſſe; ſuſpicionem id ingeſſit, muvitque Sacerdotes ad perquirendum, ubinam mulier recondidiſſet pecunias, & tandem cum crebris ictibus pavimentum tutudiſſent, locum in quo occultata jaceret pecunia tinnitus prodidit, remotóque lapide invenitur auri congeries, & clerici obſtupentes fœmineæ ſubtilitatis perverſitatem, Epiſcopo quid actum eſſet aperverunt; qui juſſit ſcelerato ſepulchro pecuniam ſuper cadaver mulieris projici, & hæc dici verba: ſint tuæ pecuniæ iſtæ, quas congregaſti: pauperibus Chriſti non deerit unde ſuſtententur. Horrendum dictu! nocte ſequente tum prima quies data eſſet, audiuntur voces, clamores, fletus, & ululatus è ſepulchro prodeuntes defunctæ mulieris; has inter voces audiebantur lamenta, & dolentis ſuſpiria; & ſe miſeram eſſe, ac infelicem, eò quia auri torqueretur incendio; & cum per triduum eædem voces audirentur; juſſit Epiſcopus ſepulchri operculum iterum amoveri; quo ſubmoto vidit aurum quaſi in fornace liquatum, óſque mulieris ingredi cum flamma ſulphure innutrita.

49. Ita eſt avari divitijs inhiantes, auri pretium congregant, quô gehennam ſibi emunt; divitiæ enim inferni flammis divites addicunt, & ad æternos cruciatus adducunt; nec ſinunt eos reſipiſcere, & ad Deum converti. Hinc Deus qui per ſuum Prophetam nos invitat ut ad ipſum convertamur: *Convertimini ad me in toto corde.* Joel. 2. 12. Simul per Evangeliſtam nos monet, ne velimus ſpes noſtras in mundi divitijs collocare: *Nolite theſaurizare vobis theſauros in terra,* Matth. 6. tanta eſt oppoſitio converſionis ad Deum cum deſiderio, ac ſpe opum congerendarum; ut ſpes in auro amorem extinguat in Deum; & rutilantis auri nitentes radij concupiſcentiam uberiùs accendant, cujus æſtu lachrymæ exſiccantur reſipiſcentiæ: ubi enim ſpes in divitijs locata ſovetur in corde, dolor pœnitentiæ exulat à pectore; ideóque ab Eccleſia contemptus indicitur divitiarum Joëlis voce, ut lachrymas reſipiſcentiæ ab oculis eliciat; quia vix incubantem gazis pœniret flagitiorum; *vulnus, & livor,* ait Iſaias, *& plaga tumens non eſt circumligata.* Cap. 1, v. Præmiſerat Propheta proſperitatem populi de vulnere minimè dolentis: *Filios enutrivi & exaltavi,* Ibidem, v. ideóque quia divitijs, & honoribus exaltati, & lautè paſti in opulentia; vulnus circumligare, ſeu corruptos mores corrigere neglexerunt, & vulneribus per patrata ſcelera ſibi inflictis mederi non curârunt; ubi enim divitiæ affluunt, & delitiæ diffluunt; flagitia liberiùs fluunt.

50. Idque cauſæ, cur Eliſeus fartum auro, ac pretioſa inſtructum ſupellectili, vineisque, ac olivetis Giezi non curaverit ad luctum inflectere, ad reſipiſcendum hortari, ſed

tan-

tantùm ſupplicium, pœnámque lueodam, eíque dixerit : *Lepra Naaman adhærebit tibi, & ſemini tuo usque in ſempiternum.* Quid? quòd Eliſeus eloquentiæ ſuæ efficacia, zelique ardore non ſtuduerit ad reſipiſcentiam Giezi inflectere; & tantùm ſupplicium, cui ſe coostituit obnoxium, prænuntiaverit ? nimirum ſciebat opibus inhiantem, & ſpem ſuam totam io mnodi divitijs collocantem laborare ſebri, ac reſipiſcere noo poſſe : ardor ſiqnidem deſiderij in mundi divitias, æſtúsque concupiſcentiæ, adeo eos inflammant, ut non ſinant, ullam ex oculis reſipiſcentiæ lachrymulam effundi : prænoverat Propheta in caſſum pœnitentiam ioſinuari, ubi io opibus ſpes collocatur, & ijsdem congereodis ſtudetur : non enim rivoli lachrymarom reſipiſcentis cordis iodices ex oculis poſſuot ſtillare in tanto æſtu, ac ioccodio avaritiæ, cujos flamma omnem exſiccat probi deſiderij rivulum : pauci & hi etiam exiles, ac modici univerſos Siciliæ tractus interfluunt fluvioli ; quamvis, & montes ibi ſurgant in editiora faſtigia, & valles deprimantur, ac in imum humilientur ; camporúmque planities longè, latéque excendantur : quia nimirum omnes aquarum ſcaturigines, fontiúmque exilientium rivulos iocendium, quod ſuis perpetuò alit in viſceribus Æthna exorbet.

51. Noo putes ori ſimul avarum poſſe, & in reſipiſcentiæ lachrymarum rivulos liqueſcere ; calis eſt avaritiæ æſtus, & ardens congereodarom divitiarum coocupiſcentia, ut omnem exſiccet probum reſipiſcentia animi humorem. Neque Saulem ſui in præda flagitij pœnituit, quinimò, qoia opimis ſpolijs dives ſonm dolere ſcelus non valuit, oec patrati criminis maculam pœniteotiæ lachrymis delere, & 1. Reg. cap. 15. v. 24. licèt dixerit ad Samuelem : *Peccavi quia prævaricatus ſum ſermonem Domini, & verba tua, timens populum* ; noo tameo luctus iſte ex corde prodijt, ſed taotùm ex ore proſilijt; vocalis fuit, non cordatus ; ſcelus noo miouit, ſed auxit : dolor fuit, qui nec cor punxit ; nec propterea facinus expunxit : rapuerat ille armenta bovum, oviúmque greges ; ſed rapti gregis vellera cilicijs pœnitentiæ texendis minimè apta erant ; & ſaccus reſipiſcentis, ac pœnitentis præ nimio diſſuebatur opum cumulo : neque lachrymæ veri doloris ex butyro ovium, & adipe arietum ſcaturire valuerunt. Nulla affulget veræ pœnitentiæ ſpes, ubi auri, & argenti divitiæ fulgent : nullæ veri doloris fluuot lachrymæ, ubi opes affluunt, & ſimul deliciæ diffluunt : nulla cum dolore, luxúque neceſſitodo, nulla cum luctu, & hilaritate cohærentia; nulla cum opulentia, & pœnitentia ſocietas, neque poſſunt ſimul confœderari, ſacci aſperitas, & ſerici mollities : & licèt qui divitiis affluit flere videatur, ac dolere, non tamen credas, ex corde lachrymas proſilire. Idque Phiſon fluvius videtur nos edocere. Phiſon enim oris immutatio interpretatur, eò quia fluvius iſte terram circumeat, abluátque Evilath, ubi dicitur naſci aurum; Geneſ. 2. quò inde diſcamus, noo ex corde fluere lachrymas, quæ inter opes excurrunt, oec ex imo pectoris ; ſed oris, ac labiorom eſſe pœnitentiam, quæ auri aſſociatur opulentiæ : idque cauſæ, cur Iſrael non fuerit à Deo converſus, ſed projectus ; divitiis enim obrutus ſurgere ad Deum per veram reſipiſcentiam oon valuit : *Projeciſti enim populum tuum, Domum Jacob.* Iſaiæ cap. 2. v. 6.

52. Quòd ſi cauſam quæras, cur populum hunc Deus à ſe projecerit, eò quia non verè reſipuerit, nec patrati flagitij pœnituerit : hanc adfert Iſaias ſubdens : *Repleta eſt terra argento, & auro*, ubi eoim divitiæ affluunt, etiam deliciæ diffluunt, & indulgentes deliciis, vitiis favent, quæ & opulentiâ fovent. Sunt divitiæ, & mondi deliciæ ſcelerum pareotes, ac malorum omoium radices: ipſa enim exardeſcens divitiarum cupiditas mentem obtundit, ſenſum obſcorat, cerebrum movet, & ſperantem in divitiis non ſolùm in ſcelera trahit, verùm & miſerè torquet. Divitijs qui inhiat, vel affluit, nec ſous eſt, oec aliorum; neqoe ei quid aliud ſupereſt, niſi ut inſidiantium gladijs jugulum præbeat; nullius eſt, quia oulli eſt utilis ; & ut divitias augeat, omnem minuit honeſtatem ; opes, ut congerat, leges diſrumpit amicitiæ : aurum, ut ad ſe attrahat, cognationis jura à ſe abigit, & naturæ ipſius præcepta ignorat : appoſitè S. Chryſologus : Serm. 152. *Abjiciatur avaritia, & non erit contentio, & quare? quia fratres, parentes negat, germanos dividit, ſeparat ſocios, amicitiam ſolvit, excludit affectum, hanc qui intra ſe habuerit, erit nullius, ſuus non erit.*

53. Se ipſum dives ooo poſſidet ; quia ſe perdit, oullius eſt, quia vel ſoperbiâ tumens, vel æſtu avaritiæ ardens, nonniſi damno eſt alijs : quem ſpes congerendarum divitiarum teoet, hunc ab omoi virtutum ſtudio auri cupiditas retrahit, & omni probo conſilio ſpoliat : noo enim auri cupiditas proba ſoggerit, nec amplectitor conſilia : avaritiam qui ex animo non excuſſit, huic ſcelus ſuam jam promeritam pœnam incuſſit. Inhiavit Achabus vineæ Nabothi, quam cùm in hortum coovertiſſet olerum, non ampliùs è pampinis pendulos vindemiavit racemos, ſed vel ex ipſis lilijs ſpinas collegit, eruitque ex illecebra voluptatis aſpidem pœnitentiæ, à qua ipſe felicior Cleopatrâ morderetur ad vitam : *Nonne vidiſti*, ait Deus *humiliatum Achab coram me*. 3. Reg. c. 21. v. 28. quid ni mutuo junguntur fœdere dolor, & rapina ; ſed cur ad Achabum Elias noo dixit, quæ Natham ad David *Dominus*

3 Reg. c. 12. v. 13. *minus tranſtulit peccatum tuum.* Quid? quòd expuncti flagitij non meminerit Elias? ſi Achab, cum inhiaſſet divitijs, ac Nabothi vineæ, reſipuit humiliatus, cur ſi dolere valuit, etiam delere ſcelus non ſtuduit? ut oblitteratæ maculæ meminiſſet Propheta; cujus tamen nec Deus, nec Propheta meminit; nimirum Achabi humiliatio cauſa fuit, ut ſupplicium differcetur, non auferretur; dilata quidem fuit carnificina, non eluta turpitudo jejuno, & ſacco humiliari
3 Reg. cap. 21. v. 28. Principis, dixit enim Deus: *Quia igitur humiliatus eſt mei cauſâ, non inducam malum in diebus ejus, ſed in diebus filij ſui.* Non enim Achabi humiliatio intima fuit cordis, ſed extima oris; evaſit quidem corporis impetiginem, non animi excuſſit rubiginem; extimam corporis cutem lachrymis abluit, non contractam in animo eluit ſceleris maculam: diſtulit jacturam ſolij, non abſtulit mentis ſervitutem; ſervata quidem fuit regnanti corona, non tamen diſrupta transgreſſori catena; & ſaccus, quem humiliatus Achab induit; non innocentiæ, ſed prætextæ lorica fuit: lachrymas fudit, non ut ſcelus deleret, ſed pœnam extingueret; luxit, ne periret, non verò eluxit, ut virtuti viveret; regnavit quidem Achab in ſacco felicior, ſed non innocentior; quia ſi in ſuis lachrymis naufraga periit calamitas, non tamen naufragium iniquitas fecit; ſeu ſi retinuit coronam in capite, compedes è pedibus non abegit: illuxit chlamydatus, ſed jugum non excuſſit liberatus: fatali falce Achabus vitem amputavit in Nabothi vinea; ſed aconitum ſevit, ut acriùs in ſe ſæviret; quamvis calamitas, quæ nulli nocet abſterſa fletu fuerit, non tamen Achabi rapina ſuſpirijs diſperſa: ex Rege antea optimo, peſſimus nunc Agricola, ex innocentis vinea, quam depeculatus eſt, cum vita Nabothi vites omnes amputavit, ut non ampliùs dulcedinē vindemiaret uvarum, ſed aconiti venenatum ebiberet amarorem: & lachrymis, quas fudit, ſceptrum tantùm irrigavit, quo nihil ſterilius; non vineam rigavit, nec ſcelus abluit, quod deleret, quo nihil eſt nocentius, nihil pernicioſius: non aſſuetus Rex divitijs affluens, ſimul & delicijs diffluens vineæ culturæ, non pampinos, quos excidit; ſed ſentes tantùm excoluit, vix ex centum unus eſt, qui ex animo proprijs illachrymetur in Throno ſceleribus, & ex corde lugeat in chlamyde.

54. Idque fortâſſis cauſæ Chriſto fuit, ut cæco, & paralitico denuntiaverit, ne imposterum peccarent; quod tamen non injunxit filio Reguli, nec filiæ Jairi: ſed ſi Chriſtus æquè beneficus in omnea fuit, cur etiam omnibus non injunxit abſtinentiam à peccatis? ſi cæcus, & paraliticus, poſtquam ille cœpit videre, & hic ambulare, admonentur, ut vitæ ſtudeant innocentiæ, ac morum probitati, ne impoſterum peccent; cur non etiam filius Reguli, & Jairi filia non monentur, quò virtutum incumbant culturæ, & à vitijs ſe abſtineant? quid hujus diſcriminis cauſæ? quia ſciebat Chriſtus, in ſericis ſtragulis raró ſqualere ſaccum, & in purpura nonniſi ad pompam circumferri: divitiæ delicias fovent, quæ & vitiis favent, ideóque quaſi ſupervacaneum foret hortari filium Reguli, & Jairi filiam, ut in opulentia vitæ excolerent innocentiam, & à peccatis abſtinerent, maluit ipſe ab hac monitione abſtinere; & pœnitentiam, quam mendicis indixit, ſi divitibus non interdixit, non tamen denuntiavit: id enim intereſt diſcriminis penulam inter, & holoſericum; pannoſos, & purpuratos; quòd cæci, claudi, leproſi ita mundantur, & à ſuis curantur ægritudinibus, ut de vitando per pœnitentiam ſcelere moneantur; cùm tamen puella licèt à febri fuerit ſanata, & adoleſcens è funere ad vitam evocatus, neutri tamen dixit Chriſtus, ne impoſterum peccaret; ad quid hæc reticentia? An quia divitijs affluentes, vel ætate floreſcentes? ſed nunquid divites immuniores ſunt à crimine, & juniores à lapſu tutiores? an non adoleſcentia pronior ad flagitia? An non divitiæ delicias fovent, & hæ vitia acceſſunt? A luto ſiquidem erutum aurum in cœnum frequenter urget, ſuique deprimit poſſeſſores: cur igitur Paraliticum, & Cœcum monuit, ut impoſterum à peccatis abſtinerent: *Noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat*, & adoleſcens Reguli filius, ac puella divitis filia non monentur, quò peccatum caveant? Certè putârim, non alia de cauſa non fuiſſe monitos, niſi quia locupletes erant, ideóque vel peccaturi, vel ſaltem peccantium imagines; hinc Chriſtus dixit: *Puella ſurge. Et confeſtim ſurrexit. Et juſſit dari illi manducare.* Non cineres pœnitentiæ, non abſtinentiam à culpa; ſed patinas, & delicata fercula opulentis Principis filiæ Chriſtus apponit; ſciverat enim, inter opum turbines citiùs cineres exſufflari, & doloris lachrymas illicò exareſcere. Niſi fortaſſis abundè edocta è ſuo funere puella jam ſciret quanti ſit momenti, quantique interſit à peccatis abſtinere; falx enim Libithinæ amputandis flagitijs omnibus aptior eſt, quâcunque lingua.

Joan. 5. v. 14.

Marc. 5. v. 41.

§. VI.

§. VI.

Inhians divitijs, vitijs ut plurimum indulget, cognata hac nomina re rarò ſejunguntur: ſeque fallit, qui ſpem ſuam divitijs acervandis alit: vitijs ſe mancipat, cum divitijs abundat.

55. DIvitiæ non ſolùm delicias, ac vitia fovent, ſed etiam ipſæmet vitioſæ ſunt, ac criminoſæ, unde inhians divitijs vitiis fœdatur, quibus ut plurimum indulget; vix ſicut nomine, ita & re diſtant hæc duo vocabula, quæ à divitijs, & vitijs habentur, adeo ut dives, & peccator, nec vocabulo differant: *Duo debitores erant cuidam fœneratori, unus debebat denarios quingentos. & alius quinquaginta. Non habentibus illis unde redderent, donavit utriſque:* (*Luc. 7. v. 41.*) & ſignificavit Chriſtus hac parabola, ſe Magdalenæ peccata remiſiſſe, ſtatim enim ſubjunxit: *Remittuntur tibi peccata tua.* Sed cur Chriſtus explicaturus remiſſionem peccatorum, pecunias debitas fœneratori præmiſerit? quæ inter pecunias, & peccata cognatio? culpa ſiquidem mores corrumpit, ornamenta virtutum excutit, mentem fœdat; cum tamen divitiæ veſtes ornent, mentem ſerenent, animum recreent, ac felicitatem advehant. Quid igitur cohærentiæ pecunias inter & peccata? Quamvis divitiæ ex ſe malæ non ſint, quia tamen frequentiùs vitia acceſſunt, fovéntque, peccata pariunt, ut qui denarios donavit, putetur, & peccata remiſiſſe, quaſi perinde ſit, debitum remittere pecuniarum, ac reatum condonare peccatorum, ſitque propterea pecunia idem quaſi, ac peccatum: pulchrè Fortunatus apud Cerdam in Tertullianũ: (*Lib. de orat. cap. 7.*) *Convenienter debita peccatorum dicuntur, quæ & debentur, & requirenda ſunt:* quingentorũ erat denariorum debitor, illiſque ſolvendis ſe etiam imparem conſtituit; procul dubio mutuatam pecuniam voluptatibus, ac delicijs indulgens abligurijt, cùmque divitijs ac dilicijs affflueret, à flagitijs haud abſtinuit: opportunè igitur denarij peccatis conferuntur, quin & debita pecuniarum, reatus dicuntur peccatorum; divitijs enim, ac delicijs diffluere, voluptatibus indulgere, mundi illecebris inhiare, perinde eſſe dixeris, ac delicta delictis coacervare, quapropter etiam D. Auguſtinus ait: (*Serm. 226. de temp.*) *Debita peccata intelliguntur, nam debitum contrahitur, quotieſcumque delinquitur.*

56. Debita enim, quæ ex mutuatis, dilapidatiſque pecunijs contrahuntur peccata ſunt, quatenus cauſam, & anſam præbent peccandi; ſunt enim pecuniæ, quas mundi voluptas extorquet, & deliciarum illecebræ exigunt, fœtæ delictorum, & omnium ſcelerum fœcundæ parentes. Idque fortâſſis nos voluit Magiſter Chriſtus edocere, cùm nobis proponens formam orandi, poſtquam opulentiam panis poſtulemus, vult, ut & enixim rogemus, quò nobis dimittantur peccata: *Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie, & dimitte nobis debita noſtra:* (*Luc. 11. v. 3.*) Ecce poſt panis petitionem, vult, ut ſtatim rogemus, ut nobis dimittantur debita noſtra, quæ contraximus delinquentes, ac transgredientes divina præcepta. Sed ſi panis in ſolatium, ac refectionem petitur corporis, & debitorum dimiſſio in ſalutem animæ, quæ utpote nobilior, ac longè excellentior corpore eſt, cur non priùs voluit Chriſtus, ut ea peteremus, quæ ad ſalutem conferunt animæ, & poſtea pro pane rogaremus, qui ad refectionem ſpectat corporis? cur priùs culparum non petimus indulgentiam, & poſtea famis ſolatium? Tertullianus, huic occurrens difficultati ait: (*Ibidem.*) *Conſequens erat, ut obſervata Dei liberalitate etiam clementiam ejus precaremur. Quid enim alimenta p[...]erunt, ſi illis reputamur revera quaſi taurus ad victimam.* Cùm primùm munifica Numinis liberalitate diteſcimus, panéque noſtro quotidiano veſcimur, neceſſe eſt Dei precemur clementiam, ut à culpis, ac periculis, quæ imminent liberemur, ſunt enim culpæ divitiarum pediſſequæ, quas ſequuntur. Vix unum vel alterum videbis divitijs, ac delicijs exundare, qui ut taurus ad victimam non ſaginetur: delictum enim appendix eſt opulentiæ, quam vel comitatur, vel ſubſequitur; ideóque quò id nobis exploratum foret poſt petitionem panis quotidiani, ſeu poſt opulentiæ, ac divitiarum poſtulationem, voluit ut obnixè poſtularemus Dei clementiam, & veniam delictorum, & periculorum imminentium ex pania oppletione evaſionem: pulchrè Tertullianus, *Conſequens erat ut obſervata Dei liberalitate etiam clementiam ejus precaremur*; quia poſt, quam ex Numinis liberalitate diteſcimus, ex corruptæ naturæ noſtræ pronitate ad vitia delabimur, *illis reputamur revera quaſi taurus ad victimam*, quatenus divitijs affluentes, & quotidiano pane oppleti, perinde ac tauri pingueſcunt, mox mactandi ob patrata delicta, quorum pœnam divites luunt gehennali mactatione: opus igitur fuit, ut poſt eſcam quæſitam, veniam ſtatim poſtularemus peccatorum, *panem noſtrum quotidianum da nobis hodie, & dimitte nobis debita noſtra.*

57. Ubi panis opulentia, ac divitiarum copia, ibi pericula ſemper imminent ſcelerum, & cùm divitiæ ventrem implent, mentem evacuant; repletur ille eſculentis, & poculentis, evacuatur iſta probis cogitationibus, & virtutibus; & cùm venter pingueſcit, mens languet; ſinitque vitibus deſtituta à ventris ſe concupiſcentijs abripi: vixque ſit, qui vel opulentiâ fartus, vel divitijs inhians, immunis ſit à ſcelere, pronus ſit ad reſipiſcendum. Idque cauſæ,

eut Eſau, nec patris ſanctimonia, nec matris integritate, nec fratris exemplo flecti potuerit ad virtutis ſtudiom, oec revocari à ſceleris fœda, & cruenta ſævitie: ſi quæras cur adeò inflexibilis fuerit: veſtibus eum melioribus, ac elegantioribus indutum conſidera, ac conſequendæ ab Iſaaco hæreditati inhiantem: ſuperflua utebatur opolentia in veſtium luxu, & ſpem totam ſuam in muodi divitijs collocaverat: hiſce duobus vinculis præpediebatur, oe à flagitio ſurgeret, & inflexilem ſuam emolliret dutitiem: ubi odor veſtium ſe exteriùs prodit, rarò dolor intus cor tangit.

58. Lachrymæ, quas Nabuchodonoſor in Regio non effudit ſolio; in cœno ad meliorem frugem eum abundè irrigârunt: etenim excutitur ex Regni ſolio Nabuchodonoſor; ot quam haurire ex Abdenago, (Daniel. 4. cap. 4.) & Daniele pœnitentiam nequiverat chlamydatus; pecudibus aggregatus promptiùs edoceretur, nec ſuaſore Propheta poſſe Principem uoâ madere lachrymoſâ in purpura, qui io humili conditione in rivolos liqueſcit lachrymarum; lugere qui non potuit Nabuchodonoſot suro rutilans, divitijs affluens, ac delicijs diffluens in Regio ſolio; inter feras, & boves promptiùs didicit reſipiſcere, & patrati ſceleris effuſis lachrymis eluere maculam: ipſi enim antelucani, qui è cœlo io ſylvas decidebant roſcidi imbres, io lachrymas videbantur Regi concreſcere; cui & antrum in templum amplificabatot, & in thura fœnum coaleſcebat; mugitúſque in hinnos emolliebantur; & qui Throno Regio divitijs, aurique nitore ſtipatus in bovem defecit; inter pecudes, feráſque ſylveſtres glande paſtus, & paupertate laborans, non ſolùm priſtinam hominis reaſſumpſit natursm, ſed etiam in Cherubin viſus eſt tranſiiſſe; jugo Domini aptior factos bobus, & feris coosociatus in ſylva, quàm Satrapis ſtipatus in Throno: (Daniel. 4. v. 31.) *Igitur poſt finem dierum Altiſſimo benedixi.* Nimirum quam Nabuchodonoſor in aula pœnitentiam ſpreverat, huic io ſtabulo, & caula feliciter ſtuduit: tamdiu Numini rebellavit, quamdiu in Throno ſedit divitijs, ac delicijs affluens: & tunc ſe ipſum cœpit cognoſcere, ſoúmque ſcelus videre, cum feris adſcitus in luco divitijs æquè ad delicijs ſe deſtitutum novit.

59. Verùm non ita Salomoni contigit, quem divitiæ, earúmque pediſſequæ deliciæ perdiderunt. Regnavit Salomon Principum opulentiſſimus, cujns tamen aot nullus; aut incertus fertur luctus fuiſſe in auro. Scimus, jacuiſſe ipſum in culcitra, quam ejus parens David ſingulis noctibus fuſis irrigaverat lachrymis. Verùm quem exemplum patris ad parem debuiſſet imbrem excitare lachrymarum; divitiæ totum exſiccârunt humorem, & deliciæ fontem ipium lachrymarum abegerunt, ne diluendis vetitis nuptijs, ac reparandæ innocentiæ ullus profflueret rivulus lachrymarum, quarum beneficio Petrus crimen ſuum obliteravit. Neque auſpicatior fuit Abſolonis cooditio, inhiavit & iſte divitijs, & Regno, è cujus Throno ut patrem dejiceret, ſéque intruderet, bellum etiam proprio indixit parenti; ſed nec valuit imbre lachrymarum reſipiſcens proprium ſcelus eluere, nec delere, cum dolere oon valuerit; oec lachrymis propriam emollite pertinaciam: comâ capitis arbori implicatus pependit è patibulo, qui ſedere concupierat in patris ſolio: *Et tulerunt Abſolon, & projecerunt eum in ſaltu, & comportaverunt ſuper eum acervum lapidum magnum nimis.* (2. Reg. 18. v. 17.) Abſolon pertinaciâ lapideos, tandem ſaxis obroitur, & cui in aurum cæſaries lenteſcebat, eadem laqueom intexuit, quo ad necem è ligno penderet: auri divitias cum geſſiſſet in coma, io eadem perniciem, laqueúmque ſimul invenit; quia ubi divitiæ, ibi mala omnia ſcaturiunt, imò & ſola divitiarum cupiditas, & quæ in ijſdem ſpes ponitur, mala omnia acceſſit.

60. Cupiditas hæreditatis fraternam diviſerat charitatem, & amorem extinxerat: alter enim ex fratribus Chriſtum rogat, velit fratri imperare, ut ſecum hæreditatem partiatur paternam: *Magiſter dic fratri meo, ut dividat mecum hæreditatem:* (Luc. 12. v. 13.) diſſidium poſt extinctam charitatem hæreditatis cupiditas invexerat inter fratres; imò & fratrem armavit in fratrem, & quos ſanguinis oeceſſitudo conjunxerat, hos divitiarum cupiditas ſejunxerat; & qui natura fratres erant, fiunt avaritiâ hoſtes, & adverſarij, appoſitè Petrus Chryſologus ait: *Hæreditas mundana antequam dividat facultates, ſcindet hæredes: antequam debitas tradat ſingulis portiones, ſucceſſores ipſos deſecat, & mittit in partes. Proinde non eſt hæreditas iſta, ſed pugna: & hæc noverca filiorum eſt, non facultas.* (Serm. 152.) Sunt divitiæ jurgiorum ſemina, culparum fomites, periculorum radices, diſſidiorum ſcaturigines: charitatem etiam fraternam extingunt, vincula diſrumpunt benevolentiæ, & mala omnia ſecum advehunt: propterea fratri roganti Chriſtum, ut vellet fratri ſuo imperare hæreditatis partitionem, reſpondit Salvator: *Quis me conſtituit Judicem, aut diviſorem ſuper vos?* (Luc. 12.) Sed ſi Chriſtus Judex erat vivorum ſimul, ac mortuorum, cur detrectat judicium mox ferre, quò diſſidentes fratrum animos conciliet? ſi nil enixiùs commendavit, quàm pacem, & charitatem, quam & teſtamento nobis reliquit ſervandam: *Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis:* cur hanc inter fratres oon promovet? cur ſe exculpat, eò quia oemo eum Judicem conſtituerit? Huic quæſtioni ſatisfacit S. Petrus Chryſologus inquiens:

quiens:

quiens: *Eſt quidem penes Chriſtum, & fuit omne judicium, ſed tunc non judicaturus venerat, ſed judicandus; nec addicturus reos, ſed à Reis innocens addicendus:* quia non venerat Chriſtus reos puniturus, ideò detrectat divites judicare; quaſi perinde ſit, reum eſſe plurium culparum, ac multis diffluere divitijs: *non venerat addicturus Reos,* Seu judicare divites inhiantes opulenti hæreditati.

61. Plurium igitur delictorum Rei fiunt, qui divitijs affluere inhiant, præferúntque auri pretium, animæ pretioſitati, quam ſceleribus obſcurant, quò auri rutilitate ipſi nitefcant. Plura ſecum diſcrimina trahunt deſideria divitiarum; ajebat ſiquidem Plu-
Lib. 8. de quæſtion. convival. cap. 9. tarchus, *Multiplicia cupidinum diſcrimina, ſexcentas timoris motiones, angoris figuras, & formas voluptatis ſecum trahunt divitiæ.* Quidquid hominibus obtingit adverſi, ab immodica exoritur divitiarum concupiſcentia, & quamvis quævis cupiditas animum adurat, qui immodico flabellatus affectu in incendium excreſcit: auri tamen fames, adeò fœdè homines è ſana mente dejicit, ut nullis poſſit periculis retardari, vel frœnis coërceri; cupiditas enim divitiarum, quò plus exardet, eò tetriùs mentem obcæcat, & lumen obſcurat rationis, ne divitiis inhians, quæ eidem pericula immi-
Cap. 10. nent, videat: hinc Seneca *de conſolatione ad Albinam.* Eos redarguens, qui congerendarum causâ divitiarum marinos tractus, ac procelloſos trajiciunt fluctus, pericula ſubeunt, quæ vel cæca divitiarum cupidine capti non vident, vel malunt incurrere, quò proprium expleant appetitum, ait: *Quid deducitis naves; quid manus, & adverſus feras, & homines armatis? Quid tanto tumultu diſcurritis? quid opes opibus aggeritis? non vultis cogitare, quàm parva vobis corpora ſint? Nonne furor, & ultimus mentium error eſt?* Solet ex humeſcentibus lignis præſertim in excitato incendio niger præmitti fumus, qui glomeratim dum exhalatur, non ſolùm diem abripit, verùm & ab adſtantium oculis caligantibus lachrymas elicit, quibus proprium lugeant damnum, quod ſubeunt, & nativum non valeant munus obire, nec objecta ſecernere, neque quæ pericula imminent videre: perinde ex flabellatæ cupiditatis incendio, adeò denſus, ac teter exhalatur halitus, ut rationis oculi ſtatim caligent, ac cæcitate laborent, ne pericula videant imminentia, quæ caveant.

62. Nullum eſt flagitium, in quod divitijs inhians non ruat. Hominum fortiſſimum Samſonem, quem Philiſthæorum exercitus vincere non valuerunt, auri cupiditas, vel in ſexu imbecilliori proſtravit, potuit enim fœmina deſiderio armata divitiarum Samſonem laceſſere, expugnare, vincire: cùm enim Samſon mulierem de filiabus Philiſtinorum duxiſſet in uxorem, ac convivia celebrarentur nuptialia, problema ſponſus propoſuit ea conditione, ut ſi Sodales illud intra ſeptem dies convivij ſolverent, impenderet ipſe illis triginta ſyndones, & totidem tunicas: quod ſi non valerent enodare, ſolverent ipſi: & cùm jam præſcriptus flueret terminus ſponſæ lachrymis emollitus ſecretum adaperuit mulieri, quæ Contribulibus ſtatim effudit, quod adeò ægrè tulit Samſon, ut irâ concitus ſponſam reliquerit, concrediti ſecreti proditricem. *Iratus nimis*
aſcendit in domum patris ſui: ex quo eas Judic. cap. 14. v. 20.
in Philiſtæos cœpit inimicitias exercere, ut flaveſcentes in campis ſegetes vulpibus caudâ ignem deferentibus uſtulaverit, ac brevi tempore in cineres ſolverit: damnum ſibi illatum vindicaturi Philiſthæi mulierem ejúſque patrem flammis tradiderunt, Samſonis iram ſopituri, causámque ſimul indignationis remoturi. *Aſcenderunt Philiſthiim, & combuſſerunt tam mulierem, quàm patrem ejus:* Ecce in quale flagitium cupiditas divitiarum Philiſthæos pertraxit, cùm timerent, ne ſequenti anno Samſon ſegetes iterum, totámque meſſem ijsdem adureret, maluerunt mulierem, ejùsque patrem flammis extradere, quàm periculum ſubire, ne futuræ ſegetes priùs cinefierent in campo, quàm congerentur in horreis.

Deperibat Samſon Dalilam mulierem 63.
æquè corporis ſpecie venuſtam, ac animi vafritie aſtutam, & cum Philiſthini illatas ſibi injurias vindicare meditarentur, ingentem auri copiam Dalilæ ſpoponderunt, ſi ſecretum à Samſone extorqueret, in quónam ſita eſſet radix tantæ fortitudinis, ut tandem viribus deſtitutus victus ab ipſis caderet.
Decipe eum, & diſce ab illo, in quo habeat Jud. 16. v. 5
tantam fortitudinem, & quomodo eum ſuperare valeamus, & vinctum affligere. An non Philiſthini deliri videntur cùm delirum potiùs, quàm arduum aliquod ſatagant mulieri perſuadere: nam ſi exploratum erat omnibus, in quæ ſe mala injecerit prima Samſonis uxor, quantiſque ſe calamitatibus implicuerit, eò quia imprudens auſa fuerit Philiſthinis ſecretum prodere Samſonis: ſi proditionem luitura, ac promeritas datura pœnas flammis propriam vitam extinguere fuit adacta; quomodo Dalila etiam coacta à Philiſthinis hoc potuit à Samſone ſecretum expoſcere, & extorquere? tameſi amor non ſuaderet fidem ſervare; adhuc recens exemplum primæ uxoris Thomnathæi filiæ efficaciùs, quàm verbis perſuadebat omnem vitare ſuſpicionem proditionis. Vel igitur Philiſthini delirant nitentes Dalilæ proditionem ſecreti ſuadere: vel Dalila à ſana mente dejecta ſui non eſt ampliùs compos.

Non tamen deliros credas Philiſthinos 64.
ſcientes enim auri efficaciam ad quamvis pertinaciam emolliendam, ac duritiem flectendam, hac machina uſi ſunt contra Samſo-

 nem,

nem, non quidem ipſum immediatè oppugnantes, ſed mediante Dalila, quæ cùm divitijs inhiaret ingentem ei copiam promiſère divitiarum. *Dabimus tibi ſinguli mille* Judic. cap. 16. *& centum argenteos:* cæcutiit mulier ad nitorem argenti; exemplum primæ uxoris, & quæ adhuc ipſi imminerent pericula, non vidit; quamvis amor uxoris in maritum, quem tenerè amabat, eam veluti in ancipiti detinuiſſet; prævaluit tamen divitiarum cupiditas, quæ & amorem vicit uxoris, & fidem violavit marito ſervandam; amore promiſſæ ſibi pecuniæ illecta dolum aggreditur, & priſtini oblita casûs, varijs blanditiarum illecebris mariti nititur cor, & affectum lucrari, mox viri explorare animum, an ſuæ eſſet petitioni ſatisfacturus, cúmque blandimentis fallacibus, ac ſciſcitationibus aſtutis aliquoties fuiſſet virum aggreſſa, in caſſum tamen; eò quia reſponſis alieniſſimis vota tantùm procacis mulieris Samſon lactaverit: cúmque ludere ſe per lenocinia fingeret; illuſit vir ejus dolum, quem dolo retorſit. Dixerat enim Samſon inſidias eluſurus mulieris, imbellem ſe ad reſiſtendum fore, ſi ſeptem vinculis nervo crudo, recentíque plexis, & adhuc ſuccoſa humiditate ſcatentibus illigaretur: verùm cum hoſtes nervis hiſce Samſonem vincirent, eos perinde, ac tenuiſſimum lini filum diſrupit, quod iterum præſtitit, cùm reſtibus recentiſſimis adſtringeretur. Tertiò hoc idem repetjit, cùm ſeptem capillorum diſcreti cincinni licio colligati, & in nodum redacti, clavóque circumvoluti pavimento infigerentur cubilis: nam irruentibus Philiſthæis veluti ad ſignum pugnæ à fraudulenta muliere datum, Samſonem ſomno ſopitum illigârunt capillis, ſed ſtatim expergefactus caput cum clavo, crinibúſque, & nodo de terra retraxit.

64. Cúmque mulier periculo metuens, quòd repetitis vicibus Satrapas decepiſſet Philiſthinorum, cœpit enixiùs, & ardentiùs virum rogare, ejúſque cor profuſis lachrymis emollire, neque ante deſtitit, quàm in quónam firmitatis ejus lateret vis pro compertiſſimo didiciſſet, ad lachrymas gaudia acceſsère, & blanditiæ. *Locuta eſt ergo Dalila ad Samſon, dic mihi obſecro, in quo ſit tua maxima fortitudo, & quid ſit, quo ligatus irrumpere nequeas:* ad blanditiarum lenocinia, lachrymarúmque mulieris effuſionem anceps hæret Samſonis animus, ſuſpirat, luctatur, non tamen eluctatur; cùm enim corporis ſenſim, & mentis viribus fatiſceret Samſon, nec jam ſibi perferendam duceret importunitatem mulieris rogatricis, tandem amoris impatientiæ annuit, aperuítque mulieri, à puero, & cunabulis Nazaræum ſe eſſe, Deóque conceptis verbis conſecratum, proinde religione voti, quod parentes nuncupârunt, Angelúſque dictavit, adhuc primigeniam novaculæ neſciam ſe comam geſtare; cui vis omnis roboris ſui divinitùs innectitur: tunc mulier divitijs inhians Satrapas acceſſit Philiſthinorum promiſſas ſibi pecunias acceptura, ſi petitum ab eis ſecretum proderet. Quid non poteſt auri cupiditas, quæ fidem frangit, ſcelus non erubeſcit, amorem extinguit, charitatem neſcit, pericula non expavet, tormenta non timet? huc accerſendus, & audiendus Ambroſius ait: *Aſcendentes Philiſthini ad eam; polliciti ſunt pecuniam viritim daturos mille, & centum denarios, ſi proderet eis, in quo ille fiduciam virtutis ſuæ conſtitutam haberet: quo cognito circumveniri, & capi poſſet; & illa, quia ſemel ſe pecuniæ proſtituerat aſtutè ſatis, & callidè inter pocula, & illecebras amoris quaſi admirans fortitudinis ejus eminentiam quærere cœpit:* Tom. 5. lib. 3. epiſt. ad Vigil. fratrem. quamvis non ignorâſſet Samſonis ſodales ad uxorem olim dixiſſe: *blandire viro tuo, ut indicet tibi, quid ſignificet problema*, & illam precibus emollitam concreditam ſibi fidem prodidiſſe, & pœnas in flammis promeritas dediſſe, ac propterea potuiſſe ſibi ſimile imminere ſupplicium, ſi votis annuiſſet Philiſthinorum: nihilominus divitijs inhians, ſe cupiditati pecuniarum adeò fœdè proſtituit, ut oblita præcedentis exempli, nihili faceret, quod poſſet præſens imminere periculum; adeò cæcutit divitiarum cupiditas, ut pericula non videat; adeò exardet, ut nullis etiam luctuoſis poſſit frœnis coërceri. Samſonem itaque amore, ac ſomno immerſum, quem mulſo conciliaverat, genibus Dalila excipit, & ſomno ſopito tonſoris miniſterio ſeptem illos capillorum cincinnus, & quidquid crinitum fuerat, reſecat, & mox è ſomno excitat, & ſuis diſpellit è genibus, ut ſurgat: quid ni è ſomno quidem ſurrexit, ſed è ſua dilapſus fortitudine languidus, ac viribus deſtitutus, & ad quemlibet etiam fœmineæ manus impulſum in terram dejicitur, vixque pedibus conſiſtit: ſed vafra mulier promiſſis ſibi inhians pecunijs, animo intus læta, exteriùs triſtis, ac turbata illico exclamat, excidium nobis imminet à Samſon, hinc ſtatim diſcedamus, Philiſthæi veniunt in noſtram perniciem. hinc diſcedamus à Samſon: cúmque vellent abire è latebris ſtatim proſilientes Philiſthini cum funibus, catenísque Samſonem aggrediuntur, quem arctiſſimè etiam, & tumultuosè vinciunt, cultríſque exoculant, ac pretio pactæ pecuniæ perfidæ mulieri perſoluto captivum Samſonem, funibúſque ac catenis vinctum in urbem Gazam triumphantes perducunt, ubi detruditur in carcerem, & duabus revinctus catenis adigitur inſtar cæcutientis jumenti molam verſare truſatilem; eíq; puerum adjungunt, qui Samſonem veluti mancipium ad aſſiduum laborem convicijs, dicterijs, ſannis, imò etiam flagris ac verberibus cogeret, modicúmque ei cibum

ſup-

ſuppeditaret ad impediendas corporis vires, ne totaliter corruerent, & frigidam ad ſitim extinguendam. Quid improbâ nocentius fœminâ, quæ hominem tot Dei donis illuſtrem, tot viribus divinitus munitum, ea fortitudine corroboratum, quâ & leonem diſcerperet, & urbis portas veluti feſtucas ſecum deferret, viribus deſtituit, ac victum, vinctúmque tradidit hoſtibus? Tametſi pluries hoſtes vicerit, & leonem ſuffocaverit, quia tamen fœminæ illecebris non obſtitit, neque propriam compeſcuit concupiſcentiam, nec amorem coërcuit in fœminam, à fœmina proſternitur, qui ab hoſtium exercitu vinci non potuit: appoſitè S. Ambroſius ait: *Samſon validus, & fortis leonem ſuffocavit, ſed amorem ſuum ſuffocare non potuit; vincula ſolvit hoſtium, ſed ſuarum non ſolvit nexus cupiditatum. Meſſes incendit alienas, & unius ipſe mulieris incenſus igniculo meſſem ſuæ virtutis amiſit.* Adeò eſt mulier homini noxia ut plus inferat ei damni, quàm irruentes hoſtes, feræque in ſylvis ferocientes. Samſon, qui leones ſtraverat in campo, à lupa in ginecæo ſternitur blanditiarum illecebris. Quàm pernicioſa eſt viro mulier! quis Samſone fortior? & tamen eum Dalila viribus deſtitutum in terram dejecit victum, ac vinctum tradidit hoſtibus. Quis Davide ſanctior? & tamen, cùm primùm Bethſabeam vidit in fonte frigidis lavantem ſe laticibus, flammas è fonte illo frigido hauſit ipſe æſtuantis concupiſcentiæ, quibus non potuit, vel ſanctitas ipſa non cineſceſcere, & perire. Quis Salomone ſapientior? & tamen mulieres, adeò ejus hebetârunt mentem, ut cultum ſoli Deo debitum vanis, ac futilibus mulierum exhiberet idolis: nunquam adhæſit vir mulieri, quin aliquid ſemper damni, expertus fuerit. Jahel quamvis inter fœminas probitate clareſceret, Siſaram tamen evertit. Thebæa mulier qualiſcunque fuerit Abimelechum ſtravit. Bachæ furore percitæ Cytharædum laceraverunt Orphæum. Cozbæa fœminarum peſſima Zambrin perdidit, ac fatali exitio detruſit in tartarum. Una Helena quas non invexit ruinas? quantum non fudit virorum ſanguinis? ipſa ſola Græciam, Trojam, & Aſiam evertit; quòd ſi priſca vellemus monumenta revolvere; facilè deprehenderemus, noxia ferè quæque in homines à fœmina derivata fuiſſe: & ſufficeret unam recenſere Evam, quæ ad ſerpentis ſuaſionem epoto priùs veneno peſtiferæ cupiditatis excellendi ſupra humanum faſtigium pomum prohibitæ ſtirpis invaſit dentibus, morſu laceravit, & ejus dulcedine illecta in ſtomachum demiſit, cenſens unà cum pomo beatitatem Deo invidendam deglutire; ſuadétque ſtatim viro eandem præcepti transgreſſionem, cùm enim vim pomis illis inſitam, & dulcedinem laudâſſet, ac promiſſam ſcientiam commendâſſet, ac blanditiarum illecebris eum pelliceret ad pomi eſum; comedit & ipſe mallens Deo diſplicere, quàm fœminæ; ſed cùm malè carptum malum vir deglutivit, malorum omnium iliadem in ſuoa transmiſit hæreditario jure poſteros. Quis invecta per mulieres in mundo damna, & excidia potis eſt recenſere? una orbi toti perdendo ſuffecit: unde S. Ephræmus Syrus ait. *Quid eſt improba mulier? naufragium terrarum, fons nequitiæ, theſaurus immunditiæ, repoſitorium malitiæ, pernicies oculorum, animarum exitium, cordis ſpiculum, juvenum charybdis, virorum ſcopulus. Quid eſt fœmina nequam? amor flagitioſus, impudens bellua; præceps, & incontinens impetus, os effræne rerum arcanarum, inſatiabilis cupiditas, procella domûs, quotidiana calamitas, voluntaria rixa, vipera veſtita, requies inferi ſerpentis, caminus ſuccenſus, expedita rabies, arma diaboli, Dæmonum officina, mors exornata: deníque malitia, præ qua cæterorum omnium nulla ſit malitia.* Nullum eſt abſynthium viro amatius muliere nequam, ipſâ cicutâ, taxo, aconito, ac veneno eſt improba mulier nocentior, præſertim ſi duplici armata face exardeat profani amoris æſtu, ſimúlque concupiſcentiâ pecuniarum, quibus inhiat: nulla tunc eſt Megera ex Erebo emerſa nocentior, nullum eſt ſcelus, quod præceps non ruat, unde Eccleſiaſtes, *Inveni amariorem morte mulierem, quæ laqueus venatorum eſt.* An non laqueus fuit Dalila ad Samſonem capiendum, ac Philiſthinis victum ſimul, & vinctum tradendum?

Apolog. 2. cap. 2.

Tom. 1 ſerm. in mulieres improbas.

Cap. 7.

DIS.

DISSERTATIO VIII.

Naufraga perit ſpes, quæ mare trajicit divitiarum: ubi blandè ſpirantibus favonijs videtur malacia arridere, ibi latens procella furit nocentior.

§. I.

Divitiæ ſperatæ quamvis aliquid videantur ſpondere ſolatij, nonniſi amurcam, & amarorem enanciſcuntur, quibus ſperantes miſerè torquentur.

1. Qui ſuam in mundi divitiis ſpem ponit, omnem à ſe probitatem ſeponit; omnem à ſe mentia malaciam excutit, & fluctuantes cogitationum procellas, quibus naufraga virius perit, accerſit. Tameiſi aliquid videantur tranquillitatis, & ſolarij ſecum advehere ſperatæ divitiæ, eò tamen tendunt, ut nonnisi procellas, & excidia intendant: ſi Gangem fluvium auro feracem, ac fœtum, cum decumanis fluctibua exagitati Oceani couferas; ſicut has undas diſpares ſuis deprehendis in alveia; ita & diſſimiles in litore: Oceanus procellis percitus, ventiſque diverberatus fremit in pelago, ſed inducijs, pacéque gaudet in litore, & portu: Ganges verò quamvis rideat in alveo, ludátque inter gurgites, ripáſque exoſculetur viretis luxuriantes, vel floribus ridentes, ac tripudiantes; ſi tamen ejus ſpectes exirum, dulces, ac auro diteſcentes ſuos latices in pelagi exonerat procellis, & ſuam dulcedinem in Oceani ſepelit amaritudine.

2. Divitiæ perinde ac fluvij, lenes fluunt, cum affluunt; ſed nonnisi procellis adſciſcuntur: teſtem accerſo divitem illum Evangelicum byſſo, & purpura indutum. Luc. 16 v. 22. *Mortuus eſt autem, & dives, & ſepultus eſt in inferno.* Opum fluvius riſit, eique arriſit, luſit inter gurgites, leniſque affluxit Epuloni, dum defluxit: lautè epulabatur eò liberalior, ac ſplendidior in cœnis apparandia; ac convivijs inſtruendis, quò avarior, ac ſordidior in pauperum levandis miſerijs: luxui menſarum tributaria fiebant elementa: & licèt vectigal, quod è ſylvis, campis, fluvijs, mariníſque tractibus exigitur, non ſolvatur neceſſitati; offertur tamen voluptati; & quidem tanto quærentium impendio, tantóque diſcrimine, ut videantur divitijs affluentes; ac delicijs diffluentes, pericula ipſa prandere, ac cœnare: ſed licèt lenia affluxerit Epuloni aureus divitiarum Ganges; in exitu tamen pro byſſo vermes invenit, & pro dapibus carbones accendit. Ita eſt maris tempeſtates in arena deſinunt litoris, cùm primùm enim in litus impingunt fluctus detumeſcere addiſcunt, ſe humiliati recedunt: fluviorum verò latices, tameiſi lenes fluant, auro in Gange diteſcant, floribus in ripis coronentur, rideant placido curſu, ludant grato murmure, eorum tamen exitus maris procellis conſociator.

Si Gangem leniter fluentem, & divitiia affluentem dicamus divites in mundo prodere; & marinas aquas fluctibus agitatas, amaritudine inſperſas pauperes exhibere ærumnoſos, tribulationibus obrutos, eorum diſpar exitna à vero non aberrâſſe, nos edocet: procellæ ſiquidem pauperum amaritudine repletæ, ærumnarum fluctibua diverberatæ, cum primùm ad litoris impingunt arenam, ſeu pulveres ſepulchri, deſinunt, & quæ antea furebant tempeſtates, ac undæ procellis diverberatæ, malaciam, ac tranquillitatem enactæ quieſcunt: ſecus divitijs affluentes, perinde ac Gangis undę fluentes, quamvis lenes videantur in alveo fluere, cùm primùm tamen mare ſubeunt, quæ arridebat malacia, intumeſcit in procellam: & furunt pernicioſæ, quæ floribus in ripa, ac viretis coronabantur Gangis undæ, ſeu quæ divitibus deliciæ arridebant, mox in exitu vitæ amaritudine maris inficiuntur, & 3.

pro-

procellas, tempeſtatéſqne frementes inveniunt in ſcpnlchro.

4. Noxiæ igitur ſunt divitiæ in exitu, quæ blandæ in defluxu cenſentur. Ab epulis propterea Dives evangelicus defluit in ſupplicia, & eò eſt funere miſerior, quò vitâ fuerat fortunatior. Imò non ſolùm infelix eſt Gangis exitus, quin & fortâſſis infelicior ſuo adhuc in alveo: non enim dives tunc infelix, cùm plectitur, ac promeritas dat ſuarum pœnas deliciarnm, ſed tunc infelicior, cum divitijs affluit, delicijs diffluit, qnia tunc vitijs indulget, ac prævaricatur: Epulo igitur, quamvis miſer in gehennâ eſſet; patinâ tamen ac byſſo miſerior, ac ærumnoſior fuit: ſceleribus enim divites obruuntur, cum luxuriantur, & ideò eò infeliciores, qnò divitijs, ac vitijs ditiores.

5. Divitijs inhiantes matinos tractus trajiciunt, vix de ſcopulis cogitantes, ſed felices ſe putant, ſi inflatioribus, ac tumidioribus velia eorum naves impellantur, & tamen perſæpe concitatior ventus qnantumvis ad puppim efflet, navigia in rupes, & ſcopulos inducit, & conterit ad naufragium; & tunc peritiorea in arte nautica vela demittunt, claudúntque, ne ſecundo vento acriùs adſpirante, naves nequeant clavo dirigere; & ne infelici proſperitate naufragium patiantur. Satiùs eſt ac tutiùs terminum vitæ commodis præfigere, ac divitiarnm concupiſcentiam frœno coërcere moderationis; ſi enim clavo prudentiæ non regantur facilè in rupes, ac ſcopulos illiſæ noſtræ ſpei navea naufragæ pereunt. Qui ſe immodicis divitijs, nimiæqne felicitati ſemel commiſerunt, hi ſuis preſſi honoribua non eunt, ſed ducuatur, & more gravium faciliùs, ac infeliciùs ruunt. Immetatæ enim cupiditatis finis perſæpè eſt præcipitij hiatus.

6. Hinc Joſuë ducturns Dei populum in Provincias lacte, & melle manantes terminos præſcripſit Joſuë. [Cap. 1.] *A deſerto & Libano usque ad fluvium magnum Euphratem omnu terra Hethæorum usque ad mare magnum contra ſolis occaſum erit terminus veſter.* Potuiſſet qnidem & reliquos terrarum tractus, ac immetatas Regiones populo dare, verùm ne felicitati conſuleret uberiori, frœnum avaræ cupiditati, injecit: qnia ut ſcitè monet Seneca libro de [Cap. 10.] tranquillitate animi. *Nihil æquè hos ab animi fluctibus vindicaverit, quàm ſemper aliquem incrementis terminum figere, nec fortunæ arbitrium deſinendi dare.* Immetata enim diteſcendi cupiditas omnem excutit ab animo tranquillitatem, & nonniſi moleſtias invehit, ac calamitatem acerſit; qnia ut ait Ariſtoteles. [Lib. 7. Ethic.] *Fortuna ſuperexcellens impedit felicitatem.*

7. Satiùs eſt, ſi prudentia frœnum injiciat cnpiditati, quàm ſi fortuna habenas laxet felicitati: quò quis altiùs conſcendit, eò profundiùs ſibi apparat præcipitium: teſtem hujus veritatis accerſitum volo Luciferum ipſum, qui non contentus tot gratiarum muneribus, naturæ dotibus, luminum ſplendoribus, ornamentorum elegantijs, cœlo ipſi bellum indicit, & Deum ipſum laceſſere audet. *In cœlum conſcendam, ſuper aſtra Dei exaltabo ſolium meum, ſedebo in monte teſtamenti, in lateribus aquilonis.* [Iſaia 14. v. 12.] *Aſcendam ſuper altitudinem nubium, ſimilis ero Altiſſimo:* indignabatur ſe à Numine diſpari ſeparari gloria, ideóque ſimilitudini inhiabat Altiſſimi: plura ſibi ſpondebat cæca cupiditas, & ambitioſa temeritas. Verùm dum inconſultus altiùs evolat, profundiùs infelix ruit, imò & miſerabiliùs, ac indecorè projicitur. *Draco pugnabat, & Angeli ejus, & non valuerunt, neque locus inventus eſt eorum ampliùs in cœlo,* [Apoc. 12. v. 7.] cum nec Deum ipſum ferre ante ſe Lucifer potuiſſet, eum immetatæ concupiſcentiæ pondus è ſummo cœlo, in imum detruſit miſeriarum, & à qnovis cœleſti loco fit extorris, qui cœleſtia omnia loca occupare ambiebat; pulchrè D. Bernardus *de grad. humilitat.* loquens de Lucifero ait: *Non poteſt ergo in parte ſedere cœli, cùm ille totum elegerit ſibi*, quia omnia impudenter, ac ambitioſè appetijt, omnia dignè amiſit; & pondus immetatæ cupiditatis eum è cœlo dejecit, & in imum detruſit Tartari, *neque locus inventus eſt eorum ampliùs in cœlo.* Immodicis, qui avidiùs inhiant divitijs, onera ad ſe trahunt, quibna præcipites agantur deorſum ærumnoſi, ac infelicea; fulgent auri, argentive ſplendore, ſed lugent divites, cum divitijs abutuntur, quia tunc ærumnoſiores vitijs, ac ſceleribus obruuntur.

§. II.

Divitijs, qui affluunt, delicijs etiam diſfluunt, ac vitijs facilè indulgent; & exitium ſibi maturant, cum aliquod inde ſperant ſolatium.

8. EXitio ſunt divitiæ, non emolumento divitibus: quia delicijs, ac vitijs indulgentes, aconitum in aureo cratere ſibi propinant; ac venenum ebibunt in gemma: idque fortaſſia nos edoctura Juditha è papilione Holophernis unicum duntaxat tributum exegit, conopeum, quò amputato capite enectum involveret Ducis corpus. *Abſcidit caput ejus, & abſtulit conopeum ejus è columnis, & evolvit corpus ejus truncum.* [Judith. 13. 9.] *Porrò Judith conopeum quod ipſa ſuſtulerat de cubili ipſius, obtulit in anathema oblivionis.* Mirum ſanè, quod mulier imbellis debellare valuerit Holophernem populorum terrorem, bellorúm-

que fulmen. Regnabat tunc in Judæa Manaſſes Ezechiæ filius, & quidem jam per novennium, ſed exiguis adcò viribus, ut contemptui eſſet exteris, nullo excitato tumultu, nec bellico ſtrepitu ſtudens quieſcere, ídque cauſæ fuit, cur Holophernes in univerſa circum Regna armata manu irrueret, ipsámque Galilæam bello premeret, ac Samaritis ei finitimis immineret: Judæam tamen, ejúsque Regem Manaſſem veluti otio torpeſcentem, viribúsq; deſtitutum negligeret, quodam veluti imbecillitatis contemptu: interim cum belli procella plures ſæviendo percurriſſet regiones, Holophernes victor urbium, quas vel ſolo æquavit, vel deditione occupavit, vel armorum vi fecit ſui juris, tandem in Chananitide ſubſtitit, donec militum turmæ, quæ huc, illúcque divagantes, ac irruentes finitimas depopulabantur Provincias, in unum omnes locum confluerent.

9. Adeo ingens erat terror, qui nationes omnes, populósque pervaſerat, ut omnes ferociam expaveſcerent Holophernis, qui quacunque incederet, inde pecora, jumenta abigebat, ſegetes vel flammis aduſtas, vel pedibus protritas, vel falce amputatas ſuis abripiebat poſſeſſoribus, quin & oppida, caſtella, ac munitiones exſcindebat; oliveta cum vineis, hortíſque radicitùs divellebat, ac Numinibus ſacratos lucos, ſylváſque, vel admota ſecuri in terram proſternebat, vel excitatis incendijs in cineres redigebat. Hiſce victoriarum ſucceſſibus inflatus Holophernes eò dementiæ progreſſus eſt, ut ſe totum adulatoribus daret, à quibus ter Maximus, omníſque ævi, ac memoriæ mortalium glorioſiſſimus Imperator, in bello invictiſſimus, ac terrificum fulmen proclamaretur. Imò & inſoleſcentis animi ferociora daturus ſpecimina Bethuliam Oppidum in Galilæa obſidione cinxit, prohibita aquatione, interdicto commeatu, & quidquid commodi poſſet Bethulienſibus adferri id interdixit, ut acriùs obſeſſi, excruciati, celeriùs de dando oppido convenirent. Centum præſertim cum viginti millibus peditum, equitúmque viginti duobus millibus Holophernes Bethuliã circumvallavit, quã intra paucos dies exiſtimabat poſſe, vel ad deditionem adigere, vel armorum vi occupare: ſed unius fœminæ imbellis manu imbecilli proſternitur Holophernes. Cùm enim Bethulia extrema aquarum inopiâ conflictaretur, inciſis, averſiſque fontibus, ac canalibus; vel militari præſeptis cuſtodiâ; & obſeſſi ubique in domibus, plateis, & foro lamenta ederent, lachrymas funderent, ac in deſperationis voces erumperent; eò quia nulla ampliùs ſpes ſalutis affulgeret, cùm ſingula ad ultimam eſſent neceſſitatem redacta, & foris inſtaret hoſtis, ac intus vitæ ſuſtentandæ deficerent ſubſidia: & jam, cum inciperet populus Magiſtratum incuſare, eò quia protrahendo deditionem obſidentium ſævitiem acriùs exaſperaret; ſatiùs eſſe ajebat, vivos in arbitrio Holophernis concedere, quàm acerbiſſimo mortis genere ſiti extingui, ac perire.

10. Hanc animorum abjectionem, cum intellexiſſet Juditha, evocavit ad ſe Oziam, alióſque è primatibus duos Charmium, ac Gabrium, quibus, quæ ad communem patriæ ſalutem pertinerent, communicavit, gravíque oratione, eos hortata eſt ad tolerantiam malorum, & ut ſpem ſuam, ac fiduciam in Deum, qui ſupremus eſt Dux exercituum, locatam vellent: cúmque Magiſtratus cogitâſſet de danda urbe poſt dies aliquot, ſi ſuppetiæ non eſſent ſuperventuræ, Juditha Magiſtratum etiam coarguit, eò quia non vereretur certorum præfinitione dierum modum Numinis ſtatuere providentiæ; meminiſſet diem, neque horam poſſe Deo dici, nec præſcribi, & urbes validiùs defendi pectoribus fiducia in Deum loricatis, quàm propugnaculis munitas; & favente Numine etiam è pumice poſſe fontium latices fluere, quibus ſuam cives ſitim, ſimúlque & hoſtium ferociam extinguant: neque ad præcavendum, quod immineret periculum certius eſſe remedium, quàm mentem in Deum erigere, eúmque enixim precari, ut ſuam velit afflictis opem ferre; & olim Abrahamum, Iſaacum, & Moyſem viam ſibi adverſarum rerum tolerantia, ac firmâ in Deum fiduciâ ad perennem felicitatem ſtraviſſe: petjit ipſa, quo poſſet nocte intempeſta ab urbe exire, & hoſtem ipſum adire, id quod fortaſſis in ſolatium cederet obſeſſæ urbis, non poſſe ipſam rem aperire: conſilia ſiquidem graviora, ac majoris momenti eſſe tamdiu tuta, quamdiu tecta; id tantùm à Magiſtratu expoſcere, ut urbis portæ ad nocturnum exitum ei pateſiant. Annuit Magiſtratus Judithæ petitioni, & conſilio; & fœmina maſculæ virtutis ſublimiore acta ſpiritu in domeſticum ſe ſacrarium contolit, ſe ſe ad pugnam paratura ornavit exteriùs mundo muliebri, & intus cultura virtutum, præſertim ſpe, & fiducia in Deum.

11. Cúmque jam nox eſſet adulta, Juditha unà cum pediſſequa Abra famula frugalem geſtante in aſcopera commeatum, ab urbe egreditur, fuſis priùs ad Deum precibus: cúmque antelucanis horis caſtra fuiſſet Aſſyriorum pervagata illuceſcente jam die in Speculatores, vigiléſque excubias incidit, quibus transfugium ſimulat: recipitúrque propterea perhumaniter, gratiam, ac benevolentiam virorum conciliante vultûs venuſtate, oriſque Mejeſtate; adducitur ad Holophernem quaſi lectiſſima præda, quæ mox erat prædatrix futura. Sedebat Barbarus Dux ſub conopeo purpureo auro, gemmíſque ſplendente, ubi proſternitur in faciem venerabunda Juditha, quæ tamen cum fuiſſet ſtatim elevata ſolo viſu,

oculíſque Holophernem veluti inflicto vulnere vicit, ſolo emoris jaculo, priusquam retia explicaret, rapuit enim attonitum Docem mulieris venuſtas, ſimul & Majeſtas, cúmque prima conflictûs veliteiio ex voio ſucceſſiſſet; graviore mox manu pugnatura ad pleniorem ſe epparat conflictum, non ineundum gladiorum ſtrepitu, ſed gemmarum nitore, aurique ſplendore.

12. Diverſorium Judithæ aſſignatur illud ipſum tabernaculum, cui Holophernes ſuos crediderat theſauros, quibus hanc fœminarum pretioſiſſimam gemmam addidit. Apparantur reliqua, quæ ed hoſpitam tam oobilem demerendam idonea credebantur: aderant, & ferculorum lautitiæ de menſa Holophernis ei conſtituiæ, quas ramen modeſtè recuſans, negavit ſibi per religionem fas eſſe alijs veſci cibis, quàm quos ſecum etaliſſet, hoc unum magni beneficij locò ſe petere, ut ſibi liceat ſub noctem, ac diei crepuſculum extra tentorium ſe efferre ad ſtatas ablutionum, precúmque vices pro more ſuæ gentis obeundas, quod cum fuiſſet ipſi conceſſum per tres noctes iium iteravit, & reditum, quevis prorſus ſuſpicione vacuum. Poſt quatriduum in caſtris actum, juſſit Holopheroes convivium apparari Aſſyrio luxu, & Juditham ad id evocari, internuntius fuit Vagao Eunucorum Princeps à cubiculis Holophernis: ſedit quidem Juditha, editque, ac bibit, ſed noo alijs de cibis, quàm quos ſecum in ſportula domo extuleret: Babylonij verò Proceres epulari laxiùs, & bibere largiùs cùm cœpiſſent cum Holopherne, non ſolum vino maduerunt, verùm etiam ejus fumo adeò capite caligaverunt, ut rationis uſus prorſus deficeret, pedéſque labarent, & Holophernes mero, ſomnóque gravis in ſuum deſertur conclave, indocitur & Juditha, foréſqoe obſerantur, Dux eutem ſui cogitati immemor, flagitiſque impos ſomno ſopitur, & tunc mulier facinus longè fortiſſimum aggreſſura, preces iterum fundit, Deúmque enixim rogat, velit & ſpiritus, & robur, viréſque ſuppeditare: erripit deinde acinacem Holophernis, qui ad caput lectuli pendebat, & quanto potuit virium niſu in obeſam Holophernis cervicem incuſſit, & gemineto ictu caput amputavit, quod conopeo, ſub quo tyrannus aſſueverat conſidere, involvit, & truncum, diminutúmque corpus in terram devolvit, capútque amputatum pediſſequæ foris præſtolanti tradidit, quæ peræ ſuæ immiſit; inde properantes ambæ caſtra, & vigilias nocturnas prætergreſſæ Bethuliam revertuntur ingenti civium, ac Magiſtratuum gaudio, eò quia ſubleto Holopherne ſolute quoque fuerit Betholiæ obſeſſio.

13. Sed cur Juditha abſciſſum caput involvit conopeo, quod & in Bethuliam detulit, obtuliſtque in anatheme oblivionie? quia nimirum noo ſolùm ex purpura compactum erat conopeum illud: verùm etiam auro, & ſmaregdo, & lapidibus pretioſis intextum. *Videns itaque Judith Holophernem ſedentem in conopeo, quod erat ex purpura, & auro, & ſmaragdo, & lapidibus pretioſis intextum adoravit eum.* Judith. cap. 10, v. 21, Sedebat igitur in conopeo Holophernes, cum viſâ Judithâ captus fuit ejus amore: rectè igitur Ducis divitijs affluentis ebſciſſum caput conopeo involvitur; ut quod luxu, opibúsque didicerat caput peccare, ijsdem etism in ſupplicio gemmis, gazíſque irretiretur: initijs ſuis affines ſemper ſunt fines, conſueverat Dux laſcivire in auro, ſmaragdo, & gemmis; ſupplicium ſuæ libidinis in ijsdem dedit, non tamen ſplendidior fuit mors, quia gemmis illuſtrior, & auro nitidior: non enim gemmarum nitor, eurique rutilites amputatum Ducis caput ornârunt, ſed maſculam fœminæ virtutem exornâruot, ac illuſtriùs nobilitârunt: aſſuetum tamen auri, ac gemmarum nitoribus caput; has divities comites etiam in ſupplicio habuit; ut quæ Duci blandiebantur in luxu, eidem etiam in luctu arriderent; ut enim in mare flumina unde effluxerant, revertuntur, & reciproco undarum flexu ed caput pleno alveo, curſúque repidiſſimo feruntur, & primæ ſuæ origini, quidquid acceptum habent, referunt; ite oculi, & caput Holophernis cum laſciviendi licentiam è gemmis hauſiſſent, æqoum videbatur, ut in gemmis etiem obrigeſcerent, in noſtrum ſcilicet documentum, quò inde diſceremus, euri, gemmarúmque, ac divitiarum cupiditatem in cœnum deprimere flagitiorum: quos ſpes divitiarum alit, hos ſimul fallit. Quot rutilârunt in conopeo gemmæ, tot in mente Holophernis fœtuerunt libidinis turpitudines; nituit gemmis in conopeo, divitiíſque affluxit, ſed ſimul vitijs indulſit, ac delicijs diffluxit: ſcelus non exhorruit in gemma Holophernes; cujus turpitudini gemmarum illecebræ blandiebantur; vix enim ex centum unus, qoi divitijs æquè, ac delicijs abundans luxu non corrumpetur. Holophernes ſedens in conopeo, quod euro rutilaret, ſmeragdo, ac lapidibus pretioſis eniteret, gemmiſque diteſceret, viſâ fœminâ non potuit in tanto luxu libidinum turpitudines non haurire. Conquerebatur olim Tertullianus, eò quia divitijs inhiantes etiam à Draconis capite gemmas eruerent; an non ex ſmaragdo, gemmíſque pretioſis, quibus intextum erat Holophernis conopeum, libidinum aſpides prodjêrunt? rarus eſt, qui in divitiarum affluentia, in phalerarum luxu non laſciviet.

§. III.

Adeò fallax , & ferox eſt ſpes mundi innixa divitijs , ut vel ipſa deliciarum illicia vertat in inſtrumenta cladium , & ſuppliciorum ; ac lethaliùs feriat eblandiendo , quàm trucu-lenta fera ſa-viendo.

14. MEntiuntur Poëtæ è mari ortam Venerem occinentes ; non è marinis fluctibus , ſed ex locuplete Pactolo natam putârim Venerem , quam fluminis divitiæ alunt , & aureæ arenolæ fovent ; marini fluctus , quâ inficiuntur amaritudine Venerem revocant , non evocant : hinc etiam in ſacris ſcripturis libido , & affluentia ,
3. Reg. cap. Venus , & divitiæ unà confœderantur , de
10. v. 27. Rege Salomone dicitur : *Feciſque ut tanta eſſet abundantia argenti in Jeruſalem , quanta & lapidum ;* poſtea recenſitis divitijs ſubdit ſacer hiſtoricus. *Rex autem Salomon*
3. Reg. cap. 11. v. 1. *adamavit mulieres alienigenas multas.* Ecce nitor gemmarum , aurique rutilitas fomentum eſt libidinis , divitiæ delicias ad ſe trahunt , quas & vitia comitantur , idque cauſæ , cur ululaverit Amos Propheta.
Cap 6. v. 4. *Qui dormitis in lectis eburneis , & laſcivitis in ſtratis veſtris ?* ubi ſuo candore oculis eblanditur ebur , ibi laſcivia ſuas excitat ſcintillas , quibus & concupiſcentiam accendit , & temperantiam abſumit : & quò ſtratum eſt candidius , eò tetrior eſt , ac obſcurior mens in lecto eburneo decumbentis , ſeu divitijs affluentis , ac delicijs diffluentis : quò defœcatior eſt eboris candor , eò fœdior eſt animus in ebore laſcivientis ; non enim candet ebur , niſi rapinâ candoris , ac pudoris , quô ſpoliatur laſciviens in lecto eburneo.

15. Ferocit acriùs , graſſaturque immaniùs ebur in lectulo laſcivientis , quàm ſæviat in ore belluæ ferocientis : Elephas ſuo dente licèt armetur ad cædem , corpus tantùm poteſt cruentare , non animi integritatem ſauciare : in lecto verò laſcivientis ebur exornatur ad illecebram , & ſimul armatur ad cædes ; non ut corpus feriat , ſed animum interimat : ergo deſperatiùs perit in ebore divitijs affluens , ſi luxurietur in culcitra , ac delicijs diffluat , quàm ſi ab Elephantis eburneo dente conteratur , ac ſaucietur. Vix pudor eburneo in ſtrato albere valet , & ſimul in eodem cubare. Poteſt ſuo dente Elephas etiam innocentem cruentare , ac lacerare , nunquam tamen innocentiam ferire : corporis membra poteſt diſcerpere , non verò animi integritatem disrumpere ; & caſtitas , quæ ſuum etiam in cæde aſylum invenit ; exitium eburneo reperit in thoro : inter tumeſcentes fluctuum procellas portum enanciſcitur caſtitas , quæ in malacia deliciarum , thorique eburnei naufraga perit. Mitiùs ſævit , ac ferit ebur in fera , quàm in lecto delicijs diffluente , ac in homine divitijs affluente : adeò ſunt hominibus divitiæ , ac deliciæ noxiæ , ut vel ipſa ferarum arma , ac elephantis dentes plus afferant nocumenti , cum delicijs famulantur divitum , quàm cum in faucibus Elephanti ad cruentas hominis cædes acuuntur ; quapropter Amos Propheta excidium minatur dormientibus in lectis eburneis , non verò pugnantibus contra Elephantos. *Qui dormitis in lectis eburneis , & laſcivitis in ſtratis veſtris ?* delicijs enim ita mollimur in flagitia , ut pugnis adeundis ſimus minùs idonei , & faciliùs ab hoſte profligemur irruente , quapropter ſubdit Amos Propheta. *Ec-* Cap. 6. v.
ce enim , ſuſcitabo ſuper vos , dicit Do- 14.
minus exercituum gentem , & conterent vos ab introitu Emath , uſque ad torrentem deſerti : hoc eſt , excitat Deus gentes in ſtragem eorum , qui divitijs inhiant , quibus lectos ſibi eburneos ſternunt , imò & domum conſtruunt , ut laxioribus diffluant divitijs.

Inhiavit Achabus Nabothi vineæ , 16.
divitijs æquè , ac delicijs diffluxit , ſed tumulato Achabo hoc legitur cenotaphium ſuo ſepulchrali inciſum lapidi. *Re-* 3. Reg. cap.
liqua autem ſermonum Achab , & univer- 22. v. 39.
ſa , quæ fecit , & domus eburnea , quam ædificavit , cunctarúmque urbium , quas extruxit , nonne hæc ſcripta ſunt in libro ſermonum dierum Regum Iſraël ? meminit author epitaphij domûs eburneæ , quam Achabus Rex ſibi conſtruxerat ad laxiores delitias ; & ideo domus fuit peſſimorum facinorum. Hæc fuit illa domus eburnea , quæ prima è mente Regis emerſit , perinde ac à Jove Samaritano inermis Pallas non ſolùm Ægide deſtituta , ſed galeâ , ſcutóque vacua. Huc labores , ac ſtudia Achabi collimârunt , ut domum ſibi conſtrueret eburneam : *& domus eburnea , quam ædificavit* , in eboris duritie molliores foventur deliciæ , & in blandimento candoris voluptatis illicia ſuaviùs eblandiuntur , ſed quia delicijs diffluxit , & divitijs ; immunem non cenſeas Regem à ſcelere. Homo enim fuit ex aſſe nequam , qui cum inſtigante Jezabele uxore ſcelera ſceleribus cumulâſſet , Nabuthem innocentem jugulavit , ejus vineam , cui inhiaverat , diripuit ; Jezabelem fœminarum peſſimam regio donavit diademate ; idolis gentium fana extruxit , & alia patravit crimina ; quia divitijs affluxit , & delicijs diffluxit in domo eburnea , quam ad illecebras voluptatum ſibi ædificaverat :

& domus eburnea, quam ædificavit: terrorem incutit elephantus ſi eburneo dente in homines ferociat; ſed deliciarum illecebris Regi eblanditur, ſi ebur in domo Regia ſplendeat, ſi diſcat molleſcere in lacunar domûs Achabi, qui delicias hauſit è monſtri dente, quem reformidamus in ferociente bellua; laſcivit in domo Achabi ebur in cruſtas diſſectum; quod integrum in fancibus elephanti cædes minatur cruentas; nimirum principibus, qui divitijs affluunt, etiam in illicia deliciarum cedunt inſtrumenta cladium, & ſuppliciorum.

17. Ad omnia ſe flagitia diſpoſuit Achabus cùm divitijs, ac delicijs eburneam dicavit domum. Quid non ſceleris ex eo eſt expectandum, qui à viro deſcivit fœminarum delicijs famulaturus in domo eburnea? quod non præſtitit in Ægypto Cleopatra Antonio fœderata, id effecit circumciſus Achabus in Iſrael. Inſtravit navem ex ebore Cleopatra mœchatura ſimul, ac moritura: non tamen credas Achabi eburneam domum navi feliciorem Cleopatræ: laſcivire didicit Cleopatra in navi; maris faſtidium eboris candore levatura: libidinie fœditates accerſivit Achabus eò tetriores, quò innocens eboris candor laſcivias redarguebat. Sed ſi Cleopatra mœchatura pariter, & moritura navem ex cruſtis inſtravit eboris: Achabus etiam morte pœnas luit, ſpretis enim Eliæ monitis, & Michææ vaticinijs tandem à Benadabo Syriæ Rege, quem ante vicerat, profligatus, ac cæſus, enectus cecidit poſt Regni annum vigeſimum ſecundum, ejúsque ſepulchro ſacer Hiſtoricus Epitaphium hocce inſculpſit: *Univerſa quæ fecit, & domus eburnea, quam ædificavit, cunctarúmque urbium, quas ſtruxit. Nonne hæc ſcripta ſunt in libro ſermonum dierum Regum Iſrael?* [3 Reg. 22. v. 39.] domus eburnea Achabi etiam ſplendet in ſepulchro, & quæ inſervierat deliciarum illecebris fit in interfecti Regis epitaphio nominis cuſtos: quaſi debuiſſet Achabus Epitaphio carere, niſi ebur in ipſo clareret; & inglorius jacere, niſi ſuarum exuvias belluarum in Samariam India tranſmiſiſſet. Quia culturâ virtutum nil præſtitit, quo aliquid ſecum decoris traheret in ſepulchrum; ſuppetias à bellua emendicavit, quo nominis perennitatem, nonniſi ab Elephanto ſibi tributam agnoſceret, qui ſi edentulus venatoribus obviâſſet, inglorius jacuiſſet Achabus; qui divitijs affluens, ſenſuum delicijs ita indulſerat, ut non animo, ſed ſenſibus viveret, vitámque duceret brutis ſimiliorem, quàm hominibus, ideóque par fuit, ut nonniſi à bellua proprij nominis, ac Epitaphij mutuaret decora.

18. Ubi divitiæ plurimi fiunt, ac charæ habentur, ibi virtutum pretia vileſcunt, & viciorum vilitas appretiatur, ac clareſcit, adeo ut vel ipſa auri coacervati rutilitas, & gemmarum nitor ornatui inſerviant vitiorum; vix divitiis affluens tibi obviabit, quin hic cæteris elatior, iracundior, ac voluptuoſior tibi videatur. Tametſi divitiæ ex ſe improbæ non ſint, uberem tamen improbitati fomitem ſuggerunt, & ad omne accendunt vitium; docent enim divitiæ crimina, cùm delicias accerſunt, quas & fovent; hinc Apoſtolus: *Qui volunt divites fieri*, ait, *incidunt in tentationem, & laqueum Diaboli:* [1. ad Timoth. cap. 6.] vocat D. Paulus aurum metallorum Principem, cujus nitor ac ſplendor excæcat auro inhiantes, laqueum Diaboli, quia tartareus auceps hominibus aucupandis intentus, aureis utitur retibus, quibus avidiùs alliciuntur in divitias ſperantes: ut enim incautæ aviculæ, dum celeriùs ad eſcas involant inſidioſas, laqueis, ac retibus implicantur; ita homines quò ardentiùs auro inhiant, eò celeriùs laqueis capiuntur tartarei aucupis.

19. Ad omne flagitium alas explicat, qui ſe auri deſiderijs implicat, quapropter Salomon ait: *Qui ditari feſtinat, non erit innocens*, [Proverb. 28. v. 20.] ſeu non carebit crimine, nec criminis ſupplicio, quia congeſtæ divitiæ non tam creſcunt de laboris induſtria, quàm de rapinarum offenſa. Nulla ferè civitas fuit tam diro ſupplicio everſa, ac direpta ſicut Jericho: cùm Invaſores nulli pepercerint, ſed omnes cruenta cæde interemerint unâ excepta Rahab cùm ſuis domeſticis; adeò ut parſum non fuerit innocentiæ parvulorum, imbecillitati puellarum, decori mulierum, venuſtati virginum, nec ſenectuti, neque ijs, qui vel febri æſtuantes, vel alio morbo correpti decumbebant viribus deſtituti: *Ceperunt civitatem, & interfecerunt omnia, quæ erant in ea.* [Joſue 6. v. 20.] Imò non ſolùm homines, & terra conſpirârunt in perniciem urbis, verùm & cœlum ipſum urbem illam pugnavit, & expugnavit, everſis, ac ſubrutis mœnibus, non repetito arietis pulſu, ſed clangentium tubarum fragore; ſed qualénam Jericho flagitium patravit, quo terram, & cœlum in ſui concitaret exitium? tametſi cauſam everſionis Joſue reticuerit, conjiciunt tamen ſacri Interpretes plura, ac enormia flagitia fuiſſe in urbe illa patrata, eò quia auro, argento, ac genere omni divitiarum afflueret: *Omnia ſuccenderunt abſque auro, & argento:* [Joſue cap. 6. v. 24.] adeò exundaverat auro, ac divitijs Jericho, ut vel unus gregarius miles, cui nomen Acham, argenti ſiclos ducentos ſurripuerit, & ſiclorum quinquaginta regulam auream; recenſuit Joſue urbis divitias, ut inde conjicerentur civium flagitia: ubi enim divitiæ affluunt, ibi & deliciæ fluunt, & ubi ſenſus indulgent delicijs, ibi & fœdæ libidines & feculentæ luxuriæ, & repetita adulteria ſcaturiunt; ſuffecit Joſue divitias urbis recenſuiſſe, ut ſtatim infer retur urbs adeo enormibus polluta ſceleribus, quò in

ejus excidium terra, & cœlum armarentur, initóque fœdere in urbis everſionem ſævirent.

20. Neque limns ſcelerum deeſſe poteſt ubi divitiæ affluunt, & deliciæ profluunt. Radix omnium malorum eſt deſiderium divitiarum, ac avaritia; eſt enim fidei naufragium, ſpei nutatio, charitatis torpor, impatientiæ ſtimulus, concordiæ divortium, diſſidiorum fomes, rixarum igniculus: neque Iſraelitæ ex alia fuêre causâ prævaricati, quàm ex immodica divitiarum affluentia: tunc cœperunt & manna faſtidire, & diſſidia inter ſe fovere, imò & Deum ipſum allatrare: nimirum poſtquam urbes diripuêre Chananæorum, & opimis ſpolijs cœperunt diteſcere: *Exaudivit Dominus preces Iſrael, & tradidit Chananæum, quem ille interfecit ſubverſis urbibus ejus. Et tædere cœpit populum.* Quamdiu paupertate laboràrunt, manna præ cæteris ferculis, eibíſque ſapuit: una erat totius populi voluntas, ac unanimis conſenſus Numini inſerviendi, ac Moyſi parendi; & quia Chananæum populus timuit, preces ad Deum fudit, ſacrificia inſtituit, & thus adolevit, quo Numen in ſua vota flecteret, & Chananæum everteret: quid ni triumphalis laurus prodivit quidem è thure; ſed onuſti mox Iſraelitæ ſupellectile ſpoliorum; & divitiis exundantes ex direptis urbibus, ac triumpho infoleſcentes, cœperunt poſt victoriam blaſphemijs, ac maledictis enutriri, qui paupertate laborantes manna veſcebantur: adeò proximum eſt opulentiæ, ac divitiarum affluentiæ ſcelus; ut cùm paulò ante Iſraelitæ, & preces funderent, & ſacrificia inſtituerent, ac thus adolerent; mox oblatrent in Deum; non ampliùs preces fundant, ſed maledicta evomant, blaſphemias proferant; & qui ante victoriam, urbiúmque everſionem addicti erant Numinis cultui, ſtudióque virtutum; poſt direptas, expilatáſque urbes, divitiáſque congeſtas proſperitate triumphi iniquiùs tumultuantur, & divitiarum copijs affluentes, rebellione à Deo, & Moyſe ſeparantur.

Num cap. 21, v. 3.

21. Cùm primùm ſe divitijs onuſtos viderunt, vitijs indulſêre; abliguriendi enim libido tunc Iſraelitas inceſſit; & oblatrandi licentia eos infecit, eum partis de urbibus everſis cœperunt ſpoliis diteſcere; & cùm ne muſſare quidem contra Moyſem auderent, dum per ſentes, ac vepreta eremi ducerentur; cùm primùm cœperunt pedibus calcare palmas, & manibus contrectare pecunias, & divitias, tunc rebellantes, ac inſoleſcentes cœperunt audaciùs loqui: *Locutúſque contra Dominum, & Moyſem ait: Cur eduxiſti nos de Ægypto, ut moreremur in ſolitudine? anima noſtra jam nauſeat ſuper cibo iſto leviſſimo.* Nimirum tædet populum libertatis poſt victoriam, & vel in ipſo triumpho ſervitutem repetit Ægypti: at ſi Iſraelitæ Ægyptijs famulantes, & Pharaoni inſervientes lutum ſubigebant, cum damnati ad clibanos, lateréſque coquendos, urbes adigerentur lateritias extruere; cur priſtino inhiant famulitio, ac primævas repetunt ærumnas, à quibus nonniſi ope, & favore Numinis fuerunt ſoluti, & liberati? præſertim ſi nunc libertate donati, ac ſui juris facti urbes evertunt, hoſtes profligant, triumphales lauros colligunt, ſpolijſque opimis diteſcunt? non exciderant memoriâ miracula à Deo patrata, ut populus à famulitio Pharaonis abſtraheretur: ſed quia fortâſſis meminerant vaſorum, quæ inde evexerant, dum abirent, ac è Pharaonis ditionibus diſcederent, inde ſperârunt, vaſa ſe rapturos ditiora, quamvis, & ollas, & delicias loquerentur, ac cuperent: *Et eduxit eos cum argento, & auro.*

Pſal. 104, v. 37.

22. Profectò ſpes ſuas poſuerant Iſraelitæ in divitijs Ægypti, & cùm has foverent ſpes, non mirum ſi cœperint & ſceleribus favere; ac Deo, & Moyſi rebellare etiam poſt victorias, poſt hoſtes expugnatos, urbéſque everſas; eò libidinis & avaritiæ æſtu exarſerunt in Ægyptiorum divitias, quarum ſpe alebantur, ut præ auro ferrum non refugerent, imò nec compedes ferreas horruerunt, cùm ſuffurandarum divitiarum adhuc ſpes affulgeret. Auri ſperati nitor ferri duritiem emolliebat, & candor argenti omnem rubiginem è ferreis abſtergebat compedibus. Spes quæ ſuas in Ægyptiorum divitijs radices egerat, manna effecit inſipidum, ac injucundum, & Ægypti cepas cœli ferculis prælatas: ſpes in divitiis preces mutavit in blaſphemias, & hymnos in murmura: nimirum ſuas in divitiis ſpes populi radices fixerat, quò non alius depromeret fructus, quàm ſcelerum; peccaverunt certè Iſraelitæ, vel ſpe divitiarum, vel uſu opum, quas ex urbibus expilatis, & everſis ſecum aſportârunt, & fames auri non ſacra, ſed execrata mannæ nauſeam excitavit: cùm enim partis ſpoliis diteſcerent, adeò fuêre terræ deliciis, ac divitiis addicti, ut delapſam à cœlo annonam cœperint faſtidire, & Numini favoribus terræ opes præferre: divitiæ enim quò plus affluunt, eò longiùs à Deo abſtrahunt, & in ſcelera fluunt, & divitiis exundantes ad ineluctabile pertrahunt naufragium.

❀ (o) ❀
❀

§. IV.

§. IV.

Quamdiu ſperat homo fore, ut ex congeſtis divitijs aliquid poſſit felicitatis nanciſci, tamdiu à ſe ipſo deſciſcit; quia in ipſis divitijs vitiorum ſitienter anhelat irritamenta.

23. ADeo à ſe ipſo homo divitiis inhians degenerat, ut in ſe ipſum furat, ac in ipſis divitiis vitiorum irritamenta ſitienter anhelet, ac extremam ſibi ruinam exitiali, & ſtultâ elaboret induſtriâ. Tot enim ærumnas & exitia ad ſe pertrahit, quot divitiarum incrementa anhelus lucratur: plures enim jugulant, & perdunt vanæ divitiarum cumulandarum ſpes, & avaritia; quæ reliqua, quæ in hominem ſolent vitia ſævire, in ejus armat perniciem: plures ad ſe Venus illicit, quibus in profani amoris malacia procellam apparat, & naufragium aperit: plures ingluvie obbruteſcunt, & multi immodico madentes vino temulentiâ obruuntur. Plures tamen inveniuntur, qui & ingluviei ſcopulos declinant, temulentiæ charybdes, ac gurgites evitant, Veneris illicienti malaciæ non fidunt, eámque ut adblandientem ſirenulam à ſe longiùs abigunt; non verò qui ſperantes in divitiis à ſcelere, & naufragio ſint immunes: ſpes quæ ſuas in divitijs radices fixit, ſi ſemel corda poſſederit; vix ex ſexcentis unum reperies Noëmum, qui naufragium evadat, quia ut ſcitè Euſebius: *Argento, & auro impetitur veritas, expugnatur integritas, juſtitia vincitur, innocentia proditur; pietas, fidéſque violatur.* Quòd ſi injuſtitia æquitatem evertit; libido pudicitiam expugnat; vindicta charitatem exterminat; odium amorem arietat; invidia benevolentiam ſobruit; detractio honorem lædit; calumnia innocentiam lacerat; horum omnium vitiorum ferax genitrix eſt divitiarum cupiditas, & aurum vitiorum omnium fomes.

Homil. 4. in Epiphan.

24. Idque cauſæ Tertulliano fuit, cur *in libro de Pallio*, primum parentem originali peccato infectum, metallo pronuntiaverit datum; inquiens *Pellitus orbi, ut metallo datur*, vix extorris à ſede exulat ſuæ originis primus homo, & jam metallo datur; quaſi maculam, quam poſteris hæreditariam reliquerat, hanc etiam auro alligaverit; ac ſi ex originali labe veluti è putido ulcere ſcatentia vitia nequiverint ſubſiſtere, niſi auri ſibi aſciverint auxilia, ac inſana divitiarum accerſiverint ſuffragia: pulchrè Zeno Veronenſis: *Colunt vani vana figmenta in quaslibet formas, vultus, ſexus, ætates, auri, argentique detrimento matris limæ moderato dente figurata.* Hinc etiam ab Ethnicis ex auro oculorum Veneris figuratur pellacia, & Dianæ retia ex argento finguntur intexta; & Jovem ipſum indemnem aureo fulmine in vitam deſævire humanam.

4. 3. Pſal. 49.

25. Exitium ad ſe accerſit, qui divitiarum acceſſione ſatagit auro, gemmíſque fulgere; & caput evacuat cum rutilante metallo ſperat ciſtas opplere; vel aggravat cum auro inhiat. Idque fortâſſis cauſæ, cur ad fores ſponſæ ingemiſcens ſponſus ſibi aperiri pereuperet, eò quia capite nocturno rore madido doleret: *Aperi mihi Soror mea, quia caput meum plenum eſt rore, & cincinni mei guttis noctium.* Cant. 5. v. 2. Quid? quòd ſponſus capite tantùm dicat ſe dolere, eò quia rore maderet antelucano? ſi roſcidi imbres cecidêre, utique manus etiam, & humeri, brachia, & pedes roſcido madueriunt ſtillicidio, neque immunes à nocturno humore genæ fuerunt, & cirri: cur igitur ſponſus de ſolo madido capite conqueritur, ſi cincinni capillorum genas exoſculantur, quibus & amico fœdere adhæreſcunt, cur ſi cincinni guttis noctium maduêre, non etiam genæ? nimirum quia genæ ſponſi ſicut areolæ aromatum, & ſolùm ejus cervix aurea: *Caput ejus aurum optimum: comæ ejus ſicut elatæ palmarum:* Cant 5. v. 11 ſponſus Eccleſiam militantem exhibet, & ſponſi caput ejuſdem præſules, qui cæteris præſunt; laborat Eccleſia in ijs præſertim membris, qui opum copiâ exuberantes divitijs affluunt, & delicijs diffluunt: dolet capite ſponſus, ſeu laborat Eccleſia ægritudine in ijs Prælatis, qui vel auro inhiant, vel exundant. In areolis ij deſignantur, qui labores, & incommoda ſubeunt in floribus virtutum excolendis, ijs enim potiùs ornatur Eccleſia, non oneratur: huic capitis ægritudini præſentiſſimo occurritur pharmaco, ſi aurum, quo gravatur in pauperes derivetur, & aquæ divitiarum, quibus ſponſi caput maduit, in ſinum diffluant egenorum: Cant. 5. v. 2. *Caput meum plenum eſt rore, & cincinni mei guttis noctium.*

26. Noxiæ ſunt aquæ, & ſuos mergunt poſſeſſores, dum ad alios quoque fluere non ſinuntur, ut appoſitè explicat ſanctus Chryſoſtomus: Homil 48. in Matth. *Quemadmodum fons ſi aquarum flumina in ſe ipſo quaſi ſtagnum quodam retinet facilè putreſcit; eodem certè modo divites, cùm in ſe ipſis opes ſuas detineant, marceſcunt. Idcirco trito proverbio fertur: nulla divitiarum putredo apud talem hominem eſt, nec dicitur magna copia, ingens Theſaurus, putredo enim profectò in ore poſſidentium, ſeu opes ipſorum, nam reconditæ veſtes corrumpuntur.* Is tametſi capite madeat, non tamen gravatur capite, nec dolet, qui quas poſſidet opes, ſinit in alios fluere, & manus rigari egenorum: divitiis gravatur, & premitur, qui eas indigentibus non diſtribuit: hinc Salomon Proverb. 5. v. 16. *Deriventur fontes tui foras, in plateis aquas tuas divide, habeto eas ſolus, nec ſint alieni participes tui.* Difficultate non carent Salomonis

monis

monis verba, quæ Ædipo videntur indigere, vel Macedonis gladio, quo nodus ſolvatur; vult Salomon, fontes divitis in alios derivari, ac per plateas fluere: & ſimul ut divitijs affluens eas ſolus poſſideat, taliter ut exteri non fiant earundem participes: quod aſſerit, id inficiatur; & quod ſuadet, mox diſſuadet: quis enim ſolus aquas divitiatum valeat poſſidere, qui jubetur eas in alios derivari? quis ſolus dicitur aquatum fluenta in ſe continere, ſi uberiùs eas in alios effundit?

27. Non me latet, pleroſque Interpretes Salomonis effatum de eleemoſynis velle eſſe intelligendum: Is enim verè divitias poſſidet, qui eas pauperibus dilargitur: is ſimul jubetur, & aquas retinere, ac effundere; quia cum divitiæ ad levandas pauperum miſerias effunduntur, tunc retinentur, tutiúſque poſſidentur, ne aliò diffluant; & tunc retinentur opes, ac poſſidentur, cùm munifica manu pauperibus diſtribuuntur: ex eo quòd tunc foras prodeant, intus tutiùs cuſtodiuntur; & poſſidentis veræ ſunt divitiæ, quia in pauperes dilabuntur: tunc noſtræ ſunt divitiæ, cùm nolumus noſtras eſſe, ſed pauperum. Idque cauſæ, cur S. Petrus Chryſologus nobis ſuaſerit impendere, quas poſſidemus divitias pauperibus, quibus poſſimus verè diteſcere,

Serm. 8. ait ipſe; *Da pauperi, ut des tibi:* dat ſibi dives, quæ pauperi elargitur, ea verè poſſidet, quæ munifica manu dat pauperibus: dat enim, ſed ut agricola, qui excultæ telluri liberali manu ſemina ſuppeditat; ſperans cum fœnore, auctóque cenſu recepturum, quæ dedit. Dives, qui ſuas pauperibus divitias impertitur dat cœnum, cœlum recepturus: neque auri, argentíque pondera aliud ſunt, quàm terræ fœtus, qui tamen cœleſtis Regni pretia fiunt, ſi manus pauperum accerſantur negotiatrices; adeò ſunt induſtriæ manus egenorum, ut nummum multiplicent in pretium integri Regni, & cœnum in cœlum mira metamorphoſi ſciant vertere. Is igitur verè fit dives qui ſuas egenis erogat divitias, augentur enim, & incrementa ſubeunt, cùm in alios derivantur, ut monet S. Iſiodorus Peluſiota in-

Lib. 1: Epiſt. 466. quiens: *Quemadmodum fontium gurgites cum hauriuntur, uberiùs ſcaturiunt, altiúsque, quàm priùs exiliunt, ac mammillæ cùm ſuguntur non ante deſiciunt, quàm infans ad ſolidiorem cibum admittendum adoleverit, eadem modo divitiæ cùm hauriuntur decrementum minimè patiuntur.*

28. Imò non ſolum nulli fiunt detrimento obnoxiæ, quæ pauperibus erogantur divitiæ, verùm uberiora ſubeunt incrementa, & quò plus hauriuntur, augeſcunt ſemper uberiores: movendæ ſunt divitiæ, cum ex natura ſua fluxæ ſint, naturam aquæ imitantur, ſi quieſcant, vitium contrahunt, perinde ac aquæ paluſtres, ac putreſcunt; ſin verò fluant, tranſeántque ad manus pauperum in ipſo fluxu vitium omne exuunt; & honeſtatem induunt virtutis, ſecúmque advehunt incrementa utilitatis: ſuis ſterileſcunt divitiæ poſſeſſoribus, ſi quieſcant in arca, ſi cuſtoditæ ſerventur in ſcriniis, nec ullum tunc depromunt fructum: ſin verò ad manus defluant pauperum, uberrimam ibi irrigant meritorum ſegetem, meſſémque locupletiorem cœleſti locandam in horreo, pulchrè Clemens Alexandrinus æ- Lib. 3. pæd. cap. 1.
quiparans divitias fonti ait: *Largitio bonus eſt fons benignitatis, & potum ſitientibus communicans rurſus augetur, & repletur: quemadmodum ad ubera, quæ ſuguntur, & mulgentur ſolet lac copioſius accedere.* Pellucidus, ac utilis eſt fons, hæc divitiarum erogatio, quâ charitas irrigatur, & creſcit, miſeria ſublevatur, nuditas veſtitur, fames abigitur, ſitis extinguitur; ut innuit S. Chryſoſtomus inquiens: *Eleemoſyna eſt,* Homil. 11. in acta Apoſtol.
per quam charitatis planta nutritur: nihil enim ita charitatem fovere ſolet, ac qui ſe miſericordem exhibet. Hic ramos in ſublime erigi facit, hic melior fons eo, qui in paradiſo eſt, non in quatuor fluit diviſus initia, ſed in cœlum ſurgit.

Derivandæ igitur ab Eccleſiæ præſertim Præſulibus in pauperes ſunt aquæ divitiarum, ut feracem irrigent terram, fructúſque producant, quibus poſſint, & diteſcere, & enutriri: vilis eſt pecunia, niſi & utilis fiat: pondus eſt, quod aggravat, ſi in levamen alienæ miſeriæ non erogetur: licèt è cœno ſuam trahat aurum originem, cœnoſámque propterea naturam contrahat; fit tamen utile, & pretioſum; & cœnum exuit, quod è natali traxit ſolo, & cœlum ad ſe attrahit, cujus fit pretium: dat dives terram, ut accipiat cœlum; dat nummum, ut acquirat Regnum, quapropter ait Am- In Pſal. 37.
broſius: *eſt pecunia, ſed fit pretioſa per fidem; vilis eſt, cùm conditur; pretioſa cùm diſpergitur:* fidei enim præfert characterem; qui enim pecuniam indigentibus erogat, fidem procul dubio habet, creditque, Deum cum fœnore redditurum, quod ille pauperibus elargitur: alioquin ſi quieſcant congeſtæ divitiæ, vitijs confœderantur ſibi affinibus, ſuóſque pariter vitiant, corrumpúntque poſſeſſores. 29.

Joſeph, in cujus anima omnigenarum virtutum vernabant exculti flores, adeo paternum ſibi conciliavit affectum, ut fraternam invidiam contra ſe concitaverit; licet adhuc ætate adoleſceret, cana tamen in ipſo ſplendebat prudentia, à vitio quovis abhorrens ſolius virtutis incubuit culturæ: oculorum, ac totiùs corporis compoſitio, oris modeſtia, verborum parcitas, ſpeciei venuſtas, ejus tum animi, tum corporis ſatis deprædicabant qualitates, quæ tamen, cùm allicere fratres debuiſſent ad ejus amorem, fomenta fuerunt invidiæ: turgidi enim, ac mente turbidi, variiſque procelloſis fluctuantes cogitationibus adoleſcentis felicitatem 30.

ex

ex inſomnijs præſagitam nullatenus ſuſtinebaut; ſed opportunam exoptabant ſibi occaſionem dari, eum enecandi, ac ſomniatam ejus felicitatem irridendi: *Ecce ſomniator venit, venite occidamus eum:* ſed ex fratribus Ruben cæteris ad pietatem pronior impium deteſtatus eſt conſilium, ſtuduitque mollitis verbis, ac induſtria cautela invidos, & exaſperatos fratres lenire, ſimul ac placare, & à cæde Joſephum eripere: *hoc dicebat volens eripere eum de manibus eorum, & reddere patri ſuo:* ſed ſi charitas unius commoverat viſcera; invidia cæterorum pectora fœdis torquebat flammis, ac venenato corrodebat dente. (Genes. 37. v. 18.)

31. Diſceſſit igitur Rubenus, tempus, & opportunitatem expectaturus eripiendi de ciſterna Joſephum à reliquis fratribus illuc demiſſum, quò fame miſerè periret. Sed reliqui fratres Rubenum prævenientes Joſephum è ciſterna extraxêre, quem & exteris illac tranſeuntibus vendiderunt Mercatoribus: redux igitur Rubenus ex ciſterna vacua lachrymis madens, & in clamorem effuſus dixit: *Puer non comparet, & ego quò ibo:* ſed reliqui fratres ejus ſiccârunt lachrymas, clamoréſque ſedârunt, quem in ſua vota pertraxerunt, ut veſtem Joſephi recenti ſanguine madidam, ac in ſpeciem cædis compoſitam patri remitterent, ex qua conjiceret, filium ſuum Joſephum à ſylveſtri fera cæde cruenta necatum fuiſſe: *Tulerunt tunicam ejus, & in ſanguine hædi, quem occiderant, tinxerunt.* (Genes. 37.)

32. Sed cur Ruben, qui fratrum impium conſilium de Joſepho interficiendo improbavit, nunc eorum approbavit votum de veſte ſanguine fœdata patri remittenda? cur ſaltem patri commentum illud fictitium veſtis in ſpeciem cædis compoſitæ non renuntiavit, quò & patris dolorem leniret, & ſpem redimendi divenditum filium excitaret? Cauſam cur Ruben annuerit impio fratrum conſilio, ac voto, & mentitus etiam fuerit patri, cui cruentæ veſtis non aperuit commentum, in aurum refunditur, quô fuit & ipſe depravatus, cùm enim accepiſſet & ipſe partem pretij divenditi fratris, cùm primùm pecunias manu attigit, mentem perdidit, & oblitus fraternæ neceſſitudinis, æquè in Joſephum ſævijt, ac reliqui fratres: cæcutiit mente, cùm primùm ſplenduit pecunia in manu; & fuit aurum, quod fraternam in Rubeno charitatem extinxit, pietatem excuſſit, amorem abegit, moréſque corrupit, appoſitè S. Chryſologus: *Aurum Patriarcharum ſtirpem, progeniem ſanctam, totam germanitatis ſingularem coronam adeò corrupit, & totiùs reddidit pietatis exterrem, ut Joſeph Ægyptijs, fratrem Barbaris, innocentem noxijs, & ingenuitatem traderent ſervituti:* perpendenda ſunt verba illa Chryſologi: *totam germanitatis ſingularem coronam corrupit*, quia aurum nocentius fuit fraterna invidia, ac feritate: ſiquidem quam totam germanitatis ſingularem coronam ſuo invidia livore non infecerat, ſua truculenta ſævities non exaſperaverat feritate; cùm Rubenus conſilij expers maluerit charitatem fovere in fratrem, quàm invidiæ reliquorum inſervire; aurum omnes nemine excepto infecit, vitiavit; aurum totam germanitatis ſingularem coronam corrupit; quod invidia non fecit, id aurum effecit; quod feritas non valuit, in hoc pecunia prævaluit, quæ omnium animos corrupit, ſibique ſubegit, ut Ruben etiam veſtem cruentatam una cum cæteris patri remitteret, ementitæ cædis factus, & ipſe author; & ut pretium lucraretur venditionis, non erubuit pretium deperdere fraternæ charitatis. S. Chryſologo adſtipulatur Philo inquiens de Joſepho: *partiamur lucrum, & prædonum, quos malitia vincimus, referamus præmium.* Plus valuit aurum in pluribus depravandis, quàm invidia venenato corrodens dente; & feritas truculentam ſitiens cædem; cùm hæc duo vitiorum monſtra auſa non fuerint Rubenum aggredi, hunc aurum proſtravit, vicitque: *Aurum totam germanitatis ſingularem coronam corrupit.* (Serm. 23.)

§. V.

Perversè ſibi conſulit, qui ſperat ſolatium haurire à divitiis, quæ levandis proprijs miſerijs ſunt impares. In officina divitiarum famulantibus vitijs ſcelera cuduntur.

NUllum eſt malum, cujus faber non ſit aurum, in cujus officina famulantibus vitijs omnibus mala omnia cuduntur, quæ in hominis inſurgunt perniciem. Imò prima peccati ſoboles cupiditas fuit divitiarum, ſeu ſuperfluitatis, & impatientia paupertatis: de Protoparentibus poſt peccatum dicitur: *Cúmque cognoviſſent ſe eſſe nudos, conſuerunt folia ficus, & fecerunt ſibi perizomata:* nimirum opum cupiditas patrati criminis fuit primogenita, quæ illicò hæreditatem adivit peccati: pomi eſum, & Divini præcepti transgreſſionem, non libido ſtatim ſecuta eſt, non rixa, nec torpor, ſed ſuperfluarum deſiderium phalerarum; & cùm nere nondum didiciſſent, vel ipſas arbores adegerunt in textrinam verti, quarum folijs veſtium ſibi texerent ſuperfluitatem, ac verecundiam obtegerent: *Conſuerunt folia ficus:* nimirum ſuperfluitatis cupiditas primogenita extitit peccati, quò ex ipſa reliqua prodire vitia ſciremus. Da divitijs inhiantem, & hunc habebis ſuperbiâ inflatum, ambi- 33. (Geneſ. 3. v. 7.) (Ibidem.)

ambirione turgidum, reliquiſque vitijs fœ-
dè corruptum.
34. Divitijs affluit Nabuchodonoſor, ſed
ſuperbiâ inflatus ultra naturæ metas ſe ex-
tendit, ac Numinis exambit obſequia, &
cultum; prægrandem in campo ſtatuam
Daniel 3. v.7. erexit, exhibuitque colendam: *Caden-
tes omnes populi tribus, & linguæ adorave-
runt ſtatuam auream:* arrerſiti ex ſingulis
Nabuchodonoſoris Penvinriis populi ad-
fuerunt, & Principis imperio obtempe-
rantes proni procubuerunt, frontéſque pul-
vere fœdantes adoraverunt proni ſtatuam
auream, cui tamen ſua detrectârunt obſe-
quia exhibere tres pueri nolentes à patriis le-
gibus, ac vera Religione deficere. Sed ab
aula Nabuchndonoſoris ad aliam tranſea-
mus Aſſueri, ubi Amanus Hebræos accuſat
de contemptu idololatriæ, legíſque patriæ
Eſth. 3. v. 8. cultu: *Eſt populus per omnes provincias
Regni tui diſperſus, & à ſe mutuo
ſeparatus, novis utens legibus, & cære-
monijs: inſuper & Regis ſcita contem-
nens.* Sed ſi Suſis, ejúſque Provinciis
Hebræos non corrupit pravitas, non ſub-
jugavit idololatria; cur Babylone præter
tres pueros ingenuos reliqui, qui ex He-
bræa gente aderant ſe proſtrârunt ſtatuam
adoraturi, ac cultum operi mannum ho-
minum exhibituri? cur ſi in Provincijs
Aſſueri ſcita Regis contemnunt Hebræi,
ut avitas, & patrias leges indemnes cuſto-
diant, & Suſis nec cruentæ cædis mi-
næ valuerunt Hebræos deterrere; nunc
Babylone proreritas ſtatuæ in vota Nabu-
chodonoſoris illicò Hebræos inflexit, non
curantes profano cultu patrias leges viola-
re, ac Religionem proſternere? Non id
videatur mirum, quæ enim Babylone ex-
hibebatur adoranda ſtatua, aurea erat, di-
vitijs diffluebat, quibus Hebræi inhiabant:
adeo prævalet auri pondus in eos, qui
ſuas in divitiis ſpes collocant, aurúmque
veluti Numen colunt, ac venerantur, ut
vel ipſas inflexiles cervices in humum de-
primat, cogátque rœnoſum metallum præ-
ferre Numini, *fecit Nabuchodonoſor ſta-
tuam auream:* nil enim auro fortius ad
mentes inflectendas, cedunt omnes auro:
ſecus Suſis noluerunt Hebræi ſicut Ba-
bylone ſcitis, ac decretis Aſſueri Regis ob-
ſequi, ne Religionem contaminarent, quia
tametſi Amanus cruentas cædes fuiſſet mi-
natus, nullum tamen in aula Aſſueri e-
Orat. 3. rat auri indicium, appoſitè Theodoretus:
*Conſtruit imaginem auream altitudine ha-
bentem cubitos ſexaginta, latitudine cu-
bitos ſex, quam cùm in æqualiter plano
campo ſtatuiſſet, ut æqualiter omnes ſupe-
raret, & ab omnibus æquè cerneretur, ab
omnibus ſibi ſubjectis eam juberet adorari:
non ſimplex autem hic ſuperbiæ modus fuit;
ſed DEO apertè repugnans, & DEO infe-
ſtus: videbat Nabuchodonoſor omnes im-
perata facientes.* Vidit Babylone Nabucho-
donoſor omnes in vota ſua flectentes, & ſua
facientes præcepta, & imperata; Suſis verò
Aſſuerus non viderat omnes ſuis obſequen-
tes ſcitis; quia Babylone aurea erat ſtatua,
cui Hebræorum gens infami ſe adora-
tione proſtravit: auro inhiavit, aurúm-
que ut Numen coluit, ideóque ſua prom-
ptiùs aureæ ſtatuæ obſequia præſtitit;
quæ ſi non ſplenduiſſet in auro, fortaſ-
ſis ut Suſis à patriis legibus, & ve-
ra Religione non defeciſſent Hebræi.
Hanc vim auri in flectendis hominum 35.
cervicibus eleganter, & argutè expendit
Chryſologus in aurei vituli Hiſtoria: ſi-
quidem conſtat, auri nitorem non ſolùm
cæcutientes tenebras mentibus offudiſſe,
verùm & naturam ipſam immutâſſe: cu-
piit populus cudi ſibi Numen, cui ſua
exhiberet obſequia, urgetur Aaron, qui
populi annuens voto aurum in ignem inje-
cit, vitulum extraxit aureum, quem in
ſuggeſto elatum dixit: *Hi ſunt Dij tui
Iſrael.* Non potuit auri vis apparere effi-
cacior, quàm cùm docuit homines, au-
rum DEUM eſſe auro inhiantium: ta-
metſi vitulus brutalem ocnlis exhiberet na-
turam rationis expertem; quia tamen
aureus erat vitulus, latere in ipſo divi-
nitatem ſibi faciliùs populus perſuaſit, ut
eidem ſua exhiberet obſequia, victimas im-
molaret, thus adoleret, appoſitè Chryſolo-
gus: *Aurum Judaicum populum ſic ſuo capti-* Serm. 19.
*vavit aſpectu, vicit illecebris, ſpecie per-
decepit, ut hoc eſſe DEUM crederent; &
DEUM verum, DEUM tot beneficijs cogni-
tum denegarent: ſic convertit homines
in jumenta, ut vituli caput, caput ſuum
crederent, & omnium rerum capiti caput pe-
cudis anteferrent.*
Non ſolùm aurum à ſana mente ho- 36.
mines auro inhiantes dejicit, & ſuo nito-
re oculos exrærat; verùm & naturam im-
mutat, & ex homine brutum conſtituit;
vel brutis poſthaber; bruta ipſa præfert
hominibus ſanguinis neceſſitudine nobis de-
vinctis. Juſſus eſt Abraham natus in Ure
Chaldæorum urbe ex Thare parente è pa-
tria exire: & profectionem in Chananæam
ſtatim inſtituit cum patre Thare, uxore
Sara, & Lotho ex fratre Arane nepote.
Ad urbem Haranem in finibus Meſopota-
miæ cum perveniſſet manſit ibi quinquen-
nio, DEO ſic jubente, ubi Thare ad ve-
ri Numinis traductus cultum, ultimum
ſuæ vitæ diem clauſit, cum annum ætatis
attigiſſet qnintum ſupra ducenteſimum.
Juſtis parenti perſolutis uno cum ſuo comi-
tatu Chananitidem ingreſſus Sirhimis Sa-
mariæ Metropoli aliquantum temporis con-
ſedit; inde progreſſus convallem Save, quæ
ob ejus feracitatem, ac amœnitatem illuſtris
dicebatur, ibi etiam altare erexit; cúmque
ſuum proſequeretur iter ſtationem poſuit
inter

Digitized by Google

inter urbes Bethel, & Haiam, quarum prima proſpectum ad orientem, & ſecunda ad occidentem habuit, ubi etiam ſupremo Numini aram ædificavit; ſed cùm annonæ caritate, & famis neceſſitate urgeretur, in Ægyptum deſcendit, ſuſis priùs ad Deum precibus, quem & in ſua vota flexit, cœleſtibus favoribus, ac promiſſis cumulatus: ſedebat Ægyptiaco in Throno Rex Pharao, qui venuſtate Saræ captus eam ſibi petijt in uxorem (Abrahamus enim maluit ſe fratrem dicere Saræ, quàm maritum) adducitur in Regiam, ubi ultimum pudicitiæ diſcrimen mulier fuiſſet paſſa; & jacturam procul dubio pudicitiæ feciſſet in aula, niſi Deus utrumque conjugem à quovis liberâſſet dedecore; honeſtiùs Jovi Danaë proſtituta fuerat, quàm Pharaoni Sara; ad illam ſiquidem acceſſit adulter; ſed palliatus aureo imbre clanculum irrepſit; cum Sara palam traducta fuerit, & ad Regem, perinde ac agnus ad lupum conducta.

Sed Regis libidinem coërcuit Deus im-
37. miſſis doloribus, ac cruciatibus Pharaoni, cujus corporis membra ferè omnia torquerentur; adeout ſuborti dolores omnem in eo libidinis æſtum extinxerint, & voluptatum cupiditatem ademerint. Dimittitur igitur Abrahamus unà cùm Sara ampliſſimis donata muneribus, quibus cœpit Abraham divitijs affluere: *Aſcendit ergo Abraham de Ægypto ipſe, & uxor ejus, & omnia, quæ habebat, & Loth cum eo. Erat autem* (Geneſ. 13. v. 1.) *dives valde in poſſeſſione auri, & argenti*: profluxerunt divitiæ non ex alveo Pactoli, ſed ex Saræ gynæceo; tunc cœpit Abraham auro, & argento diteſcere, cum Saræ pudicitia coram Pharaone libidinum æſtu fluctuante eſt periclitata, & naufraga perijſſet in illo procelloſæ libidinis æſtu; niſi Deus à periculo Saram ſubtraxiſſet; ecce divitiæ vel libidinem habent genitricem, vel famulam ſibi adſciſcunt pediſſequam: divitias ſiquidem ſequuntur deliciæ, quæ fœcundæ ſunt vitiorum parentes.

Quis eruias è tam limoſo cœno divi-
38. tias non averſetur? niſi Saræ venuſtas æſtum excitâſſet in Pharaone impudicitiæ, auro, & argento non affluxiſſet Abrahamus, qui tunc auro claruit, cùm uxore Sara à Pharaone raptâ caruit: erat autem dives valdè in poſſeſſione auri, & argenti: origo, à qua in Abrahamum effluxerunt auri, argentique divitiæ, non alia fuit, quàm fœtidus, putidúsque Saræ raptus: *Sublata eſt mulier in domum Pharaonis, Abraham verò bene uſi ſunt propter illam*: (Geneſ. 12. v. 15.) En è qualibus ſcaturiant fontibus exundantia divitiarum flumina; en quales habeant divitiæ ſcaturigines; niſi rapta fuiſſet Sara, & eâ caruiſſet Abraham, divitijs non claruiſſet; ſed ubi pluiſſe auro in ſinum fœminæ cernimus; inde non procul fuiſſe libidine æſtuantem Jovem deprehendimus, qui nunquam in mulierem aureus defluit, niſi luteam relicturus fœminam, quam auro exornavit: auri enim ſplendor cùm libidinis ſecum trahat turpitudinem, candorem obſcurat pudicitiæ.

Juvat modò perpendere utrumque A- 39.
brahami egreſſum è patria, & ex Ægypto, ut inde nobis clariùs innoteſcat, divitias ſuos vel dementare poſſeſſores, vel ſanguinis præferri neceſſitudini, pluriſque fieri, quàm homines: *Dixit Dominus ad Abraham egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui, & veni in terram, quam monſtravero tibi.* (Genes. 12. v. 1.) Obſecutus Abraham divinæ juſſioni ſuam orditur profectionem ex Chaldæa in Chananitidem: *Egreſſus eſt itáque Abraham ſicut præceperat ei Dominus, & ivit cum eo Loth.* & poſtea: (Geneſ. 12. v. 4.) *Tulítque Sarai uxorem ſuam, & Loth filium fratris ſui, univerſámque ſubſtantiam, quam poſſederat.* Egrediens igitur e patria Abrahamus præfert Loth filium fratris ſui univerſæ ſubſtantiæ, quam tunc poſſederat, priùs meminit Lothi, quàm ſubſtantiæ, quæ procul dubio ſolùm pro itinere, commeatum, & neceſſaria ad familiæ commoda comprehenderat, nondum auro, & argento diffluens, cùm ſcriptura hujus non meminerit. Egreſſus verò ex Ægypto, quia aureis, argenteiſque muneribus à Rege Pharaone donatus divitiis affluebat, non pluris Abraham fecit homines, quàm jumenta: *Fuerúntque ei oves, & boves, & aſini, & ſervi, & famulæ, & aſinæ, & cameli*: (Geneſ. 12. v. 16.) ecce qua turpi mixtura Abraham ſimul coatervat jumenta, & famulos aſinas; & ancillas; pecora, & homines; nulla à divitibus fit ſecretio famulos inter, & boves; ſervos & jumenta; ancillas & aſinas; ſed promiſcuè, non ſine dedecore unà coacervantur; quia ubi divitiæ affluunt, ibi mens fluctuat, & turbata ſecernere vix homines à brutis valet.

Quinimò non ſolùm divites promiſcuè 40.
homines, & jumenta coacervant, non pluris facientes homines, quàm aſinos; imò & aſinis homines poſthabent, quamvis ſanguinis neceſſitudine ſibi devinctos: ecce Abraham priusquam auro, & argento Ægyptiaco afflueret Lothum ex fratre Nepotem prætulit propriæ ſubſtantiæ. *Abraham cum egrederetur de Haram tulit Sarai uxorem ſuam, & Loth filium fratris ſui, univerſámque ſubſtantiam*: priùs meminit Lothi nepotis, quem propterea univerſæ ſuæ ſubſtantiæ præfert. Cùm verò egreditur ex Ægypto, quia auro, argentóque affluens, divitias præfert Lotho, quamvis ſanguine ſibi juncto: *Aſcendit ergo Abraham de Ægypto ipſe & uxor ejus, & omnia quæ habebat, & Loth cum eo ad auſtralem plagam.* (Genes. 13.) An non auri fulgor oculos præſtrinxit Abrahami, qui Lothum non videret, quem jumentis præferret? *Erat autem dives valdè in poſſeſſione auri, & argenti.* au-

rum prætulit Nepoti; adeò cæcutiunt ad auri ſplendorem divites, ut pretium proprij ſanguinis ampliùs non videant: Abraham Lothum ex fratre Arane Nepotem bobus, & camelis poſthabet, cùm priùs totius ſuæ meminerit ſubſtantiæ,& poſtea Nepotis Lothi: *Aſcendit Abraham de Ægypto ipſe, & uxor ejus, & omnia, quæ habebat, & Loth cum eo.* Ubi opes inundant, propinqui, & affines, vel non ampliùs aſpiciuntur, vel nonniſi obliquè reſpiciuntur, ut iis jumenta non ſolùm atrij, ſed & præſepij præferantur. Plus obtinet virium ad animus irretiendos, capiendóſque aurum, quàm ipſa ſanguinis neceſſitudo, idque fortaſſis cauſæ cur Poëtæ, Venerem finxerint, ac pinxerint aureos radios ex oculis jaculari, quaſi minus fideret pulchritudini, & plus de cupiditate auri ſperaret, quapropter Euripides apud Stobæum exclamat: *O aurum pulcherrima felicitas hominibus! nam nec mater hujuſmodi voluptatem habet: non tam liberi hominibus, neque tam liberis charus pater eſt. Quòd ſi Venus tales habet oculorum radios, non mirum eſt, infinitos amores eam alere:* allicit quidem oris venuſtas; ſed auri nitor fortiùs illicit, & illigat: ſuas ab auro vires mutuatur oculorum venuſtas, ideo Veneris oculi gratioſiores habentur, quia aurei ſunt radij, quos ex oculis emittit. An non injuſtæ ſunt divitiæ, cùm homines poſthabeant jumentis, cùm audeant in divitibus etiam conſanguineos, & affines præcedere?
In Pſal. 118. Ita eſt, ait S. Ambroſius: *injuſtæ dicuntur divitiæ, non quia aurum, & argentum injuſtum ſit, ſed quia injuſtum eſt, putare divitias plus quàm homines.*

§. VI.

Plus ineſt virium ſpei divitias poſſidendi ad homines flectendos, trahendóſque ad Numinis juſſa: quàm ſuaſionibus, minis, & flagellis

41. PRæceperat Deus Moyſi, ut de Ægyptiaca captivitate populum ſuum extraheret, qui tamen factus & ipſe duræ cervicis detrectaverat Moyſi parêre: qui licet ſatageret populum allicere ſpe promiſſæ libertatis, feracioris terræ ſponſione, Numinísque ſperatis favoribus; perinde tamen id Moyſi fuit, ac Æthyopis cutem affuſa dealbare aqua, nec minis potuit populus ille moveri, nec blanditijs flecti, nec ſuaſionibus amolliri; quinimò tametſi ærumnis premerentur Hebræi, laboribus frangerentur; anguſtijs, & calamitatibus torquerentur; Moyſi adhuc parêre nolebant, ejúſque facta
Exodi 5. v. 21. improbabant: *Fœtere feciſti odorem noſtrum coram Pharaone*, cùmque vidiſſet Deus duritiem populi, & caſſa fuiſſe Moyſis ſtudia, vanas ſuaſiones, & fruſtratum ſuo effectu quidquid cum ipſo egerat, juſſit tunc Deus, quemque ex Hebræis vaſa aurea, & argentea mutuare ab Ægyptijs, ſibi familiaritate devinctis: *Poſtulet vir ab amico ſuo, & mulier à vicina ſua, vaſa argentea, & aurea*, cenſet Rupertus apud Lipomanum, hanc à Numinis Providentia fuiſſe excogitatam artem, ut Iſraelitas omnes ab Ægyptiaco eriperet famulitio, ſuaderétque fortiùs ipſis acceleratam fugam acervatis auri, & argenti divitijs, quàm eloquentiæ efficaciâ, ac verborum ponderibus, quæ ſemper leviora ſunt auro, & argento: cùm enim Iſraelitæ ſuis vidiſſent in manibus Ægyptiorum divitias euro citiùs ex ſervitute ſe ſubtraxerunt Ægyptiorum, auro illecti fortiùs, quàm promiſſâ ſibi terrâ allecti: voluit igitur DEUS, Hebræos auro, & argento Ægyptiorum diteſcere, *ut*, ait Rupertus, *Spolijs Ægypti potiti filij Iſrael, quanto cupidiùs onuſti, tantò libentiùs ac properantiùs irent ad imperium Domini.* Exod. 11. v. 2. Ad cap. 14. Exodi.

42. Quia Iſraelitæ per multum temporis ſub jugo Ægyptiacæ ſervitutis laboraverant, pravis incolarum exemplis vitia plura didicerant; adeo ut etiam ipſi inflexilem viſi fuerint cervicem contraxiſſe, cùm nec minis dimoveri potuerint à Moyſe, neque ſuaſionibus, & promiſſis flecti: non tamen omnes Ægyptiorum vitijs fuêre corrupti, nec omnes ſceleribus conſtuprati, cùm plures & culturæ virtutum, & ſtudio religionis addicti à vitijs abſtinuerint: at mirum dictu, quòd ita omnes,& ſinguli divitijs inhiaverint, quas ex Ægyptijs acceperant, ut ne iiſdem ſpoliarentur, non timerent per maris vortices incedere.

43. Exierunt ergo ex Ægypto Iſraelitæ vaſis argenteis, & aureis onuſti, ſimúlque omni divitiarum genere locupletati; agmina prima exeuntis populi puerorum erant, ac mulierum, lenióque confectorum. Millia ſequebantur plus quàm ſexcenta robuſtorum in prælio virorum, qui quini quini per ſeriem, ordinémque militarem progrediebantur. Medium agmen commeatum, & omnia belli impedimenta receperat, quæ inter, greges erant, & armenta pecorum, ac jumentorum; claudebat Iſraelitarum ordines exercitus propemodum innumerus, cui alij homines promiſcuæ nationis, ac multitudinis ſe adjunxerant: omnem abeuntium turbam ad vicies centena millia aſcendiſſe arbitrantur plures: expeditionem feſtinabant exeuntes lætiſſimi, eò quia à tergo nonaginta trium annorum duriſſimæ ſervitutis jugum relinquerent, compedes abjecerint: & à fronte ad libertatem ampliſſimam ſibi januam aperiri viderint. Recreabantur præſertim ex intuitu nubis lucidæ ſpiſſatæ, quam in columnæ quoddam altiſſimæ erectum ſimulacrum, initio profectionis omnes viderunt ſtatim populum præire, ac itinera ſignare; quæque etiam nocte, ut tenebras vinceret, flammante ful-

fulgore coruſca populo ſe præſtabat conſpicuam. Cúmque ad Erythræi maris litora fugitivus populus perveniſſet, Moyſes ſuper marinos illos fluctus virgam extendit, & illicò mare in geminum latus diſſecuit; à proprio enim diſcedentes alveo fluctus, utrinque ſe murorum in ſpeciem, & altitudinem erexêre, quò ſiccam tranſeuntibus Iſraëliticis viam aperirent: & quamvis ſub initijs trepidaret multitudo, præviæ tamen nubis protectione muniti, animos erexêre, & præeunte Moyſe, ac ſequente Aminidabo Præfecto Judææ Tribûs, & horum exemplo certatim alijs, omnia declinârunt pericula.

44. Verùm quid divitiarum deſiderium potuerit, etiam in Ægyptijs, æquum eſt, expendamus. Tametſi Deus, quò ad ſaniorem mentem Ægyptios reduceret, eos varijs afflixerit plagis, grandine illorum fructus contriverit, locuſtas immiſerit, quæ ſuper-
Ind. 10. ſtites abſumerent reliquias. *Ecce ego inducam cras locuſtam in fines tuos, quæ operiat ſuperficiem terræ, ne quidquam ejus appareat; ſed comedetur, quod reſiduum fuerat grandini:* quamvis Nilus Moyſis virgâ percuſſus ſuos fluctus in ſpiſſum mutaverit cruorem, ejúſque unda piſcibus, ac crocodilis extinctis putrefacta potui, ſitíque ſedandæ non ampliùs idonea eſſet: ranarum protracta multitudo coaxatione, lue, ſordibus, ac ſaltu quidquid in Ægypto publicum eſſet oppleret, ac fœdaret: Ciniphes, & culices ex terræ pulvere producti in nubem addenſati omnia infeſtârent, totámque adumbrarent Ægyptum aculeatis ſtimulis corpora terebrantes, nares etiam, aurésque pervadentes, ac in oculos involantes. Muſcarum quóque omnis generis pleni exercitus, volatu, aculeis, maculis morſu, linctúque fœdo Ægyptios, & jumenta morderent, menſas contaminarent, veſtes, ac vaſa inquinarent: non tamen hæ plagæ valuerunt cervicem Ægyptiorum inflectere, neque duritiem frangere.

45. Verùm licèt recenſitæ plagæ bona plura perdiderint, non tamen omnia prorſus vaſtârunt: benè tamen una, & ſola divitiarum cupiditas omnes ſimul Ægyptios poſ-
Ind. 10. ſedit, ac perdidit. *Dixit inimicus: perſequar, & comprehendam, dividam ſpolia, implebitur anima mea.* Ubi auri æſtuat cupiditas, ibi temeritatis excreſcit audacia: amore auri ita omnes Ægyptij æſtuant, ac inflammantur, ut illicò arreptis armis fugientes Iſraëlitas fuerint inſecuti, & nihili facientes, quæ ipſis imminebant pericula, ſive è cœlo ſurſum, ſive in terris deorſum, infra enim fremebat mare, & ſuperiùs tonabat æther, è quo crebri fulminum, ac ignitorum telorum, lapidúmque jactus in Ægyptios ſpargebantur. Strages erat una virorum, equorum, curruum falcatorum, ac militarium quadrigarum; feriebantur fulminibus equites, pedites; ac jumenta, ſubvertebantur currus, & in fruſta rotæ diſſiliebant; clamores, & ululatus aërem replebant, trepidabant Ægyptii ad litus Erythræi, timidos increpabat Pharáo, quos ad ingreſſum gladio, & minis adigebat. Jamque pergentibus alijs, ad Regis imperata reliqui ſe flexerunt, & mare omnes ingrediuntur. Cúmque Ægyptij ſiccum eſſent Erythræi alveum ingreſſi, imperavit Deus Moyſi, qui cum populo jam tranſjêrat ut virgam ſuam paſtoritiam, manúmque ſuper undas explicaret: & tunc fluctus, qui utrinque ſtetarant, ne caderet, ac mergeretur Iſraël, nativam ſuam repetentes ſedem Ægyptios oppreſſerunt; ſub ipſum emergentis ab horizonte ſolis ortum ſtantes fluctus Moyſes virgâ tetigit, & Pharaonem cum omnibus ſuis Phalangibus ad necis duxit occaſum. Cenchres Rex, & quotquot tempeſtas cœleſtis illæſos reliquerat cum omnibus bellici furoris inſtrumentis, commeatu, & impedimentis ſepeliuntur Arabici ſinus voragine, ne uno quidem nuntio tantæ cladis ſuperſtite; nullus enim ex Ægyptijs
remanſit. *Nec unus quidem ſuperfuit ex* Exodi 14. v. 28.
eis; quia cum omnes exarſerint cupiditate divitiarum, omnes pariter Erythræi fluctus extinxerunt; nimirum, ubi cupiditas, ibi & temeritas, & quæ imminent pericula, parvi fiunt, quia pluris æſtimantur divitiæ, quàm vita.

Deſiderio divitiarum ita inflammantur Ægyptij omnes, ut certatim fugientes Hebræos inſequantur, mare ingrediantur, ac naufragium ſibi impudentiſſimè apparent: 46.
Dixit inimicus perſequar, & comprehendam, Exod. 10.
dividam ſpolia implebitur anima mea: ſed quia auri cupiditas omnes poſſedit Ægyptios, omnes etiam naufragio tradidit; adeò ut Hebræi enatantia cadavera læti ſpoliaverint, & detractis, quæ proxima nocte formidaverant telis, & armis, mox veſtes & opima ſpolia ex interfectis, victíſque hoſtibus collegerunt, & ſalutem ipſam ex inimicis hauſerunt; eorum loricas, galeas, toracéſque in ſui tegumenta vertentes: quia divitiarum cupiditas Ægyptios omnes poſſederat, omnes vorticibus naufragos tradidit.

Adeò inſaniunt homines divitijs inhiantes, adeò à ſana mente dejiciuntur, ut præ ſe ipſis aurum, & argentum æſtiment, 47.
acerbiúſque doleant aurum amittere, quàm vitam perdere; nec curant, ſe diſcriminibus obnoxios facere, nec imminentia incurrere pericula, mortíſque ſe objicere falci, dummodo ſpes aliqua affulgeat, quâ poſſint divitias, vel augere, vel ſervare: id teſtantur non ſolùm enavigata, ac trajecta maria, verùm etiam tot labores, angores, & moleſtias, auro & divitijs inhiantes ubique locorum torquentes; ſi enim ſperanti divitias acervare, navis marinum illiſa in

ſcopulum naufraga pereat; vel in campis delapſus grando ſegetes conterat; vel excitatum incendium domum cum tota pretioſa ſupellectili abſumat, quales non ſentit ipſe dolores? qualibus nnn exeruciatur animo moleſtijs? non minus dolet de divitijs ſibi abſumptis, quàm ſi aliquid de vita præciſum fuerit, ut notavit Autiphon, qui loquens de avaris ait. *Cum aliquid tollunt, & utuntur è pecunia, dolent haud aliter, quàm ſi de carnibus ſuis tollant.*

48. Imò minus dolet dives avarus, ſi quid de vita, quàm ſi de divitijs præcidatur: Idque edocuerunt Hajenſes, quos Joſuë, ut ſeveriùs puniret, ab urbe ſimulatâ fugâ longiùs abduxit, & per paratas inſidias eorum civitatem, cum ſingulorum civium divitijs flammis extradidit, Joſuë. 8. Cap 8. v. 20. *Cum receſſiſſent à civitate, & ne unus quidem in urbe Hai, & Bethel remanſiſſet: inſidiæ, quæ latebant, ſurrexerunt confeſtim, & pergentes ad civitatem ceperunt, ac ſuccenderunt eam.* Quid? qood Joſuë civitatem Hai per circumvallationem non invaſerit, ut urbem Jericho, neque illius cives divitijs exundantes jugulaverit, ſicut Jerichontinos? Non tamen credas mitiùs ſe Joſuë geſſiſſe contra Hajenſes; noverat ipſos divitiarum cupiditate, æſtúque avaritiæ intus ardere; ideo quò duriùs, ac diutiùs eos torqueret, omnia eorum bona voraci abſumpſit incendio ſuperſtitibus Hajenſibus, qui acriùs torquebantur, fumum, & flammas combuſtæ urbis eminus intuentes; non enim minus dolent bonis affluentibus jugulari, quam pereuntibus ſuperſtites vivere. Joſuë c. 8. *Videntes fumum urbis ad cœlum uſque conſcendere non potuerunt ultra huc, illúcque diffugere.* Animo totaliter cecidêre, cum viderunt Hajenſes flammarum volumina ab urbe ſurſum avolare, fumúmque ſoli ipſi diem abripere, & hærentes attoniti, ac veluti extra ſe acriùs doluerunt de combuſtis domibus, emiſsiſque divitijs, quàm ſi ipſi vitam ipſam exuiſſent violento ferro detractam; plures facientes divitias, quibus inhiabant, quàm propriam vitam, quam ſuperſtitem noluiſſent urbis conflagrationi, appoſitè Abulenſis. Quæſt. 11. *Poſtquam viderunt fumum exhalantem de ardente urbe, conſternati animo non potuerunt moveri in diverſa ad pugnam, ſed illico omnibus viribus deſtituti fuerunt:* adeò dirus, & acerbus fuit dolor de amiſſa divitijs, qui eos torquebat, ut beneficio fugæ propriæ non curaverint vitæ conſulere, manúsque evadere Joſuë, ſed viribus ferè omnibus deſtituti hoſtium ſe mucronibus obtulerint enecandos; eò quia quas in urbe divitias congeſſerunt, flammâ perdiderint; quæ ideo deſiderium accendit moriendi, quia cumulatas extinxerat divitias, & ideò propriam Hajenſes neglexêre ſalutem, vitámque tueri, quia in combuſtis divitijs arbitrati ſunt jam vitam perdidiſſe. Cùm totum affectum, ſpem, & cor in coacervatis poſuerint divitijs, vitam putârunt cum ipſis perdidiſſe, ideóque veluti jam mortui fugere neglexerunt, quò hoſtili ferro è vivis abraderentur, *poſtquam viderunt fumum*, ait Abulenſis, *de ardente urbe, conſternati animo non potuerunt moveri.*

Divitijs inhiantes, & ſuam in auro ſpem 49.
ponentes diriùs longè torquentur amiſſione divitiarum, quàm vitæ deperditione: idque ni fallor nos edocuit Magiſter Chriſtus. Scimus hominem pannoſum, detritâ, ſordidâ, ac ſemilacerâ indutum veſte non erubuiſſe unà cum cæteris convivis intereſſe nuptijs filij Regis: ſedit enim & ipſe, perinde ac umbra inter divitiarum nitores, veſtiúmque fulgentes elegantias; ſed ſcio etiam quàm citiſſimè temeritatis, & audaciæ promeritas luiſſe pœnas; dum manibus, pedibúſque ligatis in tenebricoſum fuit carcerem detruſus. *Tunc dixit Rex Miniſtris, ligatis* Matth. 22. v. 13.
manibus, & pedibus ejus, mittite eum in tenebras exteriores, ibi erit fletus; & ſtridor dentium. Ecce quas pœnas adactus eſt dare pauper pannoſus, eò quia ad nuptialem filij Regis purpuram non erubuerit, auſúſque fuerit nuptijs intereſſe. Quid? quòd graviora ſcelera mitiùs puniantur? Fuerat Rex induſtrijs quibuſdam viris pecunias ſuas impertitus ad negotia inſtituenda, reddituris rationes poſt peracta negotia. Quidni? poſt præſcripti temporis fluxum viros acceſſit, qui negotijs operam ſuam præſtiterant, quos inter unus adfuit, qui ſicut cæteris negligentior; ita & verbis procacior, inſolenter auſus fuit Regem alloqui. *Ecce* Luc 19. v. 13. & 24.
Mna tua, quam habui repoſitam in ſudario; timui enim te, quia homo auſterus es, tollis, quod non poſuiſti; & metis, quod non ſeminâſti. Non rationes; quas Rex exegerat, redditurus negotiator, linguam ſolvit; ſed convicijs Regem ipſum impeteriturus, ejúſque vitia publicè redarguturus.

Sed ſi Rex immenſis ſumptibus colla- 50.
bentes civitates reſtauraverat, & alias è fundamentis erexerat; ſi palatia extruxerat ad Regiam magnificentiam; cur deſes vir iſte, qui impertitæ ſibi pecuniæ negotiationem neglexerat, Regem avaritiæ damnat? quamvis avarus fuiſſet, & auſterus; purpura tamen, quâ ſplendebat, ſilentium debuiſſet viro injungere, ac erubeſcere talia effutire verba in collucentem purpuram: audaciæ potiùs, effrœníſque temeritatis erat homuncio ille redarguendus, & acerbiſſimo plectendus ſupplicio, cum ſceptro Regio debitum non præſtiterit obſequium, & Regiæ auſus fuerit Majeſtati inſultare, illiúſque vitia impudenter carpere. Sed cum paucioribus fuiſſet homo iſte pecunijs donatus, non mirum videri debet, ſi inflatus ſuperbierit, perſæpe enim hebetiores, ac nullius notæ homines ſapientum, & excellentium

facta

Digitized by Google

facta, & ſcripta audaciùs oblatrant, ac malignius mordent. *Matth. 22.* Sed ſi apud Mathæum pannoſus ille, qui nuptijs filij Regis interfuit non indutus veſte nuptiali ligatis manibus, & pedibus tenebris fuit extraditus, nunquam illuſtrandis: quales, credas, ſit vir *Luc. 9.* iſte deſes pœnas luiturus, qui non ſolùm negotiationem concreditæ ſibi pecuniæ neglexit; verùm, & Regem ipſum intolerabili audacia, & temeritate auſus eſt injuriis impetere, ac contumelijs laceſſere? An putas, hunc voracibus flammis eſſe extradendum, & illicò abſumendum? nullo alio plectitur ſupplicio, nec punitur cruciatu, quàm ſola concreditæ ſibi pecuniæ ablatione: ſed cur mitiùs cum iſto agitur, & diriùs eum pannoſo, qui ſine veſte nuptiali auſus fuit nuptiis intereſſe? ſi hic ſordnit veſte, fortaſſis animo, & virtute ſplenduit; ſi caruit veſte nuptiali, fortaſſis claruit affectu, & religione; ſi pauper apparuit veſte, dives fortaſſis fuit animo, ac virtutum cenſu: certè ſilentium modeſtiam commendavit, cui reliquæ ſolent confœderari virtutes.

51. Cur igitur duriores exiguntur à paupere pœnæ, qui fortàſſis egeſtate coactus benè de regia præſumpſerat munificentia, quàm à divite otioſo, qui regia muneratus liberalitate maligno dente honorem Regis momordit, ac laceravit? Scio à ſacris Expoſitoribus per hunc deſidioſum divitem, qui neglexit ſibi concreditam pecuniam negotiari ſynagogam, & Judæos deſignari, qui ex eo acriùs erunt puniendi, quia fidem chriſtianam fuerunt inſecuti: ait enim Cajetanus, qui hoc ænigmate cenſet Judæos adumbrari. *Acriùs puniet inimicos Judæos, qui perſecuti fuerunt chriſtianam fidem.* Tametſi Judæi tenebris non tradantur, talentum tamen ab ijs aufertur; quamvis vinculis non obſtringantur, aureo tamen ſceptro, & principatu privantur, extorres varios terrarum tractus pervagantes: & quia Judæi nil impenſiùs amant, quàm divitias, quibus toto animo inhiant; totóque corde adhæreſcunt; ideo aureo ſceptro, & principatu privantur, ut graviora ſubeant tormenta; quò enim ardentiùs cupiunt homines divitijs affluere, eò acriùs torquentur, ſi ijsdem careant. *Acriùs puniet inimicos Judæos*, ſeveriùs puniuntur, cum divitijs deſtituuntur, quàm cum verberibus proſcinduntur; ideóque non tenebris extraduntur, non vinculis obſtringuntur, ſed pecunijs privantur, ſceptro, & principatu deſtituuntur, quod illis gravius eſt, quàm ferreis vinculis conſtringi.

52. Eradicanda igitur eſt ſpes à divitijs coacervandis, quæ plus adferunt nocumenti, quàm emolumenti; fallaces enim ſunt divitiæ; ſplendet in ipſis aurum, ſed ſuo nitore oculos præſtringit, ſuóſque excæcat poſſeſſores; plurimum habent ponderis metalla auri, & argenti, ideóque graviùs premunt, & preſſiùs aggravant; ille magis dives, qui minus cupidus, tametſi Codrus ſit, quovis metallorum deſtitutus genere; & is eò pauperior, quamvis divitijs affluat, qui plus cæteris concupiſcit: hinc Tertullianus ut faſtidium excitet divitiarum, & paupertatis ſuggeret deſiderium, pulchrè ait: *Si detrimento rei familiaris animus concitatur,* *Lib. de patientia.* *omni penè in loco de contemnendo ſæculo ſcripturis dominicis commonetur: nec major ad pecuniæ contemptum exhortatio ſubjacet, quàm quòd ipſe Dominus in nullis divitijs invenitur, ſemper pauperes juſtificat, divites prædamnat. Ita detrimentum patientiæ, faſtidium opulentiæ præminiſtravit, demonſtrans per abjectionem divitiarum læſuras quoque earum computandas eſſe.* Divitias qui abjicit, eas locupletiori cenſu ſibi coacervat: quia divitijs non indigus veras poſſidet divitias, & malorum omnium à ſe radicem abſcindit; eſt ſiquidem divitiarum cupiditas putida illa, ac infecta radix, à qua omnia pullulant malorum genera: neque ille verè dives, qui multum auri congeſſit, & argenti, ſed qui à ſe omnem habendi concupiſcentiam abegit: non divites divitiæ efficiunt, ſed depauperant; quia quò pluribus diteſcunt cupiditatibus, eò plus cæteris indigent, ac alijs ſunt pauperiores: hinc D. Hieronymus expendens illud. *Fallacia* *Matth. 13.* *divitiarum ſuffocat verbum, & ſine fructu efficitur*, eleganter addit: *Fallacia divitiarum ſuffocat verbum. Blandæ enim ſunt divitiæ aliud agentes, aliud pollicentes.*

53. Divitiæ larvatæ ſunt, aliud ſpecie extima exhibent, & aliud in ſe ſunt, non credas felicem divitijs affluentem, ſed perinde ac auro, & argento moleſtijs oneratum; tametſi dives lætus appareat in mundi hujus ſcena, fucata eſt lætitia, in extima duntaxat vultûs cute depicta, non cordi, nec animo intus affixa; decipitur, qui ex aſpectu divitijs affluentes veris cenſet delicijs diffluere: deliciæ non ſunt, quæ vitia fovent, & luctûs potiùs materiam exhibent, quàm gaudij; triſtitiæ, quàm lætitiæ: quòd ſi divitijs affluentes, & delicijs exundantes introſpiceres, eiſque larvam detraheres, nonniſi materiam deprehenderes mœroris, & luctûs: peritè S. Chryſoſtomus. *Homil. 60. in epiſt. ad Corinth.* *Divitiæ lætam habent perſonam, interna autem plenæ ſunt fuligine*, ſcilicet plenæ dolore, curiſque oppletæ; nec pauciores divitis mentem curæ pungunt, & quatiunt, quàm Oceani undæ litus arietent.

54. Iridem diſcolorem oculis arridentem, & in nube ridentem æmulantur divitiæ; extima ſui ſpecie decipit in nube rorida, ſolari radio depicta iris; riſum ſimulat, cum nonniſi lachrymis madeat; ſplendet vario ornata colore, ſed vapor eſt ornatus ille, & tota iridis elegantia mera oculorum fallacia, quapropter ajebat Joannes Tullenarius. *Nihil eſt mortali conducibilius, quàm ut* *In cap. 2. Eccleſ.*

Vi-

divitias inſtar iridis eſſe reputet, quæ vano ſplendore perniciem ſuam occultant, & ſpectantium oculos mox lachrymas datura fallunt, licèt videamus divitijs exundantes hilari vultu ridere, fucatus eſt riſus ille, & picta eſt lætitiæ larva, quæ lachrymas tegit: tunc iris diſcolor ſplendet, cum ſolis radij in nubem cavam humeſcentem, ac roſcidam, tenuem, & æquabilem, & quæ in guttarum imbres liquari incipiat in adverſum ſolis poſitam reflectuntur. Tunc radius ſolis cavæ nubi immiſſus repulſa aëre refringitur, & retro agitur, & quia ſolis, ac radiorum ſphœrica eſt figura, talem etiam ingenerant in nube; éſtque illa arcuata, quæ nobis apparet imago diſcolor, quæque nobis ridere videtur in nube, ac arridere in animo; cùm enim partes in nubibus aliæ ſint alijs tumidiores; aliæ aliis ſummiſſiores, & etiam aliæ aliis craſſiores, quàm ut ſolares radios transmittant, & aliæ etiam tenuiores, quàm ut excludant, ex hac inæquabilitate oritur immixtio illa lucis, & umbræ, quæ mirabilem illam lucis varietatem conciliat. Non enim ibi ullus eſt color, ſed mera ſolaris lucis refractio clarior, & obſcurior ex craſſioribus, vel tenuioribus nubis partibus: ſi enim ſol obtegatur nube aliqua, ſtatim totus ille colorum apparatus evaneſcit, & variæ illæ colorum elegantiæ, totúsque ornatus ceruleus, viridis, purpureus, luteus, ac igneus, confuſione quadam diſtinctus, illicò extinguitur: ita divitiæ, tametſi variis metallorum coloribus, ac præſertim auri, argentique ſplendoribus iis arrideant, qui divitiis inhiant; fallax tamen eſt ſplendor, & riſus luctum tegit.

55. Matth. 10. Hinc Chriſtus convocatis duodecim Apoſtolis facultate iiſdem etiam conceſſa patrandi miracula, miſit illos evangelium prædicare, ſed in primis voluit ab ipſis omnem divitiarum arcere cupiditatem. Math. 10. v. 8. *Gratis accepiſtis, gratis date. Nolite poſſidere aurum, neque argentum, neque pecuniam in zonis veſtris, non peram in via, nec duas tunicas, neque calceamenta*, cùm enim eſſent per totum orbem profecturi, nullis voluit divitiarum ponderibus oneratos, quò promptiores, ac celeriores proficiſcerentur; & ne divitias concupiſcerent, quæ oneri ſunt promulgantibus evangelium, non honori: appoſitè D. Hieronymus: *Nolite poſſidere aurum, &c. ſi enim ſic prædicant, ut pretium non accipiant, ſuperflua eſt auri, & argenti nummorúmque poſſeſſio*: quia igitur Chriſti Diſcipuli pretium non accipiunt, ſed gratis jubentur laborare, ſuperflua eſt ipſis auri, & argenti, nummorúmque poſſeſſio. Satis divitem cenſum ſecum deferebant Apoſtoli paupertate ſua divites; ſat ſecum habent annonæ, quam plenis præferunt horreis; id tamen habet extrema pauperies, quod aliud agat, & aliud polliceatur; dum enim inopia omnium rerum videtur penuriam adferre, tunc copioſiorem ſponder abundantiam, quia igitur diſcipuli jubentur ita evangelium promulgare: ut pretium non accipiant: *ſuperflua eſt auri, & argenti, nummorúmque poſſeſſio.*

Non paupertas cupiditatem habendi 56. exacuit, ſed ipſa rerum poſſeſſio concupiſcentiam accendit plura ſemper poſſidendi; ac propterea indigentiam adfert: quò enim plura, quis concupiſcit, pluribus indiget, quæ ipſi deſunt; proinde eò eſt pauperior, quò pluribus concupiſcentijs ditior: quò Diſcipuli divitijs affluerent in ipſa paupertate, voluit eos concupiſcentijs, ac deſiderijs habendi omninò pauperes, juſsitque propterea eos, nec aurum poſſidere, nec argentum, nec pecuniam in zonis, imò nec peram in via, neque duas tunicas, ut quò reconderent oblatas ſibi pecunias, non haberent, & ideo voluit ita eſſe promulgatores evangelij, ut pretium non acciperent ullum: *gratis accepiſtis, gratis date. Nolite poſſidere aurum, neque argentum, neque pecuniam in zonis veſtris*, ubi igitur ita *prædicant*, ait Hieronymus: *ut pretium non accipiant, ſuperflua eſt auri, & argenti, nummorúmque poſſeſſio.* Nihil deeſt ei, qui gratis dat, quod gratis accepit, & nihil concupiſcit. Abrahamo plurium Regum victori Rex Sodomorum opima obtulerat ſpolia, cui tamen reſpondit ille. *Levo animam meam ad Dominum Deum excelſum, quod à filo ſubtegminis uſque ad corrigiam caligæ, non accipiam ex omnibus, quæ tua ſunt.* Geneſ. 14. 22. Sed paulò poſt factus eſt ſermo Dei ad Abraham per viſionem, cui dixit. *Noli timere Abraham, ego protector tuus ſum, & merces tua magna nimis.* Geneſ. 15. v. 1. Sed ob qualia putas merita, ſpopondiſſe Deum Abrahamo tam amplam mercedem: quodnam perilluſtre virtutis facinus tantam Numinis largitatem promeruit? D. Ambroſius perpendens repudium, quo Abraham oblata ſibi à Sodomorum Rege opima ſpolia reſpuit, in ipſo repudio meritum agnoſcit hujus largioris beneficentiæ Numinis, inquiens: *Et quoniam ſibi mercedem ab homine non quæſierat, Abraham à Deo accipit, ideò ſequitur: Et merces tua magna nimis. Et velut quadam uſuraria largitate compenſat, ut uberiora reſtituat ei, qui captus non fuit oblatione præſentium*; munerum, ac ſpoliorum contemptus uſuraria fuit negotiatio, quâ Abrahamus aucto fœnore plus accepit, quàm reſpuerit: hunc Deus divitijs cumulat, qui divitias ab hominibus accipere detrectat: quæ reſpuuntur oblata ab hominibus, à Deo reſtituuntur aucto uberiori incremento.

Uſurarius ſanè eſt divitiarum contem- 57. ptus, cui Deus perhibetur non tam uberiora

dona-

donare, quàm reſtituere. Hinc eſt, quòd Anna Samuelis mater ad hanc reſpiciens Dei munificentiam in contemptores divitiarum, quæ ab hominibus offeruntur, ait. *Dominus pauperem facit, & ditat: humiliat, & ſublevat:* nimirum Deus bona, quæ ab hominibus fortunæ vocantur, multipliciter verſat, cum qui heri paupertate laboraverat, hodie divitijs affluat: diteſcit ſemper, qui verè pauper eſt, & inopiâ laborat, qui mundi divitijs exundat, pulchrè Cyrillus Jeroſolymitanus. *Qui ad apparentiam divites ſunt, multáque poſſident, in anima pauperes ſunt: quamplura enim congregant, tantò magis eorum, quæ deſunt, concupiſcentiâ tabeſcunt. Fidelis autem vir (quod eſt maximum paradoxum) in paupertate dives eſt:* nimirum ipſa paupertas divitijs exundat, quia ſua ſorte contenta nil concupiſcit, & omnia abundè Deus pauperibus ſuppeditat: divites verò paupertate laborant, quia plura ſemper concupiſcunt, quàm habeant; ac pluribus indigent, proinde pauperiores ſunt non indigentibus: *Dominus pauperem facit, & ditat.* Non igitur ſpes noſtra ſuas in mundi divitijs radices agat, ne exateſcat, ac paupertate laboret.

1. Reg. cap. 2. v. 6.

Catecheſ. 3.

DISSERTATIO XI.

Quæ fumo umbratilium dignitatum, ac honorum ſpes paſcitur, lachrymis potatur, quibus ſperantes intus madent.

§. I.

Sunt dignitates; quibus ſperat ambitioſus inſigniri vepreta; quæ ſuas in corde radices agunt ſperantis, quem tamdiu pungunt, & torquent, quamdiu ille ſperat,

1. IN nullum opus futilius humana occupantur ſtudia, impenduntur labores, funduntur, qui ex defatigatione extorquentur, ſudores, quàm ut honoribus inhiantes, & gloriam ambientes, dignitates enanciſcantur; quibus ſupra cæteros emineant. In ſublime totis viribus nituntur fluxæ dignitatis vanam aucupaturi gloriolam; vel mendacem aliquem acquiſituri titulum, quo mentita illuſtriſſimi nomenclatione perſæpe is ſalutatur, cujus mores tetra vitiorum fuligine obſcurantur, & ipſe inglorius nullo excultæ virtutis clarus nitore jacet denigratus, vitijs mancipatus: éſtque propterea titulus dignitatis purus ſonus ſine re; & dignitas cortex ſine nucleo, fumus ſine flamma, menſa ſine cibis, horreum ſine annona, arca ſine theſauro, ſcrinium ſine gemmis, domus ſine habitatore, pallium ſine philoſophia, & flos ſine fructu: & revera aptè dignitates indignis collatæ pariantur Heliogabali menſæ, quam non ad illicium palati, nec ad virium refectionem, ſed ad oculorum ludibrium amicis Heliogabalus apparaverat, in qua cibi omnes vitrei, aliquid præſeferebant quidem nitoris, qui tamen oculos falleret, ac palatum; cum cibi omnes ad imitationem efficti veritatis irritandæ potius, quàm ſedandæ orexi inſervirent: ſunt dignitates, quas homines appetunt, menſæ vanitatis ad irritandam potiùs, quàm ſedandam famem inſtructæ; extimo videntur nitore ſplendeſcere, oculóſque allicere intuentium; ac ambientibus eblandiri; ſed fucatus eſt nitor in ſola clareſcens ſuperficie ad fallendum intimiùs introſpicientem; ut non abs re Sodomitica diceres æmulari poma, de quibus ait Solinus *cap. 30.* præſeferre quidem illa ſpeciem maturitatis, cæterum ſpecioſæ cutis ambitione, ſavillaceam intrinſecus fuliginem abſcondi, quæ vel levi preſſa tactu fumum exhalet, & fatiſcat in vagum pulverem.

2. Non cenſeas, eſſe præſtantiſſimas, quæ indignis, ac immerentibus conferuntur digni-

captum ex Turcarum Imperatore ad viliſſima victori præſtanda obſequia dejectus, & in luto, cœnóque manibus, pedibúsque innixus adactus fuit terga præbere, & ſcabello inſervire Tamberlano equum aſcendenti; & cui gemmiferum diadema caput ornaverat, pedibus nunc premitur victoris æmuli, quibus gradum exhibet, quò in imum vilioris famulitij ſe dejectum cognoſcat; plures ſunt, quos dignitas in altum extulit, ſimúlque præcipites egit in profundum miſeriarum.

7. Plures fortaſſis è ſalutis excidiſſent ſuggeſto, ſi ad culmen fuiſſent honoris evecti: affinia ſiquidem ſunt ſicut nomine, ita plerumque etiam re, dominatio, & damnatio: is timeat damnari, qui expetit dominari. Ad id dignitatibus inhiant, ut inde aliquid aucupentur gloriæ, quam cum Deo ſurripiant, ſe inde reos conſtituunt: non enim ſuam cum hominibus vult Deus gloriam partiri: ſed cum hominibus fuerit pacem impertitus, totam ſibi gloriam retinuit; idque nos edocuêre in Bethleemitica caula Angelici ſpiritus modulatè reſonantes, ac Paſtorum aures mirè demulcentes vocibus illis. *Gloria in altiſſimis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis*, quæ verba optativè intelliguntur, & hunc referunt ſenſum: gloria ſit in altiſſimis Deo, hoc eſt, laudetur, ac glorificetur Deus in cœlo, omnéſque homines in terris, & ſpiritus Angelici in cœlis Deum glorificent, ac illi jubilent creaturæ omnes, quia natus eſt puer, qui gloria eſt Dei, & Angelorum in cœlis; & pax hominum in terris. Hæ fuerunt voces Angelorum laudantium, ſimúlque, & gratulantium Deo, & hominibus, ac optantium gloriam hanc, & pacem in nativitate Chriſti inchoatam perfici in ejus vita, & conſummari in morte. Gloriam igitur ſoli Deo Angelici ſpiritus tribuerunt in cœlis, qui hominib⁹ pacē attribuerunt in terris; ne quod Deo convenit in cœlo, id homines ſibi uſurparent in terra, ſua contenti pace, quæ gloria eſt Dei; quia tunc ab hominibus Deus glorificatur, cum incrementa pacis ab hominibus promoventur in terris. Gloria igitur tota uni tantùm ab Angelicis ſpiritibus tribuitur Deo: *gloria in altiſſimis Deo:* pax verò hominibus; qui propterea paci ſervandæ, non gloriæ acquirendæ ſtudeant, *ſed diſplicet mortalibus*,
Ep. 126. (ait D. Bernardus) *angelica partitio, quia gloria Deo, pax hominibus nuntiatur: & dum uſurpant gloriam, turbant pacem, ſolus gloriam meretur, qui facit mirabilia magna ſolus: ſicut Apoſtolus ait: ſoli Deo honor, & gloria, porrò cum noſtro genere benè agitur, ſi datur frui pace Dei, pace cum Deo, & quidem feliciter, & miſericorditer. Quónam ergo modo ſtabit pax hominum coram Deo, & cum Deo, ſi Deo non poteſt apud homines tuta ipſe gloria ſua? O ſtulti filij Adam: qui contemnentes pacem, & gloriam appetentes, & pacem perdunt, & gloriam.* Rectè ait Bernardus, homines gloriæ inhiantes, pacem perdere, & gloriam: quia dum gloriam aucupari ſatagunt in dignitatibus, quas exambiunt; pacem à ſe abigunt; mentiſque tranquillitatem excutiunt, & millenis curis, ac ſolicitudinibus ſe commovent, inquietant, ac torquent; quo pacto appetentes gloriam in dignitatibus, quas ſperant, pacem perdunt, quam poſſidebant, imò & gloriam: quam ſperabant, quia cœli via pene eſt invia ijs, qui per gradus honorum, ac dignitatum ſatagunt ad culmen humanæ gloriæ conſcendere.

Inhonorus eſt omnis honor; & indigna 8.
omnis dignitas, niſi intendamus, totíſque viribus contendamus Dei honorem, & gloriam in terris augere: inglorius eſt, qui per gradus dignitatum gloriam, quæ ſoli Deo debetur, quærit, quam ſibi uſurpet: adeò eſt ex prævaricatoris Adami ſuccedanea hæreditate arroganter andax, & audacter temeraria hominum ambitio, ut quæ propria eſt ſolius Dei gloria, hanc ſpe futili expetat ſibi arrogari, ſic ambitio hominis inſoleſcit, quò etiam ipſius Dei gloriæ inſidias, laqueóſque nectat, quam ſibi aucupetur, & intuta ſit à rapaci mortalium ambitu Nominis gloria in propriæ divinitatis etiam aſylo? Quale non expectandum ſcelus ab homine, qui ideò ſuas in mundi honoribus, ac dignitatibus ſpes dirigit, ut inde Dei gloriam ſibi præſumat furari? Quàm infelix eſt quæſtus, qui dum gloriam lucrari nititur, pacem perdit, & gloriam? diſplicet ſperanti in mundi dignitatibus angelica partitio, quâ gloria ſoli Deo tribuitur, & pax hominibus attribuitur. Profectò adhuc crudum Adami poſteri malè carptum in terreſtri paradiſo malum, ac ibi deglutitum pomum ambitioſè eructant. *O ſtulti filij Adam*, exclamat D. Bernardus, *qui gloriam appetentes pacem perdunt, & gloriam.*

Qui in ſperatis dignitatibus ſplen- 9.
dor fulget, oculos præſtringit ſperantium, qui cæcutientes, ibi gloriam quærunt, ubi eam perdunt, eo ipſo, quòd gloriæ inhiant in ſperatis dignitatibus, indignos ſe conſtituunt & dignitate, & gloria. Is honorabilior, ac dignior, qui non tantùm ſua, ſed & ſe ipſum deſpicit; & quò dignitatem, ac honorem minoris facit, pluris fit ipſe; & inæſtimabilis eſt, qui ipſam ſui non æſtimat æſtimationem. Quid conqueritur homo, cum ſit pulvis, & umbra, ſibi honorem non deferri, vel auferri. Quid cruciatur eam non poſſe gloriam ſibi aucupari, nec eam enanciſci dignitatem, quâ ſupra cæteros emineat? qui ſi ſe ipſum introſpiciat, nonniſi viliſſimum ſe pulverem eſſe, omnique prorſus gloria indignum

noverit? Quid eſt homo? umbra, nihil. Quis honoret nihil? quis gloriam umbræ tribuat? hinc ajebat Job. *Redactus ſum in nihilum*, quia homo ex ſe nihil eſt, nihilque valet ultra, niſi ut conculcetur ab alijs. *p. 30. v. 15.* Quòd ſi ita eſt, quæ dementia inſanior, quæ ſtultitia craſſior, quàm velle eorum laudibus honorari, quorum pedibus meretur proculcari? an non ridendus eſſet opilio, & irridendus, ſi quereretur, ſe non fuiſſe in Imperatorem electum? An non delirus eſſet fur, qui dignus, vel plecti gladio, vel ſuſpendi laqueo, ſceptro poſtularet donari, & regia inſigniri corona? An non ſtolidus ille in trivio ſicophanta, qui Principem in Magiſtratu ambiret, & peteret ſedem? cùm enim hujus ſurfuris homines vix digni ſint, qui lictores habeantur, nonniſi dementia laborant, cum eſſe Senatores exambiunt. Quid quæſo eſt homo niſi pura vanitas, & mera vilitas, à ſana igitur dejicitur mente, cùm ſuas in dignitatibus ſpes collocat, ut inde aliquid ſibi aucupetur gloriæ.

20. Quòd ſi pavo quamvis totus formoſus ob oculatam floridæ ſuæ caudæ pompam, ob unicum tamen pedum defectum totus confunditur, & verſicolor illa explicatæ caudæ pompa præ pudore illicò contrahitur: quantò magìs deberet homo confundi, cùm ex ſe nihil habeat niſi ſordidi; nil in ſe contineat, niſi luridi, & cœnoſi? cum ſit pulvis, & umbra; quanto potiore jure ampliſſimas ſuas, ac vaſtas cogitationes deberet contrahere, ipſúmque propriæ pudere temeritatis; cùm gloriam per dignitatum gradus nititur aucupari, veriùs dixerim Deo furari. Futiles ſunt, fugaces, volatiles, ac inſtabiles mundi dignitates, nec veræ ſunt, ſed nuda nomina gloriæ ingerendæ minimè apta. David, qui in throno ſedens Iſraëlis id noverat, laudem & gloriam ſoli Dei Nomini tribuit, *ſicut nomen tuum Deus, ſic & laus tua in fines terræ:* ideò laus Nominis Dei usque in fines terræ, & ultra, *Pſal. 74. v. 11* quia nullo circumſcribitur limite, ſed in immenſum exporrigitur, quia ſuo nomini plenè reſpondet; ídque cauſæ fuit, cur Didimus in catena Græcorum Patrum Dei nomen gloriam dixerit Divinam, ait ipſe. *Nomen divina ſcriptura vocare ſolet gloriam divinam*; quia ſolus Deus actu adfert, quod nomine præfert; ideóque ſuam habet gloriam nomini proprio implantatam, & non dubijs inſculptam notis.

22. Laudi etiam vertitur homini, ſi dicatur eſſe vir ſui nominis, & quod profertur nomine, re ipſâ annuntietur, vel eos imitetur prægrandes viros, qui eodem fuerunt donati nomine: inane autem eſt, quòd res, quæ natura ſua vacua eſt, ac futilis, de nominis ſibi blandiatur excellentiâ, ac glorietur de ambitioſo vocabuli ludibrio, reſqui futili vacuitate; & ibi ſatagat gloriæ aucupari ſplendores, ubi nonniſi tetra caligo obſcuras effundit umbras. Acutè D. Chryſoſtomus ambitionis inanitatem; ac humanæ ſpei in dignitatibus collocatæ vacuitatem ſuggillat, inquiens: *Homil. 1. in epiſt. ad Roman.* *Dignitates temporales haudquaquam quis dignitates dixerit, ſed dignitatum nomina duntaxat:* titulum non merentur dignitatis, quæ in mundo dignitates ſperantur: non ſunt, quod eſſe dicuntur, illuſtria tantùm nomina, ſed re nominis vacua: ad magna nomina negotioſa ſpes ambientium aſpirat, & proinde nonniſi inanitatem ſuſpirat: grandia vocabula ſperat, ſed re vocabuli inaniſſimi exucca: an non mundi dignitates nugaciſſima dixeris eſſe nominum pariter, & hominum ludibria? nugæ ſunt, quia futiles, volatiles, fugaces mundi dignitates; ambientium tamen ſitim excitant, & incitant, movent, & acuunt, & huic extinguendæ ſiti nil aliud mundus propinat, quàm inania dignitatum nomina quovis ſucco vacua, ac proinde extinguendæ ſiti inapta.

Eſt, qui promoveri ſperat ad præfecturam, quam poſt diuturnos labores, plura obſequia alijs præſtita, famulitium exhibitum, tandem enanciſcitur; ſed quid inde? Præfecti nomine inſignitur, nomen inſignis dignitatis acquiſivit; ſi quæras, quid aliud enactus ſit præter nomen? non credas quid aliùd acquiſiviſſe præter anxiam ſolicitudinem, noctes inſomnes, curas perpetuas, exaſperatas lurconum linguas, lividos invidorum oculos, inventas Sicophantarum calumnias, vulgi cenſuram, livorem æmulorum, invidiam inferiorum, famæ naufragium, & plerumque etiam vitæ periculum. Veræ non ſunt, quæ veræ in mundo habentur dignitates, nullum verum poſſunt ſolatium præſtare, cum omni ſint ſolatio vacuæ, & catenam ſecum trahant ærumnarum, laborum, ac curarum. Errant igitur, qui gloriam ſperant in mundi dignitatibus aucupari, *falluntur*, ait D. Auguſtinus, *qui ex honore volatico, & perituro volunt eſſe beati*, hoc minus ſunt, quò magìs ſe eſſe putant. 21. *Concio 2. In Pſal. 31.*

§. II.

Ad magna dignitatum nomina dum negotioſa ſpes ambientium aſpirat, nonniſi vacuitatem; fucúmque volatilem, ac ſpinas ſuſpirat.

VOlatica eſt mundi dignitas, & quæ ex ipſa gloria ſperatur, quia illicò avolat, & in hoc tantùm firma, quia nunquam ſiſtit; in hoc immobilis, quia ſemper movetur ab alio ad alium avolans: nullum mundi dignitas diu beat; ídque ut homines Deus edoceret, 23.

pri-

ptimum hominem piſcibus maris præfecit, & volatilibus cœli : piſces, & volucres ſignatè hominis ſubjiciuntur imperio, quò vel à piſcibus maris diſceret, in mundo dignitates fluctuare; & Regna, ac imperia ſua non carere amaritudine ; & à volucribus diſceret, volaticas eſſe dignitates. Hanc dignitatum fluxibilitatem indicaturi Hebræi ſuis regibus, conſuevetant iiſdem inaugurandis fluenta objicere aquarum. Moris enim apud ipſos fuit, ut cum Rex ſacro chriſmate eſſet illiniendus ad perennes fontium fluentes latices duceretur, ut refert
3.Reg. c.1. v.33. Lyranus ubi de Salomone inaugurando ait David: *Ducite eum in Gibon, & ungat eum ibi Sadoc Sacerdos*, ait Lyranus, *Gibon fons eſt Siloë, ut dicunt Hebræi*; & Abulenſis. *In Gibon, id eſt ad fontem Siloë apud quem ungendus erat*, Ritus iſte Reges inaugurandi ad fluentes fontium rivulos principes edocet, quàm fluxæ ſint, ac labiles mundi dignitates : qui unguntur in Reges dignitatis ſuæ labilitatem, & inconſtantiam in decurrentibus pellucidi fontis laticibus, perinde ac in terſo, politóque ſpeculo aſpiciant: decurrentes undas ſpectent principes, ne ſuper alios elati, nimium efferantur. Delabentes referunt aquas, qui cæteris impetant, ne ſæviant, ut Nero, & Caligula, qui ſedentes in Throno humanitatem exvetunt, quò feritatem induerent, ac ſævirent in homines, non quos regerent, ſed cruenta clade perderent.

14. Fluviis ſunt principes pares ; utinam etiam tales; ut non cœnoſis aquis, ſed puris, pellucidis, nitidis, & à quavis fœditate defœcatis poſſint pariari, & ut fluvij omnium commodis deſervire ; ac in publicam ſubditorum fluere utilitatem appoſitè Agel-
Pſalm 57. lius: *Solet Regis imperium ſcriptura ſacra fluvio comparare per terram aliquam fluenti: ſicut enim fluvij aqua omnibus accolis eſt uſui: ita Regis imperium iis neceſſarium eſt, qui in terris degunt ei ſubjectis : at ſi fluvij aquæ ſalubres ſunt, & nitidæ, omnes ex illis hauriunt, & ad potum utuntur: ſin turbidæ, ac cœnoſæ, ab omnibus reprobantur. Itaque populum Judæorum reprehendit per Jeremiam Deus, quòd auxilio egens fœdere junctus ſit cum Rege Ægypti, & cum Rege Aſſyriorum. Quid tibi, inquit, vis in via Ægypti, ut bibas aquam turbidam? quid tibi vis cum via Aſſyriorum, ut bibas, aquam fluminis? per aquam enim Nili turbidam figuratè potentiam Regis Ægypti ſignificavit, quæ per injuſtitiam, & iniquitatem omnia miſcebat, atque turbabat. Per aquas item fluminis Euphratis, nempe tumentes, & undique cœnum, & lutum ſecum trahentes Regnum Aſſyriorum indicavit, opibus, ac potentia pollens & ſuperbo gurgite fluens.* Quàm aptè mundi dignitates fluviis comparantur? fluunt enim, ac evaneſcunt. Nil firmi, nilque ſtabile in Regum, ac Imperatorum culminibus ſuſpicitur, cùm dignitates non ſolùm fluant, tranſeántque, ſed etiam fluctuent, cùm ſuis non careant Regiæ dignitates procellis, quibus tranquillitas mentis turbatur, & animus moleſtiſſimis plerumque cogitationibus exagitatus fluctuat, non abſque diſcrimine: cùm plerumque etiam vita ipſa fluctuantium cogitationum, ac turbationum obruta moleſtiis naufraga pereat : ſiquidem ut ſcitè cecinit ille

Non ſic vadoſis ſyrtibus Africæ
Alternat æſtus fluctivagos Thetis,
Non ſic ab Euxini tumultu
Una fretis furit æſtuoſis;
Ut ſors potentes invida ſubruit,
Regúmque caſus præcipites rotat,
Reditque crudelis noverca
Quos miſeris peperit dolores.

Suos habet dignitatum pelagus ſcopulos, in quos impingentes, qui dignitatibus inhiant, naufragium incurrunt, ubi felicitatis credebant malaciam enanciſci : ſunt dignitates plerumque ſcopuli ſanguine veluti fluctibus abluti. Quòd ſi maris fluctus vix poteſt quis enumerare; neque curas poteſt illas recenſere, quæ Principum, Regúmque mentes mordent, quia ut notavit 15.
S. Chryſoſtomus ad populum: *Tot Regibus triſtitiæ neceſſitates ſunt, quot maris undæ*: quis ſibi bene compos, & nondum à ſana mente dejectus velit dignitatum culmina ambire, cùm tot ſint curis referta, quot fluctibus mare oppletum? Scio moris olim fuiſſe; quò Regium diadema unguento ex myrrha confecto illiniretur, quo myrrham redoleret; quia nimirum myrrheus odor agnatas Regibus prodit amaritudines, & acceſſitas Regum mentibus curas. Plerumque quæ in ſuprema dignitate ſplendet purpura, roſa eſt, ſeu flos diarius, qui ſuis cingitur ſpinis; hærent ſiquidem iſtæ principatui, ut & ſpinis principatus. Homil. 14.

Inſtituturus Deus Moyſem populi ſui Principem, non in horto ad omnem amœnitatem, & elegantiam conſito, floribúſque ornato, ſed in rubo ſpinis obarmato 16.
ei apparuit : *Vadam, & videbo viſionem hanc magnam:* flagrabat Rubus utrinque flammis cinctus, ac nitido indutus ſplendore, ſed non comburebatur; cùm ſplenderet in ſpinis, non abſumebantur ſpinæ. Dignitatem ni fallor Rubus ſuâ coronatus flammâ clariùs, ac illuſtriùs exprimit, quàm ſi colorum illicio eſſet penicillo delineata : in igne ſiquidem, qui elementorum eſt princeps non adumbratur, ſed clareſcit principis dignitas, cui tametſi ſoleant ab aliis pariari plantæ celſiores, ac arbores proceritate cæteris antecellentes, ut abies, cedrus, palma, laurus; revera tamen inſident rubo ſplendenti quidem, quia flammis co- Exod.3.v.3.

ronato, ſed ſuis etiam cincto ſpinis: Rubus fuit, quem Moyſes Princeps inaugurandus vidit, nec flammis demutari potuit, quin ſpinis cingeretur: ut igitur oſtenderet Deus, ſpinas Principatui nexas eſſe, nonniſi in rubo flammis ſplendente ei voluit apparere; & ſicuti ita rubus ſplenduit, ut ſuas non perdiderit ſpinas; ita vera Principis nota eſt, ſi in hiſce ſpinis ita ſplendeat, ardeatque, ut minimè comburatur, ſpinis cinguntur Reges, ac Principes; quinimò ipſi ſibi ſpinæ ſunt, migrant enim ſpinæ in Principes, & in ſpinas Principes: *Quia ſicut ſpinæ ſe invicem complectuntur*, ubi textus Chaldaicus legit: *Quoniam Principes gentium, qui deprædati ſunt domum Iſrael*, & apud Iſaiam habetur, *ſanctus ejus in flamma, & ſuccendetur, & devorabitur ſpina ejus, & vepres in die una*, ubi Chaldæus habet: *Et concidet, & conſummet Principes ejus, & ſatrapas ejus in die una.*

Nahum. 1. v.10.

Iſaia 10. v.17.

17. Sunt ergo ſpinæ ſibi Principes, hæréntque principatui ſpinæ, & principatus hæret ſpinis; propterea in Rubo voluit Deus Moyſi apparere facturus ipſum populi ſui Principem, quò inde diſceret, dignitatem ſplendentem eſſe rubum ſuis cinctum ſpinis. Quid ni quamdiu rubus exundante flammâ ſplendet ingens ad ipſum concurſus fit, non populorum tantùm, ſed & Prophetarum. Quinimò Moyſes ipſe dimiſſis ovibus, quas paſcebat ad Rubum, & ipſe feſtinavit ejus illectus ſplendore. Obſerva quâ reverentiâ appropinquet ad Rubum Propheta, excalceatur, expalleſcit, balbutit, paſtoritiam virgam coram rubo deponit. Si verum dixerim, quot manuum, vultúſque demiſſiones, quot obſequia, reverentiæ, & humiliationes in aulis Principum coram ſplendente Rubo exhibentur? eſt vir aliquis infimæ notæ favore Principis ad præfecturam promotus, rubus eſt ſplendore ornatus, quamvis, & ſuis cinctus ſpinis: ad hunc Rubum nitore dignitatis ſplendentem, maximus eſt, non ſolùm plebeorum, ſed & nobilium concurſus, huic Rubo ſua exhibent obſequia, offerunt ſervitia, quem tamen non dignarentur affatu, ſi ſplendore non clareſceret præfecturæ. Paſſim videmus homuncionem ex ſarcinatore inter gratiores dominantis clientes relatum, cui & dinaſtæ putidiſſimè aſſentantur, & plerumque non ſolùm plebei, & nobiles, ſed etiam paſtores populorum relictis ovibus in deſerto ad hunc advolant Rubum, aliquid inde hauſuri emolumenti.

18. Verùm licèt Rubus, quem Moyſes viderat, exarſerit in flamma, ſplenduerit in igne, viſio tamen fuit; *vadam, & videbo viſionem hanc magnam*, quamvis videretur flamma in Rubo debacchari; attamen nec ipſum Rubi corticem læſit, nec folia immutavit, nec ſpinas abſumpſit; adhæſit flamma ſpinis, & hæſère ſpinæ flammis, non ut pugnas inirent, & exitium flammæ ſpinis molirentur, ſed ut amico fœdere, paciſque oſculo, ſe mutuò amplecterentur. Adeo ſpinæ dignitatibus adhæreſcunt, ut amico fœdere eiſdem copulentur: adeò dignitas evanida eſt, ut in ſola apparentia totam ſuam explicet pompam; viſio enim fuit, ſeu quædam objecta oculis apparentia: *Videbo viſionem hanc magnam*, cùm enim primùm acceſſit Moyſes, flamma è Rubo receſſit, & nonniſi ſpinæ ſuperſtites manſerunt; & quem flammis ſplendentem Rubum excalceatus Moyſes circumſteterat, flammarum ſplendoribus exutum calceati bubulci amputârunt, & vel ipſæ pecudes, dentibus, cornibus, ungulisque ejus lacerârunt fruteta.

An non Hiſtrionum perſonas referunt mondi honores, ac dignitates? ſicut enim qui in theatro perſonas agunt Regum, ac Imperatorum, abſolutâ fabulâ cùm primùm veſtes exuunt Regis, & Imperatoris, homines deprehenduntur infimæ plebis: ita ſi, quos dignitas illuſtres effecit, videas poſt modicum temporis, eos invenies, vel ſepulchrali cinere ſordeſcentes, vel è faſtigio præfecturæ, è culmine dignitatis præcipites actos in imum ærumnarum. Non unus in Aſſyria fuit Aman, qui licèt ſplenderet ad latus Aſſueri Regis, mox eminuit etiam pendulus è præcelſo patibulo: non unus fuit Romæ Seianus, qui è ſummis Imperatorum favoribus, ac honoribus in Tiberinos gurgites demerſus miserè perijt, & parva fluminis unda acervatos omnes abſorbuit honores, ac dignitatis ſplendorem extinxit. Ad dignitates promoti favore Principum rubi ſunt, qui evaneſcente flammâ omnium patent deriſui, ac crudelitati. Quò altiores evehuntur homines ad honores, ac dignitates, non tumeant, ſed plus timeant, quia ut rectè monet D. Auguſtinus: *Quantò plus honoramur, tantò plus periclitamur*. Is verò plus cæteris periclitatur, qui in honore ſolùm videt honorem, & non pericula; & effertur, ut præ cæteris emineat; non demittitur, quò plura caveat diſcrimina, quæ illi imminent. 19. In Pſal. 139.

Ruinoſi ſunt illi honores, qui nonniſi ſolatia oſtendunt, quibus incautos alliciunt; & pericula occultant, ne caveantur: quamvis ad honorem elati, gaudio videantur perfundi, non tamen vera ipſi afficiuntur lætitiâ, quia humana dignitas, veris gaudijs ingerendis aptam neſcit materiam ſuppeditare, cùm tot ſpinas foveat, quot ſunt mordentes curæ, quæ intus animum lacerant: unde larvatum eſt gaudium, quod in extimâ vultûs cute ridet. Honor in ſola hominum exterorum opinione ſitus eſt, & ab aliorum duntaxat opinione dependet: gaudium autem, ſi verum ſit, non à nuda dependet opinione, neque eſt quid gaudenti extrinſecum, ſed intus animo hæret, quem expulſis moleſtiarum caliginibus ſerenat, & excuſſis curis exhilarat: honor opus non eſt noſtrum, ſed alienum; non enim eſt ho- 20.

nor, honorati opus, ſed honorantis, & proinde eò alienus ab honorato, quò ab altero pendet, non ab ipſo: & parum eſt alieno honorari honore, cùm ſit quid merè extrinſecum, quod nec virtutem auget in honorato, neque meliorem efficit, quin & ſubinde peiorem; honor enim plerumque ſuperbiæ fomitem ſuppeditat: & dignitas ſuperbiam fovet, alitque.

21. Quinimò alieni honores nos extra nos rapiunt, & à ſtudio alienant virtutis: tametſi qui præeſt ſuper alios ſit, ſæpe tamen infra ſe eſt, quia ut ſcitè notat Prima-
Epiſt.237. ſius: *Qui ſuper alios vult eſſe, infra ſe fiet.* Hinc etiam David ſedens in Iſraelis Regio Throno experientia edoctus dixit: *Homo cùm in honore eſſet non intellexit.* Sed ſi quæras, cur non intellexerit, reſpondet D.
In Epiſt. ad Rom. Bernardus: *Quia honor abſorbuit intellectum:* quoties mens hominis ſatagit honori nubere, toties intellectu viduatur. Deſtituuntur intellectu, qui honoribus afficiuntur, quia ſe ipſos quales ſunt, non ampliùs intelligunt; non enim propriam ampliùs cognoſcunt vilitatem, & humanæ obliti fragilitatis, ita vivunt populari aurâ inflati, ac ſi nunquam eſſent morituri. Putat quis ingens eſſe bonum ab alijs honorari, ac in æſtimatione haberi, & in hoc intellectu caret, quia quid ſit verum bonum non intelligit: nullum eſt bonum, quod perſæpe etiam à malis dependet, neque eſt uni bonum, quod ab arbitrio dependet alieno; ſi enim omnibus conceſſum eſſet impunè diviti ſurripere fortunas, eúmque bonis omnibus ſpoliare, nullus certè eo diceretur eſſe infortunatior, ſiquidem qui nunc videtur divitijs affluere, & cùm Crœſo lætari in pinguiori fortuna; mox Codro pauperior adigeretur emendicare. Hanc in honore licentiam eſſe ex eo conjicè, quod honor ab alieno totaliter dependeat arbitrio, poſſintque exteri omnes vel illud tollere, vel multum imminuere: quæ autem deterior, ac miſerior, quàm precaria illa felicitas, quæ in omnium ſit manu, præterquam in noſtra? non enim poteſt ſecura eſſe ea felicitas, cujus conſervatio non à noſtro dependet judicio, ſed ab hoſtium arbitrio, & quæ propterea tot habet pericula, quot fieri poſſunt arbitria: ideóque *homo cùm in honore eſſet non intellexit, quia honor abſorbuit intellectum;* hæc eſt conditio ambientium honores, & dignitates vulgi ſenſum aucupari, & ab his probari, quos improbant, & ab ijsdem improbantur: Satagunt ex honoribus, ac dignitatibus accerſitis gloriolam aucupari; ſed tunc non intelligentes, non gloriæ ſplendorem, ſed fatales exitij umbras enanciſcuntur: *Eſt enim mundi gloria,*
Homil 12. in epiſt.1. ad Corinth. ait Chryſoſtomus, *ſæva bellua, horrendus dæmon, peſtis orbis terræ.* Quis cubare cum bellua ſæviente velit? quis cum horrendo dæmone amico fœdere aſſociari? qui graſſante peſte velit inficiari, ac corrumpi, & tamen *quia homo cùm in honore eſſet, non intellexit*, huic belluæ eblanditur, huic dæmoni confœderatur, huic peſti adhæreſcit: ingloria prorſus eſt gloria illa, quæ plus adfert turpitudinis, quàm referat ſplendoris, ac ſolatij, infeliciter eſt ille felix, qui felicitatem ab alijs emendicat, quam ſibi dare nequit.

§. III.

Qui fore ſperant, ut dignitate inſigniti ſupra cæteros emineant, infra omnes ſe ſudè demittunt, ſéque ad vilem ſervitutem dejiciunt.

QUi olim in olympicis certaminibus 22.
gloriam certando extorquebant pertinaci patientia, fuſique è defatigato corpore ſudoris fluxo argento frondem emebant viridem, cùm potuiſſent ipſi ſine labore, absque quæſtu ſexcentas ſuccidere frondes, totúmque caput viridi coronare pompâ: quod gratis potuiſſent ſibi comparare, id poſt nonniſi plures exantlatos labores, ac ſubita certamina, ac diſcrimina, vix obtinebant. Gloriæ conditio omnino abjecta, ac humilis eſt, cùm turpi plerumque quæſtu ſuos ab aliis expoſcat nitores; quibus talem ſe putat, qualem cenſet ab alijs judicari: quæ fingi poteſt gravior ſervitus, quàm omnes habere Dominos: dignitati qui inhiat tot habet Dominos, quot ſunt, quibus timet diſplicere, ſcilicet omnibus, quorum vultus, nutúſque obſervat, non aliter, quàm mancipia Herum: an non hæc abjectiſſima eſt ſervitus? an non perinde id eſt ac impenſo labore, ac diuturno famulitio vacuam ſibi umbram comparare? vel vireſcens folium, quod citiùs areſcit, quàm manu contrectetur?

Ambitio vani nominis gloriolam con- 23.
cupiſcit, quæ nomen ipſum potiùs deturpat. Magnanima Joabi vox fuit ad Davi- 2.Reg. c.12.
dem: *Dimicavi adverſus Rabbath, & capienda eſt urbs, nunc igitur congrega reliquam partem populi, & obſide civitatem, & cape eam: ne cùm à me vaſtata fuerit urbs nomini meo adſcribatur victoria.* An non fidelis fuit Joabus, & eximius modeſtiæ cultor, cùm gloriam urbis mox à ſe capiendæ, ſibique debitam, & quam eò avidiùs belli duces exambiunt, quò de proſtratis hoſtibus palmas legere ſatagunt, totam in ſolidum vult Regi ſuo Davidi tribuere? Tro-
pologicè id expendens S. Petrus Damianus Lib.6.epiſt.9.
ait: *Militaris homo ad Regalis gloriæ famam gaudet, ſui laboris transferre victoriam, Herodes, & Philippus urbes proprio labore conſtructas ad honorem alter Auguſti, alter Tiberij, Cæſareas appellârunt; & nos qui vitæ hujus pompam abjecimus, imò qui mundo nos mortuos fore juravimus, vani nominis glo-*

riolæ

riolas concupiſcimus, & de rumuſculis frivolæ laudis inflamur. Vitium nonniſi perversè vitio curatur, & ambitio nonniſi infidè ambitione pellitur: certè ſi qua vitiis honores ambientium fides ſubeſt, ex hac Joabi, Herodis, ac Philippi demiſſione ſuam oportet ambientes emendent ambitionem: illi ſiquidem belli imperio potentes cognatam ſibi gloriæ ambitionem diſſimulârunt Principis obſequij velamine: & nos qui Chriſtiana profeſſione, & luſtrali baptismi unda abſterſimus mundi vanitatem, futilem non debemus nominis gloriolam concupiſcere, ut popularis laudis inflemur rumuſculis: *vitæ hujus pompam abjecimus*, ait Damianus, *vani nominis gloriolas concupiſcimus, & de rumuſculis frivolæ laudis inflamur.*

24. Non tamen quos luſtralis baptismi unda ablutos gratiæ, & virtuti puriores ſiſtit, hos hujus mortalis vitæ pompa à vanæ gloriolæ excludit ambitu: imò etiam hi plerumque ſe ipſos perdunt inglorios, cùm in concupita dignitate gloriam arbitrabantur enanciſci: dum enim ſupra cæteros eminere ſatagunt, infra omnes ſe fœdè demittunt; & ad vilem usque ſervitutem ſe ipſos dejiciunt, proinde nulla ſors abjectior, illâ eorum, qui gloriolæ inhiantes in apice dignitatis glorioſi nominis ſatagunt celebritatem aucupari. Quòd ſi quis eâ inſtrueretur arte à Malefica Medæa, vel Incantatoribus Theſſalis, ut vel voce una à ſe emiſſa lachrymas valeret ex geminis elicere oculis, è pectore altos extorquere gemitus, & ex ore miſeros queſtus; certè ejus potentia Tyrannis cenſeretur ſingulis formidanda. Verùm huic tyrannidi obnoxios homines conſtituit vaniſſima mundi gloria, à qua turgidè inflantur: ecce vox unius raucæ muliérculæ, paucula unius agricolæ verba, prolata à ſicophantis convicia, adinventæ ab infidis lurconibus contumeliæ illorum gloriæ dum obfuſcant ſplendorem, immodico mœrore pectora pulſant gloriantium; & animum adeo infeſtant gloriam aucupantium, ut hi præ dolore, vel ex oculis lachrymas ſundant, vel gemitus è pectore edant, vel ſuſpiria è compreſſo corde emittant.

25. Qui enim toto ambitu mundi anhelat dignitates, inde vanam aucupaturus gloriolam, omnibus ſe ſubjicit oblocutionibus, & adigitur omnes etiam ex infima plebe metuere, omnisque ordinis ſexûs, fortunæ homines, ſenes, juvenes, fœminas, viros, nobiles attentè obſervare, ne quis lædatur, ſed omnes geſtu, nutu, voce ſibi captivet, ne quidquam proferant, quòd ejus gloriæ aliquid inferant detrimenti. Et quæ eſt illa timida felicitas, quæ ex linguis aliorum pendula, ſe ipſam torquet? quæ cùm nititur ſplendeſcere, ac cæteris præeminere ſe ipſam extinguit? quapropter Regius Vates hanc
Pſalm. 126. redarguens vanam ſolertiam ait: *Vanum eſt vobis ante lucem ſurgere*, quæ verba elucidans Mellifluus Doctor ait: *Non recti plenè, ſed perverſi eſt animi, ante quærere gloriam, quàm exercere virtutem, & velle coronari, qui legitimè non certaverit. Vanum eſt vobis ante lucem ſurgere.* Ita eſt Serm. 1. de S Victore. fruſtra ad celſitudinem nititur gloriæ, qui priùs non claruit virtute. Quem ambitio inflat; is ſolerter invigilat, quo ad apicem advehatur dignitatis, ut inde gloriam enanciſcatur, ac deſidioſus dormitet; ſed quamdiu ſpes dignitatis obtinendæ urget; hæc ſomno inimica omnem excutit deſidiam, & appetens culminis ſtudium, homines cudit, ſolertes, & induſtrios; quamdiu enim cor faſtigium anhelat dignitatis, ſenſus omnis invigilat: non obrepit tunc greſſibus torpor, non hebetat caligo oculos, non dulce otium manibus, pedibúsque eblanditur, quia ut ait Tertullianus: *illos qui ambitu obeunt capeſſendi magiſtratus, neque pudet, neque piget incommodis animæ, & corporis; nec incommodis tantùm; verùm & contumeliis omnibus enīti in cauſa votorum ſuorum.* Lib. de pœnit. cap. 11.

Nulli decumani in pelago fluctus maris trajectionem ſiſtunt; nulla in montibus prærupta juga metum ingerunt; nulla confragoſa, ac periculis obſita itinera deſiderium coërcent; & quamdiu concupita dignitas ſpem alit; omnis excutitur timor, abigitur tœdium, & avido affectu periculum omne; & imminens malum fatagitur ſuperari, imò neque erubeſcunt infimo ſe addicere famulitio, qui ſpe anhela dignitatem aliquam ſtudent enanciſci: *quas non ignobilitates veſtium affectant?* ait Tertullianus: *Quæ non atria nocturnis, & crudis ſalutationibus occupant? ad omnem occurſum majoris cujusque perſonæ decreſcentes, nullis convivijs celebres, nullis comeſſationibus congreges; ſed exules à libertatis, & lætitiæ felicitate: idque totum propter unius anni volaticum gaudium:* & rectè volaticum dicitur gaudium, cùm fluxa ſit dignitas, quam ambiunt, & fugax gloriola, quam inde aucupantur; nil enim fugacius hâc gloriâ, quæ vix advenit, ſimul evolat; cum incipit, deſinit; oritur ſimul & moritur, cujus uſura eſt propterea volatica mobilibus ſimillima auris vento raptis, adeo ut à Gregorio Niſſeno vocetur gloriola diaria, quæ oriente die naſcitur, occidente moritur; à Plauto herba ſolſtitialis, quæ repentè exoritur, & ſtatim exareſcit: à Luciano ampulla inaurata plena inanitate, quæ ſuopte ingenio crepat, & evaneſcit; à Clemente Alexandrino fictum ſomnium. Quis igitur adeò ſtolidus, ac mente hebes, ut vanam gloriolam, ludibrium plebis, popularem jactationem, inanem pompam, pictam umbram, ficta tentoria velit appetere? quis potiùs plauſus theatrales, ac popiſmata illa, & lenocinantia auribus verba, perinde non nititur declinare, ac verbera; cùm laudes af-

24. (right margin, beside "Nulli decumani")
Loc. ſup. cit. (right margin, beside "ignobilitates veſtium")
Orat. 5. de orat. (right margin, beside "Gregorio Niſſeno")

fectare

ſectare hominis, gloriam celebraré nihil aliud ſit, ait Auguſtinus, *quàm linguis humanis ruinoſa gaudia conſtruere?* Epiſt. 54.

27. Fallitur qui veram putat in mundi dignitatibus gloriam aucupari. Veræ non ſunt dignitates, quas mundus ſpondet, exhibétque eas ambientibus; neque verum ullum poſſunt ſolatium advehere; Hiſtrionum perſonas referunt, quibus adſcititia ſunt Regia inſignia, ut notavit S. Aſterius inquiens: *Sicut Hiſtrionum perſonas propriè & peculiariter eorum poſſidet nemo, ſed pro re, & argumento promiſcuè quisque ſumit; ita terram, fæcésque terrenas quaſi veſtes ex alijs alij induunt. Dic quæſo num aliquid Regno majus? atqui ſcrutare, quæ Regum ſunt: chlamydes conquire Regias, quamplurimas ſanè reperies, quæ Regum multorum corpora texerint, quod & de coronis, fibulis, Zonis cenſendum; omnia nempe hæreditatem inſtabilem, uſúmque eorum communem, & ab ijs, qui abeunt, ad alios qui remanent transſeuntem;* Homil. de Oeconomo iniquitatis. nil habent mundi dignitates ſtabilitatis, niſi quòd ſemper inſtabiles ſint, neque hærere diu valent apud aliquem; plurimum impendunt homines laboris, multum effundunt ſudoris, quo concupitam ſibi dignitatem pretio emant mercenario; inſerviunt enim; ſua ijs præſtant obſequia, à quibus poſſe promoveri ad ſperatam dignitatem arbitrantur, ſolerter invigilant, noctes ducunt inſomnes, labores ſubeunt, alijs utiles, ſibi noxios; nec tamen, licèt ad concupitam evehantur dignitatem; gloriam illâ inſigniti adipiſcuntur, quâ ſplendeſcere, ác nominis immortalitatem concupierant; plures enim ſunt, qui cùm dignitatis culmen inſcenderint, adeo inertiæ, ac deſidiæ ſtudent, otio indulgent, ac ſomno vacant, ut in culmine otiari potiùs inglorij videantur, quàm virtutum culturâ fructus veræ gloriæ colligere.

§. IV.

Quamdiu culmina ſperantur dignitatum, obvia quæque ſuperantur difficultates; cùm verò poſſidentur negliguntur: & quæ ſperata faſtigia ſoporem excutiebant; poſſeſſa ſomnum conciliant, ac ſocordiam accerſunt.

28. CHriſtus ſpectaculum gloriæ ſuæ daturus coram delectis teſtibus, Taboris inſcendit faſtigium, eúmque comitantur tres præcipui Diſcipulorum: *Aſſumit JESUS Petrum, & Jacobum, & Joannem fratrem ejus, & ducit illos in montem excelſum ſeorſim:* Matth. 17. Nox jam ingruebat intempeſta, & cùm jam medium ſilentij tenerent omnia, ut ſacris placet Interpretibus, per montis conſcendunt prærupta, ac ad apicem deveniunt Taboris, ubi formam demutans Chriſtus ſplendidiſſimos radios ex oculis, fronte, & vultu, totóque capite foras emittit, veſtémque induit ſole ipſo clariorem Matth. 17. *Reſplenduit facies ejus ſicut Sol.* Suffecit Evangeliſtæ oratione deſtituto ejus vultum ſoli æquiparâre, eò quia nullum ſit objectum illuſtrius, quod ad noſtros illabatur ſenſus: Mons totus luminibus perfuſus diem vincebat; & ipſi ſilices, cùm rutilantibus cœlorum aſtris de claritate certabant: ſed Apoſtoli cùm debuiſſent tunc ſolertiùs invigilare, & ſingula, quæ in Magiſtro contingebant ſedulo adnotare, quaſi ſocordes ſomno indulgent Luc. 9. 32. *Petrus, & qui cum eo erant gravati erant ſomno:* ibi oculos claudunt, & ſopore merguntur ſomnifero, ubi ſpectaculi novitas debuiſſet eos excitare, ſi fuiſſent priùs ſomno ſopiti.

29. Quòd ſi ſomno indulgent, eò quia inſomnem noctem illam tranſegerint in montis aſcenſu, cur potiùs dum montis inſcenderent faſtigium, gradum non ſtitêre, quò refectis ſomno viribus vegetiores, & alacriores montem inſcenderent? verùm quos nec noctis tenebræ, nec itineris labores à ſuſcepto retardârunt itinere, mox ne Magiſtri aſpiciant ſplendorem ſomno ſopiuntur. Homo erat Petrus, ſuam prodijt humanitatem, cùm ſuam Magiſter manifeſtavit divinitatem; vel dormiens humanos mores ad vivum depinxit Petrus ſomni penicillo, & ſoporis umbris expreſſit. Quamdiu ſpe illectus ad alta conſcendit, nec blando torrentis murmure allicitur, neque nocturnis umbris invitatur, neque ſuſcepto itineris labore perſuadetur, ut ſomno tantiſper indulgeat, viréſque reficiat; noctis intempeſtæ tenebras non pavet; montis rupes ſuperat, culminis ardua penetrat, nullis retardatur obicibus, nulliſque impeditur difficultatibus. Verùm cùm primùm montis attigit faſtigium in ſublimitate conſtitutus incipiunt ejus oculi ſopore gravari; & cùm ejus Magiſter excuſſis nocturnis umbris clariſſimam, ac ſerenatam aperuerit ſuæ divinitatis diem, quâ Petrus debuiſſet potiùs ad DEI laudes concinendas allici, perinde ac aviculæ ad ſolis ortum modulantur, plaudúntque argutè diei natalitio; os Petrus claudit, ſilet lingua, gravatur oculis, & ſopore occupatus indormit, & inter vividioris luminis ſplendores ſomno placidâ indulget ſocordiâ. Pulchrè Theophilactus in Catena expendens verba Luc. 9. *Petrus & qui cum eo erant, gravati erant ſomno*, ait: *Petrus ſomno deprimitur, infirmus enim erat, & quod humanum erat, implevit.*

30. Hominum mores expreſſit Petrus cùm primùm eminuit, ac montis attigit ſummitatem: id agunt homines; quamdiu ſpes dignitatis alicujus obtinendæ eos alit, labores non refugiunt, vigilias protrahunt, pericula non metuunt, itinera ſuſcipiunt, corpus reficere non curant, qui tamen ſperatâ donati dignitate, cùm deberent ſtudio in-

Digitized by Google

vigilare virtutum, beneficijs inferiores cumulare, omnibúsque prodeſſe, placidâ ſocordiâ ſomno indulgent, plúsque ex acquiſita dignitate plerumque hauriunt dedecoris, quàm gloriæ: *quod humanum erat Petrus implevit*, tunc ſomno indulſit, cùm primùm montis faſtigium attigit: neque, quod humanum erat, impleviſſet, ſi in ipſo dormiviſſet aſcenſu; cùm adhuc ſpe urgeretur, eminentiam illam montis enanciſcendi: quamdiu dignitatis culmen ſperatur ſomni ſocordia excutitur, gravitas oculorum abigitur, & vigili vultu, greſſúque expedito per montis prærupta, ac clivoſa tuſcenditur, difficultates itineris vincuntur, labores ſuperantur, & vel ipſæ noctis tenebræ videntur in luce clareſcere; ſpes enim culmen enanciſcendi dignitatis, labores lenit, ſudores ſiccat, difficultates removet, clivoſa itineris explanat: ſed cùm primum ſperata dignitas poſſidetur, ſomno indulgetur; & non gloria, ſed dedecus ex dignitate hauritur, ideóque Petrus impleturus quod humanum erat, ſomno deprimitur, cùm primùm montis faſtigium attigit.

31. Jobus propriam ingemiſcens conditionem, ſimúlque deplorans hominis ſta-
Cap.3.v.12. tum querulus ait, Job.3. *Quare exceptus genibus? cur lactatus uberibus? nunc enim dormiens ſilerem, & ſomno meo requieſcerem cùm Regibus, & Conſulibus terræ, qui ædificant ſibi ſolitudines.* Quid? quòd Jobus veluti propriæ pertæſus calamitatis, & quaſi ipſum pœniteat vitæ, pudeátque humanæ ſocietatis, ſolitudinem quærat, ubî ſomno indulgeat, & ſilentibus cunctis indormiat, non quidem, licèt in ſolitudine, ſolitarius, ſed cum Regibus, & Conſulibus terræ, qui ædificant ſibi ſolitudines? quomodo ait Jobus Reges, & Conſules terræ, ſolitudines ſibi ædificare, ibique dormientes ſilere? ſi Conſules ad id inſtituuntur, ac eliguntur, ut Reipublicæ clavo vigiles præſint; quomodo ſomno ſepultis dicuntur ſimiles? ſi purpura induti, faſciiſque ornati ſplendent excubantes ſuper populum, quem regunt, ejúſque commodis ſtudent, quomodo ſolitudinem dicuntur ſibi ædificare, cum populorum ſemper ſtipentur frequentijs? quomodo ſilere dicuntur, ac ſomno ſopiri, qui querelas audiunt populorum, eorum lites dirimunt, jus dicunt, ſententias proferunt, viduarum lamenta audiunt, miſerorum ærumnis opitulantur? ſi Conſules creantur, ut Reipublicæ curas relevent, negotia expediant, commoda populorum promoveant, pauperum miſerias ſublevent; quomodo dicuntur indormire, qui curis vacant? otio indulgere, qui Rempublicam adminiſtrant? ſolitudinem ſibi ædificare, qui populorum ſtipantur frequentijs?

32. Si igitur Jobus terræ conſulibus, ac regibus pariaretur, non dormiens ſileret, nec ſomno ſuo requieſceret, cum Regibus, & Conſulibus terræ. Literalis tamen ſenſus fit ſtatim obvius; ait enim Jobus æqualem ſortem æquè Reges, & Conſules, ac pauperes, & miſeros manere in pulvere ſepulchri: quamvis enim Reges, & Conſules marmoreis tumulis exotici lapidis cruſtulâ intextis, pluriméque emblemate ornatis ſepeliantur, & pauperes, ac abjecti homines exigua includantur fovea; omnes tamen adæquè putredine ſcatebunt, verméſque ſaturabunt, ac putreſcentes in cineres abibunt. Reges igitur, & Conſules, perinde ac pauperes, & ærumnoſi poſt volaticos hujus vitæ dies ſolitudinem ſibi ædificant in ſepulchro, ubi dormientes ſilent; & hæc eſt illa quies, quam Jobus optaverat, cùm dixit, *Somno meo requieſcerem cum Regibus, & Conſulibus terræ, qui ædificant ſibi ſolitudines.*

Senſus verò moralis eſt, Conſules non creari ad volatica faſtûs gaudia, ſed ad operoſa negotia: illis enim honor, quaſi laboris ſalarium impenditur, quâ mercede illecti labores minùs ſentiant, curáſque libentiùs admittant: verùm ſunt ex Conſulibus, qui cùm primùm prætextam induunt, regiminis faſtidientes onera, ac ſtudia averſantes Reipublicæ, viventes in corpore, Ita otio indulgent, dormiúntque deſides, ut mortui videantur jam tumulati vivo in corporis ſepulchro: quò Magiſtratum enanciſcantur, ſeu quamdiu ſpe aluntur obtinendæ dignitatis ſolertiam oſtentant, labores affectant, vigilias protrahunt, qui tamen cùm primùm fuerint ſperatam enacti dignitatem, quaſi poſt ſuſceptos labores defeſſi incipiunt indormire, propriæ quieti ſtudere, ac commodo incumbere. Conſulibus ergo ſimilis ſomno requieſceret Jobus, quia nonnulli dignitatem enacti; mox felicitate eblandiente marcent ignavis ſomnis; vel voluptati addicuntur; quorum officium eſt populorum ſtudere utilitati; & utinam plerumque perniciem non molirentur, & de aliorum ruinis inſana ſibi ædificârent palatia, pauperum ſudoribus madentia. 33.

Id hominibus ſolemne nullis parcere laboribus, omnéſque ſuperare difficultates, quamdiu ſpe acquirendæ dignitatis aluntur: qui tamen ejus culmina adepti nullos amplius labores ſubeunt, & ſuis duntaxat, non alienis ſtudent commodis, de quibus propterea dixit Regius Vates: *Dormitaverunt,* Pſalm.75.
qui aſcenderunt equos: non ſomno indulſere, antequam equum conſcenderent, nec v.9.
cùm aſcenderent, ſed poſtquam aſcenderunt, quia regiminis jam occupantes habenas indormiunt propriæ vacantes quieti, cùm tenerentur tunc labores ſubire, equi audaciam frœno compeſcere, eúmque ignavum adactis aliquando calcaribus incitare, eùm ad id equum conſcenderint, ejúſque habenas eiſdem fuerint conceſſæ, non ut ſopore obruantur, ſed ut vigiles equum dirigant, regántque, ne à recto declinet tramite: appoſitè D. Ambroſius ait: Lib 1. de Na-
Aſcenſores eos, quàm equites, vel agi- botho cap.11.
tatores maluit nuncupare: agitator enim

cum

eum diſciplina, & arte pro arbitrio ſuo equos agitat, vel currentes incitat, vel reflectit indomitos, vel evocat fatigatos, vel manſuetos pro ſua voluntate convertit: unde cùm reciperetur Elias, & curru quaſi ad cælum ferretur, clamavit ad eum Eliſeus: Pater agitator Iſrael: hoc eſt, qui populum Dei bono ductu regebat. Equos aſcendit Elias non ut dormiret, ſed quò eos regeret: Aſcenderunt alij equos, & ignaviter dormitârunt, ſed hi aſcenderunt, non ut regerent, vel regnarent, ſed ut deſides otio marceſcerent.

35. Plures ſunt, qui etiamnum equos aſcendunt, ut dormitent, qui antequam aſcenderent, invigilârunt. Non promoventur ad dignitates homines, ut propriis ſtudeant commodis, ſed ut populo ſibi concredito inſerviant, ejúſque commodum nitantur pro viribus promovere; quod exemplo efficaciùs, quàm verbis edocuit Rudolphus Imperator Auſtriacus. Nam cùm frequentior ad eum foret populi concurſus, & per ſatellitium quoſdam tenuoris fortunæ homines ſatagentes ad ſe venire, ſubmoveri adverteret, non abſque ſtomacho, quadam correptus ira, in illa fertur prorupiſſe verba *Propter Dei amorem ſinite homines ad me venire. Non enim ideo ad Imperium vocatus ſum, ut in arcula includar, officium meum eſt omnes audire.* Suo non funguntur officio, qui cùm primùm enacti ſunt, quam ſperaverant, dignitatem, propriis duntaxat ſtudent commodis, ut propriæ indulgeant quieti nil curantes de alijs: hi enim dormiunt poſtquam aſcenderunt equos, ſeu ad dignitates pervenerint, quas ſperaverant: qui alijs præſunt, ac imperant, fluvios debent imitari, qui in commodum omnium fluunt, ut omnibus ſint obvij, ſingulis expoſiti, nulli ſe negent, & à nullius ſe commodo ſurripiant: in hoc ſe fluvijs pares reddere par eſt alijs præſidentes.

36. Populi etiam aquis pariantur, & ſub hiſce aquis ſunt, qui populos regunt, húcque pertinet illud D. Gregorij quod habet in Cap. 26. Job: *Gigantes ſub aquis; quia nimirum magnates, & Principes ſub aquis populorum gemunt, in quos dominantur.* Quòd ſi Spiritus Domini in mundi molitione ferebatur ſuper aquas; Regum Spiritus, & mens debet etiam aquis ſubjici; quia ſervire illis debent, quos regunt: neque audiendi ſunt Philoſophi aſſerentes, aquas in loco ſuo nativo, ac centro non gravitare; quia licèt id phyſicè veritati ſit conſonum; moraliter tamen, ac metaphoricè populorum aquæ adeò gravitant, ut illis ferendis vix ullus ſit par: hinc Moyſes ipſe quamvis validioribus ſuffultus viribus, conqueſtus de nimio, Numer. 11. quo gravabatur, onere, dixit: *Cur impoſuiſti pondus univerſi populi ſuper me, non poſſum ſolus ſuſtinere omnem hunc populum, quia gravis eſt mihi.* Hæc curarum onera quibus premuntur, qui alios regunt, cùm obſervâſſet D. Gregorius ait: *Quantò quis* Lib. 17. moral. cap. 12. *altiùs erigitur, tantò curis gravioribus oneratur, eiſque ipſis populis mente, & cogitatione ſupponitur, quibus ſuperponitur dignitate.*

Is rectè præeſt, qui ritè ſubeſt, & quibus imperat impenſiùs ſervit, quò ſe ijſdem beneficum præſtet; & quos regit etiam ſuſtentet; adeo ut qui Reipublicæ clavum tenet; clavi & ipſe munus obeat, ſéque ſubditis ſuſtinendis, ac animis diſſidentium nectendis adaptet, utrumque munus clavus præſtat, ſuſtentat enim quæ lapſui ſunt obnoxia; & quæ diſſidiorum divortio ſejunguntur amico fœdere nectit. Hinc Iſaias Cap. 54. v. 2. ait: *Et clavos tuos conſolida*, ubi Paraphraſtes Chaldæus vertit: *Et Principes tuos corrobora*, ac ſi Principes, & in ſublimioribus conſtituti dignitatibus clavi ſint, à quibus cæteri pendeant, & quibus ſubditi inter ſe nectantur ſub uno Principe amicè confœderati. Qui præſunt prodeſſe debent, quibus præſunt, ac beneficijs eos cumulare, ac bonum commune promovere; neque nova debent ſubditis vectigalia imponere, niſi urgens neceſſitas tuendæ Reipublicæ id expoſtulet, ſed potiùs debent ipſi vectigales eſſe miſerorum neceſſitatibus: Deus ipſe licèt non neceſſitate coactus, ſed propria bonitate compulſus, tributa, ac beneficia hominibus ſolvit; & tunc uberiori largitate eſt nobis beneficus, cùm depulſis miſeriis, ac neceſſitatibus ea nobis ſuppeditat auxilia, quibus & ſua commendatur pietas, & noſtræ conſulitur ſaluti. Excellentiæ, ac præeminentiæ argumentum eſt inferioribus prodeſſe, eóſque tutari, ac eorum abigere diſcrimina: ſcitè Seneca, *Naturæ eſt potio-* Epiſt. 91. *ribus deteriora ſubmittere, mutis quidem gregibus, aut maxima corpora præſunt, aut vehementiſſima: non præcedit armenta degener taurus; ſed qui magnitudine cæteros mares vincit. Elephantorum gregem excelſiſſimus ducit: inter homines pro ſummo eſt optimus: animo itáque rector eligebatur: idéóque ſumma felicitas erat gentium, in quibus non poterat potentior eſſe niſi melior; hi continebant manus, & infirmiores à validioribus tuebantur.*

38. Inſignia igitur eorum, qui faſtigio inſident dignitatis non eſt purpurâ ſplendeſcere, divitijs affluere, diademate multiplici gemmâ irradiante caput ornare, ſceptrum manu tractare, latera Proceribus ſtipare, deliciis diffluere; ſed ſubditorum pericula propulſare, alienas miſerias diſpellere, ærumnoſis opitulari, indigentibus opem ferre, lugentium lachrymas impertitis beneficiis exſiccare, viribus deſtitutos fulcire, & afflictis omnibus ſolatio eſſe. Idque Deus ipſe edocuit, cùm civitates refugii ſignavit, ac Levitis adſcripſit, ut qui divina tractarent, & alios muneris excellentiâ

prærent, & officij ſanctitate præeſſent, ſe illorum etiam neceſſitatibus vectigales agnoſcerent: *Separate urbes fugitivorum, de quibus locutus ſum ad vos per manum Moyſi, ut confugiat ad eas, quicunque animam percuſſerit neſcius.* Joſue cap. 20. Hæ refugij civitates, quia tuendis afflictis, ac ærumnoſis fuerunt inſtitutæ, fuerunt etiam Levitis extraditæ, ac in montibus ſitæ, ut notavit Hugo Carenſis inquiens: *Omnes hæ civitates ſunt in montibus, id eſt in eminentia bonæ vitæ: Item omnes hæ civitates ſunt Levitarum*, ſeu eorum, qui Eccleſiaſtici erant ordinis; quia ad præſules præſertim Eccleſiæ pertinet miſeros tueri, pauperibus opitulari, & aliena pericula propulſare.

39. Montium apicibus ſita dicuntur miſerorum aſyla, profugia periclitantium, urbes refugij; & à Numine Levitæ inſtituuntur harum urbium Rectores, quò miſerorum ſint tutores, non ut pecunias congerant, ſed eas miſeris profundant, non ut proprijs commodis indulgeant, ſed ut alienæ ſtudeant utilitati: & revera in ipſius Eccleſiaſticæ dignitatis probrum vergeret, niſi periclitantes in ipſis refugium invenirent, afflicti ab ijſdem ſolatium haurirent, miſeri auxilium acciperent. Hinc eſt quòd ſponſus ſponſæ recenſens encomia, ac deſcribens qualitates, corporiſque præſtantiam, ejus capillos capiti proximiores capris pariaverit haud infœcundis, ſed gemello etiam Cant. 4. v. 1. fœtu gravidis: *Capilli tui ſicut greges caprarum, quæ aſcenderunt de monte Galaad; dentes tui ſicut greges tonſarum, quæ aſcenderunt de lavacro, omnes gemellis fœtibus, & ſterilis non eſt inter eas:* pulchrè ſponſæ capillos capris pariavit, non exſuccis, & ſqualidis, ac ſterilitate laborantibus, ſed geminos fœtus alentibus in utero, tenellóſque nutricantibus partus: non quia capilli capitis divagentur in vertice; perinde ac capræ montium paſcuntur in apicibus, ſed quia capilli capitis ſunt ornamenta, quæ tegunt, ac protegunt.

40. Per capillos igitur capitis in dignitatibus conſtituti, qui capita ſunt inferiorum, deſignantur, quò inde inferamus; ideo per capillos ſponſæ, qui dignitate inſigniuntur ac cæteris præſunt à cœleſti ſponſo commendantur, ac promeritis excipiuntur laudibus, quia pares ſunt capris non ſterilitate laborantibus; nec exſuccis, ſed gemino fœtu plenis, & lactis copià abundantibus: capræ, natura ipſa edocente, addiſcunt lac ſuis miniſtrare fœtibus, & alta montium cacumina inſcendere quidem, non ut ſibi ſalubriora acquirant paſcua, ſuiſque duntaxat conſulant indigentijs; ſed ut illa montium divagatione, herbarúmque exhibita ſibi copiâ pinguius acquirant lac, quod tenellæ ſoboli reficiendæ, ac alendæ profuſiùs ſuppeditent: qui igitur in capitis vertice eminent capilli, ſeu qui in ſublimioribus ſunt dignitatibus conſtituti rectè capris exæquantur, quæ ſicut ſentiunt ſe naturæ lege obſtrictas indigentibus fœtibus, ac tenellis partubus ſolatium adferre, ac neceſſaria ſuppeditare alimenta, quibus & vires reficiantur, & corporis membra ſubeant incrementa: pari ratione Eccleſiæ præſertim præſules munificâ largitate debent ijs beneficia impertiri, quibus præſunt, & capram imitari, quæ per inacceſſa proſilit, quouſque in cacumine montis emineat, non ut propriis tantùm ſtudeat commodis, ſed quò aliorum etiam conſulat indigentijs; debent in Eccleſia præſules, qui in dignitatum eminent faſtigijs, ac in montium paſcuntur cacuminibus, ita ſibi conſulere, ut curam non negligant ſubditorum; ſed ijſdem pinguius, dulciúſque lac ſuppeditent: qui enim capillorum inſtar in vertice capitis, ſeu in præeminenti fulgent dignitate, inferioribus paſcendis, ac miſerijs, quibus premuntur levandis, ac ab anguſtijs, quibus anguntur, liberandis, ſe noſcant obnoxios: appoſitè D. Ambroſius expendens præcitatum textum ait: *Quod ſpecie de capris dicitur, myſticè de Eccleſiæ grege ſentiendum, nec vilia tibi animalia iſta videantur; vides quòd in altis grex iſte paſcitur, audax in monte; ſpectantur oves à paſtoribus ſuis dumoſa de rupe pendentes, ubi luporum incurſus eſſe non poſſunt, ubi fœcundæ arbores fructum integrum ſubminiſtrant: cernere licet ubera lacte diſtentas matres, ſuper teneram ſobolem materna pietate ſolicitas, ideo elegit eas Spiritus ſanctus, quibus cœtum venerabilis Eccleſiæ compararet.* Cant. 4.

Prodeſt igitur caprarum eminentia te- 41.
nellis fœtibus, ac proficua eſt imbecillibus, quia quod in vertice ore carpunt, dente conterunt, ſtomacho digerunt, id per ubera tenellis fœtibus jam ſemicoctum ſuppeditant, quo non multùm defatigentur in lacte digerendo, ſed ſtatim reficiantur, vires corroborentur, & inde incrementum ſubeant: hiſce ſunt pares capris, qui ab Eccleſia in montis vertice, in dignitate ſublimi paſcendo dominico gregi vocantur, ſeu quos ipſi redditus, annuóſque proventus accipiunt, ita ijſdem ſibi conſulunt, quò ſubditorum, ac pauperum non negligant imbecillitatem corroborare, ac deficientes vires reficere: ſiquidem ad ſublimia aſcenderunt; montium occupant faſtigia, ut in valle humiles, ac indigentes juvent, eíſque neceſſaria ſuppeditent. Officium paſtoris eſt oves paſcere, eáſque tueri, ſuperfluam quidem tondere lanam, non cutem detrahere, nec ſanguinem elicere; tondere, non deglubere debent.

❋ (o) ❋
❋

§. V.

§ V.

Speratas, qui in eccleſia dignitates conſequuntur; ita earundem proventibus ſibi conſulant, ut neceſſaria ſuppeditent indigentibus, ſintque afflictis ſolatio.

42. DAvid cum per montium ſpecos diu delituiſſet, & fame urgeretur, ac precariò viveret, Legatos miſit ad Nabal, ut egeoti opem mitteret, & afflicto ſolatio eſſet, & ne petita ſibi denegarentur; opportunitatem, ut faciliùs Na-
1. Reg, cap. 25. v. 20. balem ad ſua traheret vota, expectavit. *In die bona venimus, quodcunque inveneris manus tua, da ſervis tuis, & filio tuo David;* ſed Nabal, ut erat vir agreſtis, & auſterus, ipſa comitate irritatus, non ſolùm petita non conceſſit, ſed muneribus experitis con-
1. Reg. cap. 22. tumelias ſubſtituit. *Quis eſt David, & quis eſt filius Iſai?* ſed ſi agreſte prodijt Nabal ingenium, & miſſos ad ſe nuntios craſsâ repulit ruſticitate; animi ſui generoſitatem oſtendit Achimelech, cùm panem ab illo ex-
1. Reg. 21. petijt: *ſi quid habes ad manum, vel quinque panes da mihi, aut quidquid inveneris:* munifica enim largitate ſanctificatum præbuit panem, quia communis illi non erat, *dedit ei ſacerdos ſanctificatum panem,* ſed cur Abimelech ad ſanctificatos recurrit panes, cum Nabal communes dare noluerit? quid? quòd Achimelech petenti ſtatim ſatisfecerit, ac petitioni induſſerit, cum Nabal agreſti ruſticitate Legatos à ſe repulerit, ne panes, qui communes erant, Davidi daret, quibus moleſtias propulſaret famis, ac collabentes reſtauraret vires? nimirum Achimelech non recuſavit panes extradere quamvis ſanctificatos, & non communes, quia non ut Achimelech, ſed ut ſacerdos panem egeoti ſuppeditavit: *dedit ei ſacerdos ſanctificatum panem:* non meminit ſcriptura Achimelechi, ſed ſacerdotis, quo inde eccleſiæ præſules edoceret, muneris ſacerdotis eſſe famelicos paſcere, ſitientibus hauſtum exhibere, egentibus ſubvenire, ærumnoſis ſolatio eſſe, miſeros recreare, & famis moleſtias depellere, paupertatis indigentias ſupplere: quod Nabal vir agreſtis inurbana ruſticitate dare negavit, id ſacerdos ſtatim exhibuit.

43. Sed Nabal tametſi abnuerit, injuriam tamen ſtatim non attulit: ſed notam ſibi duntaxat viri agreſtis, ac rudis intulit: Achimelech verò, ſi petitos ſibi panes denegâſſet, ſacerdotij læſiſſet dignitatem, quia ſacerdotalibus inſigniti infulis tenentur ex officio dominicum gregem paſcere, eorum miſerias excutere, & neceſſaria ad victum pauperibus ſuppeditare: tunc proprium adimplent officium cum pauperum detrimenta munerum largitionibus abigunt, & profuſis pecunijs indigentium animos recreant. Achimelech ſacerdotij dignitati injuriam intuliſſet, ejùsque ſplendorem innubilâſſet, niſi indigentis tunc Davidis mordacem famem expuliſſet, ejùsque neceſſitati panum largitione conſuluiſſet. Notat Gloſſa Moralis Achimelech Chriſti exprimere imaginem, inquiens: *Per iſtum Achimelech benè ſignificatur JESUS Chriſtus, nam Achimelech interpretatur frater meus Rex. Chriſtus autem frater noſter eſt:* non rectè igitur Achimelech Chriſti expreſſiſſet imaginem niſi famelico Davidi panes quamvis non communes ſuppeditâſſet.

Qui à Deo ad ſacerdotij præſertim dignitatem eligitur, is ſe beneficum debet omnibus exhibere, quo cunctis proſit, & nulli obſit. De Theodorico Rege ajebat Caſſiodorus. *Exeunt à nobis dignitates relucentes, quaſi à ſolis radijs, ut in orbis noſtri parte reſplendeat cuſtodita juſtitia: ideo enim tot emolumentorum commoda ferimus, ut ſecuritatem Provincialium colligamus: meſſis noſtra cunctorum quies eſt.* Munificæ largitiones ab eo, qui eſt in apice dignitatis, perinde dimanant, ac in alios derivantur, ut è ſolari diſco radij profluunt in communem rerum utilitatem: non ſibi duntaxat ſol fulget, ſed alijs ſplendet beneficus. Principis exhibet ſol imaginem, fertur enim medius alios inter planetas ampliſſima poteſtate, ac magnitudine; regitque non ſolùm temporum partitas periodos, & reliquis munifica largitate communicat nitores ſyderibus; verùm etiam in terris plantarum, ſtirpium, herbarúmque genera omnia fovet, utilitatem animalium, ac hominum commoda promovet: & licèt nil ſit in hoc ſpectabili mundo ad ſpeciem pulchrius, ad ſplendorem nitidius, ad agendum efficacius, omnibus tamen ſe beneficum præbet, rebúſque omnibus gignendis opem ſuam præſtat. 44.

Lib 6 variar. cap 26.

Qui in ſublimi eminet dignitate ſolem, neceſſe eſt, imitetur, ita debet illuceſcere, 45.
ut ſuos alijs non deneget ſplendores, quòd ſi radios nequit in alios diffundere, pecunias tamen poteſt profundere, quibus triſtitiæ tenebræ, ac mœroris umbræ excutiantur in pauperibus; & mentes ſerenentur, recreentúrque indigentium; pulchrè ajebat Caſſiodorus, inducens Theodoricum Regem loquentem: *Honorem noſtrum ſolâ vos optamus adgratulatione ſentire, & regnantibus bona petere, qui veſtra deſideria viſi ſumus præſtitiſſe.* Is utiliter, ac rectè præeſt, qui ad omnium votum imperat: egenus tamen nil impenſius deſiderat, quàm auxiliatorem habere; neque cæcus quàm ductorem ſortiri; nec miſer, quàm ſibi opitulantem. Id debet princeps in terris præſtare ſibi ſubditis, quod ſol in cœlis ſyderũ turmis, quibus munificâ largitate ſuas impertitur ſplendorum divitias, quibus diteſcunt, ac illuceſcunt;

11. vari. 49. cap. 2.

uno enim à ſole, qui eſt cœli oculus, dúxque temporum, mundi lampas, ac perennis totius luminis fons, ſuos reliqua ſydera hauriunt, mutuantúrque nitores, quibus veluti nobiles gemmæ rutilant, cœlúmque exornant, & hominibus humi ſtratis nocturnas inter tenebras collucent, ac fluxa pelagum trajicientibus præſignant itinera. Quòd ſi ſol avaritiâ correptus ſuos reliquis aſtris denegaret ſplendores; quid faceret luna, quæ ſolius munere ſolis, cœlo & nobis illucet? nonne obſcura mœreret? nihil in terris, marique gigneret; noctes illunes nonniſi terrores ſpargerent; ſydera, & planetæ fruſtra ſuis converſionibus mundum circumirent; & nautæ per deſpumantes concitati maris fluctus veluti cæci errarent, & in ſcopulos illiſi naufragi perirent.

46. Non ſolùm in reliqua eſt ſol beneficus ſydera, verùm & in terreſtria quæque, adeò ut licèt princeps ſit Planetarum, ac principis ſit inter ſydera dignitate inſignitus, non tamen dedignetur terreſtribus inſervire, ac prodeſſe; quaſi enim eſſet mundi cor, ac communis omnium vegetabilium, ſentientium, ac inanimatorum parens, cœleſti ſuo calore omnia promovet, ac fovet; vi ſui præpotentis luminis è ſemine exiguo in concipientem matrem terram projecto, fibras, ſurculum, & vitam educit herbuſculæ; terrámque excitat, quæ ſuo ſucco plantas enutriat, quò valeant adoleſcere, augeri, ac ſuis perfici incrementis, quibus foliorum comis veſtiantur, florum elegantijs ornentur, ac fructuum ubertate diteſcant. Non ſolùm in uno terrarũ tractu ſe ſol beneficum prodit: ſed ab oriente veluti per gradus quoſdam in meridiem contendens, nunc hanc, nunc illam ulterius regionem diffuſis radijs illuſtrat, quibus cum afficiuntur in pratis vireta, in hortis flores, in campis ſegetes, in collibus vineta, in montibus arbuſta, & in ſylvis arbores, germinant, vireſcunt, lætantur, rident, & arrident. Ubi verò in meridie, ſeu cœli faſtigio ſol ſiſtit, tum valles omnes, ac montium clivoſa ſuo radij pennicillo pingit, lucéque ſua illuſtrat ac eleganti lucis, & umbræ mixtione colorat; tum æquoris longè, latéque diffuſſa ſpatia, aërísque immenſitates fulgentiſſimo ſuo lumine perfundit, ac replet; niſique præterit opia ſuæ indigum, cui non ſe beneficum exhibeat.

47. Qui in eccleſiaſtico eminet cœlo, ſolem neceſsè eſt æmuletur, ut non ſolùm nitore virtutum, ſplendore ſanctitatis eluceat; verùm etiam ſe præſtet omnibus beneficum; quò omnibus proſit, ignorantiæ tenebras excutiat, errorum caligines abigat, diſſipétque ærumnas, ac miſerias pauperum avertat. Is enim regiminis nitore rutilat, qui omnium ſupplet indigentias, omnéſque juvat, quibus etiam ſpeciali jure tenetur opitulari, ac indigentibus ſubvenire teſte Apoſtolo; qui in Diſcipulorum Domini locum ſuffectus ajebat. *Omnibus omnia factus ſum, ut omnes facerem ſalvos,* 1. Corinth. 9. v. 22. & quaſi verus, ac ſacer Protheus omnium formas omnes induebat, quò alij miſerias exuerent, errantes ad viam reverterentur ſalutis, ſedentes in umbra mortis ad auram reſurgerent vitalem; & jacentes in tenebris Ethniciſmi, evangelica luce perfuſi ſerena divinæ gratiæ luce perfunderentur: *Factus ſum Judæis tanquam Judæus, his qui ſine lege erant, tanquam ſine lege eſſem.* v. 20. Cum lucris ſduntaxat inhiaret animarum, miſeris opitulaturus, & devios per rectum ſalutis ducturus tramitem, ſe veluti emptitium exhibuit. Tunc enim Hebræorum ferè omnes ab Avita degeneres Patrum religione, terreniſque inhiantes divitijs, vitiíſque ſordeſcentes ab omni virtutum decore extorres miſerè premebantur jugo duri famulitij, quin & ſub haſta vendebantur ipſis Dominis odioſi. *Vendiderunt hoſtibus, qui habitabant per gyrum, nec potuerunt reſiſtere adverſarijs ſuis.* Judic. cap. 2. v. 14. Sed tunc ſuſcitavit Deus Judices, qui eos liberarent de manibus vaſtantium. Neque cenſeas, alios eſſe in eccleſia Judices, ait Hugo Charenſis, quàm in eadem Prælatos, ait ipſe. *Judices ſunt Prælati, & Apoſtoli,* & explicans eorum officium, ſubdit: *liberare debent eos prædicationis gladio, orationis clypeo, item ſacramentorum miniſterio, eleemoſynarum ſubſidio: hæc enim quatuor debent Prælati ſuis ſubditis prædicationem, orationem, ſacramentorum adminiſtrationem, & bonorum ſuorum communionem.* Id enim eſt, ſolem æmulari, quia dum Prælatus ſcientiam communicat ignoranti, doctrinæ ſuæ radijs tenebras expellit inſcitiæ; dum eleemoſynas elargitur egenis, radios ſuos diffundit, quibus eos fovet, recreat, ac promovet ad ſerenioris vitæ ſolatia; dum ſacramenta miniſtrat, eos alit, ac è cœno vitiorum ſublevat, perinde ac ſol, qui in ſublime terræ halitus è cœnoſis locis attrahit: demum dum preces pro ſui populi incolumitate fundit, Deum in ſua vota flectit, qui ſua hominibus beneficia munifica largitate perfundit.

Alijs qui præſunt, non ſuis debent 48.
commodis ſtudere, ſed in id incumbere ſtudij, ut alijs proſint, nemini obſint. Cùm Eliſeus ſupra puerum jam vita defunctum incumberet afflictæ matris exſiccaturus lachrymas, & vitam demortuo impertiturus, non antea id præſtitit, quàm vicibus fungeretur ſuperioris; quò eccleſiæ Præſules edoceret, eorum munus eſſe, viduarum lachrymas abſtergere, miſerorum afflictiones lenire, ac indigentibus omnibus præſtò eſſe precibus, eleemoſynis, aliíſque, quibus poſſunt aliquid adferre ſolatij: ecce quomodo Eliſeus demortuum puerum ad vitam revocaturus ſuperioris locum tenuit, ſe adeò conformavit defuncto, ut membra

opi-

opitulantis non diſtarent ab indigentijs jam
Lib. 4. Reg. cap. 4. v. 34. vitâ defuncti. *Oravit ad Dominum, & aſcendit, & incubuit ſuper puerum, poſuitque os ſuum ſuper os ejus, & oculos ſuos ſuper oculos ejus, & manus ſuas ſuper manus ejus, & incurvavit ſe ſuper eum, & calefacta eſt caro pueri:* æſtuaverat Eliſeus ardore ſpiritûs, & refuſo calore frigidum diſpoſuit cadaver; & precum fuſione, veluti radiorum emiſſione mortis caligines, quibus puer obruebatur depulit; & cum puer demortuus, cujus figuram Propheta induerat, ſubjiceretur, perſonam tunc Eliſeus geſſit ſuperioris, normam daturus eccleſiæ Præſulibus, omnium teneri cum Apoſtolo formas induere, quo mortuos peccato valeant ad vitæ gratiam revocare. Ait enim Apoſtolus 1. Corinth. cap. 9. v. 22. *Factus ſum infirmis infirmus, ut infirmos lucri facerem. Omnibus omnia factus ſum, ut omnes facerem ſalvos.* Eliſeus Prælatum expreſſurus eccleſiæ formam induit defuncti pueri, ſuper quem ſe incurvavit, eique præfuit, ut totus eſſet in morte depellenda, totus in corpore honeſtè fovendo, totúsque in Deo reconciliando; Oravit, fovit, ſe incurvavit, laboravit, nec ab opere deſtitit, donec fuerit puer ſibi ſubjectus vitæ reſtitutus: in
In 3 cap. Eccleſ. Eliſeo ait D. Ambroſius. *Figura præceſſit Domini, qui proiecit ſe, ut mortuum erigeret*, & dum Chriſti Domini figuram geſſit, totus miſero impenditur, totúsque vitæ, ac ſaluti ſubjecti pueri dicatur.

49. Quòd ſi Eliſei preces ad Deum fuſæ mortuum puerum reſtituerunt priſtinæ vitæ; Prælatorum eccleſiæ pecuniæ profuſæ periclitantes puellas è morte eripiunt peccati: hæc eſt Prælatorum cura, pecuniarum ſubſidio, eleemoſynarum largitione à periculis, quæ imminent gregem ſibi concreditum eripere: ſed proh dolor? perſæpe oves ſuas non liberant, ut paſtores; ſed ſpoliant, ut fures, hinc Propheta Mi-
Cap. 3. v. 1. chæas ajebat: *Audite Principes Jacob, & Duces domus Iſraël, nunquid non veſtrum eſt ſcire judicium, qui odio habetis bonum, & diligitis malum, qui violenter tollitis pelles eorum deſuper eis, & carnes eorum deſuper oſſibus eorum.* Plerumque qui præſunt, non contenti lanas tondere, deglubere etiam oves cupiunt, pellésque detrahere: *qui violenter tollitis pelles eorum deſuper eis, & carnes eorum deſuper oſſibus eorum.* Præeminentiam, & poteſtatem ſupra alios enacti, aſciverant etiam violentiam, & quibus ſola erat pellis pro veſtimento, carnes ipſas tulerunt: & contra pauperes veſtibus ſpoliatos, & nuda pelle oſſa, & carnes tegentes ſuas inflammârunt cupiditates, & qui debuiſſent eſſe tutores, fures effecti, non pellem tantùm extraxerunt, ſed & carnes ipſas ab oſſibus avulſas ſumpſerunt, Hugo Charenſis. *Multi Prælatorum oves ſuas non*
In cap. 2. Judic. *liberant ut paſtores, ſed ſpoliant ut fures;* exemplis ad culturam virtutum concreditum ſibi gregem non alliciunt, nec prædicatione ad ſtudia hortantur pietatis; eorum miſerijs eleemoſynarum largitione non ſubveniunt, neque fuſis precibus indigentibus opitulantur, & ſuperiorum tenentes locum, officium ignorant; ac dignitatis, cujus vices gerunt, munus, & officium non exercent: & iſti idola potiùs ſunt multo illita auro, ſed emortua, ac prorſus inutilia, unde Zacharias exclamat. *O paſtor, & idolum derelinquens gregem?* nam Cap. 11. v. 17.
qui ita præeſt, perinde ac idolum, quamvis oculos habeat, non tamen videt; aures, & labia itidem habere videtur, ſed non audit, nec loquitur: non enim, qui ita præſunt, loquuntur, cum vitia non redarguant; nec audiunt, cum lamentis miſerorum aures claudant; neque vident, cum vigiles non excubent ſupra concreditum ſibi gregem: & iſti non paſtores ſunt, ſed idola auro ſplendentia&, cultum, ac obſequia ab alijs exigentia.

§. VI.

Hi Præſules in eccleſia Chriſti probantur diſcipuli, qui ſperatis præeminentijs inſigniti, proventus beneficiorum accipiunt, non ut avarè retineant, ſed ut ſplendidè indigentibus elargiantur: & ita ſaluti conſulunt animarum, ut illam non negligant corporum.

Officium paſtoris eſt gregem paſcere, non deglubere; eidem prodeſſe, non nocere. Id ſuos edocuit Magiſter 50.
Chriſtus Diſcipulos, cum multitudo ingens populorum eum fuerit ſecuta per deſertum, & quidem non ſine ingenti labore: cum tellus illa ſterileſceret, nec ullum exhiberet Turbis fructum, quo famis moleſtias lenirent; quin potiùs campi alto obruti ſabulo etiam herbarum vireta in ſolatium ſaltem oculorum denegarent: Chriſti tamen allectæ turbæ exemplo, & eloquij dulcedine, cœleſtíſque doctrinæ pobulo recreatæ, vel ipſius naturæ obliviſcebantur indigentiæ. Verùm, qui Turbis præerat, Chriſtus non fuit earum oblitus, quarum neceſſitati, ut ſuccurreret, refertam ijsdem apparat menſam, lucroſæ oblivionis præmium; homines jubet fœno inſidere, quò commodiùs panem ederent cœleſti dulcoratum ſapore. *Dedit Diſcipulis ſuis panes, Diſcipuli autem Turbis*, ut inde inſtrueremur non eſſe alienum à Diſcipulo Chriſti Matth. 14. v. 19.
accipere, ſed accepta avarè retinere: non prohibet Chriſtus, eccleſiæ ſuæ Præſules annuos accipere proventus, pecunias à fidelibus oblatas habere, ſed vetat pecunias retinere, & jubet, eas pauperibus dilargiri: panes dedit Chriſtus ſuis Diſcipulis,

ut

ut veri probarentur Diſcipuli, ſi de exhibito ſibi ſubſidio alios alerent.

51. Hi in eccleſia Præſules Chriſti probantur Diſcipuli, qui quas accipiunt pecunias, & annuos ex ſuis beneficijs redditus pauperibus communicant, quorum indigentijs occurrunt, famem propulſant, pericula avertunt, & mortem arcent; quos Diſcipuli in deſerto à Chriſto panes acceperunt, eoſdem turbis famelicis diſtribuerunt: accipiant in eccleſia Præſules beneficiorum redditus, oblatas ſibi pecunias, non tamen ut eas ſibi avarè retineant, ſed ut munificâ largitate pauperibus diſtribuant, quo proprijs valeant indigentijs conſulere: *Dedit Diſcipulis ſuis panes, Diſcipuli autem Turbis:* Apoſtoli ita prædicatione ſaluti conſulunt animarum, ut panum largitione eam non negligant corporum: ita ſalutiferis monitis animæ proſpiciunt, ut alimoniæ ſubſidio deficienti præ fame corpori ſubveniant; miſcéntque ſpiritualibus temporalia ſubſidia, ut inde diſcerent, qui cæteris in eccleſia præſunt, & Diſcipulorum Chriſti vices gerunt, ita ſalutem curare animarum, ut ſimul ei proſpiciant corporum: tunc Prælati Apoſtolorum vices in eccleſia gerunt, cùm concrediti ſibi gregis ſalutem promovent, fuſis precibus Numinis placant iram, exhortationibus errantes ad rectum adducunt tramitem, eleemoſynis pauperum temperant inopiam, profuſis pecunijs alienas miſerias abigunt, lachrymas exſiccant, pericula avertunt.

52. Debent, qui in eccleſia præſunt, ac dignitatibus inſigniuntur, non ſolùm animæ, ſed & corpori ſuppeditare ſubſidia; non ſolùm doctrinæ pabulo greges paſcere, ſed & corporis paſtu oves recreare; non ſolùm ſacramenta miniſtrare, ſed & menſam inſtruere aptam corporibus nutriendis. Videant, qui Apoſtolorum loco ſufficiuntur in eccleſia, ſi pares ſe prodant Apoſtolis, quorum vicea gerunt: videant, ſi quos accipiunt proventus turbis, ſeu pauperibus diſtribuant, ſi noctes ad cuſtodiam gregis ducant inſomnes, ſi copioſas impertiant eleemoſynas, ſi prædicationis ſuſtineant labores, ſi ſacramenta ferventer adminiſtrent, ſi ſubſidia charitatis præſtent pauperibus, ſi miſeris ſint ſolatio, afflictis conſolationi, flentibus, & preſſis levamini. Non idcò in eccleſia inſtituuntur, Prælati ut proprijs ſtudeant commodis, laboribus parcant, otio, & delicijs indulgeant, pecunias acervent, ſed ut concreditis ſibi gregibus proſint; eíſque neceſſaria ad ſalutem tum animæ, tum corporis ſuppeditent.

53. Moyſes dum à Deo eligitur populi Princeps, jubetur etiam ipſa calceamenta detrahere, & abjicere, ac nudus incedere. *Solve calceamentum de pedibus tuis*, ſibi nudus, quò populo eſſet ditior; virgam apprehendit, quâ elementis imperet; & à Deo electus, à paſtoris officio, neque latum unguem oculos deflexit. Quid? quòd cùm oves in deſertis ageret, gregèſque paſceret, calceatus inceſſerit Moyſes, & nunc Princeps creatus populi, nudus pedibus, & excalceatus ambulaverit, ac minùs habuerit tunc, cùm altiùs ad faſtigia aſcenderet dignitatis? nimirum Moyſes cum jubetur ſolvere de pedibus ſuis calceamentum, illúdque abjicere, ac nudis pedibus incedere, cuſtodem pecoris agebat ad radices Orebi Montis, qui pars eſt jugi Sinai: tunc enim Angelus vices Numinis repræſentans in Rubo flagrante quidem, ſed non conflagrante aſpectabilem ſe fecit, denuntiavítque obeundum legationis munus ad Regem Ægyptium Iſraëliticæ gentis oppreſſorem. Vocatus fuerat ad viſionem magnam Rubi flammis coronati, ſed non combuſti, nec à flammis abſumpti: perinde fuit ad hanc vocari viſionem, ac ad principatum acceſſiri: ignis enim in Rubo Principem expreſſerat populorum, in quo unà debent confœderari ſapientia ad regendum, quæ per ignem illuminantem haud obſcurè adumbratur; & Rubus, qui ſpinis juſtitiæ ſeveritatem prodit, quâ Princeps delinquentes coërcet, ac punit: vocatus Moyſes ad principatum jubetur calceamenta detrahere, nudúſque incedere, ut divinæ electionis teſſeram præſeferret: quos enim ad regimen populorum Deus eligit, hos non vult divitijs affluere, nec delicijs diffluere; ſed proprijs ſe commodis ſpoliare, quo utilitati concrediti ſibi gregis conſulant; & propriaa exuere veſtes, quibus nudos operiant; & calceamenta de pedibus ſolvere, ne quidquam ſuperflui habeant ipſi, cum alios docent viam ſalutis. Si Moyſes divitijs affluxiſſet, ac benè calceatus elegantioribus fuiſſet veſtibus indutus, teſſerâ caruiſſet divinæ electionis, quam nudus ſecum tulit: nuditas ſiquidem Principis populum veſtit, & paupertas imperantis ſubditos locupletat. Exod. 3.

Jam duriſſimæ captivitatis ſolutis vinculis, ac diruptís catenis de Ægypto educebatur populus, qui cum antea vel ſtramine careret, auro nunc diteſcit, & abundat argento, veſtéſque induit elegantes æquè, ac pretioſas. 54
petierunt ab Ægyptiis vaſa argentea, & aurea, veſtémque plurimam. Ecce Moyſes, qui nudus inceſſerat, vocatus ad principatum; nunc divinum executus mandatum populum ex Ægypriaca ſervitute eduxit non ſolùm calceis, & veſtibus honeſtè calceatũ, ac indutũ; verùm & divitijs exundantẽ, Moyſes ſuis è pedibus calceamenta detraxit, quibus populus ſub Ægyptiacæ ſervitutis jugo gemens, ac ærumnis preſſus, nudos antea in ſervitute cum pedes haberet, calceamentis libertate donatus eoſdem muniret, ut ad prolixioris itineris ſubeundos labores ſe accingeret: ſuperflua à ſe Moyſes abdicavit, quò populus divitijs, & commodis exundaret: ſcitè Theodoretus. Exodi 12. v. 35.
Duo arbitror per hoc ſignificari, primum quidem ut religioſiorem hac ratione illum redderet; Quæſ. 7.

Exod. 3. v. 5.

deinde

deinde verò ut prædoceretur, qua ratione oporteat ſacerdotes in tabernaculo deſervire. Tunc, qui in eccleſia præſunt, ſunt religioſiores, cum proprijs renuntiant commodis, alijs allaturi ſolatium; & expeditiores, ac ſolertiores proximo inſerviunt, qui à ſuperfluis, ac divitijs cumulandis abſtinent. Moyſes à Deo electus in Directorem ſui populi, concreditum ſibi gregem non excoriat, nec carnibus nudat, ſed paſtoris agit officium eò religioſior, quò nudior, & divinæ electionis teſſeram in ipſa prætulit nuditate.

55. Multum diſcriminis intereſt inter eum, quem Deus ad culmen eligit dignitatis; & eum, quem fraus, & dolus, artéſque ſubdolæ ad principatum evehunt, quod ut dilucidiùs conſtet, proderit, Davidem cum Abimelecho conferre, hic enim à Joathamo ſub ænigmate dumoſi Rhamni deſcribitur (Judic. 9. v. 14.) *Dixerunt omnia ligna ad Rhamnum: veni, & impera ſuper nos:* pariatur Abimelechus Rhamno ſpinis obarmato, quem vix citra cruorem amplecteris. David verò non rhamno ſimilis dicitur ſterileſcenti, & cruciatuum tantùm feraci; ſed pacificæ, fructiferæ, ac ſpecioſæ olivæ ſpeciem præſefert, cujus & naturam imitatur. (Pſal. 51 v.10) *Ego autem ſicut oliva fructifera in domo Dei.* Uterque Abimelechus, & David Rex ſalutatur, uterque populos regit, coronâ donatur, cur utriúsque non eſt par conditio, & ſimilitudo eadem? rhamno pariatur Abimelechus, & olivæ David: uterque ſpeciem plantæ præſefert, ſed conditione diſpari, cùm ſibi invicem adverſentur utriusque arboris officia: rhamnus enim hiſpidus nonniſi tribulis, ac ſpinis diteſcit, quibus manum cruentat tangentis, nullam exhibet foliorum pompam, nec fructuum ubertatem, nec quidquam oſtendit, quò intuentes alliciat, manúsque ad ſe pelliciat, quas potiùs aculeis dumorum à ſe arcet; adeò ut nil urbanitatis, blanditiei, ac illicij deprehendatur in rhamno: ſecus oliva, cujus ſpeciem David præſefert amicæ lucis fœcunda eſt parens, & luminis nutrix, cui ut paſtum exhibeat, ſe ipſam depauperat, ſuíque minuit ſucci divitias, quò flammæ incrementum, ac diuturnitas diteſcat: mœroris tenebras, ac miſeriarum caligines excutit lumen oleæ paſtum ſucco, & nocti ipſi ſolatium adfert, cujus abigit tenebras.

56. Quinimò non ſolùm ſuo olea ſucco ſolis æmolum lumen nutrit, verùm & ſauciatis medelam adfert: teſtis accerſitur, qui ab Jeruſalem deſcenderat in Jericho, & in manus inciderat Graſſatorum; qui multiplici inflicto vulnere ſemivivum in via reliquêre: is enim olei ſubſidio, ac blandiſſimi liquoris fomento priſtinæ fuit ſanitati reſtitutus, ac periculum omne olei beneficio depulit. At ſi uterque Rex fuit, ſi ambo David, & Abimelechus Regio inſederunt throno, cur alter alteri tam diſſimilis, cur Abimelchum rhamnus ſolijs, ſpiniſque hiſpidus, omni expoliatus venuſtate exhibet: & oliva pacis ſtudioſa, luminis amica, & nutrix, foliorum jugi virore, ac illicio adblandiens exprimit Davidem? cur Abimelechus vepreto pingitur, & David fructuoſiſſimæ olivæ ſpecie exprimitur? utriúsque regnantis diſcrimen ſacer innuit textus; ſiquidem Abimelech ambitione turgidus, deſiderio regnandi exæſtuans cognatos corrupit, à quibus regia donaretur dignitate. *Abijt Abimelech filius Jerobaal in Sichem ad fratres Matris ſuæ: & locutus eſt ad eos:* (1. Reg. 16. v. 1.) ſecus David à quavis regnandi cupiditate alienus vitæ ſe ſe paſtoritiæ addixerat, & quidem in regione, ubi minus alijs innoteſceret: & quia dignitatẽ non ambivit, è mapalibus educitur, & ad thronum ducitur. *Imple cornu tuum oleo, & veni, ut mittam te ad Iſai Bethleemitem: provi di enim in filijs ejus mihi Regem.*

57. Ideo olivæ miti, ac pacificæ pariatur David, quia in mapalibus ab ovibus, agniſque didicerat miteſcere; Abimelechus verò, quia humanis artibus ad Regni pervenit faſtigium, Rhamnum intruſus ſe populo exhibuit dumoſum: qui igitur à Deo ad culmen eligitur dignitatis, huic oliva divinæ gratiæ ſuum ſuppeditat ſuccum, quô vulneribus medeatur ſauciati populi, quo ſplendorem virtutum foveat, charitatis flammam nutriat, diſſidentes animos componat: qui verò humanis artibus ad dignitatis inſcendit culmen, hic populo eſt inſtar rhamni, à quo nil ſperandum, niſi diſpoliari, dilacerari, cruentari: ſicut ab oliva nonniſi oleum elicitur, quod lucis eſt nutrimentum, vulnerum medela, & noctis ſolatium; ita è rhamno nonniſi ſpinæ colligi poſſunt, quæ ſanguinem extorquent, vulnera infligunt, & cutem dilacerant. Qui ad dignitatem à Deo eligitur is fructiferæ olivæ munus exercet, pacem promovet: qui verò humanis artibus intruditur, nonniſi dumos, & vepreta ad cruorem eliciendum profert. David igitur, quia electus à Deo olivæ pariatur, quia curandis populorum vulneribus præficiebatur, & ut commodis ſtuderet ſui populi, cujus & pacem, cujus eſt oliva ſymbolum, promoveret; appoſitè Baſilius Seleucienſis. *Non ſine concurſu gratiæ Davidem Samuel unxit, unáque cum oleo* (Oratio 26.) *gratia ſpiritus circumfundebatur, & paſtoritijs lapidibus Goliath appetitus violenter occubuit. Ovium paſtor ſpiritu miles evaſerat, & oviculæ ritu è Goliathi faucibus Iſraël extractus eſt.*

58. An non fructiferam exhibuit David olivam? ſiquidem contribules metu, quo premebantur, liberavit; & pacem promoturus in Iſraël colla ſuperbientis gigantis, qui

qui nonniſi bella ſpiraverat, lapide depreſſit, & ferro compreſſit. Secus Abimelechus, quia rhamni ingenium induerat, fratrum ſanguinem, quem ſitivit, ebibit, ac Reipublicæ perniciem invexit, & mortem, quam promeruit, ſibi maturavit. David, quia electus à Deo, præfuit, quò omnium ſalnti conſuleret: Abimelechus, quia humania, doloſiſque artibua intruſus excidio fuit fratribus, & axitio Reipublicæ. Ad id calamitatum populus devenerat Hebræorum, ur natus tantùm cenſeretur ad hoſtilis rapaciratis victimam, ad rabidi eſcam furoris; bonis omnibus ſpoliatus, quovis deſtitutus ſolatio, privatus commodo duriſſimo ſervituia premebatur jugo, atterebatur labore, abſumebatur dolore. Verùm Deus pro ſua pietate quamvis plurimia irritatus offenſionibus, adhuc tamen inflexit ad ſuam pietatem oculos, ac benignè afflictos inſpexit; & quod obtinere non valuit perſonæ meritum, ærumnarum impetravit laborioſa conditio. Judices ſuſcitavit, qui divexatos defenderent, ac à violentiſſimis cuſtodirent hoſtium incurſionibus. *Cumque Dominus Judices ſuſcitaret in diebus eorum flectebatur miſericordia, & audiebat afflictorum gemitus, & liberabat eos de cæde vaſtantium.* Judic. cap. 2. v. 18.

Ecce quàm beneficoa fuit populo Ju-
59. dex à Deo electus; ecce quanta præſtitit, ut lachrymas lugentium exſiccaret, gemitus afflictorum ſopiret, laborantium ſudores abſtergeret, calamitates abigeret, mœrores excuteret, & ſolarium miſeris adſerret. Verè enim dixit Caſſiodorus. *Dignitates exire à Deo relucentes quaſi à ſolis radijs:* 6. variar. cap. 18. quia ſicut ſol caligines diſſipat, nubila diſpergit, tenebras excutit, & umbras mœroris fugat, ac ſingula ſuis radijs recreat: ita qui à Deo ad dignitates eligitur, is in id incumbit ſtudij, ut calamitates diſpungat à concredito ſibi populo, miſerias abigat, mœrorea excutiat, & benefica largitate ſolatium miſeris adferat, lapſos erigat, & afflictos ſoletur.

§. VII.

Non clareſcit ea diu ſperata dignitas, quæ aliena luce ſplendet, ſed quæ propriæ virtutis condecoratur nitore: ſtat non quia proni cadunt in obſequia populi; ſed quia lapſi erigun-tur.

60. Felices ſanè ſunt popoli, qui ab eo reguntur, quem Deus elegit: infelices verò, & miſeri, quibus is præeſt, quem humana ambitio evexit: illi enim ſub pacificæ olivæ umbra ſedentes quieſcunt intrepidi: iſti rhamni punguntur ſpinis, & à quovis expunguntur ſolatio. Illuſtre dignitatis ſuæ præſagium vidit Joſeph, cùm imagines quædam adoleſcenti objectæ fuerunt, quas ipſe de propria metiens innocentia aliorum ſinceritatem puerili candore, quæ ipſi per ſomnia obtigerant, ſuis adaperuit fratribus, id quod livori addidit flammas, odium excitavit, nonniſi innocentis interitu extinguendum: invidiam quoque exitialem contra ſe accendit; dum enim narrat, ſe per quietem vidiſſe, & ſe, & fratres manipulos in campo colligare, & ſuum duntaxat ex illis erectum ſtetiſſe, viſúmque adorari à fraternis manipulis circumſtantibus, uſſit invidorum animos hæc ſomniata Joſephi præeminentia, cùm eſſet natu minor; & præſertim quia ex tot manipulis, is tantùm, qui Joſephum exprimeret ſpicarum decore turgentium dives ſtaret. Secundum etiam ſomnium ſuis eadem mentis ſinceritate fratribus adaperuit: Solis ſcilicet, & Lunæ ſpeciem, ac undecim ſyderum ſe devorantium objectam in quiete. *Putabam nos ligare manipulos in agro, & quaſi conſurgere manipulum meum, & ſtare,* Gen. 37. 7. ſed quid? quòd priùs viderit manipulum ſuum ſtantem, & poſtea exhibita ſibi ſolis, lunæ, ac ſtellarum obſequia: *quaſi ſolem, & Lunam, & ſtellas undecim adorare me.*

Inverſus certè videtur ordo; ſatiùs, & 61.
aptiùs fuiſſet ad futuram Joſephi dignitatem ſymbolicè exprimendam ſecundum præmiſiſſe ſomnium, & primum ab eo recenſitum ordine expreſiſſe poſterius. Annon glorioſius eſt, ſolis, lunæ, ac ſtellarum revereri obſequijs, ac diteſcere tributis, quàm per manipulos ſpicarum Principem præſignari? Quid? quod ſegetes ſyderibus, ariſtas ſolis radijs, annonæ grana cœli prætulerit ſtellis? quia nimirum manipulus, qui ſteterat pingui, & matura ſegete refertus fructus exhibuerat, cum cœli ſydera nonniſi obſequia rependerent. Quàm rectè igitur flaveſcentium ſpicarum fructus fulgentium ſyderum prætulit obſequijs: Principis enim gloria non alienis nititur obſequijs, ſed proprijs fulcitur fructibus, non aliena ſplendet luce, ſed propriæ virtutis condecoratur nitore: ſtat dignitas Principis, non quia cadant populi proni in obſequia, ſed quia lapſi erigantur, ac fructibus reficiantur, qui viribus erant deſtituti, ſerenentur; qui mœrorem nubibus obruebantur; & qui fame premebantur fructibus alantur.

Rectè igitur in Joſephi ſomnijs dignita- 62.
tem ſymbolycè præſignantibus manipulus præceſſit, quem ſecutus eſt ſyderum cultus: non enim ſatis fuiſſet dignitas illa expreſſa, ſi priùs ſyderum tremuli ſplendores, ac vacillantes radij Joſephum adoraſſent, & interim, quæ ſubjiciuntur, populi pre-

merentur,

merentur, tunc ſtat Principis dignitas, cum populi nullis premuntur anguſtijs: ideo priùs Joſepho ſomnianti objicitur manipulus fructibus refertus; & poſtea exhibetur ſyderum cultus luminibus illuſtratus. *Manipulorum ſomnium*, ait Theodoretus apud Lipomanum, *præſignat fratrum frumenti gratiâ in Ægypto adorationem:* niſi Joſeph illatæ ſibi injuriæ immemor fratrum indulſiſſet petitioni, ac annonam ijſdem conceſſiſſet minimè in dignitate, quam in Ægypto fuerat enactus, ſtetiſſet: ideò ab ea non cecidit, quia ejus manipulus ſtetit, ut miſeros ſublevaret, & aliorum indigentijs ſubveniret: pulchrè S. Auguſtinus. *Coacti ſunt ſteriles manipuli fructuoſum manipulum adorare, per quem de famis periculo liberandi erant.* Idem igitur ſymbolum, quod ſomnianti Joſepho dignitatem objecerat, idem & ſubditorum præſignaverat utilitatem: non enim, qui à Deo ad dignitatem eligitur; obſequia ſibi à populo præſtanda, ejusdem præfert commodis, ſed hæc illis præponit, ideò non potuit Joſephus plauſum priùs ſibi quærere ſtellarum, & manipulum prætermittere annonæ, quâ aliorum conſulitur indigentijs.

In ſerm. de temp. ſerm. 82.

63. Non eſt à Deo ad dignitatem electus, qui populorum commodis obſequia præfert ſibi præſtanda. Ambivit imperium etiam hoſtis tartareus, ſed tunc regnanti Chriſto caſum conſuluit. *Hæc omnia tibi dabo, ſi cadens adoraveris me*, nimirum nequivit caſum adorantis ab ambitioſo ſejungere impetu; ſed ſi in hujus montis cacumine ſuadetur Chriſto caſus: non ita in vertice alterius montis, ubi Chriſtus ſplendore fulgurans, illuſtre propriæ gloriæ exhibuit ſpectaculum: hic enim à Deo Patre Magiſter deſignatur, & Princeps inauguratur: *Ipſum audite:* ad has voces metu perciti, qui aderant, ceciderunt Diſcipuli, verùm ne caſum ſuſtineant. *Acceſſit JESUS, & tetigit eos, dixitque eis, ſurgite, & nolite timere.* Quia imperium cacodæmonis artibus quætebatur doloſis, caſum ſuaſit. *Hæc omnia tibi dabo, ſi cadens adoraveris me.* In Tabore autem Chriſtus cadentes erigit, à lapſu liberat, quia nimirum tunc Chriſtus fuerat à patre Rex conſtitutus, & dignitas, quæ à Deo eſt, nonniſi in levamen dirigitur populorum, lapſos enim erigit, pericula avertit labendi, miſerias expellit, ærumnas propulſat, indigentias ſupplet, lachrymas exſiccat, cunctos erigit, omnéſque ſolatur.

Matth. 4. v. 9.

Matth. 17. v. 7.

64. Ille felix eſt populus, cui Princeps obtigit à Deo electus; quia nonniſi fauſta præſagit, & quæ ad publicum, ac ærumnoſorum commodum faciunt enixim promovet: è contra qui per doloſas ſe artes intruſit, nonniſi ruinas ominatur: *lapſus quærit*, ait Chryſologus, loquens de cacodæmone ſuadente Chriſto lapſum: *præcipitia imperat*, quia ubi ambitio principatur, nonniſi præcipitium jubetur. Mirùm ſanè, quod cacodæmon obtulerit Chriſto Domino, cujus gloriæ invidebat, omnia mundi regna. *Hæc omnia tibi dabo, ſi cadens adoraveris me:* cum aliàs vidiſſet ipſum in deſerto jejunum, viribus deficientem, & fame preſſum lapides obtulerit, quos in panes converteret ad famem propulſandam, & jejunum ſtomachum reſtaurandum, ipſúmque probandum, & nil profecerit; ſtuduit technis omnibus, ut Chriſtum in ſua vota flecteret, invitavit ipſum ad epulas, obtulit altitudinem dignitatis, mundi promiſit gloriam: ſed tunc Chriſtus eum à ſe repulit. *Vade retrò Sathana.* Aſſerunt ſacri Expoſitores, Sathanam interpretari adverſarium: ſed cur Chriſtus Dæmonem tot munera offerentem, quot ſunt mundi regna, adverſarium vocat, quem à ſe ejicit? *Vade retrò Sathana?* quia nimirum dum munera offert, inſidias molitur, & per oblata munera præcipitium aperit, *hæc omnia tibi dabo:* Ecce quàm ingentia, ac magna ſunt, quæ offert munera, non tamen abſolutè, ſed ſi adjecta adimpleatur conditio, *ſi cadens adoraveris me*; plerumque quæ munera in cacumine montium, ſeu ſummitate dignitatis ſtanti offeruntur, inſidiæ ſunt: quæ obſequia eſſe videntur, quæ exhibentur; lethalia ſunt vulnera, quæ infliguntur; & qui ſub larva amicitiæ accedit ſalutem dicturus, hoſtis eſt doloſus mortem allaturus: illiciunt munera, ſed ut plurimum etiam interficiunt, propterea nil dignitate prædito citiùs fugiendum, quàm munera: ut enim aucupes, & piſcatores captioſa oblectamenta volucribus, ac piſcibus exhibent, offerúntque, quos ad ſe alliciant, & quæ videbantur munera, reperiuntur inſidiæ; quæ credebantur oblectamenta, deprehenduntur pericula: ita non deſunt, qui aucupes, & piſcatores æmulantes liberalitatem mentiuntur, donis abutentes, quibus inſidias obtegunt: appoſitè Seneca, cum id ſuo tempore experimento pluries Romæ deprehendiſſet verum, ait. *Et fera, & piſcis ſpe aliqua oblectante, decipitur: munera iſta fortunæ pietatis inſidiæ ſunt: quiſque noſtrum tutam agere vitam volet, quantum plurimum poteſt, iſta viſcata beneficia devitet, in quibus hoc quoque miſerrimi fallimur: habere nos putamus, habemus; in præcipitia curſus iſte deducit, hujus eminentis vitæ exitus cadere eſt.*

Serm. 13.

Math. 4. v. 9.

Epiſt. 8.

65. Munera, & quidem opulentiſſima obtulit hoſtis tartareus Chriſto Domino montis poſſidenti cacumina, ſed ſubdolus captioſas inſtruebat inſidias, & dejicere ſatagebat de acceptis, quem honorare ſtuduerat de oblatis: liberalitas munera offerendi, tametſi offerentis videretur obſequium prodere, accipientis tamen excidium erat: offert munera, ſed ſimul ſuadet accipienti lapſum, *ſi cadens adoraveris me*, nectit caſum, & præcipitium munerum oblectamento: ſe ho-

hoſtem prodit Sathanas, cum monera offert, quia de oblatis muneribus deteſtanda vaſritie inſidias molitur, & præcipitium aperit ſtanti in montis faſtigio: ſed Chriſtus, quem inſidiæ non latebant, offerentem munera adverſarium vocavit, & à ſe repulit: *vade retrò Sathana*, ſimúlque docuit, dignitatibus inſignitos oblata ſibi reſpuere munera, quæ juſtitiam corrumpunt, ſplendorem dignitatis offuſcant, nominis claritatem denigrant, & anſam præbent accipientibus delinquendi: Inſidiæ ſunt, quæ offeruntur munera in ſublimitate dignitatum ſtantibus; ne ibi ſtent, ſed cadant: *Hæc omnia tibi dabo, ſi cadens adoraveris me*, nimirum vel ipſe tartareus hoſtis, quamvis ſubdolus non valuit caſum celare, dum munera obtulit, *ſi cadens adoraveris me:* ecce dum offert, inſidias conſtruit: obtulit famelico lapides, & pauperi mundi regna, ſed quæ munera videbantur exteriùs eſſe, & officia pietatis, inſidiæ erant intus, & molimina impietatis.

66. Aodus illuſtre reliquit poſteris documentum inſidiarum, quæ in oblatis muneribus conſtruuntur, & apparantur. Fuit Aodus juvenis generoſitate animi, & venuſtate corporis commendabilis ex Tribu Beniamini, vaſer tamen, Romano etiam Scevola fortunatior: hic Eglonem Moabitam Judæos tunc opprimentem interemit, quò Judaicom populum ab iniqua illa liberaret vexatione: huic occaſio Eglonem interficiendi, & populum liberandi à jugo Moabitarum oblata fuit ex legatione, quam unà cum alijs ſuſcipere cogebatur ad munera Egloni Moabitico tyranno perferenda. *Miſerunt filij Iſraël per illum (hoc eſt Aod) munera Eglon Regi Moab.* Fortaſſis is ex Moabitide ſeceſſerat in campum Jerichuntinum, ubi validum imprimis ac præmunitum propugnaculum ex Jerichuntinæ Urbis everſæ extruxerat ruderibus, quo frœnum Hebræis injiceret, & ijsdem eſſet terrori; huc venit Aodus nomine Hebraicæ gentis Legatus cum amplo ſociorum, ac famulorum comitatu; ad Eglonẽ Regem accedit dimiſſis cunctis, qui comitabantur, munera, & tributa offert, ſed ſimul inſidias parat. *Accinctus eſt eo ſubter ſagum in dextro femore:* eodémque tempore, quo munera oſtendit, ferrum ad inſidias paratum tegit, donúmque ad fallendum diſponit: & eisdem manibus, quibus tributa, & pecunias, ac munera offert, gladium vitæ inſidiantem gerit. Etenim Aodus Egloni fit ſtatim familiariſſimus, dum remotis arbitris cum illo colloquia miſcet, & ad cœnacula etiam admittitur ſecretiora. *Ingreſſus eſt Aod ad eum; ſedebat autem in æſtivo cœnaculo ſolus*, ſed cum Aod muneta dextra manu offerret Egloni, ſiniſtra inſidias diſponit, Eglon enim poſt accepta munera thronum deſerens patet ferienti ſiniſtræ Aod. *Surrexit de throno, extendítque Aod ſiniſtram manum, & tulit Sicam de dextero femore ſuo, infixítque eam in ventre ejus.*

Judic. cap. 3. v. 15.

Jud. cap. 3. v. 16.

Judic. c 3.

Judic. cap. 3. v. 20

Profudit pecunias Aod, ſed ſimul ſanguinem fudit; obſequia præſtitit, & vulnera inflixit; munera obtulit, & excidium paravit, dum in throno ſederet Eglon, obtulit Aod munifica largitate, rara æquè, ac locupletia munera: at cum primùm è throno vidit Eglonem deſcendiſſe arrepto ſiniſtra manu de dextro femore pugione lethale vulnus inflixit, & quidem cum primùm de throno deſcendit, ut notat Abulenſis: *Dicendum quòd immediatè, ut deſcendit de throno, occidit eum.* Cum primùm à Rege thronus relinquitur, munerum oblator dignitatem regiam, & vitam adoritur. Scio Eglonem ſive nomen, ſive perſonam ſpectemus, imaginem præſeferre hominis ventri, non menti inſervientis; nomen enim Eglon Palæſtinis idem eſt, quod Latinis vitulus, laſcivus, petulans, & ſemper ingluvie demerſus. *Erat autem Eglon craſſus nimis*, & pinguis venter nunquam tenuem gignit mentem, ut parœmialiter à Græcis dicitur: ſicut igitur obeſus[1], ac adipatus erat corpore, ita & animo hebes. Solet enim plerumque ventris pinguedini mentis reſpondere iogenium; qui enim vel toti in patinis evacuandis, ac extergendis ſunt, & in ciatis exſiccandis, vix mente valent, qoia ventri nimis favent. Sed cum Eglon in throno ſederet, quando Aod tributa, ac munera ei obtulit; & poſt ſuſcepta munera de throno deſcendens interimitur, exemplo fortiùs, quàm verbis edocoit, conſtituto in dignitatibus non debere munera offerentibus fidere, quia quæ munera apparant, inſidiæ ſunt: qui judiciali poteſtate fulgens venalitate ſordeſcit, plerumque cenſet oblatis ſibi muneribus ſuam augere felicitatem, & contra fortunæ vices ſe ipſum fulcire; ſed munera ipſa, quæ fulcra putantur, viam ſternunt ad lapſum, iter aperiunt ad præcipitium. 67.

Quæſt. 22.

Jud. 4. 5.

Eliguntor interdum ad Judicis, vel alterius officij obeundum muous ad triennium, ſexennium, qui divitijs inhiant: hi cum ſuo funguntur officio oblata ſibi munera hiante ore, brachiúsque adapertis accipiunt, & offerentes ampleſtuntur; pinguefcunt, divitias congerunt, ac ridente ſibi fortuna utuntur: ſed munera illa oblata inſidiæ ſunt, quæ excidium moliuntur; congeſtæ pecuniæ inopiam accerſunt, & quæ vitæ alendæ cenſebantur apta oblata munera, morti inferendæ magis idonea deprehenduntur inſtrumenta; ſi enim tempus fluxerit, & ampliùs non ſint tale munus obituri, imò & reddendæ ſint rationes, tunc in ſuſceptis muneribus captioſæ deteguntur inſidiæ; & qui fuerunt munerum oblatores, nunc famæ, & vitæ fiunt inſidiatores, 68.

vel

vel quia poſt exhibita munera, oblatas pecunias, res ad votum eorumdem minimè fluxerint; vel quia quæ teſſeram videbantur amoris præſeferre, odij obtegebant venenum; neque refert, per quas manus oblata munera acceſſerint, nec per quos ſecretiſſimos induſtriæ meatos: ſufficit, munera illa accepiſſe, & ad votum ſperata non contigiſſe; tunc fit accuſator avaritiæ, qui fuerat muneris oblator; tunc innocentiâ clamat, quia fuerit oppreſſa; juſtitia conqueritur, quia fuerit corrupta; leges exclamant, quia fuerint violatæ: & in dignitate conſtituti ſera pœnitudine fallaciam agnoſcunt, tunc ſcilicet quando dignitatis deponendæ tempus acceſſerit. Appoſitè Seneca: *Sæpe nihil intereſt inter amicorum munera, & hoſtium vota, quidquid illi accidere optant, in id horum intempeſtiva indulgentia impellit, atque inſtruit, quid autem turpius, quàm (quod evenit frequentiſſimè) ut nihil interſit inter odium, & beneficium.*

Lib. 1. de benefic. cap. 25.

69. Non deſunt, qui non ferro diſtricto, ſed auro oblato dignitati validiùs inſidiantur, & nocentiùs periculum honori, & authoritati moliuntur. Cùm Sennacheribus apud Ægyptios, & Æthiopes ſus, déque omnia verteret, urbes vel igne, ac flammis abſumeret, vel ſolo ferro æquaret, Ezechias morbo corripitur graviſſimo ulceris inteſtini, lethiferóque pure collecti, cúmque pus intus congeſtum non poſſet abſque lethali vulnere foras extrahi, & intus reperet, ac vicina corrumperet inteſtina, morbus erat humanis artibus immedicabilis, non hominum duntaxat artis medicæ peritorum judicio, ſed oraculo etiam divino per Iſaiam denuntiantem declarato. Morbo cauſam ſuppeditâſſe creditur turbatus ab Aſſyriorum armis, ac vaſtatione Judææ ſtatus, & qui Jeroſolymam à Sennacheribi minis occupaverat terror: nec exigua adferebant ægritudini incrementa contumeliæ divinæ Majeſtati per Barbaros illatæ; quibus acceſſit occultior divinæ providentiæ ratio, clientis ſui virtutem infirmitate experientis, ac illuſtrantis: autumat D. Hieronymus immiſum à DEO Ezechiæ fuiſſe morbum, ne de victoria contra Aſſyrios poſtea obtinenda inſoleſceret, ſed ut ut res eſt, hoc unum certum, lethaliter Ezechiam decubuiſſe, & ægrotanti præcepiſſe DEI nomine Iſaiam Prophetam, ſe ad acceleratam parare necem; & audito nuntio ſupremæ neceſſitatis, necéque ſibi proxima indicta Ezechiam decumbentem colliquiſſe in lachrymas, fletúque madentem preces ſuas enixim DEO fudiſſe, & dolorem expreſſiſſe, quòd audiret telam ſibi vitæ in ipſo ætatis flore (quintum enim ſupra trigeſimum agebat tunc Ezechias vitæ annum) præcidi, & præſertim, quia moreretur ſine liberis abſque hærede; non enim Manaſſes erat tempore illo natus, qui promiſſum Davidis ſolium occuparet, genúsque ad venturum Meſſiam extenderet. Sed fuſæ ab Ezechia lachrymæ tantæ fuerunt efficaciæ, ac ponderis, ut DEUM in ſua vota emollierint. Reverſus enim Iſaias ad Regem juſſu Numinis non ampliùs mortem, ſed ſanitatem, ac ab hoſtibus irruentibus liberationem pollicetur, & quidem intra brevem tridui fluxum.

Hilaris tunc, ac mente ſerenatus Ezechias, uti erat aſtronomicæ diſciplinæ peritus ſignum è cœlo petijt, quo certior fieret de promiſſa ſibi valetudine, & quod petijt DEUS ei indulſit, nimirum, ut quot in Acazis horologio gradibus umbra radij ferrei regrederetur; totidem etiam diei partibus in cœlo Sol retrocederet, & quia cum per decem umbræ lineas ſub ipſum meridiem retroageretur in Sciatherico Acazis horologio; Sol ipſe quoque pari intervallo cum orbibus cœleſtibus retroceſſit, & acceſſerunt ad conſuetas diei horas quinæ, quæ fidem ægrotanti Ezechiæ fecerunt indubiam valetudinis recuperandæ: cúmque inſolitum hocce ſolis prodigium, ac inſuetum receſſum pluribus Ezechias denuntiâſſet, Berodach Babyloniorum Rex munera ad Ezechiam ſtatim miſit per manus Babyloniorum: *In tempore illo miſit Berodach Baladan filius Baladan Rex Babyloniorum litteras, & munera ad Ezechiam*, 70. 4. Reg. cap. 20. v. 12. cúmque jam ex integro Ezechias convaluiſſet muneribus illis illectus, & oblectatus ſecretiora ſua nuntijs illis oſtendit, nilque eorundem deſiderio, & notitiæ denegavit: *oſtendit eis domum aromatum, & aurum, & argentum:* ſed quid tunc? accedit iterum ad Ezechiam Iſaias, & pro acceptis muneribus Theſauros omnes fore reddendos prænuntiat, & ipſos Babylonios, qui dona detulerant illaturos excidium, ac Regiæ felicitati paraturos naufragium: *Ecce dies venient, & auferentur omnia, quæ ſunt in domo tua, & quæ condiderunt Patres tui uſque in diem hanc in Babylonem.*

71. Sed quænam tam duræ mulctæ cauſa extitit? non aliam credas, niſi quia Ezechias donis à Babylone ſibi oblatis fuerit oblectatus, & ad familiaritatem, cum Babylonijs contrahendam illectos: Ecce quæ ab Ezechia munera credebantur, inſidiæ tunc illi ſtruebant; ruinam Babylonij magnificis illis muneribus paraverunt Ezechiæ, quem cùm adniterentur oblatis muneribus ſibi devincire, moliebantur etiam tunc eum vincere, debellare, ac in extremam dejicere ruinam, ait Rabbanus: *Dum ſuaſu malignorum ſpirituum jactantiâ queſcunt, quaſi oſtium, quò diutius congregatum amittant hoſtibus pandunt.* En ſubdoli Babylonij cum viderint Ezechiam egregios de Sen-

nacheribo reportâſſe triumphos, ac ſpeciali Numinis favore, cœlique prodigijs priſtinæ fuiſſe ex integro reſtitutum incolumitati, amicorum aſſumpſerunt perſonam, quâ obſequijs, ac oblatis muneribus ſategerunt ſibi devincire: ſed ſub larva amicitiæ exitiale latebat odium; & qui munera obtulêre, in ipſum armabantur accipientem: Ezechias ijsdem ut amicis, non arcas tantùm, in quibus ſuos condiderat theſauros oſtendit, verùm etiam intima cordis penetralia ijsdem aperuit, uti amicis; qui tamen ipſâ ſecretorum notitiâ obarmati detracta poſtea amicitiæ larvâ in accipientem munera, ut inimici inſurrexêre. Et revera Ezechiæ plus timendum fuit à larvatis amicis munera offerentibus, quàm ab apertis inimicis. Vicit quidem Ezechias adverſariorum caſtra; ſed oblata munera eum dignitate ſpoliârunt; ſiquidem ſub Babyloniorum poteſtate ingemuit filius dignitate ſpoliatus.

72. Non deſunt etiamnum, qui familiaritatem ſimulent, amicitiam venditent, muneribus ſubornent, ut tutiùs feriant; cum opportuno tempore larvam deponentes amicitiæ, graſſantur ut hoſtes in eum, cui munera obtulerant ut amici: etiam amici Job oblatis eidem muneribus viſi ſunt ejus obſcurâſſe nomen: aſſerebant, omnia illa munera, quæ ſedens accepit in Throno contra ipſum jacentem in ſterquilinio pugnâſſe: *Ignis devorabit Tabernacula eorum, qui munera libenter accipiunt:* (Job, v.15,34.) ſub hac enim verborum generalitate Jobum acriter præſtrinxêre, licèt à veritate toto cœlo aberrarent, cùm nulla Jobum venalitas unquam infecerit: verùm quamvis quæ Jobo amici objecêre ipſum non tetigerint; plurimis tamen congruunt, qui munera accipiunt dignitate, ac poteſtate florentes: quæ enim tempore poteſtatis munera fuerunt; tempore reddendæ rationis, ac exortæ tempeſtatis ad naufragium impulêrunt. Jobus culturæ virtutum ſommè addictus à DEO Sathanæ diſcutiendus committitur: *Ecce univerſa, quæ habet in manu tua ſunt:* (Job 1, v.12.) Ex hac enim facultate cacodœmoni tradita ſurripiendi, ac evertendi bona ſingula, quibus Job diteſcebat conjecerunt ejus amici, plagas ſingulas à Dœmone illatas ob accepta munera cùm ſederet in Throno fuiſſe à Numine decretas, & jure inflictas, cùm ſordeſceret in ſterquilinio bonis omnibus ſpoliatus. Putat Lyra, Jobum in dignitate conſtitutum divitijs inhiâſſe, ac munera accepiſſe ad pervertendum judicium, & propterea mulctatum in ovibus igne conſumptis, proléque necata: *Ignis Dei cecidit de cœlo, & tactas oves puerósque conſumpſit.* Verùm licèt id de Jobo virtutum omnium eximio cultore dici non poſſet, cùm ſedens in Throno nec munera acceperit, nec divitijs inhiaverit. In hoc tamen amici Jobi minimè errârunt, cùm cenſuerint munera perſæpe judicium ſubvertere, & ab auri rutilantis nitore inficiari, ac corrumpi juſtitiam.

DISSERTATIO X.

Ad diu ſperatas qui promoventur dignitates non tumeant, ſed timeant, quæ imminent diſcrimina: culminibus contermina ſunt præcipitia.

§. I.

Dum ſperant homines fore, ut eminentioribus donentur dignitatibus, ruinas plerúmque ſibi aperiunt; & æmulorum invidiam excitantes, hoſtes contra ſe laceſſunt armatos.

1. QUi eminent in dignitatis faſtigio præ cæteris caveant, ne qui amicitiam ſimulant, & munera offerunt, hoſtes ſint; ſub larva amicitiæ odium tegant, & muneribus perinde utantur, ac armis: non enim deſunt adverſarij, quibus dignitatis eminentia ſua impertitur ſpicula, quibus feriant. Idque cauſæ fuit Arcadibus, ut lunulas calceamentis insererent, ne ſcilicet ambulantes primum exambirent locum, ut refert Plutarchus inquiens: *Cur in calceamentis lunulas, qui ſplendidis præfulgent natalibus ferunt? An diſciplina eſt ea obedientiæ conſulentium, ut non ægrè feramus, ſed ſicut obſequi Luna vult præſtantiori, & eſſe ſecundaria reſpectans aſſiduè juxta Parmenidem ſolis radios; perinde in ſecundo loco acquieſcamus, ſequentes Ducem, potentiáque, & honore ab eo conceſſo fruentes?* (In Quæſt. conviv. Rom.) Exambiunt plerumque homines celſiora, ſed inde præcipitium ſibi aperiunt; æmulorum enim invidiam inde excitant, & hoſtes contra ſe accerſunt armatos: & ubi in faſtigio dignitatis quieſcere arbitrabantur, ibi pœnas ſubeuntes Ixionis, anxiâ cupiditatis rotâ diſtenti ſtabili labore, inſtabili quiete, ſus deque vertuntur, ac miſerè evertuntur ſe ipſos ſequuntur, & fugiunt: pluribus enim objiciuntur adverſarijs, qui præ cæteris eminent, ac primas exambiunt dignitates.

2. Rex Iſrael arma movet in Ramoth Galaad, ſibique confœderatum, & auxiliarem adſciſcit Joſaphatum Regem Juda. Cúmque jam bellicus eſſet apparatus conſtructus, & ſigna conferrentur; ſpecie honoris, ſed doloſâ malignitate Rex Iſrael veſtes induit communes, juſſitque Joſaphatum Regia induere inſignia: *Sume arma, & ingredere prælia, & induere veſtibus tuis; porrò Rex Iſrael mutavit habitum ſuum, & ingreſſus eſt bellum,* (3. Reg. cap. 22. v. 30.) ſed cur Regiam Achabus Majeſtatem depoſuit, & juſſit Joſaphatum ornatum veſtitu Regio pugnare, & in hoſtes irruere? Non credas, Achabum Regium exuiſſe ornatum, quò Joſaphato ſceptrum cederet, ac diadema, velletque ipſi ſubeſſe potiùs, quàm præeſſe: fraudulenter id præſtitit, ad belli præcavenda pericula; ad vulnera declinanda adverſantium: quia in pugnis in eos præſertim oculi, & ictus diriguntur, qui cæteris præſunt, qui milites ducunt, ut lapſu capitis totum faciliùs corpus corruat, ac cæteri milites ſublato Duce, ac Rege, vel præcipiti ſe dent fugæ, vel adverſarijs cedant victi; ideo non cauſa amicitiæ, ſed ſtudio periculi declinandi Achabus Regium in prælio exuit ornatum, ut cæteris gregalibus haud abſimilis hoſtium à ſe oculos, & manus averteret. Joſaphatum verò ſplendere voluit ornatu Regio, non ut tali eum condecoraret dignitate, ſed quò faciliùs periculo objiceret, quia qui cæteris præeminent plures contra ſe hoſtes irritant, ac hoſtiles ad ſe ictus attrahunt. Eventus doloſam Achabi vafritiem comprobavit: ſiquidem in unum Joſaphatum militum jacula collimàrunt, ſuúmque equites in eum converterunt impetum: *Rex autem Syriæ præceperat Principibus curruum triginta duobus dicens: non pugnabitis contra minorem, & majorem quempiam, niſi contra Regem Iſrael ſolum.* (Ibidem.)

3. Non nudantur acinates, non tela vibrantur, neque hoſtiles gladij diriguntur contra gregales milites, contra minores pha-

langes

langes, imò neque contra majores, ac fortiores, ſed contra Regem ipſum, qui cum cæteris dignitate præemineret, in hunc duntaxat collimant hoſtiles gladij; illius ſanguis tantùm ſititur, ejúſque everſio deſideratur, ac propterea in eum collimant ſagittariorũ jacula, in eum equites ſuos dirigunt impetos, qui Regio ornatu fulgebat, qui prima in exercitu dignitate eminebat: & revera niſi Joſaphat ſe vocibus prodidiſſet, & ſe Achabum non eſſe dixiſſet, procul dubio interfectus cecidiſſet in prælio illo, adeo periculoſum eſt, primis eminere ſedibus, ac
3. Reg. c. 22. ſublimioribus fulgere dignitatibos: *Suſpicati ſunt, quòd ipſe (ſcilicet Joſaphat) eſſet Rex Iſrael, & impetu facto pugnabant contra eum, & exclamavit Joſaphat:* nimirum exclamavit altiori voce, ut ab hoſtibus cognoſceretur, non Achabus, ſed Joſaphatus eſſe, quem viderent amictu ornatum Regio, & ne ictum fallerent, ſi tela, gladios in ipſum verterent, quem Achabum Regem Iſraelis crederent.

4. Ecce qoi Principem dignitatis ſedem occupat plenum adverſariotum exercitum contra ſe irritat; tot ſunt periculis obnoxij, qui cæteris ambiunt præeminere, ut quò altiùs inſcendunt, eò lapſui ſint proximiores. In purpuratum enim, & Regia dignitate condecoratum facto impetu irruunt adverſariorum turmæ, ejus ſitientes ſanguinem: ſed ſi Achabi vafrities perdere in prælio Joſaphatum ſategit; caſus ipſe ictu obarmatus fortuito Achabum gregarijs ad-
3. Reg. c. 22. v. 34. mixtum inflicto vulnere interemit. *Vir quidam tetendit arcum in incertum ſagittam dirigens, & caſu percuſſit Regem Iſrael inter pulmonem, & ſtomachum,* caſu percuſſus occubuit, qoi ſpecie rectus gregarij ſparaverat hoſtiles ictus declinare, quos in Joſaphatum ornatu Regio indutum converteret: *In-*
Ibidem. *tendebat enim Achabus,* ait Lyra: *quòd pondus belli verteretur ſuper Joſaphat,* ſciebat enim ſubdolus, ac perverſus Achabus in Regem præſertim hoſtiles dirigi ictus, & pugnantium manus armari, ut amputato capite reliquum exercitûs corpus corruat: Inierat Joſaphatus amicitias cum Achabo, nimirum Vir probus cum improbo: fuit enim Joſaphatus intet paucos Numini dilectus, & quem vel ab incunabulis cum lacte candorem ſuxerat innocentiæ, intemeratum ſemper ſtuduerat ſervare.

5. Princeps fuit Joſaphathus ingentis animi, ac curæ ſagaciſſimæ: obſervaverat, quæ imperium attriverant Anteceſſorum, & ea ſtuduit pro viribus amovere. Retractavit ambitioſas Salomonis divitias in prædam congeſtas Barbarorum, animum adjecit ad urbes conſtruendas, ac validiſſimis muniendas propugnaculis, quo obice erumpentem hoſtem, vel frangeret, vel laſſaret. Diſtribuit in locis opportunis præſidia, quæ in Regni vigilarent tutelam, recenſuit militiam, & ex tota gente quinque ſelegit probatiſſimos Duces, quibus ſuas copias aſſignavit, ut parati eſſent ad hoſtiles quoſque impetus retundendos, & bellicam virtutem mutuis foverent, & accenderent æmulationibus: Joſaphato tantùm nocuit inita cum impio Achabo ſocietas, tunc enim periculis ſe novit obnoxium cum Regium Achabi induit ornatum; fuiſſet Joſaphatus Vir numeris omnibus abſolutus, niſi pretioſa veſte Regis impij ſordidatus, maculam ex Achabi Samaritanorum impij Regis affinitate, ac fœdere contraxiſſet. Poſteris ſiquidem Principibus exemplo; ac documento fuit; Regem probum, alienam malitiam amicitiæ fœdere, & affinitatis neceſſitudine ſuam non facere.

Erat Joſaphato vita comis, convictus 6.
facilis, odiſſe potuit vitia, non tamen vitioſos à ſe undique arcere: ſubrepſit enim in ejus familiaritatem Achabus delicijs diffluens, quibus illectus Joſaphatus amorem hauſit cæcutientem, ac perniciosſam inivit ſocietatem; non enim conſideravit funeſtam odijs divinis, & deteſtabilem Achabi domum, libidine Jezabelis per omnia exagitatam: ex hoc enim fœtido fonte malorum omnium rivi in domum fluxêre Joſaphati, lentæque peſtes ſeris Nepotibus exitiales: geminam Joſaphatus ex inita cum Achabo pernicioſa ſocietate contraxit calamitatem, ſe ipſum, ſuámque domum infecit, in quam iram pertraxit Numinis; & cum primùm Regio Achabi ornatu permiſit ſe inſigniri, quò cæteris præemineret, tot contra ſe adverſarios irritavit, quot fuêre in exercitu milites: qui enim cæteris præeminent celſiores, hi pluribus fiunt periculis obnoxij.

Objecturus Deus Ezechieli gloriam 7.
ſuam per viſionem, quadrigam exhibuit quatuor ductam animalibus, erántque Homo, Leo, Bos, Aquila, & licèt non omnes aligeri; ex aquilæ tamen conſortio, ac fœdere alati didicerunt volare: ubi enim virtus ſuos emittit nitores, ibi ſegnitiei incubantes caligines excutiuntur, & ſolertia etiam contractam abſtergit rubiginem: & quam bovis natura celeritatem denegabat, hanc ſocietas indidit aquilæ: ſub alis manus videbatur hominis, quæ & pennas fulciret, & diſcolores plumas veluti ſuſtentaret: *Manus hominis ſub pennis eorum.* Sed cur Ezech. 1. v 8.
manus hominis ſub ala potiùs aquilæ, quàm ſub jubis leonis? quia nimirum ala altior extollitur, & diſcolor ſublimior evehitur, ac nobilior lucet, & dum pennarum remigio aëreos trajicit tractus, ea percurrit celeritate ſpatia illa diaphana, ut intuentium oculos in admirationem rapiat. Profectò ala præ cæteris animalium partibus, ac membris ſubſidio indiguit manûs; quia præ cæteris animalibus ſublimiora petit, & cùm præ reliquis emineret ſupra cæteros, ſubſidio indiguit auxiliatricis manûs in excellentes enim præ cæteris adverſariorum conſpirant odia; & ad ſpeciem amicorum ardet plerum-

plerumque invidia. Quaterni recenſentur vultus, totidémque alæ, cum de numero manuum reticeatur ſpecies oculis objecta; quia nimirum manus alas fulciebant, quibus & tegebantur; fulciri indiguerunt alæ hoc manuum ſubſidio, quia cùm ſublimiùs avolarent, & ſupra reliqua animalia ſurſum inſcenderent, ac eminerent, periculis vacuæ vix fuiſſent, ſi ſubſidio caruiſſent, ac fuiſſent manuum ope deſtitutæ; ibi enim plura imminent pericula, ubi ſublimiores eminent dignitates. Idque fortaſſis cauſæ, cur priſci Poëtæ ſuum Briarëum præ cæteris hominibus corporis proceritate eminentem Centimanum finxêre, quia cùm noviſſent, eum corporis proceritate ſupra cæteros eminere, quò ab adverſariorum, invidorúmque ſe inſultus tueretur, geminas non cenſuerunt ei manus ſuffecturas, niſi centum adderent.

8. Piſcatui daturus Petrus operam naviculam cum alijs condiſcipulis conſcendit, cúmque altum peteret, quò in uberiorem piſcium capturam retia laxaret, incipiunt atræ, ac ſordidæ nubes in aëre conglobari; ſolem, ac ſerenitatem abripere, & venti excitantur turbulentiores; qui quod antea langueſcebat mare, ac inſidioſa tranquillitate Petrum allexerat ad piſcatum, commovent, conturbant; & fluctus decumanis tumidiores ſcapham utrinque diverberant, & ingraveſcente procellâ periclitantur Diſcipuli in navicula fluctibus huc, illúcque pilæ inſtar luſoriæ agitata, ad incertum quidem iter, ſed ad certum, quod jam imminebat, naufragium. Periculum vidit è litore Magiſter Chriſtus, qui ne laborantibus deeſſet Diſcipulis ſicco veſtigio, ac pede intrepido procelloſos fluctus, ac marinos calcat vortices; miraculi novitas in illa aëris tetra caligine mentes ſerenâſſet Diſcipulorum, & inter procelloſos fluctus animos tranquillâſſet periclitantium, ſi Magiſtrum vidiſſent, eúmque noviſſent; ſed ut erant periculi metu perciti, ac diſcriminibus obturbati Magiſtrum venientem non agnovêre: nimirum arduus eſt, ac perdifficilis ad Deum acceſſus, ſi procelloſis vorticibus, ac calamitatum ſit circumdatus diſcriminibus, quibus quodammodo abſorpti Diſcipuli, nil ipſis magis cordi fuit, quàm ſe à fluctibus expedire, ad litus ſolicitis appellere conatibus.

9. Nos docuerunt, quàm periculosè fallantur, qui pœnitentiam protrahunt usque ad infirmitatum fluctuantes procellas, & ſua in Deum vota nonniſi periculo imminente dirigunt: tunc enim vel Deum non agnoſcunt licèt approximantem, vel excutiendis doloribus, remedijſque adhibendis occupati vix ampliùs Deum cognoſcunt, à quo per peccata receſſerant. Apoſtoli urgente maris tempeſtate, non ſolùm Magiſtrum ignorant, ſed putant phantasma eſſe, opúſque fuerit, ut Magiſter ſe ipſum Diſcipulis proderet fluctuantes ſedaturus animos, quorum tumultuantes affectus timoris, triſtitiæ & deſiderij non minorem intus procellam excitaverant, quàm ventorum impetus marinam exteriùs tempeſtatem: dixit Chriſtus ſerena fronte turbatos intuens Diſcipulos: *Habete fiduciam, ego ſum, nolite timere.* Cùm primùm Petrus vocem audivit Magiſtri, moræ impatiens marinos & ipſe, ſcapham deſerens, pedibus fluctus calcat, per quos incedit non naufragus, ſed viator: ſed cùm acriùs mox adſpiraret ventus, fluctúsque ſolicitaret, & Petrum ſpumantes undæ quaterent, cœpit & ipſe per fluxa illa itinera timore corripi: *videns ventum validum timuit.* Sed cur modò ventus validior in Petrum irruit, cùm non ita exacerbatè furens ſcapham antea concuteret? ventus enim contrarius tantùm erat; non verò adeò acriter furebat: *navicula in medio mari jactabatur fluctibus: erat enim contrarius ventus.* Matth. 14. v. 27.

10. Quid? quòd ventus antea non fuerit validus, & nunc deſcribatur acerrimus? ſi Petrus dum laborat in ſcapha fluctibus quidem agitatur, ſed contrario tantùm vento non acriter furente, cur dum illæsè per fluxos maris ambulat tractus, vento pulſatur acriori? In navi cùm cæteris laborans, non ita periclitatur, ſicut cùm ſicco pede marinos fluctus calcans ad Magiſtrum accedit[illegible] ad portum properabat, & ad malaciam accedebat, procellæ fluctus minus debuit timere; & tamen tunc imminentiori patuit periculo. Cauſa diſcriminis, & quæſtionis ſolutio aſſignatu non eſt difficilis: ideo in navi non adeò Petrus timuit, quia clavum tunc ipſe non regebat, ſed æqualibus cum alijs laboribus occupabatur; cùm primùm verò navim deſeruit ad Magiſtrum acceſſurus, & marinos fluctus ſicco pede calcavit, tunc jam Principatui proximior, jam dignitate, & privilegio ſupra cæteros eminentior; cum unda ejus ſubſterneretur pedibus, ventus acrior efflavit, & procella periculoſior inſurrexit. Tunc fluctus Principi proximiori adulantur quidem in dignitatis obſequium, & undarum ſpumæ in venerationis teſſeram ejus oſculantur veſtigia; ſed acrior etiam illicò inſurrexit ventus, vel æmulatione incitatus, vel ambitione inflatus, vel invidia furioſus: *videns ventum validum timuit.* Tunc Petrus plus timuit, cùm marinos fluctus ſicco pede calcaret; quia cæteris præferebatur; in navi non timuit, qui reliquis comparabatur; elatus ad dignitates ſupra alios metuit naufragio proximior. Cenſet S. Zeno Veronenſis miraculi periculum fidem confirmâſſe: nam ſi perveniſſet illæſus per undas non credidiſſet, ſe pedibus tumentes fluctus calcâſſe, ſed ſomnium, ac imaginationem fuiſſe tempeſtatem illam, & periculum: pulchrè D. Zeno ait ſerm. de timore. *Petrus æſtu marino fertur non naufragus, ſed Viator: timet profundum intercipere non*

timentem: nec tamen in toto diſſimulat, ne per mare pedibus ſe ambulâſſe non credat.

11, Sed cur Petrus non credidiſſet, ſe pedibus undas calcâſſe, & ſicco veſtigio marinos fluctus perambulâſſe, niſi acriores ventorum flatus ſuſtinuiſſet? Quia nimirum adeo eſt frequens in dignitate conſtitutis, lateribus Principum inſidentibus agitari periculorum procellis, ut perinde ſit diſcriminibus non eſſe obnoxium, ac dignitate eſſe deſtitutum: etiam in Principem Apoſtolorum acrior invehit ventus, cum proximior ipſe ad Magiſtrum accedit, ac cæteros dignitate præcellit: quòd ſi non urſiſſet ventus vehementior, & procella non intumuiſſet acrior, ſi marinos fluctus ſicco pede calcâſſet Petrus, ſine periculo ſubmerſionis, putâſſet ſomnium, quod ſpeciale erat privilegium; & quod miraculum fuit, nocturnum credidiſſet phantasma. Quamobrem quò proximiùs acceſſit ad Magiſtrum, eò acriores contra ſe marinos æſtus concitavit; quia non vacat periculis dignitas; & quò illa imminent apertiùs, hæc eò eminet excelſior; inferatúrque dignitatis eminentia ex periculorum imminentia; ideóque Petrus, non potuit, non verum credere, ſe tumentes fluctus calcâſſe pedibus; cum ex vento acriore, ac periculo proximiore, ſe proximiorem noverat Magiſtro; ac reliquos propterea loco, & dignitate præceſſiſſe condiſcipulos adhuc in cymbula laborantes: *nec in toto diſſimulat*, ait Zeno, *ne per mare ſe ambulâſſe non credat.*

12, Periculis ſi non cingantur dignitates, ſomnia ſunt, & earum ſplendores, ombra fugax, ventúsque, qui dum ſpirat avolat, ac evaneſcit. Id expertus fuit in Ægypto Rex Pharao, cùm nocte intempeſta ſomno ſopitus putabat ſe ſuper fluvium ſtare, hoc eſt ſupra delabentes fluvij vortices Regium ſuom ſtare Thronum exiſtimabat Pharao, & licèt ſe falleret, verùm tamen edixit; ſe fefellit, quia cenſuit ſe illic ſtare poſſe, ac permanere, ubi fluvij vortices jugi fluxu deorſum volvuntur per declives terrarum tractus, quapropter D. Chryſoſtomus Pharaonem perſtringens ait: *Falleris ò miſer, qui putas, eſſe poſſe ſtabiles greſſus in labente flumine:* ſtare nequiverat Pharaonis Thronum fluxilibus innixum fluctibus, pari velocitate, quâ Nilus fluit, Regnum itidem fluebat Pharaonis; tamque firmam habuit ipſe gloriam, quàm Nilus undam, & cùm Nili delabentes vortices in mare præcipites properarent; præceps itidem ad interitum, ad ruinam, mortiſque amaritudinem Regia properabat Pharaonis Majeſtas. Quamvis igitur ſe ipſum fefellerit, adhue tamen verum dixit, cùm ſe vidiſſe Regiam pompam, imperij Thronum, diadematis majeſtatem, ſceptri poteſtatem ſupra delabentes aquas quaſi ibi innatantes, & fluentes edixit; quia labilia eſt Regum gloria, & Majeſtas Regia, perinde fluit, ac fluvij unda; terrenæ dignitates inſtabiles ſunt fluviatilium undarum æmulantur curſum; modicùm enim affluunt his, qui ſe illis inſignitos arbitrantur; mox verò refluentes ad alios accedunt: hinc D. Gregorius Nazianzenus *in Cygnæo carmine*, mundi dignitates, ac opes marinis æquiparat fluctibus, qui dum in orbem attolluntur, deprimuntur, ac deorſum delabuntur, inquiens: *Nulla in dignitatum, opúmque natura ſtabilitas, nulla & certitudo: ubique comparari dignitates poſſunt cum ingentibus maris fluctibus, qui & in orbem attolluntur incerto motu, & viciſſim delabuntur.* Lib. 1. Selm. de vita ſua.

§. II.

Fluxa, ac evanida, imò & ſomnia ſunt mundi dignitates, & quæ ijsdem ſpes adhæreſcit exſucca exareſcit; vel ſpinas tantùm metit, quibus ſperantes acriùs torquentur.

FLuxæ ſunt, quæ ſuas in mundo videntur dignitates radices agere, non ſtant, quamvis ſtare videantur, fluunt, cùm ſtare creduntur; idque nos edocuit Propheta Ezechiel, cùm nobis aperuit viſionem, 13, quæ ipſi contigit juxta fluvium Chobar: *Cùm eſſem in medio captivorum juxta fluvium Chobar aperti ſunt cœli, & vidi viſiones Dei;* Ezechiel. & præ cæteris currum vidit Regiam præſignantem dignitatem, ac Principis gloriam interprete D. Hieronymo, qui loquens de curru Ezechieli objecto, ait: *Significat omnem hujus mundi gloriam præterfluere, & gradum ſtabilem non habere.* Sed ſi currum Ezechieli objectum Cherubin trahebant, cur non potiùs firmis fuit fundamentis innixus, cùm cœlites ipſi in ejus vigilarent tutelam? tametſi Cherubim currum ducerent, non tamen ullam hic potuit firmitatem enanciſci, quia ipſi aurigæ: *Ibant, & revertebantur in ſimilitudinem fulguris coruſcantis*, Ezech. 1, v. 14. ut nos edocerent, Regiam mundi dignitatem, & gloriam eadem celeritate fugere, quâ fulgur diſparet; licèt Cherubim auriga eſſet, fulguris tamen induerat ſpeciem, quod cùm ſplendet extinguitur; & moritur, cùm oritur; vix fulgur ſuo coruſcamine oculos perſtringit, & evaneſcit, ſuperſtites tantùm umbras relinquens.

14, Quòd ſi Regia Majeſtas, Principis gloria, etiam aurigante Cherubino nil enanciſcitur ſtabilis, & ſtatim evaneſcit; qualem ſortietur firmitatem currus, quem non Cherubim auriga ducit, ſed Lucifer in baratrum perducit per clivoſas mundi voluptates? Adeo celeriter fugit mundi dignitas, ut Salomon eam tantùm præteriiſſe, ac fluxiſſe dixerit, non verò, quòd de præſenti flueret: *Ego Eccleſiaſtes fui Rex in Jeruſalem*, quòd ſi Eccleſ. c. 1, v. 12.

Salomon

Salomon adhuc ſedit in Throno cùm hæc ſcripſit, cur non potiùs dixit: *Ego Eccleſiaſtes Rex ſum*, Cur ſi Rex tunc erat, non dixit *Rex ſum*, ſed maluit aſſerere? *fui Rex?* quia ſcilicet adeo labile eſt Regnum, & volatile Regis diadema, ac volubile, ut dubitaverit Salomon, an Regnum tamdiu perſeveráſſet, quamdiu ſe regnare ſcriberet, & quia certus erat, ſe antea regnáſſe, maluit, quod certum erat, incerto, & ancipiti præferre, dixítque propterea ſe fuiſſe Regem, quod potuit verè aſſerere; & cùm eſſet dubius de duratione, nec momento præſenti voluit fidere.

15. Plura, & quidem ſpecioſa ſuis ſpondet mundus aſſeclis, ſed quæ momentanea ſunt, & tamen ob tam fluxam, exiguámque mercedem plura ſuadet ſubire pericula, imò & certa ſalutis naufragia. Ventos ſpondet dignitatum, quæ illicò efflant, quid enim vento celerius, quid inconſtantius? Quid aliud ſunt bracteati dignitatum tituli, lemniſcata nobilitatis ſtemmata, viſcata fortunæ dona, fucata Veneris ſterquilinia, mele oblitæ voluptatis illecebræ? Quid congeſtæ divitiæ, acquiſiti tituli, & plura alia, quæ mundi dignitates ſpondent, quàm ventus inconſtans, qui dum efflat tranſit, dum ſpirat diſparet? imò plerumque dignitates, quos inſigniunt in brevia, ſyrteſque vitiorum pertrahunt, & ab æternæ ſalutis probis conſilijs avertunt. Quinimo dixerim vento inſtabiliores eſſe mundi dignitates. Quid inſtabilius vento? quid aura fugiente vanius? Quòd ſi delirus, & à ſana mente dejectus is cenſeretur, qui perflante vento firmas, ac ſtabiles putaret in campo plumas; ita qui Principum gloriam, ac inanem pompam alis inhærentem ventorum firmam aſſereret.

16. Quinimò vento velocior Regni gloria prætervolat, ut innuit Zacharias: *Et ecce*
Cap.6.v.1. *quatuor quadrigæ egredientes de medio duorum montium.* Anguſtiæ vallis aditum aperuere quadrigis egredientibus de montium lateribus: ſunt autem hæ quadrigæ de montium medio prodeuntes mundi dignitates; ut ait D. Cyrillus Alexandrinus expendens textum Zachariæ inquiens: *Quatuor currus in medio montium dicimus eſſe Regna illuſtriſſima, quæ in totidem mundi climata ad quatuor ventos claruerunt.* Nimirum quia volatiles ſunt mundi dignitates, Regna ipſa alas ſibi comparant, & mutuantur à ventis; & volubilitatis rotas à quadrigis; non enim firmum eſſe poteſt, quod quadrigis circumrotatur, aliſque ventorum fertur; quàm aptè dixit Cyrillus: *Regna illuſtriſſima ad quatuor ventos clareſcere:* ſplendent Reges, quia divitijs affluunt, & clareſcunt dignitate, ſed quia nec ſplendor, neque claritas firma eſt, & illicò fluit, ideo præteriti duntaxat meminit, non præſentis; ad quatuor ventos illuſtriſſima Regna *claruerunt*, cùm enim nihil præſens ſit, nihilque in Regia gloria firmum, ideóque præteritæ tantùm meminit claritudinis: non enim rotæ, & venti ullam poſſunt firmitatem polliceri.

17. Quòd ſi mundi dignitates inſomnia eſſe dixeris, te minimè ſomniáſſe, fidem faciet vel ipſe Salomon, cui Deus cùm dixiſſet: *Dedi tibi divitias, & gloriam, ut nemo fuerit ſimilis tui in Regibus cunctis retrò diebus.* Quamvis Salomon Regia fuerit dignitate inſignitus, Throno inſederit Iſraelis, divitijs affluxerit, imò & delicijs diffluxerit, ſeriò poſtea cogitans, quid hæc omnia eſſent, cùm jam præterierint; quaſi tunc è ſomno expergefactus inciperet evigilare, faſſus eſt, hæc omnia purum eſſe ſomnium: ſubdit enim ſacer Hiſtoricus: *Igitur evigilavit Salomon, & intellexit eſſe ſomnium,* hoc eſt quaſi indormiiſſet, cùm ſederet in Throno, cum imperaret populis, cùm divitias congereret, cùm delicijs indulgeret, poſtea evigilans, & in ſe reverſus intellexit, ſomnium eſſe divitias, ſomnium gloriam, ſomnium Regiam Majeſtatem; quia quæ in hac vita poſſidentur, quamvis ſint principatus, Regna, & imperia, inſomnia ſunt; quia perinde ac ſomnia evolant, evaneſcunt, nil firmum, nil perenne relinquentia in corde; imò & triſtitiam, mœrorémque, quo premitur, & torquetur.

18. Quòd ſi ſuſceptas à Deo divitias, gloriam, & Regnum Salomon ſomnium eſſe intellexit; an non vaniora inſomnijs erunt dignitates, quas mundus ſuis exhibet? certè ſaltem ſomnia ſunt mundi Regna, cum etiam Pharao Regiam ſuam poteſtatem in ſomnis viderit. *Poſt duos annos vidit Pharao ſomnium. Putabat ſe ſtare ſuper fluvium.* Genes.41. v.1. Duo effluxerunt anni, ex quo Joſeph fuerat ſomnia Eunuchorum interpretatus, & Pincernarum Præfectus ſuo in aula miniſterio fungebatur, adeò ut integro biennio oblitus fuerit Joſephi, donec Pharao ſuam ſomniaret poteſtatem: non enim fortuito Rex ſomniavit, ſed ex divina diſpoſitione, ut notat Dionyſius Charthuſianus inquiens: *Vidit apparitionem ſibi per Angelum bonum exhibitam, Principi communitatis, & propter commune bonum, non propter Regis idololatræ meritum:* ſomnians igitur Pharao putabat, ſe ſtare ſuper fluvium, ſeu in palatio ad ripas imminente fluvij Nili, de quo ſeptem boves aſcendebant, depaſcentes virentes fluvij ripas, ac inter virera laſcivientes; ſeptem hi boves pingues erant, quia fertilitatis annos innuebant. Quid ni, vel ubi Princeps etiam dormiens oculos vertit, ſuóque aſſiſtit regimine, etiam ipſi greges, ac populi paſcoa, & alimenta inveniunt. Juxta fluvium fertilitas in ſomnis objicitur Pharaoni; vel quia abundantia Ægypti ex aluvione oritur Nili, qui turbidus, & pinguis agros oblimans, eoſdem impinguat, fœcundátque; rarò enim cadunt ibi pluviæ; quarum defectum ſupplet Nilus è ſuo alveo egrediens campos illos inundaturus, adeo ut ex aquarū inundantium altitudine præſciant

Coloni Ægyptij, quanta futura ſit anno illo agrorum ubertas, & quæ ſperanda annonæ copia. Vel juxta fluvium Regni fertilitas, ac felicitas in ſomnis apparuit Pharaoni, quò inde conjiceret, fluviatiles eſſe Regni felicitates, & ubertates, & ipſas perinde fluere, ac fluminis oodæ; idque ex eo etiam conjicere potnit, quia alias ſeptem vidit in ſomnio vacas, ſed macilentas, tenues, ac famelicas, quæ priores devorarent: ſicut enim vacæ pingues ſeptennium ſignificârunt fertilitatis; ita tenues, ac famelicæ indicârunt, in ſeptem annis ſterilitatis quidquid reſiduum à ſeptem fertilibus fuiſſet id vorandum eſſe præ fame. Adeo vana, & infirma eſt Principum felicitas, & poteſtas, ut ſomnium æmuletur, & Pharao nonniſi in ſomno ſuam viderit felicitatem: non enim in vigilis poteſt videre, ſe verè regnare, qui DEO oon tegnat, ſed vitijs, ut Pharao.

19. Apocal. 17. v. 12. Hinc de decem cornibos illius beſtiæ, quam viderat Joannes, air Angelus: *Decem cornua, quæ vidiſti, decem Reges ſunt, qui Regnum nondum acceperunt, ſed poteſtatem tanquam Reges una hora accipient.* Ecce quàm fluxa, volatilis, & brevis eſt Regia dignitas; Reges ſe dixerunt, ſed quò ad unam duntaxat horam principarentur; ſed cur veluti Reges vocat Angelus, qnos antea ſimpliciter Reges appellaverat? *Decem cornua quæ vidiſti, decem Reges ſunt*, absque ulla reſtrictione, ſed abſolutè Reges vocat, quos poſtea tanquam Reges eſſe dicit, *ſed poteſtatem tanquam Reges unâ horâ accipient*, ſcitè reſpoodet Beda ad quæſitum inquiens: *Tanquam Reges dixit, quia velut in ſomnis regnat, qui Chriſti nomini adverſatur.* Decem cornua beſtiæ ſymbolum ſunt Regum terræ, qui Deo non regnant, cui cultum non exhibent, ſed idolis, & vitijs; & iſti nonniſi io ſomniis regnant, quia mundi Regna, in ſomnijs duntaxat objiciuntur; ſomniat, qui ſine DEO regnare putat. Per annos plures tametſi eſſent regnaturi, qui beſtiam Joanni objectam ſequebantur, cui & famulabantur, unâ tantùm dicuntur horâ regnare, quia horaria eſt mundi dignitas illicò diffluit, ac dilapſa evaneſcit.

20. Vacua ſunt mundi ſceptra, & vani tituli: hujus vacuitatis ſymbolum prodituri Judæi in argumentum ludibrij arundinem dexteræ Chriſti Domini impoſuerunt ei illudentes: in ipſo ſiquidem ludibrio veritatem vividiùs expreſſêre teſte Drogo, ait enim: *Arundinem in dextra ejus ponunt; poteſtas enim, & Regnum arundo eſt ventis agitata.* Quòd ſi mundi dignitas, & Majeſtas, vel in ipſa Chriſti Domini dextra inanis eſt, & vacua arundo; quid quæſo pretij enancìſcitur ſceptrum in dextra peccantis? Rectè dixir Pharao, putâſſe ſe ſupra fluvij vortices ſtare, & ſimul ſomnium vidiſſe; nimitum ſuæ dignitatis gloriam ſomnio adnexuit, quia Regia in mundo dignitas, quæ Deo non ſervit, nec cultum ei exhibet, purum eſt ſomnium. Dormiebat Pharao, & ejus gloria unà cum fluvio curſu fluebat interrupto. Et quamvis ſomno emerſerit, non tamen valuit fluvij retinere lapſum, nec ſuæ dignitatis fugam compeſcere. Danubio fluvio pares dixeris mundi dignitates, jugiter fluunt, & dilabuntur, donec io mare nigrum, ſeu mortuum, ſuo veluti io ſepulchro ſe ipſas ſepeliant: Reges & Principes terræ jugiter fluunt, donec in mare nigrum ipſius mortis ſepeliantur.

21. Quòd ſi Pharao expergefactus totus fuit terrore correptus, & ſomniatas timuit rerum imagines; inde conjicimus Regum pectora curas tundere, & ſceptrum, titulóſque ſolicitos reddere animos. *Vidit Nabuchodonoſor Rex ſomnium, & conterritus eſt Spiritus ejus, & ſomnium ejus fugit ab eo.* (Daniel. 2. v. 1.) Deterretur etiam Nabuchodonoſor ad ſomnij veſtigium; ſed illicò evanuit è mente ſomnium, cùm impreſſus cordi terror hæſit. Ecce quàm plumbea eſt Regibus corona, quæ caput adeò aggravar, ut ferreis curis mentem oppleat: quàm vani ſunt Regij tituli, qui nonniſi cruces ſibi ſubjiciunt, idque vel è crucis cathedra edocuit Magiſter Chriſtus: *Scripſit autem & titulum Pilatus, & poſuit ſupra crucem. Erat autem ſcriptum JESUS Nazarenus Rex Judæorum:* (Joan. 19. v. 19.) nimirum Regni titulus cruci palam hæſit, cùm occultè plures ſoleat elaborare in Throno cruces imperantibus. Errant Reges, ſi Regij nominis felicitatem procul à ſupplicijs putant abeſſe, cùm & Regium Titolum legamus in cruce, qoò inde conjiciamos, quantis crucietur tormentis ambitio. Qui enim regnabat Pilatus, Regium nomen fixit in cruce: quod tamen ne fieret, adnitebatur Scribarum vulgus: præſes tamen delere noluit, quod ſcripſerat, ut vel invitus fateretur cruci affine eſſe ſceptrum, & plerumque eos torqueri in cruce, qui Regio ſedent in Throno: qui enim imperij experitur curas, & laniatus, facilè fatetur, coronæ cum cruce fœdus eſſe indiſſolubile.

22. Hinc Salomonis Thronus non alaudis modulantibus, nec luſcinijs ciogebatur occineotibus, ſed leonibus ambiebatur, ac includebatur ferocientibus, quò inde diſcamus non recreari dignitatibus homines, ſed laniari; non cantu luſciniarum demulceri, ſed rugitu leonum deterreri. Comes dignitatis, ac regiæ poteſtatis non eſt blaodum mentis levamen, ſed cruentum cordis certameo; pax animi vix eſſe poteſt, ubi io Throno ſedet poteſtas ad ſceptrum regendum.

23. Tota arborum Reſpublica olivam invitat, enixìmque rogat, ut velit omnibus præeſſe, ut ſuo dulci liqnore poſſit ſingulis prodeſſe, ſed ſceptrum detrectat, imperare abnuit, ſeque excuſat, eò quia

ſua

ſua non poſſit pinguedine privari. *Num-*
Iudic. 9. v. 9. *quid poſſum deſerere pinguedinem meam? qua & Dij utuntur, & homines; & venire, ut inter ligna promovear?* ſed quia noluit oliva cæteris imperare arboribus, conſilijs initis duxerunt ficum arborem rogare, quatenus vellet cæteris imperare, ac ſuprema inſigniri dignitate. *Dixerúntque ligna ad ar-*
Iudic. 9. v. 10. *borem ficum, veni, & ſuper nos regnum accipe. Quæ reſpondit eis. Nunquid poſſum deſerere dulcedinem meam, fructúſque ſuaviſſimos, & ire, ut inter cætera ligna promovear.* Sed quis olivam adegit ſuam deſerere pinguedinem; & ſua ficum privari dulcedine? potuit ficus regnare, & in throno ſuas radices agere, ſuámque ſervare dulcedinem, cùm non cogeretur naturam mutare. Potuit oliva regnare, & ſua non deſtitui pinguedine; non enim reliquæ arbores id exigebant, ut oliva cum ſceptro macreſceret, & ficus cum diademate ſuam à ſe dulcedinem abigeret. Verùm non potuit oliva pinguis ſimul, & coronata manere; nec potuit ficus in throno ſedere, & ſua frui dulcedine: noverat utraque arbor curas, ſolicitudines, amaritudines, quæ regiam cingunt dignitatem, cui dulcedo non congruit, cum comes coronæ ſit amaritudo. Quiſquis enim regit, non ſuis, ſed aliorum commodis vacare debet, & dum omnibus tenetur inſervire, curis premitur omnium:
In cap. 9. Iudic. appoſitè Abulenſis. *Neceſſè erat, dimitti illam pinguedinem, ſi regnaret: & hoc; quia Reges, ſi benè regunt, non debent attendere voluptatibus ſuis, ſed ſubditorum, alioquin Tyranni, non Reges ſunt.*

§. III.

Qui ad ſperatas infulas promoventur in eccleſiaſtico cælo nubes æmulentur, quæ ſe ipſas deſtruunt, quò optatis pluvijs areſcentes plantas irrigent, ac ſitientibus campis ſint ſolatio.

24. COhærent cum nubibus mundi dignitates: coaleſcunt nubes ex terrenis exhalationibus, ſurſum beneficio ſolis evectis. Cúmque uberior exhalatio in media aëris regione avolaverit mox frigoris vi coacta, & compacta, ac calore interiore elevata, medio ſuſpenſa in aëre hæret, ac cæteris præeminet terræ partibus. Plerumque etiam ex infima plebe homines beneficio virtutis ad ſublimiores evehuntur dignitates, ac cæteris præeminent hominibus. Coëunt etiam nubes ex diverſis vaporibus: aliæ enim ex craſſioribus coaleſcunt, aliæ ex tenuioribus; aliæ aridioribus, & aliæ humidioribus, quo fit, ut afflatæ ſolari radio quædam ſuſpiciantur albeſcere, aliæ rubeſcere, iſtæ nigricare, illæ palleſcere; & plures cæruleæ à nobis ſuſpiciantur: rubor enim & pallor nubes indicat rariore, ac ſicciore eſſe halitu fœtas, ac præſagia proinde prodere ſerenitatis: quæ verò atræ, cinereæ, ac ſubobſcuræ nobis apparent plurimum continent humeſcentis vaporis, ac proinde pluvias, procelláſque minantur. Simile dixeris ijs obtingere, qui veluti paluſtres vapores ſurſum evehuntur ad dignitates celſiores: ſicut naturæ hominum diverſis ducuntur propenſionibus, ita etiam cum eminent, mores ſortiuntur diverſos, ut experimento ſexcenties deprehenſum fuit. Qui igitur ad præcelſas promoventur dignitates, Regíiſque ſedent in thronis, in quibus cæteris præeminent, nubes ſunt, quæ in beneficium, & commodum ſubditorum ſe ipſos non verentur abſumere, ac deſtruere: ſicut enim nubes in pluvias liqueſcunt, ut terrarum areſcentes tractus irrigent; & veluti pluviarum bajulæ, ventorum impulſu ductæ huc, illúcque diſcurrunt, quò ſitientibus campis ſolatium optati imbris adferant: ita qui cæteris præſunt, præſertim in regimine eccleſiæ totam debent terram animarum fidelium irrigare imbre, ac pluvia doctrinæ evangelicæ, ut fructus ſalutis adferant, de quibus Procopius ait: *Nubium* In cap. 45. Iſaiæ.
appellatione eccleſiæ præſides innuuntur, qui terram pervagati diffuſo in omnes verbo ſitientes animas irrigârunt, & ad ſpiritualem fructuum ubertatem, Diaboli ſeminibus ablatis excitârunt. Plenas eſſe debere has Præſulum, ac Doctorum nubes beneficis pluvijs, humoribúſque à vitio defæcatis, ut terrarum tractus irrigent, ſuggerit Am- Lib. 7. epiſt. 44.
broſius, inquiens: *Qui multa legit, & intelligit, impletur, qui fuerit impletus, alios rigat. Ideóque ſcriptura dicit, ſi impletæ fuerint nubes; pluviam in terram effundent. Sint ergo ſermones tui profluii, ſint puri, & dilucidi, ut morali diſputatione ſuavitatem infundas populorum auribus.*

Sunt enim nubes, quæ proprijs detri- 25.
mentis ſolatia inferioribus afferunt, plantas irrigant, arbores reficiunt, vireta recreant, & areſcentibus campis, pratíſque ſitientibus munifica largitate concupitos propinant liquores. Eccleſiæ Præſules, qui cæteris dignitate præſunt, ac præeminent, nubes ſunt, quæ tunc ſalubres ſolvuntur in imbres, cùm terram cordis ſubditorum doctrinæ ſuæ fluentis irrigant, ſimúlque recreant, ut ad proferenda pij operis germina feracem reddant. Hinc nubes fuerunt, & ipſi Prophetæ, ut eleganter explicat Procopius, inquiens: *Ut enim nubes nihil aliud* In cap. 5. Iſaiæ.
eſt, quàm craſſus quidam aër humido de terra vapore conſtans: qui ſurſum ventis evectus ſimul, atque eorum opera in juſtum acervum congregatus, idoneam gravitatem humoris inſperſione conſecutus eſt, in terram guttatim labitur. Sic uſitato naturæ quidem ordine in lucem erumpunt Prophetæ, animâ

puritate tamen, & ſpiritus virtute adjuti at-
tolluntur: fœcundaque orationis guttas men-
tibus bonis, & frugiferis inſtillant. Moy-
ſes ſuis ipſe verbis oſtenditur, cum ajt: Ex-
pectetur tamquam imber doctrina mea. Nu-
bes in ſacris ſcripturis dicuntur etiam Do-
ctores, qui ubertim auditorum mentes ve-
lut arva irrigant, & fœcundant, cùm enim
divinum promulgant, explicántque verbum,
ſalubrem effundunt imbrem, quo mentes
irrigant audientium. E nubibus tamen ſi-
cut aliæ ſunt alijs clariores; ita aliæ alijs le-
viores, Nubem levem, ac ſingulari candore
pellucidam fuiſſe Virginem Matrem aſſeruit
ymbrſtititut. D. Ambroſius, ubi pulchrè ait: *O divitias*
virg cap 13. *Marianæ virginitatis quæ quaſi olla ferbuit,*
& quaſi nubes pluit in terras gratia Chriſti.
Scriptum eſt enim de ea: ecce Dominus ve-
nit ſedens ſuper nubem levem. Verè levem
quæ levavit hunc mundum de gravi pondere
peccatorum. Levis erat, quæ remiſſionem
peccatorum utero geſtabat. Lyranus tamen
Cap. 19. expendens verba illa, quæ ſunt Iſaiæ. *Ecce*
Dominus venit ſedens ſuper nubem levem, in-
terpretatur de Chriſti Domini humanitate,
quæ levia fuit, quia nullo aggravata origi-
nali peccato: quæ prærogativa etiam Virgi-
ni Matri à fidelium tribuitur pietate.

26. Verùm nobes levis non tantùm ſigni-
ficat, quæ pondere caret, ſed etiam quæ ve-
lociſſimè fertur. Quòd leve de veloci e-
Cap. 7. v, tiam dicatur nulli eſt dubium, quia ubi Job
15. ex Hebræo legit Pagninus. *Dies mei levio-*
res fuerunt; vulgata habet: *Dies mei ve-*
2. Reg. cap *lociter tranſierunt*: & ubi Aquilis dicun-
1. v. 23. tur velociores, S. Ambroſius ait: *eſſe ſuper*
3. de offic. *aquilas leviores*, quo fit, ut in idem reci-
cap. 9. dant *leviter*, & *velociter*: quapropter à
vero alienum non eſt, ſi nubes levis velox
intelligatur, adeò ut levitas velocitatem
adaugeat, & velocitas levitati famuletur,
Cap 1, v. 8. & in hoc ſenſu intelligitur illud Abacuc.
Leviores pardis equi ejus, id eſt velociores,
2 Reg. cap magiſque ad curſum expediti, & in eodem
20. v. 8. ſenſu dicitur: *Quis fabricatur levi motu*,
ſeu celeri, & expedito. Non ſolum qui
alijs præſunt doctrina, prophetia, virtute
nubes ſunt; ſed etiam qui dignitate præ-
eminent, ac cæteris præſunt: hi enim ſupe-
riores referunt nubes, quæ tametſi elatæ,
ſint in ſublime, ventis tamen expoſitæ, huc,
illúcque actæ variè exagitantur, formáſ-
que induunt varias; Nunc enim pendulæ
ac mobiles navium inſtar in aëris pelago ven-
tis vehuntur; nunc fœcundæ humore aqueo
veluti ad fœtum edendum deorſum deſcen-
dunt, ideóque humidiores humiliùs meant,
& ſequiores; ſudis verò ſublimior curſus,
& tum lanarum velleribus ſimiles aguntur
cano agmine, volatu perniciore: nunc verò
cum non ita vegeto motu ferantur, multi-
plex halitus nube involvitur veluti in carcere
detruſus, qui tamen poſt multam à nube
ſenſim magis, ac magis frigeſcente, ac con-
creſcente compreſſionem, vinculorum im-
patiens; nubem qua parte minus denſa, &
tenuior eſt, atque adeò nunc ſurſum, nunc
deorſum verſus effringit, & ex ea halitûs
extruſione tonitru exoritur, & interdum
etiam fulmen extruditur. Has varias nu-
bium formas plerumque, qui præſunt, in-
duunt; mox tonitru minantur, fulmine
puniunt, nunc munifico imbre beneficio-
rum ſubditos recreant, mox clementiæ can-
dore ijsdem eblandiuntur, & nunc tetrica
fronte perterrent: hinc apud Hebræos *Ne-*
ſichim Prælati, ac Principes dicuntur, qui
cæteris præſunt; & eadem vox etiam nu-
bes, terræque exhalationes, ac vapores ſur-
ſum in aëris ſublimitate coactos in nubem
ſignificat: unde nulli dubium, quin cum
Principibus nubes cohæreant, & ſicut nu-
bes non in proprium commodum, ſed in
aliorum utilitatem ſublimem occupant ſe-
dem, & beneficos plantis, campíſque fun-
dunt imbres, ita Principes non proprijs,
ſed ſubditorum tenentur commodis ſtudere,
quod minimè præſtant, niſi alijs inſerviant,
& aliorum premantur curis.

Hinc Pharao poſtquam nocturno ſom- 27.
no ndulſiſſet pavore deterritus è lecto
ſurrexit, quia cæteris, qui præſunt, nun-
quam ſine pavore, metúque eſſe debent,
non tam ob inſidias hoſtium, quàm propter
propriorum affectuum, ſeuſuúmque la-
queos; adeò ut duplici torqueantur timo-
re; interno, & externo; quod ſi alios non
timent, diſſoluti ſæpe fiunt, & delicijs
diffluentes vitijs coinquinantur fœdioribus,
& qui alijs dominantur viliori famulatu ſuis
inſerviunt deſiderijs, quia ut ait Sidonius
Apollinaris. *Sicut hominibus Reges, ita* Lib. 2, epiſt.
Regibus eorum deſideria dominantur: neque 13.
ullam ſaluris ſibi poſſunt ſecuritatem ſpon-
dere, qui propriorum affectuum tyrannidi
ſubduntur. Hinc terreri, ac pavere debet;
qui in ſublimi verſatur dignitate, & cæte-
ris præeſt, quibus imperat: inſignia dig-
nitatis plerumque ad extremam impellunt
perniciem, ac ruinam, adeò ut D. Joan-
nes Chryſoſtomus, *inſignem honorem viati-*
cum dixerit futuri ſupplicij.

Idque cauſæ fuit ſponſæ, ut ſimulave- 28.
rit ſponſum, quem antea enixim concu-
pierat, & quæſierat, non audire vocantem;
térque paſſa ſit ab ipſo vocari. *Veni de Li-* Cant. 4. v
bano ſponſa mea, veni de Libano, veni, co- 8.
ronaberis de capite Amana, de vertice Sanir,
de cubilibus leonum, de montibus Pardorum.
Quid? quòd ſponſa, quæ ſponſum ſolici-
ta per vicos quæſierat, & plateas, & cujus
præſentiam adeò optaverat, ut ubera ejus
vino, & fragrantiam unguentis optimis
prætulerit; imò & eum etiam in lectulo
quæſierit, & per vulnera inter milites ex-
quiſierit; ſimulet nunc ſponſum non audire
vocantem, quem ardenter concupierat a-
mantem? ter vocata à ſponſo, linguam non

ſolvit

ſolvit, pedem non movet. *Veni de Libano ſponſa mea, veni de Libano, veni.* Cur ter vocata cunctatur? cur non potiùs ab aquilia alas mutuatur, ut velocior ad amplexum properet ſponſi? Quid cauſæ fuit hujus cunctationia, ſimulationis, ac ſilantij? volâſſet quidem ſponſa, ſi vocata fuiſſet ad ſponſum, ſed quia à ſponſo evocata, non ad ſponſum vocata, ideo ſimulavit ſponſi vocem non audire, ut eidem vocanti non reſponderet: non anim ad dilectum vocabatur ſponſa, ſed ad coronam. *Veni de Libano ſponſa mea, veni de Libano, veni, coronaberis*, ſponſam vox ſponſi tenebat, ſed corona eam terrebat; Dilectus trahebat amore, ſed corona retrahebat dignitate; diligebat ſponſum ſponſa, ſed coronam oderat; ſponſum deſiderabat amplectentem, non coronantem. Si ad coronam non vocâſſet, ad ſponſum advolâſſet: ſponſo maluit carare, quàm corona clarere; maluitqua à dilecto axulare, quàm inter ejus amplexus diademata coronari.

29. Imò potuiſſet legitimè conqueri ſponſa, ad coronam vocata à ſponſo, qui ne foret ipſa Rex à populo renuntiandus in montam, ſolus profugarat: vocat ſponſam ad coronam, qui ragnum ipſum, ut refugaret, ſolus in montam aufugit: & quamvis à ſponſo ſponſæ corona offerratur, licèt ſponſo fideret; coronæ tamen, quam expavit, confidere noluit. Adeò ſunt pariculis circumſeptæ dignitates, adeò curis, & molaſtiis cinctæ, ut val ipſa ſponſa renuarit ad ſuum accedera ſponſum coronantem, quem antas per vulnera, milites, vicos, plateas quæſierat amantem. Dignitates ambire perinde eſt, ac pericula adire; nequa pericula, quæ regiam ſequuntur coronam, caviſſet ſponſa, eò quia à ſponſo oblata fuiſſat corona: ſiquidem etiam Saul à Deo evectus fuit ad regium thronum, & tamen perjit; etiam David à Deo inunctus fuit, & tamen corruit; etiam Salomon à Deo fuit Rex inauguratus, & tamen regnandi concuſſus vanitate non ſtetit in veritate. Tametſi ſponſus eſſat, qui vocabat; quia tamen corona erat, quam offarabat, ideò noluit ſponſa ad ſponſum ira coronantam, quem quæſiarat amantem: ſponſa aſſe deſiviſſet, ſi ragnare incepiſſet: ad ipſum accedera cunctatur, ne ſponſus ab ipſa poſt oblatam coronam recederet. Nequa à corona ſibi à ſponſo oblata quidquam potuit ſolatij ſponſa ſperara; bene tamen timere axitium, cùm è partorum, leonum, fararúmque exuvijs, ac veneno compactum aſſet diadema. *Veni: coronaberis de capite Amana, de vertice Sanir, & Hermon, de cubilibus leonum, de montibus partorum:* tot ferarum ungues, & fauces non potuerunt non exterrere ſponſam ab acceſſu ſponſi coronantis. Na cararat dilacto, noluit ad dilectum accadere coronentem, quem in corde fovebat amantem; ſi acceſſiſſet ad coronam, receſſiſſet à ſponſo: ne dilecto careret, maluit non clarere coronâ.

§. IV.

Quò ſublimiores eminent dignitates, eò pluribus ſunt procellis obnoxiæ: & ſpes, quæ ijsdem adhæreſcit, vel naufraga perit; vel exſucca exareſcit.

Pericula adit, qui dignitatem ambit. 30.
Præfecerat Populo Dans Moyſem, cui atiam collegam imperij Aaronem aſſignavit, & taman ille ſamal panè deſipuit ad petram; & iſta non ſolùm plurias non ſapuit; verùm atiam idolum conflavit in imperio, qui Deum nuntiavarat in ſervitute: quò ſublimiores ſunt dignitatas, eò & pericula fraquentiora, ac graviora: fertur, Urbanum VIII. Pontificem Maximum quoties purpuram induabat, dixiſſe. Quis credidiſſat ſub tam lavi chlamyde tantum delitera ponderis, & roſam hujus purpuræ tot ſpinis circumcingi, ac ſi graviſſimam crucem purpura illa ſuis imponeret humeris: ad quod alluſit Vates, cùm ad crucam aſpiciens tribus coronis in ſummi Pontificis tiara diſtinctam cecinit

Cur tibi crux triplex Gregori, triplexque corona?
Nonne ſuam ſequitur quæque corona crucem?

Crux aſt dignitas; & quidem eò gravior, quò dignitas ſublimior, & non ſolùm humeros aggravat, ſed & mentem curis diſcruciat, & pectus mœroribus torquet: & præcipua curarum animæ eſt periculum: Principes enim intar adulantium greges facilè ad illecebras divertunt, dalicijs diffluantes facilè ſuis annuunt votis, & affectibus, ſenſuique indulgent, ſicque facilè corrumpuntur, & mentitia daliniti voluptatibus à veritate deflactunt: & revera diggum eſt, quò altiùs memoriæ hæreat effatum Pij V. de quo fertur dixiſſe: *Cum eſſem Religioſus de ſalute mea, ſperabam: creatus Epiſcopus de ſalute cæpi formidare; cum verò electus Pontifex ſui, cæpi deſperare. Quomodo enim Deo rationem reddam tot millium, quot in mundo ſunt animarum, qui vix unjus animæ meæ rationem reddere ſine ingenti formidine valeo.*

Hinc Chriſtus Matri filiorum Zebedæi 31.
petenti promoveri filios ad ſublimiores dignitates, & ut unus à dextris, & alter è ſiniſtris ſadarat, reſpondit, & ſimul ambitionem perſtrinxit: *Neſcitis, quid petatis: poteſtis calicem bibere, quem ego bibiturus ſum:* quaſi diceret, dignitate vultis inſig- Matth. 20. v. 22.

niri, ſed purpuram cruor colorabit; ſedere in ſublimibus ambitis, ſed ibi cruce gravabimini; aureus quidem eſt calix, quæ fulget dignitas, ſed felle oppletus, & botro amariſſimo, venenóque aſpidum inſanabili. Præeſſe optatis, ſed non pulvinar capiti ſternendum putetis, ſed aculeos menti infigendos cenſete jam vobis paratos, *poteſtis bibere calicem, quem ego bibiturus ſum*, calix quidem auro illitus ſplendet, ſed intus non lactis dulcedinem, ſed fellis amarurem cnntinet: ſeria hac monitione ambitionem perſtrinxit Magiſter Chriſtus Diſcipulorum inſulas, ac dignitates ambientium ſublimiores. Idque in Moyſis baculo etiam fuiſſe deſignatum non obſcurè ex eo conjicitur, quia cùm primùm fuit Moyſes Princeps io populo inauguratus; virga, quæ agnos, & greges ducebat ad paſcua, & aquatum, verſa ſtatim fuit in dracooem. *Projecit, & verſa eſt in colubrum*, ſcilicet, quæ antea inter agnos floruerat virga, cum primùm cœpit à Rege tractari, oaturam ſuam exuit, & ſerpentinam induit; quò inde diſcamus ſuo oon carere ſceptrum veneno, & nocentius eſſe imperanti, quàm ſubditis, Cum primùm vidit Moyſes virgam ſuam in colubrum verſam exhorruit, ſuúmque cœpit baculum expaveſcere, ſeptrúmque perhorreſcere.

32. Huc accerſenda Saulis inauguratio, quam Samuel, & deſcenſu, & lenticula, & profuſione olei, menſiſque ſublatis eum perfeciſſet; tot ærumnarum arcanis regnum indicavit, calamitatum tantùm ferax: ſiquidem epulæ coronam oon conſequuntur, ſed antecedunt, ut iode ſciret Saul, quòd ſi aotequam eſſet Rex inauguratus, delicijs diffluerer, ijsdem io regno careret; cui enim in humili privatæ perſonæ ſtatu tranquillitas favet; hunc ad faſtigium evectum dignitatis curæ mordent, & ſolicitudioes lancinant. Cúmque Samuel Saulem Regem inaugurandum per declivia loca duceret in extremam orbis partem, juſſit eum à puero ſeparari, à quo ductus antea fuerat ad Samuelem. *Cúmque deſcenderent in extrema parte civitatis, Samuel dixit ad Saul, dic puero, ut antecedat nos.* Quid? 1. Reg. cap. 9. v. 27. quòd Saul ad regium elevandus mox thronum jubeatur deſcendere in extremam urbis partem, quomodo fidendum erit aſcenſui, cui deſcenſus proludit? quænam elevatio eſt iſta, ad quam per depreſſionem, & deſcenſum pervenitur? ſi qui deſcendit, is non aſcendit, quomodo inaugurabatur Saul Rex, promovebatur ad coronam, & ad thronum evehebatur? Cur juſſit Samuel Saulem à puero divelli, qui ipſum ad Samuelem deduxerat. An quia ſuæ fuerat puer fortunæ faber, noluit comes eſſe ad thronum? vel ut inde nos edoceret imperij fundameota, non aliter conſtrui, quàm amicitiarum ruinis; neque frequentiùs jaci, quàm divortio familiarium? *Dic puero, ut antecedat nos*, an non barbariem ſapit, & ſævitiem redolet eos deſerere in portûs malacia, qui in pelagi tempeſtate, ſolatio, & ſubſidio oobis fuerunt; eos dimittere io ſereno montis faſtigio, qui in valle pluvias lachrymarum exiccârunt.

Certè nil videtur poſſe miſerius excogitari, quàm acceſſione fortuoæ Principem adigi, aut perdere neceſſarios, aut à neceſſarijs perdi; juſſit Samuel puerum antecedere, ut qui Sauli author fuerat felicitatis, à ſua mox ſepararetur inanguratione, ne comes eſſet ad thronum, qui ſocius fuerat per exeſa, & diſrupta viarum. Plures etiamnum ſuos comitaotur Dominos, quibus in privata ſerviunt fortuna, à quibus poſtea deſeruntur, cùm primùm ad dignitatis faſtigium, vel eminentiam officij evecti fuerint: tamdiu puer hæſit Sauli, quamdiu aſinæ paſcebantur; cùm primùm pedum mutatum fuit in ſceptrum; jubetur puer à Saule ſejungi, & antecedere, & oon ampliùs comitari. *Dic puero, ut antecedat nos, & tranſeat*; ſub ſpecioſo prætextu aotecesſionis, & honoris dimittitur puer, oe ſit comes ad aulam, qui ſocius fuerat ad caulam: plerumque ſuis inſerviunt Heris famuli, quibus & familiares ſunt, imò & ob præſtita ſervitia perchari; qui tamen illicò dimittuntur, cum primùm ad purpuram, vel emineotiorem digoitatem elevantur Domini: infelix ſervitus, quæ nonniſi cum tempeſtas furit, vel cœlum mugit, grata eſt Hero, & tunc incipit eſſe inviſa, & exoſa, cùm cœlum ſerenitate arridet, & mare quieſcente malacia eblanditur; eò quia tunc nullo ſit ampliùs opus remige, nec oeceſſarius veli uſus: non ſolùm juſſit Samuel Saulem, Regem mox inaugurandum, puerum dimittere, & ab eo divelli, licèt ſuæ fuerit fortunæ faber, verùm & ſumptâ lenticulâ olei Samuel in Regem unxit Saulem. *Tulit autem Samuel lenticulam olei, & effudit ſuper caput ejus.* Moris 1. Reg. cap. 10. v. 1. eſt, qoo Reges conchâ inungantur, nimirum viduatur ſua prole, ſpoliatur ſuis margaritis, ſuiſque divitijs deſtituitur, ut oleo impleatur, & Rex inungatur. Annon vel mos iſte Reges inungendi jacturam portendit? ſuis exinanitur concha margaritis, ut Rex inuogatur: & Saul puero privari jubetur, ut Rex inauguretur; fabrum perdidit ſuæ fortunæ, cum primùm Saul Rex inungitur.

Quid ſperandum eſt in throno, niſi curæ mordentes, moleſtiæ pungentes, ſolicitudines torquentes? oportuit ſuo Saulem carere ſolatio, ſuóque concham deſtitui margarito, ut regni chriſmate illioiretur. Utinam, qui Reges inunguntur, eam non perderent quovis margarito pretioſiorem gemmam, morum dixerim innocentiam, cujus candorem cum lacte ſuxerant. Neque concha, quæ cnncreſcit in 34.

æquore,

Digitized by Google

æquore, & procellas patitur, ut margaritas enitatur, quid allud poteſt Regibus pręſagire ſupremo throoo mox ioſidentibus, quàm æqnoris amaritudioes, procellarum moleſtias, fluctuantium negotiorum diſcrimina, adverſaptium ventorum flatus, & pleruraque etiam naufragium ipſum: neque quidqoam veri ſolatij per gradus conſcendit throoi, ut ad Regem perveniat, qui conchâ inungitur non gemmata, ſed ſuo gaudio, ac margarito viduata: nonniſi exenterata divitijs in caput Regis inaugurandi concha aſſumitur, ac diffunditur, quia imperantes omnibus deſtituti veris ſolatijs intus torquentur curis mordacibus; licèt exteriùs delicijs videantur difluere.

35. Neque poteſt Princeps malaciâ frui, nec tranquillitate vera gaudere in throno: ubi, quæ videtur tranquillitas, vitrea eſt, vel ficta, vel quæ ſtatim frangitur, non enim ibi aliud expectandum eſt, quàm procellæ ſævientes, fulgura, & tonitrua teſte Joanne. *Et de throno procedebant fulgura, & voces, & tonitrua. Et in conſpectu ſedis tanquam mare vitreum:* Ecce quàm fucata, & ficta eſt, noo vera Regum tranquillitas, quam mare vitreum in conſpectu ſedis nobili ſymbolo repræſentat: non io ſede, ſed in conſpectu ſedis mare vitreum, quia tranquillitas, & qoies non intùs Principis animum ſubit, ſed exteriùs tantùm apparet; quatenus divitijs affluens, & delicijs diffluens Princeps felix cenſetur, cum tamen intus procellis exagitetur, ac fluctuantibus jugiter cogitatiooibus turbetur: *Et de throno procedebant fulgura, & voces, & tonitrua.* Ecce mare vitreum tantùm in conſpectu ſedis, non in ſede; fulgura verò, & tonitra de throno foras erumpunt, qoia ibi procellæ, & tempeſtates, ubi thronum: ita eſt Rex inaugurandus, neceſsè eſt tempeſtatibus tum æquoris, tum cœli aſſueſcat, id eſt non melodiæ, ac ſimphoniæ illecebris demulceri, ſed tempeſtatum fulgoribus, ac procellarom tonitruis perterreri; quòd ſi thronum in cœlis, qnem Joannes viderat, procellis obſidetur; & non auro, ſed fulguribus coruſcat; non harmonicis ſonis, ſed minantibus tonitruis; non lyræ illecebrâ demulcetur, ſed fragore, ac ſtrepitu deterretur, qnalibus non erunt io terris tempeſtatibns obnoxij Regum throni? peritna neceſsè eſt, ut ſit nauclerus, qui ad reipnblicæ clavum ſedet, cùm procellæ immineant, tempeſtates diſcrimioa minentur, & fluctus decumanis perverſiores tranquillitatis malaciam pręripiant: noo ſolùm artem debent nauticam callere, quâ procellas illudant, naufragia declinent; verùm etiam fortitudine adamantini eſſe debent, & conſtantiâ ferrei, ut adverſantes quóſque valeant ictua retundere.

Apocal. cap. 4. v. 5.

Aſſuerus bellum indicturus Ægyptijs convivium ſplendidiſſimum uoiverſis Regni ſui Satrapis, ſeu Provinciarum Præfectis apparavit, idque ſenis omninò menſibus regia celebravit munificentia; ſeptiduo ultimo etiam populus Urbis Suſæ accitus, & per tentoria diſpoſitus epulis, & ipſe incredibili luxu inſtructis accubuit. Sed ſi quæras, quioam fuerint Satrapæ, ſeu Provinciarum Præfecti, Regis inſidentes lateribus, noo credas, viros fuiſſe imbecilles, & molles, qnia robuſti, ac fortiſſimi fuerunt, tot Provinciarum ſuſtinendis oneribus pares. *Fecit grande convivium pueris ſuis fortiſſimis Perſarum, & Medorum Inclytis.* Ecce quomodo inconcuſſa muniuntur fortitudine, qui Regis aſſident lateribus, qui clavum regunt Provinciarum. 36.

Eſther. 1. v. 3.

Etiam David pedum in ſceptrum mutavit & è caula ad aulam vocatus, regiâ, & ipſe fuit digoitate inſignitus. *Ego autem conſtitutus ſum Rex ab eo ſuper Sion montem ſanctum ejus.* Sed an David fuerit vir fortis, nulli eſt dubium, cùm ejus fortitudinem plura commendaverint certamina, & præludia illius fuerint ſylveſtres feræ ovilium vaſtatrices, quas ipſe adhuc adoleſcens proſtravit, eique congruat, quod Syracides feſtivè dixit: *ut cùm leonibus quaſi cum agnis, & cum urſis, quaſi cum oviculis victor luderet.* Ferocientes quáſque beſtias, vel caulis imminentes, vel iode cum præda revertentes oltrò prior ipſe curſu citatiſſimo perſequebatur, & comprehenſas nudis manibus arrepto jugulo interficiebat: & hujus fortitudinis ſpecimina extiterunt certamina periculoſiſſimi illius duelli cum Philiſthæo Goliatho: cum enim vicina iotet ſe caſtra fuiſſent Hebræi, & Philiſthæi metati, & inde in colle parati ad pugnam, ſi fortè hoſtis in vallem interjectam deſcenderet certamen conſerturus; erat ibi Goliathus Gigantea ſtatura pro Philiſthæis, armis munitus, qui truculenta voce jam plu ries ad pugnam provocaverat, ſi quis Hebræorum auderet in vallem deſcendere, & ſiogulare cum ipſo certameo inire. 37.

Pſal. 2. v. 6.

David ſuæ gentis deleturus opprobrium, fundâ tantùm, & paucis lapidibus munitus, ſed inconcuſſa animi fortitudine loricatus, in ſubjectam, ioterjectámque vallem deſcendit adhuc adoleſcens, inermis ex apparentia, nullóque dimicationis apparatu formidabilis, qui propterea armato Goliatho cootemptui fuit, putavit plus pudoris, quàm gloriæ ſe collecturum, ſi adoleſcentem imbellem, ac ioermem ad ſingulare laceſſeret eertamen, ac proſternere: juſſit propterea Goliathua, Davidem è ſuo illicò perinde, ac imbellem canem, diffugere conſpectu, niſi mallet ſtatim pedibus proteri, & corvis dari in eſcas; ſed poſt velitationem verborum, ad decretorium 38.

venitur certamen ſuſpenſis hærentibus tum
Philiſthæorum , tum Judæorum animis.
Goliathus toto cotpore catafractus obviam
ſe tulit ingentem haſtam manu vibrans: ſed
David ſilicem è peta extractum fundæ illicò
imponit , quam ictu tam deſtinato librat ,
ut excuſſus lapis mediam Philiſthæi fron-
tem percuſſerit : & eò lethali vulnere, ut
excuſſus è funda ſilex fracto Gigantis hæ-
ſerit cerebro : cúmque percuſſus cecidiſſet ;
David jacenti ſuperſtans gigantis caput am-
putavit gladio educto ex vagina adverſarij.
Ecce quàm fortis fuit David , quàm præ-
clara dederit fortitudinis ſpecimina , ante-
quam Rex inauguraretur ; cum ſuis non ca-
reant regales throni pugnis , & hoſtibus ,
neceſſum fuerat , quòd David pluribus , &
cum feris , & hominibus aſſueviſſet certa-
minibus. E caula eductus David , in aula
Rex fuit inunctus : *Ego autem conſtitutus
ſum Rex :* ſed principatus inaugurationem
tonitrua, & certamina; procellæ, & pug-
næ præceſſerunt , ita enim exorditur pri-
mum ex ſuis Pſalmis : *Quare fremuerunt
gentes ? & principes convenerunt in unum
adverſus Dominum :* En quâ debent armatu-
ra muniri , qui in throno ſedent , quâ for-
titudine decet , eos eſſe loricatos , ut adver-
ſantis quóſque fortunæ ictus retondant.

39. Quòd ſi Jeremias ſua duntaxat populis
ſcelera nuntiaturus indiguit æreo præmuni-
Jerem. 1. v. ri muro , ac clypeo tegi forreo. *Dedi te
8. hodie in civitatem munitam , & in colum-
nam ferream:* nuntiaturus Jeremias non pu-
niturus erat populi flagitia , & tamen , ſi
opus habuit tanta præmuniri fortitudine ;
quanta non indigebunt , qui regnantes non
ſolùm populi flagitia recitant , ſed etiam
puniunt ; non ſolùm redarguunt , ſed etiam
plectunt ? ſuam novit imbecillitatem Moy-
ſes , cum juſſus fuit Pharaonem Regem adi-
Exod 3. re. *Quis ſum ego , ut vadam ad Pharao-
v. 11. nem ;* & tamen Moyſes ex Numinis juſſu
accedebat , quod & vires , & animos ſup-
peditabat : licèt innoxium rubum ſpectaverit
in igne ; in regia adoleverit , adhuc Regem
expavit ; quamvis à Regis filia fuiſſet enu-
tritus , & adoptatus : impalluit cum pri-
mùm Dei mandatum ei innotuit ; acceſſus
ad Regem Pharaonem , quaſi viribus , & a-
nimo eum deſtituiſſet , ſe tantæ legationis
imparem fatetur. *Quis ſum ego , ut vadam
ad Pharaonem.* Timuit Moyſes Regiam adi-
re Pharaonis honore præſertim inſignitus
legationis, à jugo Ægyptiacæ ſervitutis po-
pulum extracturus Iſraëlia ; timuit enim
dignitatem Legati , plauſus , honoréſque
populi , qui enim dignitate cæteris
præeminent, præcipitio, & morti
ſunt proximiores.

§ V.

*Somniata mundi dignitates , in
quas ſperant ijsdem inhiantes , licèt a-
liquid videantur ſpondere ſolatij , lachrymas
tantùm extorquent , & luctus exci-
tant.*

IOſepho nonniſi per ſomnium objecta 40.
fuit dignitas , quâ cæteris ſuis debe-
ret fratribus ptæeminere : indulgebat
tunc nocturnæ quieti , & ſomno , qui fra-
ter eſt mortis , quò inde diſceret à digni-
tate ſibi per ſomnium objecta mortem non
diſtare ob affinitatem , quam cum ſomno
contrahit. *Vidi per ſomnium quaſi ſolem , & Geneſ. cap.
lunam , & undecim ſtellas adorare me ,* nimi- 37.
rom dignitates, honores , & plauſus ſibi dor-
mienti, non vigilanti conferri vidit Joſeph ,
ut inde diſceret, ſomnium eſſe, quidquid ho-
noris fucato nomine mundus celebrat : &
ſicut qui ſibi exhibitos honores , & obſe-
quia , & collatas dignitates ſomniat , &
honorum philtro ſopitus exultat ; vigil po-
ſtea dolet ; & quæ dormienti fuête cauſa
lætitiæ , dant vigilanti anſam dolendi : ita
quas mundus dignitates exhibet , quamvis
aliquid videantur præſeferre ſolatij , & læ-
titiæ , revera tamen nonniſi lachrymas extor-
quent , luctúſque excitant. Celebre fuit o-
lim Athenis Metiochi oomen, quod commu-
ni populorum plauſu , omniúmque linguis ,
& acclamationibus ad ſydera vehebatur te-
ſte Plutarcho , ſed audiamus , quid de Me-
tiocho dixerit : *Metiochus in ore omnium ,
Metiochus præeſt omnibus , Metiochus ergo
lugebit.* Argumentatur Plutarchus , & la-
chrymas infert ex dignitatibus , quibus Ma-
tiochus Athenis præerat omnibus , *Metio-
chus præeſt omnibus , Metiochus ergo lugebit.*
En qualis ex mundi honoribus , & dignita-
tibus illatio ſequitur , ex proclamationibus
lachrymæ ; ex honoribus , & obſequijs lu-
ctus ; ex dignitatibus mœror exoritur , *Me-
tiochus præeſt omnibus , Metiochus ergo lu-
gebit.* Joſepho objecta per ſomnium dig-
nitas , quâ cæteris deberet fratribus præe-
minere , ipſum quoque edocuit fucatas
eſſe mundi dignitates , & pura inſomnia :
ideo in ſomno , qui frater eſt mortis ho-
noratur Joſephus , ac dignitate inſignitur ,
quo inde inferret , brevi eſſe morituras
mundi dignitates , quæ in ſomnio dunta-
xat ei exhibentur , pulchrè Gregorius
Nazianzenus expendens , Joſephi ſomni-
um ait. *Infidæ ſunt opes , ſublimiúmque
thronorum , & dignitatum faſtus , mera ſunt
inſomnia.*

D. Chryſoſtomus dignitatem vocat 41.
mortis viaticum , adeò ut perinde ſit ad ho-
norem , mundíque dignitatem accedere , ac
ad funus pernici gradu feſtinare , idque
ſuos

ſuos edocuit Diſcipulos Magiſter Chriſtus. Joannis 2. Petrum enim alloquens ait: *alius te cinget &c. hoc autem dixit, ſignificans, quâ morte clarificaturus eſſet Deum*, móxque ad Joannem à ſe dilectum ſermonem inflectens ait: *Sic eum volo manere, quid ad te?* Quid? quòd Petro mortem præſagiat, cum Joanni vitam ſpondeat? quia nimirum Petrum paulò ante Principem ſui populi conſtituerat, & dignitate ſupremi paſtoris inſignîerat. *Paſce oves meas.* Ecce quem ad ſummum evexerat honorem, hunc moriturum edixit, & tam proximus fuit Petrus morti, quàm vicinus honori; quia dignitas de affinitate, quam cum morte contrahit, expaveſcit: & nonniſi per ſomnium quieſcit, cum vigil inſultantibus curis mordeatur. Tunc igitur quieſcit dignitas, cum dormit, & quia per ſomnum fratrem mortis, affinitatem cum hac contrahit, rectè dignitas dicitur proximiùs morti appropinquare. Idque cauſæ cur Petro principatu inſignito mortem inauguraverit, non ita Joanni, cui vitam ſpopondit, quia ſoli Petro dixerat: *Paſce oves meas.* Petrus igitur ideo morti vicinus, quia honori proximus, & Joannes ideò vitæ ſecurus, quia à ſummo regimine alienus, proinde exiit ſermo inter fratres, quòd Diſcipulus ille non moritur.

42. Quis igitur dignitatibus fidat, quæ nonniſi curas, ærumnas, calamitates, diſcrimina, & mortem ipſam accerſunt? quot tumultus, quot pericula, quot diſſidia non fuêre ſecuta Joſephi ſomniatam ſupra reliquos fratres præeminentiam? ubi ad ſublimia fit aſcenſus, ibi ſemper & tumultus, & ſtrepitus. Quin & ipſe æterni Patris filius, qui è ſummo cœlo, nocte intempeſta cùm omnia quieſcerent, & mundus totus eſſet in pace conſtitutus, è ſummo cœlo deſcenderat, dum medium ſilentium tenerent omnia; nonniſi poſtea, cum tumultu viſus eſt aſcendiſſe: Aſcendit Matth. 27. v. 51. ipſe in crucem, ſed *Terra mota eſt, & petræ ſciſſæ ſunt*: aſcendit cum diſcipulis in cymbulam, & ſtatim mare turbatur, fluctus tumultuant, procellæ graſſantur, & venti Matth. 8. v. 22. inſoleſcunt. *Aſcendente eo in naviculam, ſecuti ſunt eum Diſcipuli ejus, & ecce, motus magnus factus eſt in mare*: nimirum ut nos edoceret, nullum in mundo cum quiete aſcenſum fieri. Aſcenſus ad dignitates, non ſolùm populorum tumultus, plebiſque ſtrepitus, verùm etiam diſſidia, cruentas clades, ac funeſtas neces ſecum trahit.

43. Ad Regiam Iſraëlis aſcendit Athalia Achabi, & Jezabelis filia, quam Joſaphatus veluti aſpidem in ſinu fovebat; ſed inde ſæva peſtis, ingens calamitas, cruenta 4. Reg. c. 11. 2. paralip. c. 22. & 23. clades, & ferale exitium erupit, fœminarum enim fuit cruentaria furia, quæ nonniſi cædibus in throno delectaretur, & nonniſi ſubditorum ſanguinem ſitiret. Adhuc juſta Manibus perſolvebantur Ochoziæ, cum mulier moræ impatiens, parentalia impetu violata ſacrilego, ac furore percita Regnum invadit, & thronum non aliter ſtabiliri iniquo judicio putat, quàm ſi ſuos Nepotes filios Ochoziæ interimat, totúmque Davidicum ſtemma deleat. Cumque vi regnum occupâſſet nonniſi violento imperio, ac crudeli ſuperbia illud adminiſtravit: promiſcua cæde, ac cruenta clade quidquid ſupererat regij ſanguinis extinxit: in has enim ferales iras fœminam rapuit ſola dominandi cupiditas, & ſubſequens eidem metus ſupplicij. Septennis tunc erat puellulus Joas, cum Joiada Pontifex vir ingentis ſpiritus, ac ſingularis prudentiæ indoluit, cives ſuos tyrannico preſſos jugo duriſſimæ fuiſſe ſervituti addictos, eò quia fœminarum Megeræ, ac impietatis anteſignanæ Athaliæ obſequerentur, ac furiæ ſanguinariæ parêrent imperio. Cœpit igitur magnis, vaſtiſque cogitationibus Jojada mentem implere, & grandia, ac operoſa concipere conſilia de jugo excutiendo tyrannicæ ſervitutis, patria liberanda, & funditùs evertenda imperantis fœminæ violentia. Idque ut eò tutiùs aſſequeretur, quò religioſiùs inchoaret; Primates Regni, Tribunos, ac Centuriones in ſecretiorem templi adduxit locum, & petitâ priùs ſecreti maximi momenti religione, eáque per jusjurandum tactis aris exactâ, quid animo volveret, & corde foveret ex puro zelo patriæ libertatis aperuit. Illis objecit lugubrem regni ſtatum; religionem deteſtabili, ac profano cultu temeratam; patria jura ferri violentiâ oppreſſa; populum vel cruenta clade extinctum, vel inſuetis tributis gravatum; templum, vel fuſo innocentium ſanguine fœdatum, vel profano cultu violatum; idque dominante, ac ſedente in throno Iſraëlis contra leges patrias muliere extera, idolorum cultrice, & quæ de gente hoſtili ſuam traxerat originem, & non poſſe patrias leges ſtare, niſi fœmina extera è throno cadat; non poſſe patrias leges reviviſcere, niſi fœmina moriatur; ſatiùs eſſe, unam concutere, quàm omnes perdere: æquum eſſe eam pœnas luere innocui ſanguinis, quem furibunda effudit, quò ſuper aliorum ruinas, & cædes thronum ſibi conſtrueret: neque poſſe niſi extremum expectari malorum ab illa furia fœminarum, quæ à filiorum cæde, regnum ſibi fuit auſpicata: deturbandam proinde è throni faſtigio eſſe fœminam, antequam noſtrum effundat ſanguinem, & noſtra omnia cædibus, & flammis deleat: ſani non eſſe conſilij manum expectare percuſſoris; ſed prudentiæ eſſe, volentem ferire, ne feriat, prævenire, nec pijs conatibus Deum deeſſe: hæc præfatus Jojada Pontifex infantem ſeptennem Joam educit è latebris; ad cujus conſpectum pari omnes veneratione, ac lætitia perfuſi juris-

jurandi ſacramento ſe obſtrinxête, alium nolle Regem, quàm Joam.

44. Tunc Jojada ordinem apetit conjurationis, & quem quisque locum obtinere, quidque agere debeat, præſcribit: arma itidem in templo parata eſſe aſſerit, nilque aliud ſupereſſe, niſi, quòd viri adverſus fœminam obarmati ſanguinem fundant illius Megeræ, quæ nonniſi alienum ſitit. Negotium hocce Levitis imprimis concreditur, qui è ſingolis urbibus ingenti numero confluxerant, iiſque injungitur, ut omnes templi aditus valida manu ſepiant, & neminem nec in extimum atrium ingredi patiantur, & ne conſiliorum ulla ſuſpicio aures pulſaret Athaliæ, qui vigiles in excubijs erant conſtituti, vices per ſtatas horas mutabant primis ſuccedentibus ſecundis, & hisce ſucceſſivè alijs, veluti ſacrorum obituris miniſteria, ut non ad arma conjurata, ſed ad ſacra peragenda in templum viderentur veniſſe. Statuta die certatim omnes adſunt, Rex Joas ſeptennis armatorum copijs munitus, cuſtodiâ ſeptus in templum ducitur, regijs indoitur ornamentis, & divinæ legis volumen manu tenens Rex inungitur Israëlis, & altioribus vocibus hæres acclamatur Judaici ſceptri. Cúmque regia domus attigua eſſet templo tumultu excita Athalia, flammíſque iræ correpta feſtinato paſſu unà cum familiari comitatu, ac prætoriana cohorte confuſis ſe turbis immiſcet, templum ingreditur, ubi Joam videns in ſuggeſto ſedentem, ſimúlque audiens turbas, chorósque Muſſicorum; rei novitate attonita ſcidit ſibi veſtes; & furibunda acclamavit *conjuratio! conjuratio!* ut ſuos ad arma, & ad reſiſtendum provocaret. Verùm voce clamante populo altiore, novóque Regi vitam, & felicitatem apprecante; injungit Jojada Pontifex militum Centurionibus, ut vociferantem fœminam extra templi ſepta abripiant, ac interficiant. Ecce rerum humanarum vices; Athalia, quæ per cruentas clades, fuſúmque cruorem viam ad Regium thronum ſibi ſtraverat; ſanguinea nece ab eodem excluditur, & quæ ſanguinem ſitierat alienum, adigitur proprium fundere; extracta enim è loco ſacro propè regium palatium, ubi innocentium ſanguinem fuderat, gladio ipſa plectitur, & cum ea ſtirps omnis Achabæa extinguitur.

45. Fuit Athalia muliebris ſexûs probrum, regni appetens, crudelitatem affectans, ac fœmina ſupra feras omnes immanis, ac ſæva: regiam fuerat, cui inhiaverat, dignitatem aſſecuta, ſed quot clades, quot neces, quot cruentæ ſtrages hanc fuêre dignitatem ſecutæ? vix in throno ſedit fœmina, & regia dignitas expalluit, cum ipſa non erobuerit cruorem fundere tot innocentum. Non minùs ſceptro ornata mulier; quàm furore, & ſævitie armata, eadem crudelitate, quâ Joramum maritum in cædes fraternas ſtimulavit, in ſuorum ipſa nepotum debacchata eſt ſanguinem, ait Sgracides. *Non eſt caput nequius ſuper caput colubri, & non eſt ira ſuper iram mulieris*, adeò ut meritò exclamaverit S. Chryſoſtomus, loquens de fœmina nequam. *O malum omni malo pejus! mulier mala, malum intolerabile, vipera irremediabilis, venenum inſanabile! ſi injuriam patitur, inſanit; ſi honorem accipit, extollitur; ſi potentis uxor ſit, non ceſſat die, ac nocte callidis ſtimulare ſermonibus; blanditur nequiter, & quod vult importunè, rapit violenter.*

Eccleſ. 25.

Serm. de S. Joanne Baptiſta.

46. Nullum eſt in mundo malum, quod fœmina non invexerit, fœmina enim fuit, quæ ſub mundi exordio in paradiſo terreſtri contra Numinis præceptum malè carptum malum momordit, ex quo malorum omnium ilias ſcaturjit, totámque corrupit poſteritatem, mundúmque infecit; non deſtitit blanditijs, ac illecebris maritum allicere, donec & ipſi pomi eſum ſuaderet, cum quo mortem, quam in nos transfunderet hæreditariam, deglutivit; adeò ut omnia ſcelerum portenta, ſuppliciorum cruciatus, bellorum furores, peſtium graſſationes, morborum omnium nomina, omnésque calamitates, ærumnæ, & cædes, imò & mors ipſa primam ſuam à fœmina originem traxerint; & per ſequentia tempora, fontes è quibus mala omnia ſcaturiêre fuiſſe fœminas, non ſolùm Poëtæ noverunt in ſuis Medæis, Bacchidibus, Meduſis, Prognis, Phœdris, Clytemneſtris, Belidibus, aliíſque fœminarum monſtris: verùm etiam hiſtoriæ, quibus ad ſexûs probrum ſatis notæ ſunt Meſſalinæ, Agrippinæ, Tulliæ, Fulviæ, Herodiades, Juliæ, Fauſtinæ, Poppeæ, Fredegundes, Drahomiræ, Brunichildes; quæ ultima ordine, ſed crudelitate nulli ſecunda, multorum Franciæ Regum mater, & avia regiæ appetens ipſa dignitatis, quo Regina moreretur decem Reges ſuo opere, & conſilio extinxit: verùm datura, & ipſa quas promeruit pœnas à Clotario capta, ac Camelo impoſita in populi ludibrium circumducta, demum ad indomiti caudam equi per capillos alligata, ac per plateas, ſaxa, ac loca clivoſa raptata, & cerebro calcibus equi eliſo, ac diſperſo; reliquis itidem raptati corporis membris per ſentes, ac ſaxa pertractis, ac diſcerptis pares ſceleribus pœnas luere coacta fuit: neque alij ſperandi ſunt fructus è mundi dignitatibus, quas per malas artes enanciſcuntur, qui in eaſdem ſperant, & illas exambiunt, quàm calamitates, cruentæ clades, violentæ neces; ut tot hiſtoriarum monumenta nos edocent, quinimò maledictionis, ac infortunij loco habetur ſuprema dignitas, & eò infauſtior, quò ſublimior; eò nocentior, quò eminentior.

In

47. In Regem creatus Joas mutuis undique proclamationibus ab univerſo populo *2 Paralip. cap. 23. v. 11.* lætus excipitur, ait Sacer textus: *Imprecati ſunt ei, atque dixerunt; vivat Rex*, verbum autem *imprecari* etiam ſignificat dira proferre, & maledicta intorquere. Sed ſi Regi plaudunt, quomodo imprecantur? ſi læta, ac feſtiva eſt Regis inauguratio, quomodo diris, ac maledictis impetitur? ſi populus in lætas effunditur acclamationes, ac bene inaugurato Regi apprecatur, quomodo eidem infauſta, ac funeſta imprecatur? quia nimirum adeo eſt Regia Majeſtas periculis proxima; adeo Throni eminentiæ vicinum eſt præcipitium, ut vix in Throno ſedenti poſſint populi bene apprecari, quin ſimul calamitates, infortunia, pericula, curas, ac dira imprecentur: tam proxima eſt periculis, tam obnoxia infortunijs eſt ſuprema dignitas, ut proclamationes, quibus excipi, ac extolli auditur, non tam ſint plauſus, quàm infortunia, miſceántque propterea riſus cum luctu, lachrymas cum gaudio, jungántque felicitatem infortunio, ſerenitatem procellis, & mallaciam tempeſtati: *Imprecatique ſunt, & dixerunt vivat Rex.*

§. VI.

Dignitatum celſitudines non ſecus cinguntur præcipitiis, ac prærupta alpium cacumina. Lapſus, ac ruinas ſibi apparant, qui fore ſperant, ut ad eaſdem evehantur.

48. RUinam, ac præcipitium ſibi aperit, qui præſertim per malas artes ad faſtigium dignitatis ſibi viam ſternit: obſequia quæ ab inferioribus exigit, plerumque jacula ſunt, quæ in regnantis collimant perniciem. Joſeph etiam ipſe cum de *Gen. c. 37.* honoribus, ac dignitatibus ſomniavit, obſequia viſus eſt exegiſſe: *Vidi per ſomnium quaſi ſolem, & Lunam, & Stellas undecim adorare me:* ſed quia ſomnians ita evehitur, ut adorationes admittat; vigil cadit, & à fratribus in ciſternam demittitur. Fortaſſis in aula Aſſueri non tam citò cecidiſſet infelix Aman, ſi tam ſolicitus non fuiſſet in obſequijs à Mardocheo exigendis: ideo cecidit è Regio latere, quia in dignitate conſtitutus adorari à Mardocheo voluit: obſequia, quæ ipſe exegit, jacula fuêre, quæ contra ſe retorſit; ruinæ ſibi aperit præcipitium quisquis dignitates ambit, ut obſequia exquirat. Lapis è montis faſtigio per declivia delabens Nabuchodonoſoris ſta- *Daniel. 2. v. 34.* tuam percuſſit in pede, totúmque contrivit, perdiditque idolum: *Percuſſit ſtatuam in pedibus*, & nonnullis interjectis poſtea ſubdit textus: *Nullusque locus inventus eſt.* Ea dexteritate lapis è montis delapſus cacumine ſtatuam percuſſit, ut uno ictu totam contriverit, & meritò, ſtatua enim illa Regem exhibebat Nabuchodonoſorem, qui in ſtatua adorationes ſibi quæſierat, ac cultum perierat ſibi à populo exhiberi: *Adorate ſtatuam auream:* *Daniel. 3. v. 5.* bene igitur delabentis lapidis ictu corruit ſtatua, quæ ſibi præcipitium aperuerat in adorationibus, quas à populo exegerat: & priùs in ſomnis viſa eſt corruere, quàm in vigilia erigeretur ſtatua; & qui populos ad ſtatuam proſtratos, ac pronos in terram videre optaverat, *niſi quis proſtratus adoraverit* percuſſis pedibus eam vidit corruentem, ut nec loci, in quo antea promineret, veſtigium ullum appareret, *nec inventus eſt locus.*

49. Quam celeri ictu ſtatua corruit, quam Nabuchodonoſor Rex ſive imperij ſui potentiâ inſoleſcens erexerat, eò quia cæteris præcelleret ipſe Regibus, ac Regnis, quantum aurum vilioribus antecellit metallis; ſive ſuſpicionem Judaicæ Religionis à ſe amoliturus; ſive opulentiam, ac divitias ſui imperij oſtentaturus, ſuam in coloſſo effigiem erigi juſſit ſexaginta cubitorum altitudine, ad cujus venerationem publico edicto univerſus fuerat populus convocatus, ut ſexus utriusque homines in ſtatua Nabuchodonoſorem veluti inter homines Numen colerent, & obſequia ſoli Deo debita, præſtarent: ſtatuæ circumfuſi erant ſymphoniaci cum omnis generis inſtrumentis muſicis, ultimi ſupplicij pœnâ in eos ſancitâ, qui audito tubarum, tibiarúmque, ac fidium ſonitu non flecterent genua Regis adoraturi imaginem in coloſſea ſtatua.

50. Sed qui ſe coli ut Deum juſſerat, poſtea ut beſtiam paſcentem in agro, pecora inter, & feras vidit populus; & dejectus è Throno, qui ſupra homines voluit ut Deus adorari, ſylvarum brutis admixtus eſt. Quàm imbecilles, quàm futiles, & vanæ ſunt etiam ipſæ Regum dignitates, quæ vel uno ictæ lapillo corruunt: quàm fragilia ſunt mundi regna, cùm nec unius delabentis lapilli valeant impetum ſuſtinere! Daniel 2. ſtatuæ caput ex auro optimo erat, per quod Chaldaici regni antiquitas, ac diuturnitas deſignabatur: pectus, & brachia ex argento conflata Perſici imperij opulentias, & divitias indicabant: venter, & femora ex ære metallorum reſonantiſſimo Græcorum innuebant Monarchiam, cui Alexander Macedo ſingulari fama, & gloriâ initium dederat: demum pedum digiti partim ferrei, partim terrei Romanum prodebant imperium, ſubditorum diſſidijs in partes plures diviſum. Quid ni omnia hæc mundi Regna, & imperia unicus è montis faſtigio delapſus lapis protrivit. Digiti pedum partim ferrei, & partim terrei, ac teſtacei, ac inæquales mundi dignitates deſignant, quarum aliæ alijs ſunt majores, aliæ alijs potentiores, ſed quia inæqua-

æqualitas diſſenſionem parit, & diſſidia invehit; ideo à validioribus premuntur inferiores; & iſti potentioribus invident, nec ipſis fidunt, ſibique ab iiſdem cavendum putant, ex quo quædam Tyrannici imperij reſultat imago, quâ ferrea ob illatam violentiam, quâ terrea ob inſtabilitatem: verùm licèt ferrea videatur ob robur imperij, & firmitatem potentiæ, fragilis tamen eſt, & caduca quævis humana dignitas, hodie ſplendet in Throno, & cras ſordeſcit in ſepulchro; hodie delicijs diffluit, & cras lachrymis madet. De Alexandro Macedone dicitur: *Et poſt hæc decidit in lectum, & cognovit, quia moreretur.*

51. Funeſtiſſimi certè fuerunt quatuor exitus Regnorum, quæ in Nabuchodonoſoris coloſſea ſtatua præfigurabantur. Balthaſar ultimus Chaldæorum Rex præmatura nece miſerrimè interijt. Cyrus Monarchiæ Perſicæ fundator à Tomyri Maſſagetarum Regina victus occubuit; imò & illuſus adactus fuit ſanguinem bibere, quem ſitierat. Alexander Macedo Author imperij Græcorum anno ætatis trigeſimo tertio veneno interficitur, ac intemperantiâ extinguitur, & qui armis vicerat potiorem orbis partem, voluptatibus vincitur ipſe; & qui ſteterat cataſractus retundens hoſtium impetus, cecidit delicijs diffluens. Craſſus Pompeius, & Cæſar validiſſima Romanum Imperij fulcra, etiam ipſi miſerè corruerunt, eorum enim primus à Parthis ita cum ſuo exercitu ad internecionem cæſus fuit, ut ne unus ſuperfuerit miles, qui cruentæ cladis ſuperſtes infauſtum deferret nuntium. Pompeius profligatus, ac inſidiosè peremptus licèt potiorem & ipſe mundi partem ſubegiſſet, ac Romano ſubjeciſſet imperio, vix quatuor terræ palmos habuit, ubi ſepulchri fovea excavaretur, quaſi terra renueret eum mortuum excipere, quem vivum timuerat: Cæſar in Senatu ipſo initio ſui imperij confoſſus è Throno cecidit, in quem paulò ante inſcenderat: ita volvuntur rerum humanarum vices! ita mundi dignitates, & Regna nulli firmo innixa fundamento corruunt! ita fluunt, & labuntur quæ potentia, & divitijs ſtare creduntur in terris! *Nihil eſt in rebus humanis* ait Philo Judæorum diſſertiſſimus, *præter umbram, auramque leviſſimam ſine mora prætervolantem, eunt enim ultro, citroque tanquam æſtuaria; nam & marini æſtus nunc cum magno impetu, ſoniuque accedunt, & longè latèque per littora diffunduntur, undis ſtagnantibus: nunc refluunt retro, nec ſolam terram, ſed maris etiam partem aqua nudatam in ſimilitudinem continentis redigunt: ſimile quiddam accidit; quando fortuna poſtquam populoſam aliquam gentem magnis inundavit felicitatibus, fluxu averſo ne guttam quidem ſinit reliquam, delens etiam priſtinæ opulentiæ veſtigijs,* Ita contigiſſe coloſſeæ Nabuchodonoſoris ſtatuæ repræſentanti mundi Regna, & Imperia adſtruit ſacer textus: *Nec inventus eſt locus ejus.* Meritò è Throno detruſus corruit Nabuchodonoſor; non enim ſtare potuit, qui ſupra homines ſuum erexerat Thronum; quem non terris innixum, ſed cœlo affixum credidit, cùm cœli, ut Deum ab hominibus voluerit. Daniel.2

52. Somnium fuit Nabuchodonoſoris Regnum, & nonniſi ſomniata ejus dignitas: ſomniaverat Babylonius Rex ſuos ob oculos arborem obverſari tantæ proceritatis, ut ejus vertex cœli nubes pertingeret, & explicatu foliorum, longè, latèque diffuſos terrarum tractus inumbraret, quæque fructuum ubertate diteſceret, nidoſque volucribus, habitacula beſtijs, & ſufficientes hominibus ſuppeditaret ad victum eſcas: adeò arbori huic omnia eblandiebantur, ut non ſolùm verna temperies ſuis volnptatibus, verùm etiam frugifer autumnus ſuis opulentijs ſedem viſi fuerint collocâſſe ſub frondoſo ejuſdem tecto: ſed quàm brevis eſt ſomniata mundi felicitas, quàm fluxæ Principum deliciæ, & divitiæ! adeſt illicò è ſummo cœlo in terras delapſus Genius excubitor, qui minaci voce, fronte exaſperata, trucique imperio præcipit, arborem illam ſuccidi, ramos amputari, fructus excuti, folia diſſipari, relictâ duntaxat radice ſtirpis in germen, plantam, fructúſque iterum pullulatura. Acceſſit ſomnij interpres Daniel, qui ex tam inſolenti rerum humanarum viciſſitudine in admirationem ſimul, & commiſerationem raptus edixit, arborem illam Regem præſagire nuper potentiſſimum, divitijs æquè, ac delicijs affluentem, magnæ orbis parti imperantem, è Throno non ſolùm eſſe dejiciendum; verùm & in beſtiam lachrymabili metamorphoſi deformandum, & in ſylvas expellendum, idque ob tumidas, ac ſuperbientes cogitationes, quibus mentem impleret. Exitus vaticinio reſpondit.

Ex Regij palatij editiore ſolario urbis Babylonis ſplendorem æquè, ac amplitudinem, cùm oculis utrinque luſtraret Nabuchodonoſor, elatus tanta molium, & exſtructionum magnificentia, ſibi videbatur interGigantes novus Enceladus tumidum caput ipſis inſerere ſyderibus: *Nonne hæc eſt Babylon magna, quam ego ædificavi in domum Regni in robore fortitudinis meæ, & in gloria decoris mei?* Sed dum tumidus ſe jactat mundi miraculis addidiſſe urbem à ſe tantis molitionibus inſtauratam, tot ædificijs renovatam, & tot populis multiplicatam; ut ædificiorum ſplendore, platearum laxitate, molitionum magnificentia, ac populorum frequentijs cæteras omnes mundi urbes antecelleret, vox auditur, quâ quaſi fulmine divinæ vindictæ ſideratus Rex, ac percuſſus, de Throni ſimul, 53. Daniel. Cap. 4.

niel. 4. mul, ac mentis dejicitur poteſtate; *cùm ſermo adhuc eſſet in ore Regis, vox de cœlo ruit. Tibi dicitur Nabuchodonoſor Rex, Regnum tranſibit à te, & ab hominibus ejicient te, & cum beſtijs feris erit habitatio tua.*

54. Ultrix Nemeſis ſuperbientem Principem, qui DEO ſe pariaverat in Coloſſea ſtatua; & populorum obſequia ſoli DEO debita ſibi arrogaverat, ne hominem quidem eſſe, paſſa fuit: & qui ſupra homines omnes voluit eminere, ac Numini aſſociari, feris admixtus, vel ab ipſa hominum excluditur ſocietate: repit per campos, ſylváſque quadrupes, qui bipedum neminem æqualem ſibi ſuſtinuit: furit in obvios quoſque, qui cultum, & obſequia publico edicto extorſerat; & qui turgente imperio gentes omnes coërcere, ac in ſua vota flectere autumaverat, hominibus ſubjicitur omnibus ferarum gregibus adſcitus: qui ſupra homines, regéſque omnes altior integerat eminere, quadrupedis inſtar pronus in paſtum abjicitur; urbes fugit, qui in urbe intumuerat; ſylveſtribus adſcitur feris, qui non ſolùm populis præeſſe voluit, ſed & pari ſocietate DEO appropinquare; tecta fugit, & frigido ſub dio degit, totóque ſeptennio ſaltus, campos, lucos, manibus, pedibúſque perreptat, inconditо, ac ſtridente ferarum inſtar clamore raucidans, capillis, & unguibus in morem excreſcentibus aquilarum, totúmque corpus horrificantibus. Ita ultrix Nemeſis faſtum depreſſit, inſolentiam coërcuit, arrogantiam edomuit ſuperbientis Regis terræ, cœlóque inſultantis. Babylonium Regem grandi oris hiatu ampullantem vox una è cœlo audita veluti fulmen è ſublimi excuſſum ex-tempore è Throno dejecit, & inter bruta proſtravit. In foribus, in veſtigio adfuit DEUS vindex, Thraſoni cornua confregit, & Regem è Throno dejecit, & quia cùm multos regeret, neminem æqualem ſibi putavit, & parem ſe Numini fecerat, omniúmque extorſerat adorationes, mox infra homines dejectus, feríſque adſcitus adigitur avia reptare, gramen comedere, feriſque aſſociari.

55. Parem Babylonio Regi ſe in aula Aſſueri Amanus fecerat, qui poſt Principem eminentiori inſignitus dignitate ſupra cæteros voluit & ipſe excellere, ac adorari. Eminebat is in aula Regis Aſſueri, primus purpuratorum uni duntaxat Regi ſecundus; vir ſuperbiâ tumidus, qui apud Aſſuerum omnia potuit, idque cauſæ fuit, quòd tam vecors libido hominem cœperit, ut à quibuscunque mortalium non adoraretur de genibus, hoc eſt eo honoris genere, quod latriæ proximè aſſociatur, ſeu cultui, qui DEO ſoli debetur; eos non ſuos tantùm, ſed etiam Regis hoſtes, ac Reos læſæ Majeſtatis credi vellet, imò & centum viginti ſeptem Provinciarum Perſicæ ditionis perduelles; proinde extremis ſupplicijs eradicandos; idque exequi in Mardocheo Viro pio, & pro Religione patria tuenda imperterrito, ſategit, eò quia in Regij palatij veſtibulo Amano pertranſeunti cultum illum ſoli Numini debitum non deferret: adeo denegata ſibi à Mardocheo obſequia iræ flammas ſufflârunt, accenderunt, ut ſtirpem totam Judaicam, quæ per ſingulas Perſici juris Provincias multiplicata fuerat, prorſus extinguere, ferróque extirpare, animo volverit; & revera conſentiente Rege nequiſſimum fuiſſet, quod perversè conceperat, conſilium executus; niſi Eſtheris Reginæ lachrymæ exitiales flammas extinxiſſent; adeò enim valuerunt mulieris lachrymæ ad præſentiam Regis fuſæ, ut Regem flexerint in ſua vota, & pro venia interceſſerint: ijs enim emollitus Artaxerxes cruentum Amani edictum laceravit, ſuúmque in caput Authoris furorem vertit.

Non ſolùm Suſis affixum legebatur publicis in plateis cruentum edictum, toti Judæorum genti exitiale, verùm etiam per ſingulas Perſici Regni urbes, oppida, & pagos: imò jam cum regijs litteris curſores feſtinabant, qui decretoriam Hebrææ gentis internecionem Magiſtratibus denunciarent locorum. Unicum ſupererat miſeris Judæis in Eſthere præſidium, ac refugium, quæ poſt preces triduanas, variáſque corporis afflictationes, imploratámque Numinis opem, veſtibus ſe induit elegantioribus, gemmis ornavit pretioſioribus, & ſicut erat mulier ore venuſta, eloquio facunda, oculis blanda, ut toto corpore regiam quandam præſeferret Majeſtatem, petijt ad Regem ingredi: voti compos facta, cùm primùm Aſſuerus venuſtatem, ac ſplendorem vidit mulieris, ad oſculum virgæ aureæ in benevolentiæ teſſeram protenſæ eam admiſit; cúmque noviſſet Eſther Regem ad ſua vota flexilem; blanda ſermonis ſuada eò deduxit comitatis, ut invitatus ad epulum ab ea apparandum condiceret convivam habiturus Amanum, qui plurimum inde hauſit lætitiæ ob Regiam ſibi impertitam gratiam: cúmque ingreſſus fuiſſet palatium, & Mardocheus in genua ſe non demiſiſſet concupita ei exhibiturus obſequia, tantum concepit indignationis, ut, quidquid dulcedinis è convivio Eſtheris prægustavit, felle miſcuerit: adeò acre eſt tormentum, & dirum ſupplicium honoris cupiditas, ac dignitatis ambitio! Infelicem in ſuppremo felicitatis faſtigio ſe putabat Amanus, niſi Mardocheum è vivis amputatum videret. 56.

Verùm eadem nocte, quâ Amanus mortem machinabatur Mardochæi ſuſpendio necandi, Rex inſomnis Hiſtoriam ſuorum 57.

ſibi

ſibi geſtorum perlegi jubet, ex qua diſcit Mardocheum inſidias ei detexiſſe ſun per Eunuchns paratas capiti nullâ relatâ in benemerentem gratiâ, nec prœmio. Adfuit præmaturè ante ſolis ortum Regiæ Amanus, quem Aſſuerus interrogavit, quo hnnnris genere eſſet condecorandus, quem Rex percuperet præ cæteris omnibus honorare: cùm crederet Amanus hunc Regium honnrem ad ſuæ dignitatis pertinere incrementa, Conſilium ſuggerit, nt homn ille Regijs indutns veſtibus, ornatu Regin ſplendidus vehatur Regis eqnn, tenente frœnns Satraparum Principe, qui per urbem eum duceret, ac præclamaret: *ſic honorabitur, quemcunque voluerit Rex honorare.* En quàm parum ſibi ambitio cnhæret, Amanus arroganter elatus exiſtimabat ſe primnm eſſe ex Perſici Regni Principibus, & arbitratus, quòd Rex nnllum alium niſi ſe vellet ita honorare, reſpondit, quòd *Primus de Regis Principibus, ac Tyrannis teneat equum ejus. & per plateas civitatis incedens clamet, & dicat: Sic honorabitur, quemcunque voluerit Rex honorare.*

58. Quàm amens eſt hnnnris amans! Amanus ambivit ſibi hunc hnnnrem deferri, & ſimul expetijt, nt ipſe, qui primus erat de Regis Principibus, & Tyrannis teneret equum ejus: pugnantia certè cnncupivir, ntrumque ex altern validè arguitur: vel igitur Amanus exoptavit, ſibi hunc honorem deferri; & ſic nnn ſe reputabat è Principibus primum, cum alium primum expeteret, qui eum per urbem deduceret, quem Rex voluerit hnnnrare: vel nnn optavit ſibi talem honorem, & palam jam eum ſibi exnptabat, cum crederet non alteri, quàm ſibi pnſſe deferri: ita caligat ambitin, ut dum ſecnm pugnantia affectat, deteriorem, ac prnbrioſiorem partem ſeligat, & dum cupit honnribus affici, cnntumelijs inficiatur: appoſitè Lyranus expendens præfata Amani verba ait: *Cogitans in corde ſuo Aman, quòd nullum alium Rex niſi ſe vellet honorare, quia modus ſuperbi eſt æſtimare, quòd nullus niſi ipſe debeat honorari. Dixitque ei Rex feſtina, & ſumpta ſtola, & equo, fac ut locutus es Mardocheo; quia tu es primus inter Principes Regni mei. & ſic patet exaltatio Mardochei, & confuſio Amani.*

In cap. 6. Eſther.

59. Annuit igitnr Rex Amani conſilio, juſſitque Mardocheum in morem Regis indutum, diademate, ac auren tnrque fulgentem equo inſidere generoſiſſimo; Amann, quo nemn inter Proceres pnientior erat, præeunte, ac præconem agente, & per nmnia urbis ampliſſimæ fnra Mardocheum circnmvehi: ecce quàm cæca eſt ambitionis arrogantia, quæ cum ad majores ſemper, ac ſublimiores anhelet dignitates, ſibimet latenter, & perverſè inſidiatur. Hæc ſit cultum inter & laxum Amani faſtus, omnem tergiverſationem excludebat mandatum Regium, & obſequium præſtandum juſſu Regis Mardocheo tumidos ejus torquebat Spiritus. *O ambitio,* ait Bernardus: *ambientium crux, quomodo omnes torques, omnibus places? nil acriùs crucias, nil moleſtiùs inquietat; & tamen nihil apud miſeros mortales celebrius ejus negotijs.* Inſtituitur invidinſa pompa, circumvehitur per urbis plateas, Regio veſtitus ornatu, & equo ſublimis, cui fuit à pedibus Amanus, quem jam cum tota gente ſua conculcatum credebat, & equi Regij frœnos tenens: qunt oculi ſpectantium, tot ſe illi exhibuêre ludibria, & tela, quibus ſauciata ambitio proſternebatur: Mardocheus regali rubebat purpura; Amanus ſuâ, ſed non alio tinctore, quàm proprij vultûs pudore colorata; neuter ſuam capiebat fortunam, Mardocheus arridentem, Amanus adverſantem. Quàm inexpectatæ ſunt in mnndo eventuum vices! quis Amano felicinr, ac dignitate illuſtrinr in Aſſueri anla? illi unus ex prætnriana cohorte miles prætereunti non flectens genua crux fnit, ac tnrmentum; & dum hunc deprimere, ac delere ſategit, ſe ipſum depreſſit: qui proximus erat Regio ſnlin, fit ſtrator equi, & ut famulus circum pedes ambnlat; fitque ridiculus preco, quem patrem Rex vocaverat; & qui trucibus oculis minas in omnes vibrabat, omnium oculos in ſui opprobrium convertit: putabat nrnatu Regin inſigniri, ac per ſingulas urbis plateas Regin inſidens equo vehi: *Nec mirum,* ait Innocentius de vilitate conditionis humanæ, *quia ambitioſus ſtatim ac eſt ad honorem promotus in ſuperbiam extollitur, in jactantiam effrænatur, non curat prodeſſe, ſed gloriatur præeſſe, præſumit ſe meliorem, qui cernit ſe ſuperiorem.* Ultionis igitur deſiderio tabeſcens Amanus, perinde ac canis in jactum contra ſe lapidem, non in manum jacientis ſæviens, proripit ſe domum cooperto capite, quaſi non populum ſnlum, ſed & ſnlem ipſum, ac diem erubeſceret: & qua ſpongia contractam tanti dedecoris maculam poſſet abſtergere ab amicis exquirit.

Lib. 3. de conſider. ad Eugen.

Verùm dum Conſilia ſimul ineunt, adſunt Eunuchi Regij, qui Amanum evocant ad prandium à Regina inſtructnm: quin & cunctantem, ac mala præſagientem graviora Eunuchi nrgent, cnmpelluntque ad aulam, unde licèt invitus comparuit: ſed fercula, quæ ſauciato magis corde, quàm dente conterebat amariſſimum ei erant abſynthium: ut & felleus hauſtus. Sub finem convivij cum Rex jam mero incaluiſſet, Regina compoſito ad modeſtiam vultu, oculis fletu turgidis, & mnvendæ miſericordiæ, ac molliendæ duritiei apta- 60.

tis,

Digitized by Google

tis, inſtitit deprecari tam pro capite ſuo, qoàm gentis ſuæ univerſæ: hæc inexpecta-ta Eſtheris ſupplicatio lachrymis mixta Regis affectus illicò excitavit, pulſabat Regium cor Reginæ amor, cujus lachrymæ etiam præcordia omnia emolliebant, & commiſerationem in ſua vota flectebant, præſertim cùm Regina fœminarum lectiſſima, & ſibi non ſolùm chariſſima, & innocens tali fuiſſet diſcrimini obnoxia, verùm etiam tota Hebraica gens, quæ per omnes Regni Provincias diffuſa Regijs ærarijs plurimum adferebat emolumenti ob tributa, quæ ab Hebræa natione ſolvebantur: idque cauſæ fuit Aſſuero excandeſcendi in tantæ crudelitatis molitionem, & in ejue authorem ſupplicium retorquere: & ubi intellexit, hunc Amanum fuiſſe; ſurrexit illicò Rex indignabundus de convivio, & in hortum conceſſit, vel furoris æſtum aurâ temperaturus liberiore, vel ſpatium ſumpturus de modo ſupplicij ſtatuendi: & cùm inſtantia fata Amanum premerent, & periculum jamiam immineret, unicum credidit ſibi ſupereſſe aſylum, & aram ſalutis, Reginæ ſcilicet Eſtheris clementiam; quæ cùm eſſet ſuper lectulum tricliniarem reclinata ſe ſe eidem ſupplex adſternit ejus rogaturus clementiam pro ſuæ vitæ incolumitate. Sed cùm Rex irâ percitus nullo puſſet in loco quieſcere, & minarum plenus, fuiſſet reverſus in cœnaculum; cum primum vidit Amanum Reginæ lectulo affuſum; ſuſpicione meditati flagitij correptus illico imperavit, ut nefandus ſcelerum artifex in eadem, quam Mardocheo crucem erexerat, necandus elevaretur.

Parverunt Regio mandato lictores, & 61.
ſicut Rex imperavit, fuit Amanus patibulo
ſuſpenſos, & cum Patre, decem dilecti filij
in crucibus pependerunt fortunis damna-
torum Reginæ fiſco addictis. An non bul-
la eſt hominis ambitio? citò inflatur, ſed
citò diſrumpitur; fax eſt, quæ lucet, &
luget, peritque cum fœtore; follis eſt,
ventum, quem attrahit, illicò reddit; lam-
pas, quæ tunc extinguitur, cùm felicitas
nimium affundit olei; ignis fatuus in aëre
circumactus prælucens in avia; qui vix
ſplendens extinguitur; ventus qui dum
efflat, deſinit; dum ſpirat expirat; fumus
qui cùm aſcendit, ſe abſomit, cùm ſubli-
mia petit, ſe ipſum perdit, quapropter
rectè dixit Salomon: *Ubi fuerit ſuperbia,* Prov. 11.
ibi erit & contumelia, ſeu opprobrium, &
ignominia: illuſtre hujus veritatis documentum dedit Poſteritati Amanus, honores exambiens, qui à Mardocheo ſoli Deo exhibebantur: primam in aula Aſſueri poſt Regem dignitatem ambivit, & obtinuit, ad ſublimiora ſemper aſpiravit, quò lapſu rueret graviore, niſi quòd ſublimis etiam expiraverit, è præcelſa cruce pendens enectus: ita eſt ſuperbiæ comes error eſt in conſilijs; erroris infelicitas eventuum, infelicitatis opprobrium, opprobrij dedecus, & dedecoris ruina.

DISSERTATIO XI.

Lubricus eſt inconſultæ ſpei Affectus, fluxis, ac evanidis inhians dignitatibus, dum in ſublime nititur, in deterius ſemper deprimitur.

§. I.

Spes, quam diariæ mundi dignitates fovent, doloris ſub cineribus dum ſcintillam quærit gloriolæ, plerunque nonniſi fuliginem invenit ignominiæ.

1. LUbricus eſt inconſultæ ambitionis affectus, dum in ſublime nititur, in deterius ſemper deprimitur; & dum quæ humano excellunt in faſtigio hiante conatu captare affectat, ad ea quæ glorioſè ambit, inglorìè cæcutit, ac fœdè caligat, & cæcitate præeunte tantùm ſibi nocitura expetit ambitio, quæ ſub doloſis cineribus ſcintillam quærens gloriæ, nonniſi fuliginem plerumque invenit ignominiæ. Hinc Magiſter Chriſtus ſuorum Collegio Diſcipulorum ſtipatus prope Jeroſolymam erat, cùm jam ejus temporale Regnum putaretur in januis; cúmque Jacobus, & Joannes ſe ipſos viderent honoris ſublimitate uno excepto Petro reliquis præcellere, in promiſſis olim Thronis primatum exoptant:
Matth. 20. *Tunc acceſſit ad JESUM Mater filiorum Zebedæi cùm filijs ſuis adorans, & petens aliquid ab eo. Qui dixit ei: quidvis, ait illi, dic, ut ſedeant hi duo filij mei unus ad dexteram tuam, & unus ad ſiniſtram in Regno tuo.* Ecce quàm ambitioſa fuêre mulieris vota, quæ utrumque novi Regis latus geminato filiorum ſolio ſategit præocupare, alióſque prævenire, ut quæ fuerat petitione prima, nulli eſſet gloriâ ſecunda. Profectò epinicion cecinit ante victoriam, palmas collegit ante pugnam, & antequam valida proles certamen iniret, coronam meditabatur, & triumphum adornabat, trophæa erigens vanæ gloriæ. Petijt, ut geminata proles latera ſedentis in Throno ſtiparet: *Dic ut ſedeant hi duo filij mei, unus ad dexteram tuam, & unus ad ſiniſtram in Regno tuo.*

2. Quàm cæca eſt ambitio, quàm craſsè caligat, vel in ipſo ſole! ſiniſtrum poſtulat in Chriſti Regno, locum exambit reproborum, dum ſublimiorem filio exoptat dignitatem, quò diſcamus, proximas, & affines eſſe ſublimioribus dignitatibus ruinas, lapſúsque in gehennam, quàm inconſideratus fuit ambientis fœminæ faſtus, ſublimari cupiit filium in Chriſti Regno, ſed ad ſiniſtram, & dum ſublimitatem illi expetit, præcipitium apparat; dum gloriam exoptat, æternis eum addicit cruciatibus, ſcitè Author imperfect. apud Chryſoſtomum, *Neſcitis quid petatis*, quaſi dicat: *Ego vos vocavi ad partem dextram de ſiniſtra; & vos veſtro Conſilio curritis ad ſiniſtram; ideo forſitan, & per mulierem res agebatur.* O detestandam cæcitatem exambientium dignitates! Thronos exoptant, ut abjectionem enanciſcantur; ad ſolium gloriæ ſedere cupiunt, & ſedem occupant reproborum; nitore gloriæ ambiunt ſplendeſcere, & opprobriorum, ac ignominiæ obſcurantur caliginibus; honoribus & gloriæ inhiant, & nonniſi tormenta, ac crucitus experiuntur, ignominiam in ambito honore diſſimulantes. *Dic ut ſedeant hi duo filij mei unus ad dexteram tuam, & unus ad ſiniſtram in Regno tuo*: ſiniſtram quærit in Regno, quæ nonniſi in gehenna reperitur, quapropter inconſultæ petitioni reſpondit Chriſtus: *Neſcitis quid petatis*, dignitatem concupiſcitis, quæ non ad gloriam, ſed ad gehennales cruciatus viam ſternit. Homil. 35.

Cæcutit verè humana ambitio, dum in ſiniſtra mentitos quærit thronos, ubi nonniſi reproborum damnatæ acervantur catervæ ad æternos detrudendæ cruciatus. 3.
Vocantur Diſcipuli, & fideles ad Thronos dexteræ, & ipſi dignitates, quæ ſunt ad ſiniſtram ambiunt, & in baratrum, dum in ſublime nituntur, ſe miſerè deprimunt: ita eſt

ambitio dignitatibus inhians, dum ſublimia petit, deteriora ſemper invenit; quærit illuſtriora, ac eminentiora, & nonniſi obſcura reperit, ac inferiora.

4. Cùm paterfamilias in Evangelio agrum curâſſet ſuum excoli, & famuli ſedulitas tritico reperiiſſet Zizania ſuperſeminata, Herum interrogavit de iniquo Zizaniorum ſatore, cui reſpondit Herus: *Inimicus Homo hoc fecit.* Qualis verò fuerit inimicus iſte Homo, non conveniunt ſacri Expoſitores, plures plura excogitârunt, hanc ſoluturi quæſtionem: ſed D. Hieronymus cùm pluribus alijs cenſet, hunc inimicum hominem dœmonem eſſe, hanc ob cauſam, quia deſierit eſſe Deus, ait ipſe: *Diabolus propterea inimicus Homo appellatur, qui Deus eſſe deſiit.* Hoc eſt ſuperbia dœmonis adeò inflata fuerat vano tumore, ut divinitatem ipſam ambierit, ac ſupra dignitates omnes excellere creaturarum, ſimilis Deo, ſed dum ſupra ſe eſſe ambitione affectavit, infra ſe miſerè cecidit; & quaſi Angelum deſueſceret, Homo appellatur, quaſi infra ſtatum Angeli detruſus. Ambitio enim è ſtatu Angelico tunc ſuperbientem Luciferum, & ambientèm divinitatem, Deique ſimilitudinem excuſſit, cùm è cœleſti gloria eum detruſit, ac decore, omnique ornatu ſpoliavit.

Math. 3. 25.

5. Fuit in Lucifero quidquid ornamentorum ſpiritualium, gratiæ dotium, naturæ munerum creaturarum nobiliſſimæ potuit congruere, & omnes alij novem ordinum Angeli poſſiderent, cùm principatu in reliquos potiretur, ſed vana ſpes Numinis euanciſcendi paritatem, & ambitio ſupra ſe inſcendendi, eum infra ſe detruſit, & quaſi Angelum eſſe deſueſceret, homo vocatur, *Diabolus propterea inimicus Homo appellatur, qui Deus eſſe deſiit*, ſcilicet per ſuperbiam, vanámque ambitionem, quâ Dei expetijt ſimilitudinem. Hunc igitur Regem alij rebellantes Angeli ſimilem Altiſſimo, parem incomparabili, & Dei collegam acclamârunt, ſcindebatur enim in factiones cœlum: pars tamen melior, ſinceriórque peracriter contra Luciferianos invexit, cujus atrocis prælij Dux Michael fuit unus è Seraphinis, qui Angelici ſermonis vocibus delertores attonans dixit: *Quis ſicut Deus?* tenuit prælium donec Deo placuit, & obſtinati in pravo cladibus ceciderę, promeritas datuři in gehenna pœnas; unde Iſaias hunc Luciferi admiratus lapſum dixit: *Quomodo cecidiſti de cœlo Lucifer, qui manè oriebaris plenus ſapientiâ, perfectus decore?* Cùm eſſet exemplar venuſtatis ex-tempore in teterrimum gehennæ titionem, ac ſpurciſſimum caco, dœmonem fœda metamorphoſi deformatur, ac proinde è ſuo dejectus decore, ac ſtatu, quaſi eſſe Angelum deſueſceret, Homo eſſe dicitur, *Diabolus propterea inimicus Homo appellatur, quia Deus eſſe deſiit:* ambitione

Cap. 14.

ſcilicet, quâ Numinis exambierat ſimilitudinem: fuit hæc ambitio, quæ tot milliones Angelorum, ſpirituúmque nobilium cœleſtis aulæ Principum in ignitas gehennæ voragines egit præcipites, & ut ait Abdias, *Qui nidum inter ſydera poſuerunt, detracti ſunt non eam in terram, quàm in flammeum terræ carcerem.* Cap. 4.

6. Timeat ambitio, quæ cùm ad ſublimiora aſcendit, præcipitium ſibi aperit, in quod perinde ac fulgur ruit; caſus enim Luciferi fulguri pariſtur, Chriſtus enim ait: *Videbam Sathanam ſicut fulgur de cœlo cadentem:* aſſimilatur fulguri caſus ambitionis ob velocitatem deſcenſûs, dum momentò ruit; & ob brevitatem lucis, quæ in ſuo extinguitur ortu, & cùm labitur in tenebras abit. Quos ambitio ad ſublimiora evehit, hos caſus in baratrum ſemper detruſit ignominiæ, ac à propria dejecit felicitate, & ſtatu: non ſolùm Lucifer in cœlo, ſed & Adam in Paradiſo terreſtri ſimilitudinem cùm Deo ambivit, & à propria etiam felicitate dejectus promeritas & ipſe pœnas ſubivit: erat antequam ambitione intumeſceret primus Homo purus, innocens, ſerenus, & cum mentibus ipſis Angelicis Angelus ipſe corporeus verſabatur ut frater: imò eum Deus condiderat ad imaginem, & ſimilitudinem ſuam; *Faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram.* Fuit ad imaginem Dei conditus, primò ratione Dominij, quòd ei Deus dedit in animantes cæteras Geneſ. 1. *ut præſit piſcibus maris, & volatilibus cæli.* Secundò ob latitudinem ſui imperij, quaſi enim omnium ſit Homo elementorum incola ait D. Ambroſius: *Inter feras vivit; cùm piſci bus natat; ſuper aves volat; converſatur cum Angelis; terram inhabitat, cœlo militat, ſulcat mare, aëre paſcitur, cultor ſoli, piſcator in fluctibus, in aëre auceps, in cœlo hæres, Chriſti cohæres.* Tertiò ob ſimilitudinem divinarum virtutum, effictus enim à Deo Homo pictus, ac ornatus omnium virtutum coloribus fuit, quapropter D. Ambroſius: *lib. 6. Hexam. cap. 8.* ait: *Pictus es ò Homo, & pictus es à Domino Deo tuo, bonum habes artificem, atque pictorem noli bonam delere picturam; grave eſt, ut dicat de te Deus, non agnoſco colores meos, non agnoſco imaginem meam.* Quartò ob modum exiſtendi in rebus, cùm anima rationalis, quæ pars eſt hominis nobilior, non circumſcribatur loco. Quintò ob libertatem arbitrij. Sextò ob carentiam materiæ, cujus cùm ſit anima expers morti non eſt obnoxia, ratione cujus propterea primus homo terreſtres inter, ac cœleſtes incedebat delicias immortalitate donatus. Septimò ob cognitionem Dei, amorem, & cultum; nihil enim horum habet homo commune cum beſtijs. Octavò ob Sapientiam, ac providentiam, quibus ſe, ſuáque omnia, actúſque intellectûs, & voluntatis in ſuum dirigit

Luc. 12.

Gen. 1.

Epiſt. 12.

git finem, ſéque ad illius promovet poſſeſſionem, viáſque, & rationes eò tendendi eligit. Nonò quia Trinitatis præfefert anima rationalis imaginem ex eo, quòd intellectus ſit in homine fœcundus, & ex objectorum ſuſceptis ſpeciebus verbum producat, quo rem intelligit; & ex verbo producto, quod bonum eſt, & amabile voluntati exhibetur, ex qua amor procedit.

7. Felix erat Adam antequam ambitione intumeſceret, & ſe ſupra ſe ipſum extolleret: non æſtuabat calore, non algebat frigore, non labore laſſabatur,nec ſudore madebat,paradiſi quidem Colonus fuit, ſed potiùs per quandam animi remiſſionem, quàm per manuum laborioſam occupationem;& ut ingentis horti poſſeſſor, regníque fiduciariam ſuam exiguo aliquo tributo teſtaretur ſervitutem, mandatum accepit, ne arborem ſcientiæ boni, & mali tangeret, niſi à jure immortalitatis dejici vellet, ac eſſe interitui obnoxius, unà cum tota ſua poſteritate. Sed quia cacodæmon hanc primis parentibus invidebat felicitatem plenus inſidiarum; occaſionem perdendi hominis ſtuduit in fœmina enancíſci, cui ſuaſit, & perſuaſit mira ſermonis illecebrâ pomi vetiti eſum, ſpopondítque pares inde futuros Deo: Comedit mulier, & vim pomis illis inſitam laudat marito, quem varijs illecebris, ac blanditijs ad tranſgreſſionem unici præcepti ſibi injuncti à Deo pertraxit; ſed cùm pomum momordit, mortem & ſibi, & nobis deglutivit, & miserè dejectus à primævo felicitatis ſtatu ob ambitam ſupra homines dignitatem infortunia omnia contra ſe accerſivit; neque ſine ſarcaſmo, ſeu joco amarulento, ex Dei ore audivit: *Ecce Adam quaſi unus ex nobis factus eſt:* nimirum evaſit homo mortalis, calamitatibus, ærumnis, cædibus, ac morti ipſi obnoxius, cùm primùm cœpit divinitatem ambire; tunc enim deſiit ſuperbia, & ambitione, & ipſe eſſe Deus; & experiri ut homo elementorum injurias, frigoris algores, caloris æſtus, procellarum infortunia, calamitatum, ærumnarum, ac cædium miſerias; vidit hinc ruere è cœlo tonitrua, & fulgura; excitari procellas, & turbines; cieri in mare fluctus, & tempeſtates, graſſari in terra peſtes, & ægritudines, campos ſterileſcere, bella ſævire, inſidias parari, vulnera infligi, ſanguinem fundi, & ubique funeſta imprimi mortis veſtigia: ita eſt, ambitus dignitatis à propria dejecit primos homines dignitate, quâ fuêre in ſtatu innocentiæ donati; è Throno excuſſit humanæ felicitatis, è paradiſo excluſit deliciarum, & in hanc lacrymarum, ac plorationis vallem, in hoc ærumnoſum exilium, in hoc procelloſum mare detruſit, ubi venti vehementes, fluctus decumani, æſtus ingentes, vortices pernicioſi, charybdes inſidioſæ, ſirenes allicientes, & ſimul enecantes, & quotidiana audiuntur naufragia.

Geneſ 3. v. 22.

8. Ex hoc dignitatis ambitu pravarum cupiditatum purulentia continuò ebullit; ex hoc camino vitiatæ naturæ fumus jugiter aſcendit, & fœdæ libidinis ejectantur ſcintillæ; ex hac vomica corrupti prodeunt mores, vitiati humores, & mala omnia, quæ in hominem læviunt. Quid ergo evaſit homo ex ambitu divinitatis niſi ſcopus ærumnarum, centrum miſeriarum, meta calamitatum? ſperaverat divinitatem enancíſci, ad ſublimiora niti, & deturbatus è ſuæ felicitatis ſtatu non ſolùm deſiit eſſe Deus, verùm & Homo qualis conditus fuerat tot cumulatus donis,munitus prærogativis,ornatus virtutibus: imò poſt ambitum, ſicut Lucifer è ſummo cœlo ubi conditus fuerat, in imum fuit tartarorum dejectus, & in officina ambitionis, qui Angelus erat, pœnali nomenclatione Homo excuditur; perinde Homo arcana metamorphoſi ambitionis præſtigijs veluti in dæmonem deformatur; & una ambitio, quæ Angelo, & homini ſublimiores ſpondebat dignitates, utrumque à propria deturbavit dignitate, & infra ſuum ſtatum detruſit: de dæmone enim dicitur: *Inimicus Homo hoc fecit*, ſeu zizania frumento ſuperſeminavit; dicitur dæmon Homo inimicus, quia ambitio, quâ divinitatem concupierat à proprio dejecit ſtatu, & in deteriorem illo hominis detruſit: quia dæmones ex loco, pœnis, & tormentis, quibus torquentur in gehenna, miſeriores ſunt hominibus, ijsque inferiores; ita ambitio hominem disjecit à dignitate hominis, ſeu ab ſtatu felicitatis, in quo fuerat à Deo conditus, & pœnali nomenclatura dæmon vocatur, in quem cuſus in officina ambitionis fuit; & concupiſcere divinitatem perinde fuit, ac à propria dignitate dejici, & in dæmonem transformari.

Matth. 13. v. 28.

9. Idque cauſæ cur Clemens Alexandrinus ambientes honores, ac dignitates, dæmones vocet indigenas, ait ipſe: *Dæmones indigenæ, qui honores captant:* vocat homines ambientes honores, & dignitates dæmones indigenas, ſeu incolentes eandem patriam, & ſolum, in quo nati ſunt, quo differunt ab Angelis rebellibus, qui è ſummo cœlo in imum ruerunt Tartari, cùm enim locum non habitent, in quo fuerant à Deo conditi, dicuntur ſimpliciter cacodæmones, & dæmones, non verò dæmones indigenæ, ſeu nati in eo loco, quem incolunt, & in quo morantur, & licèt tartarei dæmones per hunc diſcurrant aſpectabilem mundum, inſidias hominibus nectentes, & per blandas, mentitáſque ſuggeſtiones trahentes ad malum, non tamen propriè hic dicuntur immorari, ſed tantùm peregrinari. Ecce quomodo in officina ambitionis pœnali nomenclatura Angelus in hominem degeneravit, & Homo in dæmonem.

In adhort. ad gentes.

§. II.

§. II.

Dignitas, quos in ipſa ſperantes alit, ſemper fallit; in ſublimiora allicit, quos lapſu graviore in imum detrudat.

10. QUos ambitio ſurſum evehit, eos deorſum trudit, à propria etiam dignitate, quam nati, vel creati, nacti
fuerant, deturbati. Idque vel ipſe tartareus hoſtis edocuit, cum JESUM aſſumpſit
in montem excelſum valdè oſtenſurus ei omnia regna mundi, & gloriam eorum, &
etiam exhibiturus: *hæc omnia tibi dabo, ſi*
Matth. 4. *cadens adoraveris me.* Spondet regias dignitates, ſed ſimul turpiſſimam exigit ſervitutem, *ſi cadens adoraveris me:* cui exaltationem ſupra mundi regna, & eorum
gloriam promittit, depreſſionem ſimul, &
humiliationem præſagit, *ſi cadens adoraveris me,* quaſi ambitio, tunc deorſum
ruat, cùm ſurſum nititur: pulchrè Titus
Poſtrenſis apud Caten. *Habet forenſis gra-*
Luc. 4. *tia domeſticum periculum, & ut dominetur
alijs, priùs ſervit: curvatur ad obſequium,
ut honore ditetur; & dum vult eſſe ſublimior, ſimulata humanitate fit vilior.* Dignitas, quos in ipſa ſperantes alit, ſemper
fallit, in ſublime eos attrahit, quos in imum detrudat; Idque vel in urbe Jeroſolyma expertus Jeremias Propheta ait, deplo-
Thren. 1. v. 1. tans illius urbis calamitatem. *Quomodo
ſedet ſola civitas plena populo; facta eſt
quaſi vidua Domina Gentium: Princeps Provinciarum facta eſt ſub tributo.* Sed cur
Propheta vocat Sionem exutam populorum
dominio viduam? *Facta eſt quaſi vidua domina gentium,* cur non potiùs orbatam dixit? ſiquidem cum nupta non eſſet, orbata
potiùs fuit populo: quia nimirum ſola Jeroſolyma imperium interpretabatur, quapropter ſpoliata imperio, vidua non orbata à Propheta dicitur; quia caruit populo,
cui non imperabat, ut libera; ſed famulabatur alieni ſtudioſior commodi, quàm propriæ dignitatis ſolicita: inſerviebat igitur
Sion populis, quibus non imperabat, ut
libera, ſed inſerviebat, ut dominis, &
heris.

11. Hinc ſola etiam dicitur quamvis plena
populo, quia dignitas ſolitudinem ambit,
& pares reſpuit: quapropter etiam Aſſuerus Regiam dignitatem ſolitudinem dixit.
Cum enim iraſceretur Amano, dixit:
Eſth. 16. v. 4. *Hoc cogitans, ut inſidiaretur noſtræ ſolitudini,* vocat regiam dignitatem ſolitudinem,
quia ſuperbia ſolitudine delectatur, & æquales, paréſque, excludit: æqualem ſibi neminem vult eſſe, qui multos regit: omnium adorationes extorquet, qui omnibus
imperat; adeò ſuperbierat Aſſuerus, ut ſolum ſe in toto terrarum orbe crederet, quaſi toti univerſo ipſe ſolus imperaret. *Cogitans, ut inſidiaretur ſolitudini noſtræ* adeò
dignitas mortales dementat, ut ſedentes in
throno fallat; adeò à ſana dejicit mente,
ut quales ſint, ampliùs non cognoſcant.
Non vinum homines tantùm, ſed etiam
ambitio, & ſuperbia inebriat, adeò ut
quem ad ſublimioris dignitatis faſtigium evectum videris, hunc ut plurimum fumo
ſuperbiæ ebrium dixeris: hinc Zacharias
dicitur: *Ponite Cidarim mundam ſuper caput ejus,* cur Cidaris, ſeu faſcia capiti imponitur ſummi ſacerdotis? cur moris fuit, 3. v. 5.
ut ſummo ſacerdoti, & Regibus caput faſciâ cingeretur? An quia in ſupremo illo
honoris faſtigio, in ſublimitate dignitatis,
perinde ac in ſumma altitudine, ſoleat
caput vertigine laborare, ac rotari? & ne
ſtantes in ſupremis, ac altioribus dignitatibus caderent, vertigine circumacti, ac
mente fluctuantes, neceſſum fuerit ijsdem
caput ligari? adeò proxima eſt ruinæ dignitas, ut vertigine laborans ſtare nequeat
in celſitudine dignitatis, niſi Cidari illigetur; mens enim fumo præocupata, ac turbata ſuperbiæ fluctuat in caligine, & niſi
ligetur, cadit. Regia fuerat Sion dignitate inſignita, cùm Reges Iſraëlis ſuum in
in ipſa thronum collocaverint, ideóque
quamvis plena populo ſola dicitur, quia
thronus regiæ dignitatis plures non patitur,
& qui alijs imperant, pares excludunt, ſolitudine gaudent, & ſoli eſſe volunt, qui in
throno ſedent; *quomodo ſedet ſola civitas
plena populo?*

Sed quàm malè ſuſpicatum fuit Sionis 12.
imperium, cùm tributum non exigeret,
ſed penderet: *Princeps Provinciarum facta
eſt ſub tributo,* ſed qualénam eſt vectigal
illud, quod Sion tributaria pendit, blanditiarúmne, an ſolitudinum? Adulationúmne, an timoris? divitiarúmne, an deliciarum? vectigal Sionis factæ ſub tributo, linguæ erant demulcentes Principem,
& mentem ſomniantis felicitates; ut non
uno premi ſervitutis jugo cenſeatur, qui
principari in aula creditur: tot nectuntur
ſervitutis catenæ, quot ſunt modi, qui excogitantur, ut valear quis ſperatâ inſigniri
dignitate: hinc Judas ob multitudinem ſervitutis ab aula exivit. *Migravit Judas pro-* Thren. 1. v. 3.
pter afflictionem, & multitudinem ſervitutis,
qui enim aulas frequentant Principum, dignitatibus inhiantes, multiplici neceſsè eſt
famulitio alijs inſerviant; famulos ſtudeant ſibi demereri, ſatagant Magnates placare, ſocios ſilere compellant, omnibus ſe
gratos oſtendant, quibus ſuæ præſtent obſequia, ſuam exhibeant ſervitutem, nemini obſint, omnibus proſint, ſaltem verbis, ideóque Judas rectè dicitur migrâſſe,
ſeu exiiſſe propter afflictionem, & multitudinem ſervitutis.

13. Hinc multiplici ſe ſentiens jugo preſſam, & onere gravatam, ſuæ Sion ſorti etiam illachrymatur. *Threu.* 1. *v.* 2. *Plorans ploravit in nocte*, & *lacbrymæ in maxillis ejus*, Principum aulæ excultos deliciarum videntur hortos oſtendere, flores voluptatum excolere, cum tamen nonniſi ſenticeta ibi ſuccreſcant, & vepreta ſpinas ſlant, quibus cordis pungunt intimiora, & viſcera lethaliùs feriunt intus, quàm exteriùs gladij: Videntur aulæ delicijs diffluere; cum tamen uberiores Nilo fontes ibi ebulliant dolorum, quibus ſpes præconceptæ plerumque non rigantur, eum penitus exareſcant.

14. Quàm noxiæ ſint, quæ in mundo ſperantur, dignitates nos Chriſtus, edocuit, cum declinaturus populum eupientem eum Regem inungere ſeceſſit ſolus in montem. *Matth.* 6. *v.* 15. *Fugit iterum in montem ipſe ſolus.* Fugit Regiam dignitatem Dei filius, ſed cur Chriſtus Regiam expavit dignitatem? qualénam monſtrum eſt Regnum, quod tam ſolicitè fugiat, ut etiam ſolus ſecedat in montem? nulla potuit occaſio timendi Chriſto ſuppeditari, cum Rex Regum, & Dominus eſſet Dominantium: ſed quò nos edoceret, quàm noxiæ ſint, & quàm periculis affines mundi dignitates; cùm vel ipſe æterni Patris filius eas declinaturus ſeceſſerit in montem ſolus. Quis honorem non timeat, cum ſciat, Dœmonem oſtenſis Chriſto Regnis auſum fuiſſe, ab eo petere, ut ſua ipſi impenderet obſequia, ſuum præſtaret famulitium? ſperaverat callidus hoſtis per exhibitas dignitates à Chriſto extorquere, quod ab alijs delatione honorum impetrare conſueverat, & licèt neſciêrit, eum eſſe filium Dei, novit tamen eum bis victorem, novit per dies quadraginta jejunum toleràſſe ſtomachum, novit delapſa cœlitùs voce à Deo laudatum, novit Joanne eſſe majorem; & nihilominus licèt jam bis triumphantem, adhuc tertiò audet eum laceſſere, ac unà dominandi machinâ proſternere, & putat, ad facinus omniū immaniſſimum impulſum iri. *Matth.* 4. 9. *Hæc omnia tibi dabo, ſi cadens adoraveris me.* Adeò efficax eſt dignitatis illicium, ut validiſſima ſit cacodœmonis machina ultimo adhibenda loco, ad homines proſternendos.

15. Fugit ergò JESUS, & ſolus ſeceſſit in montem, quia tutiùs montis adire cacumina, quàm in excelſo dignitatis ſedere faſtigio: nulla in dignitate tranquillitas, quam tamen montis ſolitudo ſuppeditat; nulla in honore quies, quam tamen montis ſeceſſus ſpondet. Idque cauſæ cur etiam Petrus licèt puſillo duntaxat præeſſet gregi, ſi orationi vacare cupjit, in ſolarium ſubjit horis pomeridianis, oravit Petrus pluries, ſed ab hominum ſejunctus tumultu, ubi etiam quadam raptus extaſi farrago ei objicitur monſtroſa ſerpentium, ac quadrupedum in linteo è cœlis pendulo: ſed quid hæc bruta oranti Petro objecta portendunt? certè non quid aliud, quàm gentium converſionem, quàm Ethnicos populos Chriſti evangelio adductos, & addictos. Ad quod fortaſſis alluſit Iſaias, cum fore dixit, quò inſtar lilij deſertum effloreſcat, quaſi rupes deſerti effloreſcere in lilia debeant, & lenticeta montium in flores verti hortorum. *Iſaias* 35. *v.* 1. *Lætabitur deſerta, & invia, & exultabit ſolitudo, & florebit quaſi lilium.* Sed ſi mundus eſt deſertus iſte; an lilia ſunt gentes? Imò monſtra ſunt ferocientia, & Africanis truculentiora, quapropter dixit Petrus, cum fuêre ipſi in linteo objecta animalia. *Actor* 10. *v.* 14. *Abſit Domine, quia nunquam comedi omne commune, & immundum*, quin nec Deo jubente auſus eſt Petrus feras illas attingere: ſed ſi gentes, quas Iſaias in hujus mundi deſerto vocat lilia, quibus lætabitur deſerta, & invia, & exultabit ſolitudo, cum primùm convertentur ad evangelium, quia tunc florebunt quaſi lilium, ob caſtitatis culturam, & reliquarum virtutum ſuavolentiam; cur Petrus eaſdem gentes monſtra vocat? cur quæ Prophetæ ſunt lilia, Petro ſunt Dracones? quis decipitur? neuter: Petrus enim gentibus ad Chriſtum converſis erat præficiendus; Iſaias verò eaſdam tantùm prævidit converſas, & culturæ addictas virtutum, ideóque, quæ Prophetæ lilia fuerunt, Petro ut paſtori, ut Principi, ut moderatori populorum dracones apparuerunt: nemo enim eſt ita blandum lilium, ut ei, qui præeſt, præ ſolicitudine anguis non fiat; nemo eſt flos adeò delicatus, quin excultus in aula, ſuis non armetur ſpinis, & hiſtrix non ſit plerumque imperanti.

Quæ lilia videntur Iſaiæ Vaticinanti, 16.
hæc monſtra ſunt Petro imperanti, qui à filijs, qui convertuntur, tanquam à ceraſtis perterretur; quia monſtra erant Petro, ut Pontifici, ut paſtori dominici gregis; ſed ſi quæ oves à cœlo oſtenduntur Petro oranti, ſerpentes apparent, & ceraſtæ? quid erunt lupi lanienæ gregis inhiantes? Quid Petrus paſſurus non erit ab hoſtibus, ſi quæ à cœlo amico, illi amicè panduntur, terrorem incutiunt? ſi quæ cœlum exhibet, Pontificem feriunt; qui laniatus ab ijs expectari non debent, quæ orcus ad eccleſiæ excidium immittit? Quid Jobo calamitoſius cùm jaceret in fimeto? & quid eodem glorioſius, cum ſederet in throno? & tamen ſe minus ærumnoſum dicit, cùm ſedet in ſterquilinio, quàm cum regnat in ſolio: vermibus ſcatet præcordia rodentibus, cum ſqualet in fimeto; tunc putredine corrumpitur, cum fœtet ſqualidus, dum jacet exoſus in ſordibus. *Job.* 17. *v.* 14. Job ait *Putredini dixi, Pater meus es, mater mea, & ſoror mea vermibus.* In ſolio verò non vermibus, ſed draconibus obſidetur; non fœtore inficitur, ſed ſtruthionibus laniatur. *Job* 30. 29. *Frater fui draconum, & ſocius ſtruthionum:*

in

in purpura draconibus adſciſcitur, qui in fimeto vermibus tantùm aſſociatur; morſus experitur ſtruthionum in throno, qui vix in ſterquilinio dentes ſentit vermium: plus invenit damni ſceptrum in throno, & purpura in ſolio, quàm pannoſa paupertas in abjecto, & humili ſtatu.

17. Id experta fuit ſponſa, quæ cum inter filias verſaretur dominatura, quaſi lilium deſcribitur ſpinis circumſeptum; cùm è converſo conſurgens è deſerto nullis inſignita dignitatibus delicijs perhibetur affluere: nimirum inter filias cum exerceret Principatum, nonniſi in ſentes, vepres, & ſpinas offendit; cum inter eremi vepreta delicijs affluat: quia quæ cum dignitate, & imperio videntur deliciæ floreſcere, ſpinæ ſunt, quæ cruentant; vepreta, quæ lancinant: & quæ in deſerto cenſentur eſſe dumeta, deliciæ ſunt, & flores; quia ibi tranquillitas animi, ubi ſolitudo; & ibi turbatio, ac ſolicitudo ubi tumultus: lactis dulcedinem propinant in ſolitudine armenta; & myrrhæ amaritudinem exhibent in aula dignitates.

18. Hinc etiam ſponſus inter ubera Reginæ faſciculus eſt myrrhæ, qui tamen in vineis Engaddi botrus eſt racemis refertus: Quid botro ſuavius, & dulcius? Quid myrrhâ amarius? ac minus gratum? & tamen in regia botrus in myrrham vertitur; cùm in vineis, & ſolitudine myrrha in botrum convertatur; idque cauſæ, cur vocatos ad laquearia cipreſſina, & tigna cedrina regiæ domûs accedere detrectaverit, & in aufugerit. *Ego flos campi*, quaſi diceret,
Cant. 2. v. 1. malo in campo florere, quàm in throno vigere; in agro nutrior, in regia pungor; in ſolitudine quieſco, in ſolio crucior. Quinimò etiam ipſius dilectæ manus in regia myrrham dicuntur ſtillaviſſe, eò quia ejus dextera, quæ ſceptrum in ſolio tractaverat, carere non potuit amaritudine. Etiam virga Moyſis, quæ inter armenta florere conſueverat, cum primùm fuit aulam ingreſſa, & cœpit Moyſes populo imperare, verſa fuit in colubrum; & eadem, quæ inter agnos odores ſpargebat, venena in aula diffunderet; quæ alliceret in ſolitudine, terreret in regia. *Projecit, &*
ibid. 4. *verſa eſt in colubrum, ita ut fugeret Moyſes*, ſi virga pedum ſit, oves ducit ad paſcua, ad aquatum; ſi ſceptrum terret, & venenum ad internecionem fundit: *& verſa eſt in colubrum, ita ut fugeret Moyſes*, fugit Moyſes non virgam ut fungentem officio pedi, ſed ut exercentem munus ſceptri: quæ enim allexerat in pedo, terret in ſceptro; & quæ fulciebat in ſolitudine, ruinam minatur in regia; doluit Moyſes, non quòd ejus baculus in monſtrum degeneraverit, ſed quia curam Deo hanc ſubijt metamorphoſin: qui paſtorem erat ſuſtentaturus ut baculus, imperaturo mox inſidiatur, ut anguis.

Plena ſunt præcipitijs, & damnis excelſa, imò quæ præcelſa videntur, & editiora tenere dignitatum faſtigia lubrica ſunt, & perſæpè abrupta etiam inveniuntur. Dignitates, qui exambit, invidiæ oculos in ſe vocat, competitores contra ſe armat, & quia omnes una diſtorquet ambitio, una exæcat dignitas, qui hac ſperant inſigniri, eique inhiant; vix ullo poſſunt aggere coërceri, quin in ſublime etiam cum ſui jactura nitantur. Quanta detulit Abſoloni David, ne imperandi æſtu inſaniret, ne præcipitium in dignitatis faſtigio inveniret, ne ruinam ſibi moliretur, cùm gradus niteretur ad concupitam regiam dignitatem ſibi conſtruere? revocavit eum ab exilio, in regiam admiſit, oſculo eum fuit dignatus, Jeroſolymis illi favit, beneficijs cumulavit; & tamen tot aggeribus clementiæ, tot frœnis amoris coërceri non potuit, quin procurreret in parentis cædem, neque deſijt in patrem furere, nec ſceptrum ambire, donec vires illi ſuppeterent: ſemper quamdiu ſpiravit, ad coronam aſpiravit, & tunc tantùm deſijt ambire, cùm deſijt vivere: gradus ad diadema ſibi moliebatur; & ad præcipitium hiatum ſibi aperuit. 19.

§. III.

Præcelſa, qui ſperant dignitate inſigniri, neceſſè eſt, prælia ſuſtineant ſuperatu difficillima: & faſtigium honoris nonniſi armati contra omnium invidiam poſſideant.

Dignitatum excelſa, qui exambit, huic neceſſè eſt difficillima, ac graviſſima ſuſtineant prælia, & qui plus pollet, plus etiam timeat, opus eſt: qui enim pluribus imperat, plures etiam habet, quos formidet, & qui ſupremum attigit dignitatis faſtigium, opus habet adverſus omnium ſe armare invidiam, & niſus; quia conſilia ambitionis nonniſi neces ſuggerunt, & imperantium ruinas, quibus, ambitio in ſublime nitatur. Cum David ſub tentorijs degeret in caſtris, & armatus perſæpè obnoctaret, ac quæ præſtò erat aqua, vel quia paluſtris, vel quia vitium contraxerat, minimè ſapiebat, & exambiens latices, qui è Bethlehemitico fonte ſcaturiebant pellucidi, vix in illas erupit voces. *O ſi quis mihi daret* 20.
potum aquæ de ciſterna, quæ eſt in Beth- 1. Reg. cap. 23. v. 15.
lehem juxta portam: illicò tres milites ambientes promoveri ad altiora officia, & honoratioribus inſigniri dignitatibus, quâvis diſruptâ morâ caſtra penetrant hoſtilia per inimicorum irrumpunt mucrones, & aquam

Digitized by Google

aquam ſitienti Davidi deferunt : ait Abu- Quæſt. 19. lenſis. *Cauſa deſiderij fortè fuit duplex : Prima , quia non erat tam bona aqua in Jeruſalem , ſicut in Betblebem : & iſta erat in aliquo puteo ſpeciali , quod patet , quia dixit , de ciſterna , quæ eſt juxta portam , & ſic illa erat excellentior omnibus aquis , quæ erant in Betblebem ; & ſicut etiam erat excellentior alijs , quæ fluerent in Jeruſalem. Quid tunc ? irruperunt ergo tres fortes caſtra Philiſthinorum , & hauſerunt aquam de ciſterna Betblebem , quæ erat juxta portam , & attulerunt ad David :* quia deſiderio tenebantur milites , & ſpe alebantur dignitatis , & officij illuſtrioris in prælio obtinendi ſe mucronibus hoſtilibus non ſine nota temeritatis objecerunt , ut aquam haurirent vitæ periculis partam , quo regijs adularentur cupedijs : aqua armatorum cuſtodiebatur agminibus , nec poterant haurire , nec ullo etiam pretio , ſibíque comparare , quin contemptui ijsdem eſſet vita , quam propterea opus erat aſpernari , ſi anhelabant aquam adferre. Qnia aqua à Davide concupita in ſitis ſolatium cæteris erat excellentior , ita à militibus credebatur , parem eidem adnecti dignitatem , cui propterea inhiantes , penetrârunt illicò hoſtium caſtra , & per agmina armatorum pericula ſpernentes , aquam hauſêre : tametſi fontes alij , quia non adeò pellucidi, ſalubres , & frigeſcentes ad tam arduam non adegerunt pugnam , aqua tamen , cui inhiabat David propriæ ſiti extinguendæ , quia cæteris ſalubrior , & excellentior armorum cingebatur cuſpidibus, armatorum cuſtodiebatur turmis ; & nihilominus tres milites, quia illuſtriori , quam ſperabant , ambiebant inſigniri dignitate , per hoſtiles falces , per ſtrictos enſes ſtatim irruperunt , ut oblati latices ſitienti Regi ſolatio eſſent.

21. Quisquis illuſtriora exambit officia , celſiores ſperat ad dignitates inſcendere , huic neceſsè eſt , prælia ſuſtineat acriora : eſt dignitas , præſertim , quæ eminet , veluti roſa purpurea , quam aculeorum ſpicula circumſepiunt , & cuſtodiunt , & dum dignitati ejus audent venuſtatem rapere , neceſsè eſt tribulis lancinati ſanguine priùs diſcant rubere , quàm flore : quidquid egregium ineſt dignitati , quidquid gloriæ in ea elucet , nonniſi per vulnera , & effuſionem , vel ſanguinis , vel ſudoris poſt plures exantlatos labores acquiritur , & perſæpe dum ambitionis temeritas nititur ſemper in ſublime , non ſemel ſibi præcipitium ſolicitat. Hinc Salomon in ſibi throno conſtruendo , in id incubuit ſtudij , ut ejus aſcenſus nonniſi per gradus elevaretur , & ſedilis manus leones duo prolixis jubis , vultúque horrida , oriſque hiatu terrorem incutientes accedentibus , munirent ; & leunculi duodecim throni gradus veluti excubias agentes ſervarent , ſimúlque ornarent. *Fecit Salomon thronum de ebore grandem , & veſtivit auro fulvo nimis , qui habebat ſex gradus , & ſummitas throni rotunda erat in parte poſteriori , & duæ manus hinc , atque inde tenentes ſedile , & duo leones ſtabant juxta manus ſingulas , & duodecim leunculi ſtantes ſuper ſex gradus hinc , atque inde.* 3. Reg. 1. 19. v. 18.

22. Quid ? quòd leones duo ferocientes , & adulti ſedile fulcirent throni , cum leunculi eblandiri potiùs viderentur , ac vigilias in gradibus agere inferioribus ? quia nimirum dignitates , quò ſunt ſublimiores , eò ſemper majore ſolicitudine indigent cuſtodiri : ambientibus in throno ſedere Salomonis , & primum aſcendentibus gradum cum leunculis confligendum erat , quò enim ſtatus eſt depreſſior , ac humilior minora ſemper ſunt pericula , & caſus minus ruinoſi : at exambientibus ſolij faſtigium cum adultis , iiſque ferocientibus erat cum leonibus prælium ineundum , qui vel ipſo oris hiatu ſepulchrum minabantur : nimirum quò celſitudo dignitatis eſt eminentior , eò grandius fit etiam periculum , & profundius præcipitium : exambientibus in Salomonis throno eminentiora , difficiliora ijsdem objiciebantur certamina , quæ minora erant in gradibus inferioribus ; non enim omnes leunculi æqua erant ſtatura conflati ; ſed pro graduum diſcriminibus inæqualis gradatim cenſentur fuiſſe molis ; adeò ut primum gradum exiguus cuſtodiret leunculus , ſecundum alius paulò major ; & reliqui pro aſcenſûs differentia incrementum etiam molis ſubirent , donec ad toroſos , ac validiſſimos perveniretur leones , tantò reliquis validiores , ac truculentiores ; quantò graduum altitudine cæteris præcellerent : excubias ſimul agebant ; & minas , pugnáſque aſcendentibus ingerebant : cum Regis tuerentur authoritatem , adaperto , ac vigili oculo ; ungue , ac dente armabantur , contra ambientes aſcenſum , ita tamen , ut quò altior pateret aſcenſus , cum torvioribus ac validioribus , ſemper eſſet pugna acrior ineunda.

23. Fallitur , qui ſpe alitur , citra difficultatem , ſine periculo , obtinendi ſublimes dignitates , ad quas non patet aſcenſus niſi per ardua , ac prærupta. Hinc excluſis è terreſtri paradiſo protoparentibus ob Numinis violatum præceptum , & pomum deglutitum , quod ſibi fuerat prohibitum , paradiſi cuſtodiæ Cherubin igneo obarmatus gladio deſignatur , ne quisquam ampliùs auderet fructus illos decerpere. *Collocavit ante paradiſum voluptatis Cherubin , & flammeum gladium , atque verſatilem ad cuſtodiendam viam ligni vitæ.* Geneſ. 3. 24. Uno igitur vigili , & armato milite communitur

para-

paradiſus ad eorum coërcendam audaciam, qui carpere fructus illos ſperarent, ſed quid? quòd Numinis thronus pluribus cingatur militibus? Iſaiæ 6. v. 6. *Seraphin ſtabant ſuper illud:* non unus accerſitur cuſtos Cherubin; ſed plures inſtituuntur Seraphini, & quidem obarmati in throni tutelam; ait D Bernardus. *Serm 5. de verb. Iſaia.* *Quid enim æſtimare vetat dejecto Lucifero ad pervigiles excubias Seraphin conſtitutos, ſicut ejecto homine teſte ſcriptura Cherubin ad cuſtodiam poſuit Deus.*

24. Eatenus paradiſi felicitati cuſtodiendæ unus cenſetur idoneus Cherubin igneo armatus gladio; quia dignitatis eminentia tanta non erat, ſicut in Numinis throno, qui utpote auguſtior, ac excellentiâ longè ſublimior, non unus in ejus cuſtodiam Cherubin, ſed plures accerſuntur vigiles Seraphini: *Seraphin ſtabant ſuper illud*, quò enim ſublimior eſt dignitas, eò acrior eſt pugna, eò major eſt difficultas: non poterat Lucifer throni inſcendere faſtigium, quin armatorum militum ſuſtineret phalanges: Angeli illicò in ambientis Luciferi inſurrexêre audaciam, quò pœnas eidem infligerent promeritas: cum auſus fuerit draco paradiſo inſidiari, neceſſum erat, Cherubinum ſuſtinere armatum, & cum cœleſti milite ad ſingulare deſcendere certamen: ſin autem ambitio ad celſiora nitatur, & throni ſupremum ſperet faſtigium tenere, longè plures debet armatos ſuſtinere, quia pro celſitudinis modo, modus etiam decernitur cuſtodiæ, & militum numerus augetur juxta ambitæ dignitatis incrementum; quia altiora majori ſemper cura ſervantur, & majoribus circumſepiuntur difficultatibus: paradiſum nitenti ingredi, unius tantùm objicitur armatus Angelus: ad Numinis verò celſiorem thronum ambienti conſcendere exercitus cœleſtium opponitur armatorum: nam quò major eſt celſitudinis ſublimitas, eò validior armatorum cuſtodia.

25. Thronum ita ſuum conſtruxerat Salomon, ut nonniſi per gradus ad ipſum pateret aſcenſus; & poſt exantlatos labores in obitis cum leunculis pugnis; quò nos edoceret, nonniſi per labores, & merita inſcendendum eſſe dignitatibus: & quia voluit ſedilis manus adultis duobus muniri leonibus ferocientibus, quiſque patentis oris hiatu cædes cruentas dente, & ungue minarentur plus æquò ambientibus, ac in ipſo throno ſuperbientibus, nos etiam edocuit; plures meritorum ſuffragio cacumen inſcendere dignitatis, qui impulſibus poſtea ſuperbiæ interitum ſibi moliuntur. Hinc vulgatū ſatis eſt Trajani effatū apud Caſſiod. *7. var. cap 13.* *Sume dictationem, ſi bonus fuero pro Republica, & me; ſi malus pro Republica, in me:* per labores, & merita gradus inſcenderat Trajanus throni: verùm quia excelſa ſunt prærupta, ideò non ſibi fidens Imperator dictatorem in ſe delegit, & Judicem conſtituit, veritus ne dignitatis lenocinio, faſtu ſuperbiæ, adulatorum aſſentatione, deliciarum affluxu, divitiarum copiâ molleſceret animus, qui à virili dediſceret fortitudine: & ab æquo deviaret aſpectus: ideóque dictatorem ſibi delegit, à quo moneretur, ſi in regendis populis, & juſtitia adminiſtranda ab æquitate deflecteret; dum enim quis mendacijs credit adulantium, ad ruinam ſibi apparat aditum: innumeri ſunt, qui cùm perveniſſent, vel ludentis fortunæ caſu, vel arte, ac favore amicorū ad apicem dignitatis, lugendæ calamitatis exempla poſteris reliquerunt: ait Tertullianus de Imperatore. *Hominem ſe eſſe etiam triumphans in illo ſublimiſſimo curru admonetur: ſuggeritur enim ei à tergo: Reſpice poſt te, hominem memento te. Et utique hoc magis gaudet, tanta ſe gloriâ coruſcare, ut illi admonitio conditionis ſuæ ſit neceſſaria. Minor erat, ſi tunc Deus diceretur, quia non verè Deus diceretur, major eſt, qui revocatur, ne ſe Deum exiſtimet.* *In apolog. cap. 33.* Ruinoſum eſt ſublime dignitatis faſtigium, periculis circumcingitur: quódque pernicioſiùs dignitates enacti quaſi lethæos ebibant latices, quales antea fuerint, obliviſcuntur, & propriæ conditionis abſtergunt memoriam, delentque veſtigia; adeò ut neceſſum fuerit, ait Tertullianus, ut Imperatori ſublimiſſimo curru vecto in triumphum ſuæ conditionis à tergo notitia ſuggereretur, *major eſt, qui revocatur, ne ſe Deum exiſtimet.* Arridet plerumque ijs fortuna, quos ad apicem evehit dignitatis, quos poſtea ridet, quia in illa celſitudine, vertigine laborantes ſtare nequeunt, qui ut aſcenderent, pluribus inſteterunt laboribus.

De Pio Metello refert Valerius Maximus *lib. 3.* 26. Quòd in Hiſpaniam cum appuliſſet, paſſus fuerit ſuum adventum etiam ab hoſtibus aris excipi, & thure: & de Domitiano narrat Tacitus, ſe ipſum veluti Numen ſacrâſſe, ait ipſe: *Mox imperium adeptus Jovi cuſtodi templum ingens, ſéque in ſinu Dei ſacravit,* *Lib. 3. hiſtor.* biberat nimirum lethæam undam, & propriæ conditionis oblitus ſe ampliùs hominem non noverat: inſolenter ſuperbiunt elati; quia ambitione inflati non ampliùs ſe ipſos capiunt, & dum à ſe ipſis exeunt, ſe ipſos perdunt. Plures, qui ante enactam dignitatem culturæ erant virtutum addicti; in ipſo dignitatis faſtigio turgidi mores corruperunt, quos modeſtiâ in humili conditione compoſuerant, qui propterea digni fuiſſent imperio, ſi non imperâſſent: hinc Seneca ait de hiſce ſuperbientibus in dignitatis culmine. *Ignoravêre vires ſuas, & & dum ſe tam magnos, quàm audiunt, credunt, attraxêre ſupervacua, & in diſcrimen rerum omnium perventura bella; utilem, &* *Lib. de benefic. cap. 3.*

neceſſariam rupêre concordiam: ſecuti iram, quam nemo revocabat, multorum ſanguinem hauſerunt, fuſuri noviſſimè ſuum.

27. Enixim expoſcebat populus à Deo dari ſibi Regem, & adeò valuêre preces, ut Deum flexerint in vota rogantium, juſsitque propterea Saulem à Samuele inaugurari, Regémque inungi: recuſabat imperium Saul, ſed renitentis modeſtia ſuffragia multiplicabat eligentium, & honeſta humilitatis verecundia, vota inflammabat populi cupientis Saulem Regem. Sed eligitur, & cæteris præficitur cunctis dignitate celſior, & ſublimior, ſed ad ſpeciem cunctis humilior, adeò ut dixerit Samuel, *Certè videtis, quem elegerit Dominus, quoniam non ſit ſimilis illi in omni populo.* Sed poſt fluxum temporis Deus Saulem è throno detrudit, & repudiatum faſtidit. *Uſquequo tu luges Saul, cum ego projecerim eum, ne regnet ſuper Iſraël.* Quid cauſæ, quòd Deus, quem elegerat, mox faſtidiat, ac repudiet? Saul antequam thronum conſcenderet, & cùm vitam ageret privatam in ſtatu humili, culturæ eſt addictus virtutum, ſplendet modeſtiâ, rubeſcit verecundiâ, æſtuat chaſtitate, fitque dignus imperio, cùm non imperaret; cum tamen primùm cœpit imperare, incepit minùs dignus eſſe imperio; non ampliùs virtutes excoluit, per quas dignus erat, ut imperaret; ſed vitijs indulget, per quæ fit dignus, ut ab imperio detrudatur: quinimò qui cum non imperaret, dignus erat imperio; cum primùm imperavit, fit indignus imperio, & dignus factus eſt ſupplicio. Quòd ſi cauſam quæras hujus viciſſitudinis, non aliam credas, niſi quia antequam thronum conſcenderet, cum adulationibus non pulſaretur, nec delicijs difflueret, nec voluptatibus falleretur, ſtudio virtutum excelluit: poſtquam verò Rex inunctus thronum conſcendit, divitijs affluxit, ac delicijs diffluxit; vitijs indulſit, & neglecto virtutum ſtudio mores, quos ad normam virtutis antequam ſceptrum tractaret, inflexerat, in throno adulationibus delinitus corrupit: intumuit ſuperbiſſimus proprijs tribuens meritis ſuam in Regem inaugurationem, cujus tumorem exprobrans Deus ait: *Nonne cùm parvulus eſſes in oculis tuis, caput in Tribubus Iſraël factus es? unxítque te Dominus in Regem ſuper Iſraël, & miſit te Dominus in viam, & ait. Vade, & interfice peccatores Amalech, & pugnabis contra eos uſque ad internecionem eorum. Quare ergò non audiſti vocem Domini, ſed verſus ad prædam es?*

1. Reg. 10. v. 24.

1. Reg. cap. 15, v. 1.

1. Reg. cap. 15, v. 17.

28. In Regiæ dignitatis faſtigio evectus Saol, quia ſuperbiæ fumus ejus occupaverat caput, non ſolùm lumen infuſcavit rationis, & prudentiam delevit; verùm etiam vertigine ipſe laboravit, ac de ſana mente cecidit, quam ſitis divitiarum incenderat, & abſumpſerat; qui igitur per ſtudia virtutum ad culmen aſcenderat throni, per indulgentiam vitiorum à Regio detruſus faſtigio reprobatur abjectus, ut notat D. Gregorius, inquiens. *Saul ob humilitatis merita ad thronum evectus, ob tumorem ſuperbiæ è culmine poteſtatis dejicitur; per humilitatem quippe prælatus eſt, per ſuperbiam reprobatus Domino atteſtante, qui ait: Nonne cum eſſes parvulus in oculis tuis, caput te conſtitui in Tribubus Iſrael?* Quem humilitas ad culmen erexerat imperij; hunc ſuperbia in imum detruſit ærumnarum; quem cultura virtutum dignum effecerat regiâ purpurâ, hunc indulgentia vitiorum regio ſpoliavit ornatu, ut non alia rubeſceret purpurâ, niſi proprij pudoris: fultus virtutibus rubuit purpurâ; vitijs temeratus, pudore erubuit; cum divitijs in regno affluerer, paupertate laboravit virtutum, quibus diteſcebat, cum privatam ageret perſonam: cum delicijs cœpit in throno affluere, ac divitijs, vitijs incepit adhæreſcere, ac fœdari: dignitatis jubar, adeò Saulis perſtrinxerat oculos, ut ſe ampliùs parvulum eſſe non videret, neque ſe ipſum cognoſceret; cum enim parvulus eſſet, antequam thronum inſcenderet, fultus temporali potentia, ornatus regia chlamyde non ampliùs ſe parvulum videt, neque ſe ipſum in ſe ampliùs cognoſcit: ſuperbiæ flatibus ad eum pervenit elationis tumorem, ut ſeductus, ſe cæteris putaret eminentiorem, nec ampliùs congruentem ſibi aſpiceret parvitatem; in culmine meruit ſupplicium, qui in imo privati hominis culmen promeruit Regij throni; qui cæteris præeminebat, elatione cogitationis intumuit, & dum pro libitu inſpicitur cuncta diſponi, & juſſa velociter ad votum compleri; ſui oblitus, & ſuperbiæ nigricante fumo, vel in ipſo purpuræ ſplendore, aurique nitore oppletus, ſe ampliùs non videt; & dignitatis altitudo de mentis arce prudentiam detruſit, quia ſuperbientem faſtum intruſit.

Lib. 26 Moral. cap. 19.

Qui imbecillo ſunt capite, ſi ex præcelſa altitudine ad ima reſpiciant, ita cerebro turbantur, mente confunduntur, ut vertiginem patiantur, & ſe quaſi ampliùs non videntes, nec regentes, infelici caſu deorſum delabantur; & ferales plerumq; in editioribus dignitatum faſtigijs necis reperiant umbras, ubi felicitatis arbitrabantur ſplendores enanciſci. Cecidit Saul, quia vertigine in ſummo regni culmine laboravit: *Omnes delectat celſitudo,* ait D. Auguſtinus. *Sed humilitas gradus eſt, Quid tendis pedem ultra te? cadere vis, non aſcendere: à gradu incipe, & aſcendiſti:* humilitas eſt, quæ dum ſe ipſam deprimit, ſurſum elevat; dum ima petit, excelſa invenit; dum umbras quærit, ſplendore coruſcat. Hæc æterni Patris filium è ſummo cœlo in terram depreſſit, ut de terra nos 29.

De verb. Domini.

in

in cœlum elevaret, pulchrè D. Auguſtinus. *O ſancta, venerabiliſque humilitas! Tu Dei filium deſcendere feciſti in uterum ſanctæ MARIÆ Virginis; tu feciſti eum involvi vilibus pannis, ut nos indueret virtutum ornamentis. Tu eum circumcidiſti in carne, ut nos circumcideret in mente. Tu eum corporaliter flagellaſti, ut nos à flagello peccati liberaret. Tu eum coronâſti ſpinis, ut nos coronaret æternis ſuis roſis.* In ſerm. de ſuperb.

§. IV.

In ſupremo dignitatis vertice vertigine facilè laborat, qui ſperatum conſequitur honorem: nec ſtat, quin lapſui ſit obnoxius: indigétque propterea fulciri virtutum fulcris.

29. SUis cinguntur culmina præcipitijs, & qui fumo occupantur ſuperbiæ, vel ſe ipſos ampliùs non vident, vel vertigine laborantes neſciunt ampliùs ſe regere, nec ſtare; faciliùs labuntur, & ruinam ibi inveniunt, ubi faſtigium quæſiêrant felicitatis: qui in ſublimi eminent, niſi validis fulciantur fundamentis, citiùs cadere diſcunt, quàm ſtare: idque cauſæ cur Seraphini excelſum Numinis thronum fulcientes ſenis fuerint alis inſtructi, quarum binæ per aëra agitatæ pernici volatu ferebantur; quatuor verò veluti totidem brachijs ſedentem in throno fulcirent, quaſi ne caderet; complectebantur, ne moveretur; obtegebant, ne fluctuaret, aut vertigine in illa throni celſitudine laboraret. *Duabus velabant faciem ejus, & duabus velabant pedes ejus, & duabus volabant.* Iſaiæ cap. 6. v. 2.

30. Sed cur Seraphini illi non toto alarum explicato remigio volârunt, cùm ſcirent ſedentem in throno, nec potuiſſe vertigine ulla laborare, nec mente fluctuare? cur igitur ſenis alis velociorem non ſuſceperunt volatum, quò ad altiora feliciùs thronum e-veherent? cur ſaltem quatuor non explicuerint alas, quibus perniciùs ad gloriæ a-volarent faſtigium? ubi cum omne exulet faſtidium, volatûs, & laboris tœdium citiùs excuſſiſſent. Non in proprium commodum, ſed in noſtram utilitatem, & documentum duabus duntaxat alis in illa throni celſitudine volârunt, & quaternis ſedentem in throno velârunt, cui & firmiter, ac immobiliter adhæsêre; ne moveretur; ut nos docerent, quàm periculoſa ſint culmina, ad quæ licèt digno volatu aſcendant homines, ne tamen in præcipitium in culmine incidant, fulciri alis virtutum, & velo humilitatis tegi debent, ac velari: Seraphini ita alas diſponunt apud Iſaiam, ut quatuor veluti quibuſdam vinculis throno alligentur, & ſedentem in illo amplectantur, quò tutiùs duarum volatu ad ſublimiora efferantur; & ut volatum in ſublime temperarent, quaternæ alæ erant throno veluti illigatæ. Imò antequam volatum explicent alis binis, caput tegunt, & fulciunt, & alijs duabus pedes complectuntur, ne ſcilicet pondus humilitatis ſurſum aſcendentibus temperato volatu haud deeſſet.

Quæ in ſublime feruntur, niſi ſuis fuerint innixa ponderibus, ac fulcris, facilè ventorum flatibus rapiuntur, & per aëra vehuntur, ubi per incerta vagantia certas inveniunt ad ima ruinas: noluerunt Seraphini throno innixi, & ad ſublimiora volantes ſuis deſtitui humilitatis fulcris, ne volatu ſublimiore profundiora deferrentur in præcipitia, ne acrioribus vanitatis flabris elati dignè deorſum dejicerentur, qui ſurſum fuerant indignè evecti; & quamvis nulli eſſent Seraphini periculo obnoxij, nos id voluerunt exemplo docere, quò fortiùs, & altiùs hocce documentum noſtris hæreret mentibus: humilitas eſt, quâ vel ipſa celſitudo eidem innixa ſtat firmior, quâ faſtus deprimitur, elatio coërcetur, ſuperbia compeſcitur, & qui ſupremam eſt dignitatem enactus, minus eſt caſui obnoxius: eſt enim humilitas, quæ veluti pharmacum morbos corrigit, quibus ſolent, qui eminentiores occupant ſedes, laborare: unde exclamat D. Auguſtinus in commendationem ejuſdem virtutis ſerm. de verb. Domini: *O medicinam omnibus conſulentem! omnia tumentia reprimentem! omnia tabeſcentia reficientem! omnia ſuperflua reſecantem! omnia depravata corrigentem!* 31.

Non ſolùm Seraphini hanc virtutem homines edocent, verùm & volucres, qui ſolent volatu ſublimia petere *Grues*, ait Caſſiodorus, *pelagus tranſituræ parvos lapillos ungulis pedum complectuntur, ut nec eorum levitas nimio vento rapiatur, nec nativa celeritas iniquis ponderibus ingravetur. Hoc imitari nequeunt, qui ſe ad publicas neceſſitates electos eſſe cognoſcunt.* Muniuntur grues moderatis lapillorum ponderibus, ne flante vento rapiantur, nec volatui ſint impedimento: & Seraphini adhæreſcentes throno congruæ humilitatis ponderibus inſtar gruum muniuntur, ne nimijs ventorum flatibus abducantur. Idque cauſæ, cur quaternis alis ſe illigent, & binas tantùm ad volatum explicent. State qui cupiunt in dignitatis faſtigio, fulcro neceſsè eſt nitantur congruentis humilitatis; neque virtutum, quibus ſtuduit quis in privato ſtatu hominis, ad publicam, ſublimémque dignitatem evectus, culturam negligere debet; quin potiùs geminare, quò feliciùs germinare poſſint, ac inferioribus gratiùs olere; non ſolùm in imo vallium, verùm & in editiori montis faſtigio virtutum flores excoluntur, ſunt enim virtutes, quæ dignitate inſignitum, non ſolùm ornant, verùm etiam fulciunt. 32. Lib. 4. Var. cap. 44.

33. Hinc Jobus Huſſæus Pcinceps, & cultor eximius virtutum omnium, vivúmque patientiæ exemplar ait. *In nidulo meo moriar, & ſicut palma multiplicabo dies.* Cap 29. v. 18. Quid? quòd cum animam agat ſuo in nidulo, & mortalitatem exuat, dies aſſerat, à ſe multiplicandos eſſe: ſi moritur, quomodo dies ingeminat? ſi diem claudit, quomodo ipſum aperit? ſi ſolari luci emoritur, quomodo oritur dies? mors, quæ ſua falce tempus abſcindic, dies reſcindit, & vitam amputat; quomodo, ſi moritur, dies multiplicat? ſi ſepulchrales Manium umbras adit, lucem dierum ingeminat? non diſſonantia, nec repugnantia effatur Princeps Huſſæus: ſenectuti ſepulchrum adhæreſcere, & longævitati proximum eſſe feretrum Jobus noverat; ideóque moriturus in ſuo nidulo contra mortem armatur, & in ipſo obitu vivere ſatagic, non tempori, ſed virtuti; in nidulo ſuo veluti in horto flores excolit virtutum, quibus perinde ac palma dies multiplicac: refert ſimilitudinem palmæ, quia hæc arbor à reliquis ea proprietate diſcriminatur plantis, quia ceteræ cùm è ſinu pullulant telluris robuſtiores emergunt, & senuantur, cum in cacumen aſſurgunt: palma verò dum viciniot fit ætheri, viget vividiot, & floret viridiot, virétque robuſtior, ac dilatatur laxiot: hanc igitur triumphalem arborem vult Jobus eos imitari, qui faſtigia tenent dignitatum, qui cæteris eminent celſiores, ac honoribus inſigniuntur illuſtrioribus; ut in culmine dignitatis non delicijs diffluant, non divitijs affluant, ſed virtutibus excultis ornentur, hæ ſiquidem perinde ac palma dies multiplicant imperantis.

34. Non ſufficit ſtudio ſemel incubuiſſe virtutum, ſed in eodem mori cupit, qui ut palma vult dies multiplicare; nimirum nunquam à cultura ceſſat virtutum, quamdiu aliquid ſupereſt vitæ; imò in extrema ſenecta impenſiùs laborat, ac exercitia ingeminat earundem; unde Jobus aic, *in nidulo meo*, ſeu exculto virtutum horto, *moriar: & ſicut palma multiplicabo dies.* Ad ſublimem evectus dig[illegible]tatem palmam imitetur, ut dies ingeminet, ut cum mortalitatem exuit, induat immortalitatem: palma in ſupremo faſtigio viret robuſtioc, floret viridiot, viget vividioc: & dignitate inſignitus floreſcere virtutum ornatu debec vividiùs: appoſitè D. Gregotius Papa. Lib. 19. mo‑ral. cap. 16 *Habet quoddam aliud palma, quo à cunctis arborum generibus differt: omnis námque arbor in ſuo robore juxta terram vaſta ſubſiſtit; ſed creſcendo ſuperiùs anguſtatur; & quantò paululùm ſuper ſublimior, tantò in altum ſubtilior redditur; palma verò minor ab imis inchoat, & juxta ramos, ac fructus ampliore robore exſurgit, & quæ tenuis ab imis proficit; vaſtior ad ſumma ſuccreſcit.* Quò ſublimior fit palma, eò viribus communitur validioribus, eò viret vegetioc, viget robuſtior, floret ornatior, & dignitate inſignitus: quò altiùs inſcendit, eò virtutum cultura debet ornatior eſſe, ut ſtare firmior valeat.

Cinguntur præcipitijs culmina, & niſi ſubſidio virtutum firmentur, lapſui fiunt obnoxia: ſola enim eſt virtus, quæ hominem in ſublime evectum librat, fulcitque, ne cadat. Elias flammivomum inſcenderat currum, quem equi flammas utrinq; ejaculantes per aëris ſublimes, liquidóſque campos pernici trahebant agilitate: jam Elias ſuo curru vectus aëris tractus ſublimiores ſecuerat; cùm in terris ejus Diſcipuli aſpicientes ad ſublimiora ſemper vehi eorum Magiſtrum, obnixis precibus Eliſeum rogant, ut velit ſtatim viros per omnes finitimos terræ tractus mittere, ne caſurus Elias jaceat quovis deſtitutus ſubſidio. 35. *Ecce cum Servis tuis ſunt quinquaginta viri fortes, qui poſſunt ire, & quærere Dominum tuum, ne forte tulerit eum ſpiritus Domini, & projecerit eum in unum montium, & in unam vallium.* 4. Reg. cap. 2. v. 16. Sed cur verentur a Numine in imũ dejectum, quem à Dei ſpiritu in ſublime agnoverant evectum? ſi Elias currum inſertis fulgurantem nitoribus dignus inſcenderat, cur ab equis ferocientibus è quadriga excuſſus debuit ibi præcipitium incurrere, ubi culmen honoris erat recepturus quadrigâ vectus? malignus ſpiritus eſt, qui elevat, ut dejiciat; divinus verò erigit quidem, ſed ut ſtabiliat; in ſublime evehit, non ut præcipitet; ſed in celſitudine firmet; cur ergo Eliæ Diſcipuli lapſum verentur Magiſtri, quem divinus ſpiritus in ſublime elevaverat? quia noverant, plures virtutum alis altiora inſcendiſſe, qui poſtea in ipſo culmine ſuperbiâ tumeſcentes materiam lapſui miniſtraverint; ideóque timuerunt, ne qui dignè aſcenderat per ſtudia virtutum; è ſublimi deturbatus jaceret projectus, & qui flammanti fuerat quadrigâ vectus, tepeſcente in ſublimi culmine dignitatis zelo religionis deorſum caderet vano inflatus tumore, quia ut appoſitè monet D. Gregorius. Lib. 26. cap. 19. *Plerumque dum ex ſubjectorum affluentia animus inflatur, in luxum ſuperbiæ ipſo potentiæ faſtigio lenocinante corrumpitur.*

36. Quò altiùs quis evehitur; ut in culmine ſtet celſitudinis, neceſſè eſt, ſtudio incumbat ſubmiſſionis; non eſt firma celſitudo, quæ fulcro non innititur humilitatis, quæ niſi ſua ibi jecerit fundamenta; inflata ſuperbia in imum, vel ipſa culmina detrudit; & ambitio dominatûs depreſſionem acceſſit famulatûs. Elias zelo religionis inflammatus nunniſi ſublimia petijt, cum flamma ex inſito ſibi genio noniſi in altum nitatur: ſed quia aura, quæ ſublimis eſt, facilè inflat, & eos viribus deſtituit, quos dominandi prurictus

titil‑

titillat; huic occurendum periculo eſt, præ-
ſertim à Præſulibus Eccleſiæ culturâ humi-
litatis: hinc D. Petrus edicens mòdum, quo
in dignitatibus Eccleſiaſticis inſtituti de-
1. Petri 5. v. 3. beant ſe gerere ait: *Neque ut dominantes in
cleris, ſed forma facti gregis ex animo*, allo-
quitur ad Paſtores dominici gregis Princeps
paſtorum, quos monet; eos in Eccleſia ad
principatum non evehi, ſed ad ſacerdotium,
regiménque animarum; non ut in celſitudi-
ne delicijs diffluant, ſed ut charitatem exer-
ceant, ærumnoſis opitulentur, lugentium
lachrymas exſiccent, lapſos erigant, fameli-
cos paſcant, & ſitientibus hauſtum exhibeant:
inſigniuntur dignitatibus, quibus cæteris
præſint; non ut ſplendore purpuræ, & in-
ſularum fulgeant; ſed nitore virtutum emi-
neant; non ut divitias congerant, ſed ut pau-
peribus erogent; non ut voluptatum leno-
cinijs propriæ indulgeant concupiſcentiæ,
ſed ut ſe ipſos mortificent, ut alios ad cultu-
ram virtutum exemplo ſortiùs, quàm verbis
alliciant; ſe ipſos humilient, quò alios ele-
vent.

37. Qualis eſſe debeat, qui in Eccleſiis alijs
præeſt, & dignitate inſignitur eminentiore,
adumbratur ni fallor in virga Moſaica, quæ
ut ad præfecturam Iſraelis inaugurar etur,
Exod. 4. v. 4. non in ſublime elevatur, ſed in humum de-
jicitur: *Dixitque Dominus projice eam in ter-
ram. Projecit, & verſa eſt in colubrum, ita
ut fugeret Moyſes*. Cur ſt inſueta metamor-
phoſi debuit virga propriam exuere natu-
ram, & aliam induere; non potiùs aquilæ,
quam anguis aſſumpſit effigiem? prætertim
cum aquila cæteris præſit volucribus, quos
volatu celeriore antecedit, & ſublimiore
præcellit? Non in aquilam regnantem, &
cæteris præſidentem volucribus verſa eſt
Iſraelitici regni virga, ſed in anguem humi
repentem; aquila in ſublime nititur, Soli
aſſociatur, cujus & jubare paſcitur; anguis
verò terræ humiliora quærit, non ut ful-
geat cum ſole, ſed lateat cum umbris: verſa
eſt virga ad præfecturam Iſraelis inauguran-
dam, non in aquilam ſublimia petentem,
ſed in anguem humilia quærentem, & in
imo repentem; ut inde diſcerent, qui in Ec-
cleſia cæteris præſunt, eò eſſe humiliores,
quò cæteris ſunt celſiores: quò major eſt
quis in clero, eò opus eſt ſit humilior; quo
inſulis ſublimioribus nitet, eò neceſſe eſt
ſtudeat umbris latitare humilioribus: non
ſolùm Eccleſiæ præſul avis eſſe non debet,
quæ alarum explicato remigio ſurſum avo-
lat, & fluidos aëris tractus ſecat; imò ne-
que quadrupes, qui erectis pedibus terram
obambulat; ſed ab angue degener eſſe ne-
quit, qui humi repit.

38. Qui in Eccleſia ceteris præeſt, is ne-
ceſſe eſt humi repat, lutúmque comedat:
ſi enim pedum Eccleſiaſtici Præſulis in virga
adumbratur Moyſis, à natura haud degene-
Geneſ. 3. v. 14. rat colubri; perinde ipſi, ac ſerpenti dictum
fuit: *Super pectus tuum gradieris, terram
comedes cunctis diebus vitæ tuæ*. Falluntur
hi in Eccleſia Præſules, qui delicias aucu-
pantur in cidari; cineres ſunt fercula, & cu-
pediæ Eccleſiaſtici Præſulis; & lachrymæ
dulcis hauſtus. *Cinerem tanquam panem
manducabam*, ait Regius Vates, perſonam tunc
agens Eccleſiæ Præſulis, *& panem cum fletu
miſcebam*: ſerpens eſſe nequit, qui luto ne-
ſcit eſſe contentus, & qui detrectat ſerpen-
tem eſſe, Eccleſiaſticam non meretur præ-
fecturam, quæ nonniſi ſerpentis inaugura-
tur figura: *Projecit, & verſa eſt in colu-
brum*: ſed quàm rari, quam pauci humi
repentes angues deprehenduntur eſſe in Ec-
cleſiaſticis inſulis, quamvis Chriſtus incla- Matth. 10. v. 16.
met: *Eſtote prudentes ſicut ſerpentes*: quot-
quot inſulis inſigniuntur, quaſi alis in-
ſtructi nituntur ſublimiora ſemper inſcen-
dere; & rari ſunt, qui inferiora ſtudio hu-
militatis quærant, ut humi repant: quòd ſi
telluri adhæreant, hanc ſatagunt ſibi vertere
in terram fluentem lacte, & melle.

Non ſolùm ex ſola virgæ in anguem 39.
metamorphoſi licuit Moyſi præfecturæ ſuæ
conditionem, & onus conjicere; verùm e-
tiam ex ipſo ſolitudinis horrore, cùm non-
niſi in eremo, cùm Rubi aſperitas flammis
ardeſceret factus ad ipſum fuerit ſermo de
Iſraele deducendo: quòd ſi Moyſes detra-
ctis calceis, & non ſine labore ad rubi ar-
dentis acceſſit viſionem, inde didicit, quàm
humilem eſſe deceat, qui ad cæterorum vo-
catur præfecturam, cùm nec calceos admi-
ſerit, quibus vel dimidiâ unius digiti craſſi-
tie elevaretur è terra. Si oculis inſipien-
tium ſerpens appareret, quod ſceptrum pu-
tatur; ſi coluber humi repens videretur,
quæ cenſetur virga eſſe directionis, plurimi
eſſent, qui inſulas horrerent; & pauci, qui
ambirent alijs præeſſe; & cum Moyſe in-
ſulam horrerent, quam fugerent; *projecit,
& verſa eſt in colubrum, ita ut fugeret
Moyſes*.

§. V.

*Extimus inſularum ſplendor plu-
res allicit ſperantes dignitate inſigniri,
quorum tamen oculos perſtringit, ut
quæ imminent pericula non vi-
deant.*

EXtimus inſularum ſplendor plures al- 40.
licit, quos decipit; virgam exhibet
florentem, & delicijs affluentem, quæ
tamen ſerpens eſt, qui ſi non veneno, ſellis
tamen paſcitur amaritudine. Plures ſunt,
qui Aarones eſſe in Eccleſia volunt, & rari,
qui Moyſes: cauſam quæris? quia Aaroni
virga ſacerdotij flores protulit, & delicias;
Moyſi verò nonniſi colubrum humi repen-
tem: non ſtudium humilitatis, non exerci-
tium virtutis ad inſulas clericos allicit; ſed
florum deliciæ, divitiarum affluentiæ.

41. Mirum tamen quòd Aaronis virga ſtatim floruit, cum ſurculus agro inſertus vix poſt annos folijs veſtiatur, & floribus ornetur; & tamen nocte una Aaronis virga, & frondes induit, & flores emiſit, & poma produxit: certè nullibi tam præcox, tamque ferax autumnus, quàm in tabernaculo ubi Aaronis virga nullo excolta labore, nullóque rigata ſudore valuit ſtatim reviveſcere, frondeſcere, ornari floribus, locupletari fructibus. Hæc fortuna minimè Matthæo arriſit, qui cùm procul à ſacerdotio pomis exundaret aureis, divitijs affluerer, Apoſtolis adſcitus ita exaruit, ut vix folia habuerit, quibus tegeretur. Neque Apoſtolus Paulus hanc fuit felicitatem expertus, cum potius arbor fuerit frondibus nuda, & fructibus deſtituta; caruit enim & pomis ad eſcem, & frondibus ed operimentum: Moyſis pedum, non Aaronis virgam imitentur, qui alijs in Eccleſia præſunt; qui à Deo eliguntur, vocantúrque ut Moyſes ad præſecturam populi, Moyſia virgam miraculorum patratricem æmulantur. *Psalm. 92. v. 4.* *Quia mirabilis in altis Dominus*, ait Regius Vates; qui verò humanis artibus ſurſum inſcendunt; hi mirabiles quidem ſunt, ſed perinde, ac æſtuantis maris fluctus, qui ſurſum, deorſum volvuntur: *Psalm. 92.* *Mirabiles elationes maris*, *Mirabilis in altis Dominus*: ſed Babylon eſt, quæ occinit, *Mirabiles elationes maris*; & ſecra Sion, quæ gretâ mellodiâ concentúque harmonico pſallit: *Mirabilis in altis Dominus.*

42. Maris elationes in eulia ſæcularium Principum mirabiles ſunt; fluctuant enim ibi dignitates ſurſum vehuntur, & mox deorſum truduntur: eſt eula mare, cui nec procellæ deſunt, nec ſyrtes, nec ſcopuli; ibi efflant ambitionis venti, quibus turgent, elevantúrque fluctus, non ut ſtent, ſed ut mox iterum corruant, ut mirebiles ſint elationes maris. Evehuntur ibi ambitioſi, ſed à mari, ubi elevatio depreſſio eſt, ubi evectio naufragium: nunquam mare naves efſert genio proprio, ſed impetu ventorum; & in aula flatus ambitionis, non excultæ virtutis merita ſurſum evehunt. Secus qui in Eccleſia Thronus eminet, ut Sol ſplendet, quapropter aiebat David: *Et Thronus ejus ſicut Sol.* Sed cur ſoli pariatur Thronus, cum in hac plorationis valle videantur cuncta humanæ cujuſdam prudentiæ involvi tenebris? bene ſoli pariatur in Eccleſia Thronus, qui omnes excutit errorum caligines, Evangelicæ veritatis radios diffundit, & mundi tractus omnes illuſtrat? rectè ſoli conſertur, quia cùm pateat omnibus; ita opus eſt etiam Eccleſiaſtici Præſulis ſolium omnibus pateat, nec diffieilis ſit aditus, ſed *Psalm. 88. v. 38.* facilis acceſſus: *Et Thronus ejus ſicut Sol.* Imò non ſolùm Eccleſiaſtici præſidia, ſed & ſæcularis præfecti debet ſedes perinde ac Sol ſplendeſcere, ut Præfectus conveniat aliquando litigantes, quos invitet, & ad ſe attrahat, non ut lites protrahat, ſed animos componat, diſſidia extinguat.

43. Sed cur ſoli potiùs parietur Thronus, & non lunæ, quæ nocturnas excutit umbras, noctis eſt ſolatium? An quia licèt luna in umbris regnet, horrores noctium diſſipet, ſyderibus tamen coronatur? & Regnum cum ſtellis partitur rutilantibos? bene: quia Thronus plures non capit dominantes; ſoli, qui ſolus ſplendet; non lunæ, quæ cum cæteris ſyderibus lucet, pariatur Thronus imperantis: hinc nec ipſi Davidi in ſolium adſcito collega placuit, cum quo vices partiretur imperij. Sed ſi qui cæteris præeſt Sol eſt, mane ſplendeat, ſuos æquè omnibus impertiatur nitoree, non uni magis, quàm alteri faveat, cunctos beneficijs foveat, æqoè omnibus proſit, in omnes beneficus diffundatur, ita præſit, ut omnibus proſit, nemini obſit.

44. Vera dignitas eſt, cui corona timor *Eccleſiaſt. 1. v. 22.* Domini, ait Syracides: *Corona Sapientiæ timor Domini replens pacem, & ſalutis fructus.* Videmus plerumque Sapientiam ingloriam fœdè gloriæ ancillari; & gravi premi famulatu, cui ſceptrum imperij debetur; ſed ſi vera eſt Sapientia Dei nubit timori, & ſibi coronem imponit, *Corona Sapientiæ timar Domini.* Sed quid cùm timore corona? quid cum pavore diadema? pavor, & pallor ſervorum eſt; Regum verò, & dominantium ſceptrum, & corona. Verùm ſi humanus timor ſamulatur, divinus dominatur; ille catenas nectit, hic coronas cudit; probrum eſt humani timoris catenis circumligari; corona verò Sapientiæ divinus timor: coronata procul dubio noſtra in medium proſiliret Sapientie, ſi divino eſſet timori nupte: cùm ſponſa coronaretur à cœleſti ſponſo, à quo alliceretur ad coronam *Veni ſponſa mea, veni, coronaberis:* ideo ingloria eſt noſtre Sapientia, quia non timore coronatur, ſed tumore inflatur; ea coronatur Sapientia, quæ obletas prætextas faſtidit; quæ hominum plauſus, ut venena reſpuit; quæ homines non veretur, ut Deum revereatur; quæ laudi non famulatur, ſed veritati ancillatur. Omnes Sapientiam excupiunt, peuci tamen eam quærunt, ubi commoratur, quia pauci ſcire optant, ubi ejus ſit ſedes. Plures ſe ſcientiam aſſecuturos autumant, ſi tempus orationi impendendum, legendo, & ſcribendo terant; ſed iſti ut pampinos colligant Sapientiæ, ejus convellunt radices: non effloreſcit Sapientia, quæ in mundanæ ſcientiæ ſabulo naſcitur, ſed exareſcit; quia divino non rigatur rore, quod expertus cùm fuiſſet Bernardus dicere conſueverat; plus didiciſſe è lignis eremi, quàm ex libris Ptolomæi: ibi ſuas Sapientia radices agit, ubi ſe timor Domini ingerit, & cordis tellurem excolit: *Initium Sapientiæ timor Domini:* *Eccleſiaſt. 1. v. 16.* non alibi quàm in Dei timore ſuas Sapientia radices figit, viget, & floret, quam ſi velis ſalubri humore

rigate,

rigare, hone tibi indicat Salomon Eccleſ. 1.
v. 5. *Fons Sapientiæ verbum Dei in excelſis,
& ingreſſus illius mandata æterna.* Verbum
Dei fons eſt, quo Sapientia rigatur: ia igitur
Sapientiam irrigat, qui de cœlo loquitur, &
Deum alloquitur; qui enim ſermo ad nugas
exundat, & non de cœlo loquitur, lutum
colligit, quo Sapientia deturpatur, non irri-
gatur. Quæris quæ ad ipſam janua pateat?
divina hæc ſunt mandata: *& ingreſſus illius
mandata æterna.* Delirus eſt, & à ſana de-
jectus mente, cui divinarum neglectu le-
gum cenſet Theſauros faciliùs poſſe Sapien.
tiæ enanciſci: s Sapientiam invenit, qui
Dei ſervat mandata; is domicilium Sapien-
tiæ præparat, qui fores cordis ſui mundanis
obſtruit voluptatibus, qui vitia quæque à ſe
abigit, ut divinam legem ſervatam habeat:
flos Sapientiæ lex eſt divina, niſi hæc cuſtodita
præceſſerit, nunquam ſequetur illa.

44. Plures coronas appetunt non Sapien-
tiæ, ſed mundanæ dignitatis, non ut Sapi-
entiâ coronentur, ſed ut auro diteſcant;
ambiunt præeſſe, ut tributa ab inferioribus
exigant, quos tamen redarguit Chriſtus:
Matth. 23. v.23. *Væ vobis Scribæ, & Pharisæi hypocritæ: quia
decimatis mentam, & anethum, & cyminum,
& reliquiſtis quæ graviora ſunt legis judicium,
miſericordiam, & fidem:* qui negligunt le-
gis cuſtodiam, judicium, & miſericordiam,
& ementita virtute inferiores decipiunt, à
quibus pecunias extorquent; hi procul du-
bio coronam non inveniunt Sapientiæ, ſed
compedem ſibi cudunt æternæ ſervitutis:
unde non mirum ſi Chriſtus adeo in eos ex-
arſerit, ut mundo extremam perniciem, &
ſupremum ſibi impendere ſupplicium præ-
ſagierit. Talis fuit Judas Proditor, qui cùm
non vereretur Servatoris Magiſtri cruorem
effundere, timuit unguentum à Magdalena
allatum profundere, Matth. 26. v.9. *Ut quid
perditio iſta unguenti facta eſt?* Adeò craſſè
deſipuit Judas, ut cùm non expaveſceret
Chriſti ſanguinem prodere, timuerit Magda-
lenæ unguentum perdere, quô tamen mulier
ſalutem lucrabatur: angebatur de pauperi-
bus, ne perirent, & non verebatur Patrem
pauperum interficere. Adfuit in cœna ulti-
ma ipſi Chriſto ſacrificans; communicavit
& ipſe, ſanguinem bibit illius, cujus cruo-
rem mox erat fuſurus; carnem comedit il-
lius, quem paulò poſt erat proditorus; illi
miniſtravit in triclinio, cui cædem parabat
in templo: venalem in mercem ſuum expo-
ſuit Magiſtrum, & inſtitutam proditionem
oſculo perfecit; nempe armis abuſurus amo-
ris, fictis ſubdolæ benevolentiæ officijs, &
oſculo in vitæ authoris temperato mortem
omnia perturbat: ſymbolum fidei in per-
fidiæ teſſeram convertit, & venenum oſculo
ſpargit, quo vitæ perdat authorem, ut pau-
cas ipſe pecunias lucretur; quas veritus a-
pud ſe retinere, à ſe longiùs projecit: & la-
queo ſe præfocavit: quid? qui Deum per-
dere non erubuit, timuit triginta argenteos
domi ſervare, quos reſtituere voluit; ſed ſa-
cerdotes veriti pretium ſanguinis contrecta-
re, non erubuerunt Chriſti ſanguinem con-
culcare: ſe excuſant non poſſe ſemel datas
pecunias iterum accipere ſervandas in corbo-
na: *Non licet eam mittere in corbonam, quia
pretium ſanguinis eſt.* Pretio ſanguinis non Matth 27. cap 6.
audent corbonam inquinare, qui non veren-
tur corda commaculare ſanguine innocentis.
Plerumque etiam ſacerdotibus vilius eſt cor,
quàm crumena, in illud ſanguinem immit-
tunt; cum pecuniam ſanguinis pretium non
audeant in crumenam mittere.

Præfuit Chriſtus duodecim Diſcipulis, 45.
ex quibus tamen non defuit, qui ei adverſare-
tur; adeò verum eſt, eum qui primis eminet
in locis, pluribus objici adverſarijs, ut vel
ipſe Magiſter Chriſtus hos fuerit in ſuis ex-
pertus Diſcipulis. Thronus Salomonis adeo
erat affabrè elaboratus, ut æternam ſibi pro-
meruerit famam: aſcendebatur ad ipſum per
gradus, in quorum quolibet duo aderant
leunculi artis opificio, naturæ ſuperantes
quodammodo elegantiam: in ſupremo au-
tem gradu Thronum fulciebant non leunculi
eblandientes, ſed adulti rugientes: *Duode-* 3 Reg 10. v.11.
*cim leunculi ſtantes ſuper ſex gradus: ſum-
mitas Throni rotunda erat in parte poſteriori,
& duæ manus hinc atque inde tenentes ſedile,
& duo leones ſtabant juxta manus ſingulas.*
Gradum, qui à Rege erat remotior, leuncu-
li cæteris parviores tuebantur, & ſic gra-
datim paulò grandiores, quò gradus proxi-
miores ſedenti in Throno erant; cujus ta-
men Thronus non ampliùs leunculi, ſed leo-
nes fulciebant, ut nimirum majus eſſet de-
fenſionis ſuffragium, ubi proximius ſuſpi-
ciebatur invidentiæ periculum. Inſaniunt
certè homines dum cæteris anhelant præeſſe,
& non vident obnoxios tunc eſſe proximio-
ribus periculis: appoſite Gloſſa Moralis ait:
*Et duo leones, per quos ſignificatur duplex for-
titudo ſcilicet in aggrediendis arduis, & in
tolerandis adverſis:* ſedentes in Throno ad-
verſa cingunt, & pluribus ſemper fiunt ob-
noxij periculis; non imis, ſed excelſis necem
minantur fulmina. Vel in Salomonis Throno
(in quo SS. Patres plura vident arcana, quàm
gradus) leunculi quò tenuiores ac viribus
imbecilliores, eò inferiores fulciunt, ac mu-
niunt Throni gradus; & valentiores grada-
tim ſuperiores, adeout cæteris robuſtiores,
ac fortiores ipſum fulcirent ſedile: *Et duæ
manus hinc atque inde tenentes ſedile, & duo* 3. Reg. 10. v. 18.
*leones ſtabant juxta manus ſingulas, & duo-
decim leunculi ſtantes ſuper ſex gradus;* ut Sa-
lomon Doctor Sapientiſſimus doceret ſedens
in Throno, perinde ac in cathedra; ad digni-
tates non aliter aſcendi, quàm per
gradus meritorum, & nonniſi
pro eorundem ratione eſſe
conferendas.

❋ (o) ❋

§. VI.

§. VI.

Reipublicæ incolumitati tunc conſulitur, cum publica officia non pro ſperantium ambitu, ſed pro meritorum partiuntur ratione: & quiſque ſuo ritè fungitur munere; perinde ac aſtra, quibus inferiora moventur, & promoventur.

45. TUnc Reipublicæ proſpicitur tranquillitati, utilique populorum regimini, cum pro meritorum ratione, non principis favore, publica partiuntur officia, & quiſque proprio ſtudet muneri ſatisfacere, prout dignitas exigit, quâ inſignitur, vel officium poſtulat, quô reliquis præeſt; id quod vel aſtra ipſa ad harmonicum mundi concentum promovendum, & cuſtodiendum ducunt ſervatu neceſſarium. Obſervant Aſtronomi, aſtra in cœlis jugi repetitione motûs; ſuas ita ordiri, ac perficere periodos, ut commodo unicè ſtudeant univerſi; Sol Lunâ prælucet eminentior; & hæc nobis vicinitate proximior in noſtra familiarior illucet commoda. Ordo præſertim aſtrorum eſt, quo potiori ex parte tota regitur, ac gubernatur natura corporea. Quatuor præſertim in aſtris conſiderantur, quibus mirificè hiſce opitulantur inferioribus, nimirum velocitas, varietas, æquabilitas, & effectus. Velocitas tanta eſt, ut vix à nobis videatur poſſe percipi, Sol enim ex Aſtronomorum computatione horis ſingulis plus quàm undecies centena millia peragit milliarium. Et una ex ſtellis octavæ ſphœræ æquatori proxima ex eorundem judicio Aſtronomorum horis ſingulis ſupra quadraginta duos milliones milliarium percurrit, quantum ſcilicet equus perniciſſimus quotidie quadragiota milliaria percurrens, annis bis mille nongentis vix conficeret: ex quo juvat conjicere, quanta ſit ſupremæ ſphœræ in motu pernicitas, cùm hæc incomparabiliter ſit altior.

47. Varietas ſi ſpectetur mira prorſus eſt, cum ſinguli planetarum orbes ſuas deſcribant periodos, & ſpeciales motus tardiores, vel celeriores, ſuis temporibus ac momentis conſtituris peragant: & cùm orbes ſinguli ſuo nutu ab occidente in orientem tendant; à primo tamen mobili, ita omnes rapiuntur, ut in contrarium agantur, ſeu ab oriente in occidentem; qui tamen raptus minimè proprios cujusvis planetæ impedit motus, nec perturbat, ſed cùm iiſdem ita cohæret, & temperetur, ut uno duntaxat motu videantur ſinguli cieri. Mira itidem ſunt, quæ de motibus planetarum in epicyclis, motúque octavæ ſphœræ proprio, nec non de motu trepidationis referuntur. Adeo enim mira eſt hæc cœleſtium motuum varietas, ut nullus valeat ejus modos, menſuráſque perfectâ aſſequi intelligentia; & an planetæ proprium habeant impetum, quo ex occidente concitentur; an verò ita moveri videantur, quò magis, vel minùs à ſuprema rapiuntur ſphœra.

Æquabilitas eſt itidem prorſus admiranda, cùm in Aſtrorum motibus per tot antecacta ſæcula nulla hactenus ſit anomalia notata; ſed ſemper eodem tenore, parique menſura cieantur, ſuáſque peragant periodos: adeout licèt planetæ videantur interdum motus habere inæquales ratione Epicyclorum, & majoris, vel minoris elationis ſuper terram; non tamen hæc ſit vera inæqualitas, ſed tantùm reſpectu terræ centri, cùm & ipſi Epicycli eadem ſemper volvantur velocitate circa ſuum centrum, orbéſque deferentes, neque ullo tempore ad momentum quieſcant, ſuóſque compeſcant motus, ut tardius procedant; ſed eodem jugiter tenore, eadémque ſemper circumvolent pernicitate. Licet non deſint, qui cœleſtes orbes aſſerant ab Angelo circumagi, non tamen id facilè conciderem, quia in poteſtate eorundem eſſet, eos ſiſtere, vel ſaltem eorundem pernicitatem retardare, quod non congruit verbis Domini: *Concentum cœli quis dormire facit?* ſeu quis ſiſtet? quaſi dicat, nulla eſt creatura adeo potens, ut ſiſtere valeat Aſtrorum motus, neque eorundem coërcere pernicitatem. Rurſus in eorundem eſſet poteſtate aſtra, & præſertim planetas celeriùs, vel tardiùs movere, ac totam inferioris naturæ deturbare harmoniam: vel graviſſimo deberent præcepto obſtringi, quo obligarentur ſummam adhibere curam, ne ullus unquam defectus contingeret, nulla oriretur inæqualitas, nulla major, minórve contingeret concitatio. Putárim igitur rationi magis conſentaneum, ſi motus Aſtrorum tam miri, tamque celeres, ac varij dicantur à ſolius DEI omnipotentis manu immediatè dependere. 48.

49. Effectus cœleſtium motuum, corporales ſunt mutationes, quæ in hoc mundo elementari fiunt. Excipiuntur tamen motus, qui à libero dependent arbitrio, & alij etiam, qui ab imaginatione dependent animantium; tametſi horum plures videantur ab aſtris quodammodo pendere, non tamen ut à cauſis cogentibus, ſed inclinantibus. Ab aſtris proveniunt venti, turbines, tonitrua, fulmina, nives, grandines, nubes, pluviæ, æſtus, & frigora, ſiccitates, & inundationes, phænomena, & mira, quæ in aëre ſuſpiciuntur ſplendeſcere, diſcurrere, moveri. Ab aſtris videtur etiam in mari agitatio illa dependere, quâ ſe totum nunc in hanc, nunc in illam partem in immenſo à loco ſuo ſe commovet; præter æſtuantes procellas, quibus usque ad imum baratri dehiſcere, & mox ad nubium celſitudinem videtur aſſurgere. Effectus itidem Aſtrorum ſunt in terra ſubterranei ignes, qui in montium ſtabulantur viſceribus, telluris motus, concluſi ſpiritûs mugitus, ejusdémque

erum-

erumpentis horrendi fragores. Et ſingula quæ in terræ viſceribus gignuntur tota auri, argentique, aliorúmque metallorum ſupellex, gemmarum nitores, fructuum ubertates, herbarum virores, plantarum incrementa, florúmque depicta varietas. Quamvis credibile ſit, metallorum omnia genera ab initio fuiſſe à Deo ſuis nativis locis condita; adhuc tamen vi cœleſtium corporum ſuccreſcere itidem poſſunt, & augeri in ſuis rudimentis, cum experimento deprehenſum ſit, latomias longi temporis progreſſu à natura reſtitui.

50. Quod verò in aſtris admirabilius eſt, quòd nunquam ſuos turbent ordines, & ita ſint planetæ diſpoſiti, ut ſi quas occupant ſedes, non tenerent, motúſque non ſervarent, omnia in hiſce ſublunaribus perturbarentur, & ſus déque verterentur. Modica illa ſolis obliquatio, quâ ſingulis diebus uno ferè gradu ſub Zodiaco motu proprio ex occidente in Orientem retroagitur, tantas ubique terrarum mutationes efficit, & in quavis regione, præſertim extra tropicos, ut quatuor illas anni inducat tempeſtates, vernam, æſtivam, autumnalem, & brumalem: cùm enim Sol motu ſuo proprio ad ſigna adrepit borealia, vernum tempus in ſingulis verſùs boream Regionibus inducit; & omnia hyeme emortua incipiunt reviviſcere: ſemina, quæ fuerant excultæ terræ concredita, & in ipſa veluti in ſepulchro emortua jacuerant, ac veluti putruerant, iterum reſurgunt, germinant, vireſcunt, ac incipiunt hilareſcere; & quò Sol tendit ulteriùs verſùs borealem tropicum, eò feliciùs germina creſcunt; ſuis plantæ veſtiuntur frondibus, coronantur prata viretis, luxuriant horti floribus; & aucto radiorum calore, eò quia directioribus radijs Sol tractus illos terrarum diverberet, fiátque radiorum reflexio, flaveſcunt ſegetes in campis, maturiunt fructus in arboribus, diteſcunt ſpumanti vindemia vitiferi colles. Et rurſus cum à ſignis borealibus recedere incipit, radijſque obliquioribus noſtros adſpicere campos; ſenſim, quæ in ipſis germinaverant, & incrementa ſubierant, incipiunt langueſcere, ſuúmque virorem ac vigorem amittere: & è converſo in parte auſtrali incipiunt ſingula vere novo reviviſcere, germinare, vireſcere, ac creſcere; idque eò uberiùs, quò Sol per directiores radios ad oras illas magis accedit; adeò ut quando apud nos eſt æſtas, ſit apud illos hyems, & cùm apud nos ſuos depromit autumnus fructus; ver apud illos ſuos exhibeat flores.

51. Mira ſanè eſt vis ſolis, cujus ſolus aſpectus mox directior, & nunc obliquior, tantam inducit varietatem, quantam videmus æſtatem inter, & hyemen intercedere. Hic autem rerum, temporúmque ordo turbaretur, ſi Sol primo verſaretur in orbe, & luna quarto micaret in cœlo: lunæ ſiquidem lux intervallis impedita remotioribus nonniſi languidè in ſublunaria influeret, & Sol nimia vicinitate radiorum omnia adureret, plantáſque ſingulas ſuis ignibus exſiccaret: dum verò Sol Zodiaci circuli ſigna propria percurrit in congrua, & competenti diſtantia ſuos temperat æſtus, vegetabilia fovet, & viventibus cunctis favet: Luna itidem, quia nobis proximior radios ejaculatur beneficos, ac ſalubres ſuos ſublunaribus cunctis impertitur influxus: appoſitè Caſſiodorus: *Ut Philoſophi dicunt: Et ipſa quæ deficere nequeunt niſi cum mundo curſûs ſui terminos rationabiliter acceperunt; hac tamen interveniente diſtantia, quòd illa tempus ſuum finiunt, ut ad principium redeant.* Lib. 11 variar, cap. 6 Sol igitur planetarum princeps indefeſſo circumagitur labore, quia locum ſibi congruum nactus, ac competente ſibi altitudine præcelſus ſuo ritè munere fungitur,

Ubi pro ratione meritorum dignitatum impertiuntur officia, & qui in Republica cæteris præſunt, concredita ſibi obeunt munia; ritè, & rectè ſingula adminiſtrantur. 52. Joanni Pathmos incolenti ſimilitudo objicitur filij hominis podere veſtiti & ad mammillas præcincti, in cujus dextera ſeptem ſplendeſcerent ſtellæ, & è cujus vultu adeo fulgentes ſuos ejacularetur Sol radios, ut vel aquilinos perſtringeret ſuo jubare oculos, *habebat in dextera ſua ſtellas ſeptem, & de ore ejus gladius utraque parte acutus exibat, & facies ejus ſicut Sol lucet in virtute ſua:* Apocal. 1. v. 16. nulli hic audiuntur hoſtiles inſultus, ſed Sol æquabili ſemper ſuo fulget nitore: neque ullus repit tortuoſus coluber, qui audeat ſtellas dejicere, aut ſeditioſas cœli turbas movere. Sed adeamus eundem Joannem, adhuc Pathmos incolentem, ubi mulier lunâ emicat calceata, ſole induta, & ſtellis fulgurantibus redimita: Apocal. 12. *Signum magnum apparuit in cœlo mulier amicta ſole, & luna ſub pedibus ejus, & in capite ejus corona ſtellarum duodecim:* ſed dum conſpicua fulget luminum claritas, ſuos ſerpens veternoſus reverberat oculos, acriúſque venenum inflammat invidentiæ, ſpiras explicat ceruleas, ſquammas ardore accendit, collum erigit, & ardentibus oculis, lumina ſatagit obſcurare, & quem mulier erat fœtum paritura, ſuo enecare veneno: *draco ſtetit ante mulierem, quæ erat paritura.*

53. Sed cur hic adeo ſerpens inſanit, ut ſua audeat venena ſpargere in perniciem fœtûs, quem mulier erat mox paritura; & ſuo halitu nitores infuſcare luminum, oculiſque flammantibus flammarum extinguere nitores? Quòd ſi Apocal. 1. v. 16. Filius hominis adornabatur divinitate; hic puer præfulget deitate; ſi ibi ſtellarum radios extimuit; hic ſolares emicant nitores:

cur igitur vel prælium utrinque non inſtituit; vel pacem utrobique non ſervat? quia nimirum *Apocal. 5.* adeò omnia concionè diſtributa ſerpens repererat, ut filium hominis adoriri auſus non fuerit, ibi enim lumina omnia congruis ſuis locis agnovit diApocal. 12. ſpoſita: ſecus alibi, quia non omnia aptè locata credit, ac debitum non ſervari ordinem autumat, pacis fœdera auſibus disrumpit temerarijs, nititúrque omnia deturbare, Apocal. 1. ubi ordinem putat non ſervari. Filius hominis ſtellis, & ſole ornatur eo tamen ordine, ut ſtellæ manu fulgerent; Sol verò quia planetarum princeps, ac nobiliori, cumulatiorique irradians ſplendore ſuperiorem partem, faciem ſcilicet occupaverit; & quia nobilitas loci excellentiæ reſpondebat ſolis, ac ſtellarum, & ſingula ſuis eſſent aptata ſedibus juxta rerum nobilitatem, & excellentiam, non fuit auſus bellum ibi movere. Secus Apocal. 12. Quia ſtellæ verticem ambiunt, & Sol ſitu locatur inferiori, & Luna infimo ſplendet loco; putans veternoſus Draco ordinata non eſſe, quæ erant congruè diſpoſita, bellum adoritur, venenum ſpargit, nititúrque lu- 8. variar. cap. 28. mina extinguere; pulchrè Caſſiodorus: *Tribuenda eſt juſtis laboribus compenſatio præmiorum: quia exprobrata militia creditur, quæ irremunerata tranſitur: Athletam populis palma deſignat eſſe victorem: ſudores bellicos civica corona teſtatur: expectant etiam equi præmia ſua, & tanta juſtitiæ vis eſt, ut nec illis tardius detur laboris præmium, qui ſentire non poterant denegatum.*

§. VII.

Spes, quæ differtur diuturna expectatione ſperantis animum dirè mordet, uritque acerbè: & tamdiu quaſi torturâ torquetur ſperans; quamdiu ſpes ſuſpenſa manet.

54. PLerumque reſpondent quidem meritis, ac laboribus præmia, ſed hæc adeò differuntur, ut ſpes ipſa diuturna expectatione ſuſpenſa ſperantis animum acerbè urat, mordeat, ac defatiget. Spes ipſa diu dilata tortor eſt ſperantis, & *Aſſidui labores etiam ipſas dignitates ingratas faciunt,* ut loquitur Caſſiodorus: *dum imbe-* 4. variar. cap. 12. *cillitas humana citò non ſolet ſuſtinere faſtigia, & quod priùs ambiiſſe creditur; poſtea vitare velle ſentitur.* Quamvis ſpes futuræ mercedis, præmiíque promiſſi labores leniat, metúmque abſcondat periculi; non tamen ſperandi excutit moleſtias: ſpes enim dilata dum cor videtur alere, acriter torquet ob dubium eventum, qui ſolet expectantem dirè excruciare. Hinc Epictetus aiebat. *Quid eſt longiſſimum? ſpes: quid eſt ſpes? vigilanti ſomnus, expectanti dubius eventus.* Dubius verò eventus quamdiu ſuſpenſum tenet animum, illum dirè vexat, urit, & excruciat, & eò acriùs ſperantem dilatione lacerat, quò hic ardentiore deſiderio ſtimulatur; quapropter ait Salomon *ſpes quæ differtur, affligit animam.* Ubi textus Hebræus ſic vertit: *Spes protracta eſt languor, infirmitas, vel ægritudo cordis.*

Nil durius ſpe dilata, & animo, qui detinetur pendulâ expectatione, quia quò plus ardentiùs res ſperatur, eò acriùs expectatio, ſeu ſpei dilatio excruciat, & ſi quid ſpes ſolatij ingerit; expectatio in dolorem, ac cruciatum vertit. Quapropter de Enos Sethi filio dicitur. *Iſte cœpit invocare nomen Domini,* ubi ſeptuaginta Interpretes ſcribunt, *Iſte cœpit ſperare in nomine Domini, & ipſa ſpes* ſperantem martyrem effecit; ait Nazianzenus *Martyr ſpei Enos, qui primus adductus eſt, ut Domini nomen invocaret.* Cùm enim ſpes dilata acriter torqueat ſuos etiam ſpes in officina cruciatuum martyres excudit, quapropter appoſitè dixit Diodochus *Oportet ut teſtimonium, id eſt martyrium conſcientiæ noſtræ totum, & toleranter operemur: expectans inquit expectavi Dominum.* Nil moleſtius poteſt ſperanti obtingere, quàm ipſa dilatio, quâ poſſeſſio rei ſperatæ differtur. Paterfamilias, ut culturæ vineæ ſuæ conſuleret horis ſurrexit antelucanis, & primo mane, aliíſque diei horis operarios pacta mercede conductos ſolicitus ad excolendam vineam miſit. Cúmque jam ferè tota fluxiſſet dies, & hæc in proximum vergeret occaſum, & vidiſſet horâ fermè undecimâ aliquot deſides, & otioſos ſedere in foro; ipſos etiam conduxit, daturus, quod æquitas exigeret. Cúmque ſero factum eſſet, juſſit, vocari operarios, quibus per Procuratorem mercedem dedit incipiens à noviſſimis uſque ad primos: & quia æquè primi, ac poſtremi quique circa undecimam tantum horam venerant, æqualem acceperunt mercedem, ſeu ſinguli denarium: primi cœperunt obmurmurare contra Patremfamilias, eò quia cùm deſudaverint tota die in excolenda vinea non plus acceperint, quàm qui per unicam tantùm horam ſuos vineæ labores impenderunt, & circa undecimam tantùm horam venerunt. *Et accipientes murmurabant adverſus Patremfamilias dicentes: Hi noviſſimi una horâ fecerunt, & pares illos nobis feciſti, qui portavimus pondus diei, & æſtus.*

Quid ſignificet hoc operariorum murmur in ipſo vitæ exitu non ſatis videtur exploratum. Plures enim D. Chryſoſtomo aſſerunt, Operarios, qui ſummo manè cœperunt vineam excolere ſignificare anti-

Marginalia (right column): 55. (beside "Nil durius ſpe dilata"); Geneſ. 4. (beside "Iſte cœpit invocare"); Orat. 16. (beside "rem effecit; ait Nazianzenus"); Matth. 20. (beside "Paterfamilias"); 56. (beside "mur in ipſo vitæ exitu").

antiquos Patres, qui in lege naturæ, vel ſcripta olim vixerunt, uſque ad adventum Chriſti Domini: & noviſſimos, qui horâ undecima cœperunt labores ſuos in vineæ cultura impendere Apoſtolos, & alios in Chriſti vinea, ſeu Eccleſia laborantes innuere, ait D. Chryſoſtomus: *Per hoc murmur ſignificatur mercedis, & gloriæ magnitudo, quæ tanta eſt in Apoſtolis, ut cæteri ex Judæis, electi, & beati eis inviderent, & murmurarent; ſi invidia, & murmur in beatos cadere poſſet.* Primi igitur operarij, ſeu antiqui Patres è limbo poſt Chriſti paſſionem cœlum ingredientes cum murmure inducuntur, non quòd ipſi conquerantur de beatitudine, & cœleſti gloria, quâ donantur, ſed de diuturna expectatione, quâ debuerunt in limbo expectare Chriſti adventum: fuit enim hæc expectatio murmuris objectum; quia noviſſimi illicò cœleſti fuêre beatitate donati, cùm ipſi à primie quaſi mundi initijs debuerint expectare, ſpe quidem innutriti, ſed dilatione afflicti, ac diu torti; ac ſi perinde ſit, ſanctiſſimos viros induci longa expectatione diu anxios, ac cum murmure induci: ſpei enim dilatæ diuturnus cruciatus murmurationem ingenerat, cujus pediſſequæ ſunt querulæ impatientiæ, cùm dilata rei ſperatæ poſſeſſio patientiam non toleret cunctationis. Quòd ſi antiqui Patres jamiam cœleſtem ingreſſuri gloriam repræſentantur queruli, ac impatienter exagitati ob tot ſæculis expectatum Chriſti adventum, qui cœli januas reſeraret, quales non fuerunt cruciatus, quos ex ipſa ſpe dilata ſuſtinuêre; cum eorum murmuratio aliud non fuerit, quàm præmij dilatio? Eſt enim ſpes futuræ mercedis, ſi diu differatur ditum martyrium, quô ſperantes acerbiſſimè torquentur.

In cap. 20. Matth.

57. Hinc Job maledicens nocti, in qua conceptus fuerat, vel in lucem editus deſideravit, eam fuiſſe poſſeſſam à turbine tenebroſo: *noctem illam tenebroſus turbo poſſideat, ſit nox illa ſolitaria, expectet lucem, & non videat, nec ortum ſurgentis auroræ.* Quid? quòd Jobus malè imprecans nocti illi, in id ejus vota collimaverint, ut tenebroſus turbo eam poſſideret? Quid mali fuit ei imprecatus? cùm nox ipſa ſit ſemper jugiter tenebris involuta, quas ſi excutiat, nox ampliùs non eſt. Quòd ſi nequit ſine tenebris nox eſſe, cur cupijt, ut turbo tenebroſus noctem illam poſſideret? cur ſolitariam voluit eſſe noctem, quæ nonniſi una ſola eſſe potuit? Nimirum imprecaturus Jobus nocti illi malum, cupijt quidem eandem poſſideri à tenebroſo turbine, ac ſolitariam tenebris illis involvi, ac caliginoſa mœſtitudine obrui; ſed non tantùm ut tenebris involveretur in ſolitudine, verùm etiam ut inde nocturnos inter mœrores aliquid expectaret à matutina luce ſolatij; quæ tamen lux diu eſſet expectanda, ut diu nox illa eſſet tali expectatione detinenda: *Expectet*

Iob. 3. v. 9.

lucem, & non videat, nec ortum ſurgentis auroræ, certè non potuit Jobus luculentiùs ſpei dilatæ exaggerare moleſtias. Nil æquè felix, aut fauſtum poterat nocti illi obtingere, quàm ortus ſurgentis auroræ: & quia hoc ſolatium non erat nox illa acquiſitura; & nihilominus illud enixim ſperaret, ideo ſpei dilatione voluit Jobus, ut nox illa diu torqueretur: dira igitur maledictio, quâ Jobus noctem illam ſibi exoſam pullavit, in eo erat; quia nocti illi ſolatium expectanti ſurgentis auroræ, luciſque recreantis deſideraverit, ut diu quidem aleretur ſpe illâ, ſed nunquam ſperato potiretur ſolatio: *Expectet lucem, & non videat, nec ortum ſurgentis auroræ*; optavit, noctem illam ſpe innutritam ſurgentis auroræ æternam fuiſſe, & cui nulla unquam eſſet dies ſucceſſura: ſpes enim illa dilata, erat, quæ acriùs debuiſſet noctem illam torquere.

Nulla eſt moleſtia acerbior, quàm quæ ex rei ſperetæ protracta oritur dilatione *Viſitavit Dominus Saram ſicut promiſerat, & implevit, quæ locutus eſt, concepitque, & peperit filium in ſenectute ſua tempore, quo prædixerat ei Deus. Vocavitque Abraham nomen filij ſui, quem genuit ei Sara, Iſaac.* Eſt autem Iſaac perinde, ac riſus, & gaudium, quo perfundebantur Abraham, & Sara; eò quia ſperatam diu prolem tandem in ſenectute acceperant. Plura contigêre in hujus ſeræ ſobolis nativitate, quæ notatu digna ſunt, cùm nonniſi in extrema ſenecta, cum virtus generativa jam quaſi defeciſſet, & calor fuiſſet in parentibus imminutus, qui tamen nunquam deſtiterunt ſperare, & in Deo confidere, Iſaacum genuiſſent, ait Zeno Veronenſis: *Sic meruit fides, quod ademerat tempus; extorſit credulitas, quod natura denegaverat. Abraham Patriarcha noſter exploratus à Deo in ſenectute ſuſcepit unicum filium; nihil tamen ſolicitum patrem ſcimus, cujus ætas in annis vergentibus in occaſus ſui terminum verſabatur; & educationis tempus anguſtum, & ſenectuti exitus jam vicinus. Ecce prima devotio, libenter excipere, quod ſerò datur:* digna notatu ſunt poſtrema verba, prima enim Abrahami devotio fuit libenter recepiſſe ſeram ſobolem, cùm gaudio, adeò ut ipſa ſperandi cunctatio, & ſpes dilata faſtidium non ingeneraverit, nec animi infuſcaverit hilaritatem, quod procul dubio inſuetum erat, acerbas non experiri ex dilata ſpe moleſtias, cum hæc cunctatio ſperantes acriter torqueat, & omne rei ſperatæ ſolatium extinguat: adſcribitur propterea ſummæ virtuti non ſinere, ſe turbari, nec torqueri dilatæ ſpei moleſtijs, imò eas excutere, & ſpei duntaxat frui ſolatio: *Ecce prima devotio*, ait Zeno, *libenter excipere, quod ſerò datur:* adeò acerba eſt dilatæ ſpei moleſtia, ut hanc excutere ſummæ detur virtuti, ac primæ devotioni.

58. Gen. 21. v. 1.

Hinc S. Chryſologus expendens illud 59.

Digitized by Google

Chriſti: *Ubi ſum ego, illic & miniſter meus erit*, ait: *Ubi? utique ſuper cœlos, ubi* Joan 12. v.26. *Chriſtus eſt ad dexteram Dei ſedens. Homo non te turbet cunctatio ſpes te longior non fatiget, quia certa tibi res, quæ in ipſo tibi rerum ſervatur authore.* Suadet homini, ut non ſinat ſe defatigari à ſpe longiore, quia nil eſt, quod moleſtius defatiget, quàm ſpes ipſa dilata, quæ moleſtias ingerit, tœdium ingenerat, faſtidium fovet, animum torquet, & cor premit. Hinc Philo de moleſtijs, quas ſpes dilata ſecum trahit, ait: *Creſcente concupiſcentia naſcitur abſentium rerum deſiderium, pendentem ab incerta ſpe relinquens animam. Sitit enim ſemper, nec unquam poteſt bibere Tantalicum luens ſupplicium.* Vocat Tantalicum ſupplicium, quo torquentur ſperantes ex dilata rei ſperatæ poſſeſſione; Tantalus enim medijs in aquis ſiti cùm exardeſceret, nec guttam haurire valuit, quâ æſtus temperaret ſitis, quia cùm vellet ore aquas ebibere, hæ fugerent, nec poſſet ſummis labijs fugientes exoſculari; ita qui aluntur ſpe æquè fame, ac ſiti torquentur rei ſperatæ; cujus tamen poſſeſſio, quia fugit, per dilationes cruciatum adfert Tantalico acerbiorem; acriùs enim dilata ſpes inacreſcit hiante ſemper gutture, quod nec brevicula poſſeſſione rigatur, nec minutula fruitionis guttula reſtauratur. Tantalo pares ſunt ſperantes, dum ſitim extinguere nequeunt, quâ laborant, aquis licèt proximi.

60. Imò adeo acerbum eſt ſupplicium, quod ſpes dilata ingerit, ut gehennalibus parietur. Dives ille Evangelicus, qui purpurâ induebatur, & byſſo, quique epulabatur quotidie ſplendidè divitijs affluens, & delicijs diffluens mendicum Lazarum contemptui habuit; quia purpura ille indutus auro ſplendebat; hic verò pannoſus, & laceratus ſqualebat; madebat generoſiore falerno dives; cùm pauper lachrymas eliceret, quas ſorberet; ille quas in ſtomachum epulas congeſſerat, eructabat; iſte micas de menſa cadentes petebat, aliquid famelico ſtomacho daturus ſolatij. Contigit autem ut moreretur pauper, & ab Angelis eveheretur in ſinum Abrahæ. Mortuus etiam fuit dives, ſed hic in inferno ſepultus; & miſer priùs animæ fuit ſepulchrum expertus, quàm corporis, cùm adhuc caleret purpureo in ſtrato divitis cadaver, ejus anima jam igne torquebatur gehennali. Elevans poſtea oculos, cùm eſſet in tormentis, vidit eminus Abraham, & in ejus ſinu Lazarum, & tunc qui micam panis pauperi denegaverat famelico; mox à paupere, qui dives fuerat, guttulam expoſcit aquæ, quâ poſſit linguæ æſtus temperare, ſuámque ſitim refrigerare: *Pater Abraham* Luc. 16, v.24. *miſerere mei, & mitte Lazarum, ut intingat extremum digiti ſui in aquam ut refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma.* Ecce qui divitijs æque. ac delicijs diffluxerat, petit à patre opem, quam fratri denegaverat.

61. Sed cur dives iſte gehennalibus addictus ſupplicijs, & cujus pœna ad hominum terrorem in Evangelio proponitur, adhuc leve expectat, ſperátque refrigerium? *Mitte Lazarum, ut intingat extremum digiti ſui in aquam, ut refrigeret linguam meam*, cur ſperat à mendico Lazaro guttam aquæ, cui micam panis negavit? ſupplicia gehennæ omne excludunt ſolarium; & dives ſimul cùm damnatione deſperationem ebiberat, cur ſpe alitur guttam aquæ obtinendi à Lazaro. An non eſt divitis vana præſumptio, cùm dicit; *Pater Abraham miſerere mei.* Verùm ſi intimiùs rem introſpiciamus in ipſa expectatione aquæ à Lazaro petitæ ſolatium nullum experitur, ſed acriùs tormentum; ait Chryſoſtomus. *Non dicit cum eſſet in tormento, ſed in tormentis, totus enim in tormentis erat, oculos ſuos liberos habebat, ut alterius lætitiam poſſit aſpicere, ut magis torqueatur.* Sed quomodo toruserat in tormentis, cum oculos haberet liberos, quibus Lazari poſſet lætitiam adſpicere? non credas, hanc oculorum libertatem, pœnas imminuiſſe divitis; quia ijsdem diriora potiùs addidit incrementa: oculos habuit liberos, quibus lætitiam videret Lazari, à quo dum ſuppetias expoſcit, vel vanè ſperet, vel inaniter præſumat; ut dum ſperanti differtur ſperatum auxilium, acriùs inde torqueatut; quaſi mitiùs puniretur conſuetis gehennæ tormentis, niſi ſupplicium ab ipſa mutuaretur ſpe dilata: hæc petiti refrigerij expectatio, quam Hugo vanam vocat divitis præſumptionem, tormentum addidit, vel gehennalibus acerbius; nil dirius hominem torquet, quàm caſſa expectatione levamento, ac ſolatio inhiare. In regione umbræ mortis, in patria deſperationis ſpecies quædam accerſitur mentitæ ſpei, quæ vana ſua expectatione acerbiùs torqueat: *oculos ſuos liberos habebat*, ait præfatus Chryſoſtomus, *ut alterius lætitiam poſſit aſpicere, ut magis torqueatur;* cum Lazari aſpiceret felicitatem; ſpem concepit aliquid expectandi ab illo ſolatij, & quia caſſa, ac prorſus vacua erat expectatio; non potuit niſi acerbiſſimum ei adferre ſupplicium.

62. Expectare, & torqueri duo ſunt ſynonima rei affinitate cohærentia: ubi textus Threnorum 3. v.24. latinus habet; *Bonus eſt Dominus ſperantibus in eum, animæ quærenti illum:* Chaldæus pro *ſperantibus* legit *expectantibus*, & ſeptuaginta Interpretes exponunt, *ſuſtinentibus*, ac ſi perinde ſit *ſperare*, ac *ſuſtinere*; ſitque ſperare pati, ac torqueri: hinc Rabanus explicans verſum præcedentem: *Pars mea Dominus, dixit anima mea propterea expectabo eum*, ait: *Ipſe Dominus pars* (ſeu tota hæreditas) *ejus eſt, cujus amore omnia terrena deſpicit, ad cujus aſpectum futurum, & ſpe perventurum ſperat. Ex cujus perſona Propheta in Pſalm. ait: defecit cor meum, & caro mea: Deus cordis mei, & pars mea Deus in ſæcula:* ait ſignanter

ex ejuſdem perſona, ac ſi eadem dicat: qoia ſpero me perventutum ad Dei futurum aſpectum, ideò deficit cor, & caro mea; adeò eſt ſpes anxia, ac dirè rei ſperatæ dilatio torquet, ut cor deliquium patiatur, & caro deficiat: reciprocant ſpes, & patientia moleſtiarum vices, ut perinde ſit, ſperare, ac pati: appoſitè D. Ambroſius ait: *Bonus eſt Dominus ſperantibus, vel ſuſtinentibus eum.* [Serm. 9. ſuper Pſal. 118.] *Quis ſuſtinet Dominum, niſi ſtudio charitatis? quis eſt, qui ſperat, niſi quod optat, & diligit? quod enim ſperamus per patientiam expectamus*, qui ſperat, expectat rei ſperatæ poſſeſſionem; & qui expectat, ſtudio, neceſsè eſt, ſit addictus patientiæ; quia quod ſperamus per patientiam, expectamus; ſperare & pati ſimul conviſceerantur; & eò moleſtia patientiæ eſt acrior; quò ſpei dilatio eſt diuturnior.

64. Ubi ſpes ſperantem alit, gaudium fallit, nec intus niſi triſtitia, & dolor ſuas produnt moleſtias, quarum eſt ſpes lugubris, ac querulus clamor. Iſraëlis populus inermis egreſſus ex Ægypto inſequentem Pharaonem cum ſuo exercitu vidit; & cum timeret à tergo infligi ſibi vulnera ab Ægyptijs, cœpit altioribus vocibus clamare ad Deum: *clamaverúntque ad Deum*, & ſimul conqueri contra Moyſem, cui queruli dixerunt; an non fuiſſent ſepulchra in Ægypto, quare deduxiſti nos, ut moreremur in ſolitudine? quare eduxiſti nos ex Ægypto? an non ſatius fuiſſet, ac tutius ſervitutem tolerare, quàm vitam perdere; ibi vincti ſtetimus, ſed hic victi cadimus; quid nobis profuit compedes fregiſſe, ac libertate donatos fuiſſe, ſi nec libertate fruimur, nec vitam ſervamus? moltò melius erat ſervire in Ægypto, quàm mori in ſolitudine. *Dixitque Dominus ad Moyſem: quid clamas ad me?* [Exod. 14. v. 15.] quid? quòd Deus non populo vociferanti, ſed Moyſi tacenti dixerit: *quid clamas ad me?* hactenus Moyſes tacuerat; & populo timore correptus ob inſequentes armatos Ægyptios vocibus inclamaverat altioribus: cur igitor Moyſes, & non populus clamâſſe fertur? an Moyſes ſilentio clamavit, & populus vociferando tacuit? ita eſt qoerulus clamavit Moyſes, cum tacoit, quia tunc ſperavit in divinis promiſſionibus; & quia cum ſpe anxia cordis nectebatur dolor, qoi ad Deum clamabat, rectè ſolus Moyſes clamare dicitur, licèt taceret; populus ideo cum clamavit, tacuit; quia enim non ſperaret, ut Moyſes, dilatæ ſpei moleſtias non ſenſit, nec clamorem ullum edidit querulum, quo moleſtias innueret expectationis; appoſitè hunc Moyſis clamorem tacitè querulum cum dilata ſpe reciprocat, D Ambroſius inquiens. *Moyſi dictum eſt? quid clamas ad me? hoc eſt, quid de me ſperas: tu ſolus ad me clamas, qui per univerſam terram nomen meum annunciari expectas.* [In Pſal. 118.]

65. Populos igitur, cum videret Pharaonem cum validiſſimo exercitu à tergo inſequentem, & obarmatos Ægyptios cruentas minitari clades fugientibus Iſraëlitis, cœperunt iſti clamore lugubri vociferari, & queruli dira jacere in Moyſem, eò quia huic imminenti diſcrimini eus expoſuiſſet; clamaverunt Iſraëlitæ lachrymis madidi; ſed eorum clamor, ac ſi taciturnum ſuret ſilentium, non auditur; quia divinam opem non imploraverant, Deique auxilium deſperaverant; ideóque eorum clamor, quia deſtitutus fiducia, ſpéque viduatus, non auditur, ac ſi taciturni ſilerent potiùs, quàm clamarent. Secus Moyſes ſuam in divinis ſponſionibus fiduciam locatam habens, clamat ad Deum, non quia vociferatur, ſed quia ſperat; & eò perhibetur altiùs inclamare, quò didicerat intentiùs ſperare: *Quid ad me clamas?* ſeù, quid de me ſperas, ac ſi ipſa ſpes luctuoſus ſit clamor intimi doloris index, & lugubris querela oris, de ſperantis cordis preſſura: *quod enim ſperamus, per patientiam expectamus*; quia pati, & ſperare affinia ſunt; expectare quod ſperatur, & dirè torqueri unà confœderantur; & eò eſt ſupplicium dirius, quò expectatio eſt diuturnior. Imò ex ſola rei ſperatæ expectatione creſcit diuturnitas; ac dies ſperati fluunt longiores. Si enim à vinctis in tetro, ſqualido, & tenebricoſo carcere quærererur, per quantum temporis ibi detineantur; reſponderent per tot annos ſe in illo ſqualore recluſos eſſe, quot dies effluxerunt; quævis horula integer ipſis videtur menſis; & quilibet menſis completus annus; & annus ſæculum; nimirum ſperantibus libertatem, ac favorabiliorem fortunam impatientia cauſa eſt, ut dies unus integer appareat annus. Euntibus in Emaus duobus diſcipulis obviavit magiſter Chriſtus, qui & eos interrogavit, cur dolorem cordis obnubilato proderent vultu, ac fronte triſti incederent? reſponderunt: *Magiſter ante mortem nobis prædixerat ſe à mortuis reſurrecturum: & nunc ſuper hæc omnia tertius dies eſt hodie.* Neque tertius dies totus effluxerat, quo Chriſtus promiſerat ſe à mortuis ſurrecturum; ſed ſpes, quâ torquebantur, videndi magiſtrum redivivum; tempus licèt perbreve in prolixum verterat ſupplicium, diéſque diuturniores.

DISSERTATIO XII.

Sola, quæ in Deo ſuas ſpes radices agit, viret feliciter, ac ſuis ubertim fructibus diteſcit

§. I.

Eſt ſolus Deus, qui ſpes noſtras fulcit, alit, & non fallit.

1. QUemadmodum ſi ſpes extra Deum collimet in mundi dignitates, & honores, veluti in ſolo ſterileſcente, vel ſabuloſo exculta arbor, exareſcit; ita quæ Deo duntaxat innititur, viret felicior, floret amœnior, & fructibus diteſcit utilior: eſt ſiquidem Deus, qui ſpes noſtras fulcit, alit, & non fallit; & præſertim ſi ſpes contemptui habeat quidquid dignitatis, honoris, divitiarum, ac deliciarum mundus exhibet, & in ſolum Deum collimet, & quo frui enixim ſperet: eſt hæc ſpes fundamentum, quo nititur chriſtiana religio, & ut pellucidus rivus ex fonte perenni fidei divinæ profluit: ſine fide perinde exareſcit ſpes, ac ſine fonte rivus exſiccatur: ſin verò firma, ac inconcuſſa fidei adhæreſcit, ſpetantem munit, & ad Deum evehit, & ita alit, ut non fallat: quid enim certius ſpe, quæ abſentia, ut præſentia proponit, & futura, quibus inhiat, præſumit jam ſua eſſe, ait enim Zeno Veronenſis. *Spei præſentia ſubjacent, & futura: illa quia contemnit, iſta quia ſua eſſe præſumit:* idque non ob aliam cauſam, niſi quia quæcunque uſpiam Deus in ſacris promiſit ſcripturis illud certiſſimè erit præſtaturus, ac fideliſſimè executurus, adeò ut non ſolùm fides, verùm & ipſa ſpes, perinde ac charitas ſint fundamenta, quibus chriſtiana innititur religio, ait enim Zeno Veronenſis: *Chriſtianæ culmina ſtructuræ tribus inniti fundamentis fidei, ſpei, & charitatis.*

Serm. de fide, ſpe, & charitate.

2. Fides enim primum, at prorſus immotum eſt fundamentum, quo non ſtante cætera corruunt, adeò ut teneamur huic inniti, & hanc profiteri: prævia enim hac flammea columna, per hujus ſæculi deſertum rectè incedimus, ubi cum omnia ſint lubrica, obſeſſa laqueis, coperta tenebris, ejus ducatum qui ſequitur, à recta via non errat, aberrat autem, qui non ſequitur: ſpes autem, quam Zeno vocat fidei gloriam, eſt cui præſentia ſubjiciuntur, & futura, illa ut contemnat, hæc ut poſſideat in cœleſti patria: eſt enim futilis, ac vana ſpes, niſi in Deum collimet, cujus ſolo nutu omnis difficultas vinci poteſt: & ſicut corpore loca invia, & prærupta, & quæ præcipitijs patent, non petimus: ita nec animo ea ſperanda ſunt, quæ ad Deum non conducunt. *Charitas eſt*, ait Caſſiodorus, *quam fides concipit, & ad ſpem currit:* eſt charitas, quæ tota Deo adhæret, ut illi inhæreat, quia ut ait D. Auguſtinus: *ſecedit à ſe, & excedit à ſenſibus, ut ſe non ſentiat, qui Deum ſentit.* Eſt charitas cœleſte illud gluten, quod animã fluxa mundi deſpicientem Deo jungit, ut æterna beatitate, quam fides oſtendit, ſpes optat, charitate fruatur. Perinde igitur ac fidea eſt regula intellectûs, quem dirigit, ne circumferatur omni vento doctrinæ, ne ad errorum illidatur ſcopulos: ita ſpes eſt anchora voluntatis, quam firmam & fixam tenet, ne inter hujus ſæculi æſtus fluctuet, ait enim Apoſtolus *Spem habemus velut anchoram animæ tutam, ac firmam, & incedentem usque ad interiora velaminis.*

Ad Hebr. 6

Eſt autem actus ſpei in Deum fœtus vo-
luntatis ſitus in actu voluntatis appretiativo, ſeu æſtimativo; quo liberè probabilitatem boni deſiderati, licèt arduam, & incertam præferimus bonis alijs incompoſſibilibus; verſetúrque propterea actualis ſpes circa rei futuritionem, licèt incertam, & arduam, & in tali pretio habitam; ut ſperans rem ſperatam non commutaret cum alio bono ſibi obvio, tametſi certo, ſi reflexè cogno- 3.

Digitized by Google

cognoſceret alterutro carendum eſſe. Hinc vulgò ſpes vendi dicitur, nt cum quis fru-ctus incertos certo pretio vendit alteri; vel cum piſcatores retia trahentes incertam piſcium capturam exiſtenti in litore divendunt: dicuntur enim hi omnes ſpes ſuas vendere; nt etiam cum quis paciſcitur com adverſario, nt deſiſtat à proſecutione, quâ jus ſuum probabile perſequitur in judicio, dicitnr emiſſe ſpem alterius. Cæterum dicitur quis pnſſe magis, vel minùs ſperare, quia poteſt liberè probabilitatem rei ſperatæ pluria, vel parvi æſtimare, præferendo eam electivè, & affectivè pluribus, aut paucioribua bonis incompoſſibilibus.

4. Verſatur tamen ſpes ſemper circa bonum futurum, quia ſpes eſt motus quidam appetitûs deſiderautis; & appetitus eſt determinatus, ut non poſſit tendere niſi in bonum, quod ut ſperetur, debet futurum eſſe, ſeu ut nondum pnſſideatur à ſperante, ac propterea futurum ſit, prout ſperatur, ut docet D. Auguſtinus. Non enim eſt neceſsè, ut futurum ſit, quoad exiſtentiam, cum ea etiam ſperemus, quæ minimè exiſtunt: ſed ſatis eſt, ſi futura ſit ipſa poſſeſſio, quia ſpes excludit tantùm fruitionem per id, ut præſens non ſit poſſeſſio boni fruibilis. Eſt etiam proprium rei ſperatæ annexam aliqnam ſecum trahere ardnitatem, quæ licèt non requiratur, ut ratio objecti, cum non ſperemus ipſam arduitatem, quæ nnn eſt ratio movens vnluntatem ad ſperandum, ſed potiùs eam retrahens à ſpe; eſt enim arduitas tantùm quædam conditio per ſe connexa cum objecto, quamvis fundamentum talis conditionis dicat aliquid, quod pertineat ad objectum, quod eatenns determinatur ad eſſe arduum, quia ejus aſſecutio non dependet totaliter à nobis; ex quo oritur, ut nequeat appetitus moveri ad ſpetandum, niſi cum dependentia ab eo, à quo aſſecutio dependet.

Cap. 8. Enchir.

5. Non enim ſpes ſemper tendit in arduitatem objecti, ut ſuperandam ab ipſo ſperante: quia plerumqne ſperamus aliquid, circa quod nnñ poſſumus ullum applicare medium, quo valeamus illud certo conſeqni, ut cum ſperamus ſerenitatem, vel pluvias. Cæterum ſpes, quæ in ſolum Deum collimat, eſt verus actus amoris concupiſcentiæ in Deum ſummum bonum, ac eſt efficax deſiderium bonum illud obtinendi, quod cognoſcitur arduum, poſſibile, & futurum: nulla enim eſt virtus potens amare bonum aliquod, de quo non poſſit etiam gaudere, ſi ſit præſens; vel quod non poſſit deſiderare, ſi ſit abſens; & quod etiam non poſſit ſperari, ſi ſit arduum, judicetúrque futurum: & quia amor concupiſcentiæ ferri poteſt in beatitudinem, arduam, poſſibilem, & futuram; eſt ſpes hujusmodi actus concupiſcentiæ; imò & efficax deſiderium obtinendi bonum illud, quod cognoſcitur arduum, poſſibile, & futurum, quia actus, qui fertur in bonum abſens, eſt aliquod deſiderinm. & ſpes eſt actus voluntatis circa bonum abſens, quia non intellectus; ſed voluntas eſt, quæ fertur in bonum arduum, propterea eſt ſpes deſiderium alicujus boni, ſive hoc ſit beatitudo, ſive auxilium; ſitque propterea de ratione ſpei, ut ſit deſiderium efficax obtinendi bonum illud, quod cognoſcitur arduum, poſſibile, & futurum.

Hinc ſpes per id tantùm differt à deſiderio, & intentione efficaci finis, aliíſque actibus amoris concupiſcentiæ, quia tendit in bonum arduum obtentu difficile, poſſibile tamen, ac futurum. Si enim bonum, qund ſperatur, non eſſet arduum, ſeu obtentu difficile, ſed poſſibile tantùm, & futurum, ſpes non tenderet in ſuum proprium objectum ſub illis cnnditionibns, quæ requiruntur neceſſariò, ut poſſit in illud ferri, conſequenter nec poſſet in ſuum ferri objectum. Habet enim ſpes ſecnm adnexam firmitatem quandam, animíque erectionem, imò audaciam, & magnanimitatem, proinde, quod ſperatur, debet eſſe aliqnid obtentu difficile: nemo enim dicitur ſperare, quod abſque ulla difficultate poteſt aſſequi, quia id à propria duntaxat voluntate dependet. Debet itidem, qund ſperatur, pnſſibile eſſe, quia nemo ſanæ mentis ſperat, quod judicat impoſſibile obtentu, vel non eventurum. Licèt igitur arduitas, difficultas, poſſibilitas, & futuritio non pertineant ad objectum formale ſpei, ſunt tamen conditiones, & fundamenta, ex quibus reſultat per accidens ratio boni, quæ voluntatem movet ad ſperandum: non enim poteſt bonum eſſe objectum ſpei, niſi ſit proportionatnm appetitui, quem movere poſſit ad ſperandum, hanc autem proportionem, ratione cujus bonũ eſt ſperabile ſpes, non aſſequitur, quin ſit difficile, poſſibile, ac futurum. Debet etiam, quod ſperamus eſſe poſſibile, & ut is, à quo bonum aliquod ſperamus, poſſit illud nobis impertiri, & ſoleat etiam ſperatum bonum concedere. Ex quo ſequitur, nullum bonom nos poſſe firmiùs ſperare, quàm à ſolo Den, à quo omnia bona veluti rivuli à ſuo ſcaturiunt fonte, & in nos derivant, dicente D. Jacobo. *Omne datum optimum, & omne donum perfectum de ſurſum eſt deſcendens à Patre luminum.* *In ſua epiſt.* 6.

Deus igitor ut ſummè bonus, movet voluntatem noſtram ad deſiderandum, agendum, & proſequendum: ſi enim non poſſet quis, quod ſperatur, impertiri; nemo ab eo illud ſperaret. Qnis enim ſperet divitias Creſi ſibi dari à pauperculo Codro? & quia Deus eſt pelagus totius bonitatis, & omne bonum ab ipſo ad nos effluit, rectè in ipſum ſpes noſtras dirigimus, cum ab ipſo, quod ſperamus, poſſimus aſſequi; id- 7.

que

que cauſæ cur D. Paulus incitaturus Romanos ad ſpem erigendam in Deum ſcripſit de
Ad Rom. 10. Deo. *Quòd ſit dives in omnes, qui invocant nomen ejus:* neque eſt Deus dives ſicut in mundo homines: hi enim nequeunt dare alteri, niſi ſe commodo, & dominio rei datæ privent; Deus verò munifica manu ſuæ in homines bonitatis divitias profundit, nec ullo ſe commodo privat, nec quidquam inde patitur detrimenti.

8. Rurſus ſpes noſtræ in Deum collimant, quia eſt omnipotens, & omnia poteſt, & ſi velit, in noſtras etiam ſe preces flectere. Supervacanea enim foret ſpes illa, quâ opem quis ab eo peteret, quem ſciret, non poſſe ſibi opitulari. Imò quia eſt Deus omnipotens, & poteſt obvias quátque difficultates facillime ſuperare, & oſtenderit ſuam Omnipotentiam in detrudendis Angelis rebellantibus è ſummo cœlo in imum gehennæ, in abigendis è paradiſo terreſtri primis parentibus poſt peccatum: & plura præſtiterit, quibus ſuam homines ſensêre Omnipotentiam, ut Ægyptus, Pharao, Sennacheribus, & alij quamplures; & Judas Machabæus divinum itidem expertus fuerit ſubſidium ſuos contra hoſtes; ideò non eſt, cur non debeamus, & nos ſpes noſtras in Deum Omnipotentem dirigere, præſertim cum flexilis ſit ad opitulandum miſeris, poſsítque ſuam nobis opem præſtare, ac difficultates omnes abigere; quapropter
Ad Hebraeos 4. ait Apoſtolus. *Habentes Pontificem magnum, qui penetravit cælos JESUM filium Dei teneamus ſpei noſtræ confeſſionem, non enim habemus Pontificem, qui non poſſit compati infirmitatibus noſtris:* nimirum cum ſit Deus infinitæ Majeſtatis, ac potentiæ, omnibúſque affluat divitijs, habeátque deſpoticum dominium in res omnes; ad ſuam tamen oſtendendam bonitatem erga nos, ſepoſita quaſi divina Majeſtate, ac Omnipotentia, relictíſque divitijs elegit hominem fieri, ſeu fragilem, infirmámque induere naturam, paupertate laborare, & pro aula regia in caula naſci brutorum, voluítque ſervus fieri, mortíque eſſe obnoxius in eum duntaxat finem, ut noſtrarum fieret miſeriarum particeps, noſtris indigentijs opitularetur, noſtris conſuleret miſerijs, noſtrámque adjuvaret infirmitatem, quod nonniſi inæſtimabilem pietatem, incomparabilem amorem in nos prodit, ut enim ſcribit D. Paulus. *Propter vos egenus factus*
2. Corinth. 8. *eſt, cum eſſet dives, ut ejus inopia vos divites eſſetis.*

9. Præterea ingens æquè, ac urgens argumentum ſpes noſtras dirigendi in Deum ex eo petitur, quia adeò fidelis eſt, ut quæcunque uſpiam in ſacris literis promiſerit, illud fuerit fideliſſimè executus; & priùs ſolvenda ſit tota terrarum fabrica, priùs lapſura è cœlo luna, ruitura è firmamento ſydera, diſſipanda ſit cœlorum machina, & tota ſit in priſtinum chaos reverſura rerum univerſitas, quàm ut Deus in minimo promiſſo ſuo hominem fallat, & ſpem ejusdem eludat, dicente eo per Regium Prophetam. *Quoniam in me ſperavit, liberabo eum:* Pſal. 90. 14. ſcilicet ut ſpei noſtræ anchoram in eum jaciamus, promittit abſolutè, ſe eos liberaturum, qui in ipſo ſperarent, nec ullam adhibet reſtrictionem loci, temporis, modi, quia ex quacunque neceſſitate, in quovis loco, omni tempore liberat in ſe ſperantes; adeò ut ſi ſit in medio Oceano decumanos inter inſanientium fluctuum vortices liberet ſperantem in ipſo, ut liberavit Paulum; ſi ſit in cavea leonum, qui rabidi præ fame impetu in eum facto inſiliant, ut eum unguibus diſcerpant, dentibus comminuant, liberet ſperantem in eum etiam de ore leonis rugientis, ac minitantis cruentam necem, quo pacto liberavit Danielem in caveam rabidorum dejectum leonum: ſi ſit in carcere vinctus, militum copijs cinctus, ferreis preſſus catenis liberet ſperantem in eum etiam de ſqualente carcere, de ferreis catenis, militúmque copijs, ut liberavit Petrum: ſi ſit inermis, imbellis, & conſurgant adverſus eum caſtra, armíſque eum adoriantur, liberet eum ſperantem in ſe de manibus irruentium hoſtium, cruentíſque cladi inhiantium, ut liberavit Davidem: ſi ſit in fornace ardente, fumantes inter crepitantium flammarum globos liberet ſperantes in eum de incendij voracitate, de flammarum aduſtione, de ignis abſumptione, quo pacto tres pueros liberavit in fornace Babylonica, eò quia licèt fuerint vorantibus flammis extraditi, ſperaverunt in Deum: ſi fuerit ad necem petitus ab invidia fratribus, in carcerem detruſus, ac in pretium venum exteris datus, adhuc de hiſce omnibus calamitatibus liberet eum Deus, ut præclarè id præſtitit in Joſepho, eò quia invidentium fratrum inter perſecutiones ſuam unicè ſpem in Deum direxerit, quia mira providentia eum etiam in preſſuris, & calamitatibus adjuvit, ut vel ipſa adverſa gradus ei aperuerint ad ſuperiores aſcendendi honores.

Permiſit Deus Joſephum vendi, ſed 10.
non ab alio, quàm à Principe emendum; diſpoſuit, ne plebeo homini, ſed Regio Principi famularetur; quem Deus jamjam in Principem deſtinaverat. In carcerem detrudi permiſit, ſed non in quem Reipublicæ fæces, Regníque ſcoriæ dejiciuntur: ſed in quo milites, aulici, & Principes detinebantur, ut ſaltem hoc honore decoraretur, qui ſpem ſuam in Deo collocaverat, ut notat Oleaſter, inquiens: *Voluit honorare ſervum ſuum Dominus, ut ibi eſſet vinctus Joſeph, ubi Principes vinciri ſolebant, ut tolerabilior ſit illi probatio:* ſi fuerit ab iniquis falſi criminis auctoribus inſimulatus, ab impijs Judicibus contra omne jus ad mortem condemnatus,

imò

imò ad ipſum deducatur patibulum, vel mortis theatrum, adhuc Deus ex mortis faucibus liberat ſperantem in eum; ut liberavit Suſannam, quæ de falſo crimine ab inſanientibus accuſata ſenibus innocens ad mortem trahebatur. Fuit enim tunc Suſannæ innocentia preſſa quidem, ſed non ſupreſſa, & ſpes feliciùs triumphavit, ac virnit inter preſſuras, calumnias, ac imminentia pericula. Convertit ad ſe adſtantes omnes opportunitas divini auxilij occurrentis periclitanti virtuti, ac innocentiæ morituræ. Senili malignitati oppoſuit Deus puerilem virtutem; aſtutiæ canorum ſimplicitatē impubis, fœminam liberaturus in ipſum ſperantem; quinimò non ſolùm ſpei innocentis propitius adfuit Deus, ſed & ſupra ſpem: non ſolùm periculis adæquantur auxilia, verùm etiam ſuperſunt. Potuiſſet Deus per alios ſenes ſenilem repellere calumniam, cùm tamen id non præſtiterit, niſi per puerum; quò potentiam ſuam oſtenderet majorem; dum infirma eligit confuſurus validiora: lætabundi mirabantur omnes inconcuſſam, firmámque Suſannæ ſpem, ſalutémque inſperatam, ac repetitis laudibus amorem extollebant pudicitiæ, quæ divina promeruit patrocinia. Laudabant, Deum inopinam in ſe ſperanti fœminæ fuiſſe largitum ſalutem, quò nunquam non ſperet tribulata innocentia, preſſa virtus: nimirum ſpes, ſi adſit vel morituros è faucibus eripit mortis; & ſi abſit, vel ipſi victuri morti traduntur abſumendi.

11. Speret quisque in Deum; ſpes innocentis, & juſti expectatio divinæ omnipotentiæ vadimonium habet: eſt Deus Omnipotens; qui ſupra humanas vires poteſt, & ſupra ſpes humanas etiam præſtat, quæ minimè ſperabantur: hinc D. Auguſtinus in appendice ad diverſa, ait. *Omnia ſperet juſtus ab eo, qui omnia poteſt.* Suſanna, quia inter calumniantium probra, damna pudoris fuerat paſſa, in Deum ſolum ſpem ſuam direxerat, & quia eidem fuerant cara prœmia caſtitatis, vitæ gaudia non amiſit; & quod mortis immineret periculum, cum gloria evaſit caſtitatis; & quam ſententia prava dejecerat, illuſtris conſcientiæ integritas erigebat. Hinc idem D. Auguſtinus *ad fratres in eremo* loquens de virtute ſpei, & orationis exclamat: *O quam grandis eſt ſpei, & orationis cauſa! ò quàm grande myſterium! Ecce ſperat Moyſes, & orabat in monte, & Joſuè Amalech devincebat. Per orationem Ezechias ſanatur, & ſalutem animæ, & corporis adipiſcitur. Per orationem Saulus Paulus efficitur, & fidelium perſecutor fit Doctor gentium. Jeremias conſortatur in carcere, Daniel inter leones exultat. Job in ſterquilinio triumphat, Stephanus de torrente in cœlum ſuſcipitur, & inter lapidantes pro Saulo exauditur.*

Serm 69.

Serm. 22.

12. Quinimò etiam è patibulo ſperavit latro, & in cruce gradum inſcendit, per quem paradiſum conſcenderet. Spes Suſannam inter Senes defendit, & è mortis eripuit faucibus; in quas ſenum protervia eam traxerat, ut diſcant pudoris cultrices calumniam non timere; ſi in Deo ſperent, nam Suſanna, quia ſtudium caſtitatis vitæ prætulit periculo, nec vitæ diſpendium pertulit; & gloriam retulit caſtitatis. Ecce quàm præclarè de calumnia Senum triumphavit innocentis Suſannæ ſpes, quam in Deo collocaverat: *Confeſtim*, ait Zeno Veronenſis, *adeſt in puero Daniele Deus: omnem repentè malitiæ ſcenam diripuit: profictitium crimen properè recluditur, ſcelus ſuos redit in authores, purgatúrque per innocentiam pudor. Sicque Suſannam quam impudicitia mentiente ſenes in publicum traxerant, probatam, & vindicatam ad mariti thalamum cum ingenti triumpho victrix pudicitia reportavit:* & ſerm. de Suſanna ait: *Triumphat maritus, quòd caſtam invenerit conjugem, lætatur familia omnis, quòd in ea nihil inveniat fama, quod feriat. Cruciatur diabolus, quòd nulla ex parte ſuam perfecerit voluntatem; nec adulterium, quod factum diffamabat, exercuit; nec homicidium, quod procurabat, invenit.*

Serm de pudicitia.

§. II.

Quæ Deo ſpes innititur omnem erudit calamitatum mæſtitudinem, & eſt laborantibus levamini, ac miſeris ſolatio.

13. ESt ſpes miſerorum viaticum, ideò Deus Suſannam è ſenum calumnijs, & morte jamjam imminente; Joſephum è carcere; Danielem è lacu leonum; tres pueros à flammis fornacis; Moyſem ab exercitu Pharaonis; Petrum è ferreis catenis, & plures alios ab imminentibus eripuit periculis, quia ſperaverunt in ejus ope: *quoniam in me ſperavit*, ait ipſe per Regium Prophetam, *liberabo eum:* hoc eſt miſeros ex preſſuris, calumnijs, mortiſque diſcrimine liberabit; non quia jejunijs carnem coërcuerint; flagellis expiatorijs in corpus ſuum animadverterint, noctes, diéſque in fundendis precibus impenderint, lautáſque in pauperes diſtribuerint eleemoſynas, ſed quia in Deum ſpem ſuam direxêre. *Quoniam in me ſperavit, liberabo eum.* Eſt ſpes, quæ in rebus triſtioribus nunquam deeſt, ſi nos deſerant amici; in noſtrum ſemper adeſt ſpes ſolatium, éſtque fidelis ſemper Achates, comes laboris, ejúſque auxiliare levamentum; imò excutit in triſtibus ſpes mœrorem, omnémque erudit calamitatum mœſtitudinem; neque plurimum requiritur laboris, ut quis ſperet, cùm ad id opus non ſit pedes movere, ut

ſperans ambulet ; nec digitos, ut ſcribat ; nec brachia, ut laboret ; nec oculos, ut legat ; nec linguam, ut loqoatur : poteſt enim qu s in conclavi indulgens quieti ſperare, & ſperando omnia impetrare.

14. Eſt autem ſpes vera, certa æternæ ſalutis expectatio, non aliunde orta, quàm ex bonorum operum conſcientia, guſtúque intimo, & ſenſu prorſus paternæ benignitatis in Deo : hinc in ſolatium eorum, quos vel hoſtium perſecutio inſequitur; vel miſeriarum acervationes premunt; vel anguſtiarum preſſuræ affligont, ait Regius Vates, *ſperet Iſraël in Domino, quia apud Dominum miſericordia, & copioſa apud eum redemptio :* tametſi afflictionum anguſtiæ, ærumnarum, ac calamitatum adverſa, corpus premant, deprimántque, erigendus tamen ſemper eſt animus, ac ſpe in Deum muniendus ; ac firmâ ſtabiliendus fiduciâ : ſi enim nos noſtra non reprehenderit conſcientia, ſpe erigitur animus, ut inde
1 Joan. c. 3. plurimum hauriat ſolatij. *Si cor noſtrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus apud Deum.* Eſtque ſpes, ſeu fidocia, quæ tunc triſtitiæ excutit caligines, & mentem ſerenat, quæ mœroris abigit tenebras, & interni ſplendoris accerſit gaudium : ſicut fides in intellectu, ita ſpes ſuam in voluntate ſedem poſſidet. Fides etiam, quæ aversamur, intuetur, gehennæ ſupplicia aſpicit : ſpes verò eò tantùm fertur, quò omnium vota eunt ; ea duntaxat reſpicit, in quæ ſperat beatitatem enanciſci, quam, ſive anguſtiæ premant, ſive tribulationes urgeant, ſive perſecotiones fremant, in dies expectat cum gaudio : ajebat enim A-
Ad Rom. c. 12. v. 12. poſtolus : *ſpe gaudentes, in tribulationibus patientes.*

15. Hinc eſt ſpes reliquarum virtutum medulla, ſpiritus, & vigor, imò & fundamentum, quo tota nititur virtutum ſtructura, quæ corruit, ſi unam ſuſtuleris ſpem : hæc impenſis laboribus, fuſíſque ſudoribus anticipata ſolvit ſtipendia. Ingentes impenſas charitatis ſumptibus ſuis providet, dum arduas amoris expectationea alit, & munit ; quinimò etiam amor licèt humanorum affectuum fortiſſimus ſuas à præconcepta ſpe vires haurit, quia ſpes vires abundè ſuppeditat ad omnia bona, quæ ſine ſpe cadunt : niſi ſpes meſſis colonum aleret ; hic nec agrum excoleret, nec plantas ſereret, nec ſemina jaceret : niſi ſpes lucri mercatores alliceret, hi negotia non inſtituerent, labores non ſubirent, noctes non traducerent inſomnes, longa non arriperent itinera pluribus obnoxia periculis : niſi ſperarent nautæ portum appellere, maria non trajicerent, vela non aperirent ventis, cùm fluctibus non luctarentur : cum tempeſtatibus pugnas non inirent, ſed ſpes eſt, quæ ſudores abſtergit, labores lenit, pericula contemnit.

Quòd ſi ſpes modici terreni lucri homines trahit ad ſubeundos labores, ad contemnenda pericula, quantò magis ſpes cœleſtis beatitatis debet homines excitare ad 16.
exercitia virtutum ? Chriſtus ſuis ſuadens Luc. 12.
Diſcipulis caſtitatis culturam ait : *Sint lumbi veſtri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus veſtris, & vos ſimiles hominibus expectantibus Dominum ſuum.*

Sed, ſi qoæras, qua mercede meritom 17.
ſpei, ſeu diuturnæ expectationis muneretur, ait Evangeliſta. *Amen dico vobis, quòd præcinget ſe, & faciet illos diſcumbere, & tranſiens miniſtrabit illis :* hujus autem præmij munifica opulentia ex eo conjicitur, quia Apoſtolis omnia relinquentibus, & Chriſtum ſtatim ſequentibus ſpondetur ſedes cum Chriſto in cœlis, ait Petrus : *Ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te ; quid ergo erit nobis. JESUS autem dixit illis :* Matth. 19. v. 28.
amen dico vobis, quod vos, qui ſecuti eſtis me, in regeneratione, cùm ſederit filius hominis in ſede Majeſtatis ſuæ, ſedebitis & vos ſuper ſedes duodecim judicantes duodecim Tribus Iſraël : Ecce Apoſtolis ob repudium omnium, quæ poſſederant, & operoſam Chriſti ſequelam, ſedes promititur, ſeu cum eodem Chriſto conſeſſio, quod glorioſum eſt præmium : longè autem glorioſius expectantibus Dominum ſuum repromittitur ; ait enim, *præcinget ſe, & faciet illos diſcumbere, & tranſiens, miniſtrabit illis :* quàm pulchrè antequam ſperantes, & expectantes ſedeant in menſa, auditur, quòd Dominus præcinget ſe iiſdem miniſtraturus, quod procul dubio effuſam donorum gloriæ explicat largitatem, dum Dominus præcingitur : præcingit enim ſe quaſi ſua exhibiturus obſequia, ſuúmque præſtiturus famulatum ſperantibus in ipſum, *& vos ſimiles hominibus expectantibus Dominum ſuum :* quàm ingens ſpei, & expectationis præmium! cum Deum ipſum non ſolùm in ſua flectat vota, verùm etiam trahat ad obſequia. *Amen dico vobis, quòd præcinget ſe, & faciet illos diſcumbere, & tranſiens miniſtrabit illis,* ſperantes diſcumbent, & Deus, in quem ſperaverant, iiſdem miniſtrabit, quid ſublimius, quid dignius ſpe ? quæ in Deum collimat, cùm vel Deus ipſe in ſe ſperantibus miniſtret. Quanta igitur eſt ſpei dignitas, diúque expectandi meritum, ac ſpei præmium, cùm Deus ipſe ſperantes muneraturos dicatur præcingi, ac reſtringi, & quaſi è ſua Majeſtate ſe demittere ſperantibus miniſtraturus : *præcinget ſe, & faciet illos diſcumbere, & tranſiens miniſtrabit illis.*

Hinc Job ærumnis preſſus, ulceribus fœ- 18.
tens, ſanie ſcatens, in fimeto ſedens ſuas, ut leniret calamitates, ſpei accerſit ſolatium. *Scio, quòd Redemptor meus vivit, & in noviſſimo die de terra reſurrecturus ſum, &* Job. 19. v. 27.
rurſus circumdabor pelle mea, & in carne mea

videbo

videbo Deum meum, quem viſurus ſum ego ipſe: repoſita eſt hæc ſpes mea in ſinu meo. Quæ plurimi facimus, ac impenſiùs amamus, noſtro dicimus ſervare in ſinu, quia neque à nobis volumus abeſſe, neque tutior eſt locus, in quo ea à rapacibus manibus poſſimus promptiùs tueri. Quid ni? ait Jobus, habere ſe repoſitam ſpem in ſinu ſuo, eò quia unicum erat ſolatium, quod illi ſupererat tot inter calamitstes, & ærumnas, quas ſuſtinuit; & quia in ſola ſpe totum erat ejus ſolatium; ideo in ſinu, ſeu intimis præcordijs, ne unquam excideret, repoſuit: erat enim hoc ſpei ſolatium, quod deficientes vires reſtauraret, languentem animum erigeret, ſpiritu deſtituta præcordia ſuveret, mœroris caligines excuteret, calamitatum ærumnas propulſaret; & quas amiſerat ipſe divitias, in ſibi raptis gregibus, combuſtis ſegetibus, ruinoſo domûs lapſu, in ſpe ſibi reſtitutas ſervaret; ac tutiùs in ſinu ſuo cuſtodiret: appoſitè Gualfridus apud Tilmannum expendens præfata Jobi verba: *Repoſita eſt hæc ſpes mea in ſinu meo:* ait: *Advertite, & videte pauperem, & inopem, percuſſum ulcere peſſimo, quas repoſuerit ſpee, & theſaurum ſuum, ut cuſtodiat: ſiquidem cordis, non corporis ſinus eſt, in quo repoſitam habet ſpem ſuam, ac ſi dicat, nemo tollet à me hoc refrigerium, & ſpei gaudium.*

18. Tametſi ſævirent in Jobum calamitates, fureret tartareus hoſtis, frenderet cacodæmon, venti, & elementa contra ipſum initis veluti fœderibus conjurarent, corporis ulcera membra corrumperent, amici miſeriam augerent, uxor calamitates exaggeraret, fimetum extremam objiceret inopiam, & undíquæ horror ingrueret, pericula imminerent, ærumnæ vexarent, ac miſerijs utrinque ipſe cingeretur, ſola tamen illi ſpes ſuperfuit, quæ fidus fuit tot inter ærumnas Achates, cum ab ipſa ſpe ſuum duntaxat hauriret ſolatium, ejúſque ope retunderet adverſarij impetus, coërceret novercantis fortunæ ictus, & veluti multiplici exagitatus procella portum in ſola ſpe, ejúſque gaudio experiretur. *Repoſita eſt hæc ſpes mea in ſinu meo*, quaſi dicat, tametſi ventus ſuo impetu meam ſolo æquaverit domum, meámque familiam priùs ruinis ſepelierit, quàm mortua fuerit, licèt Sabæi inimici armenta mea ſurripuerint, ignis ſegetes combuſſerit, & tartareus hoſtis ſus déque mea omnia verterit, ac everterit, amici me dereliquerint, imò & exprobraverint, uxor meas mihi calamitates auxerit, cùm objecerit; ad huc tamen unicum mihi ſupereſt ſolatium, quod nemo tollet à me, quia in ſinu meo illud repoſui, ut in præcordijs meis cuſtodiam; *repoſita eſt hæc ſuper me in ſinu meo:* Quàm præclara eſt ſpes virtus, quàm conſtans? cùm hanc nec ulcera læſerint, nec calamitates preſſerint, nec ærumnæ oppreſſerint; læta ſanè virtus eſt, quæ in tanta mœſtitudine refrigerium afflat, ſolatium adfert, & gaudium ſuggerit.

20. Idque cauſæ, cur ſponſus à præſentia ſubtraxerit ſe ſponſæ, & in ſolitudinem ſeceſſerit. *Vadam ad montem myrrhæ, & ad collem thuris:* (Cant. 4 v. 6.) & confeſtim ſubjungit. *Tota pulchra es amica mea; & macula non eſt in te.* Quòd ſi ſponſæ venuſtas ſponſo ita arriſerat, ut ejus laudaverit pulchritudinem à quavis labe defœcatam, cur potiùs arctiùs ſponſæ non adhæret, cum pulchritudo ſponſæ ſponſi excitet amorem? qui amatam ſibi vincire ſtudet eò arctiùs, quò intentior eſt amoris æſtus? vel quænam eſt hæc ſponſæ recens pulchritudo, quæ de præmaturo ſponſi diſceſſu, cum tanto fœneratur ſponſæ incremento? quòd ſi ſponſus à ſua diſcedit ſponſa, cur ad montem ſecedit myrrhæ, & ad collem thuris? an quia diſceſſus à ſponſa adeò amarulentus ſponſo obtigerit, ut hic montem, in quem erat ſeceſſurus, myrrheum vocaverit, & & collem thuris, quia à lachrymis non valuerit ſe continere? vel quia amariſſimus myrrhæ mons erat ſponſæ importunus ſui ſponſi diſceſſus? hebraicè enim legitur, *vadam mihi ad montem myrrhæ*, quaſi dicat, ſecedam ſolus levandi animi causâ, ut nimirum per ſui abſentiam, diſceſsúmque in montem, deſiderium ſecum eundi ſuæ injiciat ſponſæ, præſertim cum eam duntaxat certiorem de ſuo faciat diſceſſu, & nolit eidem innoteſcere, quando inde ſit reverſurus.

21. Sed ſi animi relaxandi causâ ſecedit ſponſus in montem myrrhæ? quæ voluptas hauriri poteſt in monte myrrhæ, undíque amaritudine ſcatente? vel ſaltem non ſuum tunc ſponſus erga ſponſam amorem exhibet, dum ſolius voluptatis causâ diſceſſum molitur, qui nonniſi myrrheus, ac amariſſimus potuit ſponſæ obtingere. Imò quò amorem adaugeat, & in ſpem erigat ſponſam, quam per abſentiam foveat; amori ejus impenſiùs favet: quia per abſentiam ſponſi viret in ſponſa, ac viget ſpes ſponſum mox abſentem amplectendi poſtea præſentem; ſpes enim amorem fovet, qui abſque ſpei ope fortaſſis ſuum remitteret æſtum. Appoſitè Hugo Victorinus expendens verba Sponſi: *vadam ad montem myrrhæ*, ait: *Non ſemper domi eſt ſponſus iſte, cavet enim, ne forte vileſcat ſuus amor. Et quia citius in tædium veniret, ſi ſemper præſens eſſet, ideo ſe ſubtrahit aliquandò, ad tempus recedit, ut dum quæritur abſens, ſtrictiùs teneatur præſens.* Nimirum vices alternant ſuas præſentia, & abſentia, ne jugis fruitio amorem minuat, & faſtidium moveat, ideóq; tempeſtiva reciprocatione abſentia ſuccedit præſentiæ, & poſt fruitionis meſſem, ſpei incipiunt vireta adoleſcere,

quæ in flores lenocinij, & in fructus ferventioris amoris ſuccreſcunt; ſpes enim amplectendi præſentem ſponſum abſentem, amorem excitat, exacuit, ac deſiderium ardentius ſuccendit: quò igitur amoris æſtus uberiùs excreſceret, diſcedit à ſponſa ſponſus, & quamvis amarus obtingeret, utríque diſceſſus, ut vel ipſe mons, qui ſedes erat voluptatis, myrrheus videretur ſponſo, ac diceret ſe ſeceſſurum ad montem myrrhæ; attamen ut ſpes amorem excitaret ferventiorem in ſponſa, opus fuerat, ut per ſeceſſum in montem à ſponſa ſejongeretur ſponſus, ut per abſentiam ſponſi ejus præſentiam ſperaret ſponſa, ejúsque in ſponſum ubetiorem foveret amorem.

22. Fuit ſponſo amara quidem abſentia, ſed quæ dulciſſimam ſpem excitaret in ſponſa, ut ſicut per ſponſi præſentiam plena erat fruitione, per ejusdem abſentiam vacua non eſſet ſpe, & deſiderio. Cœleſtis ſponſus tunc avidiùs à ſponſa quæritur, quando abeſt; tunc enim anxia plateas percurrit, armatos milites non timet, pericula non pavet, dummodo quem diligit, teneat; ſponſus igitur recedit ad tempus, ut ſpem excitet, ac deſiderium inflammet, ut cum anxiùs quæritur abſens, ſtrictiùs teneatur præſens: ſcitè

Lib. 5. var. cap. 17. Caſſiodorus. *Alacriter incumbendum eſt inchoatis, cùm jam vicinitas perfectionis arriſerit, quando ſpei affectus tædium laboris excludit, & magnum genus incitamenti eſt credere deſiderata compleri.* Minuitur fruitio objecti præſentis ex prolixa diuturnitate, cum varietate animus delectetur; ideóque ſponſus præſentiam ſuam ad tempus ſubtraxit, quò fruitioni ſpes ſuccederet, & tœdium excluderet; & amorem, ac deſiderium uberiùs ſuccenderet; & ſponſa ardentiori percita deſiderio non deſiſteret quærere abſentem, quem amplecti ſperat præſentem. Probi ſiquidem, quibus ſpes arridet perfectionis, nulli parcunt laboris moleſtiæ, ut in quem ſpes collimat ſcopum, perveniant. Sola ſpes vires ſuppetit ad obvias quáſque ſuperandas difficultates, & ſperantem munit contra adverſariorum impetus.

§. III.

David ſola ſpe in Numinis ope armatus contra cataphractum Goliathum ad ſingulare deſcendit certamen, & de proſtrata gigantea mole glorioſè triumphat.

23. SPe firma, ac inconcuſſa in Dei ope munitus David, contra gigantem proceræ magnitudinis pugnare non extimuit, & quamvis Saul facultatem certaminis ineundi denegaret, eò quia eſſet David corporis viribus giganti impar; ac præliandi eſſet peritiâ deſtitutus, *ait Saul ad David: Non vales reſiſtere Philiſthæo iſti, nec pugnare adverſus eum, quia puer es; is autem vir bellator ab adoleſcentia ſua.* 1. Reg. cap. 17. v. 33. Sed quamvis David ſe & mole corporea, & viribus humanis longè inferiorem fateretur; ſpe tamen animatus in Dei ope non deſtitit Regem urgere, quò ſineret eum in ſubjectam vallem deſcendere, initurus ſingulare certamen contra gigantem adverſus Deum arrogantiſſimè blaterantem, ac totam hebraicam gentem contemptui habentem: & adeò eloquenter locutus coram Rege fuit David, ut tandem Saulem flexerit in ſua vota, & facultatem præliandi opportuniſſimè extorſerit: quod expendens Baſilius Seleucienſis, id totum Numinis attribuit gratiæ, quæ ſpe firma in Dei protegentis ope Davidem munierat: hac enim loricatus virtute ſperavit, ictus quóſque adverſarij retundere; & hoc gladio obarmatus, quavis excuſſa perplexitate ſperavit etiam gigantem proſternere, & de debellata mole glorioſos referre triumphos. Spes fuit, quæ Davidem adoleſcentem, ac inermem in gigantem armavit; ſpes ipſum excitavit, quo ad ſingulare deſcenderet certamen propugnaturus gentis ſuæ honorem, quem Gigas voce truculenta, & conviciis non modicè læſerat. Totum hoc certamen gratia diſpoſuit ad ſui pompam, ut David proderetur robore infirmus, viribus impar, præliandi peritiâ deſtitutus, ac prorſus imbellis: ſi enim conferatur cum gigantea corporis mole Davidis exiguitas ineundæ pugnæ impar erat; ſi unius cum altero vires componantur, proſilire in ſubjectam vallem pugnandi cauſâ nec potuit, nec debuit: ſed vel ipſa certaminis impotentia virtutis fuit corona; & ipſa virium deſtitutio victrices ſpopondit palmae; ſiquidem David non temeritate actus, ſed ſpe & fiducia fretus in Deum, ejúſque auxilium, petijt ad ſingulare deſcendere certamen: pulchrè Baſilius Seleucienſis. *Cum ægrè induceretur in ſpem, credere renuiſſet, niſi ad id neceſſitate compulſus fuiſſet, terrore victus ætatis excuſationem prætexebat: Non vales reſiſtere Philiſthæo illi, nec pugnare adverſus eum; quia puer es, hic autem vir bellator eſt ab adoleſcentia ſua.* Oratio 15. Ignorabat, quòd terrore præmonſtrato victoriam admirabiliorem faceret; ſed quem obarmabat gratia, & ſpes muniebat, timor non retrahebat: *Nunc vadam inquit, & percutiam eum.*

Profectò ſpe, ac fiducia in Deum fretus, David deſcendit in ſubjectam vallem, ubi Philiſthæus minis aërem opplebat, qui cùm vidiſſet adoleſcentem inermem, nullóq; dimicationis apparatu formidabilē, & in quo 24.

pro-

proſternendo plus pudoris, quàm gloriæ hauriret, indignabundus juſſit, imbellem canem hinc abire; ni ſtatim mallet proteri pedibus, & corvis projici in pabulum, conjectis etiam in Deum Hebræorum contumeliis, minisque cœlo intentatis, ſed non minus animi, ac linguæ Davidi fuit in retundendis minis, & coërcenda Philiſthæi petulantiâ. Poſt verborum velitationem ad decretorium venitur certamen. Jam Goliathus toto corpore cataphractus obviam ſe tulerat ingentem manu vibrans haſtam: ſed David ictum præveniens adverſarij ſilicem extrahit è pera, quam fundæ imponit, librátque ictu tam deſtinato, ut excuſſus è funda lapis mediam feriret Philiſthæi frontem, fractóque cerebro fixus hæreret: & qui antea, ut Mars cataphractus ſteterat, mox in fronte ictus bovis inſtar victus cecidit, & David ſuperſtans jacenti, eductóque ex proſtrati adverſarii vagina gladio caput amputat Goliathi. Dum dimicaret

Reg. cap. 17. David in valle, mentes Hebræorum varia expectatione ſuſpenſæ, *Stupebant, & metuebant nimis*, ſed licèt ex trepidantibus plures animo caderent, David tamen imperterrito ſtetit animo, cui ſpes erat victoriæ in ſolo Deo poſita. Rectè D. Chryſoſtomus Homilia de David, & Goliath. *David dixit ad eū: Tu venis ad me fidens in gladio, ego cœleſtibus pugno; tu in lancea, ego in fide; tu in clypeo, ego in ſpe; tu venis ad me in armorum virtute; ego in potentiſſimo adjutore. Denique in te tua arma vertentur, in te tuus gladius exeretur; Dei eſt enim hæc pugna, Dei erit & ipſa victoria.*

25. Quamvis quinque David ſelegiſſet ſilices, unicum tantum adhibuit, quo hoſtem interimeret, & eo proſtrato Philiſthæi omnes jugulati ſunt, adeo ut uno dejecto cunctos ſtraverit. Victor fuit David priusquam pugnaret; quia victoriam in præconcepta ſpe jam poſſederat, antequam cum Gigante congrederetur. Spes enim tem optatam dicitur præſumere, ac præmiorum tempus anticipare. Afflictis Judæis ac in Babylonica detentis captivitate mora ſeptuaginta annorum longiſſima videbatur, & ne illius impatientes ſpem omnem abjicerent, eam Propheta afflauit his verbis: *Si moram fecerit expecta illum, quia veniens veniet, & non tardabit.* Sed parum ſibi videntur hæc Prophetæ verba cohærere, etenim qui moram facit, is procul dubio tardare dicitur, adeò ut perinde ſit moram facere, ac tardare, nec deſint, qui pro *ſi moram fecerit* legant *ſi tardaverit*, quomodo ergo qui tardat: non tardare perhibetur? quomodo ſi moram fecerit, non tardabit? quia nimirum qui ſpe fretus moram facit, ſperatum jam poſſidet in ſpe, ideóque non tardat poſſidere, quod ſperat, *ſi moram fecerit*, id eſt ſpe plenus, *non tardabit*, quia quod ſperat, jam tenet, ſi non in re, ſaltem in ſpe; ſi non effectu, ſaltem affectu: ſcitè S. Joannes Chryſoſtomus *ſerm. de fide, & charitate* ait: *Spes eſt futuræ pollicitationis religioſus aſſenſus, promiſſæ gloriæ devota intentio; ſanctorum deſtinata ſublimitas. Spes eſt cognitio fidei, credulitatis propinquitas, deſtinatum præmiorum tempus, futura expectatio meritorum. Quidquid fides credendo acquirit, hoc ſpes ſuſtinendo præſumit. dicente Propheta: Et ſi tardaverit, ſuſtine eum: quoniam veniens aderit, & non tardabit. Noli a ſpe propoſita deſiſtere, noli ſuſtinendi* (ſeu ſperandi) *gloriam perdere. noli rebellanti animo claudicare.* Vocat Chryſoſtomus ſpem *deſtinatum præmiorum tempus*, quia ſperans de exantlatis laboribus præmium, jam illud poſſidet, quatenus per ſpem tempus prævenit, cùm ſit ſpes ipſum tempus deſtinatum præmiorum.

Rurſus ait Chryſoſtomus, *Quidquid fides credendo acquirit, hoc ſpes ſuſtinendo præſumit:* quatenus ſpes mentem præoccupat, & ad optatum gaudium rei ſperatæ pertrahit, adeò ut quod fides credendo acquirit, id ſpes ſuſtinendo jam præſumat, prægustet, præpoſſideat, ac idem ſentiat ſolatium, ac ſi tempus jam acceſſiſſet poſſeſſionis, ac fruitionis, quatenus eſt ſpes *ipſum tempus deſtinatum præmiorum.* Quamvis igitur quod ſperatur quoad ſe plurimum tardet, moráſque ſuas veniendi protrahat, non tamen ſperanti tardat, cùm ſpes ſit tempus deſtinatum præmiorum, & prægustata ſperatæ rei poſſeſſio, ſpes enim ſperatum gaudium prægustat, hinc pulchrè Chryſoſtomus *Noli à ſpe propoſita deſiſtere, noli ſuſtinendi* (ſeu ſperandi) *gloriam perdere*, quia ſi tardaverit quoad ſe, non tardabit quoad ſperantem, quia ſpes eſt tempus ipſum deſtinatum præmiorum; & ubi ſpes, ibi prægustatio rei ſperatæ. *Quidquid fides credendo acquirit, hoc ſpes ſuſtinendo præſumit*, quia ſpes, quod fides credit, jam ipſa præpropera poſſeſſione tenet. 26.

Acutè Tertullianus loquens de ſpe in Deum locanda ait: *Sed & ſi aliqua nos quoque præſtringunt, lætamur magis recognitione divinarum prædictionum confirmantium ſcilicet fiduciam, & fidem ſpei noſtræ.* Sed quomodo Tertullianus vocat *fidem ſpei noſtræ?* ſi ſpes plerumque hæſitat, & titubatione langueſcit, & fides omni excluſa hæſitatione firma manet, & inconcuſſa ſuo hæret objecto, quomodo fides eſſe poteſt ſpei noſtræ? cùm fides fulcrum ſit veritatis, à qua nec latum unguem abſcedit, & ſpes plerumque ſuo fruſtretur fructu? Tametſi ſæviente perſecutione animetur fiducia, erigatur ſpes, non tamen fides ſpei ibi habetur; cùm ſpes, ſi vireat, poſſit exareſcere; ſi adſit, & vigeat, poſſit deeſſe; & fides adeò veritati nititur, & ſtat, ut cadere nequeat. D. Hieronymus in expoſitione acutè perveſtigat, quarè Apoſtolus inter fructus ſpiritûs non recenſuerit ſpem, ait enim: *Fructus* 27. In Apolog. contra gentes cap. 14. Epiſt. ad Galat. 5. v. 22.

Digitized by Google

§. IV.

Spes, quæ Deo innititur fulcrum eſt, quo ſtamus, & tota fulcitur virtutum ſtructura: eſt hæc ſpes, quæ reliquas fovet virtutes, quibus favet. Secus quæ dolo nititur, ſperantes perdit.

31. EST ſpes non ſolùm anchora, ſed fulcrum, quo vita nititur noſtra, quæque tamdiu ſtat, quamdiu ſpirat, & ſperat: & ſicut eſt vita omnibus communis; ita & ſpes, quam vita nunquam deſerit. Proponit Plutarchus in convivio ſeptem Sapientum Græciæ, totidem eorundem quæſtiones, & eruditè ſimul reſponſa recenſet, quibus nodi fuere difficultatum ſoluti. Prima quæſtio fuit. Quidnam antiquiſſimum eſſet? cui ſatisfecit Thales inquiens, Deum eſſe omnium antiquiſſimum: rationem addidit, quia ipſe ſolus ingenitus à nullo dependens, nec accipiens quod habet; ſed omnia ab eo ſuam trahunt originem, ſuúmque participant bonum, quod poſſident; ac ab eo omnia dependent. Secunda, quidnam maximum eſſet? Reſponſum fuit, locum eſſe maximum omnium; eò quia reliqua mundus contineat, & locus mundum ipſum complectatur. Tertia, quidnam pulcherrimum eſſet? mundus hic eſt; quidquid enim concinnam rationem obtinet, hujus eſt portio; quidquid enim elegantis, pulchri, & venuſti oculis objicitur mundus id exhibet tanquam aliquid ſui. Quarta, quidnam Sapientiſſimum? tempus fuit ſtatim reſponſum: quia plurima jam invenit, & alia plura adhuc inveniet. Quinta, quidnam utiliſſimum? Virtus hæc eſt: quia humanas cohoneſtat actiones, quibus & dat pretium. Sexta, quidnam nocentiſſimum? vitium, eò quia ſua turpitudine omnia inficiat, mores corrumpat, honeſtatem eliminet. Septima, quid communiſſimum? Spes, quandoquidem quibus nihil aliud ſuppetit, iis ſpes ſupereſt; quamvis fortuna perſæpe innocentem deſerat, ſpes nunquam deſerit, quæ propterea acerrima eſt virtus, quam nec ultima neceſſitas valeat excutere: hæc enim pergit alacris per ardua, in procella malaciam invenit, in naufragio portum appellit; & inter fluctus decumanis tumidiores anchoram figit, & quamvis deſint omnia humanitùs auxilia, nunquam tamen ſpes deſerit, quam nec procellæ in pelago, nec pericula in terris, nec cruentæ clades, ac conflictus in bello, neque ægritudines in lecto, neque paupertas in nuditate, neque ærumnæ in adverſitatibus valent excutere.

32. Hæc enim quamvis fames urgeat, ſperantem alit; ſi ſitis æſtuet, fauces refrigerat; ſi valetudo corruat, decumbentem erigit; ſi domus elabatur, iterum eam reædificat, & ſi bonis omnibus quis deſtituatur ſpes omnia reſtituit: dummodo vera ſit ſpes, quæ ſuas in Deo tantùm radices agat, quia quæ viret in mundo, alitúrque fluxis commodis, non erigit, ſed potiùs deprimit; non elevat, ſed aggravat, hinc Salomon erudiens Sap. 9. v. 15.
homines ne fucatæ huic fidant ſpei, ait: *Corpus quod corrumpitur, aggravat animam, & terrena inhabitatio deprimit ſenſum multa cogitantem*, ubi textus Arabicus vertit: *Corpus corruptibile onerat animam, & terrenum habitaculum valdè onerat intellectum*, qui corporis pondere, ac terrenarum appetitionum onere preſſus, quaſi à ſua deſciſcit generoſitate *ſenſus* à Salomone conſultò vocatur; quia perversè ſenſatis ſpebus veluti obbruteſcens ſperans in mundi voluptatibus, & commodis ponderis neceſſitate deorſum ad terrena truditur.

Fallitur, non alitur, quæ mundi divi- 33.
tiis, honoribus, ac voluptatibus ſpes nutritur; adeò ut vel ipſe intellectus deſciſcat in ſenſum multa cogitantem, & in ima terrenorum depreſſum: *terrena inhabitatio deprimit ſenſum multa cogitantem*, proprium eſt intellectus cogitare, ac mente volvere etiam abſentia, futura, & præterita, quæ nequit ſenſus attingere. qui nonniſi præſentia ſentit: ſed quia malè ſenſatis ſpebus obbruteſcit, qui in mundi voluptates, commoda, divitias, ac dignitates ſperat, ideò quaſi deſtitutus intellectu, & in brutum deſciſcens ſolo viget ſenſu, quem terrena inhabitatio deprimit. Appoſitè D. Bernardus elucidans præfatum textum *Sapient.* 9. Serm. 81. in Cant.
ait: *Peccato factum eſt, ut corpus, quod corrumpitur aggravet animam, ſed amore, non mole; nam quòd ſurgere anima per ſe jam non poteſt, quæ per ſe cadere potuit, voluntas in cauſa eſt, quæ corrupti corporis vitiato, ac vitioſo amore langueſcens, & jacens, amorem juſtitiæ pariter non admittit. Ita neſcio, quo pravo & miro modo ipſa ſibi voluntas peccato quidem in deterius mutata neceſſitatem facit; ut nec neceſſitas cum voluntaria ſit excuſare valeat voluntatem, nec voluntas cùm ſit illecta excludere neceſſitatem. Eſt enim neceſſitas hæc quodammodo voluntaria. Eſt favorabilis vis quædam premendo eblandiens, & eblandiendo premens.*

Quamvis levis ſit terrenarum volupta- 34.
tum illecebra, ſua tamen levitate premit, & aggravat; & ſuo blandimento premit, & ferit: levis eſt terrenorum delectabilium dulcedo, quæ dum blanditur, premit; & dum premit, eblanditur; illicit, & interficit; elevat, & deprimit; ſapit, & enecat; afficit, & aggravat animam, oneràtque intellectum, quem aliqua velut neceſſitate deorſum ita urget, ut non poſſit vix ſurſum ampliùs attolli. Sed quânam virtute erigi iterum poterit intellectus, quem terrena inhabitatio depreſſit in ſenſum multa cogitantem; certè non alia virtute, quàm ſpe, quæ ſurſum tendit in Deum: *hæc eſt illa vis*

ait;

clade delevit; & quia eorum ingens multitudo in arcem mœnibus conſertam, turritam, & etiam propugnaculis permunitam confugerat, Abimelechus circumpoſitis in orbem lignorum cataſtis, frondiúmque acervis, primus ipſe ſubdere cœpit facem, & Regis exemplo cæteri idem præſtitêre, & quantò maligniùs humeſcentes adhuc rami, & frondes flammas conciperent, tantò ſpiſſiùs fumi volumina ſurſum evolabant, donec invaleſcentes ventorum flatus ligna, & frondes incendium conceperint, arcémque abſumpſerint. Sed cùm mundana, ac mentita ſpe illecti Abimelechum Sichimitæ elegiſſent in Regem ſperantes inde illuſtrioribus ſplendeſcere dignitatibus, & ad lautiorem aſcendere fortunam; non alio ſplenduêre nitore, quàm voracis incendij, quia quod ſuſpiravêre commodum verſum fuit ipſis in acerbum ſupplicium: appoſitè Arias Montanus: *Hoc pacto illud fore ſperabatur, ut pro dominatione multorum, quam alias ferre neceſſe erat: ipſi contra, non populi modò totius primores, ac Principes; verùm & Principis ipſius Patres, gubernatoreſque evaderent; utpote quibus non ſolùm generis, & ſanguinis neceſſitudo; ſed Principatus quoque ſumma omnes accepta referenda eſſet.* Speraverant ſanguine juncti ſi Abimelechum eligerent, ſe Principi dominari, ac primis inſigniri dignitatibus, ſed ſpes, quia in mundi commodis fundata fuit, eos fefellit, & non aliam ijſdem exhibuit eminentiam, quàm patibuli; non aliam purpuram, quàm proprij ſanguinis, nec alium ſpendorem, quàm incendij vorantis, & flammarum eos abſumentium.

§. V.

Spes, quæ malis, doloſiſque artibus nititur, ſperantibus ſemper obfuit, nunquam profuit.

38. SUo fruſtrantur effectu ſpes illæ, quæ in dolo, vel fraude, vel in ſcelere ſuas agunt radices. Speraverat Saules invidia tortus Davidem interimere, eò quia poſt delatas victorias ex proſtratis Philiſthæis plus laudis Davidi, quàm Sauli daretur à populo: hinc invidia inſtigatus furere cœpit in Davidem, omnéſque adhibuit artes doloſas, ac fraudes, ut victorem Davidem de ſe, ſuóque Regno optimè meritum interimeret: epinicion, quod puellæ Hebraicæ gentis Davidi palmis onuſto in patriam reduci cecinerant, ulcus fuit, quod in pectore livido Saulis invidia ſimul inflixit; & Davidem extremè afflixit; cui propterea à tartareo ſpiritu occupato, & exagitato, adductus fuit David, ut lyræ pulſu aliquid afflicto Regi adferret ſolatij, & excuſſâ cacodæmonis procellâ priſtinæ malaciæ inſanientem reſtitueret, qui tamen haud ignarus quid ageret, non enim ab uſu erat rationis dejectus, captâ opportunitate lanceâ adnixus eſt pſallentem ſimul, & pulſantem chelin transverberare; & crudele ſcelus perfeciſſet, niſi David capitis inclinatione ictum fruſtrâſſet, & ejus impetum in proximum deflexiſſet parietem.

Cùm ſcelus igitur ad votum non ſucceſſiſſet, ſéque præconceptæ ſpei fruſtratum noviſſet venenato fructu; fraude perfecturus, quod aperta vi non potuit; ſimulat Saules veluti à ſe inſcio, & invito fuiſſe haſtam elapſam; & aliam induens larvam ſtatuit homicidium moliri conſtituto Davide militum Tribuno, ut in conflictûs pericnlis, & hoſtium gladijs objectus, tantò faciliùs caderet interemptus, quantò promptiùs in belli ſe diſcrimina injiceret; ſed cùm ſpe in malis locata artibus fruſtraretur, & David fiduciâ loricatus in Deum, hoſtium impetus, ac ictus retudiſſet; aliam excogitavit Saules vafritiem: filiam Micholam ei in uxorem exhibet, non quidem ut Davidis faveret fortunæ, ſed ut fieret in ſcandalum, periculúmque certiſſimum: *Dabo eam illi, ut fiat ei in ſcandalum, & ſit ſuper manus Philiſthinorum*, adjecit enim quaſi dotis pactum centum præputiorum è Philiſthæis cæſis; horum ſiquidem difficili præſectione circumventum Davidsm ſperabat Saules in inſidias eſſe inimicorum lapſurum. 39. 1. Reg. 18. v. 21.

Verùm David non centum duntaxat, ſed duplum attulit, ſimul proſtrator hoſtium, & Regis gener factus, licèt invitus; præ animi enim modeſtia Micholæ Regiæ filiæ nuptias recuſaverat, tametſi Saul virulento ſtimolatus odio, adeo inſtiterit, quò Davidem in ſua vota flecteret, non quò ſibi exoſum cohoneſtaret; ſed quò filiæ nuptijs faciliùs, tutiúſque Davidis ſibi inviſi cruentam cædem perficeret; ſed licèt David duplicata numeraverit Philiſthinorum præpntia, duxeritque in uxorem Micholam puellam Regiam; non tamen Saules præconceptæ ſpei ſit compos: etenim cùm ad necem Davidis maturandam non ſolùm ejus accerſiviſſet amicos æquè, & inimicos, proprium etiam adhibuit filium Jonatam ſinceræ vinculo amicitiæ Davidi agglutinatum, ut Davidem, eò quia ad eum poſt Saulis obitum eſſet Regnum tranſiturum, interficeret, & Regium diadema è patre ad filium deſcenderet: ſed neque hac vafritie optatum collegit Saules malæ ſuæ ſpei peiorem fructum: nil enim ponderis habuit crudelis Saulis inſtigatio: Jonatas enim ſategit potiùs à cruento conſilio patrem avertere, & Davidem ſervare. 40.

Verùm licèt Saules aliquam proderet reconciliationis larvatam ſpeciem, intus tamen in corde lethale fovebat odium: re- 41.

deunte enim tum invidiæ, tum furoris æſtu Davidem ad ſe accerſivit, quò pulſu citharæ, vociſque adblandientis cantu animi mœrentis excuterer moleſtias: citharâ ludebat David cùm Saules iterum io ipſum haſtam vibravit, & adnixus eſt trajicere, ac interficere, quod præſtitiſſet, oiſi David iterum corporis declioatiooe ictum fruſtrâſſet, ſéque fugientem ſuis recepiſſet in ædibus, ac io uxorio latitâſſet Thalamo; ſiquidem juſſit Saules ut emiſſarij fugientem Davidem perſequerentur, & ad ſe adducerent catenis vinctum. Ecce quot fraudes, dolóſque ſubnectit Saules ex malè præcooceptа ſpe Davidem ioterficiendi, quem pati non poterat commendatum à popnlo ob delatas ex deletis hoſtibus victorias, obque timorem, ne Regio ſuccederet ipſe Throno; ſed Micholæ conjugis ſedulitate per averſam domûs partem è valvis demiſſus Emiſſarios æquè, & Saulem fefellit; *Depoſuit eum per feneſtram: porrò*
2. Reg. c. 19. v. 12. *abyt, & aufugit, atque ſalvatus eſt.*

42. Quàm contrarius fuit votis effectue! quàm diverſus ſpei præconceptæ eveotus! Saules Micholam filiam Davidi dederat in ſcandalum, & evaſit Davidis auxilium; patriſque tormentum, ooo mariti ſupplicium; ſiquidem ejus induſtriâ doloſæ patris artes eluduotur, & præcordia intimis odij ardoribus diſcruciantur: acriùs Saulem torſit Michola dilectiſſima filia, eò quia per adverſam domûs partem è valvis Davidem demiſerit, & Regios fefellerit miniſtros, evadens beneficio fugæ paratas ſibi inſidias: fuit enim Michola Davidi auxilio, cùm fuerit à Saule in ejus exitium tradita: appoſitè ad rem noſtram Baſilius
Orat. 16. Seleucienſis ait: *Imperat filiæ, ut maritum ſervet, ſed in mortem. O improbitatem obcæcatam; viduitatem imponit filiæ, & adverſus maritum armat uxorem, quod ſcelus uxor refutat, nec natura patitur. Ignorabat interim Saul auxiliatricem, non inſidiatricem dediſſe ſe; vitæ cuſtodem, non mortis adjutricem; illa verò improbato parentis furore virum à jugulatione erepsum fuga dimittit, ita devicta parentis invidia, ſuam in maritum charitatem conteſtata eſt.*

43. Speraverat Saul furore percitua, ac virulentiſſimo obcæcatus odio, ac exitiali tortus iovidia, filiam obſecuturam improbitati furentis, ac invidentis patris, ac paterna vota viduitatis prælaturam iocommodis, ſuúmque Regijs apparitoribns ſponſum tradituram; ad eum ſiquidem finem Saules Micholam filiam io uxorem Davidi dederat: ſed malis ſuis artibus, doliſque, ſpem ipſam froſtravit; filia enim non inſidiatrix, ſed auxiliatrix fuit Davidi, in qnem ſuam eſt charitatem conteſtata conjugalem, cùm Regios Emiſſarios eluſura, per averſam domûs partem, Davidem demiſit incolumeo; nimirum quæ ſcelera improbis ſpebus aggreſſus foerat Saules perpetrare, per contrarios effectus non Davidi fuerunt nocumeoto, ſed Sauli invidenti tormento.

Spes quæ malis, doloſiſque artibos oititur, ſperanti ſemper obfuit, & nunquam profuit. Aſſertorem hujus veritatis acerſitum velim Jephte. Deliberantibus Hebræis de ſtreono Belli Duce deligendo, cæteris potior dijudicatus fuit Jephtes è Tribu Gad, quem fratres, eò quia ex concubina in lucem prodiiſſet hæreditate paterna, ac domo depulerant: hunc tamen, in quem vota collimârunt cæterorum, ut militibus præficeretur, virtus bellica illuſtrem reddidit, & frequentes de Ammonitis, & Philiſthæis relatæ prædæ, & delatæ victoriæ plurimum eidem addidêre ſplendoris. Is igitur cum incurſantes Ammonitarum latrunculos crebris compeſcuiſſet velitationibus, majoribos militum copiis, viribus, & authoritate videbatur muniendus, totique rei militari præficiendus, quò poſt tot ſubitas clades, tot tolerata damna, tandem eſſet qui in Hebraicam gentem irruentes hoſtes coerceret; contrita ſiquidem ſæpius fuerat bellorum calamitatibus Hebraicæ gentis perfidia, ac idololatria, quæ tamen licèt pluries videretur amputata, adhuc tamen veluti herba mala vitiata de radice repullulavit; ſi enim Deus ultricem extenderet manum puniturus idololatras, hi ad omnia ſtatim ſe obſequia pronos oſtendebant, ac plura in Numinis cultum augendum ſpoodebant agenda: ſin verò gladium iterum recooderet in vagina, ac ultionem ſuſpenderet, promiſſorum obliti, ad priſtinam revertebantur morum corruptelam. 44.

Idque cauſa fuit, cur toto vicennio armis Ammooitarum preſſi foerint, & oppreſſi Judæi, adeo ut ubique lachrymæ funderentur, & queruli clamores obſtreperent, Luctúque aërem opplerent, ac tandem rebus afflictiſſimis cœperint enixim Deum in auxilium Invocare; & licèt pluries deteſtandis defectionibus Numinis provocaverint juſtitiam, lachrymis tandem adniſi ſuot ejus flammas extioguere, & fuſis precibus Deum emollire, ac inflectere ad clementiam; præſertim cùm ſupplices humi proſtrati coram fœderis arca idola contriveriot Baalis, ſeu Jovis Beli, & Aſtaroth, ſeu Veneris: cùm primùm enim idola cecidêre, anſpicatior ſurrexit fortuna, quæ magis propitia Hebræis arriſit in victorijs à Jephte glorioſè delatis: cùm enim Jephtes toti præfectus rei militari geotis Hebraicæ nollet oiſi vim vi pulſurus ad caſtra deſcendere, & gladium nudare, bellúmque iodicere niſi adactus, legatos miſit ad hoſtes ſperans fore, ut lis, quæ Ammonitas inter & Galaaditas ob coofinia ſurrexerat, absque ſanguiois fuſiooe componeretur: ſed Ammonitæ mitiora ſpernentes coofilia 45.

reſpon-

Digitized by Google

reſponderunt jus ſuum in armis conſiſtere, & ferri cuſpide velle ipſum tueri : inſperato hoc audito reſponſo Jephtes, cui vel maximè cordi erat libertas patriæ, bonúmque publicum, juſtas exarſit in iras ; & animos addente non tam inſita alacritate, quàm altiore de cœlo virtute, milites ſuos congeſſit, ad arma vocavit, luſtravit, quorum cùm validas contraxiſſet copias, bellum in hoſtes translaturus movit in Ammonitidem concepto priùs voto ſe, ſi victoria contingeret potiri, hoſtiam propitio Numini mactaturum, quemcunque è domeſticis laribus prior ei victori reduci obviâſſet : *Votum vovit Domino dicens : ſi tradideris* (Iudic. 11. v. 30.) *filios Ammon in manus meas, quicunque primus fuerit egreſſus de foribus domus meæ, mihíque occurrerit revertenti cum pace à filijs Ammon, eum holocauſtum offeram Domino.*

45. Voto emiſſo, cum adverſarijs plena loricatus in Deum fiducia Jephtes congreditur, hoſtes inflictis vulneribus, vel proſternit proprio immerſos ſanguine, vel turpi fugâ adigit ad terga vertenda, eorúmque commeatus in prædam cedit victoris Jephte, qui enacto triumpho, delatáque victoriâ laureatus domum revertitur. Ovanti patri unigenita obviat filia cum tympanis, chorísque epinicion reſonantibus : cùm primùm pater filiam vidit ſibi occurrere, impalluit ore, maduit lachrymis, & ſummo perculſus (Iudic. 11.) mœrore veſtimenta proſcidit. *Revertenti autem Jephte in Maſpha domum ſuam occurrit ei unigenita filia, ſua cum tympanis, & choris, non enim habebat alios liberos : quâ viſâ ſcidit veſtimenta ſua.*

46. Scio ab Expoſitoribus inquiri, num votum à Jephte emiſſum illicitum fuerit, plúsque impietatis oleverit, quàm ſpeciem prætulerit pietatis, eò quia contra jus omne naturæ, divinum, & humanum filiam ſibi unigenitam mactaverit. Non me latet à plerisque impietatis excuſari Jephtem ob ignorantiam, zelúmque Religionis inconſultum; vel quia ſperaret, fore tale ſacrificium Deo gratum, quòd ſi minus eidem placeret, impeditum iri Abrahamici ſacrificij exemplo : vel quia crederet innocentis animam ſede juſtorum donandam: vel quia cenſeret, niſi votum expleret, voti violati ſupplicium toti Reipublicæ, cujus amans erat, fore luendum ; vel quia voti ſanctitatem ancipitis Martis metiretur eventu, ratus quòd ſi Numini diſplicuiſſet, minimè victoriam fuiſſet relaturus. Haud ignoro, plures cenſere, Deum mortem permiſiſſe innocentis Jephthiadis, ut præviam figuram, eámque illuſtrem Chriſti Domini pro humano genere redimendo necem ſubituri ; vel ut inde illuſtrior clareſceret Jephte fides, magisque ſplendeſceret ejus erga Deum Religio: vel ut etiam tenellæ virginis pietas in Deum patrem, & patriam orbi terrarum exhiberetur ut ſpeculum, in quo quid agendum ſit pro Religione tuenda viderent omnes, illúdque exequerentur : vel ut inde intelligi daretur, quàm accuratè, quàm diligenter, ac inviolatè ſint vota ſemel emiſſa Deo reddenda. Verùm ut ut res eſt ; ad rem noſtram votum emiſit Jephtes cenſens uxorem, erga quam non erat bene affectus è domo primam egreſſuram, ſicque Religionis colore eâ liberaretur, ſperans ſpecie pietatis poſſe ſuam obtegere impietatem, & ab ea liberari, à qua pluribus, ac diuturnis afficiebatur moleſtijs, ita cenſet D. Auguſtinus apud Hugonem Cardinalem ubi ait ; *Dicit Auguſtinus, quòd* (In cap. 11. Iudic.) *votum ſuum retulit ad uxorem, quam habebat odio, cogitans eam ſibi occurrere primò : & ita patet, quòd mala intentione vovit.* Ecce quàm in contrarium verſum fuerit, quod improbis ſpebus emiſſum fuerat votum ; arbitratus eſt, ſe liberandum eſſe ab uxore ſibi moleſtiſſima, & privatus eſt prole ſibi chariſſima, filia unigena.

§. VI.

Quæ humanis artibus ſpes fovetur, ſperantes fallit : alit verò, quæ ſoli Deo inhæret.

SPes, quæ humana innititur arte, vel dolo ſperantem fallit, & ea duntaxat ſpes verè ſperantem alit, quæ in ſolum Deum dirigitur ; vult Deus ut in eo ſolo noſtra ſit fiducia, in ipſum ſpes noſtra dirigatur ; & eos ſua fruſtratos ſpe vult, qui minimè in ipſo ſperant. 47. Herodes ambitionis vernula, proborum morum corruptor, honeſtatis peſtis, cùm primùm audivit Chriſtum fuiſſe in terris natum, non ſpe erigitur ſalutis obtinendæ ; ſed acerrimi fluctibus obruitur timoris : *Audiens autem Herodes Rex turbatus eſt, & omnis Jeroſolyma cum illo.* (Matth. 2. v. 3.) Quid? quod cùm ſalutem audierit Jeroſolymam propinquare, non ſperaverit ad feliciorem ſurgere fortunam, ſed animo ſtatim ceciderit timore perculſus? Quòd ſi quæras, cur Jeroſolyma cum Herode perhorruerit infantem JESUM in terris natum, à quo debuerat ſalutis ſperare ſolatium. Reſpondet Chryſologus, talibus fuiſſe tunc Herodem, & Jeroſolymam ſcelerum preſſos voluminibus, & culparum oppreſſos oneribus, ut in ſpem veniæ non valuerint mentem erigere, ſed ſeveram potiùs mulctam timuerint. Dum enim Herodes Regem audit in ſuis ditionibus natum, non aliquid ſperat ſolatij, ſed iniquitatis veretur vindicem : ſcitè Chryſologus ait : *Devotus* (Serm. 158.) *miles poſt conflictum, poſt victoriam, præſentiam Regis optat, ut præmijs ſudores, & vulnera remuneratione compenſet. Sic ad palmam ſuam cupit venire Chriſtum, qui bella mundi indefeſſa virtute proſternit. Sic Chriſtum venire non vult, qui ſuperatus illecebris*

ſæculi de pœna trepidat, de venia nil præſumit. Qui ventrem in mundi abjicit voluptates, mentem neſcit in ſpem erigere veri gaudij; quia quæ mundi ſpes deliciis alitur, adeo ſceleribus obruitur, ut nil ampliùs præſumens de venia, de ſola trepidet pœna: *ſuperatus illecebris ſæculi de pœna trepidat, de venia nil præſumit*, tametſi Chriſtus recèns in terris natus pharmacum ſecum deferret, quò curare ægritudines noſtras venerat, & quæ per patrata ſcelera, carnis concupiſcentia nobis vulnera inflixerat; ſperare tamen de præſentiſſimo pharmaco non voluit; quia non didicerat ſpem ſuam in alio excolere ſolo, quàm in mundi illecebris: *ſic Herodes*, ait Chryſologus, *Chriſtum venire non vult, qui ſuperatus illecebris ſæculi de pœna trepidat, & de venia nil præſumit*; & ob hunc timorem commovetur cum Herode Jeroſolyma tota, & acri viſcerum concuſſione turbatur.

48. Adeo ſcelera è ſana mente hominem dejiciunt, ut eum non ſinant ſana ſperare. Lethali ægritudine corripitur Lazarus, currunt ad Chriſtum ſorores ægrotantis fratris periculum nuntiaturæ Medico: ſed ad ægrotum non accedit, infirmum inviſere, ejúsque morbum explorare negligit, permittitque morbum ingraveſcere, & mortem ipſam accelerato pede ad decumbentem accedere; quia noverat, ſe poſſe faciliùs mœrorem in gaudium, ac mortem in vitam commutare; quàm Judæorum timorem in ſpem obtinendæ ſalutis. Venit ad jam mortuum Medicus; & ad fœtentem in ſepulchro properavit, qui ad decumbentem in lectulo non acceſſerat. Venit ad jam defunctum, quem revocaret ad vitam: jacebat quatriduanus in ſepulchro, cum ad illas Chriſti voces *Lazare veni foras* reaſſumpto vitali ſpiritu è ſepulchri umbris ad lucis iterum ſurrexerit uſuram. Sed Judæi dum Chriſti Amicum ad vitam conſpiciunt revocari, illachrymantur, animíque terrorem, cordíſque pavorem geminatis confitentur ſingultibus; adeo ut Medicus ipſe, qui non ſolùm á morbo; verùm etiam à morte venerat Lazarum liberaturus infremuerit ſpiritu, & ſe ipſum turbaverit: *Ubi* (Joan. 11.) *vidit eam plorantem, & Judæos, qui venerant cum ea plorantes infremuit, & turbavit ſe ipſum*: nimirum infremuit cœleſtis medicus, quia viderat ſpem Judæorum nec tanto revocatam miraculo, ſed ſcelerum conſcientiâ obrutam, ac prorſus ſepultam: hoc eſt lugent Judæi conſcientiâ repercuſſi delictorum, ac deſperatione jam occupati; idque cauſæ fuit, cur infremuerit, turbatúſque fuerit Chriſtus: quia cum quatriduanus Lazarus ad primum ſuæ vocis imperium priſtinæ fuerit vitæ reſtitutus; adhuc Judæi in ſpem veniæ ſuas neſcierint mentes erigere, ſed obſtinatiùs in deſperatione obduruerint: (Serm. 64.) *Flebant Judæi* ait Chryſologus: *& conditionis ſuæ memores, & futuræ vitæ deſperatione poſſeſſi*, quia conſcij proprij ſceleris beneficio veniæ divinæ gratiæ reſtitui non ſperaverant, ſed diriſſimis timuerunt ſupplicijs addici, & jam ijsdem ſe tortos cenſuerunt ſupplicijs, ad quæ jam intus conſcientia eos damnaverat: *Flebant Judæi*, ait Chryſologus, *vitæ deſperatione poſſeſſi*, quia dum collum ſubſiderunt culpæ, ſpem projecerunt veniæ.

Scelus eſt, quod radices amputat ſpei, nec ſinit eam virere, nec ullum fructum depromere. 49. Cainus perfunctorius in cultu Numinis, cui deteriora dedicabat, ac macilentiora pecora; melioribus, ac pinguioribus in ſuas reſervatis delicias, fratri ſuo Abeli invidens, eò quia quoties Deo per victimas ſupplicaret, ipſum in ſua vota flecteret: erat enim Abeli à teneris indoles comis, mens placida, & natura manſueta, ac placabilis, prona ad omnia obſequia præſtanda Deo, & ad omnem obſervantiam in parentes, & quidquid optimum in gregibus, & frugibus poſſideret in ſacrificium Numini lætus offerebat; quòd cauſa fuit, ut ſuper Abelis victimas, imò & omni victimâ præſtantiorem animi Religionem, divinus favor è ſummo cœlo deſcenderit, & ſuper immolata cœleſtis ignis perplueret: hic autem Numinis favor in Abelem, Cainum excitavit in fraternæ felicitatis invidiam, ac clandeſtinam deteſtationem, ut nil jam niſi vindictam animo volveret, & omnes poſthac victimas contumaciter ejeraret, ac mœrore, odio, & invidiâ in fratrem contabeſceret, adeo, ut ipſa vultûs triſtitia, & frontis dejectio livorem intus viſcera corrumpentem foras proderet, ac cruentam fratris cædem, quam mente evolvebat: hanc enim quo certiùs perficeret, ſceleri prætexens amicitiam, Abelem fratrem nil adverſi ſuſpicantem in campum prolectat, ubi Cainus ſceleris aggrediendi anſam inveniſſe ratus telo, quod manu geſtabat, vel fuſte terete fratris caput infregit; móxque in pectus validiùs demiſit ictum, quô geminatis plagis fratrem interemit, cujus ſanguinem largo fluentem rivo, tacitóque clamore ultricia ſydera ferientem madida tellus excepit. ſed Cain fratricida Deum illicò expertus fraterni ſanguinis vindicem, ejus audivit vocem, aures pulſantem, & inquirentem, ubi eſſet Abel; an fortè ipſa interrogatione animum percelleret fratricidæ, qui verâ reſipiſcentiâ ſatageret patratum delere ſcelus: *Ubi eſt Abel frater tuus?* voces erant inquiſitionis, ut ſi reſipiſceret, verba fierent condonationis: ſed ea fuit frontis (Geneſ. 4. v. 9.) pervicacia, ut vel ipſi Numini patratum à ſe ſcelus obtegere aduiteretur, ac indignabundus reſponderit, *Neſcio: num cuſtos fratris mei ſum ego?* nimirum Deum quaſi carpit, eò quia de fratre ſciſcitaretur, cujus ipſe cuſtos non eſſet, quò ejus deberet veſtigia ſervare: ſed Deus execrabile ejus delictum pandit; ſéque effuſi ſanguinis clamoribus edixit interpellatum: rubore tunc ſuffuſus fratricida, & pudore confuſus dixit;

Major

Major eſt iniquitas mea, quàm ut veniam, merear.

50. Ecce, qui ſceleris gravitate debuiſſet ad pœnitentiam impelli; inventus eſt ad deſperationem trahi; non cenſuit, hanc ſceleris enormitatem divinâ potuiſſe miſericordiâ deleri, & Numinis clementiâ aboleri: ſpem abjecit, quia mentem in cruentam fratris cædem injecit, & quia fraternum ſanguinem fudit, deſperationis virus in ſe refudit: *Major eſt iniquitas mea, quàm ut veniam, merear:* nimirum adeò ſcelus eum dementaverat, ut vulnus prorſus crediderit immedicabile, & Numinis miſericordiam ſceleris non poſſe magnitudinem ſuperare. *Ejicis me*, ajebat Cain, *à facie tua, & à facie tua abſcondar.* Sibi adeò gravis fit, ut omnem deſperaverit veniam, & ſe ipſum faſtidiens, mortem, quam fratri intulerat, ſibi optaret, ut notat Hugo Cardinalis, inquiens: *Onerofus factus eſt omnibus, etiam ſibi, quòd jam in præſentia Domini non audeat comparere. Job 7. Poſuiſti me contrarium tibi, & factus ſum mihimet ipſi gravis.* Subdit Hugo Charenſis. *Sicut lux infirmis oculis odioſa eſt; ſanis autem delectabilis, & ſano palato panis ſuavis, & infecto amarus: ita facies Domini ſanæ menti delectabilis eſt, infirmæ autem offendiculum.* 4. cap.

51. Exhorret Cainus præſentiam Numinis, cùm potiùs debuiſſet exhilareſcere; timet vocem Dei loquentis, cùm potiùs debuiſſet ſperare, & ejus faciem exorare, ac pœnitudine ad miſericordiam flectere: Medicum non ſuſtinuit; quia iniquitatis exagitatus phreneſi, remedium ſibi nullum forepntavit; non quòd ſcelus Numinis vicerit miſericordiam, ſed quia ſceleſtum traxerit in deſperationem. Eſt Deus ad veniam pronus, dummodo, qui per patrata ſcelera ab ipſo receſſerat, reſipiſcat; mentémque in ſpem erigat veniæ: quæ à libero hominis arbitrio pendent, nequeunt ſine arbitrio perfici, nec ad profectum perduci: eſt enim libertas, quâ homo ſibimet imperat, & à ſervitute, ſi velit, ſe eximit. Verùm ſicut gladius in prudentis militis manu inſervit ad vitam tuendam, vel etiam ad palmas victrices amputandas: & in manu phrenetici, ac furentis viri exitio eſt propriæ vitæ; cujus præludit calamitati; ita ſi libertate prudenter utatur homo in eximium ei commodum vertitur; ut & in ingens detrimentum, ſi eodem abutatur: & quamvis perſæpe velit Deus calamitatem excutere; ipſe tamen, qui calamitatibus angitur, à ſuis detrectat miſerijs emergere, & licèt Deus adlaboret eum laqueis eximere; exambit tamen homo turpiùs illaqueari.

52 Sategerat Hebræorum fortiſſimus Samſon ſuas pro populi vindicanda libertate vires exercere, natus enim ad Philiſthæos profligandos, fortitudinis rudimentum poſuit, quando leonem inermis diſcerpſit in vineis oppidi Philiſthinorum, ubi inſano rugitu ſuam prodebat ferociam: hunc ſibi obvium fuit Samſon aggreſſus, rictúque comprehenſo fruſtatim dilaceravit, nudis licèt eſſet ipſis lacertis, ac omni armorum deſtitutus præſidio. Mox aſininâ maxillâ quaſi Hebræorum Hercules clavâ mille Philiſthinorum viros interfecit, neſcias duello ne potiùs, an prælio? an utroque ſimul? Philiſthæorúmque exercitu in fugam adacto ipſe labore confectus, & ſiti exæſtuans fontem precibus è molari dente elicuit aſininæ maxillæ. Gazæ obſeſſus portas urbis non modò repagulis emovit, ſed & humeris quaſi victoriæ trophæum detulit, & licèt tot præclara ipſe geſta præſtiterit; non tamen ſuum liberavit populum, cujus ſaluti ſtuduerat. Quòd ſi quæras, cur inchoatum non perfecerit opus, cùm dicatur. *Ipſe incipiet liberare Iſraël de manibus Philiſthinorum.* Reſpondet Abulenſis. Eatenus inchoatum à ſe liberationis non abſolviſſe opus, eò quia Iſraëlitæ ſuæ fuerant libertati refragati, ſuæque reſtiterant utilitati: tametſi Iſraëlitici populi libertas ortum traheret ſuum à Samſone incipiente, à populo tamen adhuc dependebat coadjuvante, qui eatenus jugum non excuſſit, non quia Samſon non inchoaverit, ſed quia populus non fuit cooperatus, ait Abulenſis. *Quando Samſon pugnabat contra Philiſthinos, non rebellabant Iſraëlitæ Philiſthinis ad non ſolvendum aliquid, vel ad hoc quod tollerent eis aliquid de ſervitute; alioquin rebellâſſent penitus; ſed ipſi adjuvabant Philiſthinos contra Samſonem: nam cùm cremavit vineas Philiſthinorum, & fugit, ipſi Iſraëlitæ duxerunt eum vinctum, & tradiderunt manibus Philiſthinorum.* Judic. 13. v. 5. Ibid. quæſt. 10. Quæſt. 20.

53. Eatenus è ſuis Iſraëlitæ non emerſerunt calamitatibus, non quia Samſon partes non egerit ſuas, ſed quia ipſi ſibimet defuerint, & libertate donari detrectârunt, cùm libertatis aſſertorem vinctum tradiderint Philiſthinis hoſtibus: ſatagebat Samſon Philiſthæos vincere, & nitebantur Iſraëlitæ Samſonem vincire: proinde erant ſibi impedimento, ne Samſon eos è vinculis liberaret ſervitutis. Tametſi calamitatibus obruatur homo, miſerijs angatur, ærumnis prematur, vult Deus eum eripere, dummodo in ſpem homo ſe erigat, ſuámque in Deo fiduciam collocet, quam in hominibus exareſcere novit: unde quòd à calamitatibus, quibus premitur, non emergat homo, id neceſſe eſt, ſibi imputet. Expendens Origines illud, ubi Deus ſententiam proferens in juſtos, & pravos ait: *Diſcedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus eſt Diabolo, & Angelis ejus.* Juſtis autem dixit: *Venite benedicti patris mei, poſſidete paratum* Matth. 52.

ratum vobis regnum à conſtitutione mundi. Ssd ſi id æquitas Judicis exigit, ut adæquè plectantur mali, & remunerentur juſti, cur flammis tradendos à patre malsdictos non dixit, ſed ſimpliciter eos igni gehennali addixit, qui paratus eſt diabolo, & Angslis ejus; cùm tamen juſtos æternis gaudijs addicendos benedictos patris vocaverit? *Venite Benedicti patris mei.* Quòd ſi petamœnus eſt juſtis hortus adaptatus, cur improbis horrendus non eſt locus præparatus? Hanc difficultatem ſoluturus Origines reſpondet. In Matth. ad rem noſtram: *Benedictionis quidem Miniſtrator eſt pater, maledictionis autem unusquiſque ſibi eſt auctor, qui maledictione digna operatus eſt:* Eſt quiſque ſuæ calamitatis faber, & propriæ author miſeriæ, à qua ideo non ſmergit; quia mentem neſcit erigere, nec in Dso ſpersre: ſe ipſum negligit, quicunque ſuam in Deo fiduciam non collocat, quia non ſatagit, cultu virtutum, ac pietatis ſtudio ſe ipſum juvate.

Homil. 24.

54. Genij duo cœleſtes Sodomam proficiſcenti Lotho ſe ſocios adjunxère; cúmque urbem fuiſſent ingreſſi à Lotho, non ſolùm invitantur, ſed humaniſſimè ad ſuam etiam pertrahuntut domum, quibus ad lautiorem refectionem cœnam apparavit, & prolixiùs jutis hoſpitalitatis officia præſtitit. Verùm cœnatos jam Angelos (ſi verè cœnare ſpiritus potuêre) Sodomorum affluxus à Lotho juvenes illos produci poſtulavit: recuſavit Lothus populi annuere votis. Qui tamen acriter ipſum affligunt additis etiam ad verbotum convicia minis: ſed Genij cœleſtes tspentina cæcitate civium multârunt inſolentiam, repreſſerunt audaciam, compeſcuerunt perulantiam: Lothúmque ſuerunt hortati, ut ex urbe ſe cum ſuis ſtatim proriperet. Cúmq; ſegnis eſſet in colligenda ſupellectili, vaſiſque aſportandis, & fortaſſis etiam ſuper utbis interitu hæſitâſſet: inſteterunt Angeli, qui Lothum cum conjuge, & filiabus geminis cunctantem extra mœnia educunt, ſerióque vetant, ne ullo ſubſiſterent loco, nec minùs retroſpicerent. *Cogebant eum Angeli dicentes: ſurge, tolle uxorem tuam, & duas filias, quas habes, ne & tu pariter pereas in ſcelere civitatis.* Adhortationum ſtimulis incitatus oculos adhuc avertebat, ne retroſpiceret. *Eduxerunt eum, & poſuerunt extra civitatem, ibíque locuti ſunt ad eum dicentes: Salva animam tuam, noli reſpicere poſt tergum, nec ſtes in omni circa Regione, ſed in monte ſalvum te fac.* Audivit Lothus, quo loco oporteat ſalvari, ſed inſtetit, ut ſibi liceret confugere ad civitatulam: ajebat enim: *Salvabor in ea.* Annuerunt poſtulantis voto Angeli, ſed cùm ad civitatem tenderent, uxor Lothi, vel non æquè memor mandari, vel curioſitate illecta audiens terræ fragores, cœlíque ſtrepitus retroſpexit ad civitatem, & ut erat reflexa cervice, momento temporis in ſtatuam ſalis vertitur, ut fatuæ curioſitatis perpetuum probrum ſimul & ſapiens monumentum ſtaret. Id ſanè mirum, quod plures referunt eodem ſemper veſtigio, quo ſe circumegit aſpectu, defixum mulieris ſimulacrum cum brachijs, humeris, capite, totóque reliqui corporis trunco defluentíſque talorum tenus veſtis habitu poſt viginti, ac plurium ſæculorum circumvolutionem perſtitiſſe, ut narrat Piſellius. Obſervat Lippomanus, Lothum ſibi pertinaciter periculum petjiſſe, cum à Deo monitus fuiſſet, & honeſta coactione à periculo etiam liberatus: nimirum Deus illi aſylum deſignavit in monte, ſed ipſe aliò iter deflexit, & ideo uxorem amiſſam deflevit, ait Lippomanus. *Juſſus montem conſcendere elegit civitatulam: ideo uxorem perdidit.*

Geneſ. 19, 15.

Decad 1. ruin. illu f.

55. Fuit Lothus ſui ſaber infortunij, ſuæque author infelicitatis, cum monitis non obtemperans cœleſtibus aliò voluerit iter deflectere, ſi enim ſuam in Numine fiduciam firmiùs locâſſet, & ſpem in ipſum direxiſſet ſuam, ac montem ſibi præoſtenſum, ſibi ſore aſylum crediſiſſet, nec in illa ſe pericula injeciſſet, nec mulierem amiſiſſet: ſed quia ſpe defecit, ſibíque magìs, quàm Dei Nuntijs fidit, uxore viduatus, fabrum ſe ptoprij infortunij effecit: niſi ſpe in Deum ſe muniat quisquis imminentia verſatur inter pericula, facilè perit; & qui ſibi fidit in ſcopulos illidens naufragus mergitur.

§. VII.

Spes in Deo fixa cynoſura eſt cœlo affixa, æternæ malaciæ portum præſignans: eſt gubernaculum, quo jactata fluctibus noſtræ vitæ cimbula ſcopulos declinat, & naufragia fugit.

56. IN hujus vitæ pelago jactamur fluctibus; & quamvis ſperemus ad portum pervenire æternæ beatitatis; quia tamen Euri, Notíque perflant improborum affectuum, quibus in transverſum propellimur, ac in Scyllas, Charibdéſque trahimur, neceſsè eſt, oculum ſpei in cœleſtem dirigamus cynoſuram, dicamúſque fidentiſſimè; aderit nobis periclitantibus opitulaturus Deus; ſi noſtra in eo fiducia erit, ac fixa hærebit: tametſi plures ſint moleſtiæ, quæ hominum animos divexant; plura immineant pericula, quæ lugubre minantur exitium; plures oriantur anguſtiæ, quæ hominis cor premunt; ac pleráque emergant adverſa, quæ urgentiſſimis curis homines diſtorquent; inter confuſos tamen novercantis fortunæ turbines, ac voraces intumeſcentis procellæ vortices, eſt ſpes in Deo fixa ſplendens cynoſura,

ſura, quâ ad æternæ portum malaciæ ducimur: gubernaculum, quo fluctibus jactata vitæ noſtræ navis ſcopulos declinat, ac naufragia ſugit; prælucens ſax ſæculi inter caligines recta præſignans itinera; ac teſſera, quâ contra adverſarios confligimus.

57. Licèt nos conſcientia mordeat, flagitiorum recordatio turbet, & patrata ſcelera contra nos clament, nec digni ſimus, ut Deum experiamur opitulantem, quem habuimus offenſum; ſi tamen ſpei noſtræ anchoram in pelago Divinæ pietatis, ac clementiæ projecerimus; & nunquam ſperare deſiverimus in Dei infinita miſericordia, quam Divina Bonitas ab hominibus non ſubtrahit ;etiam perditiſſimis; pericula declinabimus æterni naufragij, portúmque appellemus cœleſtia malaciæ, ac æternæ tranquillitatis. Is ſperat, qui de ſe difidens, chriſti duntaxat meritis nititur, in Chriſti effuſo in pretium redemptionis noſtræ ſanguine, veluti in pelago amoris ſe projicit: in hoc mari nemo naufragus perit, ſed faventibus divinæ gratiæ auris tutus enavigat, fluctúſque hujus procelloſæ vitæ eludit, & citra damnum trajicit: mors Chriſti etiam mortuos ipſos jubet vitam ſperare; hinc
Cap. 13. v. 15. Job ajebat: *etiam ſi occiderit me; ego tamen in Domino ſperabo*, ac ſi diceret, quamvis Deus ſic mecum agat, ut deſertus, rejectus, penitus derelictus, ac omni deſtitutus gratiâ videar: ego tamen in Domino ſperabo: hac eadem ſpe fretus David hoſtium ridebat minas; adverſis perinde ac proſperis eadem obviabat fronte ſerena.
Pſalm. 26. v. 3. *Si conſiſtant adverſum me caſtra; ſi exurgat adverſum me prælium*, hoc eſt, ſi totus in me rueret exercitus; ſi totus contra me inſurgeret infernus, ſi in me ſævirent tartareæ omnes legiones, adhuc tamen in Domino ſperarem; nec ſpes mea me unquam fallet; neque ulla tam ingens mihi calamitas poterit obtingere, quæ potis ſit hanc mihi ſpem eripere: *In Deo ſperavi*, ajebat David Pſal. 55. v. 12. *non timebo, quid faciat mihi homo.* Solet interdum Deus permittere, ut miſeriarum nos fluctus obruant, calamitates premant, adverſa exagitent, & procella ærumnarum nos veluti ſepeliat fluctibus involutos adverſitatum, adeo ut ſpes nulla videatur illucere emergendi; & ſola mors, ac deſperatio oculis obverſentur; ut inde conjiciamus, quantæ ſit ſpes efficaciæ, quam ſi tunc in ſe quis excitet, ac in Deo figat, indubiè eluctatur; & poſt extrema naufragia, adhuc è profundo emergit miſeriarum, & ſalvus enatat; portúmque appellit cœleſtis patriæ.

58. Olim Angelorum duntaxat cœtibus videbantur cœli patere; ſed nunc poſt effuſum in terris Chriſti ſanguinem apperitur etiam peccantibus, ſi ſuam in Deo ſpem dirigant., & reſipiſcant. Loqnens Regius Propheta de cœli pulchritudine, quæ Creatoris tot diſertis linguis, quot in ipſo ſplendent ſydera, nos edocet ſapientiam; ait, Deum cœlum extendere, perinde ac pellem aquis madentem, quæ manu diſtenta ampliationem ſubit. *Extendens cœlum ſicut pellem:* nimirum complicatum erat cœlum ante Chriſti adventum, ac proinde anguſtus, ac arctus ad ipſum acceſſus; ſed nunc Chriſti ſanguis, quo terra maduit, illud laxavit ſicut pellem, ut non ſolùm innocentes; verùm etiam ſceleſtos caperet, ſi præconcepta ſpe ſalutis obtinendæ per Chriſti merita, verè reſipiſcerent: extendit cœlum ſicut pellem, quatenus lege irrevocabili ſancit, ut non ab Angelis tantùm, ac innocentibus, ſed etiam ab innumeris poſſideatur peccatoribus, latronibus, publicanis, meretricibus reſipiſcentibus; ſcitè Caſſiodorus: *Bene dicitur Dominus cœlum extendere, ubi meretrices, & publicanos ad ipſum conſtat admitti: nam cum ſint per juſtitiam cœli juſtorum, facti ſunt gratiæ largitate peccantium.*

Arcti, ac veluti complicati erant olim 59.
cœli, cum à cœleſtibus duntaxat poſſiderentur ſpiritibus, ac viris pietatis ſtudio, ac innocentiæ culturâ illuſtribus; ſed ſanguis Chriſti, quem in cruce largè effudit, eos extendit ſicut pellem, ut ſperarent etiam improbi, ſi verè reſipiſcerent; id præſtitit Manaſſes, qui poſt plures annos inter ſcelera exactos, ſpe demum, ac ſubmiſſione catenas rupit, ac noxas delevit. Fuit Manaſſes Ezechiæ filius, ſucceſſit in regno Judæ pientiſſimo patri improbus filius, cujus vita nonniſi vitia fovit, quibus indulgere volupè tantùm ei fuit: ſiquidem ſimulacrorum fuit inſtaurator, deorúmque fictilium adorator, quibus & thura adolevit, & victimas ſacravit; cultúmque vero Numini debitum delevit: publicam enim religionem corrupit; prophetas interfecit, & ſacra omnia ſus déque evertit; ſomniorum obſervator fuit, auguriorum ſectator, artiúmque maleficarum diſcipulus ſimul & magiſter; tyrannus, & homicida, qui Jeroſolymam cæſorum innocentium cruore opplevit, & cruentâ clade funeſtavit; adeò ut ſcelera omnia, quæ cæteri regum ad id uſque temporis ſeorſim patraverant ſinguli, omnia ſimul unus Manaſſes congeſſerit, ac per omnia abſolutam Patris exhibuerit antitheſin. Etenim Ezechias initio regni ſui non primùm cœpit ſceptrum tractare Iſraëlis, quàm animum occupare in medijs inveniendis religioni promovendæ, cultúique veri Numinis inſtaurando opportunioribus: quidquid enim in Divino cultu violatum erat ſumma religione ſtuduit reparare, ac priſtino reſtituere ſplendori. Manaſſes verò, 60.
quæ Pater circa pietatis ſtudia, & religionis incrementa, diviníque cultûs decora ſtabiliverat, contumelioſè peſſundedit, & pietatis ſtudia, cultúmque religionis abegit; Ezechias virtutum addictus culturæ ad ſtudia

pie-

pietatis exemplo fortiùs, quàm verbo alios illexit; Manaſſes vitiorum cœno fœdatus, quos ad ſuum pertraxit conſortium, eodem luto infecit. Ille errotum tenebris involutns ad veræ religionis lncem perduxit; iſte cultui addictos veri Numinis corrupit, à vera religione avocavit, & ad falſa colenda Numina vocavit, ac avitæ pietatis cultores ad impietatem attraxit. Ille vana, ac profana Idolorum ſimulacra à veri Numinis templo ſuſtulit; iſte verò idola, ac nefandum eorundem cultum in templum intulit. Ille ſacrilegos lucns, ſcelerúmque aſyla excidit, ſolóque æquavit; ſed iſte iterum inſtauravit, ac reſtituit, quò haberent ſcelera, ubi impunè graſſarentur. Ille veri Numinis ſacerdotes, Levitas, ac alios templi miniſtros accerſivit, ut templo inſervirent, ſuóque fungerentur officio in divini cultus miniſtero: iſte ſacerdotes proſcripſit, ac veræ religionis miniſtros è templo ejecit, quibus idolorum ſubrogavit ſacrificulos. Ille Hariolos, Magóſque toto regno eliminavit, ne vana ſuperſtitione teligio contaminaretur; iſte eos accivit, ſuiſque familiaribus, ac domeſticis adjunxit. Ille Iſaiam Prophetam, & reliquos Vates, ac miniſtros divino veri Numinis cultoi addictos veluti Dei Interpretes, conſciósque arcanorum, ac prodigiorum effectores pia fuit venetatione proſecutus: iſte Iſaiam plurima jam canitie venerandum, ſanguine ſibi proximum multiplici plaga malè mulctavit, & acerbiſſimo cruciatûs genere enecavic, mediúmque crudeli ſetra diſecuit, & in Numinis Vates gehennali veluti furore percitus deſævjit. Ille fuſis æquè ptecibus, ac profuſis lachrymis hæredem marem à Deo impetravit; iſte proprium filium ritn execrabili igne luſtratum Dœmonibus conſecravit. Ille fuſis precibus Deum flexit in ſua vota; iſte malis artibus Dœmonem Executorem habuit flagitiorum. Ille Deum per Prnphetas, & ſacerdotes conſuluit; iſte tartareos ſpiritus nefandis incantationibus, & maleficijs ſolicitavit. Ille ſibi obſequentem habuit ſolem, & cum ſole ſydera reliqua, quia rerum omnium Creatori Deo inſerviebat: iſte in contumeliam Dei ſyderum Conditoris, divinum cultum ſoli, & lunæ, reliquíſque ſyderibus exhibuit. Ille humili ſupplicatione juſtè iratum Deum nocentibus, ac ſcelerum reis reconcilianit; iſte innocentum ſangnine Hjeroſolymam opplevit, ac cruenta plaga inundavit. Ille divinitùs de hoſte fortiſſimo profligato, ac proſtrato inſignem detulit victoriam, & quidem absque proprij ſanguinis, vel ſudoris effuſione; iſte ulciſcente Numine ab hoſte victus, ac captus, catenſſque vinctus in tetrum, ſqualidúmque carcerem Babylnnicum abripitur, adeò ut vita Manaſſis filij antitheton fuerit Ezechiæ patris.

61. Verùm licèt Manaſſes tot fuerit ſceleribus gravatus, tot flagitijs, ac vitijs fœdatus: quia tamen de Numinis licèt à ſe pluries offenſi clementia non deſperaverit, ſed in ejus ſperaverit pietate, quâ ſolet peccatores reſipiſcentes, licèt multiplicis, ac enormiſſimi ſceleris rens propitio aſpicere oculo; hac ſpe fretus catenas rupit, & noxas delevit. Vix ſeptennium exegerat in Regno, cum Babylonij apertâ jam per Achazem januâ libero pede in Paleſtinam excurrerent; Manaſſem vitijs indulgentem, ac ſocordem ceperunt, vinctúmque catenis, ac compedibus Babylonem pertraxerunt, tetróque mancipârunt carceri, ceu quem vitia, ac ſcelera jam antea multiplici conſtrictum vinculo poſſederant. Sed felix eidem extitit calamitas illa: ab hoſte captus, & in carcerem detruſus ibi mentem acquiſivit, ubi libertatem amiſit: tetra obſcuri carceris circumfuſus caligine beneficio lucis cœlitùs dilapſæ ſcelera vidit, quæ patraverat, ſimúlque Dei clementiam, quæ hactenus divinam detinuerat juſtitiam, ne promeritas daret ipſe pœnas; cœpitque propterea ſpem cnncipere veniæ, ſi ex corde reſipiſceret, ſi acerrimo cordis dolore pœnitens ingemiſceret, ſi fuſis lachrymis accenſam Numinis iram extingueret, & per veram pœnitentiam ſordes detergeret peccatorum, crimina fletu deleret, manúſque ablueret, quæ crnenta innocentum cæde urbem funeſtaverat Solymæam. Hinc in carcere detruſus ſervili compede vinctns reſipiſcens cœpit unà cum precibus lachrymas fundere, & crebra emittere ſuſpitia, oſculari ferrea vincula, carceris commendare ſqualorem, ut ſuorum ſcelerum leviſſimas pœnas: non deſtitit pectus tundere, ſéque deteſtabilem æterno vindici accuſare, & voce lamentabili Numinis invocare pietatem, ac miſericordiam inclamare; ac fateri totam ſpem ſuam locatam eſſe in ſola Numinis clementia, quæ hactenus impedivit, ne juſtitia ea exigeret ſupplicia, quæ tot à ſe patrata ſcelera promeruerant. Fatebatur teterrimorum ennrmitate flagitiorum diras omnes in ſuum provocâſſe caput, ſéque mille fulminum jactibus reddidiſſe obnoxium; ſed quia nnverat etiam ſperantes in Deo, non confundi, fategit precibus & lachrymis Deum ad pietatem amolliri, ac inflectere.

Quid ni ſperavit Manâſſes carceri intruſus, ac mancipatus; & in libertatem aſſeritur, ac ſolio ſuo regio reſtituitur: vicerunt enim pœnitentis lachrymæ, & ſperantis deſideria ſceletum atrocitates; catenas rupit, & noxas delevit ſpes præconcepta de Numinis clementia: cæſo enim exercitu cum Duce Holopherne refloruit res Jndaica; & Manaſſes alius à ſe ipſo, regali ſuo fuit throno reſtitutus: & ne quidquam deeſſet ad veram reſipiſcentiam, & victoriam ſe ipſum debellaturus cœpit illico, quæ deſtruxerat ædificare, & quæ antea ædificaverat 62.

de-

Deſtruere, lucos excindere, idola exterminare, idolorum Fana evertere, nefarias aras ſolo æquare; Numinis cultum inſtaurare, ſacrificia inſtituere, patrata flagitia, virtutum exercitio corrigere, & per ſtudia pietatis, quæ impiè geſſerat abolere; adeo ut recuperato Regno felix, pius, potens, ac ætate provectus deceſſerit è vita in ſpem reductus æternæ felicitatis. Spes, & reſipiſcentia Manaſſem throno reſtituerunt, à quo flagitia excuſſerant. *Poſtquam coangustatus eſt, oravit Dominum Deum ſuum: & egit pænitentiam valdè coram Deo Patrum ſuorum.* Paral. 33.

63. Tunc Manaſſes vera cœpit luce illuſtrari, cùm in carcere tetra fuit caligine circumfuſus; tunc cœpit ad veram ſurgere felicitatem, cùm victus, & vinctus cecidit in hoſtiles manus. De grege ſuili fertur, nunquam hæc animalia cœlum aſpicere, niſi ſupinè proſtrata; neque Manaſſes ſurſum oculos mentis erexit, priusquam in profundum carceris eſſet dejectus: nec antea propria vidit ſcelera, quàm ſqualentibus eſſet tetri carceris caliginibus obrutus; tunc cœpit, & mentem in Deum, quem offenderat, erigere, ac in ejus ſperare clementia, & ex corde reſipiſcere: non enim Manaſſes priùs ſperavit, ac reſipuit, quàm ferro vinctus in carcere detineretur abjectus. Sunt ex frugiferis arboribus quædam adeò ſuorum fructuum tenaces, ut non facilè eos alijs donent, imò nonniſi baculis percuſſæ ijs privantur, cujuſmodi ſunt quercus, amigdalæ, nuces: ſunt etiam plerumque inter homines, à quibus nil fructuum impetretur, niſi fuſtibus concutiantur, niſi ærumnis pulſentur: Deus Manaſſem excuſſit, ut tandem aliquem inciperet fructum boni operis dare: ajebat David: *Bonum mihi Domine, quia humiliâſti me*, & hoc idem potuit Manaſſes Pſalm. 118. repetere: tunc enim ſurrexit, cùm in manus cecidit hoſtiles; tunc vicit pervicaciam, cùm vinctus detinebatur in carcere: tunc cœpit ſperare in Numinis clementia, cùm de hominum ope deſperavit: multiplici compede vinctus *diſſolvit colligationes impietatis.* Lachrymis madidus contractas Iſaie 58. flagitiorum abſterſit maculas.

Plures ante Manaſſem in Regio ſederunt 64. Iſraëlis throno flagitijs, ac ſceleribus contaminati: ſed pauci, qui peccata defleverint, ſéque jejunijs, & corporis afflictionibus maceraverint: Achabus veſtes ſcidit, patrata ſcelera deflevit, ſed aruêre ſtatim lachrymæ, & dolor ipſe illicò evanuit: quia perfecta non fuit hæc reſipiſcentia, nec profecta ex ſpe, & fiducia in Numinis clementia, ſed ex timore ſervili: proinde fuerunt poſteriora prioribus deteriora. Pœnitentia tunc ſuas exerit vires, fructúsque depromit, cùm ſpe fulcitur, quâ reſipiſcens ſuam in Deo fiduciam dirigit, & de hac reſipiſcentia loquens Cyprianus, exclamat. *O pœnitentia quid de te non referam! omnia ligata* De laud. pœnitent. *tu ſolvis, omnia clauſa tu reſeras, omnia adverſa tu mitigas, omnia contrita tu ſanas, omnia confuſa tu lucidas, omnia deſperata tu animas.* Lachrymas, quas ipſa elicit roſcidum diceres imbrem è cœlo pluvium ad uberrimam ablactandam gloriæ ſegetem, & dum ipſa dolet, cœlum gaudet; dum luget, exhilaratur. Quòd ſi ſpes Manaſſem è carcere liberavit, ejus catenas diſrupit, & Regio reſtituit throno; etiam eadem ſpes mulieris Chananeæ imperterritam filiam imperio cacodæmonis detraxit, & Magdalenæ noxarum omnium veniam impetravit: hinc Eccleſiaſticus cap. 2, v. 11. ait: *Reſpicite filij nationes hominum, quia nullus ſperavit in Domino, & confuſus eſt:* quapropter David, tametſi peccâſſet, ſpe tamen fretus, ac ſuam Pſal. 30. v. 1. in Deo fiduciam collocans ajebat. *In te Domine ſperavi, non confundar in æternum.*

DISSERTATIO XIII.

Quæ de ſummo bono ſpes concipitur, ſperantem corroborat, firmâ'que in ſtudio virtutum, & ad perennem perducit felicitatem.

§. I.

Spes Deo innixa præſentes calamitates lenit, & futura gaudia ſpondet: mentis caligines excutit, & animum exhilarat: fluxa contemnit, & perennia poſſidet.

1. PLurimum ſecum adfert utilitatis ſpes, quæ de ſummo bono ritè concipitur, cùm non ſinat ſperantes confundi: hanc qui non poſſidet, habere ſtudeat, ſtringat, ac teneat: neque abire eam pro ullo ſinat eventu; ſuáſque illi ſorores fidem, & charitatem jungat, hæc enim vera eſt ſpes, quæ nunquam ſperantem fallit, nec futili aura alit, ſed corroborat, firmátque in ſtudio virtutum, quarum beneficio ad æternam felicitatem ſperantes perducit: etenim ſine ſpe reliquæ torpent virtutes, quapropter ut ſcitè ait Zeno Veronenſis. *Primò omnium ſpes nobis proponenda eſt futurorum, ſine qua nec præſentia quidem ipſa ſtare poſſe perſpicimus. Tolle ſpem, & torpet humanitas tota: tolle ſpem, & artes, ac virtutes univerſæ ceſſabunt: tolle ſpem, & interempta ſunt omnia.* Eſt ſiquidem ſpes vigor animi, robur corporis, virium inſtauratio, virtutum flos: eſt ſpes, quæ mentis caligines excutit, animum exhilarat, frontem ſerenat, & hominem homini reſtituit: eſt ſpes quæ calamitates lenit, & lætiora ſpondet, præſentem emollit dolorem, & futuram animo exhibet felicitatem: ſicut aſtrorum cœleſtium motus cerulea fluctuum volumina trajicientibus, ac longè, latèque diffuſos maris tractus enavigantibus ſunt pro teſſera; & cynoſura marina præſignat itinera: ita ſpes contra internos, externóſque tumultus medellam affert, & contra exagitatæ mentis moleſtias præſentiſſimum eſt pharmacum, ac triſtitiæ levamentum, quod cum Senecæ innoteſceret, dixit. *Spes eſt ultimum adverſarum rerum ſolatium.*

Serm. de ſpe, & fide.

Lib. 1. declamat.

2. Hinc viri ſtudio addicti virtutum cum denſioribus videntur obrui calamitatum caliginibus ſerenam divini ſolatij ſperant lucem; neque triſtiſſimam verentur ærumnarum noctem, ſperantes nitido fulgere cœleſtis luminis ſplendore, ac æternæ lucis frui uſura, ut Job inquiens: *Rurſus poſt tenebras ſpero lucem.* Non tamen omnis ſpes calamitates imminuit, & ærumnas abigit, ſed ea tantùm, quæ ſuas in Deo radices figit, quia hæc ſola eſt ſpes vera, quâ ſperantes felicitate donantur, pulchrè D. Bernardus. *Ut quid enim ſi hæc ſapimus, ut quid enuctamur abjicere omninò ſpes miſeras, vanas, inutiles, seductorias; & huic uni tam ſolidæ, tam perfectæ, tam beatæ ſpei tota devotione animi, toto fervore ſpiritûs inhærere?* Eſt mundus ſpebus quidem oppletus, ſed miſeris, vanis, inutilibus, & seductorijs. Thales Philoſophus rectè cenſuit, cùm res hominibus communes recenſuit, nil ſpe eſſe communius, cum hanc etiam illi poſſideant, qui nihil poſſident. Verùm quia mundi ſpes fallax eſt, & vana, eam Plato ſomnium edixit vigilantium.

Cap. 17. v. 12.

In Pſal. 90. Serm. 9.

3. Sunt ſpes hominum, ſi ſuas extra Deum radices agant, inanes, larvatæ, temerariæ, fucatæ, & ut dixit Plato ſomnia vigilantium; plura ſpondent, & nihil exhibent, maxima promittunt, & miſerè decipiunt, rectè D. Auguſtinus. *Nihil tam inimicum ſpei, quàm retroſpicere: id eſt, in eis rebus, quæ præterlabuntur, & tranſeunt, ſpem ponere, ſed in his, quæ nondum datæ ſunt, ſed dandæ quandóque, quæ nunquam tranſibunt. Quando autem ſcatet tentationibus mundus, velut pluvia Sodomæ ſulphurea; metuendum eſt exemplum uxoris Loth: retrò enim reſpexit, & ubi*

Tom. 10. Serm. 29. in Matth.

re-

reſpexit, ibi remanſit. In ſalem converſa eſt, ut prudentes condiret exemplo. Carthaginenſium Dux Amilchar cum pertinaci cinxiſſet Syracuſas obſidione noctе intempeſta ſomniavit, vocem audiviſſe nuntiantem futurum, ut poſtera die eſſet in urbe illa cœnaturus. Expergefactus, ac lætus perinde ac ſi Deus ſpopondiſſet victoriam, ac urbem jam feciſſet ſui juris, pugnæ apparavit exercitum: in quo tamen Siculos inter & Pœnos ortis diſſidijs Syracuſani ſubita eruptione hoſtium caſtra occupârunt, captúmque Ducem Amilcharem intra urbis mœnia vinctum pertraxêre: & Dux ſpe magis, quàm ſomno deceptus cœnavit quidem poſtera die Syracuſis, non tamen ut victor, ſed ut victus, & vinctus! quàm inanes, ac futiles ſpes hominum! quæ verò in ſolo Deo ſpes evireſcit, calamitates abigit, non acceſſit, infortunia excutit, non evocat, ærumnas diſpellit, & verum cordis ſolatium ingerit, ídque cauſæ, cur D. Gregorius nobis ſuadeat, ut in ſolo Deo ſpem noſtram collocemus, ait ipſe: *In nullo hominum ſpem ponatis, ſed totam mentem in fiducia Dei Omnipotentis adſtringite.*

Lib. 7. in dist. epiſt. 71.

4 Id enim intereſt diſcriminis inter ſpem, quæ humanis nititur auxilijs, & quæ ſoli Deo innititur; illa enim eſt ærumnarum ferax radix, hæc veri ſolatij pellucidus fons; illa calamitates ſecum trahit; hæc ad veram perducit felicitatem; illa lachrymas elicit, hæc gaudium excitat; illa adverſitatem acerſit, hæc arridentem fovet proſperitatem: unde opportunum contra calamitatem ſperabatur ſubſidium inter homines, perſæpe nonniſi incrementa incurruntur adverſitatum; ſecus verò ſpes, quæ à ſolo Deo ſuppetias anhelat uberem rei ſperatæ, ac gaudiorum colligit ſegetem: imo adeò firmo innititur fulcro, quæ ad Deum ſpes dirigitur, ut licèt ſperans per lubrica vitiorum delabatur itinera, non tamen ſpes cadit: perſæpe enim, quod merita impediunt poſcentis, honor dantis conſulit elargiri; quaſi non rectè divino foret honori conſultum, ſi ſupplex ſperans ſubſidio deſtitueretur ſperato.

5 Quòd ſi ſpes, quæ Deo nititur, ſperantem non ſinit ſolatio rei ſperatæ deſtitutum: non ita quæ hominum auxilio ſpes nititur; hæc ærumnas adauget, & calamitates congerit. Hujus veritatis teſtem huc acceſſitum volo prodigum illum in Evangelio filium, qui cupiebat proprijs indulgere concupiſcentijs, ac libertate gaudere vivendi procul à paterna domo, ne parentis oculos experiretur veluti injecta ſibi frœna, quibus pronam coërceret ad voluptatum illecebras pruritantem concupiſcentiam. Congeſſerat Pater divitias, résque domeſticas aucto cumulaverat incremento, pinguem filijs relicturus hæreditatem, & gloriam aucturus; ſed quæ acervatæ divitiæ plurimum potuiſſent ſplendoris filijs adferre; cùm à natu minore cœpit earundem para abligurriri; ac diſſipari cùm meretricibus, ignominiã invexit, ac dedecus: conſulente ætatis ardore; ac illiciente voluptatis illecebrâ hæreditatis portionem ſibi dari querulus adoleſcentior filius à patre popoſcit: ſed aurum accepit, non ut ejus nitore ſplendeſceret, ſed ut ejus pretio ignominiam ſibi coëmeret; & in ejus fulgore ediſceret erubeſcere, non cum illud poſſideret, ſed poſtquam abligurivit: aufugit igitur, ſecum in auro ſalacitatis devehens fomentum, in exteram Regionem à domeſticis perquàm diſſitam parietibus; non tam verecundiæ conſilio, quàm luxuriandi deſiderio: ſed cùm obſcœnis avidiùs voluptatum inhiat illecebris; & divitijs ſenſuum indulget delicijs, pretium dedecoris paternæ domûs conſtituens gazas, ingruentibus illicò obruitur miſerijs; & vix melleas guſtavit mundanæ voluptatis dulcedines; cum felleas adactus eſt ærumnarum experiri amaritudines: valida ſiquidem fames ita cœpit præcordia adurere, viſcera mordere, ac ſtomachum dilacerare, ut ex herili honore, ac dominatu in domo paterna, neceſſum ei fuerit in vernularum redigi cenſum. *Facta eſt fames valida in Regione illa, & ipſe cœpit egere.* Luc. 15. v. 14.

6 Speraverat in mundi delicijs, voluptatúmque illecebris ſolatio perfundi, animum exhilarare, & per concupiſcentiæ indulgentiam vera potiri felicitate. Sed ſpes mundi innixa delicijs miſerum ſefellit, & non ſolùm vitiis involvit, ſed & fame torſit, & probro deturpavit miſeræ egeſtatis; *facta eſt fames valida in regione illa, & ipſe cœpit egere.* Hiſce calamitatum ulceribus aliquam allaturus medelam, cuidam Regionis illius adhæſit divitijs affluenti: ait enim textus: *Abijt, & adhæſit uni civium Regionis illius:* à quo tamen non domi excipitur, ſed in villam mittitur, lucis refuga, & ab omni jam gaudio exul, quia ibi ſuiles inter greges, non ſolùm egere perſeveravit, ſed & fame urgentiori diſcruciari, & quaſi emori: ajebat enim. *Ego hìc fame pereo,* qui enim luridè vixerat, non poterat niſi porcis præfici, ut qui mundi delicias ad ſatietatem guſtaverat, ne ſiliquis poſſet exſaturari: ſuam improvidus adoleſcens ſpem totam in mundi poſuerat voluptatibus aliquid inde veri ſolatij percepturus, ſed ſpes humanis innixa delicijs ipſum fefellit; ſolatia ipſi promiſerat, & ærumnas exhibuit; melleam ſpoponderat dulcedinem, & mellis propinavit amaritudinem; dum delicijs autumabat diffluere, ibi vitijs coinquinatus, & ab homine degener porcis adſciſcitur, ut qui cœno adhæſerat vitiorum, brutis adhæreſceret, quibus volupe eſt in cœno volutari: famem, quâ torquebatur levaturus jugo ſe addicit fœdæ ſervitutis; & hero concreditus diviti non ſolùm

lùm famem à ſe non abigit, ſed acriùs incipit ſame urgeri, ac quaſi emori: *Ego hic fame pereo.* Sed ſi malè providus adoleſcens civi, heróque diviti adhæſit, certè ob id ut propriæ ſuccurreret indigentiæ, ac torquentem famem à ſe abigeret: hæc fuit ſpes in hero affluente divitijs directa, ut à miſerijs ſe eriperet, ſed tunc infelix deſipuit, cùm in hominibus ſperavit: antequam civi adhæreret, cœperat quidem egere, non tamen adeò ſame urgeri, ac discruciari, ut viribus deſtitueretur, ac ſame periret; cùm primùm verò ſpem ſuam in homine poſuit, duriùs ſibi jugum impoſuit, ac incrementa accivit calamitatum, adhæſit homini, à quo ſolatium ſperavit, & de ipſa ſpe damnum adauxit, ac miſerias accerſivit deteriores, ait enim S. Petrus Chryſologus. *Sic invenit, qui ſe negat Patri, qui ſe committit extraneo, ut ſentiat ſeverum Judicem, qui fugit indulgentiſſimum proviſorem.* Et paucis interjectis ſubdit. *Quàm crudele miniſterium, quia neque convivit porcis, qui vivit porcis: miſer qui porcorum deficit, & eſurit in ſaginam.*

Serm. de filio prodigo.

7. Convivere porcis meruit, qui in cœno vitiorum, porcorum fuerat vitam æmulatus; miſer in mundi delicijs, ac voluptatum illecebris ſperavit, & tunc miſerior, cum voluptatibus adhæſit, cùm delicijs diffluxit, quia tunc quàm vana ſit, ac futilis, quæ in mundo ſpes ponitur, expertus, egere cœpit, ac ſame torqueri, cum mundi fuiſſet voluptatibus exſaturatus. Ubi verò cœpit ſurſum oculos erigere, & ſpem ſuam in Deum dirigere, tunc deſipere deſtitit, & ſolandæ ſami opportunum invenire edulium: ubi enim ſpe in patre locata dixit: *Ibo ad patrem meum*, in priſtinam domum venit, & ſolatium in paterno amplexu adinvenit; ac ſimul paratum ſibi lautum convivium, quo propriæ valuit indigentiæ conſulere, labentes vires reficere, & præ ſame abſumpta viſcera inſtaurare. Ecce quantum intereſt diſcriminis inter ſpem, quæ in mundi collocatur delicijs, ac voluptatum illecebris; & quæ ſoli Deo innititur; illa ſpondet quidem ſolatia, ſed non exhibet niſi ærumnas, & calamitates; hæc verò ſperata gaudia incrementat, & felicitatem non ſolùm adauget, ſed etiam perennat: Improvidus adoleſcens ſperavit in cive divitijs affluente, ut ſuæ conſuleret indigentiæ, famémque torquentem diſpelleret, ſed famis tunc auxit periculum, quia ſi antequam adhæreret civi ſameſcere incepit poſtquam in eo ſperavit acriores ſentijt mordentis famis dentes, quibus cœpit, & acriùs discruciari, adeò ut experiretur præ ſame deficere: *Ego hic fame pereo*, ubi enim ſubſidium ſperavit, ibi exitium invenit, quia ut ait D. Chryſologus: *Sic invenit, qui ſe committit extraneo.*

8. Ex Romano exercitu quidam adfuit miles apud Scipionem natu minorem, qui ſcutum ad omnem ſculptum elegantiam, & affabrè concinnatum, quódque crediderat, telis impenetrabile, oſtentaverat, & in quo propterea ſpem propriæ ſalutis poſuerat, cum retundendis hoſtium telis eſſet opportunè accommodatum. Cui Scipio ad te inquit, pertinet ò mi juvenis clypeus ille tam venuſtus, elegans, & affabrè factus, ut eo duntaxat glorieris? ſed ſcias, virum Romanum decere non in læva, quæ clypeum; ſed in dextra, quæ gladium gerit ſpem locatam habere; non clypeus in læva; ſed gladius in dextra militis probat virtutem, tegitur corpus etiam ſaxo, & rupe, ſitque hoſtium telis inſauciabile, non tamen in rupe militis ſita eſt fortitudo; ſaxum enim non hominis, ſed propriam prodit firmitatem. Ita dixerim, virum decet Chriſtianum non in læva rerum fluxarum, ac caducarum mundi ſpem ponere, ſed in dextra rerum æternarum: ſpes, quæ fluxis, ac mundi labentibus rebus innititur, fluit & ipſa, ac dilabitur; quæ verò ſoli Deo adhæret, firmo ſtat innixa fulcro, nec ulli ſit lapſui obnoxia; ſunt, qui vel febri æſtuantes, vel alia decumbentes ægritudine bonam ſperant valetudinem, ac prolixiores vitæ annos; ſed ſpes, quia in læva rerum caducarum poſita, eos fallit; in vita enim prolixiore diuturniorem optant carcerem, in quo velint, nolint, ærumnas plurimas experiuntur, & nonniſi miſerijs obnoxij fiunt. Spetant alij felices annorum exitus, vitæ ſolatia, ſed & iſti nonniſi dolendi, ac flendi, uberiorem exoptant materiam. Alij ſperant poſſe mundi voluptatibus indulgere, ac delicijs diffluere, ſed falluntur & iſti, quia non voluptates, ſed ærumnas; non ſolatia, ſed calamitates; non gaudium, ſed luctum; non riſum, ſed lachrymas optant: larvata enim eſt mundi lætitia, ac mentitum gaudium, quapropter monebat D. Anſelmus. *Si mundus, vel aliquid eorum, quæ ſunt in mundo, ridet tibi, noli arridere illi. Certè frater non ridet tibi, ut in fine riſus tu rideas, ſed ſimulat riſum, ut te irrideat. Eſto igitur dilectiſſime ſemper cautus, ut anticipes eum, & retorqueas fraudem ejus in eum: & cùm ille tibi ſalaciter ridet, tu veraciter irride eum.* Irrideri à nobis mundus debet, ne à mundo irrideamur; veris potiùs lachrymis fucato mundi riſui occurrendum eſt; luget enim cum mundo, qui fletu mundi riſum non eluit: ſi ad riſum mundus allicit, non gaudio vultum perfundamus, ſed lachrymis madeamus, alioquin ait Tertullianus. *Si cum ſæculo gaudemus, verendum eſt, ne cum ſæculo, & lugeamus; ſæculo autem gaudente lugeamus, & ſæculo poſtea lugente, gaudebimus.*

Lib. 1. epiſt. 8.

Lib. de ſolat. c. 1

Quòd

9. Quòd ſi in anteacta ſæcula velimus
oculos flectere, plura nobis occurrent, quæ
ſine compendio nequeant præteriri: quot-
quot ridenti mundo credidere, ac in ejus
lætitia ſpem ſuam poſuêre, deceptos tandem
ſe noverunt, ac lachrymas omnium prome-
ruerunt: diſcamus & nos à deceptis; ſi
rectam circumferimus mentem, ſperantium
in mundo deceptio, noſtra ſit eruditio, ne
ſperemus in ejus illecebris; quæ quò plus
amantur, ſævius torquent; ementito nos
riſu mundus allicit, quò veris madeamus la-
chrymis: emotæ mentis eſt falſis mundi il-
lecebris moveri, & à mundo non amoveri,
qui amicam oſtendens faciem hoſtilia nobis
infligit vulnera, Deique nos conſtituit ini-
micos, in quo ſolo ſpes locata viret, & flo-
ret: *O ſæculum nequam* exclamat D. Bernar- Epiſt. 107.
dus: *quòd ſolos tuos ſic ſoles beare amicos,
ut Dei facias inimicos*! ſperare non debe-
mus in mundo, quia ab amore Conditoris
mundi nos ſuis illecebris avocat, ſuiſque
fraudibus demulcet.

10. Sunt qui mundi commodis inhiantes
divitiarum ſperant in congeſtos cumulos, &
hi etiam falluntur, quia nonniſi ex lappis,
& tribulis prægrandem congerunt ſarcinam.
Alij in dignitatibus, ac nominis celebritate
ſpem ſuam ſitam volunt; ſed & iſti nonniſi
invidioſam miſeriam, auram inanem, pul-
verem exiguum, & umbram mendacem
peroptant. Eſt paterfamilias, qui filio, vel
filiæ honeſtas, eáſque opulentas ſperat nu-
ptias; ſed nil plerumque eſt, quod tam fa-
cilè, ac graviter fallat, quàm hilares nuptiæ,
quibus ſæpiſſimè plurium ſunt tragædia-
rum pediſſequæ. Eſt etiam qui fortaſſis ex
vetulæ uxoris proximo funere ſperet vitam
enanciſci tranquilliorem in novo thalamo:
ſed hic potiùs delirat, quàm ſperet; attrito
enim uno laqueo, quo premebatur, novo
cupit, & quidem validiori, vinciri.

§. II.

Spes in mundi ſolo exculta non-niſi vepreta producit, quibus ſperantes pungit, & cruentat: quæ autem Deo innititur vera exhibet ſolatia.

11. QUoties ſpes noſtra in mundo ponitur,
toties nos fallit, ac decipit; quæ
enim in mundo, ejúſque voluptati-
bus, divitijs, honoribus, ac viribus ſuas ſpes
radices figit, non alios fructus depromit
niſi calamitates, ærumnas, & cruentas ne-
ces: quæ verò Deo innititur victorias ex-
hibet, ac vera ſolatia: hanc veritatem ex-
Pſalm 55. v. 12. perti fuerunt Saul, & David, hic quia in
Deo ſperavit, hoſtes profligavit: *In DEO
ſperavi, non timebo, quid faciat mihi ho-
mo*: maluítque vitam aperto exponere di-
ſcrimini, quàm contumelias audire, quas
Goliathus ſacrilego ore proferebat: Saul
armis eum Regiis munivit, galeâ caput, to-
race pectus, loricâ corpus, ocreis crura,
haſtâ dextram, & impenetrabili clypeo læ-
vam; ſed David validioribus armis, ſpe ſci-
licet in Deo fretus, armorum onera ſibi à
Saule impoſita veluti ad conflictum ineun-
dum impedimenta deponit, & in Dei no- 12.
mine, ſpéque in ipſo armatus in arenam pro-
ſiliit; cúmque vidiſſet Goliathum ore tur-
cido, vultúque minaci ad ſe venientem dixit:
*Tu venis ad me cum gladio, & haſta, & cly-
peo, ego autem venio ad te in nomine Domi-* 1. Reg. 17. v 45.
ni exercituum, & eadem ſpe excuſſo è funda
lapide, quem de torrente ſelegerat, Phili-
ſthæum proſtravit, mediámque ejus fron-
tem, cui lapis hæſit fixus fregit, & educto
ex adverſarii vagina gladio devicti gigantis
caput amputavit. Vicit Goliathum David,
proſtravit gigantem adoleſcens, triumpha-
vit de armato inermis, quia non in armis re-
gijs, non in proprijs fidit viribus; ſed in ſolo
Deo ſperavit: *In te Domine ſperavi non con-* Pſalm. 30. v. 1.
fundar in æternum.

Saul verò contra Philiſthæos ſurrexit 13.
apud montes Gelboe, & quamvis ſimile ad
ſpeciem videretur etiam bellum, diſſimilis
tamen fuit belli eventus: ſiquidem David
ipſo gigantis gladio gigantem jugulavit:
Saul verò propria haſta transfoſſus periit: u-
triúſque eventus diſcrimen illud fuit, quia
David à ſolo Deo de proſtrato hoſte victoriã
ſperaverat: Saul verò proprijs viribus, &
humanis artibus fidit: cùm enim Abimele-
chum Pontificem cum octoginta quinque ſa-
cerdotibus, eò quia fugienti Davidi hoſpi-
tium dederint, cum totius Nobe urbis in-
colis trucidâſſet; ſperaverat proprijs viribus
de hoſte quocunque poſſe triumphos defer-
re: quin ad artes etiam magicas, in quibus
plurimum ſperaverat confugit, Samuelem è
tumulo excitaturus; cujus minax ſpiritus ul-
tro ſe aſpectabilem reddens poſt triduanam
cladem necem eſt interminatus: Saul ſiqui-
dem unà cum tribus filiis ab exercitu Phili-
ſthæorum cæſus ac profligatus fuit, cúmque
ſuperſtites copiæ fugæ ſe dediſſent, etiam
ipſe Saul in ipſa fuga ſpem ſalutis abjecit, &
timens ne in hoſtium inſequentium manus
incideret, à quorum ſagitis jam fuerat infli-
cto vulnere ſauciatus, conſilium ſe interfi-
ciendi concepit, & direpto è vagina gladio
in medium hunc defixit corpus; & qui ſpe
in proprijs viribus fretus ſtare victor credi-
derat; victus, ac à ſe ipſo proſtratus fœdè
cecidit, & hoſtes in promiſcua ſtrage Saulis,
ac filiorum corpora deprehenſa Regijs exue-
runt ornamentis, & eorum cadavera fœdè
truncata, ac nudata ex mœnibus urbis Betſa-
mis ſuſpenderunt.

David igitur, quia in Deo ſperavit ipſo 14.
gigantis gladio gigantem jugulavit: Saul
verò quia non in Deo, ſed in propriis fidit
viribus, ac malis artibus proprio confoſſus

gladio miſerè periit: *Arripuit itáque Saul*
1 Reg. 13 v. 4. *gladium, & irruit ſuper eum.* Saul igitur proprio gladio trucidatur, cùm David alieno ad victoriam præmuniatur; hujus diſcriminis cauſam ſi quæras, aliam non credas fuiſſe ait Baſilius Seleucienſis, niſi quia David auxilium à Deo ſperavit, ait ipſe: *Non biſce*
Orat. 15. *meis manibus; ſed divinis obarmatus ſum, tibique cum vita caput adimam:* Cùm David divino fidit auxilio victoriæ trophæa ſibi eudit. Saul verò ideo proprio interfectus gladio cecidit, quia ſperans in propriis viribus ſtare crediderat victorijs cumulandos; ſed dum proprijs armis fidit, exitium ſibi acceſſivit, ut notat Drogo inquiens:
De ſacram. domin. paſſ. *Clypeus Saul propriæ virtutis confidentia eſt, quæ non valet reſiſtere ſagitis incircumciſorum; væ autem hit, qui amiſerunt ſuſtinentiam, hoc eſt clypeum fortium: & maledictus homo, qui confidit in homine, quod eſt clypeus Saul.* Speravit Saul in proprijs viribus, ac militum copijs, ſed eadem arma, è quibus victoriam ſperaverat, & palmas amputare, nonniſi funeſtas ſibi expreſſus ſcidit, quò inde conjiciamus, ſpem in Deo locatam gloriam adferre; & in creaturis poſitam, calamitatem accerſere, & exitium.

15. Saul cùm ſpem ſuam malè collocat in proprijs viribus, non ſolùm ſperatâ fruſtratur victoriâ, verùm etiam miſerè occumbit occiſus: quamdiu de ſe diffidens in Deo ſperavit, & virtutes excoluit, ad vota ei
1 Reg. cap. 9 v. 2. fluxerunt ſperata, & tunc: *Non erat de filijs Iſrael melior illo.* & virtutes, quibus ſtuduit ab adoleſcentia, gradus ad Regnum Iſrael ei
1 Reg. 13 v. 1. conſtruxerunt: *Filius unius anni erat Saul cùm regnare cœpiſſet, duobus autem annis regnavit ſuper Iſrael:* Non quòd puer unius anni eſſet Saul, cùm inunctus fuit Rex; ſed quia ea erat præditus innocentia, ac ſi puer unius anni eſſet, ignarus cujuſvis fraudis, & faſtûs; antequam ſederet in Throno Iſraelis, ſplenduit nobiliùs virtutum nitore, quàm in Throno gemmarum ſplendore; & quia morum candorem, quem cum lacte ſuxerat in Throno poſtea fœdavit; neque in cultura virtutum, ac ſervata innocentia non ampliùs biennio perſtiterit; ideo licèt duobus ſupra viginti regnaverit annis, nonniſi duo Regni computantur, quibus officium Regis, virique boni præſtitit ſub primis Regni initijs, & ſuam ſpem nonniſi in ſolo Deo poſuerat: omen Regni non aliud Sauli fuit, quàm Aſinarum inquiſitio.

16. Virtutum cultor, & qui in Deo ſperat etiam ex Agaſone Rex inauguratur, quò diſcamus, miſerorum non ſpernere lacernas, quæ ipsâ purpurâ ſunt perſæpe Deo gratiores: imò tantæ fuit Saul virtutis, ut Prophetam inter Prophetas egerit, ſeu Pſaltem,
1 Reg. c. 10. v. 10. *Prophetavit in medio eorum*, ſeu prophetavit, quò inde conjiciamus, quantus ſit, & qualis fructus probæ ſocietatis; & inde emanavit adagium: *Num & Saul inter Prophetas?* quaſi anſer inter olores. Sed ex virtutum ſtudio hanc ſibi comparavit prærogativam, à ſervo namque monitus Samuelem inquiſivit, ſeu conſilio inductus famuli, quem ſolent alij aſpernari, Vatis appetijt congreſſum; & monentem Samuelem attentiſſimè audivit, ſéque in omnibus morigerum præſtitit, nec deſperans ardua, nec ambiens injuſſa: & inunctus Rex ſimile fuit fugienti, ſuſceptúmque imperium demiſſiùs geſſit ruſticanæ adhuc addictus vitæ. Sed quia volubilis eſt humanarum voluntatum conditio, & inconſtans ſtatus, tunc deficere incepit, cùm ſperare in humanis cœpit, & neglectâ virtutum culturâ vitijs indulgere; quæ omnia virtutum ornamenta ſus deque illicò everterunt, innocentiæ candorem prorſus obliterârunt, & pluribus vitiorum maculis fœdus cœpit Numini diſplicere, ac exoſum ſe illi conſtituere: prima labes, quæ ipſum infecit, fuit animus anceps, & biſidus Deo minimè affixus: ſed qui potiùs hæreret pendulus ſua circumſpiciens, nec divina ſatis æſtimans, proprijs potiùs fidens viribus, quàm Deo, à quo ex Agaſone, ſed innocente, & pio, evectus fuerat ad Thronum Iſrael.

Altera labes contumacia fuit obſequendi, cùm enim ex Numinis imperio debuiſſet Amalecitas funditùs delere, Regi pepercit pervicaci miſericordia, & pingues armentorum greges ſalvavit incolumes, licèt etiam in ſuum ſervaverit exitium; quod enim perdere debuiſſet in Dei honorem; ſibi lucrari in proprium emolumentum excogitavit, quod & Samuel ei exprobrans ait; 17.
1 Reg. c. 15. *Nunquid vult Dominus holocauſta, & victimas, & non potiùs ut obediatur voci Domini? melior eſt enim obedientia, quàm victima.* Tametſi Saul opimis pepercit gregibus Numini poſtea immolandis, non tamen ſacrificium, quod inobedientia præceſſit, Deo placuiſſet, quia victimæ præferenda eſt obedientia, quæ ſemper eſt Deo charior, quia ut ſcitè ait S. Gregorius *per victimas aliena caro, & per obedientiam propria mactatur voluntas.*

Tertia Saulis labes feralis fuit in Davidem invidentia, quam ingens viri celebritas in dies accendebat; ex hac enim putida radice odium manifeſtum in Davidem, & cruentæ Sacerdotum cædes pullulârunt; & quia vitium vitio viam emollit, ubi Saul verum Numen fuſis precibus in ſua ampliùs nequiret vota flectere, quia pluribus jam vitijs inquinatus; Acheronta movit, Pythoniſſam conſuluit, ſeu Anum necromanticam, & ſagam, & ſperans ejus ope ea ſcire, quæ Deus voluit ab ipſo ignorari, artes adhibuit illicitas, & tantò in hoc fuit Saul deteſtabilior, quantò antea fuerat laudabilior, cùm Regni initio Magos, Ariolos, Pythones, mulieréſque Pythoniſſas ex Regno prorſus eliminaverit Iſraelis: perijt Saul cùm primùm cœpit proprijs fidere viribus, 18.

bus, ac in rebus mundi fluxilibus; imò in
artibus illicitis ſperare; Idque cauſa fuit,
cur ſe ipſum etiam interfecerit; quamvis
millenas ob patrata flagitia fuiſſet neces com-
meritus, non tamen debuiſſet ſoi ipſius eſſe
carnifex, debuiſſet in Numinis potius ſpe-
rare clementiâ; & ſi mors ſubeunda erat,
toleranda potiùs pacatè fuerat, quàm ar-
ripienda, ac ſibi inferenda; ſi enim in Deo
ſperâſſet verè reſipuiſſet, & Numinis juſſu
necem ſubijſſet; utique effuſo ſanguine la-
bes omnes, quas per indulgentiam con-
traxerat vitiorum, deleviſſet: quia verò
violentas in ſe manus injecit, priusquam
corpus in humo tumularetur, fuit ejus a-
nima in Orco ſepulta. Secus David, homi-
nes non timuit, quia omnem ſemper ſpem
Pſalm. 55. v. 12. ſuam in ſolo Deo poſuit: *In Deo ſperavi, non
timebo quid faciat mihi homo*, quamvis Saul
eum ad necem inſequeretur, & pluries ejus
tentâſſet interitum; ipſe tamen non timuit
quid faceret ipſi homo, quia in Deo ſpe-
Pſalm. 30. v. 1. rabat: *In te Domine ſperavi non confundar
in æternum*: voluit ita vivere, ut ſoli Deo
ſpes ejus innireretur, & in eadem emori
Pſalm. 4. v. 10. ſpe, in qua à Deo ſe noverat conſtitutum:
*Quoniam tu Domine ſingulariter in ſpe con-
ſtituiſti me*: ideo propitium ſemper fuit
Numen expertus.

19. Aberat è paterna domo David, cùm
Samuel eam ingreſſus filios Jeſſe ad ſe vo-
luit accerſitos, quò juſſu Numinis unum
eorum Regem inungeret: comparuerunt
tres natu majores præ cæteris Eliab, Abi-
nadad, & Samma, qui oris præſtantia, fron-
tis majeſtate, & corporis adaptata proceri-
tate quandam excitante authoritatem cæ-
teris præcellebant, ac proinde ut Jeſſe autu-
maverat etiam præferendi eſſent, cùm etiam
1. Reg. cap. 10. v. 23. Saul *Altior fuerit univerſo populo ab hu-
mero & ſurſum*. Multum ſiquidem confert
proceritas ſtaturæ, oris venuſtas, & corporis
dignitas ad Regiam Majeſtatem: hiſce enim
dotibus corporis Princeps non ſolùm amo-
rem ſibi conciliat ſubditorum, ſed etiam
quandam præſefert authoritatem; ob quam
faciliùs populi flectuntur in juſſa imperantis:
& ſcimus priſcos homines eos cæteris prætu-
liſſe, quos & oris venuſtas, & proceritas ſta-
1. Æneid. turæ, & dignitas corporis commendarent, &
ex eo liquet, quia à Virgilio Anchiſes laudatur,
eò quia *cunctis altior ibat*, & Plinius Tra-
janum ſuum commendat ob ſtaturæ proce-
ritatem, quòd non humeris hominum, ut
alij ſuperbi Imperatores veheretur: ſed ſola
corporis proceritate elatior, & excelſior re-
liquis eſſet, non de patientia civium, ſed de
ſuperbia Principum triumphâſſet. Latinus
Pacatus itidem Theodoſium Magnum plu-
rimum commendat ob corporis dignitatem,
& ſtaturæ proceritatem inquiens: *Non fru-
ſtra opinione Sapientum auguſtiſſima quæque
ſpecies, plurimum creditur trahere de cœlo,
ſive enim divinus ille animus venturus in cor-
pus dignum prius metatur hoſpitium; ſive cùm
venerit, fingit habitaculum pro habitu ſuo;
ſive aliud ex altero creſcit, & cùm ſe paria
junxerunt, utraque majora ſunt*: poſtea allo-
quens Theodoſium ait: *Virtus tua meruit
imperium: ſed virtuti addidit formæ ſuffra-
gium; illa præſtitit, ut oporteret te Princi-
pem fieri; hæc ut deceret*. Idque cauſæ, cur
Jeſſe ex filijs ſuis eos obtulerit Samueli,
quos & corporis dignitas, & oris venuſtas, &
ſtaturæ proceritas præ cæteris commenda-
rent.

Sed Iſraelis Diadema hos deſpexit, & 20.
voluit ſimul Deus, Jeſſe edocere, malè ex cor-
poris ſtatura Principem definiri; quia non
mole corporis, ſed virtute animi aptantur
homines coronæ: plerumque animus veluti
navis in freto brevioris corporis curſu vehi-
tur feliciore, cùm in Oceano amplioris, ac
obeſi corporis faciliùs mergatur: non quæ
alta, & ſublimia, ſed quæ apta, & feracia
commendantur; montes, quò cæteris ſunt
proceriores, eò ſolent probro ſterilitatis
turpiùs laborare; ſqualent ut plurimum ri-
gidiſſimis cantibus, & exeſis rupibus ſe e-
tiam impervios conſtituunt; cùm tamē humi-
les colles pampinis coronentur, vinetis hi-
lareſcant, & racemorum ſpumante vinde-
mia plurimum adferant poſſeſſoribus lætitiæ;
quò plus montes deprimuntur, eò ſunt fe-
raciores; & quò in ſublimius attolluntur,
fœdiùs ſterileſcunt. Ethnæ verticem ſi lu-
ſtremus nil eo deſpicabilius, nilve rigidius,
cùm nonniſi fumos, & ignes evomat; cinere
& cautibus cingatur; nive, & flammâ hor-
reſcat: ejus tamen declivitate, ac radice nil
ad Cererem promovendam fœcundius; nil
ad Floræ delicias ingerendas amœnius; nil
ad Pomonæ fructus legendos utilius, & gra-
tius; ſi cuſtos aliquis ibi Draco invigilaret,
aditúmque ſubeuntibus intercluderet, He-
ſperidum crederentur ibi feliciùs horti ver-
nari, quàm in alieno ſolo: non igitur, quem
proceritas ſtaturæ, & corporis dignitas
commendat, Regius Thronus optat, ſed
quem virtus animi ornat, & mentis capaci-
tas aptat: *Dixit Dominus ad Samuelem: ne* 1. Reg. c. 16. v. 7.
*reſpicias vultum ejus, neque altitudinem ſta-
turæ ejus, quoniam abjeci eum*. Gemmæ
quæ Regium ornant diadema non mole, ſed
pretio magnæ ſunt; hæ quamvis corporis
mole exiguæ Regio inſeruntur diademati,
non lapides eidem attexuntur craſſiores, qui-
que ob granditatem â natura deficiunt
gemmarum.

Quis igitur ex filijs Jeſſe Thronum in- 21.
ſcenderit Iſrael? certè nullus ex ijs, qui in
patris favorem ſpem ſuam poſuerant, ſed
David natu minimus, quem pater habuit
contemptui, & malè etiam pinxit, nigróque
delineavit potiùs carbone; quia ſpem ſuam in
ſolo Deo collocaverat: *In te Domine ſpera-* Pſalm. 30.
vi, non confundar in æternum. David igi- v. 1.
tor quærebatur ad Regnum, quamvis perin-
de ac margaritum intra eremi concham la-
teret,

1. Reg. c. 16. v. 11. teret, *Dixitque Samuel ad Iſai: numquid jam completi ſunt filij?* cui reſpondit anceps hærens pater ob excluſionem à Regno filiorum, quæ natu erant majores; *Adhuc reliquus eſt parvulus, & paſcit oves:* nil potuit Regno ineprius depromere, cùm eum quaſi per contemptum non nominaverit, imò deſcripſerit corpore exiguum, regiminis oneri ſuſtinendo imparem, gregibus paſcendis aptiorem, quàm hominibus regendis: quis talem deſtinet Regem, Ducémque deſignet hominum, qui vix cuſtos eſt ovium? igitur, quia David nullam ſpem in patris favore poſuerat, neque in hominibus, quibus potiùs erat contemptui, & totam fiduciam ſuam in ſolo Deo collocaverat, cujus propterea
Pſalm. 4. v. 10. frequentes erant voces illæ: *Quoniam tu Domine ſingulariter in ſpe conſtituiſti me.*
Pſalm. 5. v. 12. alibi. *Lætentur omnes qui ſperant in te.* alibi.
Pſalm. 9. v. 11. *Sperent in te qui noverunt nomen tuum: quoniam non dereliquiſti quærentes te Domine.*
Pſalm. 21. v. 10. alibi: *Spes mea ab uberibus matris meæ*
Pſalm. 30. v. 1. alibi: *In te Domine ſperavi:* nimirum David unà cum lacte quod ab uberibus matris ſuæ ſuxit, ſpem hauſit in Deum, in quem jugiter ſperavit; ideóque ex filijs Iſai ſolum Davidem Deus ſelegit, qui in Throno ſederet Iſraelis; illi ſoli è lacte purpuram expreſſit; & cum lac æquè ac ſpem in Deum ab uberibus matris ſuæ ſugeret, Regium Iſraelis diadema compegit; & cum oves in ſolitudine paſceret, Ponticos Regum mures ovium inter exuvias apparavit; cùm pedum ipſe geſtaret, ſceptrum ejus manui Deus adaptavit, & ex ſago trabeam confecit, è caula ad aulam non ſolùm fuit vocatus, ſed
1. Reg. c. 16. & ad Thronum exaltatus: *Miſit ergo, & adduxit eum; & ait Dominus: ſurge, & unge eum; ipſe eſt enim.*

22. Tametſi è ſolio Iſraelis Davidem retraherent ætas, ſolitudo, ovium cuſtodia, exercitatio, & ſtudia: hæc tamen omnia impedimenta vicit Numinis deſignatio, quæ ſperantem in Deo, & non in hominibus ex ovili extraxit, ut Rex inungeretur: tametſi ignotus videretur eſſe patri, & inviſus fratribus, hunc tamen Deus Sacerdoti obtulit inungendum in Regem Iſraelis; à quo reliqui fratres, qui in favore ſperaverant patris, fuerunt excluſi, quò inde diſcerent homines ſpes ſuas in ſolo Deo ponere; & mundi Regna, ac dignitates à ſolo Deo impertiri, un-
Prov. 8. 15. de per Salomonem ait: *Per me Reges regnant, & legum Conditores juſta decernunt. Per me Principes imperant.* Eſt enim Deus qui ſceptra, diademata, purpuras, ac dignitates diſtribuit, quapropter Cyrus ait: *Omnia Re-*
2. Eſdra cap. 1. v. 2. *gna terræ dedit mihi Deus cœli,* adeo ut nemo in agro fortunæ ſerat, ſariátque, niſi frontem, mentémque in cœlum erigat; niſi ſpem ſuam non in ſatu occatæ telluris, ſed in ſolo Deo poſuerit,

❀ (o) ❀
❀

§. III.

Dignitates niſi à Deo ſperentur, deficiunt; & niſi ſpes divinæ opis rigetur imbr[illegible]c divinæ gratiæ imbuta pluvijs adole[illegible]t. ſterileſcit: nec alium admittit ſatorem, quàm Deum, à quo bona omnia fluunt.

23. Regnorum virgæ nulla fluminum rigantur alluvione; ſed ſolus roſcidus è cœlo delapſus imber in eas ſpem alit Principatûs. Sunt & paluſtres arundines, quæ quamvis in ſtagno natent, adhuc cœli imbres ſitiunt, & niſi cœlum perpluat, exareſcunt, in ipſo terræ, ac ſtagni humore merſæ, humoris inopes, & veluti plantarum Tantalides in aquis merſæ ſiti torquentur, & ſolatium nonniſi à cœlo ſperant. Perinde ſceptra niſi divinæ opis lactentur imbre, ac divinæ gratiæ pluvijs adoleſcant imbuta, ſterileſcunt, ac deficiunt; imò nec alium admittunt ſatorem, & agricolam, quàm Deum ipſum, à quo bona omnia effluunt, quapropter meritò aiebat Cyrus Rex Perſarum: *Omnia Regna terræ dedit mihi Dominus Deus cœli.* Ibidem.

Quòd ſi Cyrus id fatetur diademate
24. redimitus, & ſtrenuus, qui per hoſtium ſtrages, cladéſque cruentas aditum ſibi ad imperium recluſerat: quis ſuum non aſſerat ſuſceptum à Deo principatum? quis non fateatur ſceptra, & diademata non ab alio ſperanda eſſe, quàm à ſolo Deo? & eos decipi, qui in humanis, ac proprijs ſperantes viribus ſceptro inhiant? ut malè providus Adonias, quem cùm ambitio excæcâſſet ſperavit proprijs viribus Thronum inſcendere, Adonias autem filius Haggith elevabatur dicens: *Ego regnabo. Erat autem* 3. Reg. 1. 5. v. 5.
& ipſe pulcher valde. & ſermo ei cum Joab, & cum Abiathar ſacerdote, & licèt in favorem Adoniæ viderentur conſpirâſſe omnia, & cidarim amici ſponderent, & Galilea concinnandæ coronæ Regiæ Adoniæ imponendæ tota videretur occupata; neque deeſſent, qui ſtimulos ambitioni juvenis adjicerent; concitante hinc Joabo temeritatem; & inde populorum tumultum fovente Abiathare; quia tamen totam Adonias ſpem ſuam in proprijs viribus, ac violentis amicorum conſilijs poſuerat, omnes Adoniæ conatus Numen unico dejecit, diſſipavitque flatu.

25. Fuit Adonias filius Davidis quartus natu, qui fatalem parentis extremo ſenio, & ingraveſcente ægritudine decumbentis neceſſitatem, regnandi ſibi faciens occaſionem, auſus fuerat paternum ſibi ſceptum pollicerí, tametſi parens teſtamento Salomonem Regni hæredem deſtinâſſet. Noverat fratrem Abſolonem audaciſſimum in periculis, ideóque ſperaverat non tam coronâ, quàm vitâ cariturum; adeo perverſa eſt ſpes, quam ambitio fovet! Viginti tum erat annorum

norum juvenis Adonias, non tam privilegio naſcendi, quàm formæ liberalitate in volgus commendatus, & Regnum ad ſe pertinere ratus, proprijs fidens viribos, & audaciæ, currus ſibi, & equites, & ſervos pedeſtres, & equeſtres, ac familiam aulicam multiplicem adjunxit, patre Davide nec ignorante, nec reprehendente. Et quia non ignoraverat, fucatum Religionis titulum palliolum eſſe, quo & ambitio tegitur, & ſcelus deliteſcit: ſiquidem quærunt ſemper ſcelera aliqood virtutis integumentum, ne propria appareat turpitudo, & quod poſſet alijs diſplicere, hocce pſeudopoliticæ pallio involvatur: tenuis tamen eſt, ac translucida ſceleris veſtis; non enim poteſt adeò contegi, quin aliquid appareat, ſéque exteriùs prodat, quod intus animum depravat. Adonias igitur fratris Abſolonis exemplo, improbis conſilijs titulum prætexens Religionis, ſacrificium extra urbem Solymæam, ſimúlque Regium convivium inſtituit: invitantur fratres omnes uno excepto Salomone: ad epulum etiam belli duces accedunt, quò robur ſceleri adderetur, quos inter Joabus Davidici exercitûs Præfectus, & Abiathar Sacerdos ſummus perfidæ conjurationis potiora fomenta: & convivij hilaritas jam eò proceſſerat, ut Adonias à Pontifice Abiathare inunctus, Rex ab omnibus ſalutaretur plaudentibus omnibus, qui aderant.

26. Spes futilis rebus innixa humanis Abiatharem, & Joabum Adoniæ ciniflones, & cinelones ad temerarium ſtimulaverat auſum; Joabus ſiquidem ſperabat à Rege ſuis ſtudijs evecto non ſolùm impunitatem patratæ cædis, verùm & confirmationem bellicæ præfecturæ, regiſque favoris perennitatem. Abiathar etiam ſperabat in poteſtate ſua ſe Regem habiturum, quem ſuis promoverat officijs; ſperabat inde Pontificatûs ſecuritatem, & Sadochum æmulum, quem jam ſibi quaſi exæquari, ac quaſi præferri noverat, depreſſum iri. Neque deerânt è militia, tribúque levitica clientes, qui partes corroborarent Adoniæ. Quis ex hiſce validis ſubſtructionibus ruinam non timuiſſet? ſed futiles ſunt ſpes hominum, quæ rebus adhæreſcunt humanis, fulcro nituntur arundineo, citiùs corruunt, quàm ſurrexerint. Nam auſus Adoniæ, ejúſque in Regem inauguratio tam in occulto eſſe non potuit, quin eorum penetraret aures, qui partibus adhærebant Salomonis: audivit, quæ titulo Religionis prætenderat Adonias, ſacrificium, convivium & inaugurationem in Regem à Nathane Propheta, quem Salomon fidiſſimum habuit educatorem, ac probiſſimum inſtitutorem.

27. Is igitur, quavis diſruptâ morâ factionem detulit ad Berſabeam, & hæc euro citiùs ad Davidem avolavit, cui rem totam aperuit. Rex ne periculum per moræ diſpendium accerſeretur, injunxit Sadocho ſacerdoti, vatique Nathano, ac Duci militiæ Banaiæ, ut illicò Salomon Rex Iſrael inaugurareturt: convocatur tubarum clangore, pulſúque tympanorum exercitus; Salomon mula Regia inſidens in arcem vehitur Githonem, ubi cùm ſuis Adonias Regio in horto prandebat. Ungitur ibi Salomon Rex, inauguratur Solymæi Regni verus, ac legitimus hæres, & fauſtis acclamationibus Jeroſolymam revectus paterno in ſolio publicis adgratulationibus locatur Davide in lectulo ob ætatem ſenilem, & ægritudinem decumbente ſummas DEO gratias agente ob exoptatum in Regno ſucceſſorem. Fruſtrata non cecidit Davidis ſpes, quam conceperat, fore, ut Salomon ei Regio ſuccederet in Throno, unde verè dixerat: *Lætentur omnes, qui ſperant in te, in æternum exultabunt*; ſpem (Pſalm. 5. v. 12.) ſuam totam in ſolo DEO poſuerat David, ideóque exultavit in Salomonis inauguratione; quæ terruit conjurationis participes, & præſertim Adoniam, qui cum ſe deſertum vidiſſet ab omnibus in fœderis ſe Tabernaculum, quod Gabaone magna tunc Religione celebrabatur, recepit, aſylum apùd aram quærens: *Adonias timens Regem tenuit cornu altaris*, (3. Reg. c. 1.) & qui antea dixerat *ego regnabo*, modò ſpe ſua fruſtratus, quam proprijs poſuerat in viribus, ac nefarijs hominibus, humilis rogat, ac precarius efflagitat vitam; ſervum ſe fatetur, qui Rex fuerat acclamatus; ſupplicium timet, qui auſus fuerat Regnum occupare; fit victima adoleſcens, & aræ imponitur, non tamen ut mactetur, ſed ut ſalvetur; non ut cædatur, ſed ne lædatur; non voti, & ſacrificij gratiâ, ſed timoris causâ ad aram acceſſit Adonias; non amore Religionis, ſed metu funeris: ingreſſus fuerat Templum, non ut Columba Arcam, ſed ut corvus intruſus, qui non olivam illuc intulit; ſed inde oleam, ſeu pacem abſtulit, à Rege licèt vitam, pro qua enixim rogaverat, impetrâſſet: *Eduxit eum ab altari, dixitque ei Salomon: Vade in domum* (3. Reg c. 1. v. 53.) *tuam*.

Audivimus ad aram ſupplicem Adoniam, vidimus, & humilem; audiamus, quem ipſe ſupplicem obtulerit Regi libellum, ſpe Regni jam dejectus ait: *Juret mihi Rex Salomon, quòd non interficiet ſervum ſuum gladio:* (3. Reg. c. 1. v. 51.) ſed ſi plures conſilijs, & viribus eum juverunt, ut regnaret, cur etiam pro eorundem non rogavit incolumitate? cur ſaltem pro Joabo militiæ Præfecto, & Abiathare ſummo ſacerdote ſupplex Regem non fuerit deprecatus, nequidquam mali ijsdem contingeret? an quia futilibus & ipſi paſti ſpebus, ac imperandi libidine in illud fortunarum diſcrimen Adoniam dejecerant? Verùm ut ut res eſt, ſibi improbiſſimus transfuga tantùm proſpexit, ſuorum ita immemor, ut eorum nec 28.

quidem ſemel meminerit, poſtquam ſecurus ſui libertatem, & incolumitatem à Salomone fuerat impetratus. Sed ſi eùm ad aram trepidaret timor fautorum forſan deleverat memoriam, cur ſaltem libertate donatus è malacia portûs tabolam adhuc fluctuaotibus oaufragis noo projecit? An non ſaxea eſt ambitio cùm viſcera non ſentiat humanitatis, nec ſinat ſe lachrymis emolliri?

29. Quàm diſpar fuit Jonæ Adonias, ille enim, ne occaſione ſui vectores perirent, & nautæ interirent, naufragium ipſe popoſcit propriam piſcibus daturus vitam, quam reliquis ſervaret io navi: *Tollite me, & mittite in Mare.* Jonæ 1. v. 12. Jonas mori exoptat, ne ſocij pereant: Adonias ſuos perire commilitones non curat, quamvis de propria ſit ipſe vitâ ſecurus; Jonas marinas cupit voragines, ut à ſocijs in navi periculum amoliatur; oaufragium ſubit ipſe, ne naufragi pereant illi; Adonias verò ſibi tantòm non ſuis conſulens vernili aſſentatione Regiam oegligit iram lenire: ſalutem quam in ara quæſierat Adooias invenit, & veniam, quam popoſcit adinvenit; quòd ſi aram tenuiſſet, aotequam adniteretur in ſolio ſedere, ſi ſpem ſuam totam in ſolo DEO collocâſſet; vel coorra patris voluntatem Regnum non ambijſſet; vel auſpicacius ad votum res fluxiſſeot.

30. Non ſivit tamen elata cupiditas, & futilis ſpes præconcepta regnandi ambitioſum Adoniæ pectus quieſcere: mutuis junctæ fœderibus in uno Adonia ambitio, ſpeſque Regnum enanciſceodi plores alios excitârunt turbulentiores affectuum fluctus, dooec ijsdem obrutus, naufragus periret. Inflammâruot ſiquidem juvenis animum ſeditionis excitatores Joabus, & Abiathar; dolebat ille ſupremam ſibi militiæ præfecturam ereptam, & Amaſæ collatam; ioiquè ferebat iſte ſummum Sacerdotium à ſe in Sadochum translatum fuiſſe; Adonias etiam, cujos mentem ambitio inflaverat pati noo poterat præferri ſibi in Regno Salomonem. Ad iteratam coolpirationem animos addebat exceſſus è vivis Davidis patris, & infirma adhuc ætas recèns electi Regis; & quia non fuit auſus aperto Marte in eum irruere, conſultiùs viſum fuit per latentes cuniculos rem totam agere. Abiſag Davidis uxor intacta viro, & fœminarum venuſtiſſima dudum oculos rapuerat Adoniæ, præſertim cùm crederetur pro dote coronam Regiam in caput illatura Adoniæ, ab iſto expetitor in conjugem, nuptiarum conſiliatrix, & promotrix Betſabea adſciſcitur, quæ igoara, quid conjurati molireotur, tantò libentiùs oegotium ſuſcepit, quantò ardentior ſatagebat priſtinas inter fratres abſtergere offenſiones, & antiqua diſſidia prorſus delere: læta igitur acceſſit ad Salomonem filium, cui deſiderium aperuit Adoniæ ducendi Abiſag in uxorem.

Verùm quia Salomon ingenio ſagaciſſimus doloſo ſub cinere gliſcentem animadverterat ſcintillam; ne hæc ferales excreſceret in flammas, & iſtæ inceodium in toto Regoo ſpargerent, coosultiùs duxit maturè periculum præcavêre, & Adoniam manu Banaiæ tribuni cohortis prætoriæ interficere; Abiatharem verò, cui à parente arcæ divinæ cura fuerat concredita ſupplicio exemptum rus amaodavit. Hiſce 31. tragedijs auditis, Joabus, quo ſibi conſuleret ad ſacri Oraculi ſedem confugit, arámqoe complexos impunitatem ſibi à loci ſpondet Religione. Ecce quoties Adonias ſpem ſuam in viribus humanis, artibúsque doloſis poſuit, toties ſpe fruſtratus nonniſi diſcrimina, & fluctus invenit, quibus tandem obrotus miſerè periit; què inde diſcamus, quàm vanæ, ac inanes ſint ſpes, quas mortalium, vel favores, vel fraudes, vel artes injuſtæ alunt: quotquot in mundo ſperant, ſuas cum araneis telas ordiuntur; & ſuómet implicati textu dum captant alios, capiuntur, & ipſi, ac miſerè pereuor. Nullus ad exitium gradus tutior, quàm quem malæ artes conſtruunt ad honores, ac digoitates, præſertim inter aulicos, ubi alius in alium, perinde ac canis irruit, & pro fera habet, quem ſuis cenſet ſpebus obſtare.

§. IV.

Quæ in mundi divitijs, honoribus, ac commodis ſpes ſeritur, & excolitur, vel exareſcit; vel non niſi exitiales producit fructus: ſola quæ in Deo ſpes vivet ad ſolatium viget ſperantis.

EXareſcunt, vel nonniſi exitiales fructus producunt, qoæ ſpes io muodo, ejúsque dignitatibus, ac commodis 32. collocantur: ſola quæ Deo nititur ſpes ſuo non deſtituitur fructu, & verum adfert ſperanti ſolatium. Dolet Iſaias Iſraelitarum ærumnas, ac calamitates, quibus premebaotur, & ooo ſolùm quas per patrata ſcelera ſibi paraverant, ſed etiam quas vanâ ſibi adſciverant confideotiâ, ait Propheta: *Væ qui deſcendunt in Ægyptum ad auxilium in equis ſperantes, & habentes fiduciam ſuper quadrigis; quia multæ ſunt: & ſuper equitibus, quia prævalidi nimis: & non ſunt confiſi ſuper ſanctum Iſrael, & Dominum non requiſierunt; ipſe autem ſapiens adduxit malum.* Cap. 31. v. 1. Ioiquè tulerat gravari tributorum oneribus populus Iſraeliticus; qui propterea ne tributum Aſſyrijs ſolveret, eorum excuſſit jugum, & rebellans ſpem ſuam in Ægypti Rege collo-

loca-

locaverat, ratus daturum ſibi auxilium ſufficiens, quò Aſſyriorum valeret impetus retundere, ac eorundem compeſcere inſolentiam: ſed quia malè ſpem ſuam in hominibus poſuerat; dum ſperat ſuppetias, ſibi ærumnas adauget, & calamitates incrementat: Ægyptus enim, in qua ſpes populi ſuas radices fixerat alios Iſraeli fructus non produxit, quàm ærumnarum: fuit enim Ægyptus populo in ipſa ſperanti, quæ ad acerbiores calamitates uberiorem ſuppeditavit materiam, cauſámque addidit ſupplicijs dirioribus, ac miſerijs durioribus; quia ut ait Lyra: *Regnum Iſrael fuit deſtructum ex mala confidentia ſuper Ægyptum:* cui consonat Gloſſa inquiens: *Poſſumus hoc intelligere ſuper eos, qui in perſecutiones tempore non confidunt in Domino, ſed in ſæculi auxilio, neſcientes Abraham in Ægypto periclitatum; & in luto, & in latere ſerviiſſe ibi Dei populum, quæ ſpiritualiter dicitur fornax ferrea.* Quia populus, ne Aſſyrijs tributa ſolveret, jugum excutit, & ſpem non in Deo, ſed in Ægyptijs collocat, onere gravatur duriore ærumnarum; & dum jugum abigit, jugo ſubjicitur graviore. Quòd ſi Aſſyrij aurum extorquebant; ſanguinem Ægyptij exſugebant; ne Aſſyriam auro locupletarent, ſudoribus Ægyptum irrigârunt Iſraelitæ, dura, ac fœda ibi diu detenti ſervitute. Si ſuam ſpem populus in ſolo Deo collocâſſet, & ſuppetias contra Aſſyrios injuſtè gravantes obtinuiſſet, & ab Ægyptiaco famulitio ſe exemiſſet; ſed quia ſpem ſuam in Regem poſuerat Ægypti promeritas adigitur commiſſi erroris pœnas dare, dignóſque ſuſtinere cruciatus. An non deliri, & à ſana mente dejecti ſunt, qui poſt tot nobis objecta exempla, exhibita documenta ſpem in hominibus collocant, & Numinis obliviſcuntur, cui tantùm fidere deberent?

In cap. 31. Iſai.

33. Quoties ſperavit Iſrael in homine, vel perijt; vel diſcrimina, calamitates, & ærumnas invenit: cùm verò in Deo ſperavit, tunc omnia ad votum fluxêre; quæ imminebant pericula, feliciter evaſit, & de irruentibus hoſtibus illuſtriores detulit triumphos. Urgentiſſimis enim cinctus periculis auxilium à Deo ſupplex expoſcit, totam in ſolo Deo fiduciam collocat, ab eo ſolo ſalutem ſperat; & præſentaneum illico adfuit remedium: *Tollens ſe Angelus Dei, qui præcedebat caſtra Iſrael abijt poſt eos, & cum eo pariter columna nubis, priora dimittens poſt tergum, ſtetit inter caſtra Ægyptiorum, & caſtra Iſrael: & erat nubes tenebroſa, & illuminans noctem.* Nimirum nubes utrumque inter exercitum Ægyptiorum inſequentium, & Iſraelitarum fugientium ad mare rubrum, tenebroſa erat ex qua parte Ægyptijs objiciebatur, quibus & caligines offundebat, & tetras ſpargebat tenebras; ſplendida verò ex qua parte Iſraelitis fugientibus per mare Erythræum fluxa præſignabat itinera; quia in Deo populus ſperabat. Sextus jam fluxerat dies à ſuſcepta profectione Hebrææ gentis ex Ægypto, cùm fugitivorum tergis hæreret Pharao, & Ægyptius tota armata: Angelus tunc ſe in columna nubis medium collocavit inter Hebræorum terga, & Ægyptiorum inſequentium frontem; illos ut perfuſo lumine antrorſum illuſtraret, quò certo graderentur veſtigio: hos ut è columnæ dorſo effuſis tenebris obcæcaret, & ſpiſſæ caliginis interpoſitu, quà irent Ægyptij minimè viderent: & quia Iſraelitæ utrinque videbant ſibi pericula imminere, à tergo Ægyptiorum inſequentium armatas phalanges; à fronte Erythræi maris tumentes fluctus; enixim opem à Deo rogârunt, ut ab illis liberarentur anguſtijs, ac periculis.

Exod. 14. v. 19.

Sed quia ſperavit populus anguſtijs 34.
preſſus in Deo, per ſicca veſtigia in medio mari ambulavit: clamavit ad Dominum, & contra ingruentes calamitatum adſultus ovans triumphavit: ideo trajicere valuerunt fugientes Iſraelitæ Erythræi maris exſiccatum ſinum, eò quia ſpes, quam in Deo poſuerant, mare illud prodigioſo diſjunxerat divortio: adeò ut fluctus utrinque ſe murorum in formam, & altitudinem erigerent, undíque in ſublime ſuſpenſis, transeuntibus Iſraelitis ſicca pateret via; per quam cum Pharao unà cùm ſuis Ægyptijs Iſraelitas inſequeretur Arabici ſinus voragine ſepulti ſunt, ne nuntio quidem tantæ cladis ſuperſtite emergente: priſtinam enim repetentes fluctus ſedem itinera ſicca, & tuta, quæ Iſraelitis in Deo ſperantibus aperuerant, Ægyptijs proprijs viribus fidentibus occluſerunt, ut priùs ſe ſepultos, quàm mortuos ſentirent: Hebræi enatantia Ægyptiorum cadavera læti ſpoliârunt, & ſalutem unà cum ſpolijs ex inimicis induerunt; & loricas illas, ac galeas, thoracéſque ferreos in propria verterunt tegumenta, quos olim fornaces Ægyptiæ in eorundem procuderant exitium.

Speraverunt Iſraelitæ in Deo, & ſup- 35.
petiæ præſto ei fuerunt. Verùm cùm mox ingrati idolum ſibi dari depoſcunt, à quo ſolatium ſperant, & per deſertorum anfractus inoffenſè proficiſci, ſibi iterum calamitates maturârunt, & ærumnas coacervârunt; nam Moyſes nigras redigens in favillas conflatum à populo vitulum; *pulverem ſparſit in aquam, & dedit ex eo potum filijs Iſrael.* Ecce pro confidentiæ diſcrimine, manifeſta fuit, & eventûs differentia; nam aureo pulvere ſacrilegi puniuntur, & eadem materia, quà ſcelus conflârunt, pœnas dedêre promeritas: ſcitè Rupertus: *Aiunt quidam quòd aureum vitulum in pulverem redactum in potum illis in judicium dederit, & hoc facto, quia authores fuerunt ſceleris aureis promi-nentibus labijs publicati, vel deprehenſi.* Speraverat

Lib. 4. in Exod. c. 27.

raverat populos de vituli potentia celeritatem, ſed ipſo pulvere impeditur obcæcatus; ſperaverat de vitulo perniciſſimum per deſerta greſſum, ſed vitulus duriſſimum ei aſcivit ſupplicium. Quando igitur in Deo ſperavit, mare diviſit, & hoſtes ſpoliavit; quia in Deo fiducia eſt victorum teſſera, & ſymbolum triumphantium; quoties verò ſpes in creaturis poſuit, ærumnarum ſibi accerſivit eluvionem; ſpe fretus in Deo illuſtri coronatur victoria; & cum creaturis fideret pœnâ mulctatur promerita.

36. Quæ in rebus humanis ſpes excolitur, vel exareſcit, vel nonniſi vepreta producit ærumnarum, quibus animum pungit, omnéque ſolatium expungit. Refert Sigibertus, quemdam fuiſſe Judæum, qui cum calleret artem magicam plurimi à principibus fiebat. Is Saracenorum Principi, cui nomen erat Zizit auſus fuit dominatum polliceri quadraginta annorum, ſi ſacras imagines è toto deleret regno; arriſit principi ſponſio Judæi, cujus magiæ fidens ſperaverat fore ut eventus eſſet ſponſioni reſponſurus, ſacras igitur è toto regno imagines ſuſtulit; ſed ipſe paulò poſt inopina, ac præmatura morte ſublatus eſt. Quàm vanæ, & fallaces ſunt ſpes hominum! ſpondent coronas, & diademata, & ſecum adferunt ſerviles compedes; promittunt purpuras, & ſecum trahunt pannoſam, ac laceram pauperiem; oſtendunt ſceptra, & exhibent vepreta; flores videntur excolere, & ſpinas colligunt; gaudia dum accerſunt, lachrymas eliciunt; & dum dignitatum inhiant ſplendoribus, funereis tumulantur in umbris ſepulchri.

In Chron. anno 724.

37. Refert D. Chryſoſtomus, prænobilem, ac primariam fœminam ævo ſuo in ea diu ſpe hæſiſſe, ut maritus ad conſulatum promoveretur: verùm præconcepta hæc ſpes fœminam fefellit, morte enim præmatura deceſſit, hanc vitam exuit, & Conſulatus alteri datus fuit: tunc Chryſoſtomus lachrymas exſiccaturus fœminæ marito ſimol, & ſpe deſtitutæ dixit: *Cogita hanc tuam ſpem humanam fuiſſe, ac propterea potuiſſe te fallere cum conſueverit perſæpe ſperantes fallere: & ea præſertim plerumque non contingere, nec ſuum ſortiri exitum, quæ enixim deſiderantur, & ardentiùs ſperantur.* Incerti, ac inexpectati ſunt rerum exitus, quia ut ait Syracides Eccleſ. cap. 18. v. 26. *A manè ad veſperam immutabitur tempus*, quæ enim manè ſperantur ſub veſpere poſſideri, in meridie pereunt, & noſtras ſpes falluut, quapropter Auguſtinus ait: *Nihil tam inimicum ſpei, quàm retro reſpicere: id eſt in eos rebus quæ præterlabuntur, & tranſeunt, ſpem ponere:* adeò ut non abs re dixerit quiſpiam, nec teruncio velle ſpes omnes humanas ſibi coëmere, eò quia vanæ ſint, falſæ, ac fallaces, quæ roſas promittunt, & nonniſi ſpinas carpunt.

Tom. 10. de verb. Dom. ſerm. 29. cap. 5.

38. Non me latet, priſcos homines oculis adſtantium exhibituros ſpem fluxis hiſce mundi dignitatibus, honoribus, ac divitijs innixam, arborem pinxiſſe in ſublime ramis, & faſtigio protenſam, & hanc ſuas fixiſſe radices ad rapidiſſimi fluminis marginem, in cujus fluctus ſubterlabentes arbor ſuos expanderet ramos; perinde ac ulmus ad amnis cujusdam ripam ſita. In arboris autem ſummo vertice puellam poſuiſſe aurea catena ſublimioribus illigatam ramis: quæ cùm imminentem videret arboris ruinam ex continua fluminis alluvione, & arroſione deſcenſum ex arbore tam periculoſa toto niſu moliretur; ne caule radicitùs ſubruto, ipſa unà cùm arbore in ſubjectas delabentes aquas præceps rueret; ſed aurea vincula, quæ vel invitam in arbore colligatam retinebant puellam, omnem fruſtrabant conatum. Hæc fuit humanæ ſpei pictura, cujus interpretatio hæc eſt: arbor hominem indicabat, dixit enim Plato, hominem arborem eſſe inverſam: fluvius rapidiſſimus, in cujus margine arbor ſuas egit radices, eſt tempus vitæ præſentis, quod jugiter fluit, & quidem velociſſimè labitur, & in dies fit ſemper ruinæ vicinior, quatenus homo magis ſemper appropinquat ſepulchro, & quælibet hora ſit paſſus, quo properat ad mortem: puella huic arbori inſidens ſpes eſt rebus fluxis, ac humanis innixa: reſpicit quidem ſuum caſum, cognoſcit vitam cum tempore ſimul elabi, videt ruinam imminere; ſed quia vinculis detinetur aureis, ſeu ſperat, vel diteſcere, vel ad dignitates promoveri, aut honoribus affici, neſcit hæc vincula, quibus mundo, & arbori illigatur, diſrumpere; tandem miſerè perit, & quæ ſibi ſpondebat ſplendorem purpuræ nil obtinet, quàm ſqualentes Manium umbras; quæ gaudia, & ſolatia ſperaverat, nonniſi luctus, & lachrymas invenit. Quia ut ait Auguſtinus: *Gaudium noſtrum nondum eſt in re, ſed tantùm in ſpe.*

Tom. 8. in Pſalm. 123.

§ V.

Spes, quam Jacob fovit, ideo egregiè eidem favit, quia ſoli Deo innixa; quam verò Eſau concepit, exaruit; quia in mundi ſterileſcente ſolo ſata.

39. SOla illa ſpes, quæ Deo nititur, ſperantem non fallit, quapropter aiebat David: *Benedictus vir, qui confidit in Domino, & erit Dominus fiducia ejus. Beatus cujus Deus Jacob, adjutor ejus, ſpes ejus in Domino Deo ipſius.* Quid? quòd David non dicat: Beatus cujus Deus Abraham, vel Iſaaci adjutor eſt? certè non eſt vacuum myſterio, quòd beatitudinem DEO adnexuerit Jacob;

Pſal. 145. v. 5.

Jacob : *Beatus cujus Deus Jacob , adjutor ejus , ſpes ejus in Domino Deo ipſius :* quia nimirum Jacob totam ſpem ſuam in ſolo Deo collocaverat, & ideo Beoedictionibus æquè cœleſtibus, ac terrenis repletur, ac felicitate cumulatur. Omnia Iſaacus coodixerat Eſau, quò illum toti præficeret familiæ, in qua tamen inauguratione deſignata noo crediderim, Iſaacum peccâſſe, cùm ſecutus fuerit jura geotium, putaveritq; præferre minori natu majorem : quamvis enim Eſao, & Jacobus fratres eſſent gemelli, ſeu uno, eodémqoe partu editi, prior tamen materno ex utero ad lucis uſuram exivit Eſau, cui propterea jura primogeoiti debebantur.

40. Verùm licèt fratres eſſent, & gemelli habito tamen corporis, & animi indole perdiſſimilea fuerunt, fuir Eſan natura ferox, ingenio turbidus, veoatui addictus, & qui io favore patris ſpem ſuam totam collocaverat : è cooverſo fuit Jacob ingenio facilis, moribus elegans, animo mitis, cultui virtutum addictus, domi aſſiduus, & magis excolendo animo, quàm exercendo corpori aptus : hæc autem Jacobi ſuavitas in moribus, ac manſuetudo animi matris Rebeccæ ſibi benevolentiam, & amorem mirè conciliavit, ut pulticulam ex lente pro ævi illius ſimplicitate Jacobo à ſe dilecto apponeret, quâ dum veſcitur, ſupervenit è ſylvia Eſau, qui oculos io Jacobi edulium injiciens, & fame ſtimulatus popoſcit partem ſibi dari, ita diſponente Numine, in quo Jacob totam ſpem ſuam locaverat : & cum à matre ſorſan didiciſſet ex cœli privilegio jura primogeniti . ad ſe pertinere, pultem ea cooditiooe obtulit, ſi ſibi prærogativam cederet primogeniti ; ad hæc turbatur Eſau, ſed cum dentibus in cibum pruriret, & fami exſaturandæ ſtuderet, ac gulæ ſimul illectus cupiditate aonuit Jacobi petitioni ; & ſimul cum vili leoticula principatum decoxit familiæ, dignitatem abjecit ſacerdotij, & opimæ renunciavit hæreditati : Iſaacus ramen hujus neſcius eventûs cum ſenio prorſus coofectus, viribúſque jam deſtitutus decumberet in lectulo, ferinæ carnis tenebatur deſiderio, accivit ad ſe Eſau forſan ut principatum ocyus conſequeretur, illa ei injunxit, in quibus ſe diu adoleſceos exercuerat, dátque ei in maodatia, ut venatum eat, ſibíque ex præda ſylveſtri cœnam apparet, & promittit id obſequij ſibi præſtiti noo cariturum remuneratione. *Cùm venatu aliquid apprehenderis , fac inde mihi pulmentum , ut comedam , & benedicat tibi anima mea , antequam moriar.*

Geneſ. 27. 4

41. Spe illectus paternæ benedictionia, ac remunerationis extemplò ſuis cum inſtrumeotis venaticis exiit Eſao in ſaltum, aprum transfixurus, & clavum ſuæ fortunæ infixurus : ſed ſpes, quam in rebus poſuerat humanis, in patris favore, in proprio venationis ſtudio, quo aprum ſperabat à ſe illicò interfectom iri, ipſum feſellit ; aberravit enim ſperans in paterno favore, & dum nemora circuiret, ac intimiores penetraret ſeceſſus armis munitus, quibus aprū occideret ſpe ſua fruſtratur : non enim congruum videbatur, ut felicitas poſterorum Abrahæ ex apro peoderet, potiùs quàm ex agno ; imò quia manſuetudo agoi ferocitati eſt præferenda apri, Rebecca pro Jacobo ſolicita ipſum ad ovillum gregem amaodat, jubétqoe duos illicò afferri agnos, vel hœdulos, quos cùm impigrè detuliſſet, pelle ſpoliat ; & alterum coctura tam exquiſita, ac conditura apparat, ut caligans præ ſenio Iſaacus ferioam crederet ad ſe allatam. Ferculi illator erat Jacob, qui vultu collo, manibus pelliculis tectus hœdinis fratrem Eſau hiſpidum, ac hirſutum meoriebatur ; cùmque Iſaacus oculis caligaret, tactu explorabat, quod viſu nequiverat : hirſuta tamen hœdorum tegmina hiſpidam cum referrent Eſau cutem ; & odor veſtimentorum, quibus natu major ſive ſacrificando, ſive in alia quapiam ſolemoitate uti conſueverat Jacobum obtegeotiom, ſenſus Iſaaci adeo afficerent, ut potuerit Iſaac ſibi perſoadere Eſau eſſe, qui ferculum ei detulit : ſola vox aliquam ingerebat dubitationem ; verùm quia ex reliquis ſignis potuit conjicere ferculi delatorem eſſe Eſau, ad quem jura primogeniti pertinerent, comedit de ferina non in nemore occiſa, ſed in caula capta, recreatúſque venatoris obſequio Jacobum oſculatur, cui & primogenitorum impertitur privilegia, & abundantiam frugum terræ apprecatur, ut etiam hooorem, & revereotiam apud exteros, & authoritatem, dominium, ac juriſdictionem in totam familiam, & ſubſequentes nepotes.

Hiſce peractis redux è ſylvis adeſt Eſau, 42.
qui re intellecta toto clamore incipit irrugire, ac pleous iodignationis patrem cootra fratrem urgete, quem & rogavit, ut ſe fauſta deprecatione vellet etiam felicitate cumulare. Verùm quia traoslata in Jacobum jura primogeniti revocari ampliùs non poterant, alia ei non minora obtulit munera, quibus non contentus Eſau innutrire cœpit in fratrem exitiale odium. Ecce quale diſcrimeo inter utrúmque fratrem ſperantem ! quàm diverſus utriúſque ſpei eventus : ſperavit Jacob io ſolo Deo, & omnia proſperè ipſi contigeruot : *Beatus cujus Deus Jacob adjutor ejus, ſpes ejus in Domino Deo ipſius :* jura accepit primogenituræ, cœleſtibus, ac terrenis repletur benedictionibus, principatum èuanciſcitor totius familiæ. Speravit Eſau io paterno favore, in propria virtute, & exercitio venandi, ſed ſpe fruſtratur, & dum ſperaret, fore, ut transfixo apro cumulum eſſet totius felicitatis venaturus, dejectum ſe videt infra fratrem, cui præeſſe ſperaverat, cùm ſibi à patre audivit

divit injuogi, exire venatum, ut benedictionem pateroam acciperet, ſimúlque totius familiæ principatum, Geneſ. 27. v. 3 & 4. *Sume arma tua pharetram, & arcum, & egredere foras, cum venatu aliquid apprehenderis, fac mihi inde pulmentum, ut comedam, & benedicat tibi anima mea, antequam moriar.*

43. Juſſit Iſaacus, Eſau armis muniri, pharetra, & arcu, quod ſanè nonnihil videbatur ominoſè prælagire; malè principatus armis paratur, & qui è fera in luco occiſa penderet. Non bene venationis illecebræ deſtinabatur imperium filiorum Dei, quod non ferrum, ſed ligoum; noo venatus, ſed cruciatus; non illecebræ oemorum, ſed ſupplicia crucis ſtabilirent: quomodo ſi Adæ regnum uno fuit pomo everſum; Chriſti imperium pulmentum ferinæ debuerat extorquere? *fac mihi pulmentum, ut comedam, & benedicat tibi anima mea.* Chriſti ſervos, & Abrahæ poſteros abſtinentia nobilitat, & Regea inauguratos proclamat; non ingluvies, quâ & ſtomachus gravatur, & venter impletur, ut mens evacuetur: noluit Deus, ut in poſteritate Abrahami ventris deliciæ familiæ deſignarent Principem; ſed mentis virtures Regea inſtituerent, cùm amiliſſent homines in paradiſo Regnum epulando; æquum non erat, ut è paradiſo pulſi, & exules, beneficio edulij regnarent, & regnum, qnod pomum evertit, pulmentum erigeret: Eſau pharetrâ armatus, & arcu exjit ſylvas penetraturus, & unà cum fera etiam regnum venaturus; ingenio erat ipſe agreſti, & natura ferax, blandum, ac mite imperium ab armis, & ſylva ominari ooo potuit; oeque ſceptrum feras inter miteſcere didiciſſet. Hinc Eſau ſperans aprum in ſylvis interimere ictum erravit, & propriam vulneravit fortunam, quæ poſtea ita claudicavit, ut errantem per nemora ſagitarium nunquam potuerit aſſequi. Quàm malè fuodata fuit ſpes Eſau in patris favore, inque propriæ venationis ſtudio! corruit, & è faſtigio principatûs ſperantem dejecit, quia
17. 5. ut clamat Jeremias. *Maledictus homo, qui confidit in homine*: ſecua ſpes Jacobi fratria ſoli innixa Deo omoia ei felicitatis attulit incrementa: *beatus cujus Deus Jacob, adjutor ejus, ſpes ejus in Domino Deo ipſius.*

Cæterum non credas, ſine myſterio ob-
44. tigiſſe hanc Jacobi prælationem: prædeſtinationis divinæ declarat arcanum, ſcribit Apoſtolus. *Major ſerviet minori, Jacob dilexi, Eſau odio habui:* Eſau cum ſua po-
Ad Rom. 9. v. 13. ſteritate rejecit, & nullis peculiaribus beoeficijs affecit; Jacobum verò, ejúſque progemem ſummis eſt gratijs proſecutus: *Non enim eſt volentis, nec currentis.* (nec Eſau io venatum excurrentis, ac ſylvas penetrantis, aprúmque occidentis) *ſed miſerentis eſt Dei*, ut ait Apoſtolus, explicans, quomodo reprobis non ſit injurius ſi ſua, non confert beneficia, ait: *An non habet poteſtatem figulus luti ex eadem maſſa facere aliud quidem vas in honorem, aliud verò in contumeliam?* Ad Roman. 9. v. 16. & v. 21. ſeu aliud in uſum honorificum, & aliud ad uſum vilem, & abjectum, quatenus cùm aliquibus ſe habet Deus tantum permiſſivè, ac indirectè, quibus ſua impertitur tantùm auxilia ſufficieotia; cum alijs ſuppeditet etiam efficacia. Noo tamen cenſeas doloſè proceſſiſſe Jacobum, cùm hœdinis pellibus membra contexit, ut paternam extorqueret ipſe benedictionem, oon enim fuit hoc mendacium, ſed myſterium, ait enim Tom. 4. Auguſtinus lib. contra mendacium. *Jacob hædinis pellibus membra contexit, hócque fecit, ut putaretur eſſe, quod non erat; quod factum ad illud, propter quod ſignificandum revera factum erat: per hædinas enim pelles peccata: per eum verò, qui eis ſe operuit ille ſignificatus eſt, qui non ſua, ſed aliena peccata portabat.*

45. Verùm ut pergamus, cum ſpe plena, ac totali fiducia, quam Jacobus in ſolo Deo poſitam habuit: cum ob prærepcum natalium Primatum io iovidiam, & odia Eſau încurriſſet Jacob ejus declinaturus iras, ſimúlque uxorem è ſanguine, & terra cognata ducturua auſpice Deo, in quo ſolo ſperavit, è paterna domo abjit, ſolus, exul, egenus, vixque opertus palliolo: nec aliam ſecum deferens ſupellectilem, & arma, quàm baculum, & ſpem omnem in Deo poſitam, iter aggreditur; & in Meſopotamiam Syriæ Provinciam ingreditur, cujus itineris terminus erat Haram urbs, ubi id temporis degebat Labanus ejus avunculus, frater eoim Rebeccæ matris Jacobi erat, homo æquè avarus, ac opuleotus, & idolorum cultor. Poſt expletum nonnihil itineris ſpatium pervenit defatigatua occiduo jam ſole propè urbem Luzam, ubi congruum ſub dio qnieti locnm ſeligit; capiti inſtar polvilli lapidem ſubjicit, & ſicut toto corpore ex itinere defatigatos erat, & vires corporis attritæ, & natura beneficio ſomni virium exigeret reſtaurationem, ſtatim ſomno ſopitur; & dormienti ſcala objicitur è terra in cœlum protenſa, tot plena myſterijs, quot extructa gradibus: vidit enim per eam comeaotes ſurſum, ac deorſum cœleſtes Geoios, & Deum ejus cacumini Majeſtatem inclioantem. Plures ſuot hujus ſcalæ myſticæ explicatioues, quarom præcipoa eſt, quia Meſſiam præſignavit olim naſciturum, in cujus perſona cœlum, & terra debebant ſimul confœdarari, & divinitas humaoitati conjungi: ſummo quippe ejus cacumioi Pater æterni filij hærebat, & in imo Jacobus ejusdem Verbi divini ſecundùm hominem progenitor repræſentabatur, & interjecti gradus reliquos iodicabant majores, ex quorum progenie erat Chriſtus oriundus: Per deſceodentes Angelos dominicæ incarnationis myſterium

ho-

hominibus præſignabatur, & per aſcendentes ardentia Patriarcharum deſideria, & preces, quæ ſurſum ferebantur ad Deum; per duo ſcalæ latera miſericordia, & veritas ſibi obviantes indicabantur.

46. Alij ita hanc ſcalam Jacobo dormienti objectam explicant, ut ſymbolum adſtruant divinæ gubernationis in mundi regimine. Deus ſummo innitens ſcalæ faſtigio eſt cauſa prima, primus motor omnia movens: Genij per gradus deſcendentes, & aſcendentes executores ſunt divinæ providentiæ: ſcala è cœlo in terram pertingens non obſcurè indicat, inferiora nonniſi per ſuperiora regi, & duo ſcalæ latera Dei ſuavitatem, & fortitudinem in mundo gubernando produnt: eſt enim Dei Sapientia, quæ ex ore prodit Altiſſimi, *attingens à fine uſque ad finem fortiter, ſuaviterque diſponens omnia:* Varii ſcalæ gradus plures ſunt divinæ providentiæ modi, rerúmque ſpecies, ac inde emanantes perfectiones. Hinc etiam Homerus Numinis providentiam explicat per aureum catenam à Jove è ſummo cœlo in terras demiſſam, quâ Juppiter omnia comprehendit, dirigit, & ad ſe retrahit.

47. Philo Judæus explicat hanc ſcalam, ut ſignificet hujus vitæ inconſtantiam, in qua nonnulli ex imo ſurſum evehuntur, & alij è converſo è ſummo in imum dejiciuntur, & quidem ad ſolum Numinis nutum huic incumbentis ſcalæ, eámque regentis, ac dirigentis. Mellifluus autem Doctor per hanc ſcalam cenſet profectum deſignari in ſtudijs virtutum; & ex eo, quòd Angeli per gradus ſcalæ Jacobo dormienti objectæ aſcenderint, eos vult deſignari, qui per actus amoris ſurſum ad Deum feruntur, & per deſcendentes, eos qui per actus humilitatis, & demiſſionis ſe ipſos abjiciunt; & ſicut omnes viderat vel aſcendentes, & deſcendentes, & neminem ſtantem, inde conjicit in excolendis virtutibus non eſſe otio indulgendum, nec eſſe conceſſum ſtare in pendulo fragilis ſcalæ; neque in incerto hujus mortalis vitæ quidpiam in eodem ſemper perſeverare ſtatu, nec nos habere hic manentem civitatem, ſed futuram inquirere poſſidendam. D. Hieronymus autem ita expendit hujus ſcalæ myſterium, ut animo reſipiſcenti poſt lapſum adaptet, inquiens: *Vidit Jacob ſcalam de terra uſque ad cœlum, & aſcendentes per eam Angelos, & deſcendentes, & deſuper innitentem Dominum, ut laſſis manum porrigeret. Ut aſcendentes ſuo ad laborem provocaret aſpectu: unde vocatur locus ipſe Bethel, ſeu Domus Dei, in qua quotidie aſcenditur, & deſcenditur; Sancti corruunt, ſi fuerint negligentes; & peccatores priſtinum recipiunt gradum, ſi ſordes fletibus laverint. Hoc ideo dixi, ut non te terreant deſcendentes, ſed provocent aſcendentes.*

Sap. 8. Iliade 8. Epiſt. 34. ad Julianum.

48. D. Auguſtinus per hanc ſcalam Jacobo objectam dormienti officium explicat Concionatoris, quia ſicut in ſcala Jacobea Angeli aſcendebant, & deſcendebant, ita in militante eccleſia concionatores, & veritatis evangelicæ promulgatores aſcendunt magnos erecturi; & deſcendunt, parvulos refecturi: egregius prædicator fuit Paulus, & ipſe aſcendit, inquiens: *ſive mente excedimus Deo*, & deſcendit: *ſive ſobrij ſumus vobis: vis ipſum intueri aſcendentem, audi eundem loquentem, ſapientiam loquimur inter perfectos:* vis eundem cernere deſcendentem, audi, quid dicat; *lac vobis potum dedi, non eſcam:* Quòd ſi Jacobeam ſcalam ad culturam velimus virtutum flectere, perpendendum eſt, hanc ſcalam fuiſſe Jacobo objectam, non in urbe, & palatio, ſed in deſerto, & ſolitudine; non ſub tecto aliquo fulgido, ſed ſub dio frigido, ubi terram pro lectulo, ſaxum pro pulvillo, & cœlum pro tecto habuit à turbis domeſticis ſejunctus, quo inde diſcamus à rebus fluxis, & caducis animum avellere, & nos à mundi tumultu, & ſtrepitu ſejungere, ſi verè cupimus in ſtudijs proficere virtutum. In Pſal. 44.

49. Relictis verò myſticis ſenſibus: ad literam ſcala ſignificat tres Jacobi afflictiones divina delinitas conſolatione: tribus enim gravabatur Jacobus afflictionibus patria, parentibus, & fratre. Patriam deſeruit profectus in terram alienam, ſed cùm primùm patria exulavit, Deus ipſi cœlom reſeravit, per ſcalam, quæ viam ad aſtra paratam oſtendebat. Parentes dereliquit, & profuga perexit ad exteros: ſed Deus in quo Jacobus unicè ſperaverat, iter ſuum direxit, ipſum duxit, protexit, & præſtò ſemper fuit. Fratris declinaturus odium, cui ob præreptum natalium primatum exoſus fuerat, ſolus peregrinatur, ſed Angelos habuit Comites, & Duces, qui ſalvum, & incolumem eum duxère in Meſopotamiam, id enim indicârunt Angeli deſcendentes per gradus ſcalæ, & quia iidem erant eum reducturi ad parentes in Chanaam, hoc innuerunt Angeli aſcendentes.

50. Interea è ſomno expergefactus Jacob, ſacer eum horror perſtrinxit, ſed mox liquida præmulſus voluptate, lapidem, quo fuerat pro pulvinari uſus: inſtituit in modum cippi, ac terræ in cumulum congeſtæ, ſeu potiùs erexit in modum columnæ, ut mirificæ apparitionis foret monumentum, illúdque oleo perunxit, ac Deo ſacravit, & hoc eventu oppidum Luzæ proximum nomen mutavit, & Bethel impoſterum audijt, quod nomen Hebræis domum Dei ſignificat. Ut autem Jacobum in ſua ſequamur peregrinatione ſola ſpe in Deo fretum; ſeptem confecto dierum itinere ad agrum Harani proximum pervenit, ubi ſciſci-

tanti

tanti à paſtoribus de familia Labani ejus a-
vunculi obtulit ſe Rachel, in qua cum flore
ætatis certabant, & venuſtas oris, & maje-
ſtas corporis, & decus pudicitiæ; pater-
nas tum ea oves turi paſcebat, ut moris
tunc erat, & fortáſſis occurſus iſte tunc
contigit, cùm Rachel cauſa adaquandorum
gregum ad eum venerat locum, ubi eùm
lapis puteo impoſitus acceſſum negaret ad
aquam hauriendam, Jacobus puellæ gratiam
ſibi conciliaturus ſaxum revolvit, aditúm-
que ſitienti gregi ad latices aperuit, ſed cum
oves aquæ hauſtu ſitim extinguerent, Ra-
chel amorem ſuum in Jacobum accendit, &
poſt aliquot ſermones ultro, citróque da-
tos, utérque in notitiam devenit conſob-
rinæ propinquitatis, & Jacobus ſalutatio-
nis, & amoris officium dulcibus immix-
tum lachrymis inchoat, & calentibus utrin-
que animis, calent ſimul & pedes, ſed Ra-
chel magis feſtina adventum conſanguinei
patri enunciat Labano, totíque familiæ,
ut omnes properarent, quò venienti obvia-
rent, & gratiſſimum hoſpitem, & nepo-
tem in ædes ſui avunculi introducerent,
cui Labanus non ſolùm hoſpitium, & pro-
fugium offert, ſed etiam poſtquam cauſas
intellexit ſuſceptæ profectionis, ſpem etiam
dedit nuptiarum cum altera de ſuis filiabus,
& cum per integrum jam menſem Labanus
obſervâſſet attentè, ſimúlque probâſſent Ja-
cobi virtutem, indolem, mores, ac in-
duſtriam; univerſi ſui gregis eum præfecit
curæ, qui deſiderio Rachelis ducendæ in
uxorem integrum jam ſeptennium in ea im-
penderat ſervitute, empturus nimirum à
ſocero nuptias famulatu, quas ære non po-
terat.

51 Sed Labanus, ut erat in promiſſis par-
cus; ita & in promiſſorum fide fallax exti-
tit; doloſè ſiquidem pro Rachele Liam ſub-
ſtituit, natu quidem majorem filiam, ſed for-
mâ longè minorem, & oculorum labo-
rantem lippitudine, cúmque Jacob inſte-
tiſſet pro Rachele, alterum ſervitutis ſepten-
nium Labanus à Jacobo exegit, quo pari
alacritate, ac fide expleto, demum Rache-
lem duxit in uxorem, & multa jam auctus
prole facultatem à ſocero petit patriæ revi-
ſendæ, ſed cum eſſet Labanus ingenij duri,
ac illiberalis alium cum Jacobo ſeptennem
paciſcitur famulatum: ea conditione ut oves,
& capræ nigræ, ac vario ſparſæ vellere ſe-
paratim ab illis paſcerentur, quibus erat
lana alba; & harum cura Jacobi eſſet, &
aliarum Labani filiorum; & ex albis, quæ
provenirent maculoſæ ad Jacobum, quidem
pervenirent, & ſui juris fierent, ſed quæ
ſine maculis in lucem ederentur, ad Laba-
num pertinerent. Dolus hic fuerat, quo
Labanus omnem mercedis ſpem genero ſuo
adimere videbatur; cùm oves concolores
vix fœtus diſcolores generent.

52 Sed ſicut Jacobus ſpem ſuam unicam,
& totam in ſolo Deo ſemper poſuerat, non
defuit cœlum fidiſſimo opilioni, à quo di-
dicit modum, quo vafritiem hominis elu-
deret verſipellis, & ſimul diuturni ſui la-
boris promeritam ſecum deferret merce-
dem: ſuggerente igitur Deo, Jacobus vir-
gas ſtriatim decorticat populeas, & amig-
dalinas, quas ex albo, & viridi colore
variatas, pellucidis demergit in fontis lati-
cibus, unde oves fœtæ fluentem potum hau-
rirent. Greges igitur varietate virgarum
oculis, ac imaginationi objectâ, macu-
loſos pepererunt fœtus: quod cum Labanus
obſervâſſet, nec cauſam intelligeret, pa-
ctum illicò immutavit, quò diverſi colo-
res fœtus juris fierent ſoceri, & unicolores
ad generum pertinerent. Sed non meliore
avari ſoceri id contigit ſucceſſu, quia bac-
cillorum objectu variatæ fœturæ autum-
nales, ſeu deteriores fiebant Labani juris;
vernæ autem, & vegetiores conceptæ ſine
virgarum è fontibus relucentium imagine,
ſed ſimplici colore lanatæ Jacobo in Deo
ſemper ſperanti cedebant, & quidem con-
ſilio divino; quò ſperans in Deo Jacobus ad
pinguiorem inde ſurgeret fortunam, ubi
Labanus eum ſatagebat depauperare.

Undenos ex Rachele filios genuit Ja- 53
cob cum Labano ſocero famularetur, quo-
rum ultimus fuit Joſephus, in Chananiti-
de enim Beniaminum Rachel peperit, ex
cujus partu etiam deceſſit. Adornavit igi-
tur Jacob poſt annos viginti, quibus ſocero
inſervierat, reditum in patriam cum an-
cillarum, ac ſervorum numeroſo famulitio,
& ſecum duxit ingentes minorum pecorum
greges, ac plura armenta camelorum, bo-
um, ac aſinorum, quæ omnia ſecum duxit
in Palæſtinam; non tamen adeo clanculum
diſceſſum parâre, ac inſtituere valuit, quin
Labano ſocero innoteſceret, qui irâ, &
indignatione concitatus profugum inſequi-
tur Jacobum, cum ſuo famulitio, & poſt
ſeptem itineris dies aſſequitur in monte Ga-
laade, & graviter eum increpat, arguít-
que plagij, ac ſacrilegæ rapinæ. Jacobus
verò, qui nil ſciebat de furtivis idolis, &
propria fretus conſcientiæ innocentiâ juſſit
diligenter perquiri, an aliquis ex ſuis fa-
mulis furtum ſecum detuliſſet, ut ablata
reſtituerentur. Abdiderat Rachel ſimula-
cra idolorum ſub clitellis cameli, cui ipſa
inſidebat: cúmque Inquiſitor fruſtra cæte-
rorum ſarcinas excuſſiſſet, manum etiam
in illam Rachelis injecit, quæ muliebri aſtu
audaciam deluſit inquirentis; morbum ef-
finxit, per quem de jumento deſcendere ei
non liceret, & tunc Jacobus animos, & ipſe
reaſſumens Labano viciſſim calumniam ex-
probravit furti, innocentibus impactam,
ſimúlque malè impenſam tam prolixi tem-
poris ſervitutem, ac pluries repetitam pa-
ctæ mercedis mutationem.

Inde ſedatior factus Labanus ſategit no- 54
va cum genero inire fœdera, & animis
re-

reconciliatis Labanus Meſopotamiam redivit, & Jacob Chananitidem petjit, cui in finibus Chananeæ obviârunt Angeli ejus totelares Peovinciæ, qui & in reliquo itinere reducem fuerunt in patriam comitati, cúmque ab uno eorundem cum nocturnas preces ad Deum funderet Jacobus, ultra fuiſſet ad luctam provocatus, & vidiſſet neceſſitatem ſibi impoſitam congrediendi cum adverſario, deſcendit in arenam, manum manui conſerit, pedem pedi, ut moris eſt, cùm Luctatores pugnam ineunt; & ea fuit Jacobus virium contentione luctatus, ut cœleſtem viſus ſit colluctatorem viciſſe; qui tamen oſtenſurus antagoniſtæ, quis eſſet, cum quo certamen illud injiſſet, os ei femoris luxavit, nervúmque diſtorſit, non tamen dolori ceſſit Jacobus, nec ejus virtus ſuccubuit, quinimò recollectis viribus, injectíſque in adverſarium brachijs; tamdiu eum arcto ſtringit complexu, detinérque per plures antelucanas horas, donec aurora à clareſcente ſurgeret Orizonte, & lux diei oſtenderet luctam illam cum colluctatore cœleſti initam fuiſſe, quòd cum Jacobo innotuiſſet metu correptus, ne parum reverenter ſe in lucta geſſiſſet, à cœlite petit in ſignum benevolentiæ, ut ſibi benè precetur, veliſtque adeſſe præſidio in proximo cum fratre congreſſu. Voti compos factus nomen inde ſuſrepit Iſraëlis in teſtimonium fortitudinis, & ex eo tempore hebræa gens populus audivit Iſraëliticus.

55. Jacobo igitur in patriam reduci, & ex lucta clodicanti obviavit Eſau frater cum armatis viris quadringentis, quod cum audiiſſet Jacobus agmen ſuum in tres providè turmas diſtribuit charioribus in tertiam receptis, ut ſi hoſtium violentia duas priores fregiſſet, ſpes ſuas ſaltem beneficio fugæ in ultima ſervaret; ſed exhibitis muneribus, ac verborum humanitate, vultúſque hilaritate, ita animum placavit fratris licèt aſperi, & agreſtis, ut ejus extinxerit iras, ejúſque odia in amorem verterit, & mutuis amplexibus, ac oſculis ſe ſe ambo fratres exceperint: quasnam igitur non ſuperat Jacobus difficultates? qualia diſcrimina? ſola ſpe fretus, quam in Deo poſuerat in tota illa profectione? diſceſſerat paterna è domo ſolus, exul, egenus, & vix palliolo contectus, ſed quia ſpe in Deo protectus rediit in patriam multiplicatâ familiâ, ac ingentibus auctus opibus, pluribus inſignitus victorijs, & cum fratre, cui erat exoſus, ſincero reconciliatus amore; quàm

Pſal. 145. rectè igitur cecinit David. *Beatus, cujus Deus Jacob adjutor ejus, ſpes ejus in Domino Deo ipſius.* Neſcit ſpes vere titubare; neſcit cadere, quæ Deo nititur: hæc eſt illa ſpes, quæ ſudores abſtergit, doloees lenit, labores ſolatur, animos erigit, vires ſuppeditat, & victrices exhibet palmas: ſcitè D. Chryſoſtomus ait. *Nihil mentem hominis adeò virilem facit, & ad omnia audentem, ut ſpes bona. Dic ergo, ſi quis te ad Regnum terreſtre, & imperium vocaret, atque ante ingreſſum ejus civitatis, in qua coronandus eſſet, in ſtabulo divertere neceſſe eſſet, ubi luti, ac fimi plurimum viatorúmque tumultus eſſet, & latronum perturbatio, ſummáque preſſura, & anguſtia, num ad illa triſtia, cogitatione converteris? an illa omnia, quaſi nihil eſſent, gaudio, & ſpe regni contemneres? perquàm igitur ineptum, & indignum eſt, terrenis, mortalibúsque rebus potiturum, nihil his, quæ interim inciderint, contrahi; æterni autem Regni ſpe elatum, & erectum ad cœlos accerſitum, per ſingula, quæ in diverſorio contingunt triſtitia decidere, ac perturbari.* Homil. 21. in epiſt. ad Rom. Tom. 10 Lib. 3 de providentia.

§. VI.

Spes, quam ſolus Deus fovet, viret, vernátque in florem vera virtutis, ac optatum exhibet rei ſperatæ fructum, labores lenit, onera alleviat, & ærumnas excutit.

SPes, quæ Deo tantùm nititur, ærumnas excutit, calamitates abigit, labores lenit, onera alleviat, éſtque patientiæ fulcrum, laboris magiſterium, fortitudinis ſubſidium, virtutum illicium, & exercitatio: *Ipſa eſt:* ait Zeno Veronenſis: *vitæ noſtræ immobile fundamentum, invictum adverſus Diaboli impetus propugnaculum pariter, ac telum, animæ noſtræ impenetrabilis lorica, legis compendioſa, ac vera ſcientia, Dæmonum tortor, martyrum virtus, eccleſiæ pulchritudo, ſanctitatis murus, Dei miniſtra, Chriſti amica, Spiritûs Sancti conviva.* Secus, quæ in rebus mundi fluxis, & in hominibus ſpes eadires figit, ſperantes affligit, non ſolatur; ærumnas incrementat, non elevat; labores multiplicat, non emollit; triſtitias accerſit, non abigit; quia dum ambitioſa rerum fluxarum affectio ardentiùs inflammatur de ſpei certitudine acriùs torquetur; & ſpes, quæ laborioſi angoris futura erat lavamentum; moleſtiarum, ac dolorum invenitur eſſe incrementum; & quæ ad labores videbatur ſtimulus, ipſius laboris ingenerat tœdium; ſítque dignum ambitionis ſupplicium, quæ ſperantis videbatur eſſe ſolatium: animus enim hac ſpe hæret anceps, & de eventûs dubietate discruciator, & quò mundi fluxis ardentiori inhiat pruritu, eò incertitudine eventûs moleſtiùs diſtorquetur. 56. Serm. de ſpe.

57. Secus ſpes divina moleſtias abigit dubietatis, quia omnem excludit fallaciam; laborum excutit tœdia, quia plurimum ſe-

ſecum adfert ſolatij, id expertus fuit Jacobi filius Joſephus, qui quemdiu in Deo ſperavit, ei omnia ad votum fluxerunt; diſcrimina, ac pericula evaſit, fratrum perſecutiones, & odia vicit: ſed cùm primùm cœpit in hominibus ſperare ſuas adeuget ærumnas, incrementat celamitates, & carcerem ipſum ſibi protrehit. Deo enim, ac ſuæ innocentiæ derogavit, cùm

Geneſ. cap. 40. primùm cœpit in homine ſperare. Verſabatur Joſeph in eula Phareonis ubi gretiam, & benevolentiem Heri Putipharis ſibi conciliaverat, ſemuli ſui prudentiem, & fidem admirantis, adeò ut domus totius ei curem concredideris, & quidem eo emolumento, ut omnes Putipharis facultates utilioribus excreſcerent incrementis; ſed quia nil in rebus humanis tutum, nilque ex omni parte beatum: erat Joſephus corporis ſtatura elegans, oris pulchritudine venuſtus, frontis ſerenitate hilaris, oculorum vivacitate blandus, & totius vultûs lætâ modeſtia placidus; idque uxorie Putipharis irritamento fuit amoris impudici, & jam liberiùs, quàm fœminam caſtam, & conjugatam deceret, oculos cœpit in adoleſcentem non ſolum jacere, ſed etiam figere, & occultum in venis impuri amoris ignem fovere, & alere, cúmque obſervâſſet tempus, quo ebſque erbitris poſſet Joſephus ad flegitium invitari, eum ad

Geneſ. 39. v. 7. ſcelus illexit. *Injecit Domina ſua oculos ſuos in Joſeph, & ait: dormi mecum.*

58. Non æſtuans duntaxat mare procellis obnoxium ſuas alit ſirenes voluptatum illecebris allicientes; ſed etiam Nilus; niſi quod nocentiores ſunt ipſis crocodillis, qui non illachrymantur, niſi poſtquam interſecerint: ſœmine enim ridet, ut interimat; allicit, ut enecet; provocat ad emplexus, ut ſuffocet; adeò ut melè etiam cum ſirenibus componetur, cùm audita ſtrangulet dormientem, & ineudite interimat vigilantem. Sirenum enim retia mere trajicientes evadebant, ſi cera eures obſtruerent, ne feralee cantue, lethales voluptates, ſolatia mortiſere perciperent: ſed in Ægypto fœmina non aures cantu pulſet, ſed in aures dulcia unà cum verbis eblandientibus demittit mella, quibus egnata cera non intercludit, ſed editum aperit in animum; quis enim mella reſpuat, quæ non fœmina tantùm, ſed here exhibet guſtanda, inquiens voce blande, & illiciente: *Dormi mecum*, nimirum in plumis alas, perinde ac Icarus ſibi compegiſſet; non tamen ut ſublimiùs voleret, ſed ut ejus pudor in mare Veneris delapſus periret naufragus; ſi dormiiſſet cum hera, ed præfecturem non enavigâſſet, & è puppi in ſentinam ruiſſet; ſed quia vigil Palinurus dormire detrectavit, naufragium evaſit eaſtitatis, quod in impudici amoris melecis procax femina apparaverat; etenim ut ſtaret pudor, non ſtetit Joſeph, ſed aufugit; ne caſtitatem exueret, pallium projecit, & frigere meluit in carcerem intruſus, quàm uri in lecto heræ. Meluit concuti Joſeph, quàm dormire; & ne à Domina detineretur, cum pallio præfecturam dimiſit; beatiorem ſe fore ſperens in compede cum lilio, quàm in thalamo cum gramine.

Irritata enim fœmina repulſam paſſa tantum exarſit odio in Joſephum, quantum priùs flagreverat amore. Apud domeſticos innocentem infamiâ onerat; ad maritum cum pallio cucurrit madida lachrymis, & queſtubus famulum in crimen vocat intentatæ turpitudinis, pallium oſtendit, teſtem deſenſæ integritatis, fideíque ſervatæ. Credidit inconſulte Putipharis temeritas lachrymis mulieris, & reum Joſephum, quia innocentem; impudicum, quia vindicem caſtitatis: & licèt decem annis exploratæ probitetis argumentie ſuffultum detruſit in carcerem, ut pœnas lueret illius culpæ, quam patrare noluit, ſed noctem carceris non reformidavit Joſeph; lætus quia à ſe non diſceſſerit pudor, cujus rubore, & caſtitatis candore ſpereverat fore, ut eurora ei eſſet etiam in carcere roſes exhibitura, & lilia: ſperaverat enim in Numinis ope, qua omnia ſemper evaſerat pericula. Si tamen carcer eſt ei, quem non culpa, ſed innocentia; non gladius, ſed lilium damnaverat; potuit etiam Joſeph non ſolùm in carcerem detrudi, ſed etiam membretim cædi, non tamen inde integritatem amiſiſſet: vinciri poteſt innocentie, non vinci; imò & inter compedes libertate gaudet, & ſqualorem carceris, pudoris compenſat flagrantiâ; mavúltque ærumnis premi, & roſe pudoris eſſe cum dumis, quàm lappa expers ſpinarum; nec timuit luce clarere, cum cœlum ipſi clereſceret. 59.

Sed licèt Deus, qui non ſinit juſtam innocentis cauſem cadere, illicò è tetra illa carceris caligine Joſephum eripuiſſet, quia tamen in carcere cœpit, & ipſe in homine ſperare, ærumnas ſibi adeuget, & carceris moleſtias incrementat; detinebantur in eodem tunc duo de Pharaonis Palatinorum numero, quorum alter pincernis præerat, alter piſtoribus, & utríque eadem nocte ſomnium objicitur, cum officijs, quæ geſſerant. Fueret ſomnium Pincernæ objecta ſibi vitis cum tribus palmitibus, è quibus gemmæ primùm erumpebant, mox cœperunt paulatim dilecetæ frondeſcere, minutos emittere recemos, & iſti mox florere, mox incrementa ſubire, & ed maturitatem perduci, ac à pocillatore Pharaonis in calicem exprimi, Regíque porrigi, quò recens ebiberet muſtum: quod ſomnium fuit ite interpretatus Joſephus, ut tres vitis propa- 60.

gines

gines totidem dierum ſignificarent intervalla, quibus dilapſis eſſet homo ſuo reſtituendus officio, ſéque propterea eidem commendavit, ut ſui recordaretur; eò quia multum in ipſo reſtituto ſperaret.
... cap. v. 14.
Tantùm memento mei, cùm bene tibi fuerit, & facias mecum miſericordiam, ut ſuggeras Pharaoni, ut educat me de iſto carcere: quia furtim ſublatus ſum de terra, & hic innocens in in lacum miſſus ſum. Ubi Joſephus præſenſit Præfectum Pincernarum potentem in aula Pharaonis, eum ſibi patronum adſciſcere voluit, ſuámque cauſam ei commendare, ac ſpem ſuam in ipſo ponere, ſed erravit, cum ab homine ſubſidium ſperaret, quod à ſolo Deo petere debuerat; ideóque non fit voti compos, ſed carceris moleſtias diuturniores ſibi accerſit, & ærumnas adauget. Quando Joſephus in ſolo Deo totam ſpem ſuam poſuit, tunc favente cœli aurâ, ſecundis ventis ad felicitatem enavigavit, invidiam fratrum declinavit; & vincula non valuerunt coronam exolvere; nec puteus purpuram ebibere; nec haſta, ſub qua divenditus fuit ſceptrum diſpungere; quia ſpes, quam in ſolo Deo poſuerat plenis velis ad Ægypti præfecturam eum evehebar, & illicò è carcere thronum inſcendiſſet; ſed quia in carcere cœpit in homine ſperare, aſcenſum ſibi remoravit: appoſitè D. Auguſtinus loquens, de Joſepho ait:
Serm. 82. de tempore.
Cum in omnibus Dei gratiam meruiſſet, ſurreptum eſt illi, ut ab homine auxilium peteret, & pro qua re addeti ſunt duo anni, quibus adhuc teneretur in carcere. Tanquam diceret ei Deus: Ego tibi oſtendo, quòd magis à me, quàm ab homine debeas auxilium poſtulare.

61. Ægrè tulit Deus, quòd Joſephus in Pincernarum ſperaret Præfecto, quem noverat poſt triduum è carcere liberaturum, & potentem fore apud Pharaonem, & ſuam cauſam ei commendaret, ſuppetias ab homine expectaturus, quas à ſolo Deo petere debuiſſet: etiam innocentum, ac juſtorum diffidentiam Deus odit, qui propterea dum in hominibus ſuam ſitam volunt fiduciam, divini ſubſidij deſtituuntur protectione: ut inde diſcant, qui virtutum ſunt culturæ addicti, ac Dei ſervitio mancipati non ſperare in hominibus, ſed in ſolo Deo; non fidere rebus humanis, ſed in ſola ope Dei confidere; divinas enim incurrunt iras, ſi integram in Deo fiduciam non ſiſtunt. Proficiſcenti Moyſi in Ægyptum obviat Angelus ſub armigeri ſpecie cataphracti, qui diſtricto gladio, vultúque truculento mortem etiam minatur.
Exod. 4. v. 24.
Cúmque eſſet in itinere in diverſorio, occurrit ei Dominus, & volebat occidere eum. Sed ſi Moyſes ex Numinis præcepto in Ægyptum pergebat, cur Angelus nudato gladio necem ei minatur, ac eundem interficere violenter intentat? num debuiſſet Moyſes præceptum ſibi à Deo injunctum de profectione in Ægyptum transgredi, ut mortem ab Angelo ſibi intentatam evaderet? non Angelus voluit Moyſem interficere, eò quia in Ægyptum pergeret, & injunctum ſibi à Deo præceptum impleret, ſed quia in ſolatium itineris, in levamen laborum Moyſes ſecum uxorem, & filios duxit. *Tulit ergo* Exodi 4. v. 20.
Moyſes uxorem ſuam, & filios, & impoſuit eos ſuper aſinum, reverſúſque eſt in Ægyptum, portans virgam Dei in manu ſua. Speravit Moyſes ſolatium ex ſocietate uxoris, & filiorum; ſperaverat itineris tœdia excutere; & labores lenire: & quia ſolamen ab hominibus quærit, qui ſolum Deum debuerat admittere Solatorem, qui à ſolo Deo, à quo in Ægyptum mittebatur, ſperare debuerat opem, ideò Angelos contra ſe armat, & Numinis iram contra ſe laceſſit, ut obſervat Euſebius, inquiens: *Propterea Moyſem Ange* In cap. 4. Exod.
lus interficere volebat, quòd ſecum uxorem, & filios ferret.

62. Non vult Deus, viros juſtos, & quos ipſe ſeligit ad munus aliquod obeundum in hominibus ſperare, ſed in ipſo ſolo, qui eos delegat; tantò enim eſt, quia juſtior, & Deo acceptior, quantò magis ſe in ejus tutelam committere debet, & in eo tantùm ſperare; quia ſpes; quæ in Deo ponitur, protegit, non confundit; erigit, non deprimit; etenim ut ait Apoſtolus. *Spes non confundit, nullus ſperavit in* Ad Rom. 5. v.
Domino, & confuſus eſt: & ut monat D. Ambroſius in Hexam. *De divina miſericordia tunc ſperandum, cum humana præſidia deficiunt; omnes, qui ſperant in eum, non infirmantur: Nam bonus Dominus, & confortans in die tribulationis, & ſciens ſperantes in ſe.* Narrat Julius Sextus *lib. 1. ſtratagem. cap. 1.* Scipionem Africanum ex Italia in Africam cum exercitu trajeciſſe, & ex caſu fortuito in ipſo navis exſcenſu pronum corruiſſe in terram, cúmque obſervâſſet, milites animo cecidiſſe, licèt ipſe nonniſi corpore; & ob hoc omen, quod infauſtum credebatur hæſiſſe conſternatos. Scipio ipſum caſum in ſpei trahens felix auſpicium hilari fronte, ac voce clara dixit, *optimum omen, mei milites, optimum omen, jam oppreſſi Africam, quæ mihi ſubjicitur.* Fertur conſimili modo, Cajum Cæſarem navim aſcenſurum in terram pronum corruiſſe, & cum milites pariter eſſent ex tali lapſu perterrefacti dixiſſe Cæſarem: *teneo te ò terra mater, teneo te:* ſpes enim eſt, quæ animos erigit, vires ſuppeditat, & timores excutit, & præſertim ſpes, quæ in ſolo Deo collocatur; quia tunc divinam ſibi miſericordiam ſperans obſtringit ad patrimonium, cùm hominum renuntians præſidijs, ac humanis auxilijs opem

tantùm exquirit divinam: pulchrè D. Da-
Lib. 7. epiſt. 31. mianus. *Ubi magis ex humana ratione diffiditur; illic propenſiùs divina clementia ſubvenitur: & ubi ſolatium deſperamus humanum, divinum plerumque cernimus adeſſe præſidium.*

63. Scimus Paraliticum evangelicum octo ſupra triginta annos jacuiſſe ad piſcinam omni deſtitutum auxilio, & ſine ullo remedio: quòd ſi cauſam diſquitas hujus deſtitutionis, ac derelicti paralitici, ipſemet
Joan. 5. eam tibi ſuggerit, inquiens. *Hominem non habeo:* multùm quidem, & mirum, quòd per tam prolixum annorum fluxum nullus adfuerit homo, qui miſerum juvaret, & à morbo, quo laborabat, liberaret; quod contigiſſet, ſi in piſcinam fuiſſet paraliticus dimiſſus, cum aqua moveretur: ſed licèt moveretur aqua, nullus tamen adfuit, qui ad pietatem in paraliticum moveretur, unde conqueritur miſer, patronos ſe non habere homines, *Hominem non habeo:* nimirum ſpem ſuam in homine collocaverat, à quo opem, & auxilium ſperaverat, ſed quia in homine ſperavit, hominem non habuit; & omni ſe deſtitutum auxilio vidit, cùm in homine confidit: in hominibus ſpem ſuam miſer poſuerat, quam debuerat in ſolo Deo collocare: ſed cur in tam prolixo temporis fluxu in Deo non ſperavit, præſertim cum de hominibus jam deſperaverit? quia ſcilicet ſpem divini auxilij amiſerat, quia ſpes ſuas in hominibus collocaverat, quia ut ait D.
Lib. 23. Moral. cap. 2. Gregorius. *De Creatore deſperâſſe fuerat, ſpem in creatura poſuiſſe.*

§. VII.

Spes cœleſtis beatitatis affectus omnes in mundi fluxa commoda, futiles honores, ac umbratiles dignitates abigit: & ad virtutum exercitia incitamentum ſuppeditat.

64. COelum, qui ſuſpicit, & in ſyderum Conditore non ſperat, meritò redarguitur, neque meretur ullo ab hominibus fulciri ſubſidio; pluries Paraliticus in cœlum oculos erexerat, ſolem diei parentem, lunam noctis lampadem, & ſtellas veluti vernantes roſas ſuſpexerat, & quia in cœli Conditore ſuam non poſuit fiduciam, à quo potuiſſet priſtinæ reſtitui ſanitati, ideo humano etiam deſtituitur auxilio, & hominem non habet, à quo in aquam piſcinæ motam dimittatur: cœlum aſpicere, & in cœli Conditore non ſperare piaculo non vacat. Etiam Chriſti Diſcipuli poſt aſcenſum Magiſtri in cœlum redarguuntur ab Angelis. *Viri Galilæi, quid*
Actor. 1. v. 11. *ſtatis aſpicientes in cœlum?* quid? quòd Apoſtoli reprehendantur, eò quia cœlum aſpiciant? nonne Deus Abrahamum è propria eduxit domo, ut cœlum aperto ſub dio ſuſpiceret. *Suſpice cœlum, & numera ſtellas, ſi potes.* Cur igitur Abrahæ filij inhibentur ab Angelis cœlum intueri, ea præſertim die, qua eccleſia Chriſti ſponſa ſuis expetit è fidelibus, ut mente in cœleſtibus habitent? Quid commendabilius, ac præſtantius, quàm cœli monilia, & paradiſi vernantes flores in fidelibus contemplari; cùm ad id rectus, & erecta cervice fuerit homo à Deo conditus, ut cœlum aſpiceret, & fiduciam ſuam in cœli poneret Conditore, cujus ſapientiam admiratus, bonitatem diligeret? Quid perverſius quàm Ægyptiorum more, imò & inſtar porcorum oculis luto inhærere, dixit enim Regius Vates de Ægy-
ptijs. *Statuerunt oculos ſuos declinare in terram:* impij cæcutiunt, cum oculis men- Pſalm. 16. v. 11.
tis, & affectibus cordis terrenis hiſce inhærent, quorum vel divitijs, vel voluptatibus inhiant; hi enim oculos ſuos declinant in terram, cùm ſuis deſiderijs, & concupiſcentijs mundi illecebris adhæreſcunt, ac divitijs inhiant. Juſti enim cum
Apoſtolo aiunt: *noſtra autem converſatio in cœlis eſt*, quatenus mente, & affectu 3. ad Philip. 20.
ſoli adhæreſcunt Deo, quem præ cæteris omnibus amant, & bona omnia ab ipſo ſolo ſperant: idque cauſæ, cur David
in Deo ſperans dixit, *ad te levavi oculos meos, qui habitas in cœlis.* Pſalm. 122. v. 1.

Quòd ſi juſtis datur laudi cœlum ſuſpi- 65.
cere, cur ab Angelis reprehenduntur Chriſti Diſcipuli, eò quia ſuos in cœlum oculos dirigant? *Quid ſtatis, aſpicientes in cœlum?* An Angeli non cohærent cum Prophetis, diſſentiunt ab Apoſtolis, non conveniunt cum Deo? cùm hic præceperit Abrahamo cœlum ſuſpicere, & ſtellas ibi ſplendentes enumerare; cùm Propheta oculos ſuos in cœlum levaverit, nec quidquam ei magis volupe fuerit, quàm cœlum ſuſpicere: & Apoſtolus apertè teſtatus fuerit, non alibi ſuam fuiſſe converſationem, quàm in cœlis? Non diſſident Angeli à Deo, Prophetis, & Apoſtolis, ſed iiſdem plenè conſentiunt, non enim cœlum ſuſpicere inhibent viris Galilæis, ſed indignantur, eò quia cùm cœlum aſpiciant, adhuc ſtent, & non operentur, non ſperent in Deo, ſatagentes illuc per exercitia virtutum ferri. Non objurgant viros Galileos, eò quia cœlum aſpiciant; ſed quòd inter aſtra videantur deſidea ſtare, & ægrè ferunt Chriſti Diſcipulos tantis intentos ſtipendijs, adhuc deſides torpere, otio marceſcere, ac ſtare, non currere; cenſuerunt Angeli, debuiſſe Chriſti Diſcipulos ſyderibus tanquam calcaribus incitari ad decurrendam virtutum ſemitam. Syderum enim, ſeu æternitatis, ac

cœleſtis præmij meditatione expediri, non præpediri vires debent, & nervos omnes ad curſum ſolvi, quia ſpes æternæ beatitatis, quæ addictos manet virtutum ſtudijs, excitare eos debet ad curſum, paſſúſque velociores; unde David de futuro Eccleſiæ ſtadio dixit: *Exultavit, ut gigas ad currendam viam.* Fidelis enim, as Nuiniuis man, cipatus obſequiis ex ſyderum meditatione, ex intuitu æternitatis in ſpem erigitur præmij, totáſque ſuas exerit vires, ut in militantis Eccleſiæ ſtadio dum currit, bravium quod ſperat, conſequatur in cœlis

Pſalm. 18. v. 6.

66. Fuit hæc ſpes æternorum, quæ pueris ſuaſit, quaſi à cunis ad rogos tranſilire; puellis à thoro in cruses inſilire, & viris principibus è Throno ad antra tranſire. Eſt ſpes virtutum reliquarum fomentum, & operationum incitamentum, adeò ut ſine ſpe torpeat humanitas, & ejus ſubſidio virtutes ſingulæ propria exerceant honeſtamenta, ſéque foras prodant; ſi tamen ſpes ſuas in Deo radices agat, hæc enim ſplendida eſt, & prævia fax, quæ iter præſignat ad æternam vitam, ut ſcitè, & eleganter innuit S. Zeno Præſul Veronenſis, ubi à rerum medio. criter utilium ſpe, ad æternæ felicitatis veram, ac optimam ſpem gradatim aſſendit, audi, quàm pulchrè loquatur: *Tolle ſpem, torpet humanitas tota. Tolle ſpem, artes, virtuteſque univerſæ ceſſabunt. Tolle ſpem, & interempta ſunt omnia. Quid facit apud litteratorem puer, ſi litterarum non ſperet fructus? Quid ratem profundo gurgiti nauta committit, ſi ei nunquam lucrum, nunquam portus deſideratus occurrit? quid miles non dicam horridæ hyemis, aut torridæ æſtatis injurias, ſed ſe ipſum contemnit, ſi gloriæ ſpem futuræ non gerit? Quid agricola ſemina ſpargit, ſi ſudoris ſui præmium non colligit meſſem? Quid Chriſtianus credit in Chriſtum, ſi promiſſum ſibi à Deo perpetuæ felicitatis tempus non ſperat eſſe venturum?*

Serm. de fide, ſpe, & charitate.

67. Profectò in humanis, ac mundi negotiis, & operationibus omnia inſtituit, movet, & perficit una futurorum ſpes, ſine qua torpet humanitas tota, & arduum nihil intentatur: etenim ſpe meſſis telluris glebæ proſcinduntur, ſemina jaciuntur; ſpe vindemiæ, viniferi colles excoluntur, vites amputantur; ſpe lucri naves conſtruuntur, fluxa pelagi itinera trajiciuntur, tempeſtatum diſcrimina, naufragii pericula ſuperantur; & cùm marinis fluctibus conflictus initur, ſpe victoriæ, malaciæ, ac portûs poſt declinata pericula; ſpe pacis ineundæ milites conſcribuntur, arma cuduntur, bella geruntur; ſpe aucupandi procerum favores, Prinsipis gratiam, dignitatis eminentiam, teruntur aulæ, obſequia præſtantur aliis, incommoda tolerantur, donec, qui ſperat, voti compos fiat: grati enim ſunt colono flores, quos arbores redeunte vere emittunt, ſed donec autumnus fructus proferat; grata eſt nautæ æquoris enavigatio, ſed donec portum appellat; & quas ab extero litore divitias detulit, domi congeſtas poſſideat: adeo adhæret ſpes homini, ut quamvis cæteris omnibus ſpolietur, hac una tamen nunquam deſtituitur: quin & agenti animam tamdiu ſpes hæret, quamdiu vivit; & quamdiu ſpirat, ſperat.

Civis quiſpiam Rhodius cavea alebatur incluſus beſtiæ inſtar, præciſis naribus, amputatis auribus, detruncatis digitis, & toto corpore mutilo: huic amici ſuadebant, ſatiùs fore, & pro ipſo conſultius, ſi voluntaria inedia à ſuis ſe ipſum miſeriis abſolveret; quibus in cavea incluſus reſpondit, hominem omnia ſperare poſſe, quamdiu vixerit, & nolle à ſe hanc ſpem præcidere, nec ejus bono privare. Tametſi vitam præſentem caveæ pariaverim, & hominem in ea dixerim miſeriis obrutum, ærumnis preſſum, ac pluribus deſtitutum bonis; una tamen ſemper ei ſpes ſuperſit æternam hæreditatem adeundi; dummodo per virtutum exercitia viam ad illam ſibi ſternat: eſt enim ſpes vigor animi, corporis robur, virtutum fomentum, & honeſtæ exercitationis incitamentum: beneficio ſpei homo homini reſtituitur, quia ſi ſit ſpe deſtitutus, torpet humanitas tota, ſpe munitus ſuis reſtituitur exercitijs, & quaſi reſculpitur hominis natura: idque cùm noviſſet Philo Judæus, audacter dixit, *Solùm bene ſperantem eſſe hominem*: quaſi homo non ſit, qui bene ſperare neſcit, & ſit ſola ſpes, quæ hominem inſtituat, & homini reſtituat, ſi ſemel ſpe fuerit deſtitutus; quia ſi ſpes abjiciatur, neceſſe eſt, tota natura torpeat. 68.

In libro quod deter potior &c.

Non ſolùm abſque ſpe homo homine deſtituitur, ſed & virtutes omnes corruunt, quaſi ſit ſpes reliquarum fulcrum virtutum, quo ſublato, neceſſe eſt ſollabantur; idque cauſæ, cur Chryſoſtomus in Pſalm. 140. æmulatus Apoſtolum ad Hebræos 6. ſpem vocaverit *Sacram anchoram*, quatenus ſpes in Deo ſita nutantem animum corroborat, & fluctuantem in fluxa hujus vitæ enavigatione dirigit in portum æternæ tranquillitatis; & in hujus mundi verticoſo pelago, & procelloſo vortice agitatum aduncis obfirmat anchoris, ne naufragus pereat, unde monet Zacharias: *Convertimini ad munitionem vincti ſpei:* vinciuntur enim homines firmis ſpei rudentibus, ac arctiùs illigantur virtuti, ſi ſpei anchorâ obfirmati fuerint. Non perit, quamvis urgeant, ſæviántque hujus fluctuantis vitæ procellæ, qui anchoræ innititur veræ ſpei, quam D. Chryſologus vocat, *ſuſtinendi gloriam*, quaſi ſit totiùs gloriæ fulcrum, ſeu felicitas patientiæ, gloria tolerantiæ, & laborum triumphus; nec immeritò, quia ſi unam ampures ſpem æternæ gloriæ, non ampliùs floret caſtitas, non ſuffert patientia, non offert charitas, & reliquæ virtutes devenuſtatæ corruunt, quia ſi ſpes tollatur, torpet humanitas tota. 69.

Cap. 9. v. 12.

Serm. 2.

70. *In cap. 8. Proverb.* Imò ſpes quaſi retrogrado vigore fidem fovet, quia ut ſcitè Beda fatur: *Nihil execrabilius deſperatione, quam qui habuerit, & generales hujus vitæ labores, & quod maximè nocet, in fidei certamine conſtantiam fortitudinis perdit.* Quòd ſi in fidei certamine per deſperationem conſtantia deperditur fortitudinis; conſequens eſt, ut ſit ſpes fidei robur, cùm ſpei vigore fides obarmata vigeat, hoſtéſque fidei exarmet, eóſque vinciat, quò ipſa vincat; & eò glorioſiùs triumphet, quò intimiùs fuerat ſpe præmunita: ecce quomodo ſpes reliquis omnibus ut faveat virtutibus, eáſque foveat, retrogrado quaſi vigore ad fidem revertitur; cui ſocia adſciſcitur ejus quaſi functiones obitura, ait enim

Serm. 2. de fide. Chryſoſtomus: *ſpes eſt cognitio fidei, credulitatis propinquitas: deſtinatum præmiorum tempus, futura expectatio meritorum:* dicitur ſpes eſſe fidei cognitio, quod tamen captu videretur difficile, cùm ſpes ſit actus voluntatis, quæ cæco veluti impetu fertur in objectum ſibi exhibitum; & fides ſit actus intellectûs arcana Dei myſteria lumine percipiens ſupernaturali: quomodo igitur ſpes cognitio dicitur fidei, ſi actus eſt alterius potentiæ, à qua nec cognitio proficiſcitur, nec fides exoritur? ſed acutè à D Chryſoſtomo dicitur ſpes eſſe cognitio fidei, quia tametſi nequeat ſpes objecta cognatæ fidei perſpicere, adeo tamen firmiter conſtantiam ſtabilit fidei, ac corroborat, ut vel ipſa fidei cognitio ſpei tribuatur, cenſeatúrque ſpei fœtus, à qua fides vigorem fœneratur, & perſeverantiam. Quapropter pulchrè dicitur, *ſpes fides cognitio*, & à S. Zenone Veronenſi *ſerm. de ſpe* dicitur: *fidei gloria*, quia ut opportunè obſervat S. Chryſoſtomus: *Fides gloriam inchoat, & ſpes ſuſtinendo conſummat:* Quòd ſi virtutis conſummatio gloria eſt ejuſdem, ac corona; rectè ſpes, quæ ſuſtinendo fidem conſummat, fidei dicitur gloria: ſtat igitur, ſpem veram, quæ ſuas in ſolo Deo radices figit, fulcrum eſſe, quo reliquæ omnes nituntur virtutes, & ſinè qua corruunt, & tota humanitas torpet.

71. Fovenda eſt igitur vel maximè ſpes cum fundamentum ſit, quo cæteræ omnes fulciuntur virtutes; anchora, quâ Religio in hujus ſæculi fluctuante pelago ſtat citra naufragium, ſitque fidei fomes, vigor, & gloria. Imò ſpes non ſolùm hominem homini reſtituit, verùm & homines parturit, probrum abſtergit ſterilitatis, & fœcunditatem impertitur. Scimus Abrahamum ob Saræ infœcunditatem ſterilem à Patribus nuncupari, & nihilominus prolem ſperâſſe à Deo, quam naturæ inopia jam diu denegaverat: ſperavit prolem ex ſeneſcente, & infœcunda Sara, & voti compos factus filium obtinuit Iſaacum: ſed quis abſterſit in fœmina jam longæva probrum ſterilitatis? quis fœcunditatem impertivit utero ſeneſcenti? Non credas id contigiſſe niſi ope ſpei, quæ in Abrahamo Iſaacum peperit, antequam Sara conciperet: appoſitè Baſilius Seleucienſis: *Sterilis venit in oblivionem* *Orat. 7.* *ſuæ conditionis: natura dum ſpe renovatur, ſenecta obliviſcitur, accepta promiſſione habuit filium ante filij partum: & ſpes ipſa prius Iſaacum peperit, quàm alvus:* ſpes Abrahami, ejúſque in Deo fiducia ſupra naturæ vires potens, non ſolùm abſterſit probrũ ſterilitatis, defectum ſupplevit longævæ ætatis, vires priſtino reſtituit vigori: verùm etiam quod mirum, Iſaacum peperit in Abrahamo, antequã gigneret in Sara maritum: mirum ſpes naturam totam antevertit ſuam oſtentura potentiam, quaſi æmula facta omnipotentis, cui cùm nititur unà cum ipſo omnia poteſt, ut ſupra naturæ vires præſumat, ut notat D. Petrus Damianus inquiens: *Tertia ala eſt ſpes: hæc eſt, quæ* *Serm. 5.* *fragiles animos erigit ad ſuperna, quæ tædium expectationis levigat, quæ præſumit de miſericordia Judicis, & in divinæ pietatis obverſatur palatio, ubi ope omnipotentis omnia poteſt.*

Contendit ſpes Numinis æmulari omnipotentiam, ac ſibi veluti adſcribere 72. ſupplicem veluti omnipotentiæ ſpeciem: ecce acceſſit ad JESUM mulier ob cruoris profluvium fœda, & ob emiſſi ſanguinis copiam viribus pœnitùs deſtituta, quæ tamen fide, & ſpe corroborata fimbriam tetigit Salvatoris, & priſtinæ eſt ſanitati reſtituta; ſiſtit ſanguinis fluxus, refloruerunt venæ, in quibus ſanguis incrementum ſubijt, vires reficiuntur, & mulier toto corpore viget robuſtior; cùm enim Salvator fidem vidiſſet mulieris fluxu ſanguinis laborantis dixit: *Fides tua te ſalvam fecit:* ubi obſervat D. Hieronymus expendens verba Chriſti, non dixiſſe Salvatorem, quòd ope fidei eſſet ſanitati reſtituenda, ſed quod fuerit jam reſtituta, ait ipſe: *Non dixit Fides tua te ſalvam factura eſt, ſed ſalvam fecit: in eo enim quod credidiſti, jam ſalva facta es:* ecce quomodo ſpes, & fiducia DEO innixa divinæ ſit æmula omnipotentiæ; ſpes mulieris fluxum coërcuit ſanguinis, & fœminam priſtinæ reſtituit ſanitati; *Fides tua te ſalvam fecit:* tanta eſt ſpei, ac fiduciæ in DEO virtus, ut quæ ſupra vires naturæ aguntur ipſe omnipotens virtuti adſcribat fiduciæ, & ſpei: *Fides tua te ſalvam fecit*, ut inde diſcamus & nos, ſpem noſtram in ſolo Deo dirigere, noſtrám, que totam fiduciam in ipſo ſolo ponere.

❋(o)❋
❋

§. VIII.

§. VIII.

Spes, quæ Deo nititur Martyres coronat, antequam Tyrannus gladium vibret; & ſperantes gloriæ ſplendore illuſtres conſtituit, priusquam rogum accendat.

73. NOn ſolùm ſpes ægritudine laborantes ſanitati reſtituit, verùm etiam Martyres inſtituit, antequam Tyrannus gladium nudet, vel rogum accendat, vel alia apparet cruentæ laniena; tametſi Martyrium res ſit operis; & Martyres cudant, non imaginatio Martyrij, quæ nonnunquam metu ſupplicij Apoſtataa effecit, quibus Martyrium coronam cudiſſet; ſed Tyrannorum barbaries, carcerum ſqualores, carnificum gladij, incendiorum ſupplicia, tormentorum ſævitiæ, dolorum acerbitates, vulnerum infoſſiones, & doloroſæ mortis ſuprema calamitas; hæc enim ſupplicia, & mors propter fidei veritatem obita Martyres conſtituunt: attamen ea eſt ſpei virtus, tanta hujus virtutis efficacia, ut prævento tortoris officio ipſum videatur Martyrium antevertere, ut argutè innuit Tertullianus, ubi agens de illo ſtrenuo Chriſtiano milite ob repudiatam coronam, martirij Candidato, cùm ad carcerem raperetur dixit de ipſo: *Et nunc ruſſatus ſanguinis ſui ſpe*, vocat Chriſti militem ob ſpem animoſam fundendi ſanguinem, præmaturè *ruſſatum*, ac purpuratum, ac ſi ſpes martyrij ſupplicium præveniſſet tortoris, & quædam martyrij laurea ſit, Martyrium priùs inchoare in ſpe, quàm perficere in re: vocavit Tertullianus militem illum ruſſatum ſanguinis ſui ſpe, quia ſpes ſanguinis effundendi pro Chriſto, ac fidei veritate Martyres inauguratur, ut priùs inchoentur in ſpe, & poſtea perficiantur in re. Sibi enim primitias martyrij ſpes arrogat, quas Tyranno ſurripit; ſi Martyrium malo punico parietur, quod diſrupta cute ſaucia oſtendit viſcera, & ob tolerata quaſi vulnera coronatur: ſpes purpureos hujus mali punici florea colligit, antequam perſecutoris gladio demetantur.

Lib. de corona militis c. 4.

74. Imo adeo animoſa eſt ſpes, ut vel contra ſpem ipſam adhuc audeat ſperare, nec fructu ſuæ deſtituatur ſpei. De Abrahamo ſcripſit Apoſtolus Paulus: *Qui contra ſpem in ſpem credidit*, ſed quid eſt credere in ſpem contra ipſam ſpem? An ſpes contra ſe ipſam armatur, & pugnat, viréſque ſuas in ſui exerit internecionem? licèt ea ſit vis ſpei, ut reliqua vincat, quomodo ſe ipſa fortior erit, ut contra ſe ipſam prævaleat? Scio à pleriſque verba Apoſtoli de ſpe Abrahami ſperantis contra ſuam ſpem ita interpretari, ut velint, Abrahamum ita crediſiſſe ſperantem, ut etiam contra ſuam ſpem innitentem naturæ viribus voluerit credere, ac ſperare ſpe Deo innixa: prolem, quam à natura non potuit ſperare, à Deo ſupra vires operante naturæ ſperavit, quo pacto contra ſuam ſpem viribus innixam naturæ credidit in ſpem in Deo poſitam, & agente ſupra naturæ vires. Sed Zeno Veronenſis argutè ait: *Hoc eſt, quod Abraham contra ſpem credidit Deo, ut fieret pater multarum gentium. Contra ſpem autem eſt, quod impoſſibile eſt, ac non videtur eſſe poſſibile, ſed poſſibile hac ſpe ſit, cum Dei dicto indubitanter, ac firmiter creditur:* quàm animoſa eſt igitur ſpes, quæ rem prorſus deſperatam, & ſummis naturæ viribus impoſſibilem audacter intentat, & auſpicatò exequitur. *Quod enim impoſſibile eſt, ac non videtur eſſe poſſibile, poſſibile hac ſpe ſit* ait Zeno; hoc eſt, ſpes Numinis æmulatur omnipotentiam, & quod naturæ viribus eſt impoſſibile, factu etiam facile conſtituit, & contra ipſam ſpem ſe armat ſpem ipſam ſuperatura, ac palmas de ſe ipſa victa, & proſtrata delatura: contra ſpem, quæ innixa naturæ viribus exaruerat, inſurrexit ſpes Deo innixa, & omnipotentiam æmulata, prolem, quam vires naturæ denegaverant, ſperat ſuperioris gratiæ favore conſequi, ac viribus ſpei ſuperantibus imbecillitatem naturæ, ejusdem defectum ſupplere, ut quod erat naturæ impoſſibile, fieret à potentia ſpei poſſibile.

Ad Rom. 4. v. 18.

Serm. de ſpe & fide.

Quæ Deo ſpes nititur omnem diſpellit anxietatem, neſcitque anceps hærere, ſed divinæ adſcita omnipotentiæ mira operatur, & vel in ſupplicio præmia apparat, & in flammis coronas cudit; aſſertores hujus veritatis ex Babylonica fornace adſunt Sidrach, Miſaach, & Abdenago regij ſomnij non interpretes, ſed exleges: Nabuchodonoſor imperij ſui potentiâ, & divitijs, quibus affluebat inſoleſcens, præ cæteris mundi Regibus inſueta voluit ab hominibus ſibi obſequia præſtari. Nocte intempeſta ſomno ſopito objecta fuerat ſtatua quadriformis, capite aureo, pectore argenteo, ventre æneo, tibijs ferreis, quæ tamen membra ſingula luteis niterentur pedibus, in quos cùm lapis unicus è montis faſtigio deorſum ruens per declivia in pedem impegiſſet ſtatuæ, totum protrivit coloſſum, ut ſecerni ampliùs aurum ab argento, & ferro non poſſet, acceſſivit ſomnij interpretem Danielem, à quo intellexit per illa ſtatuæ metalla portendi quatuor mundi imperia Chaldæorum, Perſarum, Græcorum, & Romanorum conterenda unico lapide de montis faſtigio ruituro, & quinto Regno longè majori cæteris initium poſituro: ſignificavit enim lapis iſte Chriſtum natum ex Virgine abſque ope humana, ſed ex Spiritu ſancto. Virgo enim Mater mons eſt ſummo virtutum omnium faſtigio cæteris omnibus longè ſublimior, de quo Iſaias Propheta dixit: *Et erit præparatus mons domus Domini in vertice montium*, ſeu plenitudo gratiæ, quæ in alijs fuit vertex, & faſtigium, in Virgine Matre extitit baſſis, & fundamentum: ſiquidem de fundamentis hujus montis dixerat Vates: *Fundamenta*

75.

Cap. 2.

damenta ejus in montibus ſanctis: hoc eſt ſupèr culmen ſanctorum, ac faſtigium virtutum, quas cæteri excoluêre, locata. In vertice igitur montium fuit beata Virgo, quæ omnem electæ creaturæ celſitudinem, electionis ſuæ dignitate tranſcendit: lapidem ex vertice montis delapſum Chriſtum præſignâſſe haud ſubobſcurè indicavit David, qui Chriſtum lapidi pariavit angulari: *Lapidem, quem reprobaverunt ædificantes, hic factus eſt in caput anguli.*

Pſalm, 117.

76. Fuit ſub initium exiguus lapis iſte, anguſto circumſeptus præſepio, ſed mox ejus fama, & gloria totam opplevit terram, præſertim prodigiorum efficientia, & miraculorũ admiratione. Hic igitur lapis ſtatuam contrivit ſomniatam, & mundi imperia Chaldæorum, Perſarum, Græcorum, & Romanorum ſolo æquavit; comminuit enim Chriſti Regnum Romanorum Imperium, & alia per hoc contrita, quia illud ad veram pertraxit Religionem, quæ orbe toto propagata, ubique terrarum floruit, ut quintum Regnum cæteris longè majus, & laxius, ac felicius inſtitueretur, ait Daniel: *Suſcitavit Deus cœli Regnum, quod in æternum non diſſipabitur; comminuet autem, & conſummet univerſa Regna hæc:* ſed Nabuchodonoſor ex ſomniata ſtatua formam deſumpſit, quâ vigilans aliam erigeret ex puro puto auro, idque fortaſſis vel ex Aulicorum aſſentatione, vel ex malevolentia in Hebræos concitata, nam ratus tantom ſe cæteris præcellere Regibus, quantum aurum metallis reliquis, & oſtenſuros divitias, quibus affluerer, ſtatuam erexit ex auro coloſſeam, & in ea ſuam juſſit effigiem erigi, ad cujus venerationem publico edicto univerſus convocatur populus, & aulæ purpurati omnes, inter quos cùm recenſerentur Sidrach, Miſaach, & Abdenago Religione, & natione Hebræi, detrectârunt hi ſua ſtatuæ præſtare obſequia, tametſi Regni primores ante ſimulacrum proſtratos viderent.

Cap. 2.

77. Neque Hebræi adoleſcentes ollis vel minis, vel ſpebus inflecti ſtatuæ potuerunt; libera enim voce aiebant; nummos ex auro quidem procudi, non verò poſſe numen cudi, quod obſequia ſoli Deo præſtanda deberet ab ipſis extorquere. Metallum eſſe ſtatuam illam coloſſeam è terræ refoſſum viſceribus, nec plus mereri obſequij, & venerationis, quàm ipſum lutum: Deum in cœlis regnare, non ex terræ ſubſilire ſpecubus; verum Numen non effingi limis, ſcalpris, malleis, & uſtrina, ſed ſibi ſufficiens nil indigere opis externæ: non poſſe propterea genua coloſſeæ ſtatuæ flectere, & ea eidem obſequia præſtare, quæ ſoli Deo debentur: ſtatuam illam licèt ab igne emerſam plus contraxiſſe caliginis, quâ cæcutiunt populi, quàm lucis, quâ veritatem videant; & nolle ſe fumoſæ litare ſtatuæ; ſed malle ignium pabulum eſſe, quàm coloſſei ſimulacri myſtas: non eſſe ſtatuam illam quamvis auream Deum; nec quidquam ex auro contraxiſſe divinitatis, nec proinde mereri divina obſequia: quòd ſi metalla flammarum cruciatu, & frabrilis artis inſtrumento recudi poſſent in Numina, inconſultè reos damnatum ad metalla iri; quia non ſupplicium, ſed decus foret è terræ illis viſceribus Deos extrahere, mundúmque per cuniculos, & ſarcula Numinibus locupletare: ſe quidem Regi ſubjeciſſe, ſed uſque ad aram.

78. Cúmque recuſâſſent decreſcere in genua adoraturi pro Numine Regis effigiem in ſtatua, accuſati fuerunt apud Regem ſpreti mandati; cœpit Nabuchodonoſor priùs eos alloqui cycnea voce; ſed mox efferatus in vulturem, non ſolùm ſtridere, ſed & pertonare: ſatiùs tamen phœnicem dixiſſes, quàm turturem, rogum enim apparavit, incenditque, in quem ad necem Sidrach, Miſaach, & Abdenago traherentur; ſed ſi phœnix fertur è ſuo rogo emergere nova donatus juventa; ex Babylonico igne tres adoleſcentes perinde ac totidem phœnices vegetiores exierunt: beati enim heroes per medios illos undantium ignium vortices ambulant illæſi, nec ab igne in ullo læduntur capillo, & compede liberi, vinculiſque ſoluti, carmina, & laudes ſerena fronte, læta voce vero DEO canunt, cœleſti Genio lenem auram, & rorem mira cum voluptate eis in fornace afflante, adeo ut flammarum globi in illos tantùm ſævirent, qui ferale Regis miniſterium exequebantur, quos & momento ignis extinxit, & in cineres redegit: viperas dixiſſes flammas conſtructi, & accenſi rogi, cùm ad necem in ſuos fuerint parentes graſſatæ: *Erupit, & incendit, quos reperit juxta fornacem de Chaldæis.*

Dan. 3. v. 48.

79. Scimus Jonam in ventre Ceti non ſepulchrum, ſed aſylum inveniſſe; non procellam, & naufragium; ſed ſecuritatem, & portum; ſed portentoſius fuit, quòd adoleſcentes Hebræos in fornacem dejectos flamma non læſerit, ſed tantùm fuerit Religionem venerata, & innocentiam exoſculata in adoleſcentibus triumphantem inter ſupplicia: quòd ſi Balena ſuæ pepercit prædæ: ignis in fornace captivis eblandliturus in roſcidum imbrem mira ſe convertit metamorphoſi. Si Balena, quem voraverat non jugulavit; ignis in fornace non ſolùm adoleſcentibus pepercit, ſed ipſa ſupplicia in delicias mutavit; ſævitiem à natura ſibi inditam dedidicit, & irrorare in delicias didicit, quibus perfuſi adoleſcentes læta voce in hymnos, cantúſque dulciſſimos erupêre: quòd ſi olim Græcia ſuum effinxit Arionem Delphino vectum, & in fluctibus muſicum; non fictum fuit commentum, ſed delapſum è cœlo inventum, quòd tres adoleſcentes flammis circumdati, perinde ac roſis ſtipati, floribúſque perfuſi, dulces ſtreperent in cantus. Quòd ſi importuna in luctu cenſetur muſica, mira procul dubio fuit in incendio. Scio

Moyſem

Moyſem obſtupuiſſe, ac miratum fuiſſe, cum Rubum in flamma vidit innoxium, cum flammæ eum tantùm amplecterentur, non læderent; & Rubus arderet, ſed non ureretur. Profectò triplicantur hæc miracula in Babylonica fornace, tria enim ibi lilia inter flammas, & incendia non ſolùm non læduntur, ſed roſcido perfuſi imbre florent vegetiora; adeò ut conſternatus miraculi novitate Tyrannus è fornace juvenes evocaverit, qui incolumes per obſtantes egreſſi flammas, tam Regem, quàm Proceres prodigij ſpectatores timore ſimul, & reverentia veri Numinis impleverunt.

80. Sed quis incolumes inter fornacis ſupplicia, voraces inter flammas, feralia inter incendia ſervavit adoleſcentes? certè non alia virtus, quàm ſpes ab ipſis in ſolo Deo poſita, hæc enim fuit illa virtus, quæ inflexiles, & fortes effecit adoleſcentes, ne genua flecterent coram ſtatua coloſſea: ſpes fuit illa virtus, quâ contempsêre habuere Regis minas: ſpes fuit, quæ lætos, & alacres duxit ad fornacem ſperantes in Deo, & incolumes intus
Daniel. 3. ſervavit: *Deos tuos non colimus, & ſtatuam auream, quam erexiſti non adoramus:* Ecce quàm pleni heroicæ libertatis, ac inconcuſſæ fortitudinis fuêre adoleſcentum voces; tametſi audirent iraſcentis Regis furiales minas, viderent parata ſupplicia, accenſam fornacem; illi tamen ſpe in Numinis ope muniti conſtantiſſimè dixerunt, *ſtatuam tuam non adoramus, Deum quem colimus poteſt eripere nos de camino ignis ardentis, & de manibus tuis ò Rex liberare*, ſperaverant, quòd Deus eſſet eos erepturus è flammis accenſæ fornacis, & de manibus Regis liberaturus, proinde hac ſpe loricati, nec ardentem fornacem ti-
Ibidem. muerunt, & Regis minas flocci fecerunt. *Quòd ſi noluerit, notum ſit tibi Rex, quia Deos tuos non colimus, & ſtatuam tuam, quam erexiſti, non adoramus:* quia nimirum ſperabant, inde cœleſti donari beatitate; fuit hæc ſpei virtus planè maſcula in utrumque partitiſſima, ſive Deus ignem in rorem, & flammas in roſas eſſet mutaturus, eóſque è fornace liberaturus; ſive eſſet permiſſurus ut flammis abſumerentur; quia inde æternam ſperabant beatitudinem, cujus ſpe freti heroica libertate fuêre loquti. Pulchrè ad rem noſtram S. Zeno
1. c. 6. Veronenſis de tribus his juvenibus ait: *Tres pueri in illo ſacro certamine Deum ſibi propoſuêre, in quo ſperârunt, non flammas; futurum gaudium, non præſentes pœnas; ſicque intra teteros undantis incendij globos triumphantes, barbarum Regem, minas omnes, ipſum quoque ſupplicium docuerunt, non eſſe fortiores ignes hominibus ſanctis. Quis non optet ſic ardere, quando mors tranſit in vitam, & metus in gloriam.*

81. Sibi adoleſcentes in Babylonica fornace Deum, in quo totam ſpem ſuam locaverant, propoſuerunt, non flammas; futurum gaudium, non præſentes pœnas: quia ſperantes cœleſti vita donari, nihili terreſtrem fecerunt; ſed Deus remuneraturus utramque ſpem non ſolùm æterna eos beatitate donavit, verùm ex ardente illo clibano, ex Babylonica fornace incolumes eripuit: *Angelus Domini deſcendit, & fecit medium fornacis quaſi ventum roris flantem:* Daniel. c. 3. cúmque incolumes, ac illæſi exiiſſent ex incendio fornacis, non ſolùm à Nobuchodonoſore non fuêre alio interempti ſupplicio, ſed ad præfecturam Provinciæ promoti: *Tunc Rex promovit Sidrach, Miſaach, & Abdenago in Provincia Babylonis:* non aruit inter flammas ſpes adoleſcentum, ſed viruit vegetior, ac floruit, fructúſque peperit dignitatum; ab eo enim adoleſcentes coronantur, à quo fuerant catenati; & ignis qui aſſolet aurum excoquere, ac purgare ferreum etiam Nabuchi pectus emollivit, imò & defœcavit: cùm enim antea nonniſi ferreas produxiſſet catenas, mox monilia, purpuras, ac coronas exhibet. Quæ non erunt Numinis congiaria, ſi quæ in ejus cultum tormenta perferuntur prætextas exhibent, purpuras texunt, & coronas cudunt? Daniel. 3. v. 97. *tunc Rex promovit Sidrach, Miſaach, & Abdenago:* licèt adoleſcentes Regium ſpreverint mandatum, ejúſque juſſa deriſerint; quia tamen ſpem ſuam in Deo ſitam habuere, hæc etiam in ſpreti Principis turbine effloruit in purpuras, & prætextas; & quando rogos, & incendia Nabuchus accendit, tunc illicò in ſtipendia vertavit. Non exaruit, ſed vegetior viruit ſpes adoleſcentum in flamma, quia ut ait D. Chryſoſtomus: Tom. 3. homil. 4. *Ignis murus illis factus eſt, & veſtis flamma, & fons fornax, & ligatos capiens ſolutos reddit; mortalia accepit corpora, & tanquam ab immortalibus abſtinuit; non agnovit naturam ſed pietatis exhibuit reverentiam.*

An non ſpes adoleſcentum flammarum 82. inter vortices divinam fuit æmulata omnipotentiam, cùm ignem in murum, flammam in veſtem, & quidem multo ſplendore nitidam, & fornacem accenſam in pellucidum fontem convertit? quos fornax vinculis ſuſcepit ligatos, hos ſolutos, & innoxios, ac ampliori libertate donatos reddidit: pulchrè Auguſtinus loquens de tribus pueris ait: *In fornacem miſſi ſunt ſancti, fugiunt flammæ, cedunt ignes, incendia expaveſcunt. Timent ignes lædere, quos juſſi ſunt incolumes ſervare. Oſtendunt juſtorum meritum, dum tyranni contemnunt imperium. Licet ſanctis cum igne jocari, quibus cum hominibus non licuit commorari. Licet in pœna eſſe ſecuros, quos extra pœnam non licuit eſſe intactos, ut ubi interitus, ibi ſalus; ubi ſupplicia, ibi invenirentur refrigeria:* Tom. 10. ſerm. 240. nimirum elucet clarior, & ſplendet illuſtrior in flamma paterna Dei cura in ſperantes in ſua ope; qui licèt rebus adverſis, flammiſque ſint circumdati, ita tamen ſervantur illæſi, ut nec capillus quidem ex illorum capite quidquam patiatur detrimenti.

§. IX.

Spes, quæ ſola Dei ope viret, & viget, ſperantem ſupra hominem evehit, & in Angelum cudit; ut nihil humani ampliùs ſapiat.

83. SPeravit io Deo crepitantium lapidum inter procellas Stephanus, & ſpes viruit inter lapides vegetior Actor. 6. v. 15. *Et intuentes eum omnes, qui ſedebant in Concilio, viderunt faciem ejus tanquam faciem Angeli.* Quod ſi quæras, quónam tempore viderint, qui erant à concilijs, faciem Stephani Angelicam ſpirare venuſtatem, non credas id contigiſſe, cùm adſciſceretur Levitis; cùm præficeretur noo absque iogenti pauperum commeodatione & ſolatio diſtribuendis alimentis viduis Judæorum; ſed tunc angelicam viſus eſt induiſſe venuſtatem, cum accuſatus de flagitiis ſceleſtiſſimis, & raptus ad Judices, ac humano quovis deſtitutus patrocinio io ſolo ſperavit Deo, qui iooocentibus opitulatur, & io ſe ſpetantibus occurrit; quia cùm nihil jam ab hominibus auxilij ſperaret, tunc quaſi homioem exuiſſet Angeli induit pulchritudinem, *viderunt faciem ejus tanquam faciem Angeli*, quia ſpes, quæ Deo tantùm nititur, ſperantem ſupra hominem evehit, cùm nil humani amplius ſapiat. Quòd ſperans in Deo ſolo ſupra hominem elevetur; bene eſt, ſed quòd faciem præſeferat Angeli, id videtur nonnihil ingerere difficultatis, cùm Angeli utpote puri Spiritus faciē ſint deſtituti, & corpore careant. Cur non potiùs lilium eſſe dicitur, quod inter flores candidius vernat; vel potiùs Joſepho, qui inter homines caſtiſſimè vixit, & proximiùs naturæ acceſſit Angelicæ, non pariator Stephanus? An quia vernet quidem lilium, ſed decidat, ac defloreſcat? pudicus quidem vixit Joſeph, ſed homo fuit, qui tametſi pudicitiam intemeratam ſervaverit, amittere tamen eam potuit, licèt inter fratres perſequentes io Deo ſolo ſperaverit; in carcere tamen etiam in Pincernarum Præfecto è carcere mox liberando ſpem ſuam collocavit:

Geneſ. 40. *Tantùm memento mei cùm bene tibi fuerit*, & ſpes Stephani in Deo ſita adeò conſtans, ſibique ſimilis fuit, ut nonniſi inflexibili Angelorum voluntati potuerit vividiùs æquiparari. Cum lupi dentes in ipſum exacuerent, Stephanus cœlum ſuſpexit, in Deo ſperavit, & orandi ſtudium crepitantia inter ſaxa nonquam interrupit, & priùs vitam abſolvit, quàm orationem; quam moriturus nonniſi flexis genibus explevit, ut firmior ſpes ſtaret innixa filio hominis ſtanti à dex-

Act. 7. v. 55. tris Dei: *Ecce video cœlos apertos, & filium hominis ſtantem à dextris Dei.*

84. Quòd ſi Stephano cœlos iotuenti venuſtum adgratularis ſpectaculum, ſcias non ad illum deſcendiſſe cœlos, ſed illum in cœlum cordis ſpe, mentis cogitatione, & oculorum aſpectu aſcendiſſe. Non raro JESUM ſpectarent, qoi anguſtiis premuntur, ærumnis obruuntur, ſi aſtra intuerentur, oon homines; hoc eſt, ſi in Deo tantùm ſperarent, oon in humano auxilio. Ferventer orat, cui cœlum ſolum patet, qui in Deo taotùm ſperat. Stephanus in tanto furentis contra ſe populi impetu, ac obſtrepente tumultu, ita orat, ut cœlo ipſi vim faciat; illúdque diſrumpat, & intus videat filium hominis ſtantem: oratio, quam ſpes ſurſum evehit, tantæ eſt efficaciæ, ut cœlum ipſum diſcindat: orat Stephanus cùm lapidibus obruitur; & cùm ſanguinem è vulneribus effundit, ferventiores tunc preces ad Deum fundit. Sed quid? quòd Stephanus filium hominis in cœlis ſtantem viderit: *Video cœlos apertos, & filium hominis ſtantem à dextris Dei*: & in terris carnifices non viderit circumſtantes, & ſaxa vibrantes? quid quòd eminùs gloriam viderit, & cominus Libitinam ad ſe inter lapides accedentem noo præviderit? An qui JESUM ſtantem videt, mortem non prævidet venientem? ſeu tormenta, & necem non expavet; nec timet quid ſibi immineat, ſed quid ipſum maneat, tantùm reſpiciat? rapiebatur quidem ad ſupplicium, ſed cœlum ei patebat? *Video cœlos apertos, & JESUM ſtantem à dextris Dei.* Act. 6.

85. Quòd ſi cœlos ſuſpexit diſciſſos, & detractâ cortinâ gloriam vidit beatorum, cur ſolius JESU ſtantis à dextris Dei meminit? cur ea tantùm enarrat, quæ ad JESUM glorificandum ſpectant; alia verò ſupprimit, quæ ſibi decora futura erant? Putârim, Deum Stephano in ipſo ſperanti etiam deſtinatam oſtendiſſe coronam, ac palmam martyrij; ſed Stephanum coronam neglexiſſe, & palmam, quò attentiùs JESUM videret, vel ſolo JESU contentum palmâ noo curâſſe exornari, nec corona fulciri. Sed dices, horum quæ vidit Stephanus, oos nil videre, quo io ſpem erigamur: id cauſæ quia ſpes ſtatim caderet ſi cum Stephano io cœlum aſcenderemus, ubi enim res eſt io oculis, & poſſidetur, non amplius ſperatur, ait enim Apoſtolos: *Spes* Ad Rom. 8.
quæ videtur, non eſt ſpes: nam quod videt quis, quiđ ſperat? illud ſpei eſt, qood non videmus. v. 24. Sperant plerique præſertim in aulis Principum, quæ non videant, nec præſentia ſunt, & tamen per patientiam futura expectant, quæ præſentia cupiunt; & quò ſperata tandem obtineant, noo verba duntaxat duriuſcula, ſed & colaphos concoquere diſcunt; & mutuis caninis dentibus mordent ipſi plerumque alios, & ſimul mordentur ab illis; lacerant, & ſimul lacerantur; & amariſſimos perſæpe bolos velint, nolint, deglutire adiguntur; quia ſpes ionitens honorùm fuco, vel dignitatum larvæ eluſoria eſt, ac ſperantium labores aggravat; magna quidem ſpondet, ſed ad magnos etiam inflammat labores: horridæ hyemis, & torridæ æſtatis glacies deſpicit, &

æſtus

& æſtus contemnit, dum uberiores expectat agricola fructus metere. Eſt ſpes, quæ mundi fluxis innititur, & ipſa fluxa, ac mundialis ambitionis amica, quæ ad pericula temeraria, non labores relevat, ſed onerosiùs aggravat, & ſuo etiam fruſtratur fructu, qui impensiùs ſperabatur.

86. Hujus ſpei ſymbolum exhibet ficus, quam Evangelicus colonus ſua implantaverat vinea, adolevit planta, excrevit in arborem; venit ſemel, & iterum Dominus vineæ, fructus ex ejus decerpturus ramis, quos luxuriantibus duntaxat vidit folijs redundare, fructuum deſtitutos proventu; iratus propterea quòd arbor absque ulla utilitate meliorem terræ ſuccum exhauriret, ut ſe tantùm aleret, & alios ſuis fructibus non nutriret; juſſit eam excidi; ſed vineæ colonus rogavit pro annuis inducijs, ſolicitiorem erga illam ſpondens laborem, ac diligentiorem ſolicitudinem: *Dimitte illam, & hoc anno neque dum fodiam circa illam, & mittam ſtercora, & ſi quidem fecerit fructum, ſin autem in futurum ſuccides eam.* Luc.13. v.8. Expendens Theophilactus culturam hujus arboris ait: Vineæ hujus, & plantæ cultorem eſſe Chriſtum intelligendum, qui ſua paſſione non ſolùm tellurem ſterileſcentem noſtri cordis fodit, ſed ſuo etiam ſanguine rigavit; ait ipſe: *Chriſtus ficum illam, ut ſterilem exſiccari non ſinit, dicens: ſine illam & hoc anno, licèt enim per leges, & Prophetas non fuerint facti meliores, neque pœnitentiæ fructum fecerint; attamen me irrigante meis doctrinis, & paſſionibus fortaſſis facient fructus obedientiæ:* id eſt vineæ cultor non tam in vitibus fodiendis, quàm in ficu excolenda elaborat, ſpondétque toriferos ſui ſanguinis imbres, quibus ad fœcunditatem irrigentur: *Me irrigante, meis paſſionibus fortaſſis faciet fructus obedientiæ.* Durus, ac diuturnus videbatur labor circa omnes, & ſingulas plantas, quæ aderant; erat ſiquidem vinea perampla, & debuit ejus cultor vites ſingulas effodere, & attritis ligone manibus circa alias elaborare plantas, ut & etiam glebas conterere, terram evertere, ſemina jacere, & non tantùm circa unicam ficum tellurem excolere, & ſtercus mittere; cur ergo ſe pati circa ficum terram fodiendo teſtatur, cùm de prolixis erga vites laboribus non queratur? an *quia*, ut ait Ambroſius, b Luc.13. *Vites auratis uvarum acinis culturæ moleſtias minuebant; quas ficus de proventus incertitudine adaugebat?* & revera nil durius, quàm terram effodere, ſtercora mittere, fimum ſuppeditare, & ſemper de proventibus dubitare: ſperantur, tunc fructus, ſed ſpes ipſa hærens anceps dirè torquet: ficus dum fructûs ingerit dubietatem, durisſimis moleſtiis laborem cumulat; tameiſi culturæ labor vires atterat corporis ſpes tamen anceps, & fructûs incertitudo graviſſimis urget animum moleſtijs: cruor effuſus ſudor cenſeretur, ſi certiſſima ſpes proventûs animum recrearet ſodientis, ſed vel ipſe ſudor fit ſanguis, cùm ſpes ſuo deſtituitur fructu: *Iſta arbor* ait Ambroſius: *folijs redundans fluentibus ſpem poſſeſſoris ſui caſſa expectatorum proventuum expectatione deſtituit:* ita ſpes, quæ in mundo excolitur plurimum exigit laboris, & non ſolùm ſudores è fronte; verùm & ſanguinem extorquet è venis, quæ tamen cùm probro laboret ſterilitatis, licèt foliis redundet fluentibus, *ſpem tamen poſſeſſoris ſui caſſa expectatorum proventuum expectatione deſtituit.*

Vult Deus, ut in ipſo tantùm ſpem noſtram ponamus, non in mundi caducis, & fluxis, quæ labores tantùm exigunt, & nihil adferunt fructûs veri, & ſtabilis; minus enim de DEO videtur ſentire, qui ſuum ab homine expoſcit auxilium: qui DEO ſe commiſit, tantùm de ipſius obſequio, & ſubſidio curare debet, & non humanum ſibi auxilium procurare; qui enim ad humana feſtinat præſidia, Deum quaſi coarguit in providendo obliviosum. Cùm primùm licuit Davidi ſtabilem Iſraelitici Regni ſedem figere, Princeps ei cura fuit, cultum divinum promovere, arcam teſtamenti veluti è templo extorrem, ac neglectam priſtinæ reſtituere ſedi, & decori; detinebatur tunc Arca in urbe Cariathiarim, quò quinquaginta ante annos devecta à Philiſthæis fuerat, & in ædibus tunc ſervabatur Abinadabi Levitæ. Hanc igitur Arcæ tansvectionem David ſummis ſtudijs, ac ingenti ſumptu apparavit; cura Arcæ ducendæ demandata fuit Ozæ Levitæ, ejúsque fratri Abioni, cúmque in via calcitrones boves periculum aliquod ingeſſiſſent lapsûs ob inæqualitatem viæ, & plauſtri motum, ſimúlque metum incitâſſent Levitis, Oza auxiliarem commodaturus operam manus admovit Arcæ, quam extenſis manibus fulſit, ne caderet: ſed DEO hæc Ozæ ſolicitudo, ac timor diſplicuit; & adjutori intempeſtivo iratus temeritatem ejus ſubita, ac præmatura morte punivit; corruens enim in terram illicò expiravit: *Iratus eſt indignatione Dominus, & percuſſit eum ſuper temeritate.* 2. Reg. 6. 6.

88. Sed ſi Oza officium exhibuit in ſpecie Religioſum, cùm Arcam extenſis manibus fulciret, ne corrueret, cur tam ſubitâ, ac ſevera mulctatur pœna? cur cecidit ipſe enectus, cùm id tantùm ſategerit, ut Arca ſtaret? ſi officium Arcæ ducendæ ei fuerat demandatum, ſuo potiùs viſus eſt munere functus in Arca fulcienda, ne caderet; cur igitur tam ſeverè punitur, eò quia labentem ſuſtentaverit Arcam? non me latet varias à pluribus adduci cauſas hujus punitionis. Cenſent nonnulli, Ozam absque reverentia, & neceſſitate Arcam tetigiſſe, ac proinde ejus auſum Deum puniviſſe, quò alios doceret ſancta nonniſi ſanctè, ac reverenter tractanda eſſe. Alij cenſent, ſubita morte fuiſſe Ozam punitum, quia cùm ſacerdotio non eſſet initiatus, auſus fuerit manum admovere Arcæ fulciendæ: ut inde

diſcamus, quanta mentis puritate, & corporis reverentiâ debeamus ad Euchariſtiam accedere, in qua non manna terreſtre, ut olim Arca; ſed cœleſte, ac divinum, Chriſtus ipſe verus Deus, & homo continetur; ſcitè ſanctus Pacianus ait: *Vos appello, qui criminibus admiſſis pœnitentiam recuſatis, vos inquam poſt impudicitiam timidos, poſt peccata verecundos, qui cùm mala conſcientia DEI ſacra contingitis, & altare Domini non timetis, qui ad manum ſacerdotis in conſpectu Angelorum ſub fiducia innocentiæ acceditis, cum tanta fuerit divinæ cura providentiæ, ut audaces Ozæ manus nec ob auxilium ſuſtineret: magis etiam ſibi timeant, quibus conceſſa eſt poteſtas diviniſſimi hujus Sacramenti conficiendi, ac diſtribuendi, ne Rei fiant corporis, & ſanguinis Domini, ſibique pro gratia pœnam, pro miſericordia judicium, pro vita ſumant mortem.*

Ep. paræ.

89. Opportuniùs tamen dixerim ad rem noſtram, graviſſimum perpetrâſſe Ozam ſcelus, ei ſiquidem innotuerat Arcæ fœderis maximæ curæ Deo eſſe, & timuit poſſe perire, quam DEUS tuetur, niſi humanum adhibuiſſet ſubſidium; cùm enim debuiſſet totam ſpem ſuam, & curam Arcæ DEO dare; maluit in auxilio ſperate manuum Arcam fulcientium, quàm in Numinis fidere providentia; minus bene de Deo viſus fuit cenſuiſſe, cùm ad manuum ſtatim properavit auxilium, ideóque dedit pœnas delicti, ſuámque diffidentiam ſubitaneo luit interitu, quapropter monet Salomon: *Habe fiduciam in Domino, & ex toto corde tuo, & ne innitaris prudentiæ tuæ.*

Proverb. 3. v. 5.

90. Vult DEUS ut in eo duntaxat ſperemus, & nunquam de ipſius diffidamus providentia, quapropter Zacharias clamat. *Convertimini ad munitionem vincti ſpei*, ait ad munitionem, ſeu ad munitiſſimum beatitudinis locum: quia vult, ut ſpem noſtram & fiduciam erigamus in Deum; vincti ſumus à ſpe veloti captivi, non tamen inviti, ſed voluntarij, quia ultrò in labores nos conjicimus ob ſpem immortalis gloriæ: non enim SS. Martyres ſe ultro in carceres, vincula, ſupplicia, vulnera, tormenta, & cruentam necem injecerunt, niſi ob hanc unam ſpem immortalis gloriæ. Quòd ſi ſperantes in fluxis mundi divitijs, vel dignitatibus, ac commodis, quibus inhiant, labores ſubeunt, pericula adeunt, ſudores, & plerumque etiam ſanguinem fundunt; quanto magis ob ſpem æternæ beatitatis debemus alacres, ac ſereno vultu mundi ridere procellas, ſuſtinere ærumnas, ſubire labores; ſudores, & ſanguinem fundere? cum hoc idem præſtent ſperantes in mundi proventus? argutè S. Petrus Chryſologus ait ad rem noſtram: *Laborans meſſor; quod in ſemine non videt, videbit in meſſe, & quod in ſulco deflet, gaudebit in fructu. Hodie promiſſionis tempus eſt: audi, crede, expecta: crede creditori tuo; qui tibi credidit debitori; expecta parumper, ut venias, qui tandiu ſuſtinuit, ut venires, da illi inducias de promiſſo, qui tibi quidquid eras debitè, jam donavit. Quare tu fatigaris ſpe DEI, cum genus omne hominum ſubſiſtat ſpe, fide vivat?*

Cap. 9. v. 12.

Serm. 40 & ſerm. 71.

91. Mirum ſanè quòd homines tot ſubeant labores, ſundant ſudores, tolerent ærumnas, adeant pericula, ut bonum aliquod fluxum, ac diariæ durationis ſperatum enanciſcantur; & vix, ut æternam conſequantur beatitudinem, regnúmque acquirant æternum ſatagunt, labores exantlare, ac ſe ipſos urgere contra mundi fallacias, ejúſque voluptatum illecebras; idque fortaſſis non ob aliam cauſam, niſi quia, quæ ſperant in mundo enanciſci, citiùs ſint aſſecuturi, cùm æterna beatitudo nonniſi poſt mortem eos maneat: ſed deliri ſunt, & à ſana mente dejecti, ſi bona temporalia æternis præferant, eò quia illa citiùs poſſideantur. Quis etiam egenus, ac mendicus, ſi à Principe audiret, velle ipſi dnno dare poſt pauculas horas unum denarium, & in craſtinum, vel perendie certò ſpondeat, ſe ei daturum quingentos aureos, facta eidem optinne eligendi alterutrum duntaxat, adeò ut per electionem unius cadat à ſpe alterius; quis inquam tam fatuus, qui præferre vellet denarium accipiendum poſt pauculas horas quingentis aureis recipiendis in craſtinum, aut perendie? quis ſanæ eſt mentis, mallet accipere cras, aut perendie aureos quingentos, quàm hodie poſt paucas horas unum duntaxat, vel alterum denarium. Profectò eadem eſt præſentis, ac futuræ vitæ ratio: præſens vita diei pariatur præſenti, cùm & Vates dixerit, vitam ſuam tranſiiſſe ſicut diem heſternam; eſt enim adeò brevis vita præſens, ut unius dieculæ videatur mora eſſe: eſt vita præſens breviſſimum hodie, quod excipit cras æternum.

92. Si igitur nobis optio datur, vel accipiendi cras, ſeu poſt hanc vitam in æternitate cœleſtem beatitudinem, vel hodie poſt paucas horas divitias, quæ non poſſidentur, niſi usque ad noctem; honores, & dignitates, quibus homines non inſigniuntur, niſi ad pauculas horas, donec elabatur dies hujus vitæ, an non dementiâ laboramus, ſi denarium accipiendum hodie velimus præferre Regno ſuſcipiendo cras? Huc acceſſendus Auguſtinus ubi exclamat: *O fidelis noli corrumpere ſpem, noli amittere charitatem! Quid expaveſcis, quia pereunt Regna terrena? ideo tibi cæleſte promiſſum eſt, ne cum terrenis perires. Veniet ille, de quo dictum eſt, & Regni ejus non erit finis.* Hoc Regnum ſperemus in æternum manſurum, non fluxa mundi commoda, quæ vix ſperata, & poſſeſſa pereunt, vel quia ipſa nos relinquunt, vel nos ab eorundem poſſeſſione cadimus.

Serm. 20. de verbis Dom. cap. 5. & 6.

93. Idque cauſæ, cur immiſceat DEUS præſenti felicitati amaritudines, dolores, ærumnas; quò nimirum aliam

ſpere-

ſperemus felicitatem, cujus dulcedo omnem excludit amarorem, cujus gaudium omnem abigit luctum; hæc debet eſſe ſpes noſtra, quam modis omnibus adnititur mundus nobis eripere, vel ſaltem corrumpere: idque animadvertens D. Auguſtinus in mundum excandeſcens confert ſpem ovo, inquiens: *Quid ſtrepis mundę immunde? Quid ſtrepis? quid avertere conaris? teneri vis periens? quid faceres, ſi maneres, quem non deciperes dulcis, ſi amarus alimenta mentiris? ergo ſi habeo ſpem, ſi teneo ſpem, ovum meum non eſt à Scorpione percuſſum. Spes mea ovum eſt teſtudine tectum, & nondum pullus eſt, non videtur, quia operitur. Quæ enim videntur, temporalia ſunt, quæ autem non videntur æterna. In illa ergo, quæ non videntur, extende ſpem, expecta, ſuſtine, noli retro reſpicere, ovo tuo ſcorpium time, quia cauda percutit; non ergo ſcorpius perimat ovum tuum, ſeu mundus iſte ſpem tuam.*

Serm. 18. de verb Domi. in poſt medium.

94. Non in mundi fallacia, & fluxa commoda noſtram dirigamus ſpem, ſed in Deo totam collocemus; in ipſo ſolo totam noſtram reponamus fiduciam, ſinamus alios ſperare in incerto divitiarum, in aſtutia ſæculi, in celſitudine dignitatis; in potentia officij, in ſcientia litterarum, in illecebris voluptatum, & nos in Deo ſolo unicè ſperemus, & dicamus cum Davide: *Mihi autem adhærere Deo bonum eſt; ponere in Domino Deo meo ſpem meam*, quia Deus non derelinquit ſperantes in ſe.

95. Declinaturus Elias Jezabelis rabiem fugæ beneficio ſibi conſuluit, & peragratis jam locis deſertis, fortè ſub Junipero conſederat quiete, & ſomno attritas vires ex itinere reſtauraturus: ibi tamen ſedens ex mœrore animi cœpit ipſum vitæ tædere, ac deſiderium inceſſere terram relinquendi, tot ſcelerum colluvie obrutam, tot flagitiorum turpitudine contaminatam; tædium animi, & languorem corporis, ſuperveniens excepit ſopor, quem tamen Angelus è cœlo illuc miſſus excuſſit, & panem ferens, ac potum refectionem jejuno Prophetæ exhibuit, qui refocilato ſtomacho, & depulſâ fame relabitur in ſomnum, & noctem ſub eodem Junipero tranſigit totam, ſed reverſus iterum cœleſtis Genius dormientem excitat, hortatúrque, ut reſumpto cibo prolixiora aggrediatur itinera, séque in loco tutiore conſtituat.

96. Expergefactus Propheta iterum comedit, & bibit, & reſtauratis viribus, corporiſque redintegrato vigore dies quadraginta proficiſcitur incœnatus, & impranſus, donec perveniret ad montem Orebum: ſed quia poſt quadragenarium jejunium attritas ex itinere vires, & langueſcens præ fame corpus erit in ſolitudine Prophetam reſtauraturus? quis eſurientem paſcet in monte? De obſonio ſibi comparando ſolicitus non fuit Elias, quia totam ſpem in ſolo Deo poſuerat, qui ipſi famelico, & viribus quaſi deſtituto opportunè adfuit per cœleſtem Nuntium à ſe miſſum cum obſonio fami depellendæ, ac viribus reſtaurandis opportuno: quia etiam in monte ſperavit in Deo, parata ſibi etiam accipit fercula, miniſtravit enim illic corvus quotidie Servo Dei carnes, & cibos, quos impiger diebus ſingulis adferebat. Quid? quòd corvus vorax, & carni inhians, carnem ungue ſuſpenſam roſtro non deglutiat, ſed fidelis deferat Prophetæ? cur Deus obſonium ſuppeditaturus in ſe ſperanti Prophetæ, non potiùs columbam, vel turturem delegavit ab eſu carnium abhorrentem, & corvum ſelegerit carni inhiantem? Ut inde conjiciamus, quanti Deus faciat ſperantes in ipſo, cùm etiam per corvum infidelitatis ſymbolum fideliter opituletur, ac neceſſaria ſuppeditet, audiendus eſt D. Baſilius, qui loquens de hac Prophetæ fiducia in Deo ait: *Mons Carmelus ſublimis, & deſertus Eliam etiam deſertum habuit; viaticum, cibúſque ei ſpes cum Deo erat: & cùm ita viveret, fame tamen extinctus non eſt; ſed avium rapaciſſimi, & voraciſſimi corvi cibum ei attulêre.*

Homil. in divites.

Noſtra igitur in Deum fiducia eò debet major eſſe; cùm neceſſitas, & indigentia nos acriùs premit; & quò gravius periculum imminet, eò tutius in divino fidendum eſt ſubſidio cum D. Gregorio, qui piè ait: *Deſperarem de vulnere, ſi non ſperarem de omnipotentia*, eminet enim Dei providentia in amicos ſuos, qui in ipſo totam ſuam ſpem ponunt, non enim permittit, ut premente neceſſitate, quidquam eis deſit. Corvus avis rapax, maligna, carnibus inhians deligitur, ut ſit bajulus menſæ, quam Angeli Prophetæ eſurienti apparârunt, & bis ſingulis diebus fiat menſæ miniſter, ne quidquam divinæ largitatis ad prandium, vel cœnam Prophetæ deſit; ad hanc propterea ſpem in ſolo Deo ponendam nos hortatur Pſaltes, inquiens. *Jacta ſuper Dominum curam tuam, & ipſe te enutriet*: neque ſemel & iterum, ſed & pluries ex ſua ſpe ſoli Deo innixa fructus collegit Elias, non ſolùm in campo, & montis faſtigio, ſed etiam in domo mulieris Sarephtanæ, de qua ait Eucherius. *Facta eſt manus viduæ perenne torcular, & mola jugiter fundens. Et quid dico mulieris manum? In verbo Prophetæ tota domus viduæ piorum cellarium facta eſt. Non ibi ros, non pluviæ, non veris aura, non calidi ſoles, non nimbus neceſſarius, non aratrum, non agricola,* 97.

In Pſalm. 3. pœnitential.

Pſalm. 54.

la, non colonus; ſed omnia, & in omnibus ſermo Prophetæ Aſſatim viduæ miniſtravit. Paſcentem ſe fœminam pavit Elias.

87. Hanc in Deo ſpem nobis etiam, ut pernecesſariam commendat Apoſtolus, non ſolùm ut urgentibus neceſſitatibus divinam experiamur opem, verùm ut pericula hujus fluctuantis vitæ etiam declinemus: & quia vita noſtra eſt veluti navis procelloſum trajiciens mare, non ab alijs ventis acta, ac pulſa, quàm ab ipſis noſtris affectibus, ac animi paſſionibus, ideo Apoſtolus hanc noſtram ſpem in Deo anchoram dicit, *Qui confugimus ad tenendam propoſitam ſpem, quam ſicut anchoram habemus animæ tutam, ac firmam: & incedentem usque ad interiora velaminis.* Æquiparat ſpem noſtram in Deo ſitam anchoræ navis, quia ſicut anchora in medio proceloſi maris, ac fluctuum navim ſiſtit, firmátque, ne à ventis abrepta in ſcopulos impingat, & colliſa pereat: ita in concitato hujus fluctuantis vitæ Oceano inter paſſionum, ac pravorum affectuum turbines ſpes nos retinet, ut firmi perduremus in tolerandis laboribus, ſuſtinendis ærumnis, perſecutionibus, ac adverſitatibus, donec portum ingrediamur æternæ tranquillitatis, vult enim Apoſtolus, ut hanc anchoram ad interiora velaminis, in Sancta Sanctorum, in cœlum tanquam locum tutiſſimum jaciamus, prœmium laborum accepturi æternam beatitatem, quæ eſt proprium, ac principale ſpei objectum.

Ad Hebræos cap. 6. v. 20.

DISSERTATIO XIV.

Coërcenda eſt deſperatio, ne in malorum trahat extremum.

§. I.

Is quantumvis ſceleſtus ſalutem ſibi maturat, qui de divina non deſperans miſericordia; pœnitentiæ ſpongiâ crimina obliterat, & fuſis lachrymis maculas ſcelerum ſuperſtites abſtergit.

2. Nil deſperatione periculoſius, nil pejus ad ſalutem præcidendam, nil deterius poteſt homini obtingere, quo in malorum omnium præceps ruat baratrum: cætera, quæ homini obtingunt mala, ſuis vel leniuntur remedijs, vel omnino curantur alexipharmacis; ſed deſperatio malorum extremum, ac ultimum, ubi abeuntem animam aggreditur, vulnus infligit, nullo amplius balſamo medicabile, nec remedio ſanabile: non reſurgit, qui ſub hoc deſperationis onere cadit; adverſatur deſperatio ſpei, quia ſicut per ſpem animus erigitur, & aſſurgit, ita per deſperationem deficit, & cadit, ſi ſpe animus ſurgit, deſperatione corruit; ſi ſpe firmatur, deſperatione frangitur; ſi ſpe corroboratur, deſperatione deficit: eſt enim deſperatio voluntatis caſus, & fractio, animique defectio, & deſponſio, quatenus opponitur erectioni, quam dicit ſpes, quæ erectio eſt actus voluntatis ad bonum propoſitum, eſtq; ipſa proſecutio ejusdem boni, quamvis circumveſtita aliqua arduitate: defectio enim, quam ſecum trahit deſperatio, cùm opponatur erectioni, quam ſpes adfert, actus eſt voluntatis averſivus, & opponitur erectioni ſpei, quæ eſt alicujus boni proſecutio. Dici etiam ſolet hæc defectio voluntatis deliquium, non eo pacto, quo amor intenſior, & excedens defectionem dicitur invehere, animique deliquium ratione immenſitatis boni propoſiti, quod cognoſcitur, non poſſe exæquari per voluntatem, cujus capacitas, utpote limitata, & nimis anguſta, nequit totam illam capere dulcedinem, quam bonum, quod introrſum allicit, perfundit: ſed deliquium deſperantis voluntatis ita ſe habet, ut voluntas ex præcluſa boni futuritione, & præſuppoſito judicio de impoſſibilitate aſſecutionis

tionis boni propoſiti deficiat, concidat, & frangatur.

2. Quamobrem deſperatio actus eſt averſivus, quo voluntas nolet impedimenta præcludentia boni futuritionem, quod cùm impensè moveat ad amorem, & voluntas illud vellet: accedente judicio ex parte intellectûs de impoſſibilitate aſſecutionis talis boni ob impedimenta obviantia, tum externa, tum interna, & præcludentia futuritionem talis boni, voluntas deficit ab amore ejusdem boni, quod cum conſequi nequeat, deficit, cadit, frangitur, & deliquium patitur; & hoc deliquium, cùm ſit quidam receſſus à tali bono, non ſimpliciter, ſed quatenus ob impedimenta præcludentia ejus futuritionem, non eſt aſſequibile, eſt actus nolitionis, quo voluntas non vult impedimenta illa præcludentia boni futuritionem: perinde ac navis plenis velis mare trajiciens, ſi in ſcopulos impingat, non ſolùm ejus curſus impeditur, verùm etiam ipſa frangitur, & naufraga perit: ita voluntas, cùm impensè, & toto niſu fertur in bonum, quod amat, ſi ei objiciantur impedimenta omninò præcludentia boni futuritionem frangitur, cedit, & deliquium dicitur pati, quatenus nequit ulteriùs progredi circa aſſecutionem boni illius concupiti.

3. Hinc cauſæ deſperationis plures ſunt tum ex parte poſſibilitatis objecti, tum impedimentorum præcludentium boni concupiti futuritionem, tum æſtimationis impoſſibilitatis aſſecutionis. Ex parte etiam deſperantis, adſunt ut cauſæ deſperationis inertia propria, animi abjectio, difficultatum nimia apprehenſio, vitioſa diffidentia, defectus virium, & induſtriæ, hæc enim omnia apta nata ſunt ad excludendum ſpei objectum; proinde apta voluntati infringendæ, ac in deſperationem inducendæ. Plures etiam deſperant, quia cognoſcentes æternam beatitatem adeptu perdifficilem malunt carnis indulgere delicijs, voluptatum frui illecebris, hærere in cœno turpitudinum, ac paſci in præſenti vita futilibus, ac fluxis gaudijs, ac delicijs; quàm ab ijsdem evelli, cùm eâ, quam præſentiunt, difficultate.

4. Effectus hujus deſperationis etiam plures recenſentur, quorum præcipuus à ſanctis Patribus vocatur *gaudium Diaboli*, cùm enim deſperatio homines deſperantes detrudat in gehennam, mali Angeli vel maximè gaudent. Sunt etiam effectus deſperationis, mœror, triſtitia, & angor; hi enim actus eliciuntur, ab eo, qui deſperat, & iisdem etiam torquetur, eò quia non poſſit concupitum bonum aſſequi, & tunc eò acriùs triſtatur, & torquetur, quò amor circa bonum illud erat impenſior. Enumeratur etiam inter effectus deſperationis abjectio mediorum, & retorſio voluntatis plerúmque in contrariam partem: interdum enim contingit, ut deſperantes de aſſecutione æternæ ſalutis in cœno turpitudinum, ac peccatorum miſerè torpeant, de quibus ait Apoſtolus, quod tradiderint ſe ipſos impudicitiæ, & D. Auguſtinus loquens de iisdem ait: *Quidam in peccata prolapſi deſperatione plus pereunt, nec ſolùm pœnitendi negligunt medicinam; ſed ad explenda inhoneſta, & nefaria deſideria ſervi libidinum, & ſceleratarum cupiditatum fiunt, quaſi perdant, ſi non fecerint, quod inſtigat libido, cum eos jam maneat certa damnatio.* Et ſubdit Auguſtinus adverſus hunc exitialem morbum: proviſum à Deo fuiſſe, ut divinis mandarentur ſcriptis lapſus eorum, qui poſt caſum ſurrexêre. *Lib. de natura & gratia cap. 35.*

5. Plures ceciderunt in enormia ſcelera, qui tamen cum de Numinis non deſperaverint pietate glorioſiores ſurrexêre, ut nemo ſit, quem immanium etiam peccatorum multitudo terreat. Quis enim ſceleratior Latrone? & tamen vel in ipſo extremo ſupplicio etiam cruci affixo ob patrata ſcelera, paradiſus unico ei momento obtigit; converſus ad Chriſtum mundi Redemptorem non deſperavit de illius miſericordia, & ſtatim cœli januas vidit ſibi patere: *Hodie mecum eris in paradiſo*: quis deteſtabilior Zachæo Principe Publicanorum divitijs congerendis aſſueto, ac delictis ore tenus immerſo? & tamen adeo felix reſurrexit, ut Chriſtum meruerit hoſpitio ſuſcipere, factus ſummarum virtutum cultor, qui vitijs antea indulſerat. Quis Matthæo pejor? hic cum ſederet in telonio, & divitijs inhiaret, nonniſi vitijs viſus eſt indulſiſſe, & tamen quia de Numinis pietate non deſperavit, collegio cooptatus eſt Apoſtolorum. Quis miſerior Saule? qui ſpirans minarum, & cruentas cædes, nil ei magis volupe viſum eſt obtigiſſe, quàm fidelium ſanguinem fundere, ac Orientis eccleſiæ tenellas adhuc Chriſtianorum plantulas penitus eradicare. *Saulus adhuc ſpirans minarum, & cædis in Diſcipulos Domini acceſſit ad Principem ſacerdotum, & petijt ab eo epiſtolas in Damaſcum ad ſynagogas: ut ſi quos inveniſſet hujus viæ viros, ac mulieres vinctos perduceret in Jeruſalem*: & tamen ex Saulo factus eſt Paulus, ex lupo rapaci agnus manſuetus, ex leone rugiente, ac ſæviente Chriſti ovis placidiſſima, & Doctor Gentium, quia ut ait D. Auguſtinus. *Proſtravit Chriſtus perſecutorem, ut faceret eccleſiæ Doctorem; percutiens eum, & ſanans; occidens, & vivificans, occiſus agnus à lupis, & faciens agnos de lupis.* *Actor. 9.* *Serm. 14. de Sanctis.*

6. Cecidit & David ipſe, cum ſurgens de ſtrato ſuo poſt meridiem, & in ſolarium domus Regiæ obambulans refrigerantis auræ captandæ causâ vidit Bethſabeam fœminam venuſtam contra ſolis ardorem ad ſa-

lientis

Digitized by Google

licntis latices fontis ſe lavantem: cúmque ex frigido ipſo fonte hauſiſſet impudicas concupiſcentiæ flammas, totus cœpit impudico amore in fœminam exardere; in quam cùm primùm conjecit oculos, pediſſequum etiam direxit cor: miſit ex domeſticis, qui nomen fœminæ, genus, & vitæ conditionem esquirerent, & cùm didiciſſet, uxorem eſſe Uriæ, qui bello inſerviebat, cœpit ſerventiùs exardeſcere. *Accidit, ut ſurgeret David de ſtrato ſuo poſt meridiem, viditque mulierem ſe lavantem ex adverſo, & miſſis nuntijs tulit eam.* Acceſſitur in aulam mulier, quæ & de corporis interpellatur uſura, & nil obluctata in ſcelus cum Davide fœdum corruit, cujus turpitudo, & infamia, ut tegeretur, evocatur è caſtris Urias, qui & domum remittitur ad uxorem conveniendam; ſed ratus non decere generoſum militem belli tempore ad uxoriam divertere conſuetudinem; maluit, ſe nocte illa Regij palatij cuſtodibus aſſociare, ac exiguum duntaxat ſomnum capere: quod cùm intellexiſſet David, séque vidiſſet ſpe ſua fruſtratum, urſit & poſtera die iterum, ut domum rediret, & uxorem conveniret, ſed cùm iterum Regium eluſiſſet machinamentum, David ab humanitate ad crudelitatem tranſit, ſcribitque litteras Joabo caſtrorum præfecto, tunc Rabbatham obſidenti, quibus mandat, ut Uriam in apertiori vitæ diſcrimine pro fronte conſtituat, præmonitis commilitonibus ut pugnantem, & in extremo diſcrimine verſantem medios inter hoſtes deſtituant; & nutui obtemperans Regis Joabus Urias fortiſſimè dimicans deſeritur à commilitonibus, & multiplici confoſſus vulnere cadit enectus; ecre quot flagitia, quot crimina ſecum traxit Davidis adulterium, quô fœdè ipſe cecidit. Quòd ipſe in mulierem lavantem ſe in ſrigeſcente ſonte impuro æſtuaret igne, non mirum videtur, cùm à ſomno, & cibo proclivis ſit ad Venerem tranſitus, & juxta Diogenem fœminas conupiſcere, ac voluptatum delectari illecebris negotium ſit otioſorum; quot enim ſcintillas ejaculatur fornax cum tota intus ardet, tot & prava deſideria ſuſcitat mens otio marceſcens. Impurus amor Davidis pulvillo inrubuit dormientis, & è plumis ſurgens morbidior ſalientis fontis frigidis in laticibus flammas concepit acriores, cœpitque ferventiùs æſtuare.

2. Reg. cap. 11. v. 2.

7. Conquerebatur David, & Deum enixim rogabat, ut liberaretur ab incurſu, & dæmonio meridiano. *A ſagitta volante in die, à negotio perambulante in tenebris: ab incurſu, & dæmonio meridiano:* Sagitta volitans in die, alia non fuit, quàm profani Cupidinis, qui cum primùm oculos in Bethſabeam lavantem ſe injecit, cor Davidis inflicto vulnere ſauciavit: negotium perambulans in tenebris ſomnus fuit po-

Pſalm. 90.

meridianus, de meridie enim incurrit in torpentem, ac intempeſtivum ſomnum, cui nonniſi in noctis intempeſtæ tenebris indulgetur: hic igitur ſomnus fuit ei dœmon meridianus, à quo ad ſcelus proruit, cùm enim primùm expergefactus mulierem vidit lavantem ſe, ex inſidioſo illo fœmineæ venuſtatis ſpeculo flammas hauſit impudicas, quibus fœdè exarſit; eleganter D. Auguſtinus in Pſalm. 50. *David de longè vidit illam, in qua captus eſt. Mulier longè; libido propè. Alibi erat, quod videret, ſed in ipſo unde caderet.* Fuit mulier lavans ſe in fonte bellicum telus, quo eminus è fonte evibratum Davidem vulneravit in ſolario aulæ regiæ; blandum obtigit Davidi vulnus, cum illico telum non excuſſerit, nec oculos aliò diverterit: placuit vulnus quamvis lethale; ſenſit in corde ſagittam, quam tamen non extraxit; ſed quia placuit, blandiùs ſovit, & ſi non ſanguinem eliruit, innocentiam tamen proſtravit, & virtutem interemit caſtitatis. *Miſſis igitur David nuncijs tulit eam*, in id enim unicè incumbit libido ſtudij, quò pudorem ſimul excutiat, & prudentiam eliminet: vulnus cordis quamvis fœdum ſuis David adaperuit famulis, quos ad fœminam delegavit; nimirum impudica concupiſcentiæ flamma, tametſi in corde æſtuet, foras tamen ſemper ſe prodit ſcitè D. Gregorius: *Laſcivus aſpectus ſcintilla fuit, qua dum in paleam, ſeu fæmineam formam incidit, flammam concepit, ac ſudi amoris incendium excitavit, quod latere non potuit.*

En, in quot cecidit David flagitia, Bethſabeam concupivit, famulis fuit ſcandalo, mulierem corrupit, Uriam è caſtris vocavit ad aulam, invitavit ad cœnam, ad laxiores hauſtus provocavit, donec totus vino madidus per lubricum ex uſu caderet rationis, remiſit eum ad Joabum, ut eum perderet, quia vafrum ejus conſilium fruſtraverit; in cauſa fuit, ut aperto exponeretur diſcrimini, à ſuis deſereretur commilitonibus, & multiplici vulnere confoſſus enectus caderet. Quærunt interpretes, cur Deus permiſerit, Davidem in hæc incurriſſe dedecora: & plures ſunt, quæ producuntur cauſæ. Primò ut dilucidiùs in ipſo juſtitia, & miſericordia mutuis complecterentur oſculis, ac amicis unà jungerentur fœderibus, quapropter David ipſe cecinit: *Miſericordiam, & judicium cantabo tibi Domine:* Secundò, quia licèt Numinis uberioribus afflueret gratijs, adhuc diſceret ſe ipſum agnoſcere, ſuámque imbecillitatem fateri, ac meminiſſe propriæ humanitatis; cui nil facilius, quàm elabi; nil promptius, quàm cadere. Tertiò ut ex lapſu tanti viri ſibi caverent alij; & ſtantes ſibi invigilarent, ne caderent, quia ut ſcitè D. Ambroſius. *Si David infirmus, tu eris fortis? ſi Salomon lapſus eſt, tu* im-

8.

Pſalm. 100.

Apolog. 2. David c. 3.

Digitized by Google

jmmobilis? ſi Paulus primus peccatorum, tu potes primus eſſe Sanctorum? Quartò ad rem noſtram, ut ſi ex fragilitate contingat nos elabi, ne inde deſperemus, nec deſpondeamus animum, ſed cum Davide per pœnitentiam reſurgamus; ideò David poſt lapſum reſurrexit, quia de miſericordia Dei non deſperavit. *In te Domine ſperavi, non confundar in æternum:* ſurrexit, qui lapſus fuerat, quia conſtitutus in ſpe Pſal. 4. v. 10. *Quoniam tu Domine ſingulariter in ſpe conſtituiſti me.*

Pſalm. 30. v. 1.

§. II.

Quia David poſt lapſum de Divina non deſperavit miſericordia vegetior ſurrexit, contractas ſcelerum maculas lachrymis abſterſit. Perjit verò Saul, quia deſperavit.

9. TAmetſi in omne ſit quiſpiam enorme ſcelus prolapſus, perpendens, quòd non ſolùm David reſurrexerit, ſed & Magdalena liberaliſſimam noxarum omnium veniam impetraverit, & Latro in cruce, & Matthæus in thelonio, & Zachæus in foro, & Paulus in via veniam fuerint conſecuti; non deſperet, ſed miſericordiâ Dei fretus, excitet ſe ipſum, ut reſipiſcat, & de venia non deſperet: docent enim ſcripturæ, quæ infallibilis ſunt veritatis, & juſtos ſæpe lapſos, & enormes peccatores ſurrexiſſe, & poſt peractam pœnitentiam cœlum enactos fuiſſe, nimirum ait D. Chryſoſtomus. *Ut qui in peccatis eſt, non deſperet, videns tot, qui reſipuerunt ad ſummum virtutis apicem perveniſſe. Ut nullus, qui in profundum malitiæ deſcendit, ſalutis ſuæ ſpem abjiciat, ſed ineffabilem Dei miſericordiam cogitans audiat iterum Deum per Jeremiam Prophetam dicentem; num qui cadit, non reſurgit? & qui averſatur, non revertitur?* qui cecidit, qui malè egit, non deſperet de Dei miſericordia ſed dicat cum Davide. *Ego autem ſemper ſperabo, & adjiciam ſuper omnem laudem tuam:* ſperet in Dei miſericordia, ad Deum confugiat.

Homil. 29. in Geneſ.

Pſal. 70. v. 14.

10. Quid gravius, & horrendios adulterio, homicidio, & dato toti populo ſcandalo, & tamen hæc omnia ſicèt patratus fuerit David, ſurrexit, quia de Dei miſericordia non deſperavit. *Dixi: confitebor adverſum me injuſtitiam meam Domino, & tu remiſiſti impietatem peccati mei.* Confeſſus fuit, quæ patrârat flagitia, & veniam obtinuit, ideóque ſurrexit. Quòd ſi explicatiùs ſcire cupis, quomodo David ſurrexerit? non credas, aliter id contigiſſe, quam beneficio pœnitentiæ. Cum ſuis ſecurus David voluptatibus indulgeret, è furtiva Venere, ſeu Bethſabea, quam ab aquis enactus fuerat, & adulterino concubitu puer naſcitur communi parentum, & populi lætitia; quam tamen interrupit, ac turbavit inopinus nuntius à Deo delegatus; Nathan is fuit Propheta, qui commiſſi ſceleris gravitatem objecturus Davidi per ambages priùs Davidem aggreditur, quò tantò validiùs ejus pectus feriat, quantò per obliquum telum ejacularetur. Narravit duos eſſe cives ejuſdem urbis à fortunis diſſimiles, eò quia eorum alter divitijs affluenet, ovium gregibus, boúmque armentis diteſceret; cum alter unius duntaxat oviculæ Dominus eſſet, quam cum in delicijs unicè haberet, ſua cibaret manu, ſuóque ſinu foveret; fortè contigit, ut ad conſtitutum in lautiore fortuna hoſpes exterus peregrè adveniens diverteret; quem ut exciperet pro meritis oviculam viro pauperi abactam, jugulavit; & Nathan ipſum Davidem hujus indignitatis judicem appellavit, qui cœpit excandeſcere, ac deteſtari ſceleris iniquitatem, ac reum capitis ovis raptorem pronuntiare, & quadruplici damnare reſtitutione.

Pſalm 31. v. 5.

11. Auditâ Regis ſententiâ tunc Nathan elato ſupercilio eum increpavit, redarguitque patrati adulterij inquiens: Tu es vir ille, tu qui divitijs affluens alienam ovem rapuiſti, ac cruenta cæde jugulâſti, in te ipſum ſententiam tuliſti, te ipſum damnâſti, & ſupplicium promeritum in te ipſum dixiſti; tu enim es civis ille opulentus Rex terræ feliciſſimæ, ac feraciſſimæ manantis lacte, & melle: vir pauper, cui ovem ſurripuiſti, Urias fuit Hethæus, qui comparatione tui pauper eſt; Ovicula ei fuerat unica tantùm; Bethſabea hæc fuit ejus conjux, illam è caſtris ad aulam vocâſti, poſtquam ſurripuiſti ejus conjugem, & cum haberes gregem uxorum, alterius thorum violâſti immemor beneficiorum, quibus te Deus cumulavit, cum è caula ad aulam te vocaverit; è pedo ad ſceptrum, è petaſo ad diadema, & de pecudum ſtercore ad ſolium te evexit Iſraëlis; à millenis te ſubduxit Saulis inſidijs, è pluribus te eripuit periculis, & Judæ Regnum tibi tradidit: ſed tu tot beneficijs cumulatus adhuc Deo ingratus, non contentus alienum thorum fœdâſſe, & conjugalem pudicitiam corrupiſſe, innocentis etiam ſanguinem fudiſti, & ſcandalo toti populo fuiſti. Hiſce tuis ſceleribus promeritas refundet ultrix juſtitia pœnas, & præſertim quia gladium Ammonitarum in Uriam inſontem crudeliter diſtrinxiſti, & coëgiſti multiplici vulnere ſaucium cruenta cæde cadere, & emori: licèt divina Nemeſis te non dejecerit è throno, & morte dignum non interemerit; gladium tamen, quem tu ſtrinxiſti in Uriam, Dei juſtitia ultrix in te acuet, in filios tuos, totámque tuam poſteritatem.

12. Hæc cùm Nathan eloqueretur, non potuit David ultra ſilentium ſervare, nec ſe à voce continere, nec à fletu, nec à lachrymis ſe temperare, æſtuante intus in corde doloris ſenſu, & accendente flammam ruboris, & pudoris, ſuorum ſcelerum execratione cœpit per crebra ſuſpiria, repetitos ſingultus, fuſáſque ex oculis lachrymas, cordis dolorem foras prodere, & lachrymis jam totus madidus in has erupit reſipiſcentis, ac dolentis voces. *Peccavi Domino:* & reliqua, quæ non valuit labijs exprimere, dolor ſuppreſſit in corde. Tunc Natham ad flentem Regem converſus dixit: quia patrati ſceleris te verè pœnitet, Dei bonitas pœnas, quas promerueras nunquam finiendas, has tibi ultrò remittit: quia & te pœnituit peccatorum, & de illius non deſperâſti miſericordia poſt tot flagitia; morieris nunc pacato regno, & ſicca morte; pœnæ autem peccatorum temporaneæ erunt. Surrexit igitur David poſt lapſum, poſt tot enormia patrata ſcelera. *Ne deſperet homo*, ait D. Chryſoſtomus; *nihil enim deſperatione deterius: quia qui deſperat, ſe majus in malum ſtimulat.*

13. Unicum tantùm perbreve verbum protulit David lachrymis madens, fletus inter, & ſuſpiria *peccavi*, ſed quia ex intimo cordis ſinu profectum, tantæ fuit efficaciæ, ut cœlos penetraverit, ad quos cum dolor aſcenderet ex corde pœnitente, venia in ipſum deſcendit à Deo miſerente; non deſperavit poſt lapſum de divina bonitate, & miſericordia; & cùm cecidiſſet adulter, homicida; ſurrexit gemens, & contritus, ait ipſe,
Pſalm. 37. *Rugiebam à gemitu cordis mei*, hoc eſt, rugiebat, ait D. Auguſtinus expendens eundem Pſalmum, *non à gemitu carnis, quem audiunt homines*. Gemitus fuit hic editus non ob ſceleris infamiam, non ob vulgi ſermones, non ob intentatas pœnas, ſed ob ſummi benefactoris, & ſuper omnia Dei diligendi offenſionem; nulla excuſatione ſuum obtegere ſcelus, nulla tergiverſatione crimen minuere adnixus fuit, ſed Prophetæ amaram reprehenſionem æquo animo admiſit, ſe reum confeſſus fuit, ipſum pœnituit peccati commiſſi; & quia ut ſenſui, & concupiſcentiæ carnis indulgeret, alienum thorum injuſtè violavit; eandem carnem, quæ concupiſcentiæ illecebras ſenſerat jejunijs diuturnis, ac vigilijs coërcuit, afflixit, viribúſque deſtituit, ut quæ voluptates ſenſerat, dolores experiretur; quæ roſas olfecerat, ſpinas ſentiret; quæ recalcitravit ſatura, caderet jejuna.
Pſal. 108. *Genua mea infirmata ſunt à jejunio.*

14. Imò lectum, qui turpitudinis fuerat inſtrumentum, per noctes ſingulas lachrymis rigavit, ut qui roſas dederat voluptatum, ac illecebrarum, ſpinas etiam germinaret, & ſenticeta veræ pœnitentiæ. Pſalm. 6.
Lavabo per ſingulas noctes lectum meum, lachrymis meis ſtratum meum rigabo: flevit per ſingulas noctes, quia in meridie æſtus ei arriſerat concupiſcentiæ: aruerat ob eundem æſtum illius cordis tellus, quam cum nullum ampliùs germinaret virtutis florem, lachrymarum irrigavit imbribus, quibus priſtinæ reſtitueretur fœcunditati; & ubi lilia aruerant caſtitatis, roſæ ſaltem florerent charitatis; quibus ſpinæ non deeſſent pœnitentiæ. Horruit David fœditates, quas ob patrata ſcelera contraxerat; ſategit eaſdem abſtergere, non aliâ undâ niſi quam dolor eliceret ex oculis; & ſuperſtites maculas ſtuduit pluvijs obliterare lachrymarum: idque cauſæ, cur oculi, qui Duces fuerant ad flagitium; laniones fierent ad ſupplicium; & qui è fonte flammas hauſerant impudicas poſt meridiem, media nocte imbribus inundarent lachrymarum.
Exitus aquarum deduxerunt oculi mei, quia Pſalm. 118.
non cuſtodierunt legem tuam. Doluit David adeò peracerbè, ut rupta gemitibus, ac ſuſpirijs præcordia tandem ſuccubuerit delaſſatus, inquiens, *Laboravi à gemitu meo;* laboravit à fletu, quia oculis objiciebatur ſcelus, quo à Deo ſe averterat, & fuit, quod ſemper ejus redarguit iniquitatem, & intus conſcientia remordente cor dilaceravit. *Quoniam iniquitatem meam* Pſalm. 50.
ego cognoſco, & peccatum meum contra me eſt ſemper: & quamvis cinere, & lachrymis uteretur ejus fœditatem veluti concreto luto obtegere, non tamen inhibere potuit, quin contra ipſum reclamaret. Nutriebatur David pœnitens cinere tanquam pane, & lachrymas, quas ex oculis effundebat, iterum cum potu bibebat, ut dolor, qui ex oculis foras eruperat, iterum præcordia penetraret, & cor premeret, nec ipſe dolere deſineret, eò quia deſierit à Numinie obſequijs, à quo per peccatum ſe averſum conſtituerat. *Quia* Pſalm. 101.
cinerem tanquam panem manducabam, & potum meum cum fletu miſcebam. Sed abſterſêre lachrymæ, quas concupiſcentia turpitudinum labes invexerat; quapropter
dixit Nathan ad David: *Dominus quoque* 2. Reg. cap.
tranſtulit peccatum tuum, quia nimirum 12.
flevit, & ſuum confeſſus eſt peccatum, dicens, *peccavi*. *O miram Dei clementiam!* exclamat D. Ambroſius, dixit, *peccavi*, in tribus ſyllabis flamma ſacrificij aſcendit juxta illud Pſalmi 50. *Sacrificium Deo Spiritus contribulatus*, & mox è cœlo miſericordia deſcendit: vix reus fatetur culpam, & Deus concedit veniâ; cognoſcit David ſcelus ſuum, & ignoſcit ei Deus patratum peccatum: pulchrè Salvianus Maſſilienſis Præſul:
Agnoſcit David reus culpam, humiliatur, Lib. 2. de
compungitur, confitetur, luget, pœnitet, gem- Gubern Dei.
mas regias abdicat, crepantia auro textili indu-

Digitized by Google

indumenta deponit, purpurâ exuitur, diademate exoneratur, corde, vultu, & cultu mutatur, totum regem cum oneribus ſuis abjicit, jejunio exugitur, ariditate ſiccatur, fletu effunditur; & quia nō deſperavit, ſed flevit, imbre lachrymarum ſpem ſuam rigavit, dignos dedit fructus pœnitentiæ, & ſalutem fuit conſequutus. Faſſus eſt ſuum ſcelus, & lingua, qua dixit, *Peccavi*, ulcus ſanavit; quia ut ait Salomon. *Qui abſcondit ſcelera ſua, non dirigetur: qui autem confeſſus fuerit, & reliquerit ea, miſericordiam conſequetur.*

13. Ulcera ſunt ſcelera, quæ animam letheliter ſauciant; canis eſt ſceleſtus, qui rabido dente divinam legem mordet, ac dilacerat, & ſe ipſum ſævè diſcerpit, tot ſibi infligens vulnera, quot committit crimina; hæc tamen, ſi lingua fateatur, ſéque accuſet, linguæ beneficio propriæ conſulit ſaluti; diceres peccatoris patrata flagitia confitentis ſymbolum eſſe canem exulceratum, inflictum ſibi vulnus lambentem, addito lemmate. *Fert lingua medelam*, languet, ni lingat. Non ſe excuſavit David, ſed patratum à ſe ſcelus lachrymis madens accuſavit, & priſtinam gratiam recuperavit; huc accerſendus D. Ambroſius, ubi eleganter ait: *Peccavit David, quod ſolent reges, confeſſus eſt culpam: obſecravit indulgentiam, humi ſtratus deploravit ærumnam, jejunavit, oravit, confeſſionis ſuæ teſtimonium in perpetua ſæcula vulgato dolore transmiſit. Quod erubeſcunt facere privati; Rex non erubuit confiteri. Qui tenentur legibus, audent ſuum negare peccatum, dedignantur rogare indulgentiam, quam petebat David, qui nullis legibus tenebatur humanis. Quòd peccavit conditionis eſt; quòd ſupplicavit correctionis. Lapſus communis, ſed ſpecialis confeſſio. Culpam igitur incidiſſe naturæ eſt: diluiſſe virtutis.* Plures ſunt, qui cum Davide peccant, ſed ideo poſt lapſum non reſurgunt, quia cum Davide non reſipiſcunt; ſed quò laxiùs mundi delicijs affluant, concupiſcentijs indulgeant, & voluptatum illecebris fulciantur de Numinis deſperant miſericordia; non quia non poſſent per veram reſipiſcentiam veniam conſequi, ſed quia malunt vitijs inhærere, quàm per veram pœnitentiam Deo adhærere: vel ſi cum Davide ſemel, & iterum dicant, *Peccavi*, non tamen cor tenet, quod ex ore foras elabitur. Etiam Imperator Theodoſius reprehenſus à D. Ambroſio, eò quia ex ira plura millia Theſſalonicentium ob dejectam uxoris ſuæ ſtatuam cruente clade interfeciſſet, dixit cum Davide, *peccavi*, ſed quia cum Davide eum non pœnituit patrati ſceleris, nil ei profuiſſet dixiſſe, *peccavi*; niſi cum Davide lachrymis patratum ſcelus abſterſiſſet; niſi pœnitentię cineribus Theſſalonicam obduxiſſet cladem; ſubjunxit enim Ambroſios alloquens Theodoſium. *Qui ſecutus es errantem, ſequere pœnitentem*; & tunc cœpit verè ex animo reſipiſcere, & ex corde dolere, & cùm non deſperaverit de divina miſericordia pœnas ſibi à S. Ambroſio injunctas, tametſi Imperator eſſet, magna animi, & corporis ſubmiſſione ſuſcepit, & explevit.

In Apologia 2 Davidis cap. 4.

Plures dixerunt cum Davide, *peccavi*, qui tamen non reſipuêre, quia ut ait D. Auguſtinus. *Etiam Saul, & Judas Proditor dixerunt, & ipſi peccavi; ſed in ſimili voce diſſimile pectus erat, quod divinus oculus diſcernebat.* Sed quid? quòd Saul poſt patrata flagitia non fuerit veniam conſecutus ſicut David ejus in throno Iſraëlis ſucceſſor? ſi uterque dixit, *peccavi*: cur utrique ſalus non obtigit, cur Deus utríque non pepercit? an quia Saulis ſcelera plura fuerunt, eò quia Davidem optimè de ſe, ſuóque Regno meritum, & generum inſuper ſuum ſæpius adnixus fuerit lancea confodere? vel quia alio mortis genere è vivis abradere ſtuduit Abimelechum Pontificem cum octoginta quinque ſacerdotibus, non ob aliam cauſam, niſi quia fugienti Davidi receptaculum conceſſerat, & cum univerſis novæ urbis incolis cruenta clade ſacerdotes trucidaverit, & domos omnes urbis ſuccenderit, flammíſque dederit vorandas? vel quia Amalecitas funditùs delere juſſus divino detrectaverit mandato parêre, & voluit Regi parcere, & opimis gregibus, ut inde ejus avaritia concupita hauriret emolumenta? vel quia feralem foverit in Davidem invidiam, ac odium manifeſtum innutriverit, quo eum è vivis deleret? vel quia ab arte magica ſuppetias expoſtulaverit, eò quia cum ſuperos flectere in ſua vota non valuerit, Acheronta moverit, Pithoniſſam conſuluerit, ſeu anum ſagam, & negromanticam? verùm licèt hæc omnia Saulis ſcelera ingentia fuerint, non tamen tanta, & talia, quæ divinam excederent miſericordiam: 14.

Lib. 22. contra Fauſtinum cap. 67.

Cauſa igitur, cur Saul non fuerit cum Davide veniam conſecutus, hæc eſt, quia de divina deſperavit bonitate, in qua David, quia ſperavit, quia reſipuit, veram egit pœnitentiam; veniam, ac ſalutem conſecutus eſt, ajebat ipſe. *In te Domine ſperavi: non confundar in æternum*, Saul verò, quia deſperavit de divina miſericordia, nec reſipuit, nec veniam eſt conſecutus 1. Parel. cap. 10. v. 13. *Mortuus eſt ergo Saul propter iniquitates ſuas, eò quod prævaricatus ſit mandatum Domini: ſed inſuper etiam Pithoniſſam conſuluerit, nec ſperavit in Domino:* ecce quia deſperavit de Dei miſericordia, mortuus eſt propter iniquitates ſuas; & quia deſpe- 15.

Pſal. 30.

ravit, ſe ipſum interfecit. Potuiſſet & ipſe lechrymis deleviſſe quidquid improbà vitâ, & acceſſitis, ac congeſtis ſceleribus contraxerat turpitudinis, ſi de Numinis non deſperâſſet bonitate: potuiſſet, & ipſe per veram reſipiſcentiam è repetito lapſu ſurgere, ſed quia maluit deſperare ſibi ipſe violentas manus intulit, & priusquam corpus in terris tumularetur, anima jam in inferno ſepulta flammis torquabatur gehennalibus. Potuiſſet ſuſpiriorum repetito flatu, & fuſis lachrymarum pluvijs flammas illas tartareas extinxiſſe, ſi non deſperâſſet de divina miſericordia, ſed ut Devid dixiſſet. *Quoniam tu Domine ſingulariter in ſpe conſtituiſti me*, ſi ut David pœnitentiam de patratis ſceleribus egiſſet, ſi criminum fœditates veræ reſipiſcentiæ lachrymis abſterſiſſet. Nil enim eſt adeò fœdum, quod lachrymæ reſipiſcentiæ non purgent, ac lavent: ſunt hæ lachrymæ præſentiſſimum opobalſamum ulceribus omnibus curandis peraptum, & nil adeò turpe, quod pœnitentiæ lachrymæ non abſtergant, imò inaurent.

Pſalm. 4. v. 10.

§. III.

Nulla ex ſcelere tam turpis contrahitur macula, quam reſipiſcentiæ lachrymæ non abſtergant. Non deſperet lapſus, ipſum pœniteat peccati; & ope divinæ miſericordiæ reſurget.

16. NOn me latet apud priſcos Poëtas, Circem ea arte fuiſſe inſtructam, ut rerum ſpecies non ſolùm variaret, ſed perſæpe etiam in contrarias vi quadam veneficiorum converteret: mutatétque mox hominem in ſuem; & mox de ſue hominem effingeret. Verùm licèt delirium id fuerit ſomniantium potiùs, quàm vigilantium; id virtutis non dubitârim veræ ineſſe reſipiſcentiæ, ac pœnitudini; quid enim peccato horribilius? Quid culpa fœdius? quid vitio deteſtabilius, ac truculentius? & tamen ea eſt vis veræ pœnitentiæ, ut non ſolùm peccata deleat, culpas emaculet, vitia abigat, ſed etiam peccantem ex ſuili grege ad conſortium evehat Angelorum, & qui Deo erat exoſus, nunc Dei oculos non ſolùm ad ſe alliciat, verùm etiam attrahat.

17. Peccaverat Magdalena, & in ſcelerum devoluta cœno, ac vitiorum fœditate exoſa Numini, jacebat ſqualida, ſed quia de divina non deſperavit benignitate ſurrexit, ad domum acceſſit Phariſæi, lachrymis culpas ſuas deterſit, ſuſpirijs, ac ſingultu non auſa proximiùs ad Chriſtum accedere veniam expoſcebat, & tunc, quæ antea fuerat Deo exoſa, oculos ad ſe illexit Chriſti. *Converſus ad mulierem oculos direxit in mulierem plangentem*, quam efficeret mox tubam clangentem, ac bonitatem Dei miſerentis promulgantem. Gratioſis, ac benignis oculis ſpectavit Chriſtus, quam reſipiſcentiæ lachrymæ abſterſerant, nam pœnitentia peccatricem ea pulchritudine compoſuit, ea venuſtate perpolivit, ut quæ antea fœda erat horrori, nunc venuſta eſſet oblectamento: Pulchrè ait Tertullianus, *Cùm provolvit hominem, magis relevat; cum ſqualidum facit, magis mundum reddit; cùm accuſat, excuſat; cùm condemnat, abſolvit.* Quia cum reſipiſcens accedit accuſata, dimittitur excuſata; cùm ſe condemnat, abſolvitur; cum ſuas fœditates fatetur, abſtergitur; cùm ſua vulnera aperit, ſanitati reſtituitur: ipſa enim condemnatio abſolutio eſt; dejectio relevatio; fœditas oſtenſa, pulchritudo protenta, ut jam divinus oculus ambiat aſpicere, quam antea averſabatur.

Luc. 7. v. 4.

De pœni. tent. cap. 4.

Non deſperavit Magdalena, quamvis lapſa, & pluribus preſſa ſcelerum oneribus, ſurrexit tamen; quia licèt multiplici vitio fœda, acceſſit ad fontem miſericordiæ, ibi vez̄iam hauritura, ubi lachrymas eſſet ipſa effuſura. Nullus tanti alvei fluvius eſt, quem mare non præſtoletur inter margaritas, & corallia, non cœnum modò, ſed & nomen amiſſurum. Propterea mare charitati pariaverim, in quam quotquot influxerint criminoſi, quia de divina non deſperaverant miſericordia, è luto, limo, & cœno ſurgunt, cœlo cooptandi; à mare ediſcunt amare eum, à quo per patrata ſcelera ſe averterant; ideóque delentur Magdalenæ turpitudines, non ſolùm quia lachrymis abſterſæ, ſed etiam amoris flammâ abſumptæ. *Luc. 7. v. 47. Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum.* Non ita turbidus, ac cruentus Caini fluvius in hocce ſe mare devolvit amoris, ac ſpei; ſed ſuam in ſe originem reſorbens, ſui alvei veritus illuviem clamavit refluus. *Major eſt iniquitas mea, quàm ut veniam merear. Egreſſúsque Cain à facie Domini: habitavit profugus in terra:* nimirum ab oſculo Dei miſerentis improvidè ſe ſubtraxit, ut jaculo Lamechi ſe objiceret occidentis; quia de divina deſpereverat miſericordia, dixit: *Major eſt iniquitas mea, quàm ut veniam merear.* Sed mentitus fuit accipiter ſceleſtiſſimus, qui ſicut roſtri duritie in Abele fratre, innocentem dilaceravit, occidítque columbam, ita iniquo crocitatu divinæ nititur indulgentiæ ſymphoniam corrumpere: ſi non deſperâſſet, non prætuliſſet iniquitatem propriam divinæ miſericordiæ, quæ major ſemper eſt quocunque iniquitatum cumulo, & veniam fuiſſet conſecutus. 18.

Geneſ. 4. v. 13.

Mirantur plerique Noëmi Arcam tantis innatantem fluctibus in cacumen alicujus montis veluti in ſcopulum non impegiſſe, & naufragam periiſſe; ſed ideo nau- 19.

naufragium vel in ipſo totius mundi naufragio devitavit, fluctúsque effugit, quia de Numinis ope minimè deſperavit: non fuit hauſtus Noë eluvione cœli, ſed in Arca etiam pardo convixit, & tigridi præfuit, vultures, & ululas commenſales eſt paſſus, in ſocietatem aſcivit ſtruthiones, & hiænas. Non timuit hâs inter ferocientes feras, licèt humanum ſanguinem ſitientes, quia Deum habuit opitulantem. Temetſi ſcelerum cataclyſmo quis obruatur, quamvis inter ferocientes belluas crebra ſubeat pericula, ſi tamen non deſperat de Numinis ſubſidio naufragium declinabit, & mortem. Stat peccator ſui ſecurus, ſi anchoram ſpei jaciat in ſolum Deum, neque dies quadraginta expectare debet, ut veniæ fauſtitatem per corvum quærat. *Cúmque tranſiiſſent quadraginta dies aperiens Noë feneſtram dimiſit corvum*, ſed cùm primùm reſipiſcit, Arcus præſignans proximam ſerenitatem in ipſa deſcribitur reſipiſcentia. *Arcum meum ponam in nubibus*, ſcilicet non in adamante, non in achate, non in alia gemma, ſed in nube, quâ nil fœdius, nil magis horridum, cùm & tonitrua, & fulgura, ac fulmina demittantur è nube, & grandines ſegetem concutientes, & imbres campos obruentes, & pluviæ valles inundantes deorſum ſpargantur: hæc autem nubes ipſa eſt reſipiſcentia, in qua Arcus deſcribitur proximæ ſerenitatis prodromus: reſipiſcentia enim eſt, quæ fulmina cudit, quibus mundi voluptates, carnis illecebras, & tartarum ipſum proſternit; grandines ſpargit, quibus conterit, quæ in peccatore ſuccrevêre vitiorum germina, pluvias, imbréſque effundit, quibus ſcelerum turpitudines, ac vitiorum fœditates abſtergit, ac prorſus eliminat.

Geneſ. 8. v. 6.

Geneſ. 9. v. 13.

20. De cataclyſmo Noëtica triumphavit arca: cum primùm arcus in nube illuxit. Noëmus dimiſit columbam, quæ in ſignum proximæ ſerenitatis ramuſculum retulit oleæ, ſed virentibus tantùm folijs ornatum, & baccis deſtitutum; hoc eſt non autumnum præſagivit, ſed ver præſignavit, ideóque non ſtatim tectum Arcæ Noëmus detexit, ſed ſeptem poſt alios dies: ſed peccator, ſi non deſperet, quamvis ſcelerum obruatur alluvione, illicò ſerenitati gratiæ, ſi verè reſipiſcat, reſtituitur, & fructus ſtatim producit meritorum. Gaudet enim Deus ſi peccator non deſperet, ſed ſatagat per reſipiſcentiam vitia, quæ contraxerat excutere: cùm primùm enim incipit reſipiſcere fœditates exuit, & eam induit venuſtatem, quâ jam Deo ipſi placeat, & ipſe criminis fœtor in Chriſti commutetur odorem, ut & ipſa criminis caligo in ſplendorem gloriæ: idque cauſæ fuit cur D. Paulus ad Epheſios ſcripſerit: *Eratis aliquando tenebræ nunc autem lux in Domino*, quænam major poteſt diſtantia excogitari, quàm quâ lux à tenebris diſtat, & tamen reſipiſcentiæ beneficio ipſæ tenebræ fœdam exuunt caliginem, & ſplendoris induunt pulchritudinem: appoſitè D. Anſelmus explicans textum D. Pauli ait: *Eratis enim tenebræ, id eſt obſcuritas nigredinis peccatorum. Sed nunc poſtquam ad gratiam acceſſiſtis, facti eſtis lux*, quòd ſi peccata caligines invexêre, & tenebras; reſipiſcentia excutit obſcuritatem, omnémque diſpellit nubium fœditatem, & divinæ gratiæ advehit ſplendentem ſerenitatem.

Epheſ. 5. v. 8.

Salubre hoc reſipiſcentiæ beneficium expertus fuit Ezechias, dum hirundinis imitatus ingenium ipſam cæcitatem convertit in perſpicaciam, & horrorem corvinæ nigredinis in candorem mutavit columbæ. 21.
Sicut pullus hirundinis ſic clamabo, meditabor, ut columba. Hirundo ſi cæcitate laboret, ad hanc excutiendam ad ſuam avolat chelydoniam, cujus ope oculorum abſtergit caligines: & Ezechias ſuam abſterſurus, quâ laborabat, cæcitatem à pœnitentiæ chelydonia opem popoſcit, & voti compos factus caligines ipſas in lucem commutavit ſplendidam: ait Tertullianus. *Hirundo, ſi exexcaverit pullos, novit illos oculare de ſua chelydonia.* Quid igitur eſt, quòd debeant cæcutientes, & ambulantes in tenebris peccatorum deſperare, ſi per reſipiſcentiæ chelydoniam poſſunt & cæcitatem excutere; & tenebras, lumine gratiæ mox à Deo impertiendæ abigere? non eſt deſperationi locus, quando per pœnitentiam poteſt quis pharmacum adhibere curandis proprijs ulceribus accommodatum. Si te mundi delicijs per ſenſuum indulgentiam exſaturaſti; ſi à vitijs non jejunaſti; ſi in eorum cœno te hactenus volutaſti, ne deſperes emergere; fartam mundi voluptatibus carnem pœnitentià comprime, & jejunio; & quæ per vitia contraxiſti ulcera balſamo obline lacrymarum; ægritudini, quæ per vitiorum contrahitur indulgentiam nullo aptiori medetur alexipharmaco, quàm jejunio, quod pœnitentia indicit reſipiſcenti; *Eſt enim jejunium* ait Chryſologus *vitiorum mors, vita virtutum. Eſt jejunium pax corporis, membrorum decus, ornamentum vitæ. Eſt jejunium caſtitatis murus, pudicitiæ propugnaculum, civitas ſanctitatis: eſt jejunium ſchola meritorum, magiſterium diſciplinarum: eſt jejunium eccleſiaſticæ vitæ viaticum ſalutare: eſt jejunium invictus eccleſiaſticæ militiæ principatus.*

Iſaiæ 38. v. 14.

Lib. de pœnit. cap. 12.

Serm. 8.

22. Adeo potens eſt pœnitentia, ut vel ſolo jejunio à ſe indicto reſipiſcenti, mentis caligines excutiat, vitia abigat, ulcera curet, cicatrices obliteret, & animam ipſam vitijs ſepultam, & emortuam, vitæ reſtituat gratiæ, vires reſtauret, virtutes promoveat, mentem ſerenet, pudicitiam excolat; & omnium virtutum promoveat incrementa. Non eſt igitur quòd deſperet, qui vitijs indulſit, qui ut mundi divitijs affluerct à Deo ſum-

ſommo bono ſe avertit, patet ipſi per pœnitentiam via, per quam revertatur ad Deum, à quo per peccata ſe averterat: ſi pericula imminent, ſi ſuborta tempeſtas naufragium minetur, & in vitiorum fluctibus fuerit quis naufragium paſſus, beneficio veræ reſipiſcentiæ tabulam arripiat pœnitentiæ, jejunio ſe muniat, quo & impetus retunduntur ingruentium hoſtium, & vires reficiuntur jejunantis. Eſt jejunium ſecurum profugium contra imminens quodvis periculum; conciliat enim homini commiſerationem divinam, quâ & pericula declinantur, & imminens cervicibus ferrum arcetur.

23. Scimus urbes refugij pro involuntariis homicidijs ex Numinis præcepto fuiſſe ſtatutas, ut ibi contra vindictæ rabiem fugiens tutum inveniret aſylum; & harum civitatum tres fuiſſe ante Jordanem, & totidem
Joſue c. 20. poſt Jordanem, *Contra Orientalem plagam Jericho ſtatuerunt Boſor, quæ ſita eſt in campeſtri ſolitudine.* Sed cur in eremo ubi tellus nonniſi ſentibus veſtitur, & vepretis; cur in ſolitudine campeſtri, ubi nulla cultura, ſed omnia, vel exeſis rupium hiatibus horreſcunt; vel caliginoſis, ac cæcutientibus antris timorem incutiunt, vel ſpinis armata tellus acceſſum prohibent urbs conſtituitur refugij, & tutum collocatur aſylum, ut ibi perſecutoris gladius arceatur; ubi tellus ipſa ſpinarum cuſtodibus obarmatur? ſi cauſam quæris, hanc tibi ſuggerit Hugo Carenſis, quia ea eſt vis pœnitentiæ, ea in hoſtibus arcendis ejus efficacia, ut vel ſola ſui ſpecie, ac imagine, quam hiſpida refert ſolitudo hoſtes arceat; & quæ imminent pericula avertat: ait Carenſis: *triplex remedium poſt Baptiſmum ſcilicet jejunium per pœnitentiam indictum, oratio, & eleemoſyna.* Jejunium, cujus ſymbolum inculta, & hiſpida refert ſolitudo, profugium præſcribitur, & aſylum, ad pericula quæque declinanda; corporis enim pericula per pœnitentiam arcentur, & Numen reconciliatur, à quo etiam venia impetratur, ut non deſperet, qui vitijs ſatur, mundique voluptatibus, ac delicijs ſartus, ac in cœno merſus vitiorum ſurgere ſatagit; beneficio pœnitentiæ, & jejunij mundi ſuperflua, & noxia, quæ tantùm aggravant, ut interimant, abijciat; & ſubtrahat per jejunium corpori, quod per mundi illecebras indulſerat; contra jejunio munitum non prævalent hoſtes, quorum impetus ſolùm jejunium enervat, & obtundit, & pericula omnia avertit.

24. Teſtatur id Propheta Jeroſolymis à Deo ſubmiſſus Jeroboamo. Is firmiùs ſtabiliturus ſuum Regnum, Majorum religionem duxit funditus extirpandam. Duo mira celeritate conſtruxit delubra in præcipuis urbibus ſui Regni limitaneis, in quibus antiqua Numina ſub nomine Apis, & Serapidis coli à populo voluit, cui & perſuaſit, hæc illa eſſe eadem Numina, quæ eorum Majores ex Ægyptiaca liberaverant ſervitute, & publico cultu Aarone auſpice affecta fuerant, & eandem venerationem, fuiſſe etiam in poſteros promanaturam, niſi Moyſes metu ſuppliciorum injecto, & quadam prodigiorum oſtentatione obſtitiſſet. Tunc hebrææ gentis populus, toties & meliora edoctus, & deteriora ſecutus delubra recèns extructa illicò frequentavit, ſua idolis obſequia præſtiturus, & receſſit à vero Numine tot nominibus de ſe bene merito. Flexit Rex in ſua ſtatim vota populos, eos etiam, qui licèt nefandæ ſuperſtitionis vanitatem ſatis perſpectam haberent, pluris tamen improbi Principis fecêre benevolentiam, quàm Dei leges, magis illecti præſentibus commodis; quam minis, ac futuris pœnis perterriti. Tunc Jeroboamus ne perfidis uſſum ad veri Dei, & Davidis imperium pateret poſtliminium, authorem ſe conſtituit impuriſſimorum ſacrorum; & aſſumpta Pontificie perſonâ ſacerdotes pro ſuo arbitratu conſtituit, non tamen ea Levitica Tribu, ſed ex fæce populi, ut quales eſſent aræ, tales & forent miniſtri, neque enim decebat tam turpia ſacrificia ab alijs inſtitui, quàm ad hominibus vilibus, ac nullius notæ: doloſè tamen vafer Jeroboamus id præſtitit, ea ſcilicet de cauſa, ut communicato cum plebe ſacerdotio plebem totam, in qua potior vis regni ſita erat ſibi devinceret, ſuiſque ſacrilegiis ſibi obligatam teneret.

Novus igitur ſacerdos, & ſacrorum antiſtes ſuum adierat miniſteriū ſacrificiale, erectóque in urbe Bethele vitulo, jam neceſſaria ad ſacrificium apparaverat, ut thura adoleret, & libamina diffunderet; cùm ecce ſtatim adfuit Vir Propheta à Deo Jeroſolymam ſubmiſſus, qui interminatur naſciturum è ſanguine Davidico ultorem, (Joſiam ſcilicet) qui ſacerdotes impios eadem in ara erit gladio hoſtias immolaturus; & pro thure oſſa incenſurus impoſtorum, quod trecentos quinquaginta poſt annos contigit; & ne de vaticinij veritate ambigeret, Jeroboamus, duo acceſſêre prodigia, quibus firmiùs confirmaretur; nam & altare in quo ſacrilegium fuerat perpetratum in medio ſciſſum execrabiles effudit victimarum cineres, & Regis manus contra Vatem extenta ſubitò diriguit: indignationis enim flammis immodicè furens Jeroboamus ægrè tulit à Propheta futurum ſibi prædici ſupplicium: unde cæco furore percitus manum extendit, quâ virum Dei percuteret, ſed ſtupentibus nervis deſtituta viribus manùs extenta motu caruit. *Exaruit manus* 3. Reg. c. 13. v. 4.
ejus, quam intenderat contra eum, nec valuit retrahere eam ad ſe. Non potuit Propheta à Rege lædi; qui tamen ut pro ſcorpione bucellam rependeret mellis, fuſis precibus ad Deum, ſanitatem manui impertivit, *oravit vir Dei faciem Domini, & reverſa eſt manus Regis ad eum.*

Hoc miraculo Rex delinitus Prophetam 26.

tam invitavit, coegitque ad menſam, qui tamen ſe jejuniũ in mandatis habere aperuit, regiúmque reſpuit favorem, ne Numinis tranſgrederetur præceptum: *Mandatum eſt mihi in ſermone Domini præcipientis: non comedes panem, neque bibes aquam*: imò addidit vetitum ſibi etiam; ne per viam, quâ venerat utpote idolorum cultu pollutam reverteretur: unde recuſato Regis favore, & oblatis etiam ex inſidioſa liberalitate muneribus per viam alteram revertitur, ſed cùm domum repeteret, quidam ſenex, qui apud omnes Propheta tunc audiebat, vir gravis, & inter improbos probus auditis prodigiis, quæ Addo patraverat in Regia Jeroboami deſiderio viri familiaritis cognoſcendi, ejúſque refocillandi, abeuntem fuit proſecutus, & aſſecutus interquieſcentem ſub arbore, quam ſacer hiſtoricus Terebinthum vocat, ubi ficto oraculo homini perſuaſit, Deum ſuam jam mutâſſe ſententiam de jejunio ab eo ſervando, eò quia è Regia exiiſſet Jeroboami; proinde velle ſe ſuam ingredi domum, & epulo fractas ex itinere vires inſtaurare: annuit Addo, & officioſo mendacio ſeductus ſedit cum ipſo ad prandium. Sed diſcumbentibus, & familiari ſe ſermone oblectantibus; receptor fatidico ſpiritu illicò afflatus, hoſpitem accuſat divini mandati violati. *Cùm ſederent ad menſam factus eſt ſermo domini ad Prophetam, qui reduxerat eum*, & duram etiam fuit mulctam minatus; & modum etiam denuntiat pœnæ, jacturam paterni ſepulchri. Neque vaticinatio fefellit: Addoni ſiquidem Jeroſolymam redeunti leo obviat hiante ore, qui detractum è jumento Prophetam ungue enecat, nil læſo aſino, cui inſederat, imò neque interempti cadavere, cujus etiam vigil excubavit donec Bethelenſis Vates re intellecta curaverit enectum corpus in urbem referri, ac honorificè humari.

3. Reg. cap. 13.

17\. Quid? quòd in Regia Jeroboami iram Principis, & periculum necis declinaverit, qui tamen in via domum redux à leone ſibi obviante interimitur? quia nimirum in aula Jeroboami jejunio munitus Regis iram coërcuit, ejus impetus compeſcuit, & manum etiam percutientem areſecit; hæc enim prodigia egit jejunium, quo vigente, nequivit Regis ira famelicum lædere: jejunium enim iram extinxit, odium excuſſit, minas ſedavit, furorem coërcuit, & pericula omnia feliciter evaſit: quia verò in via, dum ipſi Leo obviavit, jejunii defuit munimentum, vitæ ſuſtinuit diſcrimen, & facilè fuit leoni ventrem ferculis refertum proſternere, quem jejunum non potuit Rex iratus lædere. Ecce quam efficax, ac potens eſt etiam contra imperantium impetus jejunium, quos, & fortiter retundit, & palmis onuſtum egreditur ex aula: quòd ſi Prophetam jejunium è periculis extraxit; cibi repletio in vitæ attraxit diſcrimen, pulchre Tertullianus. *Sameas homo Dei cùm exitum prophetâſſet idololatriæ introductæ à Rege Jeroboamo poſt manum ejus Regis areſactam, & ſtatim reſtitutam, poſt altare diffuſum, ob hæc ſigna, & ſatisfactione invitatus à Rege planè excuſavit: prohibitus enim à Deo fuerat illic cibum in totum attingere; ſed ab alio mox ſene mentito prophetiam temerè paſtus ſecundùm verbum Dei ibidem factum ſuper menſam non eſt in paternis ſepultus: leonis enim in via occurſu proſtratus, & apud exteros conditus pœnam deſerti jejunii luit.*

adverſus Pſychicos cap. 16.

Quamdiu abſtinentia viguit in Propheta ſacrilegi Regis potentiam illuſit, furorem compeſcuit, iras extinxit; ſed cùm primum detracta è pectore jejunii lorica ventrem implevit oblatis ferculis, cecidit ipſe à leone interemptus: & leo, qui Danielem jejunio armatum lædere non valuit; hunc alium Prophetam, quia armis deſtitutum jejunii interemit: defuerat ipſi Prophetarum munimen, ſeu jejunium; idcóque non potuit obſonio plenus ungues retundere leonis invadentis; ſicut jejunus minas declinavit Regis iraſcentis: quæ apertiora, ac imminentiora potuit homo pericula incurrere, quàm in aula Jeroboami? & tamen ſolo jejunio loricatus omnes ejus coërcuit impetus, iram, & periculum declinavit. 18.

Si peccator hac muniretur jejunii loricâ nulla ei cauſa deſperandi eſſet, ſed in Numinis bonitate ſperandi occaſio adeſſet, ait enim Deus per Ezechielem Prophetam. *Nolo mortem impii, ſed ut convertatur impius à via ſua, & vivat*, ex quo textu infert Tertullianus lib. de pœnit. cap 4. Morti oppoſitam eſſe pœnitentiam, quæ reſipiſcentibus eſt vita: quamvis ſit peccator Deo mortuus, ac ejus gratiæ, ac vitiorum pondere preſſus, obrutus, ac ſepultus in cœno turpitudinum, non propterea debet ipſe deſperare: ſi enim vult, mediante Numinis ope poteſt beneficio pœnitentiæ opitulantis è morte reſurgere: ait Tertullianus: *Volo inquit Dominus, & pœnitentiam malo, quàm mortem: ergo pœnitentia eſt vita, cum præponitur morti: eam tu peccator mei ſimilis ita invade, ita amplexare, ut naufragus alicujus tabulæ fidem: hæc te peccatorum fluctibus merſum perlevabit, & in portum divinæ clementiæ protelabit. Rape occaſionem inopinatæ felicitatis.* Naufragium paſſo felicitas eſt ſumma, ſi in tabulam offendat, cujus ſubſidio periculum eludat ſubmerſionis, & litus appellat. Quod naufrago eſt tabula, id delinquentibus pœnitentia: hæc vitam redimit, & quas peccator per cœnoſas vitiorum vias incedens maculas, ſordéſque contraxit, lachrymis abſtergit, pulchrè Euſebius ait: *Pro redemptione autem veſtra non à vobis illud Deus, quod pauci habent, aurum, & argentum requirit, ſed fletus, & gemitus afflictionis, & contritionis: non pudeat pœnitere, quos peccare non puduit.*

Cap. 23.

Homil. ad pœnitent.

§. IV.

§. IV.

Tametſi peccator procelloſis, ac æſtuantibus pravorum affectuum fluctibus exagitatus in ſcelerum illiſus ſcopulos naufragus ceciderit; non tamen deſperet; ne pereat; ſed ſurgat; tabulam pœnitentia exhibet naufrago.

29. Eſt pœnitentia non ſolùm peccati exilium, ſed & calamitatis remedium. Plura ſunt infortunia, quæ in ſcelerum pœnam nobis obtingunt delinquentibus, & gliſcunt vigente cauſa: ſunt in arte medica eruditiſſimi, qui tamen ideo ægritudini depellendæ idonea non aptant pharmaca, quia radicem vitiatam, à qua pullulat ægritudo ignorant, & cùm vitii minimè medeantur radici, nec ramos amputant ægritudinis: calamitas peccantis, è putida oritur peccatorum radice, à qua mala omnia exiliunt; huic infectæ radici curandæ nullum poteſt aptius pharmacum adaptari, quàm quod pœnitentia ſuppeditat: ſi enim ægrotus, ſeu pluribus vitiorum ægritudinibus divexatus ad pharmacum non confugit pœnitudinis, fruſtra peritia laborat medicorum: qui diuturna laborant ægritudine, eò quia vitiis, quibus diutius adhæſere inficiuntur, non deſperent, ſanitati poſſunt reſtitui, & inveteratam diſpellere ægritudinem, viréſque deperditas acquirere, ſi ægritudini curandæ efficax velit pœnitentiæ alexipharmacum aptare. *Horum bonorum* (ait Tertullianus) *unus eſt titulus, ſalus hominis, criminum priſtinorum abolitione præmiſſa: hæc pœnitentiæ cauſa, hæc opera negotium divinæ miſericordiæ curans, quod homini profecit Deo ſervit*, ac ſi dicat; tametſi peccato ſe ipſum probroſè ignominia affecerit, læſeritque: ſi tamen Numinis miſericordiæ capit largo imbre diffundi, in id incumbat ſtudij, quo radicem amputet vitiatam, culpámque auferat.

De pœnit. cap. 2.

30. Placet reſipiſcentia Deo, & propterea ſaluti prodeſt pœnitentis. Philiſthæi duris affligebantur excruciatibus, diriſque vexabantur doloribus, & quamvis variis induſtriis, ac pharmacis ſtuduerint calamitati occurrere, non propterea linebatur dolor, nec miteſcebat cruciatûs acerbitas, nec anxietas ſopiebatur cordis: verùm alexipharmacum, quod non valuit ars invenire, ſacerdotum exhibuit conſilium. *Quod debetis reddite ei pro peccato, & tunc curabimini*: ac ſi dicerent: calamitas, quæ vos vexat, ex aëris non oritur intemperie, nec ex telluris qualitate: dolor, qui veſtra transfigit præcordia, à ſanguine non oritur vitiato: cruciatus, quo affligimini ex diſcurrentibus per inteſtina flatibus non naſcitur: ſed tota veſtra ægritudo ab Arcæ oritur retentione; eam reſtituite, & radicem amputâſtis ægritudinis: inaniter tempus conſumitis, fruſtra pecunias impenditis in comparandis, ac adhibendis pharmacis, arcam reſtituite, & ſublatâ causâ doloris vindicta ceſſabit: Lyra. *Quod debetis reddite ei pro peccato, id eſt emendam pro peccato, & tunc curabimini à plagis vobis inflictis*: nimirum Philiſthæorum infirmitas pertinax à peccato oriebatur retentæ arcæ, hoc erat tota origo ægritudinis, & cauſa doloris, quâ ſublatâ, ceſſavit & cruciatus.

Lib. 1. Reg. cap. 6.

Lib. 1. Reg. cap. 6.

Lib. 1. Reg. cap. 6.

31. Plerumque Deus delinquentes dolorum monet eculeo, & cruciatuum diſtorquet aculeis, ut moneantur intus, non deſperent foras; ſed per reſipiſcentiam verum curandæ ægritudini adaptent pharmacum ipſa enim Dei punitio miſericordia eſt; & ægritudo, quæ effectus videtur eſſe juſtitiæ, affectus eſt miſericordiæ: iraſcitur plerúmque Deus, ſed patris more, quo filium corrigat, & à diſcrimine avertat, quamvis per inflictas ærumnas, congeſtas calamitates videatur ad ſpeciem indignatio ſcintillare; Numinis tamen ita tunc adulatur amori, & punitio eblanditur affectui; pulchrè Caſſiodorus. *Quis neſciat providentiam divinam uſibus noſtris aliqua velle ſubducere, ut humanum poſſit animum comprobare.* Piſcis fel quamvis amarum, Tobiæ tamen deterſit cæcitatem. Joſeph in Ægypto fratres ſuos urſit, ſed ut ad criminis confeſſionis compelleret, ideo urſit quia amavit, & externa ſeveritas ex interno prodibat amore; iratúſque vultus tegebat amoris affectus, appoſitè Baſilius Seleucienſis. *Territulamentis ludicris utitur, minas quaſi in ſcena conſequitur, iras hiſtrionicè repræſentat.* Poſtea ſubjungit. *Affectum animi expromens ſincerè fratres amplectitur, germaniſque labijs eos oſculatur*: nimirum ut germanis eos labijs oſcularetur in modum iraſcentis deterruit, & terriculamentis criminis confeſſionem extorſit, locuti ſunt ad invicem: *meritò hæc patimur, quia peccavimus in fratrem noſtrum*, ecce confeſſio criminis, quam Joſeph extorſit per ludicra terriculamenta, ut loquitur Baſilius. Deus peccatores revocaturus ad meliorem frugem, ſinit ærumnis premi, calamitatibus urgeri, doloribus diſcruciari, quo moneantur, ut quam contraxêre ægritudinem ſacerdoti confiteantur; & pharmaco ſacræ Exhomologeſis diſpellant.

12. Vari. *Orat. 8.*

32. Id intereſt diſcriminis inter voluptates, & ærumnas, quia illæ præſtigiatrices oblectando fallunt, & fallendo lædunt, promittunt gaudia, & eliciunt lachrymas; ſpondent riſum, & extorquent luctum, quapropter ajebat Seneca de vita beata. *Qui voluptatem ſequitur, videtur enervis, fractus, & degenerans vir*: ærumnæ verò & quæ premunt calamitates, tametſi videantur hominem premere, cum tamen monent, ut cognitâ miſeriæ causâ, & eâ ſublatâ Deo reconcilietur. Contraria junguntur

Cap. 13.

Digitized by Google

tur in voluptate gaudium, & luctus; riſus & lachrymæ; illicium, & vulnus; blandimentum, & tormentum; illecebra & dolor; voluptas ſpondet jucunda, & exhibet amara; adulatur ſenſibus, & urget doloribus; propinat lacteam dulcedinem, & exitiale porrigit venenum; atque propterea mel felleum, dulce venenum, & blanda mors: hiſce præſtigiatricibus voluptatibus, ne quidquam adferant nocumenti, pœnitentia objicienda eſt, quòd ſi adhuc urgeant, & pericula injiciant inſtituto jejunio præfocandæ ſunt, ac viribus deſtituendæ in ipſis cunis; eſt ſiquidem jejunium inſoleſcentis concupiſcentiæ frœnum, pernicioſæ voluptatis enervatio, & tuta imminentium periculorum declinatio. Teſtem hujus veritatis voco Eliam fugientem minas inſanientis Jezabelis; cum ex itinere defeſſus ad umbram frondoſi Juniperi ſederet languidus, Angelus fruſtum ſubcinericij panis,
3. Reg. cap. 19. v. 6. & parum frigidæ attulit. *Ecce ad caput ſuum ſubcinericius panis, & vas aquæ.*

13. Obſervat Tertullianus liberaliorem Angelo fuiſſe corvum, qui non panem tantùm, ſed & carnes attulit, quibus lautiùs vires reficerentur, & fontanâ ſitim extingueret, & non tantùm ſemel, ſed bis de die manè, & veſperè; cum Angelus nonniſi ſemel perparcum panis fruſtum etiam cinere mixtum ad cruciatum potius excitandum, quam famem ſedandam detulerit, eleganter Tertullianus ait: *cum corvi illum pane, & carne ſaturare conſuevisſent,*
Lib. advers. Pſych. cap. 8. *cur poſtmodum apud Berſabee Judææ excitato eo de ſomno quidam ille Angelus ſine dubio panem ſolum, & aquam obtulit? Defecerant corvi, qui illum liberaliùs paſcerent? An difficile Angelo fuerat aliquem aliunde de convivio regis miniſtrum cum inſtructiſſimo ferculo raptum ad Eliam transferre?* Corvi cadaveribus, carnibúſque mortuis inhiantes, licèt rapaciſſimi, ac voraces, repugnantis naturæ obſiſtentes aviditati, à carnibus abſtinent, quas ex ungue pendulas ad Prophetam pernici volatu deferunt, ei non ſolùm neceſſaria fami depellendæ, verùm & carnis lautitiem ad palati oblectamentum miniſtraturi. Angelus verò probrum incurrens avaritiæ, & laxa denegans charitatis officia fruſtulum tantùm ſuppeditat panis cinere etiam emaciatum, ne ullum famelico Prophetæ eſſet obſonium oblectamento. Quid? quòd corvus ampliori charitate indigentijs opituletur prophetæ, quem Angelus exigua tantùm annona, & cinere paſcit, non ut vires reficiantur, ſed ut fulciantur, ne totaliter corruant? ſi corvus refragante naturâ propriæ ſubtrahit voracitati, quod Prophetæ ſuppeditet neceſſitati; cur Angelus tam avarâ manu obſonium miniſtrat? Non Angelo id detur probro; ſed divinæ Oeconomiæ tribuatur providentiæ. Periclitabatur Elias inſanientis Jezabelis lethales fugiens minas, cum ad umbram quieſceret juniperi: fœmina perinde, ac Megera ex Erebo emerſa debacchabatur in prophetam, quem ad necem quærebat. Quid ni cum imminerent pericula, Angelus non avaritiæ vitio, ſed ſalutis ſtudio, quò prophetam à periculis ſubtraheret, cibum attulit eludendis fœminæ inſidijs accommodatum; noverat Angelus, jejunium præſentiſſimum eſſe alexipharmacum, non tam curandis odij ulceribus aptum, quàm ſopiendis iraſcentis fœminæ flammis idoneum; quò ſimul occurreret periculo, & fami, jejunium indixit prophetæ, ut per ſubſidia pœnitentiæ minas eluderet Jezabellis, & per parcum obſonium prementi conſuleret fami: ſcitè Tertullianus: *conſtitui oportebat exemplum docens in tempore preſſuræ, & perſecutionis, ac cujuscunque circumſtantiæ xerophagijs eſſe vivendum.* Angelus vitæ patrocinaturus prophetæ, armis eum communivit pœnitentiæ, quibus dum tacitè cœlum pulſat, pericula averteret eluctantia; proſtratus in umbra Juniperi ſomno indulgebat propheta, cùm Angelum habuit fungentem munere excubantis cuſtodis; & officium exercentem bajuli obſonium deferentis, *3. Reg. c. 19. v. 5. Projecit ſe, & dormivit in umbra Juniperi: & ecce, Angelus Domini tetigit eum;* quidni Juniperus, ut expendit Carthuſianus, crucem deſignat, ait ipſe: *per ſpinoſam Juniperum crux intelligitur Salvatoris.*

Elias igitur, cum Jezabellæ exagitatur perſecutionibus, cum minis appetitur inſidioſis, cum ab hominibus deſeritur, omníque humano ſubſidio ſe deſtitutum videt, non deſperat de Numinis ope; ſed ut pericula eludat, ad carnis recurrit afflictionem, ſuppetias à Pœnitentia expoſcit, Chriſti crucem recolit in Junipero, ut hoc tectus, ac protectus clypeo non ſolùm non deſperet de Numinis ope; verùm etiam inſidioſos Jezabellis compeſcat impetus, retundat minas; ſciebat enim corporis auſteritatem, Chriſti crucem, & famis divexationem cœleſtia promereri auxilia, ac pericula eludere imminentia. Tametſi principes perſequantur, tyranni ſupplicia apparent, pericula immineant, homines ſuppetias denegent; non propterea dari locus debet deſperationi, ſufficit pœnitentiâ præmuniri, jejunio obarmari ad pericula declinanda, hoſtéſque proſternendos. Deus edocturus Hebraicum populum adverſus aſtutiæ technas, flammáſque indignationis incolumen evaſurum, ardentem ei rubum objecit, quem flammæ licèt aniterentur abſumere, nil tamen ei intulêre damni; quia ſi cingunt, amplectuntur; ſi murmurant, adoreas canunt; ſi circumdant, coronant, ut in honorem triumphi etiam tranſeant inſtrumenta ſuppli- 14.

cij ; qui enim medijs ſtabat in flammis Angelus, earundem fruſtrabat conatus, coërcebat vires, ne quidquam ab ijsdem pateretur detrimenti. *Videbat, quod rubus arderet, & non combureretur.* Sed ex qua cauſa cœleſtis aliger ſoſpitatis teſtimonium rubum ſeligit flammis coruſcum? cur non pertulit rubo præcelſam cedrum floribus ſimul coronatam, & fructibus prædivitem? Vel victorija inſignem Laurum, quæ à fulmine intacta ſemper illæſa vireſcit? Vel pacificam oleam, quæ non ſolùm ſuo liquore ulceribus medetur, verùm & ſuis frondibus jurgia extinguit, & diſſidentia capita ſopitis bellorum flammis mutuia reconciliat fœderibus beneficio initæ pacis, cujus eſt olea ſymbolum?

Exodi 3. v. 3.

35. Rubum cæteris prætulit plantis, quia rubus ſenticoſus eſt, ſpinis cinctus, & folijs hiſpidus, & præ cæteris plantis pœnitentiam refert, cujus ſe ſymbolum prodit; non igitur mirum ſi cœleſtis aliger licèt periculis utrinque obſeſſus, ac voracibus flammis cinctus, non deſperavit illæſam ſoſpitatem, rubo quò tegebatur, protegebatur; ſpinarum cuſpidea dum religiosè lacerabant, impetum arcebant flammarum; foliorum cilicina aſperitas ſuum veſtiebat incolam, quem ſimul muniebat, ne obſidentes flammæ quidquam inferrent læſionis; nimirum caro ſentibus afflictata ignis ſopiebat ardores, & auſteritatis tormentum flammarum coërcebat pericula; appoſitè Philo ait. *Nuntius divinæ providentiæ faciebat ſpem tot horrendorum periculorum fore lætum, ac facilem exitum, ea conjectura flammis cingitur diligentiùs. Rubus ut dixi, frutex eſt debilis, & ſenticoſus, ut vel ſolo contactu vulneret.* Non deſperat cœleſtis nuntius voraci utrinque obſeſſus incendio, quia carnem rubi ſenticoſi cuſpidibus ſauciat; cilicio indutus hiſpidi rubi pœnitentiam voracitati objecit flammarum, quarum & impetum coërcuit, & ardorem extinxit; urgent plerumque, & ardent inſoleſcentis concupiſcentiæ flammæ: & earum extinguendis æſtuantibus ardoribus nulla frigida aptior invectâ pœnitentiæ aſperitate, cujus vepres dum religiosè cruentant, fuſo cruore ardentes flammas extinguunt; & auſteritate dum muniuntur, flammarum vorticea eludunt. Non deſperent, qui vias cucurrerunt iniquitatis, quamvis per congeſta ſcelera hiatum ſibi effoderint gehennalis præcipitij, adhuc ſi velint, poſſunt ab imminente ſe periculo ſubtrahere: *Peccavimus* (ait Iſaias) *& in ipſis fuimus ſemper, & ſalvabimur.* Quamvis peccaverit homo, & in cœno omnium vitiorum merſus jacuerit, non tamen debet deſperare, ne ſit inde emerſurus: *Peccavimus, & ſalvabimur:* non tamen abſque Dei ope, & noſtra reſipiſcentia, hæc ſi adſit, ſalutem conſequimur.

Lib. 1. de vita Moſis.

Cap. 64. 5.

36. Neque ut cœleſti donemur beatitate, neceſſè ſemper eſt nobis ad illam aſcenſus parteat per ſcalam Jacob, quâ in cœlum licuit ſubſilire; Gemmoniæ ſufficiunt, per quas in flumen devolvimur lachrymarum, quas Methanea fundit; in hujus fluminis alveo ſi mergamur, è fundo cujusvis iniquitatis emergimus; ſordes, quas per patrata ſcelera contraximus, abſtergimus; fœditates exuimus vitiorum: imò hiſcè aquis æſtus extinguuntur irati Numinis, quis offenſi: *Ecce tu iratus es, & peccavimus: in ipſis fuimus ſemper, & ſalvabimur.* Quamvis nos vitia in ſuo ſemper detinuerint cœno, & per injurias Deo illatas ejus excitaverimus iram, hanc tamen veræ reſipiſcentiæ lachrymæ extinguunt, & quas in cœno maculas contraximus, abſtergunt: emergit igitur è cruore, & lachrymis, ſalus, & tanquam malum punicum ex ſtercore oritur; vel tanquam roſa prodit ex ſpinis. Quidquid inquinatius nobis adhæſit, pœnitentia ſuis abſtergit lachrymis; & ſordes obliterantur; hoc oleo rubigo defricatur, & ſanies hoc humore diluitur: *peccavimus, ſed ſalvabimur:* ſed ut ſalvemur, ferro reſcindamus ſuppurationem; in mari rubo effuſi ſanguinis vitia noſtra cum ſuis quadrigis, ſeu pravis affectibus demergantur; ut nihil nobis ſuperſit, quo Deo ſimus exoſi. Vitiorum monſtra, quibus caro per voluptatum illecebras indulſit, ſi pœnitentiæ telo confodiantur; reviviſcit homo, & per proſtrata vitia reſurgit vegetior; tunc expiantur hæc monſtra, cum feriuntur.

Etiam, quæ in linteo fuerunt Petro oſtenſa, tunc expiata feriuntur, cum juſſu Numinis feriuntur, Actor. 10. 13. *Surge Petre, occide, & manduca;* priùs juſſus eſt monſtra interimere, poſtea vires reficere; quia anguis obtruncatus venenum evomuit, & anguis ampliùs non eſt; mordetur enim, non vulnerat; vires reficit, non inficit. Leo præfocatus, non eſt amplius Leo, non minas rugitu ſpargit, nec cædes minatur; ſed delicias Samſoni expromit; ac dulcia apparat obſonia, melleáſque exhibet cupedias. Exenteratur à Tobia piſcis, qui non vorat, ſed cæcitatem abſtergit, pellitque ſatanam. Nullus tantus eſſe poteſt peccator, qui ſi Ægyptiacum excutiat jugum, ſeu à vitijs ſe ſubtrahat, per pœnitentiæ Erythræum ad terram fluentem lacte, & melle non pervadat. Geneſius comœdus; in id incubuerat ſtudii, ut non ſolùm ſales, & argumenta lepidè inflexa expromeret, jocos infra ſoccum; & ſeria uſque ad cothurnum daret, ſed etiam, quæ eſſent auditu obſcœna, viſu turpia, cogitatione inhoneſta, quæque vitia foverent; & tamen è ſcena cœlum inſilit, è theatro ad gloriam evehitur; è ſimio inter mimos, factus ovis Chriſti ſupremi Paſtoris ingreditur ovile. 37.

Saulus

Digitized by Google

38. 5 Saulus rapax fuit lupus, quia nonniſi ſanguineis inhiabat cædibus, quibus recentes Chriſti oves dilaniaret, ac perderet; ſed Saulus non ſolùm ovis, ſed & Paſtor futurus eſt Dominici gregis. *Vade, quoniam vas electionis eſt mihi iſte, ut portet nomen meum.* (Act. 9. v. 15.) Tunc Saulus factus à Deo fuit vas electionis, cum literas pertulit gladijs exaratas, ſcriptáque ſupplicijs, quas eccleſia veluti ferales cometas ſui prodromos excidij reformidabat; ne ſcilicet unquam deſperet peccator: quamvis in ſcelerum gurgite merſus; inde poteſt emergere; ſi reſipiſcat, ſi pœnitentiam agat. Peccavit Saulus, ſed factus Paulus pœnitentiam egit. *Ego enim oſtendam illi quanta oporteat eum pro nomine meo pati:* (Act. 9. v. 16.) pœnæ fuerunt gummi, ac gluten, quo rimæ hujus vaſis coaluerunt: cum primùm cœpit Saulus pati, deſiit lupus eſſe, & ovinam induit naturam, ſicque Corinthijs tamdiu immiſſis, quamdiu ad ſolidiorem dentierint eſcam; & tunc cognovit dentiiſſe, cum ſeſe mordere invicem dellerunt; fides enim, ſi charitate eget, lacte indiget; & tunc non ampliùs lacte indiget, cum incipit fervere charitate, quia charitas omnia ſuffert, & ad mordendum eſt edentula. Saulus igitur tunc in Paulum refingitur, & in vas electionis non cum gladium acuit, ſed cum gladij tolerat cuſpidem, & aciem; non ſi gladium ferat, Chriſti adſcitur militiæ, ſed ſi gladium perferat; tunc ex vaſe iræ, in vas conſtatur decoris.

§. V.

Qui in cœno detinentur peccatorum, non deſperent: inde emergent, ſi reſipiſcentes in Deo ſperaverint miſerente.

39. INnocens non fuit latro, cùm ob patrata ſcelera ultimo fuerit ſupplicio damnatus, & tamen poſt ſententiam latam, cum ultimum ſubiret ſupplicium; eſſétque mox animam jacturus, quia de divina non deſperavit miſericordia, unicum tantùm, quod protulit verbum, *Memento mei*, cœli januas reſeravit, & regno initiatur cœleſti, *Hodie mecum eris in paradiſo.* Si dicas, Chriſtum id temporis ſalutem totius humani generis fuiſſe operatum, & pretio ſui ſanguinis omnes redemiſſe homines ex tartarea ſervitute: & in illa vindemia compreſſi à Judæis racemi Cyprij facilè potuiſſe beatitudinē etiam latroni propinari. Verum eſt, nec inficiari poteſt, mundi Redemptorem tunc ſuo ſanguine obliteràſſe peccata omnia hominum, & maculas etiam abſterſiſſe; ſed etiam cùm nondum è cruce penderet, peccatores qui non deſperârunt, ad meliorem vocavit frugem, & quovis tempore magni peccatores, quamvis in turpiſſima, ac iterata ſcelera lapſi beneficio pœnitentiæ fuerunt divinæ gratiæ reſtituti, & cœlum etiam enacti, ut qui in cœno detinentur peccatorum, non deſperent, ſed ſatagant beneficio pœnitentiæ à vitijs emergere, ut monet D. Chryſoſtomus, inquiens, *Ut qui in peccatis eſt, non deſperet, videns tot, qui reſipuerunt, & ad ſummum virtutis apicem pervenire potuerunt. Itáque nullus tametſi multorum bonorum operum ſibi conſcius, præſumptuoſus ſit, ſed anxius, & ſollicitus, & audiat B. Paulum admonentem, & dicentem: Qui ſtare ſibi videtur, videat, ne cadat. Nullus item, qui in profundum malitiæ deſcendit, ſalutis ſuæ ſpem abjiciat, ſed ineffabilem Dei miſericordiam cogitans, audiat iterum Deum per Jeremiam Prophetam dicentem: Num, qui cadit, non reſurgit? & qui averſatur, non revertetur?* (Homil 29. in Geneſ.)

40. Quis Manaſſe deterior, cui nil magis volupe, quàm ſcelera ſceleribus addere, religionem radicitùs evellere, cultum vero Numini denegare, populos inhibere, ne Deo ſua exhiberent obſequia, aras conſtruere profanis idolis, lucos ſacrilegos iiſdem impiè ſacrare, templi miniſteria, & ſacerdotes proſcribere, & eorum loco idolorum ſacrificulos ſubrogare; Ariolos, & Magos aſciſcere, & conſulere; viros Numinis cultui addictos, imò & Deo ſacratos, ut fuit Iſaias, multa canitie jam venerandus, imò & ſanguine proximus inflictis plagis mulctare, deinde acerbiſſimo cruciatùs genere interimere, ac medium crudeli ſerra diſſectum dividere: ac demum innocentum ſanguine Solymeam urbem fœdare, imò & inundare. Et tamen tot poſt congeſta ſcelera, & patrata flagitia, quia de Numinis non deſperavit miſericordia, pœnituit ipſum anteactæ vitæ, ſategit lachrymis Numinis iram in ſe juſtè accenſam extinguere, & per veram pœnitentiam Deo reconciliari. *Poſtquam coangustatus eſt, oravit Dominum Deum ſuum, & egit pœnitentiam valdè coram Deo Patrum ſuorum.* (2. Paralip. 33.) Divinæ miſericordiæ grande fuit Manaſſes paradigma, & ſceleratis omnibus documentum non deſperandi, ſed reſipiſcendi: adeò impius fuit Manâſſes, ut omnes anteceſſores atrocitate flagitiorum, & ſcelerum multitudine ſuperaverit; ſed atrocitatem ſcelerum, numerum flagitiorum vicerunt lachrymæ pœnitentis, & fuſæ ex oculis lachrymæ non ſolùm pedum ſolverunt vincula, verùm & animi etiam compedes ruperunt: *Flendo enim*, ait Iſaias, *diſſolvit colligationes impietatis.* (Cap. 58.) Quamvis ante Manaſſem plures Judæ Reges flagitijs, & ſceleribus contaminati fuerint, quia tamen præter Davidem pauci ex corde ſua fleverunt ſcelera, pauci habitum immutârunt, & ſe jejunijs, & corporis afflictationibus macerârunt, ideò & rari, qui reſipuerint.

41. Tametſi fleverit Achabus , ejus tamen lachrymæ potiùs è fònte exilierunt timotis ſervilis : quàm ex flumine veræ reſipiſcentiæ , & quia qui ex foute exiguo profluunt rivulì obmurmurantes ſaxis illiſi facilè exareſcunt , ita Achabi dolor euro citiùs tranſivic , & evanuit , & poſtrema fuerunt prioribua deteriora. *Vera enim pœnitentia ,* ait D. Gregorius , *eſt perpetrata peccata plangere, & plangendo non committere,* & hujus virtutis vires magnæ ſunt; ſiquidem gladium divinæ vindictæ recondunt;& majeſtatis terrores in patris convertunt amorem; iram, & indignationem extinguunt , & clementiam , ac pietatem accerſunt , unde exclamat D. Cyprianus de laude pœnitentiæ. *O pœnitentia quid de te non referam? omnia ligata tu ſolvis , omnia clauſa tu reſeras , omnia adverſa tu mitigas , omnia contrita tu ſanas , omnia confuſa tu lucidas , omnia deſperata tu animas.* Non ſinit pœnitentia ſceleſtos in baratrum ruere deſperationis; quòd ſi Manaſſes , quia reſipuit, non deſperavit , & quia non deſperavit , priſtinæ fuit reſtitutus felicitati , ac fortunæ , particeps factus triumphalium patriæ plauſuum : ita neque ullus alius, quamvis multiplici ſcelere inquinatus , ac vitio irretitus locum debet ullum deſperationi concedere.

42. Quid gravius , & horrendius adulterio , ac homicidio , ac dato toti populo ſcandalo , & offendiculo? & tamen , quia poſt hæc ſcelera non deſperavit David , veniam eſt conſecutus. *Dixi , confitebor adverſum me injuſtitiam meam Domino , & tu remiſiſti impietatem peccati mei :* (Pſalm. 31, v. 5.) confeſſus fuit patrata à ſe ſcelera , de Numinis non deſperavit miſericordia , ſategit effuſis lachrymis , quibus & ſtratum ſuum nocte rigaverat, Deum emollire , ac flectere ad veniam , quam & fuit conſecutus. *Ne ,* ait Chryſoſtomus , *deſperet homo , quamvis ſceleſtus ; nihil enim deſperatione deterius , quia , qui deſperat , ſe majus in malum ſtimulat :* quòd ſi nil deſperatione eſt deterius : ergo , qui in cœnoſa flagitiorum palude immerſus deſperat inde emergere , ſcelus addit ſceleri , ſéque profundiùs ingurgitat , mergitque. Pepercit Deus , & etiamnum parcit viris omni ſcelere coinquinatis, omni turpitudine fœdis, & omnium peccatorum quantumvis enormium reis , quò inde non deſperent alij.

43. Conſtituerat rerum Conditor Deus primos homines , quos plaſmaverat , in horto ad omnem conſito amœnitatem , qui ſedes erat omnis honeſtæ voluptatis , ac deliciarum omnium vivarium, cum ibi arbores, & plantæ ſuos ſimul flores exhiberent, & fructus, non ſolùm ad illicium oculorum, verùm & ad delicium palati ; eo etiam inito pacto , ut ſi Adam in obſequio Dei perſiſteret , eandem felicitatem poſteris ſuis omnibus veluti jure tranſmitteret hæreditario : ſin verò imperata diſrumperet , tam ſibi , quàm poſteritati paradiſeam eam felicitatem amitteret , & ſe cùm omnibus à ſe progenitis in neceſſitudinem ſubeundæ mortis injiceret. Geminam cæteris paradiſeia delicijs adjecerat Deus arborem , unam , quæ foret vitæ fomentum; & alteram , quæ virtutis , ac meritorum eſſet exercitamentum : earum priorem in ipſo defixit horti meditullio , ad quam è ſingulis loci illius partibus æqualis ſingulis pateret acceſſus , & ſpatium ; & hæc arbor vitæ nuncupabatur , eò quia vis eſſet eidem medica inſita , quâ veſcentibus ejus fructu diuturniorem ſuppeditaret vivendi facultatem.

44. Altera ex arboribus diverſo loco ſita , erat pomis locuplex , & folijs luxurians , quæ ſcientiæ boni , & mali dicebatur ex eventu magis futuro , quàm ex indita ſapientiæ vi : cujus verò ſpeciei fuerit arbor hæc ſcientiæ boni , & mali, non eſt ſatis exploratum ; cenſent pleríque ficum fuiſſe, ſed alij aſſerunt malum punicum , ſeu granatum. Alij verò proximiùs fortaſſis ad litteram cenſent,pomum fuiſſe,quales hodie arbores Memphi , & Alexandriæ gignuntur fructus botrorum inſtar proferentes , in quorũ cortice etiamnum veſtigium morſus apparet , quæque propterea à Saracenis vocantur *mala Adamiana* , eò quia in ipſis appareat Protoplaſti dens vulnificus : ſed ut ut res eſt, quamvis de fructibus reliquarum omnium arborum liceret Protoplaſtis comedere , eò quia ultro Deus eorum uſui , & eſui conceſſiſſet, à ſola ſcientiæ arbore , ejúſque fructibus abſtineri præceperat. *In quocunque enim die comederis ex eo morte morieris :* (Gen. 2. 17.) & quia ad malum vetitum manum extendit , in malè carpto malo , malorum omnium ad ſe iliadem pertraxit , adeò ut unicus interdicti pomi morſus in miſerias omnes , ac malorum omnium congeries orbem totum præcipitaverit ; fueritque propterea pomum illud malè carptum , & pejùs dente inciſum , pyxis illa non jam fictæ , ſed veræ Pandoræ ; è qua una omnium ſcelerum portenta , ſupplicia , fames , bella , peſtes , calamitates , ruinæ , cædes , ærumnæ , ac morborum omnium effluxerunt agmina ; & mors ipſa à morſu illo pomi vetiti eruperit.

45. Sed cur ob delictum , quod ſaltem in ſpecie videtur leve apparere, pœna tam gravis , támque ſæva infligitur ? cur unjus pomi morsùs pediſſequa mors eſt ? an non graviora fuère delicta , quæ Adæ perperrârunt poſteri ? quæ tamen miſerentia Dei gratia abolevit , & veniam peccantibus conceſſit. Si pepercit Deus Davidi , Magdalenæ , Adulteræ , Latroni , & alijs ſexcentis ſceleratioribus ; cur non etiam Protoplaſtis, eò quia pomum momorderint vetitum? Nimirum non pepercit protoplaſtis

ob

ob pactum antea cum ipſis initum, ne comederent de fructu illius arboris, ut arbor illa memoriam refricaret propriæ ſubjectionis, quâ Deo imperanti tenebentur parêre, & ſe ſubjicere; quò pactum ſtaret antea initum, non debuerunt Protoparentes poſt guſtatum pomum vetitum ampliùs in paradiſo ſtare: ſicut è pectoexciderant, ſe ipſos voluntariè cum tota ſua poſteritate præcipites egerunt in baratrum miſeriarum omnium: pepercit verò & etiamnum parcit miſericors Deus Adæ poſteris licèt ſceleratioribus, quò inde diſcant reliqui peccatores nunquam de miſerentis Dei deſperere clementia, ut obſervat Oleaſter inquiens: *Voluit nos Dominus docere vitandam eſſe cum præſumptione deſperationem.* Ex eo, quòd nobis liqueat, Deum Manaſſi Regum ſceleratiſſimo, Saulo perſecutori fidelium infenſiſſimo, Matthæo divitijs inhianti, & avaritiæ addictiſſimo; & Magdalenæ, ac adulteræ pepereiſſe; inde diſcamos nunquam deſperare · quia enim eſt, qui deſperet cognoſcens Deum ad veniam eſſe pronum, ſi ſcoleſtos, ac peccantes inveniat ad reſipiſcendum diſpoſitos.

in Cap. 2, Gen.

46. Etenim Deum rogaverat David, ut quo auxilio eum à juventute protexeret, & usque ad id ætatis juverat, vellet usque in ſenectam eadem præſtare beneficia, quibus poſſet ingredi potentias Dei, & tandem donari cœleſti beatitate. *Introibo in potentias Domini: Domine memorabor juſtitiæ tuæ ſolius: Deus docuiſti me à juventute mea, & usque nunc.* Setegit David Dei juſtitiam altius memoria imprimere, ne unquam mente excideret, ſed cur petit ob oculos mentis divinam ſibi jugiter juſtitiam obverſari? An ut frænum inde pravis injiceret concupiſcentijs, & vitiatos eò valentius niteretur coërcere affectus, quò ei innoteſceret, Dei juſtitiam Luciferum è ſummo cœlo in imum terrarum deturbâſſe, ac in carcerem detruſiſſe gehennalem, Protoplaſtos è paradiſo ejeciſſe, & plures alios æternis deſtinâſſe cruciatibus; ac propterea eſſet refricata divinæ juſtitiæ memoria frænum pravis omnibus affectibus coërcendis opportunum? Sed ſi David id enixim petit, ut divina juſtitia nunquem excidat memoriâ: cur divinam vult miſericordiem, ſois objici oculis? *Miſericordia tua ante oculos meos eſt*: ſi juſtitia miſericordiam excludit, & hæc illam à ſe excutit, adeò ut nunquam amico fœdere ſimul jungantur juſtitia, & miſericordia, eò quia illa puniat, hæc condonet; illa gladium nudet, iſta recondat; illa cruces, & patibula erigat, iſta proſternet; illa incendie, & rogos accendat, iſta extinguat; illa gladios acuat, iſta retundat; illa condemnet, iſta abſolvat; illa retreat, hæc arrideat; illa enecet, iſta vivificet.

Pſalm. 70. v. 16.

Pſalm. 25. v. 3.

47. Si oculos igitur nunquam à divina miſericordia ſe avertere teſtatur, quomodo cenſendus eſt in ſolius juſtitiæ jugi verſari meditatione? quomodo in una eadémque ſede miſericordiam videt, & juſtitiam? quia nimirum David tunc divinam ſubijt juſtitiam, tunc mentis oculos ad eam direxit, & tota cogitatione in ea verſabatur, quando ea agenda ſe offerebant, quæ rebellantis concupiſcentiæ ſtimulus, depravati appetitus ad malum propenſio, carnis titillantis noxia blandimenta, & voluptatum lethales illecebræ ſuggerebant: hiſce concupiſcentiis, vitiatisque affectibus, carnisque ſtimulis coërcendis, nullum aptius noverat eſſe frænum, quàm divina juſtitia, quam propterea tunc voluit oculis mentis ſuæ obverſari: *Domine memorabor juſtitiæ tuæ ſolius.* Sin verò per humanam fragilitatem cecidiſſet mundi illectus voluptatibus, tunc ne animo caderet, nec deſperaret, ad divinam miſericordiam voluit ſuum parere acceſſum, ſciens quòd ſi reſipiſceret, ac condignem ageret pœnitentiam, pronus ſit miſericors Deus ad veniam; ideóque voluit tunc cogitationes ſuas nonniſi in divinam ferri miſericordiam, ne animo caderet, & deſperaret; ſed per reſipiſcentiam, & lachrymas Dei vindicis iram extingueret, & ad veniam flecteret: hanc methodum ſervandam eſſe à quovis peccante monet D. Gregorius inquens: *Ante culpam ergo homo juſtitiam metuat, poſt culpam tamen de pietate præſumat; neque ita juſtitiam timeat, ut nulla ſpei conſolatione convaleſcat; neque ita confidat de miſericordia, ut adhibere vulneribus ſuis dignæ pœnitentiæ negligat medicinam: ſed quem præſumit ſibi piè parcere, ſemper etiam cogites, & diſtrictè judicare.*

Lib 33. Moral. c. 10.

Sunt plerique adeo puſillanimes, ac timidi, qui tametſi eos pœniteat patrati ſceleris, adhuc tamen de Dei videntur formidare miſericordia, quos tamen conſolatur Chryſoſtomus inquiens: *Nemo veſtrum deſperet, etiam ſi ad extremum pravitatis ſit delapſus: facilè quippe eſt ab ipſo improbitatis baratro ſe ipſum eripere.* Et producit exemplum cujusdam tunc temporis in Græcie meretricis, quæ ſceleribus omnibus coinquinata, & in vitiorum cœno non ſolùm merſa, ſed & ſepulta, ab omnibus cùm haberetur gehennalis flammæ eſca; nihilominus tametſi prima in theatro fœditatum, ac vitiorum ageret perſonam, licèt multorum patrimonia exhauſiſſet, & non ſolùm illicio voluptatum, carnisque ſtimulis, verùm & maleficis artibus uteretur ad juvenes illaqueandos, eósque ad vitia pertrahendos, imò & magicis etiam cantibus, herbisque diceretur retia obtendere, adhuc quia de Numinis non deſperavit indulgentia, reſipuit, eam verè pœnituit anteactæ vitæ, non lachrymis tantùm, ſed & ſanguine quas contraxerat peccando fœditates, reſipiſcendo abſterſit, & quæ putabatur à Dæmone abripienda; quia non deſperavit, quia reſipuit, & ſuas noxas flevit, cœlum 48.

Homil. 67. in Matth.

 ipſa

ipſa abripuit; ait Chryſoſtomus: *Subitò neſcio quare: imò certiſſimè ſcio, voluntate namque commutata, & Dei gratia hoc modo impetrata omnia illa ſprevit, & calcavit; ita Diaboli officina projecta facilè ad cœlum aſcendit.*

49. Quis igitur quamvis ſceleſtus, & accumulatis peccatis aggravatus, ac preſſus deſperet de miſerentis Dei indulgentia, quando tam ſceleſtæ meretrices veniam fuere conſecutæ? Sua non tantùm debet peccator delicta cogitare; verùm etiam & Dei miſerentis indulgentiam penſare; & Chriſti merita, quæ non ſinunt quemque deſperatione abripi, ſi de Dei non deſperet miſericordia. Fertur in cronicis S. Franciſci, Pariſiis in Aſceterio ſancti Franciſci Aſſiſiatis religioſum quemdam tyronem lethali morbo correptum ad vitæ fuiſſe extrema deductum, & cùm jam lucta inſtaret mortis, decumbentem, & mox mox animam acturum exclamâſſe; *Heu me miſerum! quantò ſatiùs fuiſſet, nunquam naſci, quàm ita mori.* Obſtupuère quotquot aderant ad voces has à tyrone emiſſas, & ſilentium jam omnes in ancipite detinebat; cum ecce aliæ voces ab eodem emiſſæ decumbente, *librum obſecro fideliter tracta.* Mox audiuntur & hæc alia verba ab eodem clara voce prolata: *Appone aliquid de Domini JESU tormentis, & cruciatibus*: Deliria hæc judicabantur ægrotantis aſſueti pijs meditationibus paſſionis JESU Chriſti, & quatuor noviſſimorum, uti moris eſt in tyrociniis religioſorum: cenſebant quotquot aderant à morbi violentia ſpecies ex prævijs meditationibus in mente ſuperſtites excitari; ſed non multò poſt in has alias erupit ægrotus voces: *Nunc bene habet*: mirabantur, qui aderant innocentis juvenis in lucta illa extrema tantam trepidationem; & quia nonnihil virium reſumpſit, ac cum ſibi compos, mentéque tranquilla jam loqueretur ſciſcitatus ab alio religioſo, quid ſibi prolatæ ab ipſo voces vellent, & quid indicarent, reſpondit tunc ægrotus: Vidi quàm exactas Deus rationes poſceret non ſolùm de noxis, ac delictis, quæ cæteris ſunt offendiculo, qui vident, vel audiunt; verùm etiam de occultis cogitationibus, de verbis otioſis, de tempore non bene inſumpto, & de minutiſſimis quibusque noxis, cùmque viderem hæc omnia ad libellam occuratiſſimè examinari, ideo me infelicem ac miſerum proclamavi; idque cauſæ etiam fuit, cur de meis diffidens operibus, ac promeritis, quæ peccatis longè pauciora erant, inſteterim rogare, ut de Chriſti patientis meritis aliquid apponeretur, quo pondus bilancis in favorem vergeret meæ cauſæ: quo impetrato animum reſumpſi, ac bono loco rem eſſe pronuntiavi: His dictis paulo poſt Religioſus ille tyro mortalitatem exuit, & in cæleſti patria induit immortalitatem, ſimúlque nobis, & aliis documentum reliquit, nunquam deſperandi de Numinis indulgentia, cùm æternus pater filium ſuum unigenitum in mundum miſerit ſuis meritis pro noſtris ſatisfacturum noxis: appoſitè Auguſtinus expendens illud Davidis: *Miſericordiam, & judicium cantabo tibi Domine*, ait: *Nemo ad impunitatem ſibi blandiatur de miſericordia Dei, quia eſt judicium: & nemo in melius commutatus exhorreat judicium Dei, quia præcedit miſericordia Dei. Homines quando judicant, aliquando victi miſericordia faciunt contra juſtitiam; aliquando volentes rigidum tenere judicium, perdunt miſericordiam. Deus autem nec in bonitate miſericordiæ perdit judicij ſeveritatem, nec in judicij ſeveritate ſuæ amittit miſericordiæ bonitatem. Ecce ſi temporibus diſtinguamus hæc duo miſericordiam, & judicium: fortè enim non ſine cauſa hoc ordine poſita ſunt ut non diceres judicium, & miſericordiam, ſed miſericordiam & judicium. Si ergo per tempora diſtinguamus, hæc duo fortè invenimus modò tempus eſſe miſericordiæ, futurū autem tempus judicij. Paulus dixit ego jam immolor tempus reſolutionis meæ proximum eſt, bonum certamē certavi, curſum conſummavi, fidem ſervavi. Hoc tempore miſericordiæ. Audi nunc de judicio: ſupereſt mihi corona juſtitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die juſtus judex. Non dixit: donat, ſed reddet. Quando donabat miſericors erat; quando reddet, Judex erit; quia miſericordiam & judicium cantabo tibi Domine.*

P. 3. lib. 4. cap. 31.

In pſal. 100

§. VI.

Quamvis innumeris quis obruatur ſceleribus, nunquam de Numinis deſperet pietate, quamdiu ſpirat, tamdiu utiliter ſperat: ſed caveat; ne per procraſtinationem pænitentiæ tempus amittat miſericordiæ.

CUm ſit nunc tempus miſericordiæ, 50.
non eſt, quòd demus locum deſperationi: quamvis innumeris obruatur peccator ſceleribus, ac in cœno detineatur vitiorum immerſus, adhuc poteſt ſi velit inde emergere, dummodo de Numinis non deſperet indulgentia, ſed verè reſipiſcat, ſatagat lachrymis ſordes diluere, quas voluptatum indulgens illecebris contraxerat, tempus eſt nunc miſericordiæ, & quamdiu peccator ſpirat, utiliter ſperat, ſi verè reſipiſcat, ut cum Davide poſſit Deo occinere miſericordiam, & judicium. Sibi tamen caveat; ne per dilationem, & procraſtinationem pœnitentiæ tempus amittat miſericordiæ, & ab illo præveniatur judicii, quod & D. Auguſtinus inculcavit fratribus in eremo inquiens: *Adeo omnes circa corporis ſalutem procurandam occupantur,* Serm. 4.

tur, ut locus non ſit attendendi ſeriò ad ſalutem animæ. Magis enim attendit infirmus, quomodo poſſit à morte liberari, quàm det operam, ut illa ſit bona. Et ideo ſpes dilationis eos decipit, quia dum ſe diu victuros putant, perditos mores non corrigunt, vitia non excutiunt, & dum adhuc effluit tempus miſericordiæ, non reſipiſcunt.

51. Vult Chriſtus nos vigiles eſſe; ut cùm venerit, & pulſaverit, ſtatim ei aperiatur, imò non ſolùm vult nos vigiles, ut ipſi pulſanti ſtatim aperiamus, verùm etiam ut lumbos præcingamus, & manus ſplendore ornemus lucernarum Luc. cap. 12. v. 35. *Sint lumbi veſtri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus veſtris, & vos ſimiles hominibus expectantibus Dominum ſuum quando revertatur à nuptijs, ut cùm venerit, & pulſaverit, confeſtim aperiant ei.* Moris fuit in Judæa, ut non minus mares, quàm fæmellæ; nec minus famuli, & ancillæ, quàm Domini, & heræ talaribus, & oblongis uterentur veſtibus: quo fiebat, ut iter facturi tunc temporis Judæi, & aliò profecturi veſtem attractam cingulo ſtringerent, ne ipſis proficiſcentibus foret impedimento, & inceſſus liberior eſſet; lumborúmque cinctus robur adderet. Hoc & nobis injunxit Chriſtus, cùm nos monuit, lumbos præcingere: *Sint lumbi veſtri præcincti*, ut omni abjecto impedimento liberiùs, ac faciliùs operi incumberemus noſtræ ſalutis; & omnibus horis parati eſſemus ad iter, ſeu ab hac ad aliam vitam demigrandum: & hoc lumborum cinctorium non indicat genus vitæ laxum, negligens, diſſolutum, & diſcinctum, ſed caſtum, continens, arctum, ac operoſum, quod pravas cupiditates divinæ legis vinculo ſtringat, pravos affectus coërceat, inſoleſcentem concupiſcentiam compeſcat, & vitæ omnes laxitates coarctet.

52. Rurſus non ſolùm jubet, nos lumbos præcingere, verùm & lucernas ardentes in manibus tenere, quia non ſatis eſt fluentem veſtem ſuccingere, niſi lucerna ardens noſtris ſplendeat in manibus: fax iſta fides eſt, quæ tunc accenſa ſplendet, cùm id exhibet luminis, ut quiſque ſciat quos mores, quas actiones a ſe Deus exigat, & quo animo tractanda ſunt proſpera; & quo toleranda adverſa, quo amoris affectu debeamus Deum proſequi, & reliquas creaturas diligere infra Deum. Verus enim modus Deum amandi eſt eum præ omnibus, & ſuper omnia, & ſine modo amare: plures lucernam gerunt, ſed non accendunt; lucernas in manibus tenent, ſed omni deſtitutas ſplendore; quia nec Deum ut deberent amant, nec bonis ſtudent operibus, quibus ſplendeant. Plures fidem habent, ſed eam non exercent, & quia fides ſine operibus mortua eſt, lucernam quidem in manibus tenent, ſed extinctam, ſplendoribus deſtitutam. Sunt & etiam qui impenſiùs creaturas amant, quàm rerum omnium Conditorem; & pluris faciunt aurum, ac vanæ gloriolæ auram, quàm Dei gratiam, & in iſtis lucerna non ſolùm non ardet, ſed & ejus lychnus tetrum emittens fumum foetet.

Non ſolùm jubemur lumbos præcingere, & lucernas ardentes in manibus tenere, verùm etiam Dominum expectare, *& vos ſimiles hominibus expectantibus Dominum ſuum*, id eſt vult nos vigiles, & ad omnem primum Domini acceſſum paratos, eò quia incertum ſit, qua hora ſit Dominus è nuptiali reverſurus convivio; quapropter omnibus horis ſumma cum diligentia, ac patientia jubemur eum expectare ut pulſanti extemplò, & citra ullam moram aperiamus. Id intereſt diſcriminis ſervum inter ignavum, & impigrum, quia ille candelabrum cum lumine in menſa quidem reponit, ſed ſedens poſtea ſomno ſopitur; & cum Herus fores pulſat, roncos ipſe trahit, & plerumque, adeò ſomnum protrahit, ut lumen totum olei abſumat nutrimentum, quo deficiente incipiat ad exemplum famuli, & ipſa lucerna dormitare, & quandoque etiam extingui. Impiger verò ſolicitus invigilat, facem emunctam ſemper habet, & cùm primùm Heri ſibilum audit, ei cum lumine obviat. Quid ni nunquam chriſtianus expectans adventum Domini ſui ſecurus eſt, quia quavis hora, omni momento mors etiam præmatura pede ſuo fores poteſt pulſare, & niſi lucernæ ſint paratæ; niſi chriſtianus per bona opera ſategerit ſplendere, & cum lumine venienti Domino congruis obſequiis obviare, ſibi non bene conſulit, neque induſtrii ſervi partes agit: qui verò tametſi pluries deliquerit, non tamen de Heri ſui deſperans elementia in id incumbit ſtudii, ut lumbos ſuos præcingat, & lucernas ardentes in manibus teneat, ſeu per veram reſipiſcentiam vitia quæque amputet, & per exercitia virtutum bonis mox ſplendeat operibus, induſtrii ſervi munere fungitur, & miſericordiam conſequitur ſcitè D. Gregorius ait: *Ad nuptias Dominus invitavit,* Homil. 29. in Evangel. *quia reſurgens à mortuis, & aſcendens in cœlum ſupernam ſibi Angelorum multitudinem novus homo copulavit. Qui tunc revertitur, cum nobis jam per judicium manifeſtatur. Venit quippe Dominus cum ad judicium properat; pulſat verò cùm jam per ægritudinis moleſtias eſſe mortem vicinam deſignat, cui confeſtim aperimus, ſi hunc cum amore ſuſcipimus. Aperire enim Judici pulſanti non vult, qui exire de corpore trepidat, & videre eum, quem contempſiſſe ſe meminit, Judicem formidat. Qui autem de ſua ſpe, & operatione ſecurus eſt pulſanti confeſtim aperit, quia lætus Judicem ſuſtinet. Et cùm tempus propinquæ mortis advenerit, de gloria retributionis hilareſcit.* 53.

Tametſi non debeat peccator de miſe- 54.

rentis

rentis Dei deſperare indulgentia, in id tamen debet ſtudii incumbere, ut veterem hominem exuat, & per bona opera ſatagat ad impertiendam veniam Deum flectere, & prudentiam imitari ſerpentis, qui ſingulis annis veteres deponit exuvias, ſenectam exuit, & in recente cute florentem ſibi reconcinnat juventam; ſed interdum minus ſerpente ſapimus; non rarò peſſimum callum obducimus, quo temerè delinquamus, nec damna ſentiamus delicti: excutienda eſt hæc cutis craſſiſſima; lacerandæ ſunt, ac deponendæ colubrinæ exuviæ: non dedignemur accipitrem habere Magiſtrum, & vel à volucre rapaci addiſcere normam vivendi: ait Huſlæus Princeps Job. *Nunquid per ſapientiam ſuam plumeſcit accipiter expandens alas ſuas ad auſtrum?* Eſt huic volucri à natura inditum, ut ſingulis annis veteres excutiat plumas, ac novas induat, quod ediſſerens D. Gregorius ait: *Quid eſt accipitrem in auſtro plumeſcere, niſi quòd unusquisque tactus flatu S. Spiritus convaleſcit, & uſum vetuſtæ converſationis abjiciens novi hominis formam ſumit, quòd Paulus admonens ait ad Coloſſ. cap. 3. v. 9. Expoliantes vos veterem hominem cum actibus ſuis, & induentes novum.*

Cap. 39. v. 25.

Lib. 31. Moral. cap. 18.

55\. Hæc autem expoliatio veteris hominis fit beneficio veræ reſipiſcentiæ; ſiquidem per pœnitentiam veteres vitiorum exuvias projicimus, plumas pravarum cogitationum, & actionum amittimus, novásque pennas ſumimus, quibus non ampliùs carnis illecebris inhiamus, ſed toto niſu nitimur ſurſum aſcendere, & per bona opera volatus noſtros in cœlum promovere: utinam veteres has plumas excuterent quotquot ut accipitres carnis inhiârunt illecebris. Idque enixim Numini ſupplicaverat Regius Vates. *Deficiant peccatores à terra, & iniquitas, ut non ſint.* Non credas, adeo ſeverum fuiſſe Davidem in peccatores, ut omnes voluerit è terra abraſos, ac eorum concupierit cruentam eladem: quod petiit, non dandum eſt ſeveritati, ſed concedendum pietati; non odio adſcribendum, ſed amori tribuendum: cùm David aliàs mitiſſimus Deo ſupplicat, ut deficiant peccatores à terra, non eſt ſcopus harum precum, ut peccatores repentino funere, ac prærmatura morte è vivis, quia Deo exoſi, amputarentur, & gehennalibus adjicerentur cruciatibus; ſed eò vota Prophetæ ſpectabant, ut quantum ad peccatum, & iniquitatem deſtruerentur: hæc igitur noxarum mors ſcopus erat ſuarum precum, ut nimirum peccatores à ſerpente, & accipitre addiſcerent veteres exuvias vitiorum, & pravas malorum affectuum plumas excutere; veterem hominem prorſus exuere, & novum induere ſpiritualem, qui ſecundùm Deum creatus eſt. Huc reſpiciunt illa ejusdem Prophetæ vota: *Auferes ſpiritum eorum, & deficient, & in pulverem ſuum revertentur: emitte ſpiritum tuum, & creabuntur, & renovabis faciem terræ.*

Pſal. 103. v. 32.

56\. Quòd ſi quæras, quomodo, & cujus ope potis ſit peccator veterem hominem exuere; id ſubſidio fit Dei miſerentis, & contritione hominis reſipiſcentis, quoties Deus ſuam impertitur gratiam, & homo conteritur, depravata veteris hominis cutis diſrumpitur, in millenas partes diſcinditur, & excutitur: appoſitè Auguſtinus expendens verba Davidis. *Deficiant peccatores à terra*, ait: *Planè deficiant auferatur ſpiritus eorum, & deficiant, ut emittant ſpiritum ſuum, & recreentur.* Subverſiones, neces, ſtrages, interitus, & ruinas exoptat quidem David, ſed peccatorum, non peccantium, nos vult emendatos, & illa ſubverſa; deſtruere vult culpas, & ſervare individua; amputare peccata, & & ſanare peccantes; delicta abolere, & delinquentibus indulgere, ait enim. *Erubeſcant, & conturbentur in ſæculum ſæculi, confundantur, & pereant*, id eſt peccata, & noxæ, quibus peccantes erubeſcunt, & conturbantur, & poſtea ſubdit: *Et cognoſcant, quia nomen tibi Dominus:* optat David delictorum everſionem, ut qui deliquerant ex corde reſipiſcant, & cognoſcant, quòd pius Deus ſit, & miſericors: pulchrè S. Hieronymus expendens præfata Davidis verba: *Deficiant peccatores à terra* ait: *Pereant ſecundùm hoc, quòd mali ſunt; ut ſalvetur quod bonum eſt. Denique videte quoniam perditio hic non abolitionem ſonat, ſed ſalutem. Quid ſequitur? Et cognoſcant quia nomen tibi Dominus.* Non necem peccantis vult, ſed noxarum excuſſionem, veteris hominis abjectionem.

Pſalm. 103.

Pſalm. 82. v. 16.

57\. Dummodo non deſperet peccator de Dei miſerentis indulgentia, & ſatagat veterem exuere hominem pronior eſt Deus ad ignoſcendum, quàm puniendum. Rex Syriæ potiorem exercitus ſui partem moverat contra Samariam, quam arcta cinxit obſidione: erat tunc in civitate illa obſeſſa Eliſeus Propheta, qui anguſtiis preſſus cùm videret, cives Samaritas animo cecidiſſe, ac deſperâſſe; ſuppetias à Domino vir Dei impetravit, ut omnes cæcitate percuſſi neſcirent quò irent, & ad ipſum Samariæ forum deferrentur, quodam veluti capti rete, adeò ut Rex Samariæ nacta inde occaſione gladios acuerit, quo ſingulos interimeret. Vetuit tamen cruentam cædem Eliſeus, juſſitque, ut loco infligendæ cædis obſonium ipſis exhiberet, & amica paſceret charitate, quod expendens Ambroſius ait: *Ecce una oratio Eliſei totum exercitum vulneravit, & unius Prophetæ meritis omnis eſt hoſtium numerus captivatus, quæ catervæ Regum, quæ turbæ militum talem victoriam perpetrârunt, ut ita hoſtes proſternerent, unde ex illis nullus occumberet? Hæc eſt vera, & incruenta victoria, ubi ſic adverſarius vincitur, ut de vincentibus nemo læda.*

Homil 60. in 4. Reg. cap. 6.

lædatur. Tametſi deſperâſſent hominum ſuppetias Samaritæ, quia tamen de Numinis providentia non deſperavit Propheta, orationem ſuppetiarum poſtulatricem ſurſum miſit ad Deum, & victrix deſcendit in terram; hoſtéſque proſtravit urbem obſidentes, quo inde diſcamus nunquam deſperare.

58. Nil deſperatione pernicioſius, nil pejus; cætera enim mala ſuis leniuntur remediis, deſperatio verè malorum maximum & extremum, ubi abeuntem animam oppreſſerit, nullus jam remedio locus ſupereſt. Occurrendum propterea toto niſu eſt huic malorum maximo, & præſertim totis viribus ei obſiſtendum in fine, cùm peccator morbi violentia preſſus, eſt proximè hinc abiturus, tunc omne debet ſtudium adhibere, ut priusquam ſuum diem obeat, huic medeatur malo, quod tunc urgere acriùs ſolet, cùm nil ſupereſt, à quo qui deſperat ſuppetias expoſcat: ſed tametſi humana deſint auxilia, præſto tamen ſunt divina, dummodo quavis diſrupta mora, ac rejecto quovis cunctationis conſilio verè reſipiſcat, & ſperet in Deo, cujus miſericordia plus ſemper habet ponderis, & efficaciæ, quàm peccata omnia non ſolùm unius vel alterius delinquentis, ſed & totius mundi, ac peccatorū, qui fuerunt, ſunt, & erunt: debet peccator illicò in manus Dei miſerentis ſe projicere, ex corde reſipiſcere, & nihil negligere temporis, præſertim, cùm ingraveſcentia morbi mortem accerſit vicinam: extremæ enim horæ negligentia eſt irreparabilis, & qui antequam decedat non reſurgit, non ipſum pœnitet anteactæ vitæ, actum eſt de illo.

59. Pejus eſt nunquam ſurgere, quàm cùm exeundum eſt ab hac mortali vita emergere è cœno peccatorum: ſatiùs ad veſperam expergiſci: & oculos aperire, quàm nunquam: quidquid malè differtur, pejus ſemper omittitur. Sunt oculi in altum erigendi; vel ad mundi Redemptorem cruci affixum dirigendi: aſpiciat, quem parata peccata gravant, & premunt, & in deſperationem trahunt, crucifixi Domini ſaucium, & patulum pectus, à quo ſanguis fluxit, & aqua, illo pretium ſoluturus pro totius humani generis redemptione; hac deleturus peccatorum omnium ſordes: aſpiciat cruci affixi Domini aperta ad amplexum brachia, paratas ad curanda vulnera manus, pœniteat ipſum peccatorum, dicat ex animo cum Davide *peccavi*: & ſibi Deum propitiavit; ſpondeat emendationem, & veniam impetravit; manu pectus tundat, & noxas omnes excuſſit: nullum eſt peccatum adeo grave, nullū ſcelus tam magnum, quin multò major ſit ſemper Dei miſericordia, in quam quamdiu peccator ſpirat, utiliter ſemper ſperat; quia ſpes non confundit, ſed vires ſuppeditat, animum exhilarat, hinc David ait: *Suavis* Pſalm. 144. v. 9. *eſt Dominus univerſis, & miſerationes ejus ſuper omnia opera ejus*: nimirum ſuavis eſt, ut peccantes alliciat, & blandè trahat ad meliorem frugem: ſuavis eſt, ut peccantium duritiem emolliat, & qui in cœno ſe ingurgitârunt ſcelerum, emergant per reſipiſcentiam: ſuavis eſt, ut faciliùs alliciat, quos vitia detinent: & ne deſperent, iiſdem divinam oſtendit miſericordiam, reliqua omnia, quæ operatus eſt mundi Conditor longè ſuperantem: *& miſerationes ejus ſuper omnia opera ejus.*

60. Condidit Deus mundum ex nihilo, cœlos ſyderibus ornavit, ſolem totius mundi lampadem accendit, ut reliquis ſyderibus ſuos impertiret ſplendores, & lunæ, quæ ima terrarum expulſis nocturnis tenebris ſua luce illuſtraret, plantas foveret, frugum ſemina occatæ terræ concredita ſinui promoveret, luxuriantia in pratis vireta nutriret, ac diſcolorem florum elegantiam, veluti in mundi nundinis aperiret: aërem dilatavit, nubes è terrenis tractibus ſurſum traxit, & ventis laxavit habenas, ut huc, illúcque diſcurrentes humeſcentes nubes pluviarum bajulæ ſuis imbribus areſcentes terrarum tractus reficerent, & cunctis vegetabilibus eſſent ſolatio: verùm ſuper hæc opera eminet Dei miſericordia; *& miſerationes ejus ſuper omnia opera ejus*, quia elucent Dei miſerationes in myſterio Incarnationis quo Deus ipſe voluit homo fieri, noſtram induere humanitatem, cui adeo arctè voluit etiam adhærere, quò nunquam eſſet eam dimiſſurus, cùm quod ſemel aſſumpſit, nunquam dimiſerit, quò peccatores nunquam animo caderent, ſi velint reſipiſcere, cùm Deus ipſe totus humanus ſit, ſuavis, & miſericors, imò non ſolùm humanitatem induit, ſed & noſtris voluit fieri infirmitatibus obnoxius; vix enim ſuam initiaturus paſſionem ingreſſus fuerat Gethſemani hortum, & ſtatim cæpit pavere, tædere, angi, gemère, animi triſtitiam aperire, tœdium non diffiteri, cordis angores prodere, vigiliarum, & precum ſocietatem poſcere, à Diſcipulis abire, & redire ſæpius, & quietis ſolamen nuſpiam reperire, procumbit in genua avulſus à ſuis, terræ faciem allidit, æterno patri ſupplicat, verba ſuſpiriis interrumpit, preces fundit, & ex carnis infirmitate imminentem ſibi mortem averti expoſcit, *Spiritus quidem promptus eſt caro autem infirma*: cruentum liquorem membris omnibus manantem exprimit. *Et factus eſt ſudor ejus ſicut guttæ* Luc. 22. v. 44. *ſanguinis decurrentis in terram.* Toto plorâvit corpore noſtra crimina, æternum patrem ut inflecteret ad veniam, colliquit totus in lachrymas, non tamen aqueas, ſed ſanguineas: *factus eſt ſudor ejus ſicut guttæ ſanguinis.* Adeò divinus amor feſtinabat in noſtram ſalutem, ut tarda viſa ei fuerint vincula, vepres, columna, flagra, clavi, & crux ipſa, hæc enim ſuppliciorum inſtrumenta prævenit imbre ſanguineo, qui è cæleſti ſuo corpore emiſit noſtram in horto rigaturus ſterilitatem, recreaturus ariditatem, & noxas omnes abluturus; hæ fuerunt miſerationes,

nes, quæ reliqua omnia excedunt opera, *& miſerationes ejus ſuper omnia opera ejus:* imò adeo pronus eſt ad miſerendum, ut conqueratur de iis, qui peccatorum oneribus preſſi, deſperant poſſe inde ſurgere, & ſalutem conſequi ait ipse, Iſaiæ cap. 50. v. 2. *Nunquid abbreviata, & parvula facta eſt manus mea, ut non poſſim redimere? aut non eſt in me virtus ad liberandum?* Nobis non deſunt Dei miſerationes, ſi reſipiſcere velimus, ſed nos nobis ipſis deſumus, in peccatis ſordeſcimus, & poſt peccata frigeſcimus; peccamus, & exultamus, ſed cùm memoramus peccata, ne reſurgamus, malumus deſperare. Plures, qui ſpe veniæ peccaverant, poſt peccata veniam deſperârunt, & licèt utrumque malè egerint, multò pejus ſecundum.

61. In id debet peccator ſtudii incumbere, quò infauſtam peccatorum ſarcinam, quàm primùm abiiciat, Dei miſerationes recolat, quæ omnia opera ejus ſuperant, ſed debet ſtatim quavis diſrupta mora omni abjecta cunctatione reſipiſcere, quia quamvis pigra dilatio excuſatione careat, non tamen quidquam adfert emolumenti, & feræ emendationis plerumque pediſſequa eſt æterna damnatio. Non deſperet, qui peccatorum premitur ſarcina, qui cœno eſt vitiorum ſepultus; pectus dolorifera manu tundat, dicat cum Davide: *Peccavi*, reſipiſcat ex corde, & veram ſpondeat emendationem, & in Dei ſperet miſericordia, quia *miſerationes ejus ſuper omnia opera ejus*, ſi ſua fateatur errata, hæc à ſe habet abraſa; ſi emendationem promittat, veniam impetrat; ſi ex corde doleat ſanitati, & gratiæ reſtituitur, quia ut ait Regius Pſaltes. *Cor contritum, & humiliatum Deus non deſpiciet.* Pſalm. 50. v. 19.

62. Niſi diſrupta omni cunctatione ſatagat peccator reſipiſcere ſibi extremam aſciſcit miſeriam: quia ſcelera cũ ſint rationis caligo, dum incrementa ſubeunt, & vires numero adaugent, denſiſſimas ſecum trahunt caligines, quibus mens cæcutiens, dum habenas vitiis laxat, & vitia vitiis conglomerat, ſuiſque adhæreſcit concupiſcentiis, tandem ex neglecta reſipiſcentia in baratrum ruit deſperationis. Conſcientia ipſa eſt carnifex, torquet ſynderesi, pulſat terroribus; pungit, & vulnerat ſtimulis, quibus intima quæque penetrat, ut peccator gradum revocet, errorem cognoſcat, & reſipiſcat; ne callum obducat parambulans vias iniquitatis: ſunt tamen qui abſurdeſcunt, conſcientiæ ſtimulos retundunt, & pernicioſa duritie perſiſtunt, vitiis adhæreſcentes; & culparum ingeſta mole poſtea preſſi, nec reſipiſcere ampliùs volunt; nec vitia, quibus indulſêre confidunt poſſe vincere, & deſpondentes animum ad lethale tranſeunt deſperationis delitium: timor ſupplicij optimom ſolet alexipharmacum eſſe, quo culpæ medetur; ſed quamdiu quis pœnam abhorret, & ſupplicio exterretur, ſatagit cauſam auferre, & vitia abolere; ſin verò peccatorum eluvies ad ſe animum rapiat, & mens tetra caligine obcæcata deſipiat; deſperat infelix peccator poſſe inter fluctuantes pravos affectus portum appellere, & dum animo ac ſpe cadit naufragus, culparum abſorbetur charybdi, & per confuſos ſcelerum vortices miſerè ad æterna ruit ſupplicia.

§. VII.

Deſperationis conſilia viperini ſunt fœtus, matrem interficiunt, à qua in lucem prodiêre: & qui ſibi non conſulit, quando occaſio favet, interitum ſibi maturat.

63. QUi ſibi non conſulit, quando tempus, & occaſio favent, ſibi interitum accerſit, ut Sichimitæ poſtquam Abimelechum Regem inaugurârunt. Hic regno inhians ſexaginta octo fratres ſecuri intetemit, quò ſecuriùs ipſe imperatet; cæde tam atroce patrata Abimelechus Ephrâ Sichimam recurrit, & in Regem, re ipſa tyrannum, non ſine cæremonijs, & plauſu inauguratur: ſed exorta brevi ſeditione civium odio tyranni arma arripientium, Sichimitæ Abimelechum bonis, & vineis diſpoliaverunt; probroſis inceſſerunt maledictia, & inſidias in itineribus contra illum tendentes, armatis copijs adnixi ſunt eum proſternere; ſed Abimelechus viribus valentior non ſolùm Sichimitas fudit, ſed etiam attrivit, & cùm oporteret veniam ptecari, ruerunt in arma; & bella iterum inſtruxerunt, unde Abimelechus. *Videns quod egrederetur populus de civitate, ſurrexit, & irruit in eos cum cuneo ſuo oppugnans, & obſidens civitatem*, quam fraude Zebulis urbis Præfecti captam flammis tradidit abſumendam, & quidquid incolarum in ea repertum fuit nullo ſexûs, ætatiſque diſcrimine, crudenta clade trucidavit, & Salem per omnes paſſim urbis ruinas, ac rudera ſparſit, ne fundus quidem aliquando fieret arabilis, nec annonæ aptus: & quia potior Sichimitarum pars in ſuperiorem urbis arcem confugerat menibus conſertam, turritam, ac propugnaculis utrinque præmunitam; juſſit Abimelechus, ut circumpoſitis in orbem ramorum, ac frondium virentium acervis, faces ſubderentur; & quia humoribus ſcatens materia detrectabat flammas concipere additis facibus quantò ægriùs primò cæpit flammã concipere, tantò Judic. 9. ...

ce-

copioſiùs cæpit ſurſum tetrioris fumi obſcura volumina emittere, donec ventorum flatu convaleſcens concepta flamma in incendium ab imo ſurſum incendens, arcem ipſam unà cum incluſis Sichimitis abſumpſerit.

64. Quærunt ſacri Expoſitores, quænam cauſa Sichimitas impulerit ad veniam non efflagitandam, nec Abimelecho ſupplicandum, ut vellet illis parcere, præſertim cùm eum fuerint jam experti viribus valentiorem: & potuiſſent facilè veniam ſperare ab eo, quem paulò ante Regem inauguraverant. Reſpondet Abulenſis, Sichimitas deſperâſſe veniam, quam expoſcere noluerunt ab Abimelecho, nec illi ſupplicare; ideòque maluerunt pugnam proſequi, ait Abulenſis. (Quæſt 3.) *Putaverunt Sichimitæ ſupervacuum eſſe, quòd peterent veniam, quia non pervenirent ad eam, eò quòd nimis injuriati fuerant Abimelech inſurgendo contra eum, & vaſtando vineas fautorum ejus, & maledicendo ei inter epulas, & pocula*, quia Sichimitæ, quem Regem inauguraverant, injurijs poſtea laceſſivêre, & convitiis irritârunt; exiſtimârunt, non poſſe ab ipſo veniam conſequi, & propterea diffidentes veniam obtinere, miſerè pereunt. *Abimelech omni die illo oppugnabat urbem, quam cæpit interfectis habitatoribus ejus, ipſáque deſtructa ita ut ſal in ea diſpergeret*, (Judic. cap. 9. 45.) quia diffidentes veniam non fuêre deprecati, deſperantes ſe ipſos in cruentum illud injecêre excidium.

65. Habet deſperatio exitus ſemper ferales, qui nonniſi cruentas clades ſecum etiam trahunt. Armaverat Achitophel Abſolonem in Davidem parentem, & cùm Abſolon conſilium peteret ab Achitophele de modo belligerandi, impiis conſiliis ſuggeſſit Abſoloni, ut parentis regiam, & ſolium armata manu, ac militis violentia occuparet, Reginis in cuſtodiam palatij tantùm relictis publicè ſtuprum inferret; ſcilicet ſub tentorio palam ſupra regiæ ſolarium erecto, & cortinis velato, idque ad eum finem, ut populus ſublata reconciliationis ſpe obfirmatiùs in defectione eſſet perſtiturus, & firmiora imperii fundamenta Abſoloni poſiturus. Huic deteſtabili conſilio paruit Abſolon juvenis impuritatibus addictus; & voluptatum illecebris immerſus. Imò Achitophel aliud ſuggerit conſilium priore deteſtabilius: ei ſuadet, ut quanta poſſet maxima celeritate, & quavis diſruptâ cunctatione feſtinaret opprimere Davidem ejus patrem, antequam ſe opportuniori loco communirent, & collecto exercitu fortior fieret ad reſiſtendum: & ad impiam, ac crudelem hanc expeditionem executioni demandandam, ſe illius ducem offert, dummodo ex omni hominum multitudine, quæ Hebronem confluxerat, duodena militum millia ſibi ducenda darentur. Conſilium tamen non minus vafrè excogitatum, quàm Regi Davidi exitiale ſucceſſu caruit, pari enim aſtutia illud impedivit Chuſai, vocatus & ipſe ad conſilium; negavit iſte cum ea militum copia poſſe Davidem in poteſtatem redigi latebris forſan inacceſſis jam deliteſcentem: & negotium non poſſe ſortiri niſi uberiores congregentur copiæ, ut plus ſecuritatis eſſet in victoria: acquievit Abſolon conſilio Chuſai, qui callidè id egit, ut David interea dum exercitus colligitur, temporis nactus opportunitatem ſibi conſuleret, vel longiore fuga ab imminente periculo ſe ſubtraheret. Conſilio reſpondit eventus. David enim per Jonatam, & Achinaam Sadoci, & Abiatharis filios de periculo certior factus Jordanem trajecit, & ſe in urbem Mahanaim munitiſſimam recepit. Achitophel autem indignè ferens conſilium Choſai ſuo fuiſſe prælatum præ impatientia, & dedecore, ſibimet laqueo gulam infregit, & vitam miſerabili cauſula eripuit. *Surrexit & abiit in domum ſuam, & in civitatem ſuam, & diſpoſita domo ſua ſuſpendio interijt*. (2. Reg. 17. v. 23.)

66. Quæri ſolet, cur Achitophel quamvis victoriam in partem Davidis ceſſuram prævidiſſet, adhuc clementiam cognoſcens Davidis, & naturam ad veniam proniorem, quàm ad ſupplicium, non ſibi promiſerit veniam? ſi Martis alea adhuc hærebat anceps, cur ſaltem non expectavit donec conflictûs victoria Regi Patri potiùs faveret, quàm filio? Quòd ſi David Regum fuit manſuetiſſimus, cur de illius deſperavit clementia? nimirum ingentibus culparum vorticibus obrutus, à Davide, quamvis Rege mitiſſimo veniam deſperavit. Audiendus eſt Joſephus *Achitophel ubi ſuum alterius conſilio poſthabitum vidit, conſcenſo jumento Gelmonem patriam petijt, ubi convocatis omnibus domeſticis expoſuit eis, quæ Abſaloni conſuluerat addens quoniam non perſuaſiſſet cito ſe breve periturum*: deinde ait: *Præſtat igitur magno animo & virum ingenuum decet è vita exire, quàm Davidi ob filio narratam operam contra eum excarnificandum ſe præbere. His dictis in penitiſſimas ædes digreſſus ſe ipſum ſuſpendit*. (Lib. 7. antiq. cap. 9.) Scelerum igitur pondere preſſus ipſum tæduit vitæ, & nullum ſperans veniæ ſubſidium, dum deſperat, extremũ ſibi infligit ſupplicium tortor factus ſui ipſius, qui Abſoloni Regno inhianti parricidium perſuaſerat: conſilio, quo Regi ſategerat vitam adimere, violentam necem ſibi maturavit, & exitium, quod Davidi Achitophel aparaverat, ſibi aſcivit. Conſilium malum viperinus eſt partus parentem interficit, à quo in lucem prodit. Deſperavit à Davide veniam Achitophel, & quia malorum maximum ſibi aſcivit, extremum etiam ſibi accivit ſupplicium: id enim proprium deſperationis eſt extremum experiri exitium.

67. Judas Chriſti Diſcipulus, & iniquitatis Magiſter auro inhians, vendere excogitavit, quem nullum pretium venalem

poterat efficere, ore ſacrilego Magiſtrum oſculo petit, quò in faciem vitæ ſpiraculum mortis ſacrilegè inſpiravit; à pacis ſymbolo exitiale bellum exorſua, & ab avaritia vel in ipſis innocentiæ caſtris impium orditur facinus. Hac duntaxat vice prodiga fuit avaritia, cum inexhauſtum ærarium unica obligorivit effuſione; ſiquidem non melior mercator, quàm Apoſtolus depeculator ſalutis ſuæ, qui alienam debuerat lucrari, quò viliùs Deum ipſum venderet emptores adivit, qui ejus pretium ignorabant; & ut ſcirent, quem quærerent amoris armis abuſus oſculo eum prodidit, quod tamen adeo Chriſtus horruit, ut ad patrem inſcendere noluerit, niſi priùs felle, & aceto illud detergeret; ac ſpongiâ prorſus deleret ſi quid in labiis de proditoris oſculo ſuperfuiſſet. Quòd ſi perfidus, ac ſacrilegus Diſcipulus Magiſtrum vendidit, Diabolus, qui ejus oculos caligine cæcutientis avaritiæ, & fumo cupiditatis obtenebraverat, re jam peracta, quos antea clauſerat, aperuit, nimirum in id ſategit ſtudij incumbere, ne Judas delicti adeo execrandi perpenderet enormitatem, antequam illud perficeret: poſtquam verò illud abſolvit, tunc ut veniam omnino deſperaret, enormitatem ſacrilegij ei objecit, & ante oculos poſuit ſcelus à retro actis ſæculis inauditum, & ſcelerum omnium graviſſimum. *Tunc videns Judas, qui eum tradidit, quòd damnatus eſſet, pœnitentiâ ductus retulit triginta argenteos Principibus ſacerdotum, & ſenioribus, & abiens laqueo ſe ſuſpendit.* Interpretes expendentes verba illa *videns quòd damnatus eſſet*, cenſent de Chriſto Domino eſſe intelligenda, quaſi Judas præviderit eſſe citra dubium à Pontificibus Chriſtum morte damnandum, ac cruci turpiter affigendum; tametſi nondum à Pilato prolata eſſet mortis ſententia; adeo exitiale erat odium Phariſæorum; ut facilè potuerit Judas conjicere ab iiſdem ultimo ſupplicio damnatum iri.

Matth. 27. v. 3.

67. Origenes cenſet, verba illa *videns quòd damnatus eſſet* non de Chriſto Magiſtro intelligenda eſſe; ſed de perfido ipſo Juda Diſcipulo, qui dum ſcelera ſua expendit, & præſertim proditionem Magiſtri ob ſacrilegij enormitatem non credit ſe veniâ donandum, & cum à Deo veniam deſperaverit, ſéque jam damnatum cenſuerit tortorem conſcientiæ pullurus laqueo ſe ſuſpendit; neque ullum juſtius unquam egit opus, quàm cum ſe ipſum interemit; pependit è patibulo, & medius hæſit inter terram, & cœlum; quia quem cœlum excluſerat ſacrilegum, terra detrectabat ſuo recipere in ſinu, ne ex contactu hominis ſceleſtiſſimi ipſa inficeretur: igitur cùm à Deo deſperâſſet Judas veniam, ſéque jam damnatum noviſſet, & intus jam experiretur conſcientiæ torquentis ſupplicia, hæc ſaltem evalurus ad execrabilem maluit laquei recurrere inſaniam, ait Origenes. *Alius dicet quoniam quod ſcriptum eſt videns Judas, quia condemnatus eſt, ad ipſum Judam refertur, tunc enim ſenſit malum ſuum, & intellexit ſe condemnatum.* Tartareus hoſtis, qui enormiſſimum ſacrilegium Judæ perſuaſerat poſt patratum ſcelus, quò citiùs in deſperationem induceret, delicti objecit enormitatem; ob quam nulla ampliùs ei veniæ impetrandæ ſpes affulgeret, ideóque *videns quòd damnatus eſſet*, deſperans conſequi à Deo veniam *abiens laqueo ſe ſuſpendit*: imò conſcientiæ acerbiſſimis jam diſcruciatus morſibus, vitam ſuſpenſus, & ab arbore pendulus miſerè clauſit, non alio ducente ad patibulum, & torquente carnifice, quàm propriâ conſcientiâ. Idque videtur comprobâſſe Oſeas. *Vidit Ephraim languorem ſuum, & Juda vinculum ſuum, & abijt Ephraim ad Aſſur, & miſit ad Regem ultorem & ipſe non poterit ſanare vos, nec ſolvere poterit à vobis vinculum.* Tametſi fuiſſet Ephraim Deo charus, ac dilectus inſanabili ſe tamen languore tabidum cenſuit, & quia auxilium deſperavit divinum, nec Numini ſupplicavit, ut eſſet opem ei allaturum, ſed ſuffragium ſibi ſolicitavit humanum; ibi ſeveriſſimam ſceleris pœnam luit, unde medelam improvidus ſperaverat. Cenſuit, quòd ſi ad Aſſur confugiſſet, ejus gratiam ſaltem oblatis muneribus potuiſſet ſibi coëmere, & inde plurimum haurire ſubſidij, ac ſibi conſulere: ſed ubi ſubſidium ſperaverat, inde naufragium invenit: ubi enim à Deo deſperans veniam, Aſſuris imploravit opem luctuoſiorem ſibi aſcivit calamitatem: audi Rupertum. *Vidit languorem ſuum, & Judas vidit vinculum ſuum, atque tam magnum ille ſuum languorem exiſtimavit, & ille tam forte vinculum ſuum reputavit, ut nullatenus à Deo patrum ſuorum Abraham, Iſaac, & Jacob curari poſſet, aut ſolvi, & idcirco ad Aſſur quaſi ad fortiorem Deo confugit, cui & munera miſit.* Quia à Deo veniam deſperavit Ephraim, & inſanabili ſe languorem tabidum cenſuit, Numini ſupplicare neglexit, & maluit ad Aſſur confugere aliquid ab eo accepturus ſubſidij; ſed dum deſperatâ veniâ ab hominibus opem ſatagit enanciſci novis ſe reatibus implicat: impendioſis ſumptibus non quidquam ſibi coëmit ſubſidij, ſed acriorem ſibi auxit calamitatem, ſubdit Rupertus. *Uterque malè vidit, & ille languorem ſuum, & iſte vinculum ſuum, nam ſi bene vidiſſent, ſcirent id, quod ſequitur: & ipſe non poterit ſanare vos, nec ſolvere vinculum veſtrum; imò convertentur vobis in adverſario, & tanquam in Dei deſertores facient ultionem.* Scilicet Rex, ad quem confugerant, non quidquam præſtitit ſubſidij, ſed ultionem exegit; & unde ſperaverant ſolatium ſugere, acerbiſſimum hauſerunt ſupplicium.

In cap. 27. Matth.

Cap. 5. v. 13.

Lib. 2. in Oſeam c. 5.

Loc. cit.

Digitized by Google

DISSERTATIO XV.

Dei Miſerationes nullis coërcitæ limitibus; quia ſuper omnia opera ejus, non ſinunt flagitioſos, quamvis de enormiſſimis reos delictis deſperare; dummodò verè reſipiſcant.

§. I.

Non quæ ex deſperatione prodeunt ſcelera, deſperantis leniunt cruciatus: quos ſola ſpes vitæ melioris minuit.

1 QUià Deo veniam deſperant, nonniſi confuſis ſcelerum vorticibus obrui poſſunt, & ubi proceliis exagitati portus alicujus malaciam quærunt, in ſcopulos illiſi naufragium inveniunt, & miſerè pereunt, ita enim delirant, ut naufragium ſibi maturent: credunt torquentis conſcientiæ cruciatus, voluptatum, quibus indulgent lenimento minuere; ſed inde ſcelera addentes ſceleribus ſupplicia incrementant, & contra ſe tortorem, ac internum irritant carnificem, à à quo acriùs divexantur. Non quæ ex deſperatione ſcelera patrantur, & vitia, quibus indulgetur, doloris minuunt acerbitatem, ſed ſola ſpes vitæ melioris ærumnas excutit, & tormenta mitigat. Non à novis ſceleribus quærendum eſt pharmacum curandis ulceribus, & minuendis doloribus idoneum, ſed ab ipſa ſpe, & timore peccandi, audi Syracidem. *Qui timet Dominum, nihil trepidabit, & non pavebit: quoniam ipſe eſt ſpes ejus. Timentis Dominum beata eſt anima ejus, ad quem reſpicit, & quis eſt fortitudo ejus.*

Eccleſ. c. 34. v. 16. & ſequent.

2. Idque etiam cauſæ, cur David poſt patratum adulterium, & homicidium, ac ſcandalum datum populo, totus indormierit, & tranquillus requieverit, quia ſciens miſericordiam Dei nullo eſſe limite coërcitam, *& miſerationes ejus ſuper omnia opera ejus*, non ſolum non deſperavit veniam, ſed eò confidentiùs illam ſperavit, quò à Deo ſe noverat in ſpe conſtitutum. *In pace in id ipſum dormiam, & requieſcam quoniam tu Domine ſingulariter in ſpe conſtituiſti me.* Si quæras, quænam fuerit hæc ſpes, in qua Deus Davidem conſtituerat, ipſemet exprimit. *Quia factus eſt ſpes mea, turris fortitudinis à facie inimici: inhabitabo in tabernaculo tuo in ſæcula, protegar in velamento alarum tuarum:* erat ipſa, quam David de Numinis miſericordia conceperat, veluti inconcuſſum, ac inexpognabile propugnaculum à facie inimicorum, quorum propterea aſſaltus, & impetus coërceret. Neque tormenta, & cruciatus expavit, neque adverſitates eum terruêre; ſciebat enim, Deum nunquam ſperanti in ſe deeſſe, & dum dolores ſperantem veluti parturientem excruciant, fore ut tandem ſalutis, & incolumitatis ſpiritus, vitæque alterius requies, ac tranquillitas, tunc dolenti ſimul, ac ſperanti præparetur, quò Dei miſericordia ſuper ipſum ſplendeat, quapropter aiebat David. *Convertere anima mea in requiem tuam, quia Dominus benefecit tibi:* non eſt, quod timeas inter labores, quod expaveſcas inter cruciatus, adeſt enim Deus, qui labori noſtro finem imponet.

Pſalm. 4. v. 9.

Pſal. 60. v. 5.

Pſalm. 114. v. 7.

3. Tametſi labores premant, dolores torqueant, miſeriæ affligant, non eſt tamen, quòd, qui verè in Deo ſperat, conqueri debeat: ſi peccâſti, ideo virgam oſtendit Deus, quam etiam admovet, ut quæ ſuperſunt vitia, & pulveres pravarum cupiditatum excutiat: non eſt ad necem, ſed ad vitam, quod vulnus infligitur, ait enim Deus. *Quos amo, arguo, & caſtigo. Æmulare ergo, & pœnitentiam age:* non debet quis virgam exhorreſcere, quæ ſolis excutiendis ſordibus adhibetur, non cæcutias in meridie, ut linceus ſis nocte intempeſta; non palleſcas, nec virgam exhorreſcas, quia quos Deus amat, arguit, & caſtigat; ſi amaris non eſt, cur timeas? ſi affligeris; quid ni proſcindi ager, non recuſas, amáque ſtercorari, quo tritico conſe-

Apoc. 3. v. 19.

ratur, nec inde conqueritur, quòd aratro dilanietur; ſed gaudet, quia excolitur. Quis roſam exhorreſcat, eò quia adnatis ſibi dumis manum pungat, ac vulneret, eam legentis? quis poſt tetram procellam, poſt excuſſa fulmina, & minas, ac tonitrua, arcum averſetur, Iridémque faſtidiat, eò quia humeſcente ſplendeat in nube? Quis aurum metallorum pretioſiſſimum abjiciat, eò quia plus cæteris ſit grave, & ob pondera illud negligat? amat Deus in ſe ſperantes, & ſi eos cædit, ad normam ſculpit virtutis, unde ajebat ille in aſceterio varijs preſſus calumnijs, *decerpar, dum diligar:* ubi enim amor ſauciat, ibi nec plaga hiat, nec ulcus lædit; ſed fodina auri fatiſcit, & ex inflicto vulnere plus effluit gloriæ, quàm ſanguinis; plus opum, quàm puris; è vulnere charitatis non ſanies, ſed chryſocolla diſtillat.

4. Punit Deus in hac vita in ſe ſperantes; ut ſupplicijs in officina virtutis pretioſiorem eis cudat coronam, hinc Nahum Propheta ait: *Quid cogitatis contra Dominum? conſummationem ipſe facit: non conſurget duplex tribulatio.* ubi D. Hieronymus contra Marcionem, alióſque hæreticos, qui neſcio quem alium ſibi bonum Deum fingentes Hebræorum; Deum auſi ſuère ſævitiei redarguere, eò quia cataclyſmo orbem totum inundaverit; in cineres combuſtas Pentapoleos urbes ſolviſſet, Pharaonem in Erythræu mare ſubmerſiſſet, & Hebræorum tot millia hominum in eremo proſtrâſſet, reſpondet D. Hieronymus: *Scitote ideo eum ad præſens rediddiſſe ſupplicia, ne in æternum puniret. Certè verum eſt id, quod hoc in loco per Prophetam dixit, non conſurget duplex tribulatio; ſive ut vertunt ſeptuaginta interpretes: Non vindicabit bis in id ipſum in tribulatione: ergò qui ad præſens puniti ſunt, poſtea non punientur. Receperunt igitur, & qui in diluvio perjerunt, & Sodomitæ, & Ægyptij, & Iraëlitæ mala ſua in vita ſua.* Percuſſit eos Deus, ut ſanarentur; proſtravit, ut ſurgerent; ſubmerſit, ut emergerent; vel incuſſit illis flagella ex ſua bonitate, ut ſaltem noxis, ac ſceleribus finem imponerent; vel mitiùs in gehenna punirentur, alioquin à peccandi conſuetudine nunquam ceſsâſſent, vel ut multi ſalvarentur, qui aliàs perjiſſent: non igitur ad mortem ſunt vulnera, quæ Deus infligit, ſed ad medelam, & vitam; à quovis emergunt malo, qui de divina non deſperant miſericordia.

5. Quo tempore Sardanapalus vitijs omnibus indulgens; ac libidinum mancipium imperij Aſſyrij ſceptrum in urbe Ninive tractaret, injunxit Deus Jonæ Prophetæ, ut quavis diſrupta cunctatione ad urbem illam iter inſtitueret, ac Ninivitis ad extrema flagitiorum prolapſis excidium denunciaret: ſed Jonas veritus, ne ſcelerum pœnitudo vibrandum fulmen à Deo eriperet, & ipſe vanus territator in ludibrium, imò & etiam in pœnas traheretur; Numinis præcepto parère detrectavit: defertur Joppem, ubi conſcenſa navi Tharſum verſus urbem Ciliciæ vela ventis expandit, & clavum dirigit, ſed ſequitur à tergo ultor Deus: inſolens enim, cùm primùm navis altum petjit, tempeſtas inſurrexit, venti, & fluctus in pertinaciam Jonæ mutuis junguntur fœderibus; apertis enim ventorum carceribus uno agmine viſi ſunt omnes effuſi, ac immiſſi, & hinc debacchari Tiphones, furere Ecnephiæ, cœlum omne turbari, mare exaſperari, & navis cœpit decumanis undis concuti, cœlum nocteſcere, aër obnubeſcere, & dies medius tenebris offundi; ingentes fluctuum montes viſi ſunt jam usque ad ſydera navem attollere, & mox usq; ad tartara deprimere, & procelloſiſſima prælia cœlum ipſum mari miſcere, ac navim in apertum diſcrimen trahere, proximúmque minari interitum. Interim Jonas ſopori gravi detentus dormiebat; quem ut Proreta vidit ſtertentem, non ſine objurgatione admonuit, ut Deum ſuum precibus, & lachrymis ad miſericordiam flecteret. *Quid tu ſopore deprimeris? ſurge, invoca Deum tuum, ſi fortè recogitet Deus de nobis, & non pereamus.* Jon. 1. v. 6. Sed è ſomno excitatus Jonas preces non fundit, Deo non ſupplicat, lachrymas non elicit; ſed undis ſe tradi imperat: *Tollite me, & mittite in mare, & ceſſabit mare à vobis: ſcio enim ego, quoniam propter me tempeſtas hæc grandis venit ſuper vos:* conſcius enim ſuæ culpæ neque ſententiam retractat, neque à ſuſcepto deflectit itinere, imò propoſitum indurat, adhuc injunctum ſibi à Deo præceptum non exequitur, quia cùm ob pertinaciam veniam deſperaret, nullum ſibi fore portum exiſtimavit, ſibique propterea naufragium maturavit: tametſi nautæ monuerint eum, ut ſurgeret, & Deum ſuum invocaret: *Surge, & invoca Deum tuum:* nihilominus ipſe inſtabat: *tollite me, & mittite in mare,* quaſi jam vitam pertæſus non tam eam protrahere cuperet, quàm finire: ait Hugo Cardinalis. *Poteſt eſſe, quòd ſcivit Dei iram, & fugit ex timore, & dormivit ex triſtitia.* Jonas eò quia Deo non paruit, taliter expavit, ut ex timore ſomnolentam foveret triſtitiam, nec futuram exiſtimaret medelam. Dum horriſona tempeſtate circumactus portum deſperat appellere, & ad ſubeundum naufragium ſe ipſum urget; peccatorum exprimit ſe multiplici ſcelerum ſarcina preſſum.

Sunt, qui Dei bonitatem, ac miſericordiam exaggerant, quò liberiùs peccent, morsúsque ſopiant conſcientiæ, qui tamen ſceleribus poſtea obruti diffidunt, & veniam deſperantes extremum ſibi aſciſcunt ſupplicium. Si Dei mandato Jonas paruiſſet, non Joppem, ſed Ninivem rectà petjiſſet, 6.

in

in ſubortæ procellæ diſcrimen ſe non injeciſſet. Inde diſcimus, eſſe quemque proprij infortonij fabrum, ſibique ærumnas eudere, gladios acuere, ſecures conſtruere, & propria ſibi conflare ſupplicia; & propriæ eſſe imputandum pervicaciæ, ſi cum Jone fluctibus quis vexetur procelloſis, & imminens naufragium eum demergat; ſi Jonas Dei mandato obtemperâſſet in illius tempeſtatis non ſe injeciſſet diſcrimen; & ſi recte quiſque ſuæ felicitatis uteretur occaſione, non aquis obrueretur, ſed alarum remigio in ſublime niteretur; non alge eſſet in limo, ſed palmes in Carmelo. Quis diffiteatur plurimum intereſſe diſcriminis Magos inter, ac Herodem? illi pyxides aperiunt, quô theſauros profundant; ille gladios nudat, ut innocentem ſanguinem fundat: illi ad cunas accedunt Regem natum adoraturi; iſte ſepulchrum refodit in parvulos graſſaturus: & tamen æquè Herodes, ac Magi unius Servatoris occaſione excitantur, ſed affectu diſpari: Magi ſiquidem fortunatam Arabiam aromatibus expoliârunt, ut præſepe nati Regis odoribus implerent: Herodes verò Arabiam deſertam humano ſanguine inundavit, ſiccariis opplevit, quo nati pueri cunas effuſo innocentum cruore obrueret. Non igitur Dei incuſetur liberalitas non prodiga in Herodem; cum ſolo ductu nimis pravij luminis Madianitæ è ſuis divulſi patriis in exteres proficiſcantur Provincias eum adoraturi, quem præfulgens ſydus *præmonſtrabat*; & Herodes, quem cœlum natum deprædicabat, niteretur in terris habere ſenatum. Poteſt quiſque, ſi velit propriam fortunam cudere, & ſi jaceat compede vinctus, poteſt ſe ipſum cum Manaſſe erigere, qui ſedens in throno, ſcelerum fuit captivus in corona; & tamen cùm primum jacuit detruſus in carcere, cœpit in vinculis libertate frui; & catena felicior illi fuit, quam armilla; ſuſte ſanior, quàm ſceptro; carceris ſqualore illuſtrior, quam throni ſplendore, qui enim rubere dediſcerat in purpura, verecundiam apprehendit in ſacco.

7. Jonas igitur propria pervicacia, quâ noluit mandatum ſibi à Deo injunctum exequi, proprium ſibi infortunium cudit, & faber fuit ſui naufragij: ſed vix nautæ imminens declinaturi naufragium Jonem in proceIloſum excuſsêre pelagus, illicò prægrandis bellua marine adfuit, veluti ſatelles divinæ ſimul juſtitiæ, & clementiæ, quæ Jonam in mare demerſum deglutivit, & ſervavit innoxium, ut cuſtos. Triduo marinæ belluæ alvo perinde ac animato carcere circumvectus fuit, priùs ſepultus quàm mortuus: poſt triduum cetus hoſpitem ſuum litori Joppes illæſum, ac incolumem, & ſoſpitem reſtituit, ubi Propheta à ſuis infortunijs, ac periculis edoctus, & iteratis Dei vocibus monitus, ut injunctum ſibi exequeretur præceptum; illicò obſequitur, & in Aſſyriam abſque ulla cunctatione greſſus dirigit, & poſt triduanum iter ad urbem pervenit Niniven; ubi cùm imminentis excidij præco perambularet plateas, ac terrorem civibus incuteret, fama minacis oraculi ad aures delata fuit Regis Sardanapali, qui tametſi delicijs diffluerct, luxu innataret, voluptatum illecebris indulgeret, territus tamen ob denuntiationem propinqui interitûs, inſignia ſtatim exuit regia; purpurem cum cilicino ſacco mutat; diadema abigit, & cinerem capiti inſpergit; omnem deponit ornatum, & pannoſus non deſperans de Numinis miſericordia ſatagit lachrymis ejus extinguere iram, ejúſque bonitatem ad veniam flectere. Regis ad exemplum compunguntur aulæ proceres, & populus univerſus, ſcelerum pœnas à ſemetipſis omnes exigentes. Ubíque ſaxis pectora tundebantur; flagellis terga cædebantur; lachrymis genæ madebant, adeo ut non audirentur, niſi voces flebiles, ſuſpiria internum dolorem prodeuntia, peccatorum deteſtationes, dolentium ſupplices preces, corporum macerationes placando Numini adhibitæ. Non adulti tantùm in cinere, & cilicio ſtuduerunt Deum ad veniam flectere, ſed etiam pueri, & omnis ſexûs, ac conditionis homines imò, & jumenta, ac pecora triduanam inediam, ac ſitim ſuſtinuêre, ad quam afflictatio jejunii quadragintadialis in ſolo pane, & frigida ſub veſperam duntaxat ſumendo, ne vires penitus corruerent, ſecuta fuit. Profectò licèt Sardanapalus, & reliqui Ninivitæ multis eſſent ſceleribus coinquinati, ac pluribus obruti, ac merſi fœditatibus, & Prophetæ imminens proclamaret excidium; quia tamen de divina non deſperârunt miſericordia, & eos verè pœnituit patratorum ſcelerum ſuis lachrymis divinam juſtitiam coërcuerunt, ne flagellum vibraret. & pœnitentium vota irati Numinis immutârunt decretum; verſa fuit vindicta in miſericordiam, minæ ſuppliciorum in criminum condonetionem; cinere, quem capiti inſperſerunt, Dei iram ſopiverunt, ſuſpiria divini tribunalis ſententiam mitigârunt; lachrymæ culparum maculas abſterſêre, horridæ cilicijs hiſpidata membra veluti impenetrebilibus præmunita loricis telâ retudêre ſuppliciorum; & areſcentia jejuniis, ac ſiti corpora, propitium ſibi promeruêre Deum, quem vindicem Propheta depredicabat.

Quis Sardanapalo effœminatior? hic omni ſcelere inquinatus deliciis diffluens, & vitiis affluens, cum fœminis muliebri vivebat ritu, quamvis omni meretrice corruptior, omni pellice nequior; parietibus, ac tectis propriam ſatagebat nequitiam occultare; ſed nequit quidquam tam tectum eſſe, quod dies in lucem non proferat; & tamen, quia de Numinis non deſperavit 8.

miſe-

miſericordia, reſipuit, & pœnitentiam egit, imminens declinavit excidium, & Dei vindicis brachium detinuit, ne flagellum vibraret in Ninivitas, pœnitentiam tunc in cinere, & cilicio agentes. Id enim præſtat ſubſidii pœnitentia, ut Deum, quamvis iratum, & ſupplicia minantem flectat ad veniam, & hominem antea Numini exoſum, gratum conſtituat: quidquid enim ſordidi homini ineſt, ex patratis ſceleribus pœnitentia radit, verrit, & foras excutit, & gratum pectoris domicillum ſuperventuro apparat Spiritui ſancto. Eſt pœnitentia, quæ inflictis vulneribus medetur, innocentiam collapſam erigit, virtutum ſtudia reſtaurat, & quidquid humana fragilitas contraxit ſordidi, abſtergit, & hominem purgat.

9. Hoſtis tartareus ſub ſpecie verſuti ſerpentis in fraudis officina arma cudit cupiditatis, & ambitionis, quibus primos homines impeteret, & totum humanum genus inflicto vulnere ſauciaret: verùm ne inultus maneret inimicus, voluit ſtatim Deus ab initio pœnitentiam inſtituere, cum ſciret graviſſimum eſſe Dœmonis ſupplicium, ut notat Tertullianus, inquiens: *Deus poſt tot, ac tanta delicta humanæ temeritatis à Principe generis humani Adam auſpicata, poſt condemnatum hominem cum ſeculi dote, poſt ejectum paradiſo, mortique ſubjectum; cùm rurſus ad ſuam miſericordiam maturaviſſet, jam inde in ſemetipſo pœnitentiam dedicavit, reſciſſa ſententia irarum priſtinarum ignoſcere pacto homini, & imagini ſuæ.*

Lib de pœnitentia cap 2.

§. II.

Quam, Ambitio in Protoplaſtis Cacodæmonis deceptione Dei imaginem delevit; Pœnitentia reſculpſit: ne lapſi deſperemus; ſed reſipiſcentes in Numinis ſperemus clementia; & beneficio Pœnitentiæ reſurgamus.

10. VOluit Deus ſtatim poſt protoparentum peccatum pœnitentiam ſerere, ex qua reſipiſcentis hominis ſalus pullularet, & ſimul virus, quò acerrimè diſtorqueretur Dœmon, germinaret: eſt enim pœnitentia, quâ tellus exareſcens cordis peccantia proſcinditur, excolitur, & per reſipiſcentiam, ac pia vota ſeritur: ſunt enim proba deſideria veluti feraciſſima ſemina, quæ beneficio pœnitentiæ excultæ cordis telluri concreduntur, ut inde germinent non ſolùm in roſas charitatis, lilia caſtitatis, humilitatis violas, ac reliquarum virtutum flores, verùm etiam in uberrimam fructuum, ac meritorum meſſem, quâ reſipiſcens in novum refloreſcit hominem: Dei enim imaginem adnixus fuit vafer ſerpens deturpare, ac delere cum Protoplaſtis eſum ſuaſit pomi vetiti, quo fierent Deo quaſi pares: *Eritis ſicut Dij, ſcientes bonum, & malum*, ſed tantum abfuit, quòd ſuppares Deo eſſent, ut ab eo innocentiæ ſtatu, in quo eos Deus condiderat deturbati, in imum ceciderint miſeriarum, fierêntq; ſcopus omnium ærumnarum etiam interitui obnoxij: illicò enim irrequieta legis membrorum rebellione cœpit corpus in ſpiritum caput attollere, flammas concupiſcentiæ ſuccendere in ejus perniciem; arma pravorum affectuum cudere in ejus exitium: libidinum corruptas paludes ei objicere, ac jiſdem circumvallare, obſidere, & anguſtijs coarctare, adeò ut ſpiritus nonniſi difficulter valuerit ſeditionem corporis coërcere, ac inſurgentes in ipſum concupiſcentias extinguere, & pravos affectus compeſcere.

Præ cæteris eos aggreſſus eſt furor erubeſcendæ libidinis, cujus turbulento ſenſu exagitati protoplaſti, paribus oculorum dejectibus, ac vultuum confuſione adacti ſunt propriam erubeſcere nuditatem, non tam corporis, quàm animi, cùm veſtem exuerint divinæ gratiæ, ornamenta amiſerint divinarum virtutum, & à ſtatu innocentiæ dejectos ſe noverint, & in imum deturbati miſeriarum: ut nuditati ſaltem conſulerent corporis in denſius arbuſtum ambo illicò conceſſerunt lucem verecundiæ ſuæ, & luci ſuam verecundiam ſubducturi, ſibíque ſubligaria frondea de connexis ficuum folijs conſuturi: & quia ſpeciem cilicij innata aſperitate folia ficuum exhibent; in hoc, poſtquam fœdè deſipuerint decepti à verſuto ſerpente, ſapere cœperunt, quia initium aliquod poſuerunt pœnitentiæ, quam ut perficerent, hirſutis etiam pellibus Deus eos induit, ut ſuam in homine imaginem, quam ambitio dœmonis deceptione quaſi deleverat, pœnitentia reſculperet: poſtquam enim homo pellibus fuit indutus, priſtinæ quodammodo dignitati reſtituitur. *Fecit quoque Dominus Deus Adæ, & uxori ejus tunicas pelliceas, & induit eos, & ait: Ecce Adam, quaſi unus ex nobis factus eſt*: quia nimirum pellita pœnitentia Dei imaginem, quam peccatum obliteraverat, inſtaurato Dei opere in lapſo homine reſculpſit; & ſimul hoſtem tartareum perculit, proſtravitque confuſum. Sategerat cacodœmon ambitionis tumore, & ſceleris atramento Dei imaginem delere in homine: ſed Deus ſuæ imagini lapſum hominem beneficio pœnitentiæ reſtituit, ſimúlque nos edocuit, ne unquam de Numinis deſperemus miſericordia, quamvis pluribus obruti ſceleribus; ſed beneficio pœnitentiæ nitamur Deum flectere ad veniam impertiendam: eſt ſiquidem hæc virtus, adeò potens, ut Deum in vota ſua flectat, & Dœmonis verſutias omnes eludat, & eludendo graviſſimas eidem infligat pœnas, quapropter exclamat Richardus de S. Victore in allegorijs Tilmanni: *O qualis reformatio honoris:*

11. (margin, at "Præ cæteris")

Geneſ 3. v. 21. (margin, at "Fecit quoque")

Digitized by Google

ris: ô qualis deterſio exprobrationis! pelliceum indumentum, quia pœnitentiam accerſivit, dæmonem diſcerpſit, ac Dei imaginem in homine lapſo deterſa reſculpſit. Nil validius, nil pœnitentiâ aptius dœmonum aſtui eludendo, & hominum ruinæ inſtaurandæ.

12. Neque Samſon aliter fuit rugientem leonem aggreſſus, eum eo præliaturus, niſi poſtquam cœpit peccata plangere, & culpas lachrymis detergere; tunc pœnitentia loricatus hiantem ore leonem aggreditur, manus faucibus injicit, brachiorum vires exerit, & leonem in fruſta diſcerpit, proſternit, enecat. *Dilaceravit leonem quaſi hædum in fruſta diſcerpens:* dilaceravit, quia peccata planxit; non vires brachiorum, ſed lachrymæ oculorum leonem in fruſta diſcerpſerunt. Hoſtis tartareus eſt leo ille rugiens, qui circuit, quærens homines, quos devoret; ſed licèt homines proſtraverit, devicerit; ſi tamen hi de Dei non deſperent clementia, ſi ſperent veniam, & ſatagant per ſubſidia pœnitentiæ reſurgere; de tartareo hoſte, à quo ſeducti proſtrati fuerant, nunc pœnitentiâ armati triumphant: nil enim poſt lapſum hoſti proſternendo pœnitentiâ validius, nil lachrymis efficacius: hæ ſiquidem veluti globi è tormentis bellicis exploſi vi, & efficaciâ ignis charitatis, & ardentis amoris Dœmonem proſternunt, vincúntque: appoſitè Hugo Cardinalis hiſtoriam Samſonis diſcerpentis fruſtatim leonem inflectens ad mores ait: *Juſtus diabolum fruſtatim devorat? quoties peccata ſingula conſiderans deflet, & emendat:* ipſe fletus, & morum correctio eſt ipſa diſcerptio, quâ leo tartareus proſternitur: non poteſt verſutiſſimus Leo fruſtatim, non diſcerpi, cùm videt ſubſidio pœnitentiæ à ſe invectas ruinas hominis inſtaurari, & in ſpem veniæ aſſurgere, quos in deſperationem ſategerat pertrahere. Nil eſt dœmoni magis inviſum, nil quo acriùs torqueatur, quàm ipſa pœnitentia, hæc enim eſt luctuoſum ejus naufragium, ſævum tormentum, irreparabile excidium, ineluctabile fatum, & extrema pernicies: Samſon igitur tunc leonem necem rugitu minantem diſcerpſit, cùm ſubſidio pœnitentiæ culpam abegit. Quisquis in truculentiſſimum tartareum leonem optat irruere, quò triumphum ſibi maturet, iiſdem utatur pœnitentiæ armis, quibus Samſon, *dilaceravit leonem quaſi hædum in fruſta diſcerptum.*

Judic. cap. 14. v. 6.

13. Quamvis lapſus ſit homo, ac in cœnoſa flagitiorum palude ſe merſerit, dummodò de Numinis non deſperet miſericordia, ſed ſatagat per reſipiſcentiam reſurgere, poteſt non ſolùm, quidquid contraxerit inquinamenti, detergere; veriùm etiam ſibi de proſtrato hoſte victoriam ſpondere. Mittitur Moyſes in Ægyptum non Pharaoni famulaturus, ſed eidem imperaturus, ut populum ſub jugo diuturnæ ſervitutis langueſcentem, ac detritis viribus ob exantlatos labores deficientem dimittat. *Veni, & mittam te ad Pharaonem, ut educas populum meum filios Iſraël de Ægypto.* Quæri ſolet, cur Deus Aaronem potius non delegerit, cùm ipſe ſummus ſacerdos eſſet, cujus authoritas plurimum obtinuiſſet ponderis apud Pharaonem? cur præ Aarone Moyſem voluerit deligere, & Deum conſtituere Pharaonis? *Ecce conſtitui te Deum Pharaonis:* cur hoc divinitatis honore non potiùs Aaronem condecoravit? An plus virium Moyſi fuit, quàm Aaroni? An Pharao aliàs Moyſem timuit, & ejus ceſſit Authoritati? non Moyſem Pharao; ſed potiùs Angelum timuit, qui nubis columnæ inſidens populum duxit. Exodi 13. v. 21. *Dominus præcedebat eos ad oſtendendam viam per diem in columna nubis, & per noctem in columna ignis.* Videtur hic ordo inverſus, ſiquidem opportuniùs, ac conſultiùs fuiſſet, ſi Angelus non columnæ ignis per noctem inſediſſet, ſed die coram Pharaone eaſdem flammas fuiſſet ejaculatus ad ejus duritiem emolliendam, & audaciam compeſcendam: efficacior fuiſſet Angelus flammeus ad Pharaonem flectendum, quàm Moyſes linguâ blæſus, & loquelâ tardus: ille enim potuiſſet elementa ipſa, ignem, terram, aërem, & aquas movere contrà Pharaonem, eúmque adigere ad parendum Nominis præcepto, & ad populum dimittendum. Cur igitur non fuit Angelus à Deo ad Pharaonem miſſus, ſed tantùm ad populum jam dimiſſum, quem per noctem in columna ignis, & per diem in columna nubis præiret? fortiori efficacia exegiſſet Angelus à Pharaone populi dimiſſionem, quia promeritis pœnis potuiſſet faciliùs eum punire, ac timorem illi incutere ob patratas culpas in affligendo populo ſub tyrannici famulitij jugo; ſed bene fuit, quòd non Angelus, ſed Moyſes mitteretur ad Pharaonem, ait Abbas Cellenſis; Moyſes ſiquidem aqua interpretatur, quapropter non Angelus inſidens columnæ ignis, ſed Moyſes coërcendo Pharaoni, ejúsque duritiei frangendæ aptior fuit, quia dœmoni, & Pharaoni ejus aſſeclæ acerbior obtigit aqua Moyſis, ſeu lachryma; quàm flamma Angeli; qui potuiſſet tantùm Pharaonem deterrere; non captivorum ſordes abluere, nec contractas abſtergere maculas: lachrymæ autem Moyſis utrumque præſtitêre, & culpas copioſiùs abſterſerunt, & hoſtem acriùs aduſſerunt: emolliendæ Pharaonis duritiei accommodatior fuit Moyſis lachryma, quàm Angeli flamma; gutta enim eſt, quæ perſiſtendo ſaxum excavat, & ejus duritiem emollit, quæ flammâ magis induteſcit, appoſitè Abbas Cellenſis. *Sathan tolerabilius ſuſtinet flammam ſuam, quàm lachrymam noſtram, acriúsque contriti cordis lachryma, quàm flamma gehennalis incendij torquetur.*

Exod. 3. v. 9.

Exod. 7. v. 1.

Lib. de panibus cap. 22.

Quia igitur nec Aaron, nec Angelus lachrymas indicabat, ſed tantùm Moyſes; non Angelus, ſed Moyſes aſſumptus fuit ad emolliendam Pharaonis duritiem, ideo de 14.

aqua nomen hauſit, quia infans in fiſcella, ſeu corbula ex ſcirpis contexta clauſus, rimiſque diligenter bitumine, & pice oblitis demiſſus fuerat in Nili vado, ex qua parte tenuiſſimus tum amnis ripam lambebat; túmque Thermutis Armenophtæ Regis filia ad fluvium deſcendiſſet meridianos fortaſſis æſtus lavacro temperatura, & inhærentem ripæ fiſcellam incidiſſet, ac aperuiſſet, vagientem in ea puerum forma conſpicuum adinvenit, & ex abſceſſa pellicula conjiciens ex gente Hebræa ortum eſſe, partim miſericordia ſtimulante, ad quam infantis decoræ lachrymæ mulieris cor emolliebant, ac flectebant; partim quia liberis ipſa carens, & divitijs affluens ex adoptione ſaltem cogitavit probrum delere ſterilitatis, & parvulum à ſe in fiſcella repertum in proprium ſibi filium adoptata, cujus propterea nomen voluit, ut Moyſes eſſet, eò quia de aqua ad ſe fuerit derivatus. Moyſes igitur, quamvis linguâ blæſus, & loquelâ tardus inſignius fuit divinitatis honore, & ad Pharaonem miſſus, non Aaron, nec Angelus, quia emolliendæ ac flectendæ Pharaonis duritiei aptior fuerat lachryma Moyſis, quàm fœcunda Aaronis Suada, & Angeli evibrata flamma: dirius dæmon torquetur lachrymis, quàm libratis ignium globulis. Hinc Clemens Alexandrinus aſ-
Inadhortat. in gentes. ſerit, nil aliud dæmones impenſiùs curâſſe, quàm luctus in cantica transferri Numinum: ſiquidem luctum expaveſcebant, non ſecus ac præſentaneum venenum, ait Clemens: *Mihi quidem videntur, & Thracius ille Orpheus, & Thebanus, & Methymnæus viri quidam non viri fuiſſe, ſed deceptores; qui prætextu muſicæ, vitæ perniciem afferentes artificioſis quibuſdam præſtigijs ad corruptelas dæmoniacè incitantes probra orgijs celebrantes, luctus in Deorum cantica producentes, primi deduxerunt homines ad ſimulacra* Nimirùm quò promptiùs Dæmonum famulatui homines adjicerent, in id incubuêre ſtudij, ut lachrymas exſiccarent, & præcaverent, ne oculi in luctum liqueſcerent; ſed frons perniciosâ mellodiâ ſerenata ad riſum ora traheret, quia per mundi gaudia facilis deſcenſus ad erebum, cujus flammæ, ignéſque ſtabulantes lachrymis extinguuntur.

15. Nil Dæmoni infenſius lachrymarum imbre, quem reſipiſcentia ex corde contrito, ac doloris violentia compreſſo elicit: ſunt enim lachrymæ, quæ Deum ad condonanda patrata flagitia emolliunt: ſunt efficax opobalſamum curandis peccatorum vulneribus efficaciſſimum, adeò ut vel ipſe Christus Dominus has adhibuerit, ut Deum Patrem in ſua vota flecteret, & hominum contractas ſordes abſtergeret, ac peccatorum maculas ablueret, ſcribit Apoſtolus
Ad Hebræos cap. 5. v. 7. de Chriſti lachrymis in cruce fuſis: *Qui in diebus carnis ſuæ preces, ſupplicationeſque ad Deum, qui poſſit illum ſalvum facere à morte cum clamore valido; & lachrymis offerens exauditus eſt pro ſua reverentia.* lachrymis igitur Deum Patrem in ſua vota flexit, & humani generis redemptionem fuit negotiatus. De Chriſto patiente SS. Patres intelligunt, fuiſſe locutum Apoſtolum, & alluſiſſe ad verba illa à Chriſto in cruce prolata, Matth. 27. v. 46. *Deus meus, Deus meus ut quid dereliquiſti me:* hæ lugubres voces dolores expreſsêre, & lachrymas elicuerunt, ſed quomodo ad id Dei filius, cœli gaudium, voluptas Angelorum deduci potuit, ut angoribus premeretur, mœroribus torqueretur, ac fuſis maderet lachrymis? id præſtitit, ut nos doceret, quàm efficax ſit vis lachrymarum in venia à Deo impetranda, in ſcelerum maculis abſtergendis, nóſque ad ipſas eliciendas exemplo pertraheret.

Sunt, qui putant, Chriſtum non ſolùm 16.
in cruce lachrymis maduiſſe, ſed eas etiam in horto elicuiſſe, ut ibi noſtræ opitularetur ariditati, & in Prætorio etiam inter flagella, & verbera. Refert Iſidorus ex Philoſophorum ſententia illachrymari Regi eſſe indecorum, ac ſi Regia Majeſtas non bene cum fletu cohæreat, qui mentis prodit imbecillitatem, quę regio decori plurimum detrahit: vel quia fletus Regis argumentum ſit acerbiſſimi doloris, quo intus cor premitur, & viſcera per oculos nituntur foras proſilire. Alexander Macedo referente Curtio *lib. 8. cap. 4.* Cum vidiſſet cadaver Clyti, quem pridiè occiderat, non valuit ſe à lachrymis temperare, & de patrata cæde fletu, & ſuſpirijs clariùs, quàm expreſſis verbis ſe accuſavit, nec deſtitit in lachrymas liqueſcere, neque à querelis ceſſare, donec juſſu amicorum ſaucium Clyti cadaver aliò fuerit delatum. Noxæ noſtræ Chriſtum cruci affixêre, & non lugemus? De Ramiro Hiſpaniarum Rege virtute bellica æquè, ac pietate inſigni poſt duos ſupra viginti annos, quibus Hiſpaniam rexit, extremo tandem correptus morbo, Regnum, quo ſe abdicaverat, Ortonio filio tradidit, ſacram ſynaxim tenerrimo pietatis ſenſu recepit, & lachrymis madens protulit verba Jobi.
Nudus egreſſus ſum de utero matris meæ, nudus revertar illuc: ſed Chriſtus Rex Regum, *Cap. 1. v. 21.*
hominum, & Angelorum Regno fuit illachrymatus, de quo Pilato dixerat. *Regnum meum non eſt de hoc mundo:* flevit enim Regnum cœlorum à nobis turpiſſimè amiſſum, & ut æterno Patri ſuo nos reconciliaret, lachrymas præmiſit, quæ ad veniam nobis impertiendam eum flecterent, & faciliùs ad condonationem emollirent: & *Joannis cap. 18. v. 36.*
& D. Paulus ad Hebræos cap. 5. v. 7. ſcripſit: fuiſſe. *Exauditum pro ſua reverentia.*

§. II

Digitized by Google

§. III.

Quamdiu peccator, quæ patravit ſcelera, potis eſt lugere, fletúque abſtergere, non deſperet: quia nil lachrymis efficacius ad Deum in vota reſipiſcentis flectendum, & ad veniam emolliendum.

17. Nil lachrymis efficacius ad Deum in vota reſipiſcentis flectendum. Peccavit David, cum impuras flammas in fonte ebibit, in quo Bethſabeam viderat è ſolario Regij palatij ſe lavantem: ex frigidis illis laticibus ignem hauſit ipſe fœdæ libidinis, quâ cum fœmina ſe coinquinavit, fuítque populis offendiculo, & Uriam etiam mulieris maritum è vivis abraſit; ſed quia non deſperavit de Dei miſericordia, reſipuit, in cinere, & cilicio pœnitentiam egit, lachrymis noctu ſtratum ſuum rigavit, ſimúlque, & contractas libidinum fœditates abſterſit, & maculam abraſit homicidij: eleganter Salvianus. Lib. 3. de Gubern. Dei. *Agnoſcit David reus culpam, humiliatur, compungitur, confitetur, luget, pœnitet, gemmas regias abdicat, crepantia auro textili indumenta deponit, purpurâ exuitur, diademate exoneratur, cor, & cultum mutat, totum Regem cum ornatibus ſuis abjicit, jejunio exugitur, ariditate ſiccatur, fletu effunditur, ſolitudine carceratur:* & fletu, ac lachrymis maculas, quas peccando contraxerat, plangendo abſterſit: cognovit crimen ſuum David, & quia ipſum pudnit fœditatis, quâ Deo erat exoſus, ſategit lachrymis eam diluere, & abſtergere, dixit enim de ſe ipſo. Pſalm. 18. *Exitus aquarum deduxerunt oculi mei:* ſeu fontes lachrymarum è corde contrito per oculos exilijre, ut non ſolùm lectum ſuum per ſingulas noctes lavaret, & lachrymis ſtratum ſuum rigaret, verùm etiam omnes quas contraxerat peccando maculas, ac ſordes, lugendo lachrymis deleret.

18. Ad hunc lachrymarum fontem currant, quos inſoleſcentia concupiſcentiæ impudica flamma adusſit, exſiccata virtutum ſemina hiſce madentia undis turgere addiſcunt, & iterum efflorere; & vitiorum gramina hâc undâ omninò obruuntur ad interitum: quotquot paccârunt, non deſperent, ſed ſua in hoc lachrymarum ſpeculo ſcelera adſpiciant, & nitantur ea abſtergere, & lachrymis tamdiu detergere, donec nullum poſt ſe veſtigium ampliùs relinquant; David non iteravit lapſum, & tamen dies, noctéſque illum expiavit. Falluntur, qui abſque lachrymis, illoti, & omnium flagitiorum ſordibus inquinati aſtris credunt aſſociari, ideo Petrus trinæ negationis maculas abſterſit, quas ad ignem frigeſcens in atrio prætorij contraxerat, quia amarè flevit; exiguæ enim lachrymarum guttulæ è corde verè contrito fuſæ plus obtinent virium ad noxas quaſque abſtergendas, quàm quodvis aliud opus, ut obſervat D. Ambroſius de lachrymis D. Petri, quibus peccatum abluit, inquiens: *Lachrymas Petri lego, ſatisfactionem non lego. Non invenio, quid dixerit, ſed quia fleverit. Quod defendi non poteſt, ablui poteſt: lavant lachrymæ delictum; oratio Deum lenit, ſed lachryma cogit.*

19. Ea eſt hujus undæ vis, quâ flammas avernales non ſolùm lachrymæ ſopiunt, ſed extinguunt; & cordis maculas per patrata ſcelera contractas non ſolùm abluunt, ſed abradunt, ne ullum earundem ſuperſit veſtigium. Quòd ſi Dæmon in ſcelera nititur homines trahere, quos vitiorum compedibus illigatos faciliùs ad ſe pertrahat; beneficio lachrymarum vincula ſolvuntur, & qui famulatui ſubjiciebantur Dæmonis, priſtinæ reſtituuntur libertati; & è converſo Dæmon per peccantis reſipiſcentiam, & lachrymarum effuſionem vinculis conſtringitur, ac duriùs pœnitentiâ, quàm compede premitur; ad quod viſus eſt alluſiſſe Iſaias. Cap. 14. v. 2. *Erant capientes eos, qui ſe ceperant, & ſubjicient exactores ſuos.* Eſt enim delinquentis reſipiſcentia, & fletus, duriſſimum Dæmonis vinculum, & cruentum flagellum. Nil eſt, de quo magis Tartareus hoſtis timeat, quàm de lachrymis reſipiſcentis, quæ viribus ipſum deſtituunt, ac prorſus enervant, ut nil ampliùs valeat, & omnes ſuos conatus fruſtret, ac irritos reddat: ſi peccator, quas contraxit ſcelerum maculas ſanguine, non abſtergit, ſaltem lachrymis abluat, ut de hoſte tartareo glorioſè triumphet; ad id nobis lachrymæ donantur, ut culpæ condonentur; hoc nobis ſupereſt lavacrum, ut à ſordibus mundemur, ac liberemur. Hinc Chriſtus cruci affixus, veluti Magiſter ſtans in cathedra ultimam nobis dictaturus lectionem; ut linguâ cordis efficaciùs, quàm oris loqueretur, pectus adaperuit, è cujus latere poſt ſanguinem aqua effluxit, ut quod jam ſanguis emundaverat, ſi fortè iterum culpa macularet, poſſet aqua diluere, & contaminatum reſtaurare ablutione: hac igitur effuſione utriuſque liquoris ſanguinis, & aquæ nos edocuit, quòd ſi ipſe ſuo ſanguine ſcelera noſtra abſterſit, nos non ſolùm lavacro baptiſmi, verùm & expiatorijs lachrymarum laticibus per pœnitentiam, quas poſt primum Baptiſmi lavacrum ſcelerum maculas contraximus, eaſdem deleremus.

20. Hinc Jeremias cognoſcens vim, quæ lachrymis ineſt, in animæ maculis abſtergendis optabat iiſdẽ madere, ait Jeremias. Cap. 9. v. 1. *Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum, & plorabo die, ac nocte interfectos filiæ populi mei.* Flevit Chriſtus, ut teſtantur Evangeliſtæ, ad monumentum defuncti Lazari; in ſuo triumpho cùm parricidialem civitatem Jeroſolymam fuit contuitus; & in cruce pendulus ſuos etiam flevit parricidas, quos ſiccis oculis è cruce non potuit ſpectare, adeò ut tam in funere, quàm in triumpho, & ſupplicio publicè fle-

Cant.7.v.4. verit ; de cujus oculis dixerat ſponſa. *Oculi tui ſicut piſcinæ in Heſebron*, quia miſericordiæ, & lachrymarum pleni exundabant, ut ſuis lachrymis noſtras abſtergeret miſerias, & nos ad illas ſuo exemplo eliciendas alliceret, quibus faciliùs Dœmonum technas, ac inſidias declinaremus, *Marci 9.* depulſurus Chriſtus à puero Dœmonem, qui tenella adhuc membra dirè divexabat, & intus inſo-

Marci 9. v. 21. leſcebat, parentis exegit fidem, alloquens pueri patrem, ait : *Si potes credere, omnia poſſibilia ſunt credenti :* pater tunc ſuos dirigens in Chriſti clementiam oculos fidem attulit ſuam, cui & clamorem, ac ſingultum

Marci 9. v. 24. adnexuit, *& continuò exclamans pater pueri cum lachrymis ajebat ; Credo Domine*, quidni, hic illachrymantis patris clamor, adeò dœmonem filium divexantem terruit, ut non ſolùm euro citiùs inde efflaverit, ac diſceſſerit ; verùm etiam præ dolore nequiverit à querelis ſe continere, & clamore : *Exclamans, & multum diſcerpens eum exijt ab eo.* Quid ? quòd antequam clamor pueri patrocinaretur ſaluti, dœmon non clamaverit, ſed ſiluerit ; & cùm primùm clamorem audivit plorantis patris, ſtatim ejulans foras erupit, & longiùs à puero, quem jam multum divexaverat, aufugit ? *Exclamans exijt ab eo :* hujus ſi cauſam clamoris quæris, lachrymas aſpice clamantis patris, *Credo Domine*, ubi enim cœpit pater clamores miſcere lachrymis, non potuit non ejulare cacodæmon, cum acriùs torqueretur ſuſu lachrymarum, quàm gehennæ flammis : ubi lachrymæ contra ipſum armatæ pugnârunt, eum expugnârunt ; proindè non potuit non exulare, & relictis ſpoliis in puero, quem divexaverat non illicò aufugere ; flammas ipſe nitebatur in puero ſuccendere, quem abſumeret, ac perderet ; ſed lachrymas pater tulit, quibus victus

Serm. 52. proſternitur, pulchrè D. Petrus Chryſologus. *Pateſcunt clauſa, vincula ſolvuntur, ſermo redditur, auditus redit, homo reparatur, & ſolus Diabolus deflet, diuturna ſe poſſeſſione detruſum :* patris lachrymæ luctum cacodæmoni attulere, qui propterea non potuit non ejulare, cum vi lachrymarum ſe ab obſeſſo ſentiret puero depelli : quot ex oculis lachrymæ erupetunt, tot fuère ſagittæ, quas exclamans pater ad confodiendum Dœmonem in filio ſtabulantem, fuit ejaculatus : nulla honeſtiori vindicta impetus retunduntur cacodæmonis, quàm lachrymarum effuſione, quæ illis vulnera infligunt dolorifera, pœnáſque peracerbas inferunt.

21. Non ſolùm lachrymæ, quas dolor elicit, dœmones fugant, verùm & flentium abſtergunt ſordes ; & cordis vulnera ſanant : cenſet D. Gregorius Nyſſenus eſſe lachrymas ſanguinis guttas è corde effuſas ; quaſi doloris violentiâ perinde prematur cor ; ac torculari collecti in vindemia racemi ; ut in ſtilicidia ſolvatur lachrymarum ; verùm ſi ex vera premantur, torqueatúrque cor reſipiſcentia ; ſunt tunc lachrymæ per nubilos oculos exilientes, beneficus imber peccantis recreandæ ariditati opportunus, ac irrigandæ cordis telluri præ concupiſcentiæ pravo æſtu fatiſcenti, quò amputatis vitiorum vepribus meliori fruge vireſcat, ac utilioribus diteſcat fructibus. Idque cauſæ cur Chriſtus cruci affixus dicatur fleviſſe, quò ſalutifero ſuarum lachrymarum imbre æſtus extingueret depravatæ noſtræ concupiſcentiæ, ac fatiſcentem cordis noſtri tellurem irrigaret, eámque edoceret virtutum flores producere, ac fructus dare meritorum : Solymeæ mulieres deflebant Chriſtum in cruce pendentem tam dira tolerantem : ſed Chriſtus humanam lugebat gentem tam ſacrilega ſcelera perpetrantem ; hiſce enim lachrymis teſtabatur cor ſuum hominum piaculis graviſſimè vulneratum.

Vocat D. Hilarius lachrymas angentis animæ ſudores ; quia ſicut corporis defatigatio ſudorem è fronte, capite, brachijs, humeris, reliquíſque corporis membris exprimit ; ita animi dolor, & afflictio lachrymas elicit, quas per pluvios oculos foras emittit ; dolor cordis, & afflictio ſpiritus per oculos, ac lachrymarum ſtillicidia foras effunditur. Quòd ſi lachrymæ dicuntur cordis viſcera per oculos effuſa, Dei filius in cruce ſua nobis daturus miſericordiæ viſcera, hæc per oculos ſtillavit ; ne unquam noſtræ ſalutis deſperaremus aſſecutionem, cum hinc migraturus ad Patrem tam ingens pignus ſuæ miſericordiæ nobis dederit : theſaurus enim divinæ miſericordiæ per Chriſti oculos in fluxum colliqueſcens lachrymarum argentum largiter profluxit in pretium noſtræ redemptionis, & reſeram divinæ bonitatis pronæ ad condonandum nobis peccantibus, ſi veniam non deſperantes ex corde reſipiſcimus, & contractas per ſcelera maculas lachrymis diluimus. 22.

Cum Noëmi tempore terra ob coacervatas immunditias, ac ſcelerum turpitudines plecteretur, quadraginta diebus, & totidem noctibus cœlum plorans ploravit, & nihilominus hominum fœditates abſtergere nequivit ; neque impuros libidinum ignes extinguere ; ſed quas non valuit catachliſmus ſordes abolere, has perpaucæ reſipiſcentis lachrymæ abradunt, flammáſque omnes impuritatis extinctas radicitùs delent ; id lachrymæ præſtiterunt reſipiſcentis Magdalenæ ; quæ ideò ubertim, & ſeriò flevit, quò oculorum madeſcente ſpongiâ non ſolùm Venereos ignes in pectore latitantes extingueret, verùm etiam maculas ſcelerum abſtergeret, ac omnino obliteraret : diceres Magdalenæ oculos, ignes ſuos, quibus caſtitas cinereſcens perijt, in aquarum geminos rivos pia metamorphoſi mutâſſe, ut areſcentes virtutes hoc gemino fonte rigatæ, ac recreatæ refloreſcerent vegeriores, & olerent ſuaviores : qui erant in Magdalena oculi cæcutientis Cupidinis lumina, ac fulmina ; cùm primùm reſipuit, facti ſunt flumina lachrymarum ; & in quibus, quæ antea fuerat 23.

pecca-

Digitized by Google

peccatrix, mox facta piſcatrix divinam gratiam, quam impuris flammis conſumpſerat ac perdiderat, piè expiſcatur: Tota jam in fletus verſa per ocolorum ſtillicidia, guttatim quas hauſerat noxas evomuit, & beneficia ebibit gratiarum fluenta; procumbens ad Redemptoris pedes, hos lacrymis rigavit, ſed cum eos terſit, omnes ſuas abſterſit noxas, quas ſi peccando contraxerat, plorando delevit. Deus converſurus ad ſe populum Iſraelis dixit per Iſaiam. *Delevi ut nubem iniquitates tuas, & quaſi nebu-*
Iſ. 44. v. 22. *lam peccata tua: revertere ad me, quoniam redemi te.*

14 Nubes uberior eſt in aëris regione terreſtris exhalatio frigoris efficacia ſimul coactè compacta & calore interiore, quo fuit ſurſum evecta, quique in ipſa remanſit ſuſpenſa, adeò ut pendula in medio aëre hinc, atque illuc navis inſtar per campos aëreos perinde ac per pelagi tractus ventis vehatur, ac gubernetur: & ſicut ex vaporibus ſurſum evocatis alij ſunt craſſiores, alij tenuiores, alij aridiores, & plures, qui adhuc humore ſcatent, fit, quòd ex nubibus ſint aliæ alijs craſſiores, tenuiores, aridiores, at tumentiores, quæ propterea ſolis afflatæ radijs, aliquæ albeſcant, aliæ rubeſcant, quædam nigreſcant, & plures impalleſcant: rubor & pallor indicat rariore, ac ſicciore eſſe nubes fœtas halitu, & ob id ſperanda ſit ſerenitas: quæ verò fuſcum, atrū, ac cinereum exhibent colorem, produnt, nubes illas plurimo ſcatere intus humore, quæ propterea pluvias minantur, & procellas.

15. Tunc autem reſolvitur nubes cùm in imbres, ac pluviarum ſolvitur ſtillicidia: & in nube atra, ac nigricante latent fulgura, tonitrua, & fulmina; ibi enim veluti in officina Vulcani cuduntur fulmina in hominum, turriúmque perniciem: flante tamen auſtro in imbres colliqueſcens nubes tepeſcit. Dixiſſes Magdalenam antequam reſipiſceret nubem fuiſſe atram ore, & oculis, geſtu & verbis impuras flammas eiaculantem, fulmina, & tela cudentem impuri cupidinis, quibus pudicitiam interimeret, ac virtutem proſterneret: ſed afflante divina gratia ſoluta ſtatim fuit hæc nubes in pluvias lachrymarum, quibus quos virtutum flores laſcivo pede protriverat, irrigaret; & floreret ipſa pœnitentiæ ſpinis circumvallata in veræ charitatis roſam; & quas peccando noxas contraxerat, mox plorando penitùs abſtergeret.

§. IV.

Habet reſipiſcens, quò de Numinis clementia non deſperet: ideo lacrymæ ei donantur, ut culpæ condonentur

16. DAvid poſt patratum adulterium tam copioſè flevit, ut lachrymis lectum ſuum laverit. *Lavabo per ſingulas noctes lectum meum: lachrymis meis ſtratum meum rigabo.* Patraverat adulterij ſcelus Pſalm. 6. v. 7.
in lecto; lachrymis non ſolùm vult mox madere; ſed plenè ablui, ac lavari, & non quidem ſemel, & iterum, ſed per ſingulas noctes, ne ullum ſuperſtes in lecto illo tam uberioribus loto lachrymis patrati adulterij remaneret veſtigium: *Lavabo per ſingulas noctes lectum meum*, hoc eſt quotidie, noctu non quievit, ſed flevit, non indormivit, ſed lachrymas fudit, quibus ſtragulam veſtem non ſolùm madefaceret, ſed totaliter lavaret: longo tempore, ſeu ſingulis penè totis noctibus copioſiſſimè ploravit in adulterij, & homicidij patrati ſupplicium. Plura & nos lapſi in ſcelera fuimus, quæ tamen cum Davide, & Magdalena non ſatagimus lachrymarum lavacro delere; & ſi aliquot è noſtris fluunt interdum oculis lachrymæ, vel ſtatim in ipſo lapſu intereunt, vel adhuc in ipſis genis hærentes ſiccantur, neque eos abluunt, in quo maculas abſtergant; ſed tantùm oculos rigant in extima ſuperficie; neque ullum adferunt areſcenti animæ ſolacium, & peccantium oculorum ſtillicidia, quæ vix incipiunt fluere, exſiccantur.

Quòd ſi Alexander Macedo dicitur amarè fleviſſe intuens cadaver Clyti, quem pridie occiderat: nos verò licèt noſtris ſceleribus æterni patris filium occiderimus, non tamen, licèt videamus ipſum cruci affixum nullas emittimus lachrymas, ſed plerumque natamus vino, dum ſuo Chriſtus innatat ſanguine; delicijs diffluimus, dum ipſe mœroribus premitur; floribus coronamur, dum ipſe ſpinis cingitur; mollibus veſtimur, dum probroſè ſpoliatur, voluptatum illecebris indulgemus, dum ipſe toto corpore cæditur; delicatè paſcimur, dum ſitit vel acetum ſorbet; opibus congerendis inhiamus, dum nudus ipſe pendet in cruce; ridemus cum mundo, & delirantes perfundimur lætitia, dum ille in cruce noſtris illachrymatur delirijs; & tandem dolorem nullum ex reſipiſcente corde profectum ſentimus, qui Chriſto dolores omnes attulimus: & qui Davidem fuimus ſecuti peccantem, eum non imitamur plorantem, vix enim à Nathane Propheta monitus fuit, & illicò corde contrito, ſpiritu dolente, vultúque plangente clamavit. *Peccavi Do-* 2. Reg. cap.
mino: & ſtatim vera contritus pœnitentia 12. v. 13.
ſtratum ſuum lachrymis lavat, delicias omnes à ſe abijcit, pani ſuo cinerem miſcet, purpurà cilicium torquens tegit. Quod ſi non moneamur à Nathane, nos tamen monent Chriſti clavi, vulnera ſanguinea, lachrymæ, vincula, livores, & veniam ſpondent, ſi verè velimus reſipiſcere. Unde non eſt, cur debeat ſceleſtus quicunque ille ſit deſperare: poteſt, dummodo reſipiſcat veniam conſequi, & beneficio lachrymarum noxas omnes delere, ac ſcelera abolere: ſed malunt peccantes fæda fovere incendia, quàm ſalutiferas perfundere lachrymas, quibus

moliantur, quos fovent impuros rebellantis concupiſcentiæ ignes, extinguere.

28. Refert Julius Solinus in Sicilia Ætnam montem perpetuò ſulphureis ardere flammis: & ſimul ex ejus vertice manare frigidam, & plures exilire fontes frigeſcentes: Ætnæ monti cor pariter humanum fœdo libidinum igne exardeſcens; ignes fovet, & frigus non excutit, ex quo veluti è putidis fontibus exiliunt, frigidæ preces, frigida vitæ emendatio, frigida pœnitentia: ardemus fœdis ignibus, quos lachrymis non ſatagimus extinguere; & malumus fœdo igne cineraſcere, quàm ſalubri lachrymarum imbre rigati efflereſcere, & ornari virtutibus. Sitit noſtras lachrymas Chriſtus in cruce pendens, non ut ſuæ conſulat indigentiæ, ſed ut noſtræ opituletur miſeriæ, nobisque patrata ſcelera condonet; nos monet interno pulſu, ſed lapide duriores non frangimur, neque humores damus. Iſraelitico populo ſitim impatienter ferenti opitulaturus Deus dixit Moyſi. *Percuties petram, & exibit ex ea aqua, ut bibat populus*: nos pluries intus in corde pulſavit, ſed nullam dedimus lachrymarum aquam, quâ quæ patravimus ſcelera delerentur. Imò ſi Deus populo per deſertum proficiſcenti aquam dedit è rupe ſitim extincturus: Chriſtus non è rupe, ſed è latere ſuo; non è ſaxo, ſed è corde, aquam nobis propinavit, quam ebibere ſatageremus; & ſimul ſitim divitiarum, mundi voluptatum, carnis illecebrarum extingueremus, ſed nos malumus aquas putidas terrenarum voluptatum ex ciſterna haurire diſſipata, quàm per veram reſipiſcentiam ſanam, & ſalubrem ebibere divinæ gratiæ aquam; eſt enim hæc aqua illa viva, de qua Chriſtus ad fontem feſſus conſidens, plura dixit; & Samaritanam edocuit.

Exod. cap. 17. v. 6.

29. Quòd ſi in cœna ultima miſit aquam in pelvim pedes abluturus Diſcipulorum; nunc hanc nobis aquam ſuppeditat, ut ſordes non pedum, ſed cordis abſtergamus: eſt autem hæc aqua viva divinæ gratiæ, planctus reſipiſcentis: lachrymæ enim quas oculi pœnitentis fundunt, cor penetrant, & mentem lavant; eſtque illa aqua, de qua dixerat Deus per Ezechielem. *Effundam ſemper vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis veſtris*: quàm ſalubris eſt, ac benefica hæc aqua, quæ & ſitim terrenarum voluptatum, ac deliciarum extinguit, & inquinamenta omnia abigit, eorúmque veſtigia delet; & plangentem, ut culturâ virtutum effloreſcat, ſalubriter irrigat! quòd ſi tunc vites gemmant, cùm gemunt, & plorant; ſeu cùm amputantur ſuperflua, ne ipſa ſylveſcat ſarmentis, & omnes in partes fundatur, idque ineunte vere, & ſtatim incipit novella germina emittere, veſtiri frondibus, ornari floribus, quorum odore nil ſuaviùs, niſque gratius, & ex iſtis creſcit racemus, cujus ſuccus expreſſus æquè voluptati favet, ac ſaluti. Vitis vitam exhibet

Cap. 36. v. 25.

humanam, eſt enim vitis fragilis, caduca, quæ niſi fulciatur, humi ſerpit, útque erigatur claviculis ſuis quaſi manibus quidquid eſt nacta complectitur: etiam vita humana fragilis eſt, quæ niſi divina fulciatur ope corruit, neque ſurſum erigitur niſi ſuam ei Deus opem præſtet: & ſicut non veſtitur vitis pampinis, nec dulceſcit fructibus, niſi antiqua amputentur ſarmenta; ita homo, qui terrenis hæſit, & per peccata ſordes contraxit, non effloreſcit virtute; nec fructu diteſcit meritorum, niſi amputatis cultro reſipiſcentiæ antiquis vitiorum ſarmentis ploret, lachrymas fundat; tunc incipit germina melioris vitæ emittere ait Thomas à Kempis. *Da te ad cordis compunctionem, & invenies devotionem. Compunctio multa bona aperit, quæ diſſolutio citò perdere conſuevit*: cum gemit reſipiſcens, gemmas effundit, quibus ornatur, & nobiliùs coronatur; & tunc vitem gemmantem, & plorantem imitatur, quæ & ſuis pampinis ornatur, & floribus coronatur; quapropter enixim David Deum rogavit, ut vellet eum hiſce rigare lachrymis, quarum beneficio fructus daret, quales Deus ab eo exigeret, & quibus etiam ipſe veſceretur, ac ſanctiùs viveret. *Cibabis nos Domine pane lachrymarum, & potum dabis nobis in lachrymis in menſura.*

Lib. 1. c. 21.

Pſalm. 79. v. 6.

30. Has eaſdem lachrymas ſitierunt, quotquot virtutum ſummarum fuerunt ſtudijs addicti; Pachomius in eremo noctes totas impendit in lachrymis, & precibus ſimul fundendis. Catharina Senenſis triduo continuò lachrymis fluxit; Gerthrudis lachrymis, & precibus dies, noctéſque ſociabat; Arſenius ob jugem lachrymarum fluxum fertur ad manum ſtrophiolum ſemper habuiſſe, quo genas madentes extergeret; B. Monica bis D. Auguſtini Mater lachrymis eum Deo genuit, quem priùs mundo pepererat; B. Domnulus ſicut nunquam ſine pauperibus menſæ inſedit; ita nec ad aram ſine lachrymis unquam acceſſit. Hinc ſcimus pijs lachrymis indulſiſſe Hilarionem, Hieronymum, Franciſcum, Dominicum, Cajetanum, alióſque viros ſanctiſſimos, qui flores virtutum imbre irrigârunt lachrymarum, quò ſuaviorem emitterent odorem, & S. Thereſia hiſce pluvis crebrò rigabatur, ut etiam S. Hedwigis Princeps Poloniæ nunquam ſine lachrymarum profluvio acceſſit ad epulum Euchariſticum cœleſti reficienda pane.

31. Non ſolùm lachrymæ flores irrigant virtutum, quæ ſuas in anima radices agunt, verùm etiam vitam ipſam mortuis reſtituunt: flevit Chriſtus ſepultum & quatriduanum Lazarum, & lachrymæ, quæ ceciderunt in ſepulchrum, Lazarum ibi jacentem, & fœtentem mortuum erexerunt, & è ſepulchro vivum extraxerunt; S. Eleutherius fertur ſuis lachrymis mortuum ad vitam revocâſſe; S. Macharius dono lachrymarum

clarus

Digitized by Google

clarus linteo, quo eas abſterſerat, leproſum ſanavit; & D. Clara Virgo ſuis lachrymis cæcitatem delevit, & viſum cœco reſtituit: adeo præpotentes ſunt lachrymæ ut vitia tum animæ, tum corporis corrigant, & abſtergant. Alexander Macedo, cùm eidem multa de matre ſcripſiſſet Antipater, dixit Rex: Ignorat Antipater certè, unicam matris lachrymā multarum deleturam calumniatorum epiſtolas.

32. Quamvis igitur ſit quis omnium ſcelerum ſarcinâ preſſus, quamvis in cœno omnium vitiorum ſe merſerit, non tamen deſperet, præſto eſt, quò valeat inde emergere; reſipiſcens lachrymas fundat, ſi ex oculis ceciderint iſtæ, è cœno vitiorum reſurget ipſe. Donantur lachrymis reſipiſcentes, ſed noxæ criminum iiſdem condonantur. Quamvis hoſtis premat, & ad extrema adigat, utrinque aggrediatur, excidium minetur; ſi lachrymas obſeſſus, & laceſſitus fuderit hoſtiles impetus eludet. Nabuchodonoſoris Miniſtri Bethuliam capturi, obſidione cinxerant; cúmque urbem proximiùs premerent, inciderunt in aquæductum, quem cædi, ac diſſipari juſſerunt, ne Bethulienſibus ullum ad ſitim levandam ſuppeditaret ſolatium. (Judith, 7. v. 6.) *Incidi præcepit aquæductum illorum*; imò neque Holofernes contentus hac ruina, fontes omnes copioſo milite præmunivit, ne aqua ex ullo loco deferri ad urbem poſſet: *conſtituit per gyrum centenarios per ſingulos fontes*: ſed ubi defluit aqua, adfuit Judithæ fletus, & planctus; aquæ defectus ſpondebat Holoferni captæ urbis victoriam; ſed lachrymarum affectus Holofernem ipſum proſtravit, & Bethulienſes ab anguſtiis liberavit: Juditha ſiquidem in lachrymas, & clamores effuſa, Ægyptiorum memorato naufragio dixit. (Judith. 9. v. 8.) *Tenuit pedes eorum abyſſus, & aquæ operuerunt eos: ſic fiebant & iſti.* Videbatur fœminæ oratio parum ad ſpeciem olere prudentiæ; etenim ſi Bethulia aquarum fuit deſtituta torrentibus, quomodo Juditha Holofernis exercitum petierit, ac voluerit fluentis obrui, & abſorberi? perierunt quidem Ægyptij, ſed nativas ſuas ſedes repetentibus Erythræi fluctibus: Aſſyrij verò non videbantur potuiſſe undis perire, cùm Bethulia aquis careret: & nihilominus licèt Holofernes juſſerit aquæ ductum diſſipari, fontes omnes præmuniri, & omnem rivulum cuſtodiri, ne gutta aquæ urbem ingrederetur, Juditha tamen aquarum guttis ipſum aggreſſa proſtravit, ac debellavit: *Poſuit cinerem ſuper caput ſuum, & proſternens ſe Domino clamavit ad Dominum*: flevit tunc Juditha, & ejus lachrymæ pro cataclyſmo fuerunt, ut enim Ægyptij marinis fluctibus ſubmerſi periêre, ita Aſyrij ſingultibus, & lachrymis Judithæ abſorpti cecidêre proſtrati: appoſitè D. Ambroſius. (Lib. de Pœnit.) *In promptu ſunt lachrymæ redemptricos: paratus eſt mæſtitudini animi fletus oculorum; miſericordiam conciliat, laborem minuit, dolorem allevat*: Judithæ plorantis lachrymæ exercitum ſubmerſêre Holofernis, perinde ac fluctus maris copias abſorbuêre Pharaonis.

33. Tametſi adverſa ſæviat fortuna, & contrarij rerum eventus nos turbent, venti ac proceloſi maris nos fluctus impugnent; mœrores, ac dolores certatim nos torqueant, hoſtes coarctent, perſecutiones inſectentur, non propterea deſperandum eſt, ſed mens in Deum erigenda, ut dicamus cum Davide. *In te Domine ſperavi, non confundar in æternum.* (Pſalm. 30. v. 1.) Non ſemper aër eſt nubibus fœdus; non ſemper nubes repetito tonitru, & excuſſo fulmine terrent; non ſemper mare fluctibus decumanis navem diverberat, naufragium minatur; nec ſemper turbines, ac procellæ nos exagitant: & quamvis inſurgant, fluctus exciteor, imminens naufragium minentur, ſus deque maris tractus vertant; nunquam tamen deſperemus, quia in ſe ſperantium non obliviſcitur Deus; qui ſi permittit nos fluctibus concuti, procellis exagitari, moleſtijs affligi, adverſitatibus turbari nos tamen ex hiſce educet fluctibus, dummodo non deſperemus, ſed noſtram in ipſo firmam ponamus fiduciam, dicamúſque cum Jobo. *Etiamſi occiderit me in ipſo tamen ſperabo*: (Cap. 13. v. 15.) *Cunctis diebus, quibus nunc milito expecto donec veniat immutatio mea*: (Cap. 14. v. 14.) vocat Huſſæus Princeps immutationem felicem à luctu ad gaudia tranſitum, nunquam ipſe deſperavit, quamvis Sabæi irruentes ſegetes abſtulerint, armenta ſurripuerint, & ſus, déque omnia everterint; quamvis turbulentiores Euri Notique domum aggreſſi eam ſolo æquaverint, & in ejus ruinis totam priùs ſepelierint familiam, quàm enecaverint; quamvis ipſe in fimeto deluſus à tranſeuntibus, increpatus ab uxore, neglectus ab amicis; vermibus ebulliret, & putredine ſcateret; non tunc deſperavit, ſed expectavit donec veniret immutatio ejus; vidit ſerena mente nimbos fluere, fulmina ruere, ventos irruere, calamitates coacervari, miſerias creſcere, adverſitates augeri; quia cunctis diebus, imò, & cunctis horis ſuam expectavit immutationem, & ſemper in Deo ſperavit.

Militiam Jobus eſſe dixit vitam hominis ſuper terram, eò quia in hac mortali vita veluti in campo martio velit, nolit adactus ſit homo pugnare contra pravos affectus intus inſurgentes, & adverſitates exteriùs imperentes: ſed ſi quæras quid militem in prælia protrudat, certè non aliud, niſi ſpes ſtipendij, ſpes victoriæ, & prædæ; alioquin labor bellicus, & rigor militaris intolerabilis eſſet, niſi ſpe præmij rigor miteſceret, & labor dulceſceret: pari pacto ſpes futuræ gloriæ, quæ viriliter certantes in terris manet in cœlis; dolores mitigat, onera minuit, & adverſitates lenit; quapropter ſcripſit Apoſtolus Paulus: *Fortiſſimum ſolatium habeamus, qui confugimus* 34.

ad

ad tenendam propoſitam ſpem : non igitur ſinat ſe in deſperationis abripi baratrum, quicumque ille ſit, qui vel ærumnis premitur, vel perſecutionibus angitur, vel ſceleribus obruitur ; quamvis caſtra fuerit ſecutus, vel ſub aratro ingemuerit, vel ſceptro potens fuerit ; quamvis ſqualidus jaceat in compede, lugeátque detruſus incarcere, non deſperet ; ſed fiduciam ſuam in Deo locatam habeat ; inde evadet cum Manaſſe, qui ſcelerum captivus in corona, liber eſſe cæpit in vinculis, catenâ felicior, quàm armillâ ; & fuſte ſanior, quàm ſceptro : qui erubeſcere propria ſcelera dedidicerat in purpura ; in ſacco verecundiam edoctus cæpit ſqualidus erubeſcere, qui in purpuræ ſplendore cùm ruberet, non erubuit. Si caſtra ſit ſecutus, non propterea, quamvis alienum ſanguinem fuderit, ac bona expilaverit, ac cruenta clade terram oppleverit, deſperet, Cornelium habet qui in haſta batillum exſculpſit, & in ipſo ferro adhuc humano ſanguine madente auri prodigus fuit ; mutavit tentorium in tabernaculum, ex pugione thuribulum cudit ; & non ampliùs ſanguinem fudit, ſed thus adolevit. Si ſors te ad aratrum abjecit, non tamen deſperes inde enim abductus fuit Eliſeus, & ad vaticinia adductus, Amos è paſcuie ad prophetandum traductus. Duro es famulitio adſcitus, non tamen deſperes, ſervivit etiam Sydrach, libertate poſtea donatus. Aulæ Proceribus es à Principe aſcitus, ac ejue mancipatus obſequiis ; non tamen de propria ſalute deſperes, quia etiam Æthyops Reginæ Candacis ex Aulæ favoribus ad Dei obſequia tranſivit, & familiarior eſſe Numini ſtuduit, quàm Reginæ. Thelonio es affixus, Matthæum imitare, quem cùm ſuæ puderet conditionie, ſine ære ditior fuit in Dei famulatu ; quàm auro, & divitijs affluens cum ſederet in thelonio, à quo tranſivit ad crucem ; & ad hanc evolavit in cœlum : nulla eſt gens cujuſvis conditionis, aut loci, aut conſuetudinis, quæ meliorē non poſſit à Deo fortunam, & ſtatū ſperare ; non enim ſecundo tantùm, ſed etiam adverſo flumine navigamus, & per contraria ad portum enitimur. Etiam ſydera ſuum contrarium cœlo, & mundo ſtadium metiuntur : ſol enim licèr circumactus per æſtatem in Occidentem, flectit tamen ſeſe ad aquilonem.

§. V.

Qui nolens, & invitus ad Lupanar trahitur, non deſperet ; Numinis opem enixim expoſtulet ; portum inveniet in procella ; ſplendorem in caligine ; & in limi fœditate adoleſcet gemma pretioſior.

35. SAmuel lilium fuit in ſterquilinio, cujus tamen fœditatis nil contraxit ; hic adhuc impubes, ſacerdotibus, ac Pontificibus inquinatiſſimis fuit aſſociatus, quorum obſcœnitates author ſacer recenſet, qui poſtea ſubdit. *Puer autem Samuel miniſtrabat coram Domino Heli*, quaſi diceret inter ſtercora candidius effloruit lilium, & inter ſentes, & aconitum flagrantior germinavit viola : puer enim Samuel eluſit ſacerdotum obſcœnitates, & infantis innocentia de virorū triumphavit impuritate : litabant Priapo Liberi, & Veneris filio in tabernaculo ſacerdotes ; ſed puer Numini litabat, veróque Deo miniſtrabat ; neque iniquorum exemplo latum unguem à ſua deflexit integritate ; inter Vultures crevit pullus turturis, qui à ſuo non ceſſavit gemitu, donec lachrymis ſordes altaris abſtergeret. Quid enim impurius Penatibus Heli ? cùm prope arcam cubaverint cùm meretricibus ſacerdotes ; non enim putandum eſt, quieviſſe Venerem in thoro, quæ laſciviebat in ara ; neque preces fudiſſe ſacerdotes in lecto, qui prope aram luxuriabantur : & tamen vallatus ſcortatoribus Samuel, impudicitiis circumſeptus, inquinamentis ſe non fœdavit : cùm enim ſuccumberent ſacerdotes voluptatibus, & in cœno ſe vitiorum mergerent ; Samuel Numinis addictus miniſterio, virtutum cultu effloruit purior ; ne inde deſperaret, qui nolens, & invitus trahitur ad lupanaria, & cùm agnus ſit, lupis extraditur : in Deo ſperet, & jam nactus eſt in procella portum, in caligine ſplendorem, & aurum in ſtercore ; non in lacte concreſcit margaritum, ſed in æquore fluctuante ; & in limi fœditate adoleſcit gemma pretioſior.

Præſto ſemper eſt Dei auxilium, ſi volimus in ipſo ſperare, & non de humana deſperare infirmitate, quibus firmiùs vitijs indulgeamus. Non ſtat per Deum, ſi peccator à ſuis ſe calamitatibus non eximat, ſed in ſe ipſum debet culpam refundere, qui ut vitiis adhæreſcat, non vult ſpem ſuam in Deum dirigere : quæ enim à libero pendent arbitrio, nequeunt ſine arbitrio perfici, nec ad profectum perduci : inſeruit Conditor Deus homini libertatem, ut eximium ejuſdem ornamentum ; ſed ſicut gladius in manu prudentis ejus ſalutem tuetur ; è converſo in dextera phrenetici, & furentis ſtrages aggerſit, & calamitates ; & quod prodeſt in manu unius, obeſt in dextera alterius : perinde, libertas prodeſt, & obeſt, ſi vir prudens eâ utatur juxta præſcriptum honeſtatie, virtutes adauget, & plurimum adfert ſolatij : vir autem imprudens libertate non utitur, ſed abutitur in maximum ſuum detrimentum. Sæpe Deus calamitatem aggreditur excutere, quam tamen qui patitur mavult non ſolùm retinere, ſed & adaugere, ſitque propterea Deum inter, & peccatorem contentio ; vult DEUS laqueos diſrumpere, quibus tamen exambit homo illaqueari. Samſon vir fortiſſimus ſuegit populum ſuum à famulatu extrahere Philiſthæorum, & 36.

& ſpecimeo daturus propriæ fortitudinis leonem hianti ſauce necem minitantem diſcerpſit, ſed licèt adniteretur Samſon, quò populus libertati reſtitueretur; non tamen hic compedes disrumpit, ſed Philiſthæis ſubjicitur, ſub quorum jugo premitur. *Eo tempore Philiſthiin dominabantur Iſraëli.* Lib. Judic. cap. 14.

37. Si quæras, quo tempore, non alio certè niſi cum Samſon uxorem duxit, & obvium ſibi leonem in cruenta fruſta dilaceravit. Sed cur ſuos tunc Iſraëlitas è famulitio non liberavit Philiſthinorum? reſpondet Abulenſis. Judic. cap. 13. q. 10. *Liberare incepiſſe, ut prædixerat matri Angelus* Judic. 13. v. 5. *Ipſe incipiet liberare Iſraël de manibus Philiſthinorum:* ſed Iſraëlitæ ſuæ refragati libertati, propriæ etiam reſtitêre utilitati, ideóque non excuſſit Philiſthinorum jugum, quia renuit libertate donari: libertas ſuum quidem à Samſone initium duxit, ſed quia quod Samſon incepit, populus, qui ſe decepit, proſequi noluit, ideo jugum non excuſſit, quod Samſon jam ſolvere inceperat, ait Abulenſis. Quæſt. 10. *Quando Samſon pugnabat contra Philiſthinos non rebellant Iſraëlitæ Philiſthinis ad non ſolvendum aliquid, vel ad hoc quod tollerent eis aliquid de ſervitute; alioquin rebellarent penitus; ſed ipſi adjuvabant Philiſthinos contra Samſonem: nam cùm cremavit vineas Philiſthinorum, & fugit, ipſi Iſraëlitæ duxerunt eum vinctum, & tradiderunt manibus Philiſthinorum:* Satagerat Samſon vir fortiſſimus populum Iſraëlis à famulatu ſubtrahere Philiſthinorum, jugum inceperat ſolvere, ne amplius eos premeret, ſed Iſraëlitæ noluerunt illud excutere, & maluerunt calamitates in ſe armare, & ſervitutis ærumnas acceſſere uberiores: nitebatur Samſon Iſraëlitas è dura compede ſolvere, ſed annitebantur iſti liberatorem vincire; & ideo nunquam jugum excuſsêre, quia noluerunt colla movere.

38. Etiam David ediſſerit, quales nos eſſe Deus deſideret. Pſal. 81. v. 6. *Ego dixi: Dij eſtis, & filij excelſi omnes, vos autem ſiut homines moriemini:* vult Deus, homines filios fieri Excelſi, ſed iſti in imum ſe detrudunt ærumnarum. Si verò quæras, cur è tanta celſitudine in tam profundum devolvantur miſeriarum, reſpondet Irenæus *lib. 4. cap. 75.* Noluiſſe homines honoribus à Deo ſibi exhibitis inſigniri, ac fulgere, ſed maluiſſe terræ vepreta incolere, ac duris laboribus exhauriri, ait Irenæus: *Ingrati nolentes primùm eſſe hoc, quod facti ſunt, hominum paſſionum capaces, ſed ſupergradientes humanas leges;* cui conſonat Tertullianus, inquiens: Lib. de pallio cap. 3. *Cum de originis loco exterminatur, quippe deliquerat, pellitus orbi, ut metallo datur.* Seu inſtar eorum, qui ad excavanda metella damnantur, telluris matris viſcera penetrantes. Condiderat Deus hominem in horto voluptatis, ubi deliciæ jugiter florerent, ut & regiâ fulgeret ipſe Majeſtate, animantibus imperaret, & beatitate in terris frueretur. Verùm delirans ſuo ambivit æquari Authori, deceptos à ſerpente vocibus illis. *Eritis ſicut Dij*, cecidit miſer à ſtatu innocentiæ, à faſtigio humanæ felicitatis in imum omnium miſeriarum. Addit Irenæus: *Quamvis Deus hoc fecerit ſecundùm ſimplicitatem bonitatis ſuæ: ego inquit, dixi, Dij eſtis, nobis poteſtatem divinitatis bajulare non ſuſtinentibus: vos autem inquit, ſicut homines moriemini.*

Condiderat ſapientiſſimus mundi Artifex Deus homines cœleſtibus cumulatos donis, eiſq; regimen concredidit reliquorum viventium omnium. In alimenta menſam eis propoſuit frugiferos terrarum omnium tractus, & felicitatem eis contulit, quæ quandam præſeferret in terris beatitatem. Condidit eos ad imaginem ſuam; animum ijsdem impertijit immortalem, quem inſtruxit ſcientia non tantùm rerum naturalium omnis generis, ſed earum etiam, quæ vires excedunt naturæ: addidit gratiam: qua vel ab ipſo ortu Deo grati fuerunt, eidem familiares, imò & ejus per adoptionem filij conſtituti. Impertitus ijsdem fuit corpus vividum, ac vegetum, viribus inſtructum, ſanitate incolume, vitali ſucco refectum, ac membrorum omnium compage, ac ſenſuum perfectione abſolutiſſimum, elegantiâ venuſtum, interitui non obnoxium, à quavis ægritudine immune; cui adjunxit beneficium primigeniæ innocentiæ; ſpiritum ſcilicet liberum, ſuique arbitrij, cui appetitiones omnes, ac cupiditates obſequerentur; quo in felicitatis cumulo perſeverâſſent, & poſtquam plura ſæcula decurriſſent, ac ſeneſcentem ætatem aliquoties reintegrâſſent eſu vitalis pomi: tandem in cœlum ſine funere evecti fuiſſent, ævúmque inter Angelos egiſſent: ſed ipſa humana præſumptio, & impatiens ambitio ſe paradiſo detruſit, & antiquam pulveris repetijt vilitatem, invâlit mulier dentibus, ſuaſu ſerpentis, pomum prohibitæ ſtirpis, & arbitrata in pomo beatitatem Deo invidendam devorâſſe, ſtatim ad maritum advolavit, cui vim pomis illis inſitam, [illegible]c promiſſæ ſcientiæ prærogativam ſuadet, ac perſuadet; quamvis hæſiſſet anceps, & metus mortis eum retraheret ab eſu pomi vetiti; mulier tamen talibus eum illicijs pellexit, ut maluerit Deo diſplicere, quàm uxori, rapuítque pomum oblatum, cui dentes infixit, & in ſtomachum unà cum pomo mortem tranſmiſit, ſéque & poſteros omnes in baratrum detruſit omnium ærumnarum, & ad antiquam pulveris redegit vilitatem: *pellitus orbi, ut metallo datur, quippe deliquerat*, ut loquitur Tertullianus. 39.

Eſt quiſque propriæ calamitatis faber, ſibíque ærumnas cudit; divina pietas, ac bonitas 40.

Google

bonitas prona ſemper eſt ad opitulandum, ſed hominis ſocordia plerumque divinam deſpicit opem, & mavult cœno ſordeſcere vitiorum, quàm excuſſo flagitiorum pulvere verè reſipiſcere: uon denegat, cuiquam ſuum Deus auxilium ſi lapſus velit ſurgere, ſi virtutum velit culturâ ſpleudeſcere; etiam ex ſyderibus, quæ oculi ſunt cœli uoctu vigilis in noſtrum commodum, alia in currum ſuſpiciuntur effiĉta triumphi; alia in ſerpentis ſinuari volumina; hæc in aram condenſari, & iſta in jacula acuminari: alia etiam ita coëuut, ut Aſtream componant, librámque deſcribant, & æquitati ſtudeant: alia in Cirros, Venerémque glomerantur: alia in ſcorpione ſerpuut, vel in cœto natant, vel in Argi navi, quæ ſi non ad aurei velleris enavigant arietem occupandum, trajiciunt tamen immenſa illa cœlorum ſpatia: ſuut etiam ex ſyderibus, quæ mugiunt in tauro, drenſant in cygno, latrant iu cane, rugiunt in leone, feriunt iu ſagittario, frigent in urſis, & retrogradè repuut in cancro. Tametſi ſplendoerint homines nirore ſupernæ gratiæ, quam beneficio baptiſmi ſuſcepêre, adhuc ex ipſis plures degeneraut iu angues; urſis, tauríſque naſcilcuutur; humanitatis ſiquidem obliti iu belluas videntur degeneràſſe: cùm alij cultura virtutum & floreant, & ſplendeant.

41. Egregium hujus diſcriminia documentum exhibent Joſephus, & Rubenus ambo Jacobi filij: prodjêre in lucem hi duo fratres ex Rachele, & Jacobo parentibus in domo Labani, ubi & eruditi à patre fuerunt: & tamen diverſam ſibi fortunam cuderunt, moréſqoe coluerunt differentes: Rubeuus enim non ſine patris contumelia ancillæ adhæſit; cùm Joſephus à Domina aufugerit; io cujus toro alliciebatur, uon tam blandimentis, quàm prœmijs: & tamen Rubenus, qui cum ancilla libidini ſuccubuit, non ſolùm natu major fuerat, verùm & in tentorio Jacobi, & coërcitus à ſcelere magiſterio Liæ adhuc ſuperſtitis; & monumento Rachelis nuper demortuæ. Procul erat à patre Joſeph, & matre etiam orbatus, imò & patriâ extorris, & ſervitute irretitus, ab hera iu amplexus ſolicitatus, cui tamen reſtitit ſceleris purus, morúmque integer; quòd ſi Rubenus ſorduit in Jordane; illimis ſplenduit Joſeph in Nilo: liber erat Rubenus cum ancillæ implicatus crimini ſe mancipavit; in ſervitute fuit Joſeph, & tamen ita liber, ſuique juris extitit in famulitio, ut heræ pellicientis faſtidierit amplexus: de Rubeno legitur, Geneſ. 35 v. 25. *Abjit Ruben, & dormivit cum Bal concubina patris ſui.* Ad Joſephum verò dixit uxor Putipharis Geneſ. 39. v. 12. *Dormi mecum, qui relicto in manus ejus pallio fugis, & egreſſus eſt foras*, nimirum Rubenus, ut laſtiviret cum ancilla purpuram fœdavit familiæ; & ne laſciviret Joſephus, tunicam projecit præfecturæ: maluit Rubenus uri, quàm regnare; & maluit principatum dimittere, quàm ancillam uou admittere; Joſeph verò maluit ſine pallio frigere, quàm prætexta indutus exuri, & ue ab hera teneretur, dominatum abjecit; ſiquidem feliciorem ſe fore cenſuit in compede cum lilio, quàm defloratum in thalamo; liberiorem ſe credidit in carcere, quàm in heræ laſcivientis toro: nou enim expavit carceris noctem, cui caſtitatis albedo diem ipſum impertiebator: maluit purpuram exuere diguitatis, quàm candore carere caſtitatis; uec potuit ſqualore carceris tabeſcere, qui lilio fulciebatur excultæ pudicitiæ, cujus flore præmunitus omnes vicit carceris graveolentias; neque cædi, membratimque ſeccari expaverat, dummodo integer moreretur; condemnari potuit, non damnari, quia inſons; vluctus quamvis compede, & iu carcerem detruſus, nonquam tamen libertatem amiſit, quia culturam caſtitatis nunquam remiſit. Sed ideò ærumnis preſſus, & calamitatibus obtutus non ſuccubuit Joſephua, quia Dei opem unnquam deſperaverat: ſolet interdum Deus ærumnis, & angoribus à ſe dilectos exponere, quò ſplendor virtutis clarior eniteat iuter caligines calamitatum, & anſam tunc enanciſcantor ſperandi in Numinis auxilio, quando humana omnia deſuut ſubſidia.

§. VI.

Adverſa homini non deſperanti de Numinis opitulantis ſubſidio, non ſunt exitio, ſed virtutum exercitio.

QUærunt ſacri Interpretes, cur voluerit Deus Noëmum tot ærumnis, & angoribus premi, cùm non defuiſſent pleraque alia ſubſidia eum eripiendi è naufrago, quod paſſa fuit terra cum ſuis montibos io univerſali cataclyſmo. 42. Quamvis nou defuiſſent ſexcenti alij modi, quibua potuiſſet Deus, Noëmum è communi extrahere naufragio; nou tameo defuerunt cauſæ, ob quas voluit ærumuis, & angoribus eum exponere. Inter alias quinq; ſolent præcipuæ receuſeri, quarum prima fuit, ut figuram præſigoaret Redemptoria, cujus paſſione totum humanum genus redemptum fuit à ſervitute peccati, ac ſervatum ab æterno naufragio in gehennali flam̃arum diluvio: Noëmus enim preſſus ærumnis, & angoribus, non ſolùm beneficio Arcæ ſpecies ſervavit animantium, verùm etiam humanum genus, quod cœpit poſt diluvium multiplicari, & propagari ab ijs, qui in Arca ſuperſtites manſerunt; quòd ſi æterni Patris filius tanta ſuſtinuit,

ſtinuit, ac paſſus fuit, quò ſaluti conſuleret hominum, ut ipſius vices David gerens
Pſalm. 87. v. 8. & v. 17. Pſal. 68. v. 3. conqueratur. *Omnes fluctus tuos induxiſti ſuper me. In me tranſierunt iræ tuæ, & terrores tui conturbaverunt me*, & alibi. *Veni in altitudinem maris, & tempeſtas demerſit me.* Quòd ſi æterni Patris filius mundi Conditor, & hominum opifex tot tempeſtates, & fluctus; ærumnas, & angores; adverſitates, & calamitates ſuſtinuit, non debet homo reluctari, neque deſperare, ſi adverſitatibus obruatur, quia non ſinit Deus perire in ſe ſperantes, quapropter ajebat Da-
Pſalm. 30. v. 2. vid. *In te Domine ſperavi, & non confundar in æternum:* ideo ſalutem ſibi ſpondebat, & à confuſione eripi confidebat, quia poſt patrata flagitia veniam non deſperavit: nobis cœlaſtis Medicus amarum propinat pharmacum, quod tametſi ingratum ſit palato, & bibenti inſipidum, curandæ tamen noſtræ ægritudini eſt peridoneum.

43. Secunda cauſa eſt, quia debitores ſumus Deo, & quia non ſumus ſolvendo in ære; æquitas exigit, ut luamus in pelle; adeo ut pati ærumnas, premi angoribus, affligi moleſtijs, obrui adverſitatibus, non ſit obſequium gratuitum à nobis Deo præſtandum, ſed debitum, neque inde debemus conqueri, ſi debita noſtra ſolvimus. Philiſthæi ſacerdotes circa remittendam Arcam conſilium injêre; & licèt concluſerint ejus remiſſionem, non tamen voluerunt va-
Lib. 1. Reg. cap. 6. cuam eſſe aliò aſportandam. *Si remittitis Arcam Dei Iſraël, nolite dimittere eam vacuam; ſed quod debetis, reddite ei pro peccato, & tunc curabimini.* Calamitatibus premebantur tunc Philiſthæi, eò quia per ſublatam Arcam, & patratum ſcelus debitores ſe conſtituerant Numini, cui injuriam intulêre: & cùm primùm fuit Arca reſtituta, ceſſavit calamitas, quâ premebantur; quamvis enim, ſi horum ſacerdotum mores inſpiciamus, idolis miniſtraverint; ac vanitati, non divinitati inſerviverint; eorum tamen linguâ uti voluit Deus ad veritatem docendam, & calamitatem ſedandam, ut aſſe-
In lib. 1. Reg. cap. rit D. Chryſoſtomus, inquiens: *Quoniam Philiſthæi Vatibus ſuis talia dicentibus conſilia crediderunt, eorúmque impleverunt præceptum, Deus quòque condeſcenſione ſolita divinorum ſententiam comprobavit: neque Majeſtate ſua putavit indignum in eſſectum operis profanorum dicta producere.* Cùm igitur debitores ſimus, non conqueramur, ſi non ſolventes in ære, luamus in pelle: præſertim, cùm quæ patimur, non ſint adeò gravia, ſi debitis conferantur; obolum reddimus, cum plura millia debeamus aureorum: ſumus ære alieno gravati; ærumnæ, quæ nos premunt, debita ſolvunt, neque debemus ægrè eas tolerare; imò neque unquam ex alieno exiremus ære liberi, ſi pro nobis Chriſtus non ſolveret; unde D. Bernardus ait: *Agnoſce ò homo! quàm gravia ſint delicta, pro quibus neceſſe*
Serm. de nativit. Domini. *eſt, Dominum Chriſtum vulnerari.*

44. Tertia, ut ſi quid adverſi patimur, inde parêre diſcamus Deo, eique ſubjici, & in ejus duntaxat ope ſperare, & nunquam ejus deſperare ſubſidium: ſi obedire Deo addiſcamus, vitijs indulgere dediſcimus: ad parendi autem ſtudium pertinet adverſa æquo animo, & non reluctante pati: cùm ruſticia opus injungitur onerum vehendorum, parendum eſt Principi imperanti, præſertim irruante bello, minitante, & ingruente hoſte pro tuendo bono publico; & ſervanda populorum indemnitate; & hoc clientelæ opus recuſare tunc non poſſunt. Perinde ſupremus Rex Regum Deus clementiſſimè nobiſcum agens varijs nos urget angoribus, premit ærumnis, exercet miſerijs, ut percipiamus eſſe ipſum noſtrum ſupremum Dominum, cui, & parêre diſcamus, & de ejus ſubſidio, opéque nunquam deſperare valeamus, ait ipſe. *Ego*
Deuter. cap. 32 v. 30. *ſolus ſum Dominus, & non eſt alius præter me.* calamitatibus urgeri, & miſerijs premi, opus eſt clientelare, à quo nemo poteſt ſe ſubducere: & hæc eſt illa Regia tribulationum via, quam quotquot Deo placuêre, perambulârunt.

45. Quarta, ut inde per exercitia virtutum præſertim patientiæ, humilitatis, ac conformitatis cum divina voluntate anſa nobis detur augendi merita, & plus gloriæ obtinendæ; non ſunt adverſa nobis exitio, ſi patienter tolerentur, ſed gloriæ præludunt; inſoleſcentem concupiſcentiam coërcent, pravos affectus excutiunt, & vitia abigunt: videbatur ſibi Antiochus Epiphanes digito ſummum cœlum tangere, maris fluctibus imperare, ventos in ſua vota trahere, montium præcelſas moles in lance appendere: & flammas ſpirans, ignéſque fovens, ad Judæorum internecionem minabatur ſuperbus, ac tumidus Jeroſolymam ſolo æquare, ac Judæos omnes ferro, & igne perdere: ſed cum curru excuſſus gravi corporis colliſione affligeretur, & viſcerum diriſſimus dolor eum torqueret, & è putreſcentibus ejus membris ebullirent vermes defluente carne cum pure, corruptóque cruore; mœrórque ingens animum dilaniaret, & angor cor premeret, tunc cœpit detumeſcere, criſtas deprimere, ignes extinguere, & vultu ad modeſtiam compoſito ſe Numini ſubmittere, ac in ſui tandem devenire notitiam, & agnoſcere, Deum ſe longè potentiorem eſſe, non obfuêre Antiocho adverſitates, ſed profuerunt, quò in ſui notitiam deveniret, & ſuperbire deſineret; quamvis ſera fuerit ejus pœnitentia, eò quia non eum pœnituit ſcelerum, ut oportuit, ſeu non amore virtutis, ſed timore pœnæ; hic enim dolor ſpurius eſt, neque voluntatem removet peccandi, quia ut
Lib. 2. ait D. Auguſtinus contra Pelagium. *Quando timore pœnæ non amore juſtitiæ fit bonum, nondum bene fit bonum; nec fit in corde, quod*

fieri videtur in opere, quando mallet non facere, ſi poſſet impunè. Hinc Salomon Proverb. ait de impijs dolentibus non amore juſtitiæ, ſed timore pœnæ: *Tunc invocabunt me, & non audiam: manè conſurgent, & non invenient me*, invocant impij Deum manè, ſeu cùm primùm calamitatibus premontur, & ærumnis anguntur, poſtulant tunc, non culpæ remiſſionem, ſed pœnæ omiſſionem; ſed Deus reddit par pari, & ſe ſurdum ſurdis præbet. Duplex eſt amor, quo in Deum ferimur, amicitiæ unus, quo Deum amamus unicè propter ſe ipſum, ac infinitam ei bonitatem; alter concupiſcentiæ, quo ob noſtra commoda in eum amore ferimur, & tunc non potiùs amamus, quàm ipſum, ſeu commodum noſtrum, cui inhiamus. Pari pacto timor geminus eſt, filialis unus, qui oritur ex amore amicitiæ, & peccatum reformidat, eò quia ſit offenſa parentis longè optimi, omnique obſervantiâ digniſſimi. Alius eſt ſervilis, quo non amatur juſtitia, ut loquitur D. Auguſtinus; ſed pœna timetur; & hic timor in Antiocho lachrymas elicuit, & ſuſpiria expreſſit, nil profutura; quia non deſideravit Deo reconciliari, ſed ab ærumnis, & plagis, quibus affligebatur, liberari: quoties autem ex hoc timore ſervili lachrymæ cadunt, non ſurgit delinquens, quia ignobiles ſunt, ac nullius apud Deum pretij; quæ ſolo naturæ ſenſu flentur ſcelera, non delentur; plangunturt, quia patrantibus damnoſa, non quia Deo injurioſa. Quo pacto etiam, qui ad extremum ducitur ſupplicium, dolet de furtis à ſe patratis, quæ etiam averſatur, ac deteſtatur, eò quia in cauſa ſint, cur vita fato ei abripiatur immaturo; mórsque ignominioſa inferatur. Vel ſi dolor altiùs aſſurgat ſupra naturam, ſuas tamen radices trahit ex ſolo concupiſcente amore, qui ſeorſim à ſacramentis vim non habet extinguendi graviores noxas. Verus enim & efficax dolendi modus, ſceleribúsque delendis aptus, eſt crimen deteſtari: non ob aliam cauſam niſi quia Deum offendit, qui ob ſuam bonitatem, & ſanctitatem dignus eſt, quò ab omnibus ametur.

Cap. 1.

46\. Quinta eſt, quia ærumnæ, & angores meritis cumulandis, & gloriæ augendæ inſerviunt, quapropter ſcribit S. Jacobus. *Beatus vir, qui ſuffert tentationem, quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ, quam repromiſit Deus diligentibus ſe*; & D. Paulus ad Hebræos ait: *Quem diligit Dominus caſtigat, flagellat autem omnem filium, quem recipit*, & de Tobia viro virtutum culturæ addicto, ac Dei obſequijs mancipato dicitur. *Quia acceptus eras Deo, neceſſe fuit, ut tentatio probaret te.* Cum Gedeon frumentum perticâ diverberaret, Angelus ei aſſiſtens ſalutem ſpicas flagellanti dixit. *Dominus tecum virorum fortiſſime*, cui Gedeon, *obſecro mi Domine, ſi Dominus nobiſcum eſt, quomodo apprehenderunt nos hæc omnia? ubi ſunt mirabilia ejus, quæ narraverunt Patres noſtri? nunc autem dereliquit nos Dominus.* A Madianitis id temporis Hebræi multiplici terebantur ærumnâ, ideóque putavit, Iſraëlem à Deo derelictum; & intulit, Deum ſui fuiſſe populi oblitum, quia argumentabatur juxta humanam Philoſophiam, juxta cujus principia difficulter intelligebat, quomodo ſi Deus adeſſet populo, permitteret tam dirè divexari à Madianitis: ſed humana fuit hæc ignorantia, cùm tam calamitatum mala, quàm felicitatis proſpera æquè à Deo ſint: proindè ſubjunxit ei Angelus. *Vade in fortitudine tua, & liberabis Iſraël de manu Madian*, ac ſi diceret, ſcias velim, Deum ſuo non receſſiſſe à populo, tametſi hoſtes in eum immiſerit, & ab ijsdem divexari permiſerit, quia ſervos ſuos, quos amat, Deus tentat, quò eorundem in ſe exploret amorem, qua ratione plura ſervis ſuis immittit Deus incommoda, ægritudines, morbóſque permittit, ut eorum fiduciam extimulet, ut diſcant non deſperare, cùm adverſa urgent, Dei opem.

Cap. 1. v. 12.

Cap. 12. v. 6.

Tobiæ cap. 6. v. 13.

Judic. cap. 6. v. 12.

Ibid. v. 14.

Non quos tartarei hoſtes inſequuntur, laceſſunt, & exagitant, ij cacodæmonis aſciſcuntur captivis: ſed is vinctus eſt, ac ſub poteſtate Dæmonis, quem luxuria poſſidet, invidia mordet, ſuperbia inflat, & avaritia aureis ſibi mancipat catenis; & hunc ideo cacodæmon non inſequitur, quia securè jam ipſum poſſidet: quos ipſe vinctos tenet, hos moleſtijs non affligit, neque adverſitatibus exagitat; ſed quos ipſe non poſſidet, & Numinis ſunt addicti obſequio, eos quærit, quos devoret. Rex Pharao Hebræis cruentam cladem, & extremum excidium minatus dixit Exod. *Perſequar, & comprehendam*; ſed id non dixit, cum Hebræi ſervili compede in Ægypto detinebantur; cùm laboribus detriti, & luto coinquinati Ægyptijs inſerviebant, ſed cùm eos vidit in fugam effuſos, cùm vidit eos jugum excuſſiſſe famulatûs, & non eſſe ampliùs ſub ejus dominio; hoc idem agunt tartarei hoſtes: cùm vitiorum mergimur luto, compede vincimur pravæ concupiſcentiæ, & improbis inſervimus affectibus, vix ulla tunc in nos arma expediunt, quia vinctos nos detinent; ſed cum beneficio fugæ ſalutem quærimus, tunc hoſtilibus incurſionibus, ſi nos non comprehendunt, terrere ſaltem nituntur, idque cauſæ fuit Syracidi præmonendi Dei famulatui addictum. *Fili accedens ad ſervitutem Dei ſta in juſtitia, & timore, & præpara animam tuam ad tentationem.* 47

Cap. 15. v. 9.

Eccleſ. cap. 2. v. 1.

Non igitur deſperet, ſi procellæ urgeant, fluctus diverberent, adverſitates premant; ſed inde portûs ſperet malaciam, & divinæ opis ſerenitatem. Non virtus otiari, ſed exerceri, ac excoli amat, quo efflorescat uberior: non enim ſocordes ferias, aut ignavam ab opere ceſſationem quærit, quam ſibi inutilem eſſe agnoſcit, imò & turpem, quapropter ne ei deſit, quod agat, varias ei Deus adverſitates, & incommoda 48

ſub-

ſubmittit, ut cùm tartareo hoſte altercetur, at triumphet, ſuáſque vires cum proventu exerat, ait Syracides. *Vaſa figuli probat fornax, & homines juſtos tentatio tribulationis.* Quis vaſi fictili det probro, in fornacem mitti, ut ad uſum indureſcat? quis argentum, vel aurum turpitudinis redarguat, eò quia ad rotirolam examinetur, flammis exploretur, cùm tunc Metalli perfectio flammis ſplendeat clarior? ita & virtus adverſitatibus, & ærumnis probatur, quapropter ajebat David. *Probâſti nos Deus, igne nos examinâſti, ſicut examinatur argentum.* Cum aurum, & argentum torquentur igne, liqueſcunt in fornace, vix ſuam exhibent nobilitatem, cùm non ſinat ignis metalla ſuo duntaxat nativo ſplendeſcere nitore, ſed potiùs ejuſdem cum igne videantur eſſe coloris: ſed ſi è fornace extrahantur propriam produnt perfectionem, ſuum explicant colorem; ita poſtquam diu divexati fuimus, ac ſolatijs deſtituti, imò ærumnis preſſi, ſi tamen adhuc Deo adhæreamus, in quo totam noſtram collocemus fiduciam, labores non recuſemus, nec conſueta ſpiritualia omittamus exercitia, tunc vera proditur virtus, quæ exerceri amat, non otiari; cædi non reluctatur, dummodo vitio non cedat, ne quidquam ſuæ deperdat integritatis: vitem æmulatur, quam non dedecorat vinitoris falcula, ſi ſuperfluos amputet palmites, eámque circumcidat, cum dicat Servator. *Omnem palmitem, qui fert fructum, purgabit eum, ut fructum plus afferat.* Eſt adverſitas falx vinitoria, quæ ferit, reſerat, amputat; ſed ut homo inſtar vitis maturos det racemos, ſeu fructus virtutum.

Eccleſ. cap. 27. v. 6.
Pſalm. 65. v. 10.
Joan. cap. 15. v. 2.

Quales non protulit virtutis fructus
49. Huſſæus Princeps ob ſeptenoem illam tentationem, quâ acerbiſſimè divexatus fuit? cum in fimeto cecidit depreſſus, & ærumnis oppreſſus; tunc ad ſublimiora ſurrexit gloriæ faſtigia; cum ulceribus ſciſſus toto corpore fractus, vermes pure alebat ſcatente, tunc vitæ integritati firmiùs conſuluit; & cùm ſpoliatus divitijs fuit, tunc gloriam induit Job. *Ego ille quondam opulentus repentè contritus ſum; tenuit cervicem meam, confregit me, & poſuit me ſibi quaſi in ſignum. Circumdedit me lanceis ſuis, convulneravit lumbos meos; non pepercit, & effudit in terra viſcera mea. Conſcidit me vulnere ſuper vulnus irruit in me quaſi gigas. Facies mea intumuit à fletu.* Hæc omnia ei in gloriæ ceſſerunt incrementa, & poſteritati in exercitæ virtutis documenta.

Job 16 v. 13 & ſequent.

-§ (o) §-

§. VII.

Ærumnis, & adverſitatibus permittit Deus nos divexari, non quò deſperemus, ſed ut fiduciam in Dei ope foveamus. Produnt adverſa quantum ſit quiſque Deo fidelis.

PRodunt ærumnæ, & angores, quàm quiſque ſit Deo fidelis: Proſunt itidem, ſed ſcientibus adverſa patienter tolerare. Probaturus Deus electum ſibi populum, ait. *Ego non delebo gentes, quas dimiſit Joſue, ut experiar Iſraël, utrum cuſtodiant viam meam, & ambulent in ea.* Et ut hæc populi fidelitas in Deum fieret omnibus explorata, non delevit Deus ejus adverſarios Hethæos, Gereſæos, Amorrhæos, Chananæos, Phereſæos, Hervæos, Jebuſæos, ut Hebræos exercerent: ad hunc enim lydium lapidem voluit Deus populum ſuum probare, ejúſque fidelitatem explorare; ita cum quovis noſtrûm Deus agit, nos probat ærumnis, & adverſitabus, non ut inde deſperemus; ſed ad veram mentis excitemur hilaritatem, ut nos monet D. Jacobus. *Omne gaudium exiſtimate fratres mei, cùm in tentationes varias incideritis, ſcientes quod probatio fidei veſtræ patientiam operatur.* Sunt adverſa, quæ nos divexant, quæ fidelitatem noſtram in Deum probant, & approbant. Si quis ex ſtudioſis Theologis acuti ingenij, & profundæ doctrinæ pro laurea examinetur Doctoratûs, quò ejus ſcientia magis eniteat, & examinandus plus gloriæ enanciſcatur, non frivolæ ei objiciuntur difficultates, neque ſuper quæſtiunculis parvi momenti interrogatur, ſed validioribus oppugnatur difficultatibus, premitur argumentis, urgetur inſtantijs, & omnes elabendi via ei occluditur, iterum, atque iterum novis configitur rationum jaculis, & inde apparet ejus eruditio, clareſcit illuſtrior ejus doctrina, & eò ingenij prodit acumen, quò ſcivit vibrata in ſe tela excipere, retundere, vel apta diſtinctione eludere. 50.

Judic. cap. 2. v. 21.
Cap. 1. v. 2.

Sunt qui plurimum in ſtudio chriſtianæ perfectionis profecerunt & quò eorum virtus illuſtrior clareſcat, permittit Deus in ipſos armari adverſarios, tela jacere calumniarum, urgere convicijs, inſtare injurijs, & hiſce non perterritus; ictus retundit, & tela patientiæ clypeo eludit. Hoc pacto rigidè à Deo fuit Abraham examinatus, de quo ait D. Auguſtinus. *Tentatur Abraham de immolando dilectiſſimo filio ſuo Iſaac, ut pia ejus obedientia probaretur, ſæculis in notitiam proferenda, non Deo:* & alibi ait: *Credidit ſuſcepturus filium, credidit occiſurus; ubique fidelis, nuſquam crudelis.* Qualis non fuit Abrahami tentatio, cùm audivit Deum ſibi dicentem. *Tolle filium tuum unigenitum, quem diligis Iſaac, & vade in terram viſionis* 51.

Tom. 5. lib. 10. de Civit. cap. 32.
Tom. 10. Serm. 77. de tempor.
Geneſ. cap. 22. v. 2.

ſionis, atque ibi offeres eum in holocauſtum, ſuper unum montium, quem monſtravero tibi: id fuit non ſolùm filij, ſed & parentis jugulum petere, & tamen ſicut credidit ſuſcepturus filium, credidit occiſurus; *ubique fidelis, nuſquam crudelis*, quia tametſi filium tuliſſet, & in montem perduxiſſet, veſte nudâſſet, in manus colligâſſet, aræ admoviſſet, gladium ſtrinxiſſet, ictúmque deſtinâſſet, adfuit tamen Angelus, qui brachium retinuit, ictum cohibuit, & inde Abrahami virtus emicuit ſplendidior.

52. Certant Sancti Patres in fortitudine, & obedientia commendanda Abrahami Patris, & Iſaaci filij, cujúsnam virtus plus promereatur laudis. Pro Iſaaco militant, quia fortius ſit necem pro Deo ſubire, quàm inferre. Secundò quia dolor animi Abrahamum duntaxat torſerat, ſed Iſaacus ad animi, corporiſque cruciatus, ſuam etiam addidit promptitudinem ad mortem ſubeundam. Tertiò, quia quæ tela prævidentur vulnera adferre, minus feriunt, & Abrahamus triduano itinere potuit Dei voluntatem explorare, & ſuam ad tragicum miniſterium componere: Iſaacus verò nonniſi poſt erectam aram, & imminente jam morte in hoſtiam eſt expoſtulatus. Quartò quia mors ſolet acerbior juvenibus obtingere, quàm ſenibus, & Iſaacus unà cum proprio jugulo ſpes omnes vitæ, & fortunæ obtulit præcidendas. Pro Abrahamo tamen parente pugnant alij, quia ardentiùs filium dilexit, quàm propriam vitam. Secundò quia ex triduana atrociſſimi facinoris meditatione diriùs, ac duriùs fuit excruciatus: Iſaacus verò per breve tempus, quo imperium accepit mortis, & ictum expectavit fatalem. Tertiò quia de naſcente ſobole promiſſio in omnes partes animum diſcerpebat. Demum quia atrociùs Patri obtigerat carnificem agere, ac proprium filium interimere. Hinc Origenes expendens præceptum à Deo Abrahamo injunctum de proprio immolando filio, *Tolle filium tuum* [Homil. 8. in cap. 22. Geneſ.] *unigenitum*, ait: *Quænam hæc ſpectant niſi, ut dulcium appellationum repetitione paterni ſuſcitentur affectus, & amoris; evigilante memoriâ creſcant tentationum argumenta? ad longitudinem viæ adjungitur montis aſcenſio, ut in his omnibus ſpatium certaminis accipiat, affectus, & fides; amor carnis; præſentium gratia, & expectatio futurorum. Magnitudinem victoriæ oſtendit arduitas pugnæ.* Quia tamen neuter deſperavit in tam vehementis tentationis pulſu; ſed úterque ſuam prodidit fidelitatem, & obedientiam, uterque de proprio affectu glorioſior triumphavit: ſicut ſinè aratri proſciſſu tellus non excolitur, neque vireſcit; nec ſine pugna, ac conflictu miles in caſtris palmas colligit; ita & virtus non emicat ſine adverſitatibus, imò & marcet ſine exercitio: pul- [Cap. 4.] chrè Seneca de Providentia: *Marcet ſine adverſario virtus, tunc apparet quanta ſit, quantum valeat, polleatque cùm quid poſſit, patientia oſtendit.*

Qui ſtudijs ſunt addicti virtutum, quò uberiùs ſplendeaat, ærumnis premuntur, & duris colluctantur; in adverſis fortitudo pectus ſuum pandit, & fortunæ miſſilia alacriter excipit, ac viriliter retundit; nitet laborioſis conſtantia, & moleſtijs patientia perficitur; eſt ſimulacrum virtutis, quod ſcalpro moleſtiarum adverſa poliunt; & ſi quid adeſt inconcinnum ad venuſtatem aptatur aſcijs tormentorum, dolabellis adverſitatum, & laborum ſcobinis; non enim ab alio ſuum mutuat conſtantia ornamentum, quàm à labore, adverſitate, & patientiâ. Perinde ac inter ſpinas floret roſa vegetior; inter adverſa, & ludibria vernat virtus venuſtior. Quid enim pulchrius, quàm ſpectare Catonem ſtare infractum, & inter adverſa erectum? Vir fortis nunquam frangitur, quamvis membratim cædatur, ac in plura ſecetur fruſta; nunquam animo cadit, quamvis præceps agatur, vel proſtratus jaceat; nunquam deſperat ſciens varium eſſe belli eventum: qui enim hodie victus cadit, cras victor ſurgit. Theleſphorus apud Senecam epiſt. 80. in conflictu à Lyſimacho victus, proſtratus fuit, ac in caveam conjectus, ut ibi tanquam brutum animal aleretur; ſuadenti cuidam nullam ſpem inde evadendi affulgere, proinde ſatiùs fore, opprobrium extutere, cibo abſtinere, & per inediam accerſita morte delere ignominiam, reſpondit: *omnia homini dum vivit, ſperanda ſunt*, quamvis victus cecidiſſet corpore non tamen cecidit animo, & licèt in cavea conjectus, ac humano deſtitutus ſubſidio non deſperavit, ſed in ſpem melioris fortunæ animum erexit. 53.

54. Vir enim fortis quamvis cadat, adhuc de genu pugnat, fulcitque animum ſpe felicioris eventus; quamvis enim aër nunc nubibus fœdus delapſo grandine ſegetes conterat, excuſſo fulmine turres evertat, repetito tonitru minas ſpargat; cras tamen diſcuſſis nubibus tranquillus favet, & ſerenus arridet: non ſemper decumanis fluctibus inſoleſcit mare, nec Euris, Notíſque diverberatum exaſperatur procelloſum, iraſcitur deſpumans, & naufragia minatur: ceſſat tempeſtas, detumeſcunt fluctus, ſilent venti, & tranquillatur mare; neque qui illud trajiciunt procelloſum deſperant, licèt adverſentur venti, contrarietur procella, & fluctus navim multiplici aſſultu aggrediantur, & arietent. Dementiæ eſt credere, quarum rerum intra noſtrum arbitrium poſita ſunt principia; earundem noſtri arbitrij divinâ gratia ſuffulti non eſſe terminos. Tartareus hoſtis nos quavis data occaſione impetit, nititúrque nos proſternere, ac vincere non alijs armis, quàm ijs, quæ à nobis mutuatur: qui animum flectit ad inſaniam luxuriæ, ad voluptatum illecebras, ad fucatas mundi delicias jam victus incipit

ea.

Digitized by Google

cadere, ac hoſti cedere, quia pravo affectui cedit. Depravatæ concupiſcentiæ laſcivientes æſtus, ignes ſunt bellici; quibus dœmon adnititur nos debellare; formæ venuſtas, mulierum blanditiæ, mundi voluptas, deliciarum illecebræ ſunt acinaces, tela, gladij, quibus vulnera infligit.

55. Qui verò chriſtianæ eſt militiæ addictus, ut hoſtiles retundat impetus oculos compeſcit, ſciens lapsûs eſſe licitatores, & culparum Proxenetas; inſtitutis jejunijs inſoleſcentem carnem coërcet; ut unde imbecillior, ac viribus deſtitutus videretur, inde fortior, & victor ſurgat: & quamvis lapſus ſit, non tamen deſperat; ſed in ſpem erigit animum, & ſubſidio reſipiſcentiæ emergit, cavétque, ne ſibi ulteriorem maturet ruinam: etiam Samſon vinctus, & captivus triumphavit liberior: nunquam vir fortis deſperat, ſed quamdiu ſpirat, ſperat melliores rerum eventus, appoſſitè Seneca *Nos quoque aliud ipſi faciamus animosè, ſimus inter exempla. Quare deficimus? quarè deſperamus? quidquid fieri potuit, poteſt; nos modò purgemus animum, ſequamúrque naturam: à qua aberranti cupiendum, timendúmque eſt, & fortuitis ſerviendum. Licet reverti in viam, licèt in integrum reſtitui.* Quamvis qui in exteras proficiſcitur provincias interdum à recto declinet itinere, & per ambages, labores incrementet, non tamen deſperat, ſed ſatagit rectum iterum iter arripere: quamvis Chriſtianus ab hoſte devictus ceciderit, non propterea debet animo cadere: ſed in ſpem ſe ipſum erigere, & ſubſidio reſipiſcentiæ iterum ſurgere, & ſibi cautiùs conſulere: nulla enim major miſeria, quàm animo excidere, ſèque lapſui accommodare, ac deſperare.

Epiſt. 98.

56. Selectas virorum fortiſſimorum copias miſerat Joſue, quæ civitatem Hai expugnarent, ſed facta irruptione à civibus in bello inſtructis, agreſſores percuſſerunt, & ad fugam etiam adegerunt, plus ruboris ſecum fugâ deferentes, quàm fuderint ſanguinis pugnantes. *Qui ſtatim terga vertentes percuſſi ſunt à viris urbis Hai:* reverſi ſciderunt veſtes, & ſe coram Arca proſtravit eorum dux, jacuítque in luctu, & ſqualore; cùmque non minus corpore, quàm animo cecidiſſet, juſſit tamen Deus, eum ſurgere, animúmque in ſpem erigere; & non turpi deſperatione abijcere *Surge cur jaces pronus in terra:* animo ceciderat ſimul, & corpore, quia coram hoſtibus viderat egregios milites inhoneſtè cecidiſſe: cecidit animo, quia corporis terga turpi fugâ hoſti inſequenti verterat: cecidit conſilio, quia urbem Hai non ſolùm non expugnavit, & palmis onuſtus reverſus non fuit ad ſuos, ſed lugubri gravatus, ac funeſtatus cupreſſu: ſed Deus juſſit eum ſurgere, & in ſpem melioris eventûs animum erigere, qui enim plagam ab hoſte accepit, jacere non debet, nec deſperare, ſed acriùs ad pugnam incendi: monuit tunc Deus iacentem Ducem, ut cum majori militum delectu in adverſarios irrueret. *Ne timeas, neque formides, tolle tecum omnem multitudinem pugnatorum, & conſurgens aſcende in oppidum Hai: ecce tradidi in manu tua Regem ejus, & populum, urbémque, & terram:* tunc Joſue recollectis viribus, animiſque excitatis ſurrexit; milites omnes accerſivit, exercitum compoſuit, copias ad fortiter pugnandum hortatus fuit; civitatem aggreditur, cives proſternit, & urbem occupat victor: nimirum vicit, ſurrexitque ovans Joſue divino auxilio protectus, quamvis antea ob populi cupiditatem victus ceciderit: ſi miles corpore labatur, non tamen debet animo cadere; ſed fortiter ſtare, & inflicto vulneri medicinam adhibere conſtantiæ, & recollectis viribus conari referire ferientem dœmonem ait Toſtatus expendens Dei verba: *Surge id eſt, non jaceas in pulvere, quia hoc non prodeſt, ſed magis ſurge ad ulciſcendam injuriam factam Deo, cur jâces pronus in terra; id eſt nihil ſic proficies, quia non tollitur adverſitas, ſic jacendo; ſed occidendo peccantem.* Quæſt. 29.

Joſ. 7. v. 5.

Joſ. 8. v. 1.

57. Nunquàm debet Chriſti adſcriptus militiæ, quamvis per ſuſcepta vulnera ceciderit, deſperare, nec animo cadere, quin potiùs ſtatim erigendus eſt, quo nova triumphi gloria antiquam valeat depellere ignominiam. In id incumbit cacodœmon ſtudij, ut non ſolùm per inflicta vulnera nos proſternat; verùm etiam quod deterius, ut animo excidamus. Egregius miles fuit David, qui in valle Goliathum proſtravit, ferociſſimas quáſque beſtias, aut caulis imminentes, aut inde cum præda revertentes; ultrò prior ipſe velociſſimo perſequebatur curſu, & comprehenſas nudis manibus, arrepto mento, jugulóque diſcerpſit: & reliquis trepidantibus Imperterrito animo ſtetit David contra Gigantem, cui ſpes erat victoriæ in ſolo Deo poſita: ait Chryſoſtomus homilia de David, & Goliath. *Tu venis ad me fidens in gladio, ego in Deo; tu terrenis armis dimicas, ego cæleſtibus pugno, tu in lancea, ego in fide; tu in clypeo, ego in pace; tu venis ad me in armorum virtute, ego in potentiſſimo adjutore. Denique in te tua arma vertentur; in te tuus gladius exeretur. Dei eſt enim hæc pugna, Dei erit & ipſa victoria.*

58. Quinque ſibi lapides ſelegerat David; quorum unicus bello Philiſthinorum finem impoſuit, quo ſcilicet fundam armavit, & librato ictu Philiſthæi Goliathi vulneravit frontem; cui fixus hæſit fracto cerebro. Hoſte uno exarmato in Goliatho, qui bovis inſtar percuſſus cecidit, omnes Philiſthæi jugulati ſunt; David enim uno dejecto proſtravit cunctos. Hunc igitur egregium militem ſategit Dœmon adoriri, ac proſternere clancularijs præſertim technis. Cùm enim fuiſſet regiè epulatus, & cupedijs, hauſtúque dulci ſtomachum implevìſſet, animóſ-

que

que emollitus, quò pomeridiaoa ſe oble- ctaret ambulatione, ſolarium ingreditur regij palatij, ubi aura liberior arridebat, & ſpiraotes Zephyri leniter demolcebant. Vidit io proximo horto mulierem lavantem ſe, ad fontem, & ex aſpectu, vel ab ipſo frigido foote ignes, æſtúsque hauſit laſcivientis concupiſcentiæ; animúmque licèt contra leones, & gigantem inflexilem, flexit emollitum ab aſpectu mulieris, quam in adulterium concupivit: & qui ſæpiùs illatis vulneribus dæmonem percuſſerat, & fugaverat, vulneratur ipſe à Dæmone non alio telo, quàm Cupidinis; proſternitur ooo alijs armis, quàm impudico aſpectu.

59. Verùm à Propheta Natham patrati ſceleris admooitus non deſperavit Numinis veniam; nec ſpem abjecit victoriæ; imò quia victus cecidit; acriùs inſurrexit contra victorem, cui per reſipiſcentiam bellum indixit. Quod ſuſceperat ipſe vulnus, pharmaco curavit lachrymarum, & tunc abſterſit etiam cicatricem, cùm dixit, *Peccavi Domino.* Neque contentus ſemel abſter- 2. Reg. 12. v. 13.
ſiſſe contractam per adulterium maculam, lachrymis exundat die, noctúque, & translatum etiam cùm ſciret à ſe peccatum, adhuc luget: nec pharmacum poſt vulneris curationem abjicit; ſed ocolos, quibus ceciderat ex aſpectu Bethſabeæ, & proſtratus à Dæmone fuit, lachrymis obarmat, tartareum hoſtem ijsdem expugnaturus: *Lavabo per ſingulas noctes lectum meum, lachrymis meis ſtratum meum rigabo:* ſi clangularijs technis ſategit Dæmon Davidem proſternere; hic poſt lapſum acriùs pugnaturus inſurgit contra Dæmonem oocte intempeſta, & tot eidem infligit vulnera, quot ipſe lachrymas fundit; dixiſſes oculos eſſe veluti tormenta bellica, lachrymarũ globis orcum expugnantes, ac evertentes: *Lavabo per ſingulas noctes lectum meum, lachrymis meis ſtratum meum rigabo.*

60. Tametſi peccati lues jam dolore pœnitentiudinis eluta eſſet, quamvis beneficio confeſſionis periculum evaſiſſet comdemnationis, & lachrymis diffluentibus ſuperſtitem abſterſiſſet contractas maculas, ac obliteràſſet inflicti ſibi vulneris cicatricem, & audiviſſet dimiſſum ſibi ſcelus, & translatum peccatum: *Tranſtulit quoque Dominus peccatum tuum*, non tamen ſe à lachrymis temperavit, neque iiſdem ſtratum ſuum rigare deſtitit. Sed ſi curatum jam erat vulous, imò etiam ſuperſtes cicatrix deleta, cor David per noctes ſingulas liqueſcens in lachrymas non ſolùm ſtratum rigat, ſed & lectum torum lavat lachrymis exundans? an diffidit de Numinis clementia? An malè præſumit de Dei miſericordia? An fidem non præſtat Prophetæ dicenti: *Tranſtulit quoque Dominus peccatum tuum?* Si non diffidit, ſed ſperat in Dei clementia, ſi Prophetæ credit, cur non abſtinet mox à fletu, & animum exhilarat, frontem ſerenat, ſéque totum priſtinæ reſtituit lætitiæ? Sed ideo à fletu non ſe temperat, quia à pugna non ſe ſubtrahit: David ſtrenuus miles formam decertandi, & regulam hoſtem debellandi poſteros edocuit. Tametſi ipſe ſemel tantùm à cacodæmone fuerit lethali vulnere ictus, & incautus oculis tunc plagam admiſerit, cùm aſpectum in mulierem remiſit, & laxavit; acriùs mox in vindictam expugnaturus ipſe hoſtem, quotidie per eoſdem oculos jacula contorſit, & repetitis ictibus vulneravit, pulchrè Baſilius Seleucienſis. *Per oculos contra jaculatus eſt, & lachrymis Diabolum* Orat. 17.
convulneravit: pugnat ut lachrymis ab offenſione ſe vindicet; lamentando victoriam acquirit, & gemitibus gratiam trahit, luctum luctu medicatur. Vidiſti virum optimum, ſauciatum, nec acceptá plagá quidquam de ſtrenuitatem remittentem? vidiſti de repente ſuccumbentem, & ſubitò emergentem? Quàm valida, & tuta certandi forma fuit hæc, quam David adhibuit contra tartareum hoſtem! tametſi à culmine ceciderit ipſe virtutis, non tamen animo cecidit ipſe; imò recollectis viribus ſurrexit, acriùs pugnaturus, & tutiùs hoſtem expugnaturus; eadem arma, quibus cacodæmon eum vulneravit, io hoſtem retorſit tartareum, qui per oculos vulneratur; ait Baſilius, *per oculos contra jaculatus eſt, & lachrymis diabolum convulneravit: neque acceptâ plagâ quidquam de ſtrenuitate remiſit.*

§. VIII.

Chriſtianæ adſcitus militiæ licèt millenis vulneribus ſit à Tartareo hoſte proſtratus, nunquam tamen de victoria deſperet: ſurgit ſi reſipiſcat, hoſtémque vincit, à quo fuerat victus, ſi perſeveret in reſipiſcentia; in qua cadit Dæmon.

NOn ſolùm, qui ſemel, & iterũ à Dæmone vulneratus cecidit, animo non debet 61.
cadere, verùm etiam ſi centies, & millies proſternatur, nunquam de victoria deſperandum, neque de Numinis condonatione: *Nunquam oportet animum deſpondere* (ait Apolodorus apud Stobæum. *Hominem infortunatum*: eſt ſpes tuta anchora, quæ animum Cap. 111.
fluctuantem firmat, mentem fundat, cor ſiſtit, ne reflantibus ventis pravorum affectuum naufragium ſubeat, nec miſerè pereat: ea tamen cæcitate interdum laborant, qui multiplicatis flagitiis, congeſtiſque ſceleribus in cœno ſe vitiorum merſère, ut peccatorum gravitate, ac noxarum multiplicitate oppreſſi de ſalute diffidant recuperanda, ac de Numinis deſperent miſericordia, quod eſt in miſeriarum maximam incidere, animo ſcilicet totaliter excidere, ac deſperare. Achis eò quia noverit Davidem pluribus ſuorum cædibus pollutum, cenſuit ejus jugum nunquam è ſubactis cervicibus excuſſurum, loquens de Davide à ſe in famulitium acceſſito ait; *Erit mihi* Lib. 1 R.
ſervus ſempiternus, quaſi dicat; quia cap. 27.

D-

Digitized by Google

David tot ſordidatus cœdibus, ac cruentis
cladibus coinquinatus eſt, nunquam Iſraëli-
tarum erit ſibi benevolentiam reconciliatu-
rus, nec ulla ampliùs affulgebit ſpes, ut eorum
reſtituatur amicitiæ; proinde datur mihi an-
ſa ſperandi fore, ut à meo famulatu ſit nun-
quam receſſurus. Sed fallebatur Achis: &
ejus error peccantes edocuit nunquam de-
ſperare debere, nec animo excidere; ſed
probè ſemper de Numinis clementia ſpera-
re. Ubi enim Achis cenſuit, Davidem
multùm in ſuis offenſis implicatum de venia
deſperaturum, ac ſibi in famulum ſemper
Lib. 1. Reg. cap. 27. addictum iri. *Multa mala operatus eſt con-*
tra populum ſuum Iſraël, erit igitur mihi
ſervus ſempiternus, intulit Achis, Davidem
non excuſſurum ejus jugum, & in ſervitu-
te jugiter permanſurum, eò quia pleráque
mala fuerit operatus contra populum ſuum
Iſraël, quaſi David deſperatâ veniâ debuiſſet
odia fovere, & augere Iſraëlitarum, &
Achi perpetuæ ſervitutis exhibere officia t
Quæſt. 28. appoſitè Abulenſis. *Cum David egiſſet tan-*
ta mala contra Iſraël, ut arbitrabatur Achis,
credebat, quòd impoſſibile erat, eum recon-
ciliari Iſraëlitis, unde ſemper maneret in
ſervitio Regis Achis. Sed quòd Achis de-
luſus cenſuit, hoc plerumque peccator con-
firmat ſceleribus prægravatus, quia multi-
plicata flagitia ſpem veniæ ſolent abigere,
& deſperantem ad vitijs inſerviendum a-
digere, cùm enim nullam ſibi præſumat
veniam conſequi, ſecum ſtatuit, turpi deſpe-
ratione vitia proſequi.

62. Idque ſub noctis ænigmate videtur de-
claràſſe Huſſæus Princeps inquiens: *No-*
Job. 3. v. 6. *ctem illam tenebroſus turbo poſſideat; non*
computetur in diebus anni, nec numeretur
in menſibus; ſit nox illa ſolitaria, nec laude
digna. Optat Jobus, noctem illam eſſe
ſolitariam, hoc eſt, non aſſociandam anni
diebus, neque menſibus inſerendam. Sed
cur tanta huic nocti deſperatio, ut cæteris
detrectet noctibus annumerari, & menſibus
anni aggregari? quia nimirum ipſum non
latebat, noctem illam ingentibus tenebra-
rum circumvolvi voluminibus, ac præ alijs,
procelloſis concuti turbinibus, ac cæcuti-
ente offundi caligine; turbo enim tenebro-
ſus eam involverat, & è tantis poſſe lethali-
bus umbris emergere deſperaverat: *tenebro-*
ſus turbo poſſideat, cupiebat à turbine cali-
gante, & tenebroſo noctem illam ita poſſide-
ri, quò nunquam eſſet dimittenda, ut abs-
que ulla ſpe futuræ auroræ jaceret in ſqualo-
re deturpata, deſperata; ideóque eam vocat
ſolitariam, quia nulli audet diei, nec menſi,
nec anno eam inſerere à tenebroſo turbine
ita occupatam, quò nullam inde emergen-
di ſpem conciperet denſioribus præpedita
caliginibus, ut innuit D. Gregorius Papa,
Lib. 4. Moral. c. 33. inquiens: *Videre lucem æternam, ſicut eſt, non*
valet, quia hanc ei damnationis ſuæ cæcitas
abſcondit. Non viderat hæc nox tantis ob-
ſeſſa caliginibus, & preſſa tenebris quomo-
do poſſet luce illuſtrari emergentis ab hori-
zonte auroræ, & menſium numero referri,
ideóque deſperavit, quia tetris impetita
caliginum turbinibus. Utinam huic nocti
ſolitariæ, quæ deſperans radijs illuſtrari
naſcentis auroræ, renuit alijs confœderari
noctibus, eò quia ſe noverat nimia caligine
involvi, plures ex peccantibus non aſſocia-
rentur: Utinam non eſſent plures, qui cul-
parum procellis, ac turbinibus jactati in Deo
fiduciam non deperderent, & deſperantes il-
luſtrari divinæ gratiæ albeſcente, ac rubente
aurorâ; vitiorum caliginibus non mallent
obvolvi, quàm umbras excutere, & ex re-
ſipiſcentia nitores mutuari! infelices ſanè,
qui à cacodœmone poſſeſſi, quò male agant,
lucem refugiunt; & de ſalute deſperantes
fœtori inhiant ſepulchrorum.

Chriſtus in Regione Geraſenorum dœ- 63.
moniacum liberaturus, ut ulcus detegat,
ſanitati obſeſſum reſtituat, dœmonem in-
terrogat. *Quod tibi nomen eſt, & dicit* Marci 5. v.
ei: Legio mihi nomen eſt, nimirum homo 9.
ille obſeſſus lucis erat refuga, qui cùm in-
tegræ famularetur dœmonum legioni, eì-
que fœdè inſerviret, umbras adibat ſepul-
chrales, quibus involveretur; quia poſſe
ullam ſibi lucem ſplendeſcere, & ſpem poſ-
ſe affulgere à dœmoniaca ſervitute emer-
gendi deſperavit: ſed Chriſtus cœleſtis
medicus deſperantem menti reſtituit; ſi-
mulque edocuit; poſſe ſanari, qui à mil-
lenis divexatur dœmonibus, metas non
excedere divinæ clementiæ, ut pulchrè
innuit D. Chryſologus, inquiens: *deſpe-* Serm. 16.
ratos videbat, quibus ibat divina remedia
largiturus; Ecce ad qualem pertrahunt cæ-
citatem peccantes multiplicata ſcelera; cùm
de divina deſperent miſericordia, credántque,
ſcelera metas poſſe divinæ clemen-
tiæ ſupergredi: Chriſtus verò huic cæci-
tati abſtergendæ occurrens oſtendit amit-
tendam non eſſe confidentiam, quia quan-
tumvis peccata ingeminentur, nunquam
Dei minuitur clementia. Ea enim eſt di-
vina miſericordia, ut quos ingeminata ſce-
lera in cœnoſam vitiorum demerſerunt pa-
ludem, inopinè è luto extrahat, ac cœle-
ſti imbuat ſpiritu, ut nunquam deſperent,
qui pluribus irretiti vitijs in baratrum vi-
dentur cecidiſſe impietatis: ait Caſſiodo-
rus. *Vincitur natura, dum etiam meliorat* 9. variar. cap. 5.
induſtria, ſed longè utilius vincitur, dum
eam Numinis gratia perficit, ac cœleſti
luce circumfuſam illuminat, & tunc cœle-
ſti ſolet gratiâ perfici, cùm nervoſiori im-
petu lubricas videbatur pravitatis vias per-
currere: tunc ſolet ei lux etiam meridianâ
illuſtrior affulgere, cùm in craſſiores vitio-
rum videbatur tenebras involvi. Spiritus,
ubi vult, ſpirat; & proditurus cœleſtis
ſuæ benignitatis uberiora argumenta, eos
etiam nonnunquam rapit, ſibíque attra-
hit, quos vitia geminatis vinculis proprio
aſciverant famulatui; & tunc ad divitias

Digitized by Google

oſtendendas divinæ bonitatis homines etiam cœleſti inflammantur ſpiritu, cùm agmine acceſito vitiorum bellum inferunt virtutibus, quas radicitùs ſatagebant divellere.

64. Balaam à Balac aſcitus, & ad congerendas in populo maledictiones expromptus in abdita tendit deſertorum, ut ibi iniquis ritibus ſua cacodœmoni exhibeat obſequia, præſtet ſimulatum; auguria recepturus in præſtiti cultûs mercedem, ſed à veri Numinis Spiritu ſtatim correptus mutata ſcena aliam agit perſonam inquiens.
Numer. 23. v. 10. *Moriatur anima mea morte juſtorum; & fiant noviſſima mea horum ſimillima.* Obſtupuit Balac ad has Balaami voces, & demiratus repentinam hominis mutationem
Num. 23. v. 12. dixit. *Quid eſt hoc, quod agis? ut maledіceres inimicis meis, vocavi te, & tu è contrario benedicis eis.* Cui Balaam reſpoluit: *Nunquid aliud poſſum loqui, niſi quod juſſerit Dominus*, ac ſi dixiſſet, voluntas mea quidem fuit tibi adulari, & evanidis ſpebus à cacodœmone per præſtita eidem mea obſequia aucupari auguria: ſed ut verùm tibi fatear, dum proficiſcerer cœleſti afflatus ſpiritu vera accepi oracula, & didici, quàm falſa ſint, & evanida, quæ tu à cacodœmone per fuſas preces, & exhibita obſequia extorques oracula: intendebam quidem tibi eblandiri, ſed ſpiritus Numinis me rapuit, & meliori me afflatu imbuit: quaſi dicat, ait Lira: *Ejus virtuti non poſſum reſiſtere, & in hoc cognitus ſum propter virtutem divinationum, & augurиorum nullam eſſe:* faſſus fuerat Balaam, mentem ſuam quidem fuiſſe Balaco eblandiri, & falſa colere oracula, ſed Dei ſpiritu correctum, & immutatum illicò fuiſſe.

65. Neque putes aliter obtigiſſe Saulis Miniſtris: contendebant iſti Ramatha ardenti quidem deſiderio iniqua Saulis juſſa explendi, & Davidem rapiendi exoculata violentia: ſed cœleſti ſpiritu repente afflati detrectârunt, injuſtis nequiſſimi Saulis parêre juſſionibus, & Dei Prophetas co-
Lib. 1. Reg. cap. 19. nati ſunt imitari. *Miſit Saul lictores, ut raperent David, qui cùm vidiſſent cuneum Prophetarum vaticinantium, & Samuelem ſtantem ſuper eos, factus eſt etiam Spiritus Domini in illis, & prophetare cœperunt & ipſi:* Ecce quomodo divina miſericordia ad ſe trahit, quos impietas ad ſcelera rapuerat iniquiora; ecce, quantum diſcrepat eventus à deſiderio; tendebant prædatores, & revertuntur Prophetæ prædicatores, & quos iniquitas fœdaverat, cœleſtis gratia illuſtrat, opportunè Rabanus: *Dum adverſari Chriſto cupiunt, habent in ore ſacramenta legis, & Prophetarum ad Chriſti teſtimonium:* nimirum Davidi perſonam agenti Chriſti reddunt teſtimonium; ut diſcant non deſperare, quos vitium irretitos tenet, quia ubivis Numinis munificentia florem ſpargit ſuæ lucis, quâ etiam jacentes in umbra mortis oculos adaperiant, proprias videant miſerias, à quibus reſipiſcentes emergant: ubivis ſemina ſpargit virtutum, quæ rorificæ divinæ gratiæ imbre rigata germinant in vireta, adoleſcunt in flores, quibus jam bene olent, qui nonniſi vitiorum adhæſerant fœditatibus: ubivis, delinquentes admonet, ut reſipiſcant; dormientes in tenebris excitat, quò ſurgant; lapſis occurrit, quò ſtare poſſint.

Jacob licèt virtutum addictus culturæ, 66.
non tamen in ipſa domo Dei cœleſtia penitiùs agnovit. *Verè Dominus eſt in loco iſto,* Geneſ. 28. v. 7.
& ego neſciebam Quid: quod Jacob neſcierit, Deum in loco illo fuiſſe, cùm ejus noverit immenſitatem replentem loca omnia, & cuncta occupantem ſpatia? ſed ſpeciali titulo hominibus ibi adeſſe faſſus fuit, *non eſt hic alius niſi Domus Dei:* quod flectens ad mores Oleaſter ait: *Vigilat ſuper nos indefeſſus ille divinæ providentiæ oculus, mittens, & remittens adminiſtratorios illos ſpiritus, qui nos cuſtodiant, in omnibus vijs noſtris.* paucis interjectis ſubdit: *Veneranda, & metuenda valde ſunt loca divino cultui applicata,* ubi enim Deus religioſo cultu adoratur, & pijs laudibus celebratur, ac officioſis colitur honoribus, profuſiorem Deus ſuam hominibus impertitur miſericordiam, ne deſperent Numinis veniam, qui deliquerunt; ſi reſipiſcentes velint templa ingredi, & ibi ſua Numini præſtare obſequia. Cœleſte ſibi aſciſcit auxilium, qui ad virtutum transfugit caſtrum, qui templa frequentat, & ſua Numini ſatagit obſequia exhibere. Non deſunt, qui propriam fragilitatem, ac imbecillitatem cum adverſariorum metientes ferocia, non audeant jugum excutere, veriti, ne dum honeſtè rebellant, vincula ſubeant duriora, ideóque de Numinis diffidentes miſericordia; vitija, quibus indulſêre jugiter adhærent, deſperantes poſſe inde evadere, cum potiùs in ſpem ſe ipſos deberent erigere, expendentes reſipiſcentibus divinum non deeſſe auxilium, & Deum eſſe, qui hoſtes proſternit: ſcitè Seneca.
Propè eſt à te Deus, tecum eſt, intus eſt.
Ita dico Lucile ſacer intra nos ſpiritus ſedet, Epiſt. 41.
malorum, bonorúmque noſtrorum obſervator, & cuſtos: hic prout à nobis tractatus eſt, ita nos ipſe tractat. Bonus vir ſine Deo nemo eſt. An poteſt aliquis ſupra fortunam, niſi ab illo adjutus exurgere?

Non diffiteor, arduum eſſe impetus 67.
quóſque coërcere appetitûs, concupiſcentiam extinguere, dolores deſpicere, degeneres cōpeſcere affectus, ac cupiditatibus omnibus diſtortis bellum inferre, ac noxiam affectionem omnium rerum humanarum è corde expungere: ſed adeſt Deus, qui vires

ſup-

ſuppeditat, & ſuo nos munimine obarmat, proinde non eſt, cur deſperemus, ſed omnem potiùs excutiamus timorem, & divinæ fidamus opi; nullus eſt, qui abſque Numinis adminiculo ullam valeat victoriam reportare de proprijs concupiſcentijs, praviſque affectibus, qui intus cor obſident, & expugnant: ſed adeſt bellator Deus, qui vitia abjurantibus, & ad virtutes ſeriò adnitentibus ſuæ gratiæ, & auxilij ſuppetias exhibet: qui omnem in Deo ſuam ponit fiduciam, facilè de proſtrato adverſario triumphos reportat: erecta enim fiducia, & prudens in miſerente Deo confidentia cœleſtia ad ſe auxilia trahit, viréſque ſibi comparat uberiores, & adjutorem ſibi Deum aſciſcit, cujus ope hoſtis perit.

68. Convenerant Iſraëlitæ contritis idolis, ut veniam poſcentes de retroactis ſceleribus, ac reſipiſcentes Deum exorarent, in eóque fiduciam ſuam ponerent, ut ijsdem contra Philiſthæos pugnantibus vellet opitulari: ſed tunc Philiſthinorum armatæ phalanges irruerunt contra inermes Iſraëlitas: *Aſcenderunt Satrapæ, Philiſthinorum in Iſraël.* (*Lib. 1. Reg. cap. 7. 2.*) Iſraëlitæ tunc vires ſuas cum hoſte metientes cœperunt trepidare, utpote viribus inferiores, ac inermes, & pro tunc ad bellum imparati: *quòd cum audiſſent filij Iſraël, timuerunt à facie Philiſthinorum:* ſed quia ſuam in Deo fiduciam collocaverant, nec de Dei ope deſperaverant; adfuit illis Deus exercituum, qui pugnavit pro ipſis, quò uberiorem Iſraëlitæ palmarum meſſem colligerent, proſtratis, ac victis adverſarijs: *Intonuit autem Dominus fragore magno in die illa ſuper Philiſthiim, & exterruit eos, & cæſi ſunt à facie Iſraël.* Quàm prudenter Iſraëlitæ licèt viribus impares, inermes, & ad pugnam imparati non deſperârunt de Numinis auxilio, ſed cœleſti confiſi favore, hâc fiduciâ obarmati aggreſſi ſunt hoſtes, quos cruenta clade profligârunt: adeſt enim Deus ſperantibus in ipſum, non deſunt cœli auxilia, ubi in terris homines ſpes ſuas in Deum dirigunt: ait Abulenſis. (*Quæſt. 30. in cap. 7. Lib. 1 Reg.*) *Hic ponitur divinum miraculum, ſcilicet quòd miſit Deus magna tonitrua ſuper Philiſthinos, & exterruit illos.*

69. Voluit Deus nos docere, ne pro ullo eventu, pro quovis caſu deſperemus, ſi fiduciam noſtram in ipſo ponamus. Sicut qui Deum ſibi accerſit adjutorem, facilè diſcrimina declinat, & de irruente hoſte triumphat, ita qui à Deo diſtat, in quo ſuam non ponit fiduciam; non palmas pugnando colligit, ſed ferales ſibi cupreſſus amputat. Ut enim à radice arbores ſuum trahunt vigorem, virorem frondes, ſaporem fructus, & rami incrementum; ita à Dei fiducia, & in eo ſpe, hominis dimanat proſperitas; & à propria fiducia in ſuis viribus omnis calamitas. Cum enim populus à Philiſthæis fractus, & fugatus lugeret; adeſſe arcam Iſraëlitæ deſiderârunt in luctu, cujus diſtantiæ cladem illam adſcripſerunt, ac fiduciæ in proprijs viribus *Afferamus ad nos de Silò Arcam fœderis Domini:* (*Lib 1. Reg. cap. 4.*) ſed utiliùs præſentiam optâſſent Arcæ, ſi melioribus ſplenduiſſent ipſi moribus, ait Caſſiodorus. *Manifeſtatio eſt conſcientiæ bonæ, præſentiam juſti Principis optâſſe: quam ſolus ille deſiderare poteſt, qui de magna mentis puritate confidit.* (*7 variar. cap. 35.*) *Aſpectum ſolis niſi clara lumina non requirunt: quia illa tantùm poſſunt rutilantes pati radios, quos conſtat, oculos habere puriſſimos: ſic præſentiam Principis ambiunt, qui de cordis ſinceritate præſumunt.* Sicut qui à Sole diſtant, ejúſque radijs removentur, neceſsè eſt, tenebris obvolvantur, & ſoli approximantes claris illuſtrentur luminibus: ita qui Deo Soli juſtitiæ approximant virtutum nitore ſplendent, ac divinæ gratiæ illabente radio rutilant, déque adverſarijs glorioſiores reportant triumphos: qui verò per vitiorum prolixa intervalla à Deo diſtant, cladibus proſternuntur cruentis: prudenter igitur Hebræi Arcæ optâſſent præſentiam, ſi melioribus ipſi moribus fiduciam exornâſſent: non ſufficit voce ſonante Deo approximari, ſed corde amante, & à vitijs defœcato adhærendum eſt Deo; Hebræi dum Arcam afferunt, quia mores non corrigunt, palmas non colligunt, quia ut ſcitè notavit Cajetanus. *Fiducia in Arca Domini quamvis in ſe bona, ac ſancta ſit: inſufficiens tamen eſt, niſi bonis operibus comprobetur.*

Cæterum qui ſatagit cultro reſipiſcentiæ vitia amputare, & per veram contritionem mores corrigere, & ſuos amores in Deum tantùm dirigere, is tametſi ex humana fragilitate cadat, deſperandum ei non eſt, ſed iterum debet ſatagere, ut ipſum patrati ſceleris pœniteat, & in Numinis ſperet miſericordia, homines enim ſumus lutea vaſa portantes; plures oculis capiuntur, multi ardore vindictæ aduruntur; iſtos avaritia aureis vinculis ſibi captivos detinet, alios lethale odium intus corrodit, nonnullos invidiæ livor corrumpit; nullis tamen deſperandum, ſi ſatagant mores corrigere, & vitia abigere, quibus inficiuntur: & caſus majorem doceat cautelam, & ſpes ſuas in Deo ponant, huc accerſendus Seneca de Athletis. *Ille qui fudit ſanguinem ſuum, cujus dentes crepuerunt ſub pugno; ille qui ſupplantatus adverſarium toto tulit corpore, nec projecit animum projectus, qui quoties cecidit, contumacior reſurrexit, cum magna ſpe deſcendit ad pugnam. Ergo ut ſimilitudinem iſtam proſequar, ſæpe jam fortuna ſupra te fuit, nec tamen tradidiſti te, ſed ſubſiluiſti, & acrior reſtitiſti.* (*Epiſt. 13.*) Athleta, qui pugnaturus in arenam deſcendit, vires ſuas exerit, nititur fortiter ſtare, & adverſarium premere; 70.

qui tamen, ſi prævaleat, poſt caſum contumacior reſurget, & nititur victoriâ reparare ruinam: *militia eſt vita hominis ſuper terram*, ait Huſſæus Princeps: non deſunt adverſarij, à quibus ad pugnam laceſſimur: dimicant contra nos non ſolùm externi hoſtes, verùm & interni affectus, qui inſurgentes, à ſtudio virtutum nos retrahere ſatagunt; concupiſcentiæ nos pulſant, tentationes arietant; voluptates inſidias tendunt, carnis illecebræ nos illaqueant, qui igitur in hac pugna devictus cadit, non propterea debet deſperare; ſed acriori animo ſtatim ſurgere, & per veram reſipiſcentiam fractas vires reparare, ac validiùs decertare.

71. Non tamen occaſiones debet, qui lapſus eſt, pugnandi quærere, ſed ſi hoſtes inſurgant, eis obſiſtere; quia quærenti pericula imminet ruina; & qui frequenter cadit, proximior eſt deſperationi; unde pugnandum eſt, ut in integrum vires reſtituantur, & ut pravi affectus, à quibus proſtratus cecidit, coërceantur; Dœmonis impetus obtundantur. Cacodæmon, qui vivos homines jam pridem humaverat in ſepulchris, opitulante Chriſto homini ad Domini pedes devolutus proſternitur; cucurrit enim, & adoravit eum, & clamans voce magna dixit: *Quid mihi, & tibi JESU fili Dei altiſſimi?* cucurrit non ſponte obſecutus, ſed cœleſte imperium aſſecutus, fuit homo iſte à Dœmone obſeſſus, qui in monumentis ſederat, notat D. Chryſologus de duobus dœmoniacis, qui Chriſto occurrerunt: *Exhibiti non volentes venerunt, imperantis juſſu, non ſuo auſu, attracti ſunt inviti, non ſua ſponte currentes: denique ad præſentiam Chriſti homines exeunt de monumentis. & verſa vice captivos ferunt, à quibus fuerant captivati: ſiſtunt pœnis, quorum cruciatibus torquebantur, optant ad ſententiam, à quibus addicti fuerant jam ſepulchris.* Quàm immanis eſt ſævitia Dœmonum! quam validus furor erga humanum genus! non ſolùm hominum vitæ inſidiantur, ac in eorum conſpirantes perniciem nituntur eos perdere; ſed & vivos geſtiunt ſepelire, quò ſentiant ſe, & mortuos libertati, & ſepultos iniquitati, ut geminato ſupplicio acriùs torqueantur, quibus mortuis ſimul, & ſepultis non duplicaretur pœna; & ſupplicium eſſet mitius: *occurrerunt ei duo homines dæmonia habentes, de monumentis exeuntes.* Occurrerunt Chriſto pertranſeunti: hoc eſt, Chriſtus tranſfretavit mare, plures circuivit terrarum tractos non ſuæ curioſitatis explendæ causâ; ſed noſtræ infirmitatis curandæ gratiâ; non enim Chriſti circuitio res fuit humani deſiderij, ſed negotium ſalutis humanæ: ſed quàm infelices fuerunt dœmoniaci illi duo homines, cum jam ſepulchris quodammodo amandati ſpem omnem ſalutis viſi ſunt exuiſſe: Felices tamen fuerunt, quia Chriſto occurrerunt; divina ſiquidem favente gratia, reſtituuntur libertati, qui à dœmone detinebantur captivi; imò & auctis viribus contra cacodœmones inſurrexerunt, quos, & dirè torſerunt, eum vitiorum crimina, quibus tenebantur illigati diſruperunt. Voluit Chriſtus hiſce duobus opitulari hominibus habentibus dœmonia, & qui mortui habebantur, cum de monumentis exilierint; quò inde diſceremus nunquam deſperare de Numinis ope, quamvis nos dœmones vitiorum vinculis jam diu detinuerint illigatos, jámque actum videatur eſſe de noſtra ſalute.

§. IX.

Contra pravos quosque affectus in noſtram inſurgentes perniciem pugna eſt ineunda, ad eorundem impetus retundendos: quòd ſi ex imbecillitate cadamus; non inde animo debemus excidere, nec deſperare; ſed beneficio reſipiſcentiæ illicò ſurgere, & lapsûs ruinas reparare.

72. DUm vita ſupereſt, omnibus patet ad ſalutem via, ut tamdiu quisque ſperet, quamdiu ſpirat. Contra carnis concupiſcentias in noſtram inſurgentes perniciem pugna ineunda eſt, & obſiſtendum ijsdem fortiter; & licèt ex imbecillitate cadamus, non tamen debemus animo excidere, ſurgendum eſt illicò beneficio veræ reſipiſcentiæ; ſubeundus eſt iterum conflictus, quò reparentur lapsûs ruinæ; nunquam poſt caſum deſperemus, ſed recollectis viribus animoſiores ſurgamus, impetus retundamus adverſariorum; ſi victi voluptatum præſtigijs fuimus, vel irretiti cupiditatum fallacijs illatam nobis injuriam acriori pugna inſtauremus; ipſe enim caſus ſalubrem ſugerit contumaciam ad validiùs pugnandum. Nunquam Chriſti miles debet animo cadere, ſed in id incumbere ſtudii, ut inflictis ſibi vulneribus medeatur, nec ſinat ea diu putreſcere, ut monet Tertullianus, inquiens. *Neminem pudeat iteratæ valetudinis, iteranda medicina eſt. Gratus in Dominum extiteris, ſi quod tibi Dominus offert, non recuſaveris; offendiſti, ſed reconciliari adhuc potes, habes, cui ſatisfacias, & quidem volentem.* De pœnit. cap. 7.

73. Qui culpatum lepra inficitur, hanc ſatagat illicò excutere, & contracto morbo medelam adhibere pœnitentiæ; nunquam de Dei bonitate, & miſericordia deſperet, quamvis plura, & enormia fuerint peccata, nunquam animo excidat; qui corruit, ſurgat; séque ad medicum cœleſtem convertat, qui viſcera ſuæ pietatis ei oſtendat, imò & ſi iterum corruit, iterum & ſurgat, gemat, clamet, & Dei miſeratio eum

Serm. 16.

exau-

exaudiet, & quamvis iterum, atque ite-
rum poſt quartum & quintum lapſum adhuc
ceciderit, ſemper ſurgat, lachrymis patrata
ſcelera diluat, & enixim Deum roget pro
venia: tanta enim eſt Dei miſerentis boni-
tas, ut neminem deſerat opem ſuam po-
ſcentem, & ſcelera propria plangentem;
nunquam deſpexit cor contritum, & hu-
miliatum, nunquam rejecit ad ſe confugien-
tes per veram pœnitentiam. Eſt Deus om-
nipotens, & ea facilitate, quâ unum remit-
tit peccatum, poteſt innumeras culparum
iliades delinquenti condonare: eſt ſummè
propitius, & vult omnibus opitulari, ſi
peccantes velint humiliari; ſi velint ex corde
reſipiſcere. Neque anteactæ vitæ ſcelera
debent reſipiſcentem, & ea plangentem
conturbare, ſed potiùs verba Apoſtoli eum
1 Corint. 6. recreare ſcribentis. *Hæc aliquando quidem*
fuiſtis, ſed abluti eſtis, ſed ſanctificati eſtis:
ſed juſtificati eſtis in nomine Domini JESU
Chriſti, & in ſpiritu Dei noſtri.

74. Dummodo qui cadit Dei non abutatur
bonitate, & ſpe reſipiſcendi procliviorem
ſibi non conſtruat ad lapſus viam, ſemper
divinæ poteſt bonitati fidere, & à Deo ve-
niam ſperare: dummodo ſtatim ſurgat,
& viperam peccati patrati diu in ſinu non
foveat, nec culpæ venenoſum ſerpentem
alat; quia ſi peccâſſe humanæ eſt fragilitatis,
ad pœnitentiæ remedium ſtatim non con-
fugere reprehenſibilis eſt proterviæ: ſi qui
cecidit, ſtatim nitatur ſurgere, & lachry-
mis contractas culparum ſordes diluere, ac
abſtergere, veniam à Deo impetrandam
poteſt ſibi ſpondere; paratus enim ſemper
eſt Chriſtus ſua innocentia Deum patrem
placare, eique à ſe proprio ſanguine redem-
ptos, ac electos reconciliare, noſter enim
eſt advocatus pro nobis loquitur, noſtram
cauſam tuetur, nobiſque opitulatur. *Si*
1. Ioan. 2. *quis peccaverit, advocatum habemus apud*
Patrem JEſum Chriſtum, ipſe eſt propitiatio
pro peccatis noſtris: non igitur patratum ſce-
lus puſillanimum debet peccantem reddere,
ſed humilem, & reſipiſcentem, ſibique
proponere cautiùs proceſſurum.

75. Quamvis ſit quis innumeris fermè ſce-
leribus fœdatus; & gravatus non tamen
debet inde deſperare, ſi verè velit reſipi-
ſcere, & lachrymis anteacta ſcelera diluere;
non enim inexorabilis eſt Deus, & ſed pius,
clemens ijs, qui ex corde reſipiſcunt, & qui
bonæ ſunt voluntatis: cognoſcit enim ſuum
in nobis figmentum, ſuámque imaginem;
noſtram conſiderat fragilitatem. Sed quia
anxia ſemper eſt, & ſuſpecta iniquorum vita,
& ſupplicia ſemper præſumunt promerita, in
eam aliquando deſperationem labuntur, ut
ipſa reſpuant alexipharmaca, ne quas con-
traxerunt, ægritudines abigant. *Plerique*
ait Seneca. *Inter mortis metum, & vitæ*
tormenta miſerè fluctuant, & vivere nolunt,
& mori neſciunt; & ijs nullum gravius poteſt
malum obtingere, quàm non credere, poſſe
in integrum reſtitui.

Nullus eſt animæ morbus, qui parabi- 76.
lem non habeat medicinam, quique ſupre-
mi Medici, ſi velit, non experiatur clemen-
tiam; ſi delinquens cum adoleſcente evan-
gelico, qui cum meretricibus totam ſuam
abligurivit ſubſtantiam, ad patrem rever-
tatur miſericordiarum, & corde verè con-
trito dicat *Pater peccavi in cælum, & coram* Luc. 15.
te, miſerere mei, ita reſipiſcens ex corde
ad Deum revertitur, à quo peccando ſe
averterat; experitur apertis ulnis venientem
ad ſe patrem, non punientem filium, ſed
amplectentem; non occidentem, ſed oſcu-
lantem, filio obviat reduci non detrudendo
in carcerem, ſed ad lautiores epulas invi-
tando: eſt enim ita benignus, ut reſipiſcen-
tes ſuſcipiat, ſuſceptos juſtificet, juſtifica-
tos coronet in regno ſuo, ipſe enim ſummo
amore nos proſequitur, & paternis viſceri-
bus ubique noſtram exoptat ſalutem: neque
ulla unquam mater extitit, quæ tam tenerè
uteri ſui filium dilexerit, ſicut nos Deus:
neque ſegetum manipuli in ardentem injecti
fornacem tam citò abſumuntur, & cinere-
ſcunt, quàm repentè Deus peccatis noſtris
ob ineffabilem ſuam pietatem, ac miſeri-
cordiam ignoſcit, dummodo verè nos pœ-
niteat vitæ malè actæ, ait enim Ezechiel. Cap. 18.
Neque vult mortem peccatoris, ſed magis ut
convertatur, & vivat.

Non eſt igitur, quòd, tametſi pluries 77.
ceciderimus, pluréſque contraxerimus macu-
las eò quia vitijs indulſerimus, animo inde
excidamus, & veniam deſperemus; dum-
modo verè reſipiſcamus, & quas peccando
maculas contraximus, plangendo diluamus.
Si confiteamur peccata noſtra, fidelis eſt, &
juſtus, ut remittat nobis peccata noſtra, & 1. Ioan. 2
emundet nos ab omni iniquitate: non tam
noſtra Dei miſerentis bonitas delicta penſat,
quàm reſipiſcentis noſtri cordis deſideria
mores corrigendi, & vitam mutandi; imò
adeo benignus eſt, & miſericors amantiſſi-
mus Deus, ut etiam deſperatiſſimis pecca-
toribus, quos alicujus virtutis merito inſi-
gnitos eſſe novit, ſuum ſub mortem auxi-
lium exhibeat, quo ex intimo corde doleant,
ac reſipiſcant, & licèt innumera prope-
modum ſcelera patraverint, ſi tamen verè
reſipiſcant, eóſque pœniteat malè anteactæ
vitæ, veniam iiſdem indulget: quia quan-
tò plura, & graviora ſunt ipſis peccata, quæ
condonat; & quantò indigniores, ac miſe-
rabiliores ſumus nos, quibus ignoſcit, tantò
illuſtrior eluceſcit Dei condonantis gloria, &
tantò ſplendidior nitet Dei miſerentis bo-
nitas.

Abiecerant à ſe Iſraelitæ Numinis cul- 78.
tum, ac deſtiterant ab obſequijs, quæ an-
tea ei præſtiterant, ut ſe hominibus ſubijce-
rent, proprijſque indulgerent commodis,
ſed ob patrata flagitia, adeo ſævam contra

ſe excitârunt tempeſtatem, ut cœlum ipſum ſe contra ipſos armaverit, & horriſono fragore fulmina diſtorqueret, minas ſpargeret, ac ignes è tetris emitteret nubibus ad terrorem populi peccantis, ſéque avertentis à Deo ſuo; exorta hæc tempeſtas adeo Iſraëlitas perterruit, ut animo prorſus exciderint, ac veniam ab irato Numine impetrandam deſperaverint, opúsque fuerit, ut Samuel dejectos, afflictóſque animos in ſpem veniæ erigeret. *Nolite timere, vos*
Lib. 1. Reg. cap. 12. *feciſtis univerſum malum hoc: verumtamen nolite recedere à tergo Domini*, ac ſi dixiſſet, nolite arbitrari latam jam de veſtra ſalute ſententiam; vobíſque ad ſalutem omnem occluſam viam; adhuc in veſtro arbitrio eſt, veniam impetrare, ſi velitis reſipiſcere, & fuſis lachrymis inſtas divinæ iræ extinguere flammas, & precibus Deum in veſtra flectere vota, & ſeriò ſtatuatis ejus
Quæſt. 15. obſervare præcepta, & obtemperare mandatis: ait Abulenſis. *Nolite recedere à tergo Domini; hoc eſt, quamvis peccaveritis, non credatis vos penitus relictos à Deo vel morituros propter hoc, quia ſi ſervieritis ei, nihilominus benefaciet vobis, ſicut prius fecerat.* Pejus fuerat, populum deſperâſſe Dei veniam, quàm tot ſceleribus ſe fœdâſſe; & ut Samuel dejectos animos in ſpem erigeret, ſpopondit, fore, ut ſalutem eſſent conſecuturi, ſi verê velint reſipiſcere, & nolint ampliùs à Domino recedere; ſed ejus mandatis obtemperare, & præcepta cuſtodire.

79. Peccavit Cain cum cruenta cæde fratrem ſuum Abelem in campo interemit, & ideo miſericordiam non fuit conſecutus, quia imprudenter fugit illicò à facie Domini, niſi enim fugiſſet à Deo ſuo, ſed patratum ſcelus fleviſſet, ipſúmque pœnituiſſet fratricidij, miſericordiam ſibi parâſſet, ac veniam ſtatim impetrâſſet; cùm nolit Deus mortem peccantis, ſed vitam ſe emendantis. *Dixitque Cain ad Dominum major*
Genſ. 4. v. 13. *eſt iniquitas mea, quàm ut veniam merear, Ecce ejicis me hodie à facie terræ, & à facie tua abſcondar.* Quàm imprudenter egit Cain! ægritudinem contraxerat, & Medicum fugit ſanare potentem; lethale vulnus ſibi inflixit, cùm fratrem occidit, & tamen pharmacum, quo curetur, reſpuit; & à Chirurgo vulnera curante ſe fugâ ſubtrahit; niſi ſe abſcondiſſet, ſed ſupplex Deum quæſijſſet, & ab eo veniam petijſſet, quamvis ab initio ſeverum vultum oſtendiſſet: *Ejicis me hodie à facie terræ*; poſtea lachrymis, & precibus ad miſericordiam flexiſſet; & qui oderat peccantem ſevero vultu; jam hilari facie amâſſet reſipiſcentem. Huc accerſendus eſt Baſilius Seleucienſis ubi exclamat. *O vocem ipſa cæde magis execrabilem! O ſententiam impiam, & linguæ impie-*
Orat. 4. *tate teteriorem!* quia cùm poſt patratum fratricidium, poſt celatum audax ſcelus, adhuc ſuperfuiſſet remedium, niſi homicida ſe in baratrum deſperationis præcipitem egiſſet; deterius fuit de Dei miſericordia non bene præſumere, & miſerentis Dei deſperare veniam, quàm Abelem interfeciſſe, *major eſt iniquitas mea, quā ut veniam merear. O vocem ipſa cruenta cæde magis execrabilem!* Quamvis in omne ſe homo ſcelus ingurgitaverit, non propterea ſpem ſalutis debet abijcere, ſed accedere cùm fiducia ad cœleſtem Medicum, eúmque rogare, ut ſua ope velit infirmo, & lapſo opitulari; pijſſimus eſt Deus, non refugit, nec à ſe ægrotantes repellit, neque eorum abhorret conſortium; nec vult, ut Deum quamvis juſtè iratum fugiant, ſed humiles, ac reſipiſcentes ad eum accedant: paratus enim eſt, vulnera curare, ægritudines ſanare, cicatrices delere, dummodo noſtras ei aperiamus ægritudines, & ſanitatem ex animo optemus, ſimúlque reſipiſcamus, nóſque pœniteat malè anteactæ vitæ.

Multos graviter corruere permittit Deus, quò proprio lapſu eruditi meliores fiant, plures ſinit ægritudines contrahere, quò impenſiùs ſanitati tuendæ ſtudeant. Vir nequiſſimus evaſerat Iſmaël vitiorum cœno collo tenus immerſus, de quo matri ſuæ prædixerat Angelus. *Hic erit ferus homo, manus ejus contra omnes, & manus omnium contra eum, & è Regione univerſorum fratrum ſuorum figet tabernacula.* Quam fœda, & gravia fuerint ſcelera Iſmaelis exinde conijcitur, quia Iſaacum ad libidinem provocavit, & ad idololatriam inducere ſtuduit; ſed qualem putas exitum fuiſſe Iſmaëlem ſortitum, & qualem incurriſſe ejus ſcelera pœnam luendam? ait ſcriptura: *Et facti ſunt anni vitæ Iſmaelis centum triginta ſeptem, & appoſitus eſt ad populum ſuum:* nimirum deductus fuit ad limbum ſuis ſociandus Majoribus, ut communiter cenſent ſancti Patres; adeò ut de Iſmaële dixerit S. Pacianus: *Quem horrebant homines, Dominus recipiebat: Ipſa malæ tractationis calamitas effecit felicem.* Quis igitur deſperet de miſerentis Dei venia, cùm tam pronus ſit ad condonandum, dummodo delinquens verè reſipiſcat, & non abutatur ejus miſericordia, nec ob facilem veniam ſibi viam ad ſcelera aperiat.

Nota ſunt delicta filiorum Heli ſummi ſacerdotis, & deſcribuntur, quòd eſſent offendiculo, & ſcandalo populis, libidinum ſpurcitijs coinquinati, avaritiâ ſordidi, & gulæ indulgentiâ immorigeri, immò & filij etiam diaboli nuncupati fuerunt. *Porro filij Heli Belial neſcientes Dominum.* Quærit Toſtatus, an filij Heli ſalutem fuerint à Deo conſecuti, & quamvis plures, eos velint æternis addictos ſupplicijs in tartareum detruſos carcerem, cenſet tamen Toſtatus veniam impetrâſſe, & ſalutem fuiſſe aſſecutos; quia de Numinis miſericordia non deſperaverint, ac proinde pro Arca tuenda, próque Dei honore fortiter di-

Margin: 80. (beside "Multos graviter"); 81. (beside "Nota ſunt"); 1. Reg. 2. (beside "offendiculo")

dimicando occubuerint. Quòd ſi quis objiciat, eos occubuiſſe prout iiſdem prædictum fuerat, ſeu ob eorum demerita, ac patrata flagitia, ideóque petiiſſe juxta ſcelerum exigentiam, reſpondet Toſtatus,
Quæſt 171. Reg. *Ex hoc non ſequitur, quod perierint æternaliter, & quod uſque ad tempus illud manſerint in peccatis. Multoties enim pœna ineſt homini nullam habenti culpam, ſed habebit alias. Nec eſt inconveniens exiſtenti in magna charitate, magnas ineſſe pœnas, quia charitas, & pœna non repugnant, ſed malitia, & charitas.* Perſæpe remiſsâ culpâ adhuc ſuperſtes manet pœna. Etiam adorantibus in deſerto aureum vitulum patratum ſcelus remiſſum fuerat, & tamen illorum viginti tria millia in partes diſcerpti promeritas dedêre pœnas. Non igitur quotquot à Deo puniuntur in hac vita ob patrata ſcelera æternis adjiciuntur ſuppliciis.

80. Coëgerat David viros ex omni Regno ſuo lectiſſimos, qui eum decenti pompa Arcæ Teſtamenti ſolemnem celebrarent translationem, quam in domum duxêre Aminadab ingenti populorum lætitiâ: & quia Oza, cui fuerat Arcæ cura demandata, ne caderet ex viæ inæqualitate manum admovit, vix tetigit Arcam digito, & ſtatim
2. Reg. cap. 6. v. 7. extinctus cecidit. *Iratus Dominus contra Ozam percuſſit eum, qui mortuus eſt ibi juxta Arcam.* Ozam tunc peccâſſe non diffitentur ſacri Interpretes, idque inferunt ex gravi mortis pœna, quam debuit luere, cùm hæc nonniſi ob culpam gravem inferatur. An verò ob tantam temeritatem æternùm Oza perierit, plures inficiantur, cenſentes Deum pœnâ tantùm temporali voluiſſe Ozæ temeritatem punire, unde Carthuſianus ait: *Creditur, quòd Oza per temporalem illam percuſſionem purgatus ſit, & damnationem evaſit: nam & ſi repentè obierit, potuit tamen in tempore illo permodico ipſo pœnitere.*

81. Quis licèt innumeris irretitus ſceleribus, ac gravatus criminibus deſperet, ſi virorum ſceleratiſſimi fuerunt ſalutem conſecuti? Quis Joabo ſceleſtior? qui doloſis artibus, & proditoriè poſt occiſum Abſolonem, Abnerum trucidavit, & Amaſam interemit, obviavit Abnero Joabus ad ipſa Hebronis urbis mœnia, & poſt amicam ſalutationem à reliquo comitatu eum ſeducit, ac in locum diſſitum, abditúmque conducit, quaſi ſecreti aliquid cum eo collocuturus; verùm ut timida eſt in ipſo facinoris acceſſu improbitas, ſceleris participem, & adjutorem accerſit fratrem Abiſaium, mox ex improviſo ſicam in Abneris nihil metuentis ilia demergit, ſimúlque vulnus graviſſimum animo David infligit: intellexit David maximo dolore ac reipublicæ detrimento eam cædem perpetratam, & dolebat Principem virum regio ſanguine arctiſſimè connexum; prudentiæ, & fortitudinis laude commendatum, ac de regno ſuo optimè meritum contra jus gentium, arte doloſa, nece crudeli fuiſſe à Joabo interfectum & tamen quis crederet Joabum hominem perditiſſimum ſalutem fuiſſe aſſecutum? non deſperavit de Numinis pietate ipſum ex corde pœnituit flagitiorum, quæ patraverat, mortem violenter illi incuſſam patienter tulit, & lachrymis æquè ac ſanguine delicta, quæ commiſerat abolevit; noxas, quas contraxit, abſterſit. Hinc D. Hieronymus expendens verba, quæ de magnanimo belli duce Banaia dicuntur.
Percuſſit leonem in medio ciſternæ in diebus nivis: quærit cur ſacer hiſtoricus temporis nivium meminerit, quando Banaias leonem, ſeu brutorum ferociſſimum, & animalium Regem interfecit; & quiſnam fuerit leo ille interemptus, & quæ ciſterna, quæ ejus ſanguine maduit? & ait Hieronymus: *Leo iſte Joab fuit in medio ciſternæ, id eſt in domo Domini, ubi cornu altaris tenebat Ciſterna dicitur, quia ſicut aqua ciſternæ munditiam affert, ita etiam ſanctuarium Domini peccata expiabat. Addit in diebus nivis quia per mortem expiavit peccatum juxta illud Pſalmiſtæ Pſalm. 50. v. 9. Lavabis me: quod impletum eſt in medio ciſternæ: & ſuper nivem dealbabor, quod impletum eſt in eo, quod ait in diebus nivis.* 2. Reg. cap. 23. v. 20.

§ X.

Plerique de patratis ſceleribus pœnas luunt temporales, qui æterna declinant ſupplicia; ne deſperent peccantes, ſi puniuntur reſipiſcentes.

84. A Deo impensè ſaluti Deus ſtudet peccantium, ut etiam in vitæ extremis, cùm acturi jam ſunt animam in gehennam evomendam, eos ad reſipiſcentiam illiciat, & ſua ope à lapſu erigat, quia non vult Deus mortem peccantis, ſed vitam reſipiſcentis; & tametſi quaſi in ipſo ſcelere videantur deceſſiſſe, adhuc tamen, quia tunc plures non deſperârunt de Numinis pietate, & reſipuerunt, ab aſſecutione ſalutis non fuerunt rejecti. Retulerat Judas Machabæus inſignem contra Gorgiam victoriam cruenta etiam Judæorum clade. Collecto enim exercitu venit in civitatem Odollam, ubi plures ex fratribus deprehendit corruiſſe: & peracto ſabbatho acceſſit cum ſuis Judas, ut ſauciata proſtratorum, ac enectorum corpora tolleret, humaréque in ſepulchris patrum ſuorum. *Invenerunt autem ſub tunicis interfectorum de donariis idolorum, à quibus lex prohibet Judæos: omnibus ergo manifeſtum eſt, ob hanc cauſam eos corruiſſe.* Sed quæritur à ſacris Interpretibus, an ſicut Judæi ob idolorum donaria corruêre, ita æternis fuerint ſuppliciis puniti, cui quæſtioni occurrens Angelicus Doctor, ait: *Ex duobis his alterutrum dici debet. vel quòd illorum peccatum veniale duntaxat fuerit Vel dicendum, quoſdam in ipſa pugna videntes ſibi periculum* 2. Machab. 12. v. 40. Quæſt. 71. art. 1.

lum imminere de peccato pœnituiſſe ſecundùm illud Pſalmiſtæ Pſalm. 77. Cùm occideret illos quærebant eum. Idque cauſæ fuit Machabæo, ut facta collatione duodecim millia dracmas argenti miſerit Jeroſolymam offerri pro peccatis mortuorum ſacrificium. Cenſuit prudenter, Machabæos illos, quos repererat interfectos cum Idolorum donarijs reſipiſcere potuiſſe, & per mortem illam temporalem ſcelus delevisſe & per pœnam toleratam inflictis ſibi vulneribus æterna evaſiſſe gehennæ ſupplicia. Plures enim quos peccatum ad gehennam traxiſſet, reſipiſcentia ad æterna gaudia perduxit, quatenus morte temporali patienter obita ad cœleſtem vitam ſibi iter aperuerunt.

85. Sic creduntur egiſſe Ananias, & Saphira, qui cùm vendidiſſent agrum quemdam ſuum, & pretij tantùm partem Apoſtolis detuliſſent, reliquam ſibi ſervantes, morte puniti fuerunt, cùm enim D. Petrus Ananiam redarguiſſet mendacij, perinde ac ſi lethale vulnus ei inflixiſſet enectus cecidit.

Act. 5 v. 2. *Cecidit, & expiravit*: quæ ſors etiam Saphiræ ejus uxori contigit. Quamvis Cajetanus opinetur nullum Ananiam, & Saphiram ſacrilegium perpetràſſe, nec voti violàſſe paupertatem: communior tamen Doctorum ſententia apud Baronium ad annum 38. aſſerit, votum eos paupertatis violâſſe, & nihilominus cenſet Origenes eos æternis non fuiſſe ſupplicijs punitos, ſed morte duntaxat illa temporali, quæ adſtantes omnes exterruit. ait Origenes. *Digni erant in hoc ſæculo recipere peccatum ſuum, ut mundiores exirent ab hac vita. mundati ea fatigatione ſibi illata per mortem communem: quoniam credentes erant in Chriſtum* Origeni videntur non diſſentire Auguſtinus, Damianus, & alij, quia de bonitate Dei cenſendum eſt non vindicare bis idem delictum, ut præ cæteris docet D. Hieronymus contra Marcionem ubi explicans illud Prophetæ Nahum; *Quid cogitaris contra Dominum? conſummationem ipſe facit: non conſurget duplex tribulatio:* aſſerit plerumque Deum delinquentes punire pœna temporali, quos ab æterna eripiat, & fortaſſis hac de cauſa diluvium orbi immiſiſſe; flammarum pluviis è ſummo cœlo deorſum ruentibus urbes abſumpſiſſe Pentapoleos; Pharaonem in Erythræo fluctibus abſorbuiſſe, & plora Hebræorum millia in eremo proſtrâſſe, imò & vivos ſepelijſſe, ait: *Scitote ideo eum ad præſens rededisſe ſupplicia, ne in æternum puniret. Certè verum eſt id quod hoc in loco per Prophetam dixit, non conſurget duplex tribulatio. ſeu ut vertunt ſeptuaginta Interpretes: Non vindicabit in ipſum in tribulatione. Ergo qui ad præſens puniti ſunt, poſtea non punientur. Receperunt igitur, & qui in diluvio perierunt. & Sodomitæ, & Ægyptij, & Iſraëlitæ mala ſua in vita ſua.*

Quòd hos delinquentes punierit ex bonitate fuit divina, quæ ab æternis ſupplicijs exemptos voluit temporaliâ pœnâ punitos: hac de cauſa non deſunt, qui cenſeant Lothi uxorem exemplo antea inaudito in ſalis ſtatuam fuiſſe converſam, ad inobedientium, ac parêre detrectantium condiendam inſipientiam; cùm enim ei Angelus præcepiſſet, ne urbem impudicam unde egreſſa erat; & gentem laſcivam regreſſis illuc oculis intueretur, & illa maluerit propriæ ſatisfacere curioſitati, quàm inviolatum ſervare injunctum ſibi præceptum, ad fragores terræ pariter, cælique ruentis. fœmineo videndi ſtudio ſolicitata retroſpexit, & ut erat reflexa cervice ſtatim in ſtatuam fuit ſalis verſa, quò fatuæ curioſitatis perpetuum ſtaret monumentum; & documento fuit, etiam curioſitatem oculorum ſeveris, quandóque pœnis plecti. An verò hæc uxoris Lothi retroſpectio noxa fuerit lethalis, licèt negent plerique, eò quia licèt pœna fuerit gravis, adhuc potuit è culpa levi oriri, quò fœmina in ſtatuam verſa ſalis, documento eſſet, minimarum etiam & in ſpecie vilium culparum, qualis cenſetur eſſe oculorum curioſitas, vel mandati mediocris ruptum obſequium, ſeveris interdum pœnis plecti; præſertim, quia voluit Deus, ut muti ſalis acrimonia condimento eſſet levitati, & inconſtantiæ ſæmineæ. Verùm Carthuſianus cenſet, hanc noxam lethalem fuiſſe, cui adhærent alij non paucij, eò quia non conſueverit Deus ob culpam levem graviſſimam infligere pœnam. An verò Lothi uxor in gehennalem fuerit etiam baratrum detruſa æternùm punieda, vel reſipuerit, ac æternam fuerit ſalutem conſecuta? Cenſet probabile Guilhelmus Pepinus Lothi uxorem reſipuiſſe in inſtanti, antequam in ſtatuam verteretur ſalis, & æternam fuiſſe ſalutem conſecutam, eò quia per mortem temporalem pœnam ſubierit ſuæ curioſitatis: ait ipſe: *Poſſibile eſt, quòd ſit in via ſalutis, & quòd talis exterminatio in ſtatuam ſalis fuerit illi in remedium ſalutis, & in pœnam offenſæ una cum contritione.*

Quinimò non deſunt, qui cenſeant probabile, Pilatum ipſum, qui ſententiam mortis dixit in innocentiſſimum Chriſtum ut placeret Judæis, pœnituiſſe ſui ſceleris, & ſalutem fuiſſe conſecutum; & quamvis non auderem ijſdem adhærere, non tamen videtur ab hac opinione abhorrere D. Auguſtinus de verb. Domini, ubi expendens verba illa: *Multi ab Oriente, & Occidente venient. & recumbent cum Abraham*, ut dicitur Matth. cap. 8. ait Auguſtinus. 87.
Nam Magi ab Oriente; Pilatus ab Occidente venerat. Unde illi eo Oriente hoc eſt naſcente; iſte verò Chriſto occidente, ſeu moriente Regem eſſe teſtantur Judæorum; ut cum Abraham, & Iſaac, & Jacob, ex quibus Judæi ducebant originem, recumberent in

regno

Regno cœlorum, non eis propagati per carcerem, ſed eis inſerti per fidem. Quis igitur adeò eſt à ſana mente dejectus, & tam craſsè deſipit, ut deſperet veniam conſequi etiam poſt plura patrata ſcelera; cùm tot homines, tam gravibus, ac enormibus implicati ſceleribus, quia reſipuêre, vel fuerint ſalutem conſecuti, vel potuerint eam conſequi? eorum exempla efficax ſunt argumentum, quo docemur de Dei bonitate ita piè ſentire, ut prona ſemper ſit ad parcendum: éſtque argumentum, quod exhibet D. Bernardus in feſto SS. Apoſtolorum Petri, & Pauli, ubi ait: *ſi Sanctus Petrus poſt tam gravem lapſum ad tantam redjit eminentiam ſanctitatis; quis de cætero deſperet, ſi Petrus egredi valuerit à peccatis.* Graviter deliquerat Petrus, cùm per trinam negationem à Magiſtro Chriſto ſe averterit, & ſe eum noſſe, etiam pejeraverit; & nihilominus, quia reſipuit, & láchrymis contractas abſterſit noxas paradigma factus eſt ſanctitatis, Princeps Apoſtolorum, militantis eccleſiæ caput, & Chriſti Vicarius, ac vices ipſius Dei in terris gerens. Serm. 3.

88. Quis igitur eſt, qui deſperet, tametſi plures, imò ferè innumeras contraxerit labes? ſi enim ex corde velit reſipiſcere, & cum Petro peccatorum ſordes lachrymis eluere, poteſt quiſquis ille ſit, ſubſidio opis divinæ veniam impetrare, & ſalutem conſequi: hinc D. Auguſtinus exemplo divi Pauli animatus ait: *ſi Paulus ſanatus eſt, quare ego deſperem? ſi à tanto Medico tam deſperatus æger ſanatus eſt, cur ego vulneribus meis manus illas non optabo? ad illius manus non feſtinabo?* Si Saulus Chriſtianorum perſecutor ſalutis eſt aſſecutor; ſi lupus rapax, fit agnus manſuetus; ſi ſanguini inhians, quò fideles perdat, lac ſanæ doctrinæ iiſdem ſuppeditat, quos nutriat, ac reficiat; ſi inſtrumentum ſathanæ fit vas electionis: non eſt, cur peccator, quamvis nequioribus indulſerit vitijs, gravioribus ſe fœdaverit ſceleribus, & in cœno ſe volutaverit omnium fœditatum, debeat deſperare; poteſt enim, ſi velit reſipiſcere, & inde emergere. Non ſolùm Chriſtus cœlos reſeravit ſuo ſanguine, quos culpa clauſerat; verùm etiam, quo majorem caperet peccantium multitudinem, ſtuduit dilatare, laxiſque extendere. *Extendens cœlum ſicut pellem*, nimirum ante Chriſti adventum anguſtum videbatur cœlum eſſe, à ſolis incolis Angelis habitatum, ſed Chriſtus cum brachia in cruce extendit, cœlum ampliavit, laxavitque ſicut pellem madentem, ut non ab Angelis tantùm incoleretur, ſed ab innumeris etiam hominibus peccantibus, latronibus, publicanis, meretricibus beneficio reſipiſcentiæ poſſederetur, ut notat Caſſiodorus, inquiens: *Bene dicitur Dominus cœlum extendere, ubi meretrices, & publicanos ad ipſum conſtat admittere: nam cùm ſint per juſtitiam cœli juſtorum, facti ſunt gratiæ largitate peccantium.* Nemo igitur deſperet, cùm cœli laxitas peccatores, meretrices, publicanos reſipiſcentes ſuo excipiat in ſinu. An non plures, qui graviſſimè deliquerunt, quia non deſperarunt Dei veniam; ipſóſque pœnituit ſcelerum, fuerunt ſalutem, & ipſi conſecuti? Scimus Moſem Hebræorum Ducem plures admiſiſſe flagitia, & errores, & ejus fratrem Aaronem vitulum à ſe ex auro conflatum colendum exhibuiſſe populo; Davidem adulterio, & homicidio ſe conſtuprâſſe, & offendiculo fuiſſe populis; Manaſſem totum ex aſſe virum nequam extitiſſe; Prophetas occidiſſe, & proprios filios cacodæmoni immolâſſe; Mathæum Publicanum fuiſſe, rerúmque alienarum iniquum uſurpatorem. Zachæum auro inhiâſſe, & ut divitijs afflueret, vitijs pluribus ſe fœdâſſe; Magdalenam ob turpem ſuam laſciviam vulgi fabulam extitiſſe; Petrum Chriſtum negâſſe; Paulum eccleſiam fuiſſe perſecutum, & Stephanum lapidâſſe, & tamen hos omnes cœlum excepit æterna donatos beatitate. Quis igitur deſperet, quamvis nequiſſimus fuerit peccator, quamvis in cœno vitiorum omnium merſus jacuerit, & reus ſcelerum omnium factus fuerit? ſcitè. D. Chryſologus. *Rogo, quis hic deſperationis locus? quæ hic excuſationis occaſio? quæ hic ſimulatio timoris?* Serm. 3.

Nunquam eſt deſperandum; ſed contra vitia quantumvis valida, & roborata certamen eſt ſemper fortiter ineundum: tametſi pluries nos vitia proſtraverint, animoſiores ſemper debemus inde ſurgere, & retundere aſſultus, ſed & prioris lapsûs per veram reſipiſcentiam inſtaurare ruinas, & ſi quid fœditatis ſuperfuit lachrymis abſtergere, & nunquam de impetranda venia deſperare, quo nil deterius, nilque pernicioſius; deſperatio námque vires enervat, robur debilitat, & virtutem proſternit: licèt ſit quis vitijs obſeſſus, ac tentationum aſſultibus impetitus; poteſt tamen, ſi velit hoſtes retundere; & ſi ex imbecillitate ſuccubuit, poteſt in integrum reſtitui, reſipiſcere, & lapſum per pœnitentiam reparare; & delatis etiam de proſtrato hoſte triumphis coronari, ait Seneca. *Si perdiderit Phidias ſtatuam, protinus alteram faciet*, omni ſtudio ſatagendum eſt, ut caſus noſtros reſtauremus, ruinas reparemus, & quæ peccando amiſimus, reſipiſcendo inveniamus, & nunquam deſperemus: acriter pugnanti adeſt Deus, cui & vires adauget, & ſuam opem ſuppeditat: ad id inſtruimur exemplo Saulis, qui cùm ferè innumeris copijs cingeretur obſeſſus, & robore deſtitueretur militari, in Gabaa aſcendit, ut hoſti occurreret illata ſibi damna reſtauraturus; & revera quia non deſperavit; quamvis bellico deſtitutus apparatu de proſtrato hoſte 89.

Serm. 1. de verb. Apoſtol.

Iſai. 40. v. 2.

Lib. 1. Reg. cap. 13. glorioſè triumphat. *Reliqui populi aſcenderunt poſt Saul obviam populo, qui expugnabant eos venientes de Galgala in Gabaa in colle Benjamin, & recenſuit Saul populum, qui inventi fuerant cum eo, quaſi ſexcentos viros.* Tametſi numero, & viribus eſſet Saul hoſtibus longè impar, attamen quia de Numinis ope non deſperavit, hoſtes proſtravit: quamvis vitia nos urgeant; carnis concupiſcentiæ nos pulſent; Dæmones tentationibus quatiant; mundus ſuis illicijs inſidias nobis tendat; & videamur tot hoſtibus impares: ſi tamen velimus vires noſtras exerere, non in ipſis fidere, ſed in ſolo Dei auxilio; glorioſum de fugatis vitijs poſſumus triumphum referre: ſi ſimus ſceleribus implicati, impetiti tentationibus, vexati concupiſcentijs, laceſſiti pravis affectibus, imò & pluries lapſi in ſcelera, non tamen inde deſperemus, reſipiſcamus, doleamus; Dei opem imploremus, & quod eſt infirmum in nobis, ſtatim corroboratur; quod cecidit, reſurgit; & quod ægritudinem contraxit, ſanitati reſtituitur.

90. In id incumbit cacodæmon ſtudij, quò ſatagat per voluptatum illecebras, ac aſſultus tentationum vires infringere, ut validiùs poſſit virtutes evertere, quas non uno ſimul impetu aggreditur, ſed per partes adnititur labefactare: unde aures adulatione corrumpit, oculos venuſtate allicit, concupiſcentiam impuris flammis accendit: ſcitè Lib. de pœnitent. cap. 7. Tertullianus loquens de aſtuta cacodæmonis malignitate, quâ nititur hominem proſternere, ait: *Obſervat, oppugnat, obſidet, ſi quâ poſſit, aut oculos concupiſcentia carnali ferire, aut animum illecebris ſæcularibus irretire, aut fidem terrenæ poteſtatis formidine avertere, aut à via certa perverſis traditionibus retorquere: non ſcandalis, non tentationibus deficit.* Non igitur uno ſimul impetu nos impetit, ſed paulatim à virtutis via abducit, nunc oculos venuſtate feriens, modò linguam obtrectationibus inficiens, mox aures adulatione corrumpens, nunc caſtitatem fœdis concupiſcentijs labefactans, & pravis affectibus virilem Pſalm. 73. v. 6. vigorem emolliens, unde ajebat David. *In ſecuri, & aſcia dejecerunt eam.* Id intereſt diſcriminis ſecurim inter, & aſciam, quia illa gravi impetu ferit, & craſſiora etiam ligna uno ictu findit; hæc nonniſi paulatim lævigat; ſed quia ſemper aliquid detrahit, exaſciatum debilitat. Subdit David: *Incenderunt igni Sanctuarium tuum, in terra polluerunt tabernaculum nominis tui.* In animo erat aſcititijs flammis Sanctuarium incendere, ac in cineres, favilláſque diſſolvere; ſed non unico tantùm impetu: ſiquidem aſtuta aſcia cœpit priùs debilitare, ut notavit D. Auguſtinus, in In Pſal. 73. quiens: *Securis cædit trabes, aſcia minutiùs perſequitur: per hoc ergo & magnas res, & minimas dixit dejectas; ut civitas funditùs ſit devaſtata, priùs inciſa, poſtea ignis omnia voravit.*

Dæmon nos expugnaturus concupi- 92.
ſcentiæ ſcintillis cor priùs leniter tangit, mox immiſſa ſcintilla flabellatur, flamma accenditur, quæ in incendium excreſcit, quò caſtitas cineſcit, & virtus abſumpta evaneſcit; obſiſtendum fortiter eſt initijs peccato præludentibus; qui lapſum timet, cautè ambulat, & pericula declinat; ne tu pecces concupiſcentiæ ſtimulos in ſuo ortu ſatage præfocare, ne ſcintillæ in flammas ſuccreſcant libidinis; cogitationes impuritatem redolentes omni diſrupta mora ſtude excutere; vana deſideria abjicere; pravos affectus coërcere, inutiles curas abigere; noxias ſollicitudines repellere; malas cupiditates compeſcere; vincula intempeſtivæ familiaritatis erga mulieres abrumpere; inordinati amoris nexus erga propinquos amputare; & omnem pravitatis occaſionem præcidere, ab omni ſpecie impura, ab otio, à gula, ab immodico hauſtu, à convictu malorum, & ſocietate; & quæcunque poſſunt cor irretire, ac diſſipare ſolerter propellere, ac fugare; hiſce prælu dijs, ac vellitationibus vires franguntur inſultantis adverſarij; à quo, ſi quandóque victi, cadimus, non tamen deſperemus; ſed per veram reſipiſcentiam illicò ſurgamus, & recollectis viribus animoſiores pugnemus, impetus retundamus hoſtiles; & quamvis videamur deficere viribus deſtituti; non inde excidamus animo; aderit Deus, qui ſuam nobis opem erit impertiturus; ipſe eſt, qui renovaturus faciem terræ, viréſque imbecillibus daturus ſanctum mittit ſpiritum. Cujusnam terræ faciem arbitraris renovari, ac inſtaurari à ſancto Spiritu? *Emitte Spiritum* Pſalm. 103. v. 30.
tuum, & creabuntur, & renovabis faciem terræ, ajebat David, non credas ſolos Libani, aut Carmeli frugiferos colles vivifico irrigâſſe imbre; etiam, quæ ſterileſcunt montium juga, ac depreſſæ vallium cavitates hoc ſentiunt beneficium; ne deſperent Dei opem, qui cœno immerſi vitiorum nullum excultæ virtutis florem, nec boni operis fructum dedêre. *Lætare ſterilis, & quæ non paris;* hoc eſt exulta- Galat. 4. v. 27.
te montes Gelboë, licèt probro laboretis ſterilitatis, quam vobis David peccator intulit regnaturus; hanc vobis David innocens ſuſtulit moriturus. Olim uni tantùm Virgini præ cæteris omnibus fœminis in matrem Christi electæ; dicebatur. *Spiritus ſanctus ſupervenies in Te:* ſed modò hoc beneficium Luc. 1. 35.
omnibus ſpondetur, & cunctis dicitur. *Accipietis virtutem ſupervenientis Spiritus ſan-* Actor. 1. 8.
cti in vos. Non Joannes ſolus, qui innocentia claruit, & virginitate floruit, ſed etiam Petrus non virgo, ſed peccator; & Magdalena peccatrix, & Thomas reus fidei, & diſcipuli reliqui vinctum, qui deſeruêre in

mili-

militum poteſtate Magiſtrum, virtutem ac-
ceperunt ſupervenientis Spiritus ſancti; ne
ſcilicet deſperent, qui per patrata ſcelera,
ſe à Deo averterunt, cùm Spiritus ſanctus
innocentes æquè, ac nocentes torroboret
ſua virtute, quà qui non ceciderunt, fir-
miùs ſtarent, & lapſi validiores ſurge-
rent.

§. XI.

Quamvis peccantes areſcant in ſcelere, jaceant ſqualidi in umbra mortis, non inde deſperent: Dei miſerentis pietas, & ſepulchra reſerat, & ad vitam mortuos excitat.

92. DEI miſerentis clementia copioſiùs opi-
tulatur lapſis, quàm ſtantibus, eò
quia plus illi indigeant, quàm iſti
Numinis ope ad reſurgendum; adeò ut ro-
ſcidus ille imber divini amoris largiùs pro-
fluat in montes Gelboë, quàm in vertice
Carmeli: peccatores enim videtur divina
pietas clementiùs reſpicere, quos uberi-
ùs alliciat ad reſipiſcendum, & hæc eſt vis
illa omnipotentiæ, quam Deus Ezechieli
oſtenſurus, campum exhibuit, non in quo
vireta laſcivirent, vel flores riderent, vel
flaveſcentes ſegetes fluctuarent; ſed in quo
ſqualerent areſcentia mortuorum oſſa, quæ
Deus edocturus prophetam vim ſuæ omni-
potentiæ, refloreſcente carne veſtire, &
ſpiritu vivificare intendebat: ſed ſi Deus
per ſuum ſpiritum cadavera defunctorum
voluit inſtaurari; cur non potiùs ea ſele-
git in ſepulchris cadavera, quæ recèns
humata nondum computruerant, cùm ad-
huc oſſa carne, & pelle, ac nervis non e-
rant ſpoliata? non ſelegit triduana, vel
quatriduana cadavera, ſed quæ in campo
ſparſa hærerent, jam ſemi exeſa; diſru-
pta, quò tantò illuſtrior vis ſuæ omnipo-
tentiæ clareſceret, quantò oſſa illa arida
difficiliùs erant reſtauranda, ac priſtinæ
Ezech. 37. v. 4. reſtituenda vitæ uſuræ. *Oſſa arida au-
dite verbum Domini*, fuerunt oſſa illa o-
ſtenſa Prophetæ in campo prorſus arida,
abſque ullo veſtigio carnis, vel pellis;
imò non ſolùm fuerunt oſſa mortuorum,
ſed etiam interfectorum. *Veni ſpiritus,*
Ezech. 37. v. 9. *& inſuffla ſuper interfectos iſtos, ut revivi-
ſcant.* Quos ardor æſtuantis febris ex-
tinguit in lecto, putredo corrumpit in ſe-
pulchro; ſed gladio interfecti cadunt per-
ſæpe diffractis etiam oſſibus; ac toto cor-
pore conteruntur, & difficilior eſt eorum
inſtauratio: ſed quò reparatio eſt diffici-
lior, eò vis divinæ Omnipotentiæ clareſcit
illuſtrior. Oſſa hæc arida peccatores exhibēt,
qui mortui divinæ gratiæ areſcunt in cam-
po vitiorum, ubi deſtituuntur omni vire-
Ezech. 37. v. 11. ſcente ſpe reſurgendi. *Aruerunt oſſa
noſtra, & perjit ſpes noſtra, & abſciſſi ſu-
mus.* Aruit viriditas ſpei, cecidit virtu-
tis flos, ideóque jacent in luctu, & ſqua-
lore. Sed quo dediſcant jacentes in um-
bra mortis deſperare: quamvis oſſa illa a-
ruerint, & eorum ſpes perierit, adfuit
tamen Numinis pietas, cujus ope priſtinæ
fuerunt vitæ reſtituti. *Propterea vati-* Ezech. 37. v. 12.
*cinare, & dices ad eos: Hæc dicit Domi-
nus Deus: ecce ego aperiam tumulos veſt-
ros, & educam vos de tumulis veſtris po-
pulus meus: & inducam vos in terram
Iſraël.*
Jacent in ſqualore ſepulchri peccantes, 93.
ſed inde extrahuntur; & ab umbris Ma-
nium ad lucem evehuntur divinæ gratiæ;
è cineribus tumuli transferuntur in ter-
ram Iſraël; à fœtore putredinis trans-
mittuntur ad flores virtutum, ubi meliùs
oleant; & à ſqualore vermium ad ſplen-
dorem viſionis Dei. Quamvis te mor-
tuum cognoſcas, jaceas in umbra ſepul-
chri, ſeu peccati, areſcas in ſcelere, non
tamen eſt, cur inde deſperes, cùm Deus
& ſepulchra reſeret, & mortuos ad vitam
excitet, non recentia tantùm cadavera, qui-
bus ſola gratiæ vita deeſt, & adhuc ijsdem
ſuperſunt oculi, lingua, nares, & aures,
quatenus licèt ſuis mortuis in vitijs, ad-
huc Dei verbum libenter audiunt, preces
fundunt, ore pſallunt: ſed & eos etiam
mortuos excitat, quibus nullum ineſt vi-
tæ, ſeu pietatis veſtigium, quíque in ſe-
pulchris jam diu latuêre; imò & in ſcelere
jam diu proſtituta fronte jacuêre, ſintque
propterea oſſa nuda, arida, inſepulta, quæ-
que ſine ullo ampliùs pudore pateant in
campo.
Mira ſanè eſt horum mortuorum ad vi- 94.
tam reſtitutio, ſeu peccantium ad ſanio-
rem frugem, ad ſurgendum è cœno vitio-
rum, ad mores corrigendos excitatio, cùm
non jam cadavera, ſed oſſa, & quidem ſicca
inſepulta, & areſcentia in campo ſint: &
non ſolùm oſſa mortuorum, verùm etiam
interfectorum, quæ plerumque vel diſrupta
in partes, vel læſa in toto corpore reperi-
untur, quatenus verecundiâ omnino profli-
gatâ cum oſſa eſſent, non in ſepulchro deli-
tuêre, ſed propalam jacuerunt in campo.
Eò enim difficiliùs revocantur ad vitam,
quò diutiùs aſſueverant abſque pudore ſine
verecundia patêre in campo: & cùm eſſent
propemodum innumera, difficiliùs vide-
bantur poſſe excitari, cùm multitudo peccan-
tium gravitatem non minuat ſceleris, nec li-
bertatem delinquendi coërceat, ſed audaci-
am potiùs adaugeat; minúſque reviviſcere
ſatagat, qui cum multis jacet in ſepulchro.
Præterea, quæ Deus Prophetæ oſſa arida
oſtenderat, non jacuerant in præruptis al-
pium jugis, nec in areſcentibus arenis Li-
bycis, nec in eremo inculta; ſed in amœna
quieſcebant campi planitie, ubi pinguedo

terræ aſſolet oſſa ipſa exedere, ac corrodere; & tameo divious ſpiritus eò inſiljit, obi oſſa interfectorum diſtracta, exeſa, & corroſa, omnem ſpem vitæ abjecerant: *Aruerunt oſſa noſtra, & perjit ſpes noſtra, & abſciſſi ſumus*, quò diſcant peccantes ounquam deſperara, ſed tametſi delicijs mundi diffluentes diu merſi jacuerint in cœno vitiorum, adhuc ſperent inde emergere, ac veniam impetrare, ſi verè reſipiſcant.

95. Vult Deus, ut nunquam de ipſius deſperant peccatores pietate. Rafert Valerius
Lib. 3. c. 4. Maximos cum Livio lib. 22. Terentio Varroni è cruenta, ac fatali Cannenſi clade Romam infeliciſſimè redeunti Senatum, & populum quaſi ra ab ipſo benè geſta, & palmia noo cupreſſibus onuſto occurriſſe, ſimúlque gratias egiſſe, noo quòd hoſtilem ſanguinem fudiſſet, hoſtes proſtrâſſet, ac victoriam detuliſſet, ſed quia de Reipublicæ Romanæ clementia minimè deſperaverit; & exercitum, quamvis non modicè diminutum deduxerit, & in conflictu quinquaginta millia Romanorum cecidiſſent, & Aufidus fluvius juxta Cannas Romano ſanguine rubuiſſet; quamvis jam tot Romanorum millia ferro perjêriot, ut Hannibal miſericordiâ motus dixerit: *ſatis eſt, parce ferro*. Quamvis Romanorum cadaverum ea eſſet copia, ut io torrentem coojecta pontem Garthagioenſibus ſtraverint, per quem de caſtris in caſtra commeara commodè poſſent: quamvis ex equeſtri ordine, ac Romona nobilitate tot millia interempti fuerint Carthaginenſium ferro, ut aureis detractis annulis ab enectis cadaveribus modium unum impleverit Hannibal, ut refert Livius; vel duos, ut narrat Florus; imò vel tres, ut recenſet Plinius; & in teſſeram delatæ victoriæ transmiſerit Carthaginem: quamvis tot arma à fugientibos abjecta, & mortuis detracta eſſent, ut cum cladem hanc reparare vellent Romani, arma non invenerint, quibus poſſent venienti hoſti occurrara: ait enim Florus nec in armamentario, nac in officinis fuiſſe arma inventa, ac oportuerit ea è templis detrahere: & quamvis Roma poſt obſeſſum à Brenno Capitolium nullam unqnam majorem cladem ſenſiſſet, & io ſervitutem vereretur Carthaginenſium incidere: adhuc tamen Cooſulem ſuum Terentiom Varronem, qui imprudenter contra Conſilium Paoli Æmilij Collegæ fui in prælium deſcenderat, & infeliciter pugnaverat, gratulabunda excepit, eâ tantùm de cauſa, quia de clementia Reipublicæ poſt cruentam illam cladem, & aoormem jacturam oon deſperaverit. Profectò tam bonus, támque mitis eſt Deus, adeò favet peccantibus non deſperantibus de illius clementia, ot poſt omoem hominis oaquitiam; poſt millena patrata ſcelera, poſt acervata fœdè flagitia, quibus mundi delicija diffluxit, voluptatum illecebris indulſit, dies ſuos peſſimè inſumpſit, & in cœno vitiorum omnium ſa miſerè intruſit; adhoc ſi velit è vitijs emergere, ex corde reſipiſcere, & ſpem veniæ oon abjicere, ſuam exhibeat opem, imò quia non deſperat, & ſatagit, moras corrigere, ac verè reſipiſcere veniam impetrat, & ſalutem conſequitur. *Quoniam in me ſperavit, liberabo eum, eripiam eum, & glorificabo eum.* Pſalm. 90. v. 14.

96. Imò videtur divina bonitas quaſi delinquentibus per ampliſſima beneficia, quæ illis confert, poſt patrata plura nefanda ſcelera, poſt plura naufragia terrâ, marîque facta gratias agere, quia de ope divina recipienda, de venia impetranda, & de ſalute æterna obtinenda oon daſperaverint: *Nullus ſperavit in Domino, & confuſus eſt.* Eccleſiaſt. 2. v. 11. Cognoſcit Deus figmentum ooſtrum, exploratа aſt ei noſtra infirmitas, prona ad lapſum, proinde ſi poſt caſum nitamur reſurgere, noo deſperantes de illius miſericordia nobis adgratulatur. *Bonus eſt Dominus ſperantibus in eum.* Thren. cap. 3. v. 25. Poteſt, ſi velit peccator non deſperare, & mores corrigere, ac ſalutem conſequi: Chriſtus enim clave ſuæ crucis fores cœli adaperuit, ſuóque ingreſſu plenè reſeravit, ut ſingulis, quamvis ſceleratiſſimis pateant, dummodo velint mores corrigere, & è cœno vitiorum emergera: ſi enim oon deſperent de venia impetranda, & ſatagant ipſoa pœnitere malè anteactæ vitæ, opem ſuam ipſis ſuppeditat, quâ è peccato reſurgant, & ſalutem conſequantur; etenim ipſe latro affixus cruci eo die, quo in cruce objit, in paradiſum avolavit, tametſi plora patraverit ſcelera, quia tamen de divina noo deſperavit clemeotia æterna foit felicitate donatus.

97. Sed cur eodem die latro è cruce pendens in paradiſum avolat, *hodie mecum eris in paradiſo*, cur cœli fores priùs Latroni patuère, quàm Patriarcharum alicui aperirentur, cum Latro primus omnium paradiſom cum Chriſto ingrediatur, & plures viri virtutum culturâ illuſtres, ionoceotiâ morum commendati, ſtudio pietatis inſignes antea deceſſerint, & Chriſtum expectaverint, quin ipſia cœli fores aperiret eodem die? Si Latro ob patrata ſcelera ultimum debuit crucis ſupplicium ſubire, cur primus paradiſom ingreditur; ſi tot innocentes, viríque pijſſimi per plura ſæcula expectârunt, ut cœli ianuæ à Chriſto jiſdem reſerarentur? Huic quæſtioni ſatisfacit D. Chryſoſtomus *de cruce, & Latrone:* Homil. 1. reſpondet, ideo Latronem eodem die paradiſum cum Chriſto introjiſſe, quò inde manifeſtum eſſet, cœli januas jam omnibus patere; ut non ſolùm innocentes, ſed & peccantes, non ſolùm culturæ virtutum addicti, ſed vitiorum cœno etiam immerſi poſſent cœlum ingredi, & æternam ſalutem con-

conſequi; quia ut Idem Doctor aſſerit ea ipſa die, quâ Chriſtus mortuus eſt, & latro liberatus, Adam è paradiſo expulſus fuerat; ait ipſe; *Hodie Adam ejectus è paradiſo, & hodie latro paradiſum ingreditur, exivit fur, & introivit fur*, quia Adam in paradiſo pomum furatus fuit, in quod ſolum non habuit dominium, quia ipſi à Deo vetitum; & quia furtum commiſit in paradiſo expellitur extorris: latro verò in cruce pendens, licèt furtum extra paradiſum patraverit, in paradiſum unà cum Chriſto introducitur. *Hodie meum eris in paradiſo*, quia ſicut primus fur è paradiſo ejecto, & in exilium emiſſus paradiſum ſibi, & ſuis poſteris clauſit: nunc alius fur in paradiſum introducitur, ut ſciremus peccantibus omnibus, ſed veniam non deſperantibus, & reſipiſcere nitentibus, moréſque corrigere, cæli januas reſeratas eſſe, ac illis patere; imò neque una tantùm ipſdem janua paret, ſed plores, & non tantùm ex una regione, ſed ex ſingolis mundi partibus, ne in loco ullo deſperarent delinquentes paradiſum ingredi, ſi vellent reſipiſcere, quibus patent ex qualibet parte plures januæ tres ad Auſtrum, tres ad Aquilonem, tres ad Orientem, & tres ad Occidentem, ſcilicet ne ex ulla mundi parte ex nullo terræ loco poſſent homines quantumvis ſcelerati, & vitiorum cœno coinquinati ſe excuſare: ſcitè Auguſtinus. *Ad emendum cælum dandum eſſet, quidquid haberes, etiam ſi totum mundum poſſideret. Et tamen venale eſt: eme ſi vis. Nec multùm exaſtues de re magna propter pretij magnitudinem, tantum valet, quantum habes. Noli quærere quid habeas, ſed qualis ſis. Res iſta to valet. Tantum valet, quantum es tu; te da, & habebis illam. Quid exæſtuas? quid turbaris? nunquid quæſiturus es te, aut empturus es te, ecce tu quis es, qualis es, da te illi rei, & habebis illum, ſed malus ſum inquies, & fortè me non accipit. Dando te illi bonus eris. Ut huic fidei, promiſſionique te des, hoc eſt bonum eſſe.* Hoc autem quod eſt ſe ei dare, perinde eſt, ac de venia non deſperare, ſed ex corde reſipiſcere, mores corrigere, & in ejus pietate plenè ſperare.

Tom. 10. Serm. 64. de Verb. Domini, c. 3.

§. XII.

Qui cum Saulo lupo rapaci perſecutus eſt Chriſti gregem: vel cum adoleſcente prodigo totam ſuam abligurivit ſubſtantiam, & meretricibus adhæſit non deſperet; ſed reſipiſcat, lachrymis ſcelerum ſordes eluat, & veniam impetrabit

QUamvis ſit quis pluribus gravatus flagitijs, vitijſque irretitus, non tamen debet inde deſperare. Sed ſe Deo dare, qui Saulum ſcit in Paulum mutare. 98.
Saulus adhuc ſpirans minarum, & cædis in Diſcipulos Domini. Circumfulſit eum lux de cœlo, & paradiſi janua etiam fidelium perſecutori illico paruit, fuit hæc mutatio dexteræ excelſi, & imago abſolutiſſima perfectæ converſionis. Si quæras, quo ſcalpro, & artificio tam rudis, ac impolitus ſilex in tam decorum, & pulchrum fuerit ſimulacrum exciſus? certè non alia ope, quàm Dei miſerentis gratiâ: ex Saulo factus fuit Paulus; quia cùm primùm beneficio illapſi è cœlo radij caligenes excuſſit, quibus cæcutiebat, verè reſipuit, & ſilex impollitus ſcalpro reſipiſcentiæ lævigatus in ſtatuam ſurrexit firmiter ſtantem; ut qui erat perſecutor, fieret prædicator. Tria Deus adhibuit, quibus Saulum in Paulum convertit, nimirum lucem è ſummo cœlo delapſam, alliſionem in terram, & vocem in aëre. *Subitò circumfulſit eum lux de cælo, & cadens in terram audivit vocem dicentem ſibi Saule Saule quid me perſequeris?* Non tamen Saulus otio emarcuit; pluribus, & ipſe ſcalpris ſuam ſategit ruditatem dedolare, ſéque in ſimulacrum perpolire virtutis: cæpit illicò pertimeſcere, quia *initium ſapientiæ timor Domini*, abdicavit ſe à mundi faſtu, & commodo, ſéque totum Numinis vocantis ſubjecit, conformavitque voluntati, mores abjecit veteris hominis & ſimplicitatem induit cùm apertis oculis, nil viderit; ſéque obedientiâ flexilem exhibuit, quâ ſe trahi permiſit à ſocijs, quò vellent; has virtutes jejunio etiam condivit triduano, quò melius ſaperent; precibus itidem Deum flexit in ſua vota, & longanimitate munitus integrum tridoom deglutiit cæcutiens abſque querela, ſine buccella.

Act. 9. v. 1.

Act. 9. v. 3.

Imò non contentus ſeptenis recenſitis fulſiſſe virtutibus, quibus ſui ſilicis ruditatem perpolliret in ſtatuam; tres alias addidit, quibus denarium impleret numerum, ut tot emineret virtutibus, quot præceptis lex Dei fulciretur; etenim humilitatem addidit, quâ corripienti ſe Domino ſubjecit, nil omnino in ſui objiciens defenſionem, & huic virtuti ita arctè adhæſit, ut impoſterum nec latum unguem ab ea divelli ſe permiſerit ſcribens enim ad Corinthios ait. *Noviſſimè autem omnium tanquam abor-* 99.

abortivo viſus eſt, & mihi. Ego enim ſum 1. ad Corin. c. 15. v. 8. *minimus Apoſtolorum, qui non ſum dignus vocari Apoſtolus quoniam perſecutus ſum eccleſiam Dei*: mita ſanè humilitatis enltura, quæ inter flores viſionum, ſpinas conſerit opprobriorum; tametſi Chriſti viſionibus in teſtimonium dominicæ reſurrectionis fuetic Paulus recreatus, adhuc tamen ſe eò profuodiùs deprimic, quò altiùs evectus fueret, & onnquem ſe fœdiùs dedecorevit, qoàm cùm ſe cœlo extulit. Chriſtus *viſus* 1. Corinth. 15. v. 9. *eſt mibi* ajebat, *ſed tanquam abortivo*, ieo poſt omnes. *Ego enim ſum minimus Apoſtolorum*, & oe credas exundâſſe humiliando ſe, cauſam etiam addidit ſuæ vilitatis inquiens: *Quoniam perſecutus ſum eccleſiam Dei*, non ait in præterito fui minimus, ſicut in præterito perſecutus fuerat Dei eccleſiam; ſed de præſenti ſe minimum dicit eſſe non quia perſequatur, ſed quia olim perſecutus fuerit eccleſiam Dei, cui tametſi plus cæteris profuerit promulgatione evangelii; plue tamen alijs obfuit gladio perſecutionis; ut oos edocerec poſt lapſum ruinæ reſtaurationem; poſt peccatum reſipiſcentiam, & virtutom culturam, quà ejus etiam veſtigia obliteremus.

100. Idque videtur præſtitiſſe apod Lucam prodigus adoleſcens, qui cum abligurivisſet totam ſuam ſubſtantiam cum meretricibus, in ſe poſtea reverſus non dixit à ſe primatum cejectum, ac inter Mercenarios dejectum, ſed proteſtatus apertè fuit, ſibi Luc. 15. v. 19. neutiquam eum filiis ſedem deberi. *Non ſum dignus vocari filius tuus*: & ne cenſeres hunc humilitatis florem ex modeſtiæ culcurâ vernâſſe; radicem etiam profert, & cauLuc. 15. ſam adfert, cur dignus non ſit filius vocari. *Pater peccavi in cœlum, & coram te*; quia peccavit, & verè reſipuit, feſſus eſt ſoam dignitatem, quâ confeſſione reſtitutos fuit priſtinæ filiationis dignitati.

101. Non igitur, qui cùm Paulo perſecutus eſt Chriſti gregem; & cùm adoleſcente prodigo meretricibus adhæſit, mundi illecebris indulſit, & cœno vitiorum ſe coinquinavit, deſperet; ſed ſatagat reſipiſcere, contractas ſordes lachrymis eluere, & culturæ humilitatis iocumbere; ut quò profundiùs ſe deprimit, eò altiùs cùm Paulo ſurget; qui non ſolùm humilitatem prærecenſitis addidit virtutibus; verùm etiam victoriam humanorum reſpectuum; ſiquidem cæpit ſe illicò profiteri Chriſti Diſcipulum: & demum zelum etiam animarum, quò ſynagogis aperta fronte, ferventi ſpirito, & imperterrito animo JEſum prædicavit, veritatem edocuit, errores eradicavit, & ignorantiæ caligines excuſſic. Quòd ſi Pauli velimus converſionem expendere; quò miremur Chriſti diligentiam, ac induſtriam, ſtatim nobie occorret: etenim ſuom inchoaturus opificium non à malleo, vel ſcalpro, aut aſcie exorſus eſt ſilicem perpolire in ſtatuam, ſed à luce è ſummo cœlo deorſum dilapſa. *Et ſubitò* Actor. 9. v. 3. *circumfulſit eum lux de cœlo.* Noo deſunt qui errantes ad viam redocere veritatis ſatagentes, opos inthoent à malleo, vel ſcalpro, quod tamen feliciùs à luce inchoaretur, ſi æternis dogmatibus ignorantiâ laborantes imbuerent, & evangelicæ veritatis dilucidatione velnti radio errorum tenebras diſſiparent, plores enim franguntur, quia tunduntur ſcalpro rigoris, qui tamen ad virtutem ſe flecterent luce imbuti veritetis: Viſus eſt Deus ipſe id nobis edocuiſſe, vel in ipſa mundi ſtructura; cujus ornamentum voluit à luce inchoare.

Præmittenda igitur à Deo lox eſt, 102. cujus beneficio duritiem emollias pervicaciæ, & ad reſipiſcendum peccantem flectas; poſtea malleum, & ſcalprum tutiùs adhibes, cùm ictibus recipiendis aptior eſt materia: marmorea, & ænea ſine ferro, & igne non conflantur ſimulacra, quia non aliter ſinit ſe materia tractari: ex metallo cum non ſint homines compacti, ſed ex luto, flecti poſſunt, ac emolliri reſipiſcentiæ lachrymis, quibus ſi madeant facilè in ſimulacrum inflectuntur virtutis; oon tamen Chriſti opificium æmulantur ij, qui ad Deum recèns converſos in molli culcitra locandos, vel in eburneis occludendos ſcriniolis putant. Apoſtolorum converſio ab hac mollitie prorſus abhorruit, imò & D. Paulus poſtquam lux de cælo eum circumfulſit humi alliſus triduano jejunio, ac cæcitate morum præluſit correctioni: quin imò, & cæleſtis ſponſus etiam ipſe in amariſſimam degenerevit myrrham, cùm primùm lactis dulcedinem inter ſponſæ ubera ſuxit: vitrea ſunt non adamantina, quæ ſolo afflatu effinguntur opificia; quorum ſimulacra eadem facilitate, quê effinguntur onico lapſu diſſolvuntur.

Præterea quem Chriſtus Paulum alli- 103. ſit, non illexit blanditijs, ſed increpavit reprehenſione. *Saule, Saule quid me perſequeris*, non illum demulſit laudando Actor. 9. v. 5. ſcientiam legum, ſtudium ſcripturarum, & impenſum in Moyſem affectum, ſed id in quo peccaverat, duntaxat reprehendit. Plerùmque quos Deos in perfectum virtutis ſimulacrum vult compingere ſcalpro correctionis, & malleo etiam adverſitatum exercet; hac de cauſa permiſit Jobum à cacodœmone ſcalpri, ac malleari; ſed licèt malè pulſatus à dœmone, illuſtrior tamen ſurrexit victor, quàm clarior evaſerit ex triumphato Pompejus orbe: licèt tartareus hoſtis irruens in ejus familiem, & bona, filios inter epularum delicias delapſæ domûs ruinis tumulaverit; greges delapſis è cœlo flammis aduſſerit, & hoſtes Sabæos ad rapinam execuerit; audivit tamen ipſe inconcuſus liberorum funera, ſpectavit tranquillus bonorum jacturam, pertulit imperterritus corporis cruciatus, & quamvis eſſet fœtidum carcinoma, vivùmque cada-

ver;

Digitized by Google

vet ; adhuc fortiori impetu in ſterquilinio jacens hoſtem proſtravit, quàm ſi catafractus pugnâſſet in campo: jacuit in ſimeto perinde ac in theatro, ubi dedit ſpectaculum patientiæ invincibilis, fortitudinis inconcuſſæ, ac miræ conſtantiæ : & quidem in theatro verſatili ſuam egit perſonam ; cùm nunc opibus, mox inopia, nunc luctu, modò gaudijs, nunc proſperitate, modò calamitate ſe affectum oculis exhibuerit ſpectantium, licèt Acheronticus tortor in corpus patientiſſimi Jobi deſæviret, & omne adhiberet ſtudium, quo in deſperationem pertraheret ; nunquam tamen animo cecidit, neque putredo viſcerum, nec renum ulceratio, neque malè olens halitus, nec ſanioſum ſputum, nec ebullientes in ulceribus vermes, ipſum terruēre, & licèt ſæviori ſcalpro eum cacodæmon aduiteretur enervare, exulcetare, ac in ultimum malorum, ſeu deſperationem præcipitare, ac propterea vincere ; ipſe tamen quò fractior, eò integrior, viribus recollectis, ita pugnavit, quò cacodæmonis eluſerit aſſultus. *Tunc ſurrexit Job, & ſcidit veſtimenta ſua* : nimirum quando Acheronticus

Job. 1, v. 20. hoſtis audaciùs conatus eſt eum deijcere, tunc ſurrexit, & ſciſsis veſtibus, quibus trahi poterat, animoſiùs contra hoſtem ſurrexit.

104. Non deſperavit Jobus tot preſſus ærumnis, tot ſaucius ulceribus, tótque infeſtus ægritudinibus, moleſtiis, ac infortuniis vexatus; ſed animoſior ſurrexit, veſtes ſcidit, quas & abjecit, ne unde teneretur ab hoſte, in ſimento velut in palæſtra haberet ; hoc accerſendus D. Gregorius, qui de Jobo ait : *dolens animo, vires, quas quaſi amittere cœperat, pœnitendo conſervat* : filios, ac filias, ſeu virtutes amiſſas Jobus

2. Moral. cap. 37. lamentatur, nec tamen ob id ſpe victoriæ cecidit, imò meliora ſperans, ſe ad pugnam præparat, & dolore velut oleo generoſus Athleta inungitur ad certamen. Tunc ſurrexit Jobus nimirum poſt reſumptas vires, quò fortior proſiliret in arenam, quia ut appoſitè addit D. Gregorius. *Sedere quieſcentis eſt ; aſſurgere decertantis. Auditis ergo adverſis ſurgere eſt, expertis tentationibus mentem ad certamina robuſtius parare.* O quàm generoſe, quàm validè, ac fortiter pugnavit contra Acheronteum adverſarium Jobus, qui ab hoſte petitus poſt amiſſos filios, deperditas filias ablata à Sabæis armenta, combuſtas ſegetes, non jacuit in luctu, & ſqualore, ſed illicò ſurrexit, & ſcidit veſtimenta ſua, quæ citiùs abjiceret ; ne unde teneretur ab hoſte, ſecum ferret in arenam, ubi acriori animo pugnavit, & glorioſè triumphavit, quia ut ſcitè ait D. Gregorius: *Auditis ergo adverſis ſurgere eſt, expertis tentationibus mentem ad certamina robuſtiùs parare.* Cum primùm ſenſit inflictum ſibi vulnus in delabentis domûs ruina, filiiſque antea ſepultis in iiſdem, quàm mortuis ; aſſumpto pij furoris auxilio ſurrexit fortior, & tamdiu viriliter decertavit ; donec ſpoliis coronaretur hoſtilibus : non deſperavit obrutus calamitatibus, ſed valentiùs decertavit ; non ſedit mœrore confectus, ſed ſurrexit uberiori fervore correptus ; non jacuit ſqualidus, ſed ſtetit victor : *Sedere enim quieſcentis eſt, aſſurgere decertantis*, inflicta vulnera, putreſcentia ulcera, ebullientes in pure vermes, non emedullârunt pectoris robur, ſed animi provocârunt fortitudinem inconcuſſam.

Non deſperet igitur, qui ærumnis 105.
preſſus, calamitatibus abſorptus omni ope videtur humana deſtitutus ; adeſt ſemper Deus pugnantibus opitulaturus, & lapſis ſuam præſtiturus opem ad reſurgendum, plures inivit David pugnas cùm Gigante, leonibus, urſis, nec unquam animo cecidit, nec timore perterritus adverſario ceſſit : recenſet ipſe delatas à ſe victorias non vanitatis causâ, ſed ſuppeditatæ ſibi à Deo opis gratiâ inquiens. *Paſcebat ſervus tuus Patris ſui gregem, & veniebat leo, vel urſus,* 1. Reg. 17. v. 34.
& tollebat arietem de medio gregis, & perſequebatur eos, eruebámque de ore eorum & illi inſurgebant adverſum me, & apprehendebam mentum eorum, & ſuffocabam, interficiebámque eos : tametſi leo, vel urſus in gregem irrueret, non tamen ipſe damnum in pecore paſtus fugit iners, ſed raptoris vitâ ſanguinem pecudis vindicavit : tametſi ferocia leonis, vel urſi ſævitia inexpectato aſſultu ovem dilaniaret, vel arietem raperet : non tamen rugitus leonis Davidem exterruit, qui optimi paſtoris munere fungens nocentiſſimas tunc feras inſectabatur, de quibus etiam glorioſum referebat triumphum, eleganter D. Ambroſius ait : *Sancti Domini qui conſummare pium certamen geſtiunt, & currere curſum ſalutis, ſicubi* Apolog. 1. pro David. cap. 2.
fortè, ut homines corruerint naturæ magis fragilitate, quàm peccandi libidine acriùs ad curſum reſurgunt pudoris ſtimulo majora reportantes certamina, ut non ſolùm nullum attuliſſe æſtimetur lapſus impedimentum, ſed etiam velocitatis incentiva cumulâſſe.

Licèt pluries cecideris, cœnóque te 106.
vitiorum inquinaveris, viribus ſis deſtitutus, non tamen excidas animo, ſed tuam in Deum fiduciam dirige, opem ab eo enixim expoſce, cujus beneficio ſurgere valeas ; nunquam deſperes ; quia in ſe ſperantes non derelinquit Deus : quamvis tartareus hoſtis te perſequatur, & ſuis technis cor tuum affligat, licèt ea, quæ aliquando volens admiſiſti, jam invitus cogaris tolerare ; non id te perturbet, non animo excidas : ſed cum plena fiducia ad Deum accede : tametſi gravi corripiaris ægritudine, ſuperbiæ fumo cæcutias, vanæ gloriæ inani vento infleris, iracundiæ flammis exardeas, invidentiæ livore tabeſcas, avaritiæ probro ſordeſcas, & cujusvis alterius vitij morbo

labo-

labores; non propterea ſpem ſalutis abijcias, ſed corde humili, mente ſincera, animo reſipiſcente accede cum fiducia ad cæleſtem Medicum, eum roga, ut tuæ velit infirmitati mederi, ſi in ipſo ſperes, ſuum ſenties ſubſidium; quia non derelinquit ſperantes in ſe: nimirum quia ſperant, opem ſuam ſentiunt: facilis ſanè cauſa eſt, ſed tamen efficax, & irrefragabilis: ſi vitiorum morbos excutere cupis, ſpera in cæleſtem Medicum, & pharmacum accerſiſti; hoc alexipharmaco uſus David à quavis ſe ægritudine liberavit, ſi omnia Pſalmorum carmina evolvamus, nil crebrius, nil ve ardentius deprehendemus exercuiſſe, quàm ipſam
Pſalm. 4. v. 10. ſpem. *Quoniam tu Domine ſingulariter in ſpe, conſtituiſti me. Alibi: lætentur omnes*
Pſalm 5. v. 12. *qui ſperant in te: in æternum exultabunt. Alibi: ſperent in te, qui noverunt nomen*
Pſalm. 9. v. 11. *tuum quoniam non dereliquiſti quærentes te Domine. Alibi: ſpes mea ab uberibus matris meæ. Pſalm. 30. v. 1. In te Domine ſperavi non confundar in æternum. Pſalm. 64.*
Pſalm. 21. v. 10. *v. 6. Spes omnium finium terræ, & in mari longè, Pſal. 70. v. 14. Ego autem ſemper ſperabo, & adijciam ſuper omnem laudem tuam. Pſalm. Dominus virtutum beatus homo qui ſperat in te.*

107. Non tamen ſperare debemus à Deo mundi divitias, quibus lautiùs vivamus; nec carnis delicias, quibus diffluamus; nec Aſſueri epulum, quo ſtomachum repleamus; ſed à peccatis reſurgere, mores corrigere, vitam emendare, ac cæleſte, & æternum gaudium. Neque ſpes temeraria eſſe debet, quæ ſolam Dei miſericordiam, & non etiam juſtitiam conſideret, quæque propterea viam vitiis non occludat, ſed emolliat, *ſiquidem univerſæ viæ Domini miſericordia, & veritas, ſeu judicium.* Spes vera, & ſincera eſt, ſicut Magdalena lachrymis madida, quæ utrumque Chriſti pedem amplectitur, & exoſculatur, pedem ſcilicèt miſericordiæ, & pedem juſtitiæ; illo ad veniam accedit ſperando, hoc ad pœnitentiam venit operando; non ſufficit ſperare, niſi qui ſperat, verè reſipiſcat, & pœnitentiæ cultro radices ſingulas amputet vitiorum: id cautè ſpes vera agit, licèt rectè agat, ſuis tamen meritis nil attribuit; & ſtudet per ſubſidia pœnitentiæ divinæ ſatisfacere juſtitiæ, & ſi quid boni habet, id ex ſola Dei largitate fatetur ſibi impertitum: omne bonum in nos derivatum à Deo eſt, & nonniſi peccatum à vitiata noſtra oritur voluntate, & corrupta natura; qua- Serm. 61. in Cant.
propter ait D. Bernardus. *Fremit mundus, premit corpus, inſidiatur Diabolus; non cadam: fundatus enim ſum ſupra firmam petram. Peccavi peccatum grande, turbatur conſcientia, ſed non perturbabitur, quoniam vulnerum Domini recordabor. Ego fidenter quod ex me mihi deeſt, uſurpo mihi ex viſceribus Domini, quoniam miſericordia affluunt; nec deſunt foramina, per quæ effluant. Meum proinde meritum miſeratio Domini.*

DIS

Digitized by Google

DISSERTATIO XVI.

Nulla firmior ſecuritas, quàm quæ Dei nititur timore.

§. I.

Timor, quo pavemus per lethales noxas à ſummo Bono ſejungi, fulcrum eſt, quo noſtra nititur ſecuritas.

1. TImor laxè eſt quævis fuga appetitûs, à quolibet imminente malo, quod poreſt ſequenti tempore obtingere. Preſſiùs verò, ac magis propriè, ut eſt affectus ſpecialis appetitûs iraſcibilis differt à fuga, quæ eſt receſſus à malo ſimpliciter; cùm timor ſit talis receſſus cum addito, quatenus malum, quod timetur, eſt declinatu difficile. Hinc timor propriè eſt averſio à malo, quod oondum obtigit, ſed poteſt contingere, evitato difficile, excluſa certa perluaſione, quòd non ſit eventurum, cùm ſit timor actus averſivus, ac receſivus ab objecto, deber hoc eſſe aliquod malum, quod timeatur, quamvis non ſemper læſivum; extenditur enim ad quodvis diſſentaneum, quod noo ſemper eſt contrarium, nec nocivum: docent enim Mathæſeos Profeſſores, figutam figuræ diſſenraneam eſſe, non conrrariam. Hinc haud difficulter intelligitur, quomodo leo tam ferox beſtia dicatur expaveſcere, ac timere galli gallinacei criſtam, & cantom; non quòd leo gallum timeat, ut ſibi potentem nocere, quaſi non poſſit ab ejus ſe aſſulru defendere; ſed quia canrus galli gallinacei, ejúſque criſta à leone apprehenditur, ut quid ſibi diſſentaneum. Putàrim tamen, leonem non timere propriè galli gallinacei camum, ſed tantùm horrere ad ejus apprehenſionem, adeò ur hic horror manifeſtetur per capillorum ſubſultum, alióſque corporeos effectus; perinde ac ſolemus horrore quodam corripi ad ſubitum, ac inopinum cadaveris occurſom.

2. Quamvis timor conſiſtat in quadam fugà, habeátque pro objecto formali ipſum malum, quod timetur; materialiter tamen poteſt interdum ferri in bonum ſecundùm aliquam habitudinem ejuſdem ad malum, ut docet D. Thomas, adeò ut bonum tunc non ſub ratione boni, ſed tantùm ſub ratione mali, & quidem ardui evitatu, quódque non ſit rotaliter in noſtra poteſtate ſit objectum timoris, io quo ſenſu D. Thomas docet, malum culpæ noo timeri à oobis, quatenus ſitum in noſtra poteſtate, ſed prout poteſt proveoire ab aliqua cauſa extrioſeca inducente nos in malum culpæ, & cui difficulter poſſimus obſiſtere, ut cum inducimur ad peccatum, vel à ſuggerente tentatione gravi, vel à ſocio incitante, vel à coocupiſcentia ſtimulante, vel ab alijs extrinſecis fucatarum voluptatum illecebris, ob quas difficultates nobis obviantes timemus peccatum, quo avertimur à Deo, cui vellemus inhærere, & nunquam ab ipſo ſeparari, in quo ſenſu D. Auguſtious air: *Timore caſto timere juſtos, ne Deus ab ipſis diſcedat; ſcilicet ne per culpam ipſi à Deo ſe avertant:* neque timor ille eſt, de quo ait Joannes epiſt. 1. *pefecta charitas foras mittit timorem:* ſed eſt ille propriè timor, de quo ait David, *Timor Domini caſtus permanet in ſæculum ſæculi:* timor enim, quem perfecta charitas expellit, eſt timor pœnarum, qui oritur ex amore ſui; & timor caſtus oritur ex ipſo Dei amore: hinc timor tripartitur, in ſervilem ſerviliter, quo homo adimplet quidem divina præcepta, séque à culpa abſtinet, ob eum tamen finem, ne mulctam ſubeat, vigente interim ſuperſtite affectu ad ipſam culpam, quam amplecteretur, niſi timore impendentis pœnæ ab ea averteretur. Secundò in ſervilem ſimpliciter, qui poteſt eſſe bonus, vel malus. Tertiò in filialem, qui & caſtus dicitur, & eſt fuga culpæ, præcisè quia eſt offenſa Dei, ac læſiva divini juris. Timor reverentialis eſt etiam ſemper bonus, & reſpicit propriam hominis exiguitatem per comparationem

Quæſt. 42. art. 1.

Quæſt. 47. art. 3.

Tract. 9 in epiſt. Joan.

Digitized by Google

ad divinam magnitudinem ; adeò ut homo qundammodo à Deo reſiliat, & ex tantæ majeſtatis conſideratione dejiciatur in ſnum nihilum ; sbſtineat altum ſapere, vereatúrque ſe nimiùm liberè gerere: ſicut enim ex peopriæ magnitndinis repræſentatione dilatatur animus, ac veluti grandeſcit ; ita ex divinæ magnitudinis repræſentatione qnaſi dsprimitue, ex quo ſequitur propriæ æſtimationis dertactio, & deſpectio.

3. Timor, quo vetemur, pee peccatum à Deo ſejungi fulcrum eſt, qun noſtra nititut ſecuritas, & fundamentum perfectionis, ac ſanctitatis, quaprnprer ait D. Gregnrius. *In via Domini à timore incèpitur, ut ad fortitudinem veniatur:* eſt hic timoe prælutens fax nobis oſtendens, quò ſit eundum, ne à recto abereemus tramite, ſi nns Dux iſte præceſſerit, ad Dei amnrem nos manuducet: opus eſt igitur, paveamns, cum multa præſtiterimus pavenda ; neceſse eſt, timeamus, quia per patratas noxas à ſummn bonn nos avertimus, & quia culpis enmmittendis obnnxij ſumus. Et præſertim locus datur timnri ; quia nos peccâſſe eſt certum; & incertum, an remiſſum ſit nnbis, quod malè egimus. Quis nnn paveat, ſimúlque caveat, ſi ſua infirmitate vatillet in lubrico, nutet in ancipiti, titubet in periculn, & proximus ſit caſui, ae præcipitio? Quòd ſi vie aliquis imbecillis toto impetu à validiore concuteretur adverſarin ad caſum, ut ex caſn præceps rueret è præalta montis rupe; non ne miſer ille juſto timore enrriperetur, cum vires ei nnn ſuppeterent ad impetum retundendum adverſarij? Tametſi nobis videamnr ſtare ; mundus tamen voluptatum illecebris; Cacodæmon falſis ſuggeſtionibus ; & esro ipſa depravatis ſuis concupiſcentijs nos tnio impetu concutiunt, impellnnt, urgéntque ad caſum, & ex caſu ad præcipitium: quis à ſana mente ita dejectus eſt, ut quamvis ſtet, nnn timeat caſum, proinde non ſibi vigilet, ſibíque vel maximè attendat, ex corde paveat, & ex animn caveat, cum utrinque hnſtes urgeant, & pericula immineant, quæ recenſens S. Euſebius Emiſſenus ait. *Tanti laquei objecti ſunt ante pedes animæ noſtræ, tam innumeri hoſtes obſervant, & cuſtodiunt iter noſtrum, tantæ foveæ, & tanta prærupta, tantæ rerum difficultates interjacent inter nos, & finem noſtrum: quia ipſa, quæ per ſe arcta, & ardua eſt via, tantis ſpiritualium latronum inſidijs obſidetur: tantos ſcopulos, tantósque fluctus nos tranſire neceſſe eſt, & putamus nos de præteritis debere eſſe ſecuros?*

Mod. Ad Monach. Homil. 9.

4. Firma non eſt noſtra ſecuritas, nec diu ſtare poteſt, quin cadat, niſi Dei innitatur timore: hinc Suſanna, quia hoc Dei timnre innitebatur, malnit in manus hominum cadere, quàm ſenum impuris adhæreſcere deſiderijs, ac inſanientiom ſatisfacere concupiſcentiæ ; ne ſcilicet à Deo per peccatum ſe averteret ; quia lapſum timuit, incnncuſſa ſtetit; maluit in manus hominum incidere, quàm Dei gratiâ excidere ; ſed à Den protecta, illæſa de hnſtibus triumphavit. *Melius eſt mihi abſque opere incidere in manus veſtras, quàm peccare in conſpectu Domini?* & quia peccatum hnrruit, culpam expavit, & ne caderet, timuit ; ſtetit ſecura, & nos docuit ; tunc firmiùs noſtram ſtare ſecuritatem, cùm Dei nititur timore ; vicit Snſanna hoc nbarmata timore, antequam luctaretur, hoſtes non timuit, quia Deum extimuit ; generoſa eſt obluctata, quia Dei timore ſolicitata, ac munita ; non enim à ſcelere ſe ſe inhibuit, aut metu viri, aut ſuſpicione infamiæ, ſed qnia Deum timuit, quia peccatum exhorruit: *Melius eſt mihi abſque opere incidere in manus veſtras, quàm peccare in conſpectu Domini:* nnn meminit famæ, nec hominis, ſed ſolius Dei.

Daniel. 13. v. [illegible]

5. Noluit inſanientium libidine ſenum vntis aſſentiri, nnn quia dedeceat Maternam ſuo ſanguini nntam inurere, nobilitatis claritatem infuſcare, & propriam lædere famam, fœdare hoonrem, ac probam deturpare npininnem, ſed ideo fuit inſultantibus ad libidinem ſenibus generosè nbluctata, & inconcuſſa ſtetit, omnésque retudit aſſultus, cnmpeſcuit impetus, coërcnit ſtimulos, & victrix triumphavit, quia Deum timuit: *Melius eſt mihi abſque opere incidere in manus veſtras, quàm peccare in conſpectu Domini.* Hoc Dei timore loricata omnes coërcuit impetus adverſantium, ideò mnnſtra libidinum repreſſit, ac proſtravit, quia non humanis, ſed divinis armata telis pugnavit: nil excngitavit humani, ideóque divinè triumphavit: non quæſivit, an turpe ſcelus, ad quod nitebantue ſenes eam pertrahere obtegi poſſet, ne ejus fœditas in civitate malè oleret ; ſed Deo adhærere ſtuduit, quem offendere timuit, & mnri maluit: *quàm peccare in conſpectu Domini*, & quamvis ſcitet omni omnino ſuſpicione ſceleris ſe caſituram, ſi cum ſenibus deprehenderetur, cum capitis nivea canities cenſeatur aptior extinguendis in corde fœdæ libidinis flammis: quia tamen intellexit apud Deum ſe ream futuram, ſi votis annuiſſet prnvocantium ad libidinem ſenum; quia Deum timuit, fortitee ſtetit: *Melius eſt mihi abſque opere incidere in manus veſtras, quàm peccare in conſpectu Domini.* In lucta cum vitijs ineunda nul-

nullum telum hoſti proſternendo accommodatius Dei timore ; hoc ſolo rebellantis concupiſcentiæ retunduntur ſtimuli , urgentis dæmonis coërcentur impetus, tentationum adſultus compeſcuntur, & voluptatum illecebræ, quibus nos mundus laceſſit, viribus deſtituuntur. Hoc utamur telo, ſeu Dei timore, ſi vitiorum phalanges proſternere ſatagimus; rejiciamus humanæ prudentiæ tum ſcota , tum gladios; ideo Suſanna non cecidit, quia non arundineo humanorum timorum bacillo, ſed inflexili Dei timoris fulcro innitebatur.

6. Strabus Fuldenſis in Gloſſa morali cenſet Suſannæ nomen interpretari Dei timorem, & pulchritudinem; & quia fœminea venuſtas Dei timore muniebatur, nil contraxit fœditatis : & gemina ornata pulchritudine corporis , & animi ; vultus, & mentis tecta virtutis præſidio fuit, & à Deo protecta. Duo præcipuè in Danielis hiſtoria narrantur , quæ ad Suſannam ſpectant. Primò quòd ſenes ætate jam frigida , & ad venerem inertes in ejus exarſerint concupiſcentiam ; & flammæ fœdæ libidinis ſub canitiei nivibus foveri potuerint , cùm frigus ætatis ſenio confectæ, ac viribus deſtitutæ æſtum omnem libidinis excutiat. Secundò quòd Suſanna maluerit mortem , ac ſuſpicionem adulterij ſubire , quàm à legis obſervantia deficere : quòd emortuam in ſenibus inflammaverit libidinem , vitium fuit concupiſcentiæ , quæ licèt ſepulchro proxima , & jamjam extinguenda, ſuas plerumque extremas vires exerit ; perinde ac extremæ lychni reliquiæ , quæ cùm extinguuntur , aſſolent illuſtriùs clareſcere , ſuáſque totas vires exerere : quòd verò Suſanna has flammas evaſerit , nec quidquam ab jiſdem hauſerit læſionis Dei debetur timori , qui non fuit paſſus, illam ab eo , quod lex divina præſcribit, declinare.

7. Pulchra fuit Suſanna , & in venuſtate illiciū fovit ſenum libidini accendendæ non ineptum ; ſed quia pudicitiæ ſtuduit , & Dei timore præmunita, ſecura fuit ; unde Euſebius ait : *Magna illa commendatio Suſannæ fuit timuiſſe Deum : hoc eſt nihil timuiſſe præter illum, cujus timor ſecuritas eſt.* Non commendatur timiditas Suſannæ, quæ vitio potiùs vertitur imbecillitati naturæ ; nec laudatur nudus timor , qui nutantis animi eſt fœtus ; ſed timor Dei ſummis in ipſa laudibus excipitur *Et erat vir habitans in Babylone , & nomen ejus Joachim , & accepit uxorem nomine Suſannam filiam Helziæ pulchram nimis , & timentem Deum :* tuta ſtetit pulchritudo , quia timore Dei innixa , nulla fuit fœditate deturpata , quia Dei timore cuſtodita. Tametſi rarus ſit nexus , & inſolens cuſtodia pulchritudinis cum honeſtate , in Suſanna tamen cum lilio caſtitatis efflоruit roſa pudoris , ac pulchritudinis ; quæ licèt ſit amoris alieni illicium , & fomes concupiſcentiæ ; ſi tamen Dei cuſtodiatur timore , eò vernat flos pulchritudinis tutior , quò ſpinis timoris circumcingitur arctior : intuta enim eſt pulchritudo , quæ Dei timore viduatur , & ea ſtat tuta, quæ Dei timore vallatur; pulchrè Tertullianus. *Non de integra conſcientia venit ſtudium placendi per decorem , quem naturaliter invitatorem libidinis ſcimus :* & paucis interjectis ſubdit. *Qui præſumit , minus veretur , minus præcavet , plus periclitatur. Timor fundamentum ſalutis eſt , præſumptio impedimentum timoris : utilius ergo ſi ſperemus nos poſſe delinquere : ſperando enim timebimus , timendo cavebimus , cavendo ſalvi erimus : qui ſecurus agit , non eſt ſollicitus , non poſſidet tutam , & firmam ſecuritatem :* cenſet Tertullianus , aſylum pulchritudinis timorem eſſe Dei , & florem venuſtatis nullibi tutius vernare , quàm in ſinu timoris Dei ; ea ènim facilè pulchritudo devenuſtatur , ac conteritur fœdata , quam timor Dei non tuetur.

Tunc triumphat , ac vincit pulchritudo , quando timore Dei obarmata hoſtiles impetus coërcet , & adverſarios inſultantes retundit ; tunc virtutis pulchritudo incrementum ſubit, & vires ſuas adauget , cum Dei timore innititur ; ideo Suſanna pulchra nimis adſtruitur, quia timore Dei armata. *Et accepit uxorem nomine Suſannam filiam Helziæ pulchram nimis , & timentem Deum :* ne credas , quid aliud eſſe hanc pulchritudinis acceſſionem , quæ elogium promeretur nimietatis , quàm ipſum timorem Dei , *pulchram nimis , & timentem Deum ;* timor non ſolùm venuſtatem cuſtodit , & tutatur ; verùm , & incrementat , ut notavit Strabus Fuldenſis , inquiens : *Dei timore venuſtas corporis roboratur , ſicut fuit in Suſanna , de qua dicitur : pulchram nimis , & timentem Deum :* niſi venuſtas corporis Dei adipetur timore , vires deperdit , langueſcit , ac defloreſcit ; tenellus , ac delicatus nimis eſt flos pulchritudinis , quem ſi Dei timor non nutriat , ac corroboret , exareſcit, ac deficit , ni hoc fulcro innitatur , ſtare nequit : marcida enim fugitiva , ac caduca eſt venuſtas , quam Dei timor non roborat.

Hom. 8. c. 3.

Daniel. cap. 13.

De cult. fœmin. cap. 2.

Daniel. cap. 13.

In Gloſſa Moral.

datus ſum: ideſt cùm cœpit Dei timore corripi, tunc incepit bene velle, quod diu malè noluit; & timor Dei undas coërcuit, ac tutiorem cuſtodivit in ventre ceti deglutitum Jonam, quàm in carina navis ſomno ſopitum.

12. Quòd ſi frigus aquas conglaciat, ne fluant, timor Domini cor conſtipat, ne diffluat: quod enim modò flumen eſt, ac blandè diffluit, quia aura lenis tepeſcit; ſi hyemem expectes concreſcet in glaciem; & erit iter, quòd modo eſt unda; & onuſta plauſtra ſuſtinebit, quod nunc exigui lapilli onus ferre detrectat. Qui Deum timet Jordanis inſtar non ſolùm fluet, ſed magis refluet: & ſi quid obduruit in glaciem, liqueſcet ſalubrem in humorem, Pſalm. 147. v. 7. *Emittet verbum ſuum, & liquefaciet ea:* Deus enim non igne gladium diſſolvet, nec æſtu, ſed verbo: *emittet verbum ſuum*, hoc autem verbum tunc emiſit, cum *Verbum caro factum eſt, & habitavit in nobis*, induit noſtram humanitatem, quò Deum mitem, ac humanum experirentur, qui eum timent, Lu. 2. v. 50. hinc etiam Deipara ait: *Et miſericordia ejus à progenie in progenies timentibus eum.* Sed quæ cohærentia Deiparæ cum timore: quid timuit Virgo Mater, ſi fuit à peccato immunis, & à peccandi illecebra omnino tuta. Immunitas à quavis nota omnem potiùs debuit umbram excutere timoris; & tamen gemmam divinæ miſericordiæ plumbo inſerit timoris: *& miſericordia ejus à progenie, in progenies timentibus eum;* nimirum ea eſt timoris Dei præſtantia, ut vel ipſam Dei matrem habuerit præconem: timentes Deum miſericordiæ rorifero imbre perfunduntur, quo reliquarum omnium virtutum alunt flores, quibus ornantur.

13. Lilium eſt virtus, floret hæc candidior, ſi ſpinis circumvalletur timoris. Cant. 2. v. 2. *Sicut lilium inter ſpinas:* Sponſa diu dilectum ſuum in lectulo quæſierat, quem tamen non invenerat, ſed fortaſſis, non invenit, quia Cant. 1. v. 17. floridus erat lectulus. *Lectulus noſter floridus:* ſi ſpineus fuiſſet, & non floridus; ſi timor vepretis eum cinxiſſet, non amor floribus ſtipâſſet, ab eo ſponſus non abfuiſſet. Hac de cauſa vulneratæ, ac deſpoliatæ ſponſus occurrit dilectæ, quam tamen dolore expertem contempſit. Sed cur fruſtra quæſitum ſponſum in florulento thoro, putamus poſtea ad oſtium ſponſæ cucurriſſe, pulſâſſe, vocâſſe, imò & rogaviſſe, & ardentem introeundi præſetuliſſe cupiditatem aſſerendo, ſe etiam guttis noctium madefactum, hoſpitio indigere? undénam poſt paſſam repulſam tanta in ſponſo cupiditas cubiculum ſponſæ ſubeundi, cùm quæſitus in lectulo florulento noluit inveniri? quia nimirum id interfuit diſcriminis inter lectum, & cubiculum ſponſæ, quia lectus floribus diffluebat deliciarum, roſis florebat amoris, ſed abſque ſpinis timoris; & quia intutus eſt ille amor, quem Dei timor non fulcit, ideo renuit reperiri quæſitus in lectulo: bene tamen ſategit cubiculum ingredi, eò quia flagrabat in eo myrrha, manus enim ſponſæ feruntur, in ipſo myrrham diſtillâſſe probatiſſimam: & quia myrrha timori eblanditur, ideo tutiorem credidit in cubiculo amorem ſponſæ timori aſſociatum, quàm in lecto floribus ſtipatum; ideoque ſponſus ſe florem quidem dixit, non tamen hortuli ad venuſtatem, & delicias conſiti; ſed campi, ubi ſenticeta non deſunt, nec vepreta ſuccreſcere, ideóque cum aromatibus myrrham demeſſuit in horto, & in pectore ſponſæ nonniſi myrrheis faſciculis involvi voluit: & nonniſi in rubo ſpinis obarmato, & flammis obſeſſo apparuit Moyſi; in medio accenſæ fornacis luſit cùm pueris flammeus non inter flores hortorum; nec inter luxuriantia pratorum vireta, ſed inter eremi ſenticeta turbas pavit præ fame deficientes: in domo Phariſæi potiùs quàm in palatio prædivitis diſcubuit, quia amaritudine pœnitentis Magdalenæ ſaginandum ſe noverat.

Hinc Chriſtus granum ſe nominat mortificandum inter ſtipulas, liliúmque inter ſpinas, & licèt deſcenderit in hortum, non tamen credas, ubi flores deliciis diffluerent, ſed ubi myrrha ſuam perfunderet amaritudinem: floribus quidem fuit delectatus, ſed quos ſpinæ cingerent, ſeu placet ipſi virtutum cultura; ſed quam timor Dei fulcit; quia timor Dei concupiſcentias extinguit, pravos affectus excutit, libidines coërcet, caſtitatem excolit, cordis munditiem ſtabilit, mentem irrigat, & carnem configit, ne inſoleſcat, quapropter ajebat David. *Venite filij, audite me: timorem Domini docebo vos.* quia ex unico Dei timore perinde, ac ex pellucido fonte rivuli ſcaturiunt cæterarum virtutum; inde emanat juſtitia, erumpit charitas, exilit temperancia, fluit caſtitas. 14. Pſalm. 33.

Eſt timor Dei, qui frænum pravis omnibus inijcit affectibus, paſſiones mitigat, concupiſcentias frænat, iras extinguit, odia abigit, mala deſideria excutit, triſtitias pravas coërcet, amores impuros compeſcit, & totum hominem redintegrat, ac beatum efficit: eſt ſiquidem hic timor, quo virtutum culturæ addictus non caſu, ſed amore timet; non neceſſitate, ſed voluntate; non culpâ, ſed religione; quia Deum timet, non naturam; ſummum bonum, non malum ullum, quod imminet: idque cauſæ cur David altiùs hoc timore concuti exoptavit. *Confige timore tuo carnes meas: à judiciis enim tuis timui:* nimirum enixim rogavit, ut ejus caro Dei configeretur timore, quia cohibendis inſoleſcentis concupiſcentiæ motibus; ſiſtendis carnis ſubſultibus; coërcendis luxuriantis appetitus illecebris, nullum timore Dei frœnum opportunius. Carni confixum eſſe expetijt, 15. Pſalm. 118. v. 120.

tuarum ibunt, in ſplendore fulgurantis haſtæ tuæ.

19. Quòd ſi Joannes in Aporal. vidit Angelum Sardium proſtratom, & veluti enectum, eò quia ejus opera quantomvis proba, ac honeſta, qoia tamen plenè perfecta non erant, ſupplicium illud ſubjit: quis non timeat, & contremiſcat, ſi propria perpendens opera, ea videat non plena honeſtatibus, ſed oppleta fœditatibus? quomodo vitam hi poſſunt ſibi polliceri immortalem, quorum opera nonniſi cruciatûs ſupplicia, & mortem merentur? audi ob quam cauſam Sardius Angelus mortuus Apocal. 3. 1. dicatur: *Scio opera tua, quia nomen habes, quòd vivas, & mortuus es*: & nonnullis interjectis addit: *Non enim invenio opera tua plena coram Deo meo:* non quia honeſta non fuerint opera ejus, ſed quia plena non erant, ſeu cum toto perfectionis, ac honeſtatis incremento; ob id dicitur non languere, nec tepeſcere, ſed emori, *quia nomen habes quod vivas, & mortuus es:* nomen enim Angeli indicat officium ſubſtantiæ ſpiritoalis ab omni materiei craſſitie defœcatæ, proinde quæ minimè ſit corruptioni, ac interitoi obnoxia, ideóque dicitur Angelus nomen habere, quòd vivat; & nihilominus mortuus eſt, eò qoia ejus opera plena non fuerint coram Deo. Væ iis, quorum opera non ſolùm plena non ſunt, ſed omni deſtituta honeſtate nonniſi vitiorum redolent fœditates! hi non languent, ſed mortui jacent, & niſi quantocius reſipiſcant & in timore, ac tremore ſatagant fuſis lachrymis quas contraxerunt ſordes diluere, actum de ipſis eſt.

20. Scio Deo noſtram innoteſcere imbecillitatem, & Davidem apertè id aſtruere: Pſalm. 102. v. 14. *Quoniam ipſe cognovit figmentum noſtrum*: fateor, Deum compati infirmitatibus noſtris, & propterea imbres roriferos ſuæ miſericordiæ in nos effundere; ſed ſi reſipiſcamus; ſi culturæ virtotum noſtras admoveamus manus; ſi Dei timore præmuniti vitia declinemus; à noxis abſtineamus: inſoleſcentis concupiſcentiæ, ac libidinoſos omnes motus coërceamus, cogitationéſque imporas illicò excutiamus ex timore ne à ſummo Bono avertamur: hoc muniti timore, qoo à delictis omnibus cavemus roſcidas experimur divinæ miſericordiæ pluvias, quibus tellus cordis noſtri rigata flores germinat virtutum: audi Davidem: Pſalm. 102. v. 17. *Miſericordia autem Domini ab æterno, & uſque in æternum ſuper timentes eum*: miſericordia quidem ab æterno, & uſque in æternum, non tamen ſupra laſcivientes, ſed ſuper timentes; non ſuper vitijs indulgentes; ſed ſuper virtutum culturæ ſtodentes.

21. Innumera propemodum ſunt ſcripturarum teſtimonia, quæ apertiſſimè nos monent, ut cùm timore noſtram perficiamos ſalutem, Chriſtus ipſe aperiens ſenſum ſcripturarum Apoſtolis, ut eas intelligerent non fuit locutus de mundi delicijs; ſed de ſuæ paſſionis ſupplicijs, non recenſuit carnis blandimenta, ſed ſpinarum tormenta; non voluptates, ſed clavos; non theatra, ſed crucem: *Tunc aperuit illis ſenſum, ut intelligerent ſcripturas, & dixit eis: quoniam ſic ſcriptum eſt, & ſic oportebat Chriſtum pati, & reſurgere à mortuis tertia die, & prædicari in nomine ejus pœnitentiam, & remiſſionem peccatorum.* Luc. 24. v. 45. Ecce cùm aperiuntur ſcripturæ, non deliciæ commendantur, ſed ſupplicia inſinuantur; non flores ſpargontur, ſed ſpinæ offeruntur; non convivia inſtituuntur, ſed cruces apparantur; non voluptates recenſentûr, ſed dolores indicantur; quò inde diſcamus, ſi velimus cum Chriſto reſurgere, non voluptatum illecebris indulgere, ſed vitia quæque coërcere; non floribus deliciarum coronari, ſed Dei timore corripi, & à voluptatibus coarctari.

Quòd ſi dicas, reſurrectionem, & peccatorum remiſſionem nobis promitti in 22. ſymbolo; id non inficior, ſed velim ſcias, ſcripturam, & Apoſtolos, reſurrectionis, ac peccatorum remiſſionis meminiſſe poſt explicatam Chriſti patientis ſupplicia, & mortem, quò diſcamus, & nos per ſupplicia, & pœnitentiam reſorgere à peccatis, & præeunte Dei timore rectè procedere per ſemitas virtutum. Ver reſurrectionis iis tantùm floret, quos dolorum hyems oppreſſerat; *Solitudo florebit quaſi lilium*; & Iſaia 35. ij dicuntur diem agere lætitiæ, quos triſtitia preſſerat, & reſipiſcentia ex eorum oculis lachrymas elicuerat, quibus quas contraxerant ſordes abſtergerent: alioquin deliciarum addictis lenocinio, ac illecebrarum indulgentiæ non faſciæ promittuntur, ſed ſupplicia; non remiſſio, ſed oppreſſio; non flores, ſed vepreta; non ſceptra, ſed ſecures: *Et erunt, qui beatificant populum iſtum ſeducentes, & qui beatificantur præcipitati. Propter hoc ſuper adoleſcentulis ejus non lætabitur Dominus, & pupillorum ejus, & viduarum non miſerebitur: quia omnis Hypocrita eſt, & nequam, & univerſum os locutum eſt ſtultitiam.* Iſaia 9. v. 16.

Niſi frœnum timoris Dei pravis noſtris injiciatur concupiſcentijs, inſurgunt iſtæ, 23. & inſoleſcunt, noſque per declivia vitiorum agunt præcipites, quapropter nos monet Salomon *Proverb. 3.* ut hoc Dei timoris frœno carnem noſtram coërceamus, ac pravos quoſque affectus compeſcamus: *Time* Prov. 3. *Deum, & recede à malo: ſanitas quippe erit umbilico tuo* (ſeu ut Syrus legit *carni tuæ*) *& irrigatio oſſium tuorum*, ſeu ut interpretatur Rabbi Salomon *medulla animæ* irrigabitur rorifero divinæ gratiæ imbre, & effloreſcet in virtutum delicias: ubi enim textu Latino legitur *irrigatio oſſium* Theodoſion vertit *Perfuſio*, & Aquilia *potio*, ſed cur timor Dei, ad quem nos Salomon hortatur carnis dicitur *potio*, ac *perfuſio*, ſeu *oſſium*

irriga-

irrigatio? Non alia ſuſpiceris de cauſa, niſi quia concupiſcentiæ æſtu caro noſtra exareſcit, & oſſa exſiccantur, proinde indigent caſto Dei timore, veluti rorifero imbre, cujus perfuſione, ac irrigatione reviviſcat, reficiatur, & amputatis vitiorum vepretis aſſueſcat virtutum floribus producendis: pulchrè S. Zeno Veronenſis ait: *Non habet concupiſcentia locum, ubi patientia dominatur, ubi vivitur ſobriè, ubi mors timetur: imò hunc timorem (quod eſt verius, ac juſtius) transfert ad Deum, & quale illud ſit repentè extinguetur incendium.*

Serm. de continent.

24. Ne libidinis æſtu exſiccentur oſſa, & eorum exareſcant medullæ, ſeu ne anima ſuo deſtituatur vigore, & ne dumetis vitiorum obruta ſemper jaceat in ſqualore, acceſſendus eſt roſcidus Dei timoris imber, cujus beneficio ejus reficiatur ariditas, & niſi ſalubris hæc pluvia in animam ceciderit noſtram, in gehennæ favillas diſſolvimur, cujus incendium hac benefica irrigatione excinguitur, ut ait Zeno, *quale illud ſit repentè extinguetur incendium*: ſi timor Dei abſit, inſoleſcit concupiſcentia, flammas accendit ſuas, quibus non ſolùm caſtitas, ſed & totum reliquarum virtutum cineſcit ornamentum. Cùm igitur concupiſcentia ſcintillat, flammáſque libidinum flabellat, præſtò ſit timor Dei, quo veluti benefica irrigatione concupiſcentiæ flammæ extinguantur, & medullæ oſſium irrigentur, ſeu reficiatur anima. *Time Deum*, ait Salomon, *& recede à malo. ſanitas quippe erit umbilico tuo, & irrigatio oſſium tuorum.* Eſt enim Dei timor ſanctus, qui omnem abigit vitiorum nequitiam, ac fœdæ concupiſcentiæ extinguit æſtum, & ſolùm liliis caſtitatis, roſæ charitatis, & floribus reliquarum virtutum confœderatur, quapropter Regius Vates occinit: *Timor Domini ſanctus permanens in ſæculum ſæculi.* Vocat timorem ſanctum, eò quia ſanctitatem foveat, culturæ virtutum faveat.

Pſalm. 18.

25. Eſt timor iſte etiam reverentialis, quo etiam ipſi cœlites afficiuntur: cùm enim cognoſcant, ac ſuſpiciant immenſam ſupra ſe Dei potentiam, majeſtatémque venerandam, in cujus oculis de ſplendore magnificæ gloriæ nihil eſt omnis creatura; hanc Numinis Majeſtatem cœlites omnes reverentur, & ſacro timore Dei adorant Majeſtatem; eſt tamen timor iſte, qui non perturbat, ſed confortat; non confundit, ſed corroborat; non titubat, ſed ſtat inconcuſſus, quia *beatus*, ut ait D. Fulgentius, *non timet formidine criminis, ſed robore firmitatis, & firmitate virtutis*; eſt enim ſacer timor, qui mentem ſolatur, ſpiritum recreat, animam corroborat, ſcitè Auguſtinus ait: *Timor caſtus permanens in ſæculum ſæculi, ſi erit in futuro ſæculo, non erit timor exterrens à malo, quod accidere poteſt, ſed tenens in bono quod amitti non poteſt. ubi enim boni adepti amor immutabilis eſt, profectò ſi dici poteſt mali cavendi timor ſecurus eſt. Timoris quippe caſti nomine ea voluntas ſignificata eſt, qua neceſſe erit nos nolle peccare, & non ſolicitudine infirmitatis, ne fortè peccemus, ſed tranquillitate charitatis cavere peccatum.* Perſpicuè ediſſerit D. Auguſtinus hujus beati timoris arcanum, cùm aſſerit, non procedere de ſolicitudine infirmitatis, ſed de tranquillitate charitatis; & vult, nos eodem munitos, ut peccata caveamus, pericula declinemus, & pravos quoſque affectus, ac concupiſcentias coërceamus.

Lib. 14. de civit. cap. 9.

Ob id enim David petierat hoc timore ſuas configi carnes: *Confige timore tuo carnes meas*, ſeu ut textus græcus legit: *Confige clavis à timore tuo carnes meas*, quæ verba expendens Origenes in catena Græcor. Patrum appoſitè ad rem noſtram ait: *Is, qui clavis affixus eſt, crucifigitur. Quæro igitur crucem; & quæro num fortè crux ſit timor Dei: etenim Salvator dixit, qui non accipit crucem ſuam, & ſequitur me, non eſt me dignus.* Eſt timor Dei crux Chriſti, quâ cœlum nobis reſeravit, imò eſt & ipſum ſceptrum, quo nobis imperavit, nóſque devios rexit, idque haud obſcurè videtur indicâſſe David: *Reges eos in virga ferrea*, loquitur Deus filio ſuo unigenito noſtra induto humanitate, eique injungit, ut non aliter, quàm in virga ferrea nos regat, ut ſcilicet caſto timore nos in officio contineat, quos pretioſo ſuo ſanguine acquiſierat, & pretio ſuæ paſſionis redemerat. Itane in id audaciæ deveniet homo, ut cùm ſit putredo, & vermis, nitatur excutere à Chriſti Domini dextera ſceptrum caſti timoris, à Deo Patre datum, ut in virga ferrea nos regat, dirigátque per viam ſalutis? non ſceptrum in dextera Chriſti collocavit, quod auro niteret, gemmíſque rutilaret, ſed ferri duritie, ac aſperitate potiùs terreret: monet Deus Filium ſuum, ut nobis virgam exhibeat ferream, & nos ita deſipimus, ut flores locatos velimus in dextera Chriſti? non flores, non delicias, ſed clavos, & ferream virgam locavit Deus Pater in manu æterni ſui filij.

26. *Pſalm. 118.*

Pſalm. 2. v. 9.

Si dicas, Chriſtum ſanguine ſuo noſtras abſterſiſſe ſordes, quas peccando contraximus; pretio ſuæ paſſionis à tartareo nos redemiſſe famulatu. Id fateor, ſed inficior, inde ſequi, non eſſe à nobis timendam virgam ejus ferream, quam voluit æternus Pater ei exhibere, ut pio timore correpti noſtram cum tremore operaremur ſalutem: fateor in cœlis beatas illas mentes lætitiâ circumfundi, & Canticum præcinere miſericordiæ, ſed poſt timores, ac terrores tubarum poſt initos conflictus, & relatas de profligatis vitijs, de proſtratis concupiſcentijs, coërcitis pravis affectibus victorias: quia cœlites caſto hoc timore, ſe contra vitia armârunt interris, ideo lætantur in cœlis, ubi æternas concinunt Deo laudes, & voces emittunt lætitiæ; nimirum 27.

in

Apocal. 19. v. 1. in cœlo; *Poſt hæc audivi quaſi vocem turbarum multarum in cœlo dicentium alleluja*: nimirum voces emittunt turbæ lætitiæ, ſed in cœlo ubi à flagitijs ſunt tuti, à vitijs alieni. Placet vox lætitiæ, ſed in cœlo obi nullum ampliùs peccandi periculum imminet. Si dicas in terris ſymbolum pacis, & miſericordiæ, ſeu ramum olivæ ad Arcam reducem columbam detuliſſe; id non diffiteor, ſed columba fuit, quæ virentem oleam ad Arcam detulit, non corvus, quò nimirum intelligeremus, non impijs, aut procraſtinantibus, ſed innocentibus miſericordiam adblandiri. Cæterum nec in ipſo regno ſecuritatis vacua fuit à pio timore ipſa exultatio, cùm enim Cœlites illi vocem emitterent lætitiæ pio quodam correpti timore proni cecidêre: Apocal. 19. v. 4. *Ceciderunt ſeniores viginti quatuor*, id eſt tremefacti ac proni in terra, cum voces depromerent lætitiæ; adeò timor Dei cœlitibus etiam adhæreſcit, ut nec in cœleſti patria ſinu timore exultet lætitia, quæ caſto etiam ibi gaudet timori confœderari.

28. Quòd ſi vox lætitiæ ibi audita fuit, non tamen cenſeas ab alio exilijſſe, quàm ab eodem timoris fonte, quò deprehenderemus, ab eadem ſcaturigine timorem oriri, & lætiApocal. 19. v. 6. tiam: *Sicut vocem tonitruorum magnorum dicentium alleluja*: erupit, nimirum è tonitruis, quæ timorem incutiunt, blandimentum lætitiæ; quia hæc nonniſi pio timori confœderatur, & ab eo ſuam trahit originem: ſi enim pius, & caſtus præceſſerit timor, viam hic ſtravit ad cœleſtem lætitiam, quia æſtus concupiſcentiæ extinxit, fomites libidinis ſopivit, illicia voluptatum utpote peccatis præludentia excuſſit, pravorum affectuum nequitiam proſtravit, & per gradus virtutum ad cœlum conſtruxit aſcenſum. Non credas, inter flores deliciarum veram in terris vernare lætitiam, quæ in cœlis nonniſi inter fulgura, & tonitrua exultat: *ſicut vocem tonitruorum magnorum dicentium alleluja*. Exultemus quidem, ſed non in hortis; ſed inter fulgura; lætemur, ſed inter tonitrua: hoc eſt; noſtrum gaudium ſit timor Dei, quo veluti excuſſo fulmine, vitia quæque proſternamus.

§. IV.

Qua Dei timori ſpes nubit, veram gignit probitatem, & æternum parturit gaudium.

29. NOn me latet, Regium Vatem non ſolum timore correptos, ſed etiam in Deo ſperantes excitare ad lætitiam: Pſalm. 5. v. 12. *Et lætentur omnes qui ſperant in te, in æternum exultabunt, & habitabis in eis*: Bene eſt quòd ſperantes excuſſo quovis mœrore, lætitiâ perfundantur; ſed ſpes eſt, quam probitas morum, & timor Dei in tellure cordis noſtri reſipiſcentiæ, & pœnitentiæ aratro proſciſſa excoluerunt: quæ ſit hæc ſpes, definit Evangeliſta inquiens: *Et omnis qui habet hanc ſpem in eo, ſanctificat ſe, ſicut & ille ſanctus eſt*, præſupponit hæc 1 Joan. 3. v. 3. ſpes, è cujus virore lætitia germinat ipſum Dei timorem vitia quæque abigentem, & ſanctitatem invehentem: *omnis qui habet hanc ſpem ſanctificat ſe*, id eſt, timet vitijs coinquinari, & ſtudet virtutibus exornari, quibus ſanctitas promoveatur: qui habet hanc ſpem in eo ſanctificat ſe; quia non ſpes, ſed præſomptio eſt, quæ à Dei timore ſejungitur, & quæ à ſcelere non expiat: niſi ſpes Dei nupſerit timori, ſanctitatem non gignit, ſed ſcelus parturit; non ſperantem ornat, ſed fœdè coinquinat: quapropter idem Evangeliſta 1. Joan. 3. v. 7. ſubdit: filioli nemo vos ſeducat. *Qui facit peccatum ex Diabolo eſt*, hoc eſt, non ovis innocens ex Chriſti grege, ſed hircus ex Dæmonis ſtabulo: timor enim Dei incumbit in id ſtudij, ut vitia quæque declinet, à noxis ſe avertat, & peccandi occaſiones veluti gehennales hiatus diffugiat, ne præceps in orcum ruat; lætantur igitur, qui ſperant in Deo, ſed ſi ita ſperent, ut ſimul timeant; ſi animum erigant, ut ſenſu ad vitia non ſe deprimant.

Timor Dei fulcrum eſt, quo qui nititur, non cadit, & ſola ſpes, quæ huic conſociatur timori, eſt, quæ veram progignit lætitiam, idque innuit Regius Vates: *Et* Pſalm. 33. v. 23. *non delinquent omnes qui ſperant in eo*. Si dicas, Deum miſericordem eſſe, & ad ignoſcendum pronum; id nemo eſt, qui eat inficias, miſericors eſt, in noſtra flectitur vota, nobis ignoſcit peccantibus; ſed ſi nos videat reſipiſcentes, & lachrymis contractas ſordes eluentes, ac Dei timore correptos, & præmunitos, quò valeamus & voluptatum illecebris, ac deliciarum illicijs obſiſtere, vitia expugnare, & pravos quoſque affectus proſternere. Cæterum Deus ſicut miſericors eſt, ita & juſtus, ut unum attributum ſejungi ab alio non poſſit, idque ediſſerit Joannes, ubi Deum deſcribit equo inſidentem albo, ſed veſtitum veſte aſperſa ſanguine, de cujus ore gladius procedit acutus inquiens: *Et ecce* Apocal. 19. v. 11. *equus albus, & qui ſedebat ſuper eum vocabatur fidelis, & verax, & cum juſtitia judicat, & pugnat, oculi autem ejus ſicut flamma ignis, & veſtitus erat veſte aſperſa ſanguine. Et de ore ejus procedit gladius acutus, ut in ipſo percutiat gentes. Et ipſe reget eos in virga ferrea.* Per blandimentum candoris, non obſcurè attributum indicatur miſericordiæ; ſed veſtis aſperſa ſanguine, & gladius acutus ex ore procedens juſtitiam prodit. Ut etiam oculi ignei, os armatum, ſceptrum ferreum juſtitiam deſignant, non enim veſtis ſanguine rubens oſcula indicat, ſed funera prodit; non blandimenta ſignificat, ſed inflicta vulnera ſubindicat. Addit Joannes: *Et ipſe* Ibidem. *calcat torcular vini furoris iræ Dei omnipotentis.*

tentis. Et habet in veſtimento, & in fæmore ſuo ſcriptum Rex Regum, & Dominus dominantium. Hæc autem inſcriptio Regis in femore inouit, Deum nec poſſe oblivisci, nec velle præterire crimina, quæ humanæ ſolent fragilitati indulgeri: in femore Regis juſtitiam, & poteſtatem exercet, quia quæ ex femore prodeunt ſcelera, ſeu quæ ex concupiſcentia erumpuot impuræ flammæ, ad peccatum excitant, & Dei vindicis irritant juſtitiam: & ibi experimur Judicem, ubi patrem ſperabamus: ubi enim pater erit, ſi ibi Rex eſt, & judex, ubi homioes ſolent patres inſcribi? quæ ab humana prodeuot fragilitate ſcelera, non patrem in femore, ſed Judicem inveniunt, qui nec in femore Regiam deponit ſeveritatem. An non puniet odia exitialia, invidias corrodeotes, iracundias exardeotes, crudelitates ſævientes, qui nec carni ipſi, nec femori
Ibidem 1. parcit. *Et percutiet terram virgâ oris ſui, & ſpiritu labiorum ſuorum interficiet impium. Et erit juſtitia cingulum lumborum ejus.* Verùm ſi hæc aget in viridi cùm apparebit, ut
Iſaia 11.4. flos, tunc enim ait Iſaias: *Egredietur virga de radice Jeſſe, & flos de radice ejus aſcendet.* Quid continger io arido?

31. Si dicas, plures à Numinis miſericordia ſalvari, quàm perdat juſtitia, cùm in nuptiis unum duotaxat è cœna juſſerit in tenebras trahi; ſed vel hæc unius excluſio è cœna terrorem iocotit, & timorem: etenim ſi nec io epulo parcit, ubi qoæſo parcet? ſi tot inter veſtes nuptiales eleganter ornatas, ac feſtivè fulgentes, eò quia unus duntaxat ex multis eâ fuerit deſtitutus, ei non parcitur, ſed ſupplicio axtraditur; qoomodo parcet obi vel nullus, vel pauci erunt, qui ſtolâ præfulgeant innocentiæ? Ideo è pluribus accumbentibus, ac cœnantibus unus duntaxat trahitur ad ſopplicium, quia uoum tantùm invenit abſque chlamyde nuptiali; ſi enim plores hac veſte reperiſſet deſtitutos, omoes è cœna excluſiſſet, & ſupplicio extradidiſſet. Quòd ſi ex eis pluribus unum duntaxat malè tectum abjecit in tenebras, quia ille ſolus noptiali amictu fuit deſtitutus; nec aliis pepercisset, ſi veſte illâ caruiſſent; ſicut nec pepercit quinque virgioibus fatuis, quæ cùm opportunè lampades ſuas non ornaverint omnes excluſit, & noo unam tantùm, vel alteram. Quinimò quamvis uous tantùm peccaverit David, adhuc ſeptuagiota millia interfecit. Licèt unus erraverit Acham, adhuc inoumeri ceciderunt. Tametſi ſolus peccaverit Adam, non tameo ſolus exulavit è paradiſo, ſed cum ipſo reliqui omnes homines. Si eoim inſidet DEUS equo albo, qoi blandimento candoris miſericordiam ſpondet, veſtis tamen illius eſt aſperſa ſangoine, & ex ore ejus gladius procedic acutus, ut in ipſo geotes percutiat.

32. Non ſolùm vidit Joannes Deum equo inſidentem albo, veſtitum veſte aſperſa ſanguioe, ſed etiam vectum nube candida, corona redimitum aorea; ſed ferrea acuta falce armatum in manu: *Vidi & ecce nubem candidam: & ſuper nubem ſedentem ſimilem filio hominis habentem in capite ſuo coronam auream, & in manu ſua falcem acutam.* Apocal. 14. v. 14. Quis non paveat? quis timore perculſus non contremiſcat? licèt ſedeat tranquillus in nube candida, adhuc ferrea falx eſt ei pro ſceptro, & quidem falx acuta, non ſegetibus, ſed hominibus amputandis aptior. Si nube inſidens albeſcente, quæ paci, aëriſque ſerenitati præludit, non ſceptro inſigniuot, ſed falce obarmatur, quid erit geſtaturus cùm ambulabit ſuper pennas ventorum, & ignis ante eum præcedet, & procella in circuitu prævalida eum ſtipabit? Si auro coronatus ferream exerit falcem, quæ fulmioa non erit jaculaturus, cùm non jam corona aurea, ſed chalybea caſſide caput obteget, & voltum claudet, quo abſque diſcrimine in omnes delinquentes juſtitiam axerceat. Si inter candalabra aurea ita terrificus Joanni apparuit, ut hic quaſi pœnè mortuos ceciderit exterrefactus, & præ pavore, quaſi ſpiritum exhalaverit, quàm terribilis erit, ac metuendus, cum Judicaturus ſedebit in tribunali.

Miſericordia igitur prona eſt ad parcendum, dummodo timor non obliviſcator juſtitiæ, & qui deliquit, ita ſperet 33.
de DEI miſaricordia, ut ajua juſtitiam præ oculis habens eam timeat; & hoc DEI timore præmunitus concupiſcentiæ ſtimulos retondat, inſultus pravorum affectuom coërceat, & fortiter pugnans, vitia quæque proſternat. Hinc Spooſa ait: *Læva ejus ſub capite meo, & dextera illius amplexabitur me:* nimirum tunc dextera miſericordiæ oos protegit, & amplectitur, ſi læva divioæ juſtitiæ capiti noſtro immioeat, ut eam timeamus, & hoc pio timore vitia quæque declinemus; ait melliſluus Doctor Serm. 1. ſuper ſalve Regina. *Læva comminatio ſupplicij, dextera promiſſio Regni.* Cant. 8. v. 3. *Inter has cubat in molli ſtrato charitas.* Eſt oimirum charitas virtutum Regina; perinde ac roſa florum: & ſicot hæc nonoiſi inter ſpinas floret, nonniſi circumſepta vepretis olet; ita & charitas cubat quidem in molli ſtrato, ſed ioter comminationes ſupplicij, inter aculeos timoris: eſt enim hic fidus cuſtos non ſolùm charitatis, ſed & virtutum omniom. Delector, aiebat ſponſa, dextera amplectente, ſed etiam læva capiti imminente, hoc eſt placet ſpes, ſed timori confœderata; tuta noo eſt ſpes, cui cuſtos Dei timor non advigilat; areſcit, & deficit ſpei viror, niſi fulcro fulciatur timoris: ſpooſa licèt floribus ſtipata, ac magis fulta, adhuc laogueſcit viribus daſtituta, quia timoris non meminit, qui vigorem

ſuppo-

ſuppeditet, & vires miniſtret: languet enim ſpes niſi timore foveatur.

34. In Throno Salomonis ſedebat quidem charitas adblandiens, & populos ad ſe illiciens, ſed utrinque ad latera per gradus leones adſtabant vigiles, qui ſolo terrerent aſpectu, Lectus Salomonis amorem fovebat, ſed ſexaginta armati eum ambientes, exterrebant, qoia virtus, quam timor non fulcit, & cuſtodit, tuta non eſt; & charitas ipſa niſi foveatur caſto timore langueſcit, & paulatim tepeſcit: quapropter David non ſolum miſericordiæ, ſed & judicio hymnos pangit: *Miſericordiam, & judicium cantabo tibi Domine.* (Pſalm. 100. v.1.) Sunt tamen, qui præſumentes nimium de divina miſericordia, ejus irritant juſtitiam, cujus obliviſcuntur, quia nullo corripiuntur timore; divinæ fidunt miſericordiæ, eò quia prona ſit ad condonandum, & inclinis ad veniam, & hoc confidentiæ præſidio in Deo miſerente, diu in cœno perſiſtunt vitiorum, nec ſatagunt inde emergere, divina abutentes miſericordia, quam tamen non flectunt ad veniam, ſed juſtitiam irritant ad ſupplicium: *peccare*, enim ait D. Gregorius, *& de Dei creatoris clementia præſumere pelago juſtitiæ ejus exponi eſt.* Eſt enim præſumptio, quæ Numinis laceſſit joſtitiam, non Dei ad condonandum miſericordiam flectit; non veniam ſibi accerſunt, ſed Numinis iram in ſe accendunt; unde Ambroſius ita audacter præſumentes objurgans, & amentiæ incuſans ait: (Lib.2. de pœnit. c.9.) *Propoſita ſpe agendæ pœnitentiæ licentiam ſibi delinquendi propagatam putant, cùm pœnitentia remedium peccati ſit, non peccandi incentivum. Vulneri enim medicamentum neceſſarium eſt, & non vulnus medicamento, quia propter vulnus medicamentum quæritur, non propter medicamentum vulnus deſideratur.*

35. Se ipſos craſſè fallunt, qui in Numinis ſperantes miſericordia omnem à ſe timorem excutiunt, ſibique licitum eſſe autumant delinquere: niſi timor Dei ſpem fulciat, hæc non Numinis miſericordiam inflectit ad veniam, ſed juſtitiam laceſſit ad ſupplicium. Non ſolùm ſpei viror exareſcit niſi DEI timore roboretur; verùm etiam & ipſe amor friget, & extinguitur, ſi hujus timoris ei detrahatur fomentum. Quamvis attigerit quis perfectioris faſtigium ſanctitatis, adhuc nullam in cœleſti patria ſedem enanciſcetur, ſi amori, quo ardet, & reliquis virtutibus, quibus ornatur timor DEI non adſciſcatur: corruunt enim virtutes omnes, niſi fulcro fulciantor hujus timoris, idque ediſſerit Iſaias Propheta, cùm vidit DEUM ſedentem ſuper ſolium excelſum utrinque à lateribus Seraphinis ſtipatum, qui ſupremum inter cœleſtes ſpiritus locum obtinent, ac principem inter Angelos ſedem occupant; ſedentis enim in Throno admirati magnitudinem, ac majeſtatem, ejus velabant faciem: *Alis duabus velabant faciem ejus.* (Iſaiæ cap. 6.) Cur ſi Dei Majeſtas ſolo aſpectu beatitudinem impertit; ac illi beatitate donantur, qui Numinis faciem intuentur, Seraphini alis ſuis Numinis faciem velant, quam non videant? An à ſtatu ſe beatitudinis dejiciunt, ne pleniori jubare perſtricti cæcutiant, perinde at cùm ſolem ſuſpicimus meridianum caligines contrahimus, quibus perſtricti oculi plurimum patiuntur detrimenti? ſed Seraphini nec à beatitudine reſilire voluerunt, cùm nemo à ſe abjiciat, quod ſibi optimum eſt; neque à divinæ Majeſtatis beatifico aſpecto intendebant ſe avertere: ſed ideo alis velabant faciem ejus, quia intenſiori amori, quo exardebant, ſanctum voluêre timorem aſciſcere, ac reverentiam aſſociare: ſunt Seraphini igniti, & amore ardentes, hunc firmiùs corroboraturi, timorem accerſunt, quo verecundè, ac reverenter ſe erga divinam Majeſtatem gerunt; nimirum ut nos edocerent abſque fulcro Dei timoris vix poſſe Dei amorem ſtare.

36. Quis Apoſtolorum Petro in amore ferventior? & tamen in atrio Pontificis, cùm nullo tunc percelleretur timore, friguit ejus amor, etiam cùm ad ignem ſe calefaceret: friguit ad ignem amor, quia tunc à timore ſejunctus, ait Auguſtinus: (In Pſal. 94) *Petrus qui audaci dilectione ſequebatur, timida trepidatione ter negavit:* trepidavit nimirum timore pœnæ, & ſupplicij, quia caſto Dei timore tunc non roborabatur; huic enim ſi fuiſſet timori innixus ad ſupplicium non trepidâſſet, nec ter Magiſtrum negâſſet. Quòd ſi Petrus, qui præ cæteris Chriſtum adamavit, friguit ad ignem, ſi ſanctitatis columna corruit, ſi Eccleſiæ fundamentum trepidavit, pio tunc non innixum Dei timori, quis ſibi fidat? quis non expavcat, & timeat? Nimia in Dei miſericordia ſpes, & fiducia, ſi timorem excutiat, laxiorem ſternit ad vitia, & gehennam viam. Horrendum ſanè eſt illud effatum Oſeæ: *Perditio tua ex te Iſrael, tantummodo in me auxilium.* (Cap.13. v 9.) Ubi legunt alij: *Perdidiſti te Iſrael, quia in me tantummodo auxilium tuum.* Tametſi de divina ſperent miſericordia, quia tamen timorem Dei à ſe abigunt, & Numinis auxilia ſibi ita dari depoſcunt, ut tamen à vitijs nolint ſe avertere: & à voluptatum illecebris, quibus adhæreſcunt, detrectant ſe retrahere; pravos affectus, quibus ad ſcelera pertrahuntur nolunt retundere, eorúmque motus nec coërcere, ſed ſinunt ſe ab ijſdem ad omnem abripi laxitatem, ideo ſe ipſos perdunt, tametſi in Dei ſperent miſericordia, cupiántque ejus auxilium; appoſitè S. Idelbertus: (Epiſt. 15.) *In miſericordia Dei ſperare ſaluberrimum eſt conſilium: ſed de ea totum pendere periculoſum eſt refugium.* Gehennam igitur ſibi maturant, qui divinâ abutentes miſericordiâ, laxas currunt vitiorum ſemitas.

37. Plures ſibi adulantur, eò quia in florente adhuc ætate poſſint mundi delicijs indulgere, ſperantes in Dei pietate fore, ut in provectiori ætate ſint divinæ gratiæ ſuppetias accepturi, & ad meliorem reverſuri frugem; ſed perſæpè ſpatium reſipiſcendi, quod ipſis nunc Deus indulget à priſtino culparum lutuleoto vado eos non extrahit, Job t *Dedit ei Dominus ſpatium pœnitentiæ, & ille abutitur eo in ſuperbiam?* ſeu ut legit textus Hebræus; *Et ille recumbit miſericordiam Dei.* Cap. 24. v. 23.

§. V.

Qui in Dei miſericordia ita ſperant, ut divinæ juſtitiæ non timeant ultrices pœnas, exitium ſibi maturant: quia ſcelera addentes ſceleribus præcipites in gehennam provolvuntur.

38. SUnt, qui pleoo ore Dei commendant bonitatem, deprædicant miſericordiam, laudant clementiam, eò quia oon ſinat peccantes, quos pretio ſui ſanguinis redemit perire, & interim ſpe freti vitijs indulgeot, voluptatum illecebris inhiant, mundi delicijs diffluunt, neque reſipiſcunt, ſed ſemper io craſtinum pœnitentiam differunt, moram moræ nectunt, & ita dies elabuntur, traoſeunt hebdomadæ, fluunt menſes, & anni integri abeuot, nec mores corrigunt, nec vitam mutant, nec vitia excutiunt, nec contractas per patrata ſcelera maculas lachrymis diluunt, ſed divina potiùs abutuntur patientia, vitia vitijs aſſociantes, & ſcelera ſceleribus addentes, donec præcipites in gehennam provolvantur promeritas daturi pœnas nunqoam finiendas; ſperare in Dei miſericordia, & mores noo emendare piaculo datur peccanti, non Religioni tribuitur ſperantis, *Deum enim quem merentur Judicem, ſperant miſericordem, quaſi eum invenire propitium merces ſit iniquitatis, quod credimus religionis*, ut ait S. Idelbertus: ſperare Deum habere miſericordem, quem ſceleribus ad vindictam laceſſunt, periode eſt, ac ex iojuria Principi illata præmium ab eodem expoſcere; & è felle mellis exigere dulcedioem, & hoc eſt deſipere: non enim peccantes Dei miſericordiam conſequuntur, noo recedentes à malo; cùm vel ipſi addicti virtotum ſtudijs, & exertitijs Religionis vix eam ſibi polliceantur. Epiſt. 15.

Scimus, viros pientiſſimos expaveſcere
39. toto corpore, totiſque artubus contremiſcere, eò quia eos lateat, num amore, vel odio digoi ſint; & qui io cœno jugiter volvuntur vitiorum, muodi indulgent voluptatibus, carniſque favent illecebris, ejúſque fovent concupiſcentiam, ac ſinunt à pravo quoqoe ſe abripi affectu, non timeot: eò quia ſciaot, Deum miſericordem eſſe, benignum, & clementem, veniam quidem ſperant, ſed quia è cœno non emergunt vitiorum, & pravis ſuis adhæreſcentes concupiſcentijs ſcelera ſceleribus accumulant; non ſpe hi aluotur, ſed audaciâ ducti ad tartara trahuntur: polliteri ſibi miſericordiam ab eo, coi injuriæ inferontur, eſt eundem ad indignationem potiùs provocare, & ad vindictam excitare; ita enim pervitaciter delinquentibus ooo miſericordia debetur, ſed juſtitia; oon venia, ſed ſupplicium; noo condonatio, ſed æterna damnatio; Deum enim habere propitium præmium eſt pietatis, non merces iniquitatis; & qui hac ſpe veniæ freti, non reſipiſcunt, oec lachrymis contractas vitiorum ſordes eluunt, ſed pervicaces perſeverant in cœno fœditatum, ijs ſimiles dixeris, quos Propheta alloquens ait: *Nolite confidere in verbis mendacij dicentes templum Domini, templum Domini, templum Domini eſt*, quaſi dicat: oolite ſeduci, nec vos fallere, ſperaotes veniam ab eo, quem injurijs laceſſitis, ſceleribus provocatis; vos ad templum, ſeu ad divinæ miſericordiæ aſylum confugitis, ſed oon templum Domioi vobis aperietur, ſed gehennam invenietis, ad quam per ſcelera viam vobis ſternitis: niſi è cœno emergatis vitiorum, & per reſipiſcentiam culpas excutiatis, nullum in vos exundabit commodum, oullúmque percipietis emolumentum ex ſpe in Numinis miſericordia. Perditus eſt, qui ſola Dei miſericordia ſperat ſe ſalvatom iri, ſi non ſatagat mores corrigere, vitam emendare, & per pœnitentiam patrata ſcelera obliterare. *Infelix Iſrael* (ait D. Hieronymus expendens præfata verba Jeremiæ) *Eſt dignus maledictione perpetua, qui in tantum impietatis deſcendit profundum, ut ſolius Dei ſalvari miſericordiâ ſperet.* Jerem. 7. v. 4.

Non diffiteor, viros omni contaminatos ſcelere fuiſſe ſalotem conſecutos, ſed quia DEUS ijſdem tempus indulſit, qoo reſipiſcerent; ac pœnitentiam agerent: non tamen hoc Dei beneficium debent ſibi omnes polliceri: eſt enim doourn Dei, & pura gratia, quam Deus, cui magis libuerit impertitur, *Non eſt volentis*, ait Apoſtolus, *nec currentis, ſed miſerentis Dei*, & D. Auguſtinus, adfert exempla Pharaonis, & Nabuchodonoſoris, qoi quantum ad naturam ambo erant homines, quantum ad dignitatem ambo Reges, qoantum ad culpam ambo captivum Dei populum detinuerunt: quantùm ad pœnam ambo etiam flagellis fuerunt clementer admoniti: & tamen finis eorum diverſus fuit: ait Auguſtinus. *Quid ergo fines eorum fecit eſſe diverſos? niſi quòd unus manum Dei ſentiens in recordatione propriæ iniquitatis ingemuit, alter libero arbitrio contra miſericordiſſimam Dei pietatem pugnavit.* 40. De prædeſtinatione & grat.

41. Fuit Manaſſes Regum Iſraelis nequiſſimus, quæ enim Ezechias ejus pater ſumma Religione reſtauraverat, quò DEI cultus promoveretur, Manaſſes contumeliosè peſſumdedit, & cultores virtutum & pietatis, ac veræ Religioni addictos ad omne

ſcelus

Digitized by Google

ſcelus pertraxit, ac impietatis fecit alumnos; idola in templum intulit, lucos ſacrilegos dœmoni dicavit, Levitas & ſacerdotes à templi miniſterio proſcripſit, & idolorum ſacrificulos jisdem ſubrogavit. Ariolos, & Magos ſibi inter familiares, & domeſticos aſcivit, & viros pietate, ac religione inſignes è Regno eliminavit, Iſaiem Prophetam canitie venerandum, ſapientiâ, ſanctitate, & eloquio ſupra homines pollentem, inflictis plagis malè mulctavit, deinde acerbiſſimo cruciatûs genere enecavit, medium crudeli ſertâ diſectum; & innocentum ſanguine Solymæam urbem inundavit; ſed tot ſceleribus vindex adfuit pede non lento Deus: nam vix ſeptennium exegerat in regno, cùm Babylonij armata manu irruentes in Palæſtinam Manaſſen ſanguine æquè, ac ſagina immerſum, vincunt imbellem, & ſocordem vinctum ſecum trahunt in triumphum, carceri mancipant, Regnóque ſpoliant; & qui antea ſplendebat ſedens in Iſraëlis throno, nunc ſqualet ſordidus detruſus in carcere, armis victus, catenis, atque compedibus vinctus. Habuit Manaſſes Regum peſſimus filium Amonem ſibi & ſanguine, & ſcelere junctum; natura, & flagitio ſimilem, regni, ac paternæ nequitiæ hæredem.

42. Si hos duos ſimul conferamus Reges Manaſſem Patrem, & Amonem filium, quo Dei miſereatis pietatem, & ejuſdem vindicis ſupplicium miremur, documenta nobis exhibentur illuſtria. Manaſſes ubi libertatem amiſit, mentem invenit; carceri mancipatus ad libertatem viam ſibi aperuit; ſqualore, & tenebris circumſeptus clariùs patrata à ſe ſcelera vidit, quàm cum auro, gemmiſque fulgeret in throno; & acerrimo cordis dolore fractus cœpit in lachrymas liqueſcere, preces fundere, ſuſpiria ingeminare, & carceris ſqualore ſordes abſtergere flagitiorum, fletu lavare crimina, & manus abluere innocentum clade adhuc cruentatas; vincula ferrea exoſculatur, ut ſuorum ſcelerum pœnas promeritas; veſtes ſcindit præ dolore malè anteactæ vitæ, pectora tundit; cor dolore premit, ſéqua deteſtabilem æterno vindici accuſat, & lachrymis madidus cinere ſparſus, ſciſſa veſte contritus, Dei inclamat miſericordiam, quam conſequitur; lachrymis enim juſtam Dei accenſam iram extinxit, & ejus pietatem in ſua vota emollivit, & flexit; & quamvis ſupra quinquaginta annos legatur Manaſſes inſtitiſſe in ſcelere, ac flagitiorum deterrimorum enormitate pœnas omnes in ſe provocâſſe, ac obnoxium ſe conſtituiſſe fulminum è cœlo emiſſorum jaculamentis, adhuc tamen, quia reſipuit, cœpitque Dei timore corripi, veniam fuit conſecutus, & quam lachrymis miſericordiam petierat, obtinuit.

43. Non ita tamen ejus filius Amon, qui cum unico duntaxat regnâſſet biennio, ac patrem fuiſſet imitatus peccantem non reſipiſcentem, in ipſo ætatis flore (quartum enim vix ſupra vigeſimum expleverat ætatis annum) prǣmatura, ac violenta morte à ſuis famulis interemptus fuit, nimirum conſummatus in brevi explevit improbitatis tempora multa; pœnitentiæ verò nec unam horam, imò neque momentum. Velim modò dicas, uter horum ſit ſalutem conſecutus? Cenſeres, Deum proniorem ad veniam in Amonem filium, quàm Manaſſem Patrem, cùm ille ſceleribus tantùm fuiſſet recèns coinquinatus in ipſo ætatis flore, cùm ſanguis ebullit in venis, concupiſcentia urget in pectore, & pravi affectus inſurgunt in corde; & ex oppoſito Manaſſes non juveniles tantùm annos, ſed virilem etiam ætatem, imò & ſenectam ipſam flagitijs corruperit, ſceleribus fœdaverit, & ſub nivibus canitiei ignes foverit impuritatum: ſed miſericordiam, & veniam, quam fuit Manaſſes conſecutus, Amon ejus filius non obtinuit, huic enim ſpatium, & tempus reſipiſcendi non fuit conceſſum, ſed præmatura morte ſublatus in gehennalem fuit carcerem detruſus, æternas daturus patratorum ſcelerum pœnas: Manaſſes verò ab hoſte victus veniam obtinet, patrata à ſe ſceleta deteſtatur turpiſſimæ vitæ maculas reſipiſcentiæ lachrymis abſtergit, & ſalutem conſequitur. Hujus diſcriminis cauſam innuit Clemens Romanus, inquiens: *Cogitavit Amon, ait ſcriptura cogitationem tranſgreſſionis malam, & dixit. Pater meus à juventute multa fecit iniquè, & ſic concupiſcet anima mea, & poſtea revertar ad Dominum, & & fecit malum in conſpectu Domini ſupra omnes, qui fuerunt ante ipſum. Et exterminavit eum Dominus citò à terra bona, & irruerunt in eum ſervi ſui, & occiderunt ipſum, & regnavit annos duos ſolùm.* Lib. 2. conſtit. Apoſt. c. 26. & 27.

44. Veniam igitur peſſimè anteactæ vitæ conſecutus fuit Manaſſes, quia in carcerem detruſus, catenis, & compedibus vinctus reſipuit, ingemuit, peccata deflevit, & Deum timuit: Amon verò ejus filius quamvis biennio tantùm regnâſſet, nec tam multo tempore hæſiſſet in ſcelere, veniam non obtinuit, quia ſcelera non flevit, ſed temerè ſperavit in Numinis miſericordia, ratus eam in ſenio conſequi, & juſtitiam non timuit. *Fecitque malum in conſpectu Domini, ſicut fecerat Manaſſes pater ejus* 2. paral. 22. *Non eſt reveritus faciem Domini, ſicut reveritus Manaſſes pater ejus, & multa majora deliquit:* nimirum Amon fuit quidem imitatus patrem peccantem, ſed non reſipiſcentem. Refert Glycas *in annal.* Amonem dixiſſe. Pater meus à puero multa ſcelera fecit, & in ſenecta pœnitentiam egit: quamobrem & ego in hac mea florente ætate pro animi libidine me geram, mundi delicijs diffluam, concupiſcentijs meis adhærebo, voluptatum ille- 4 Reg. 21.

cebris indulgebo; poſtea in ſenio pœnitentiam agam, veſtigia pattis mei ſequar, & ad Deum me convertam. Sed tempus Manaſſi à Deo conceſſum reſipiſcendi, Amoni indultum non fuit, & deceſſit damnandus. Dignos pœnitentiæ fructus dedit Manaſſes, quia ſcelerom à ſe patretorum punitionem ſpontè ſuſcepit, & ſibi à Deo impoſitam cum maxima demiſſione accepit. *Non ſufficit*, ait Auguſtinus, *mores*
Ex homil. 50. *in melius commutare, & à factis malis recedere, niſi etiam de ijs, quæ facta ſunt, ſatisfiat Deo per pœnitentiæ dolorem, per humilitatis gemitum, per contriti cordis ſacrificium cooperantibus eleemoſynis.*

45\. Natura poſt flores in vere, fructus exigit in autumno; flos pœnitentiæ vernat in reſipiſcentia, & contritione; ſed fructus matureſcit, & colligitur in executione: quapropter ſcribit Apoſtolus. *Membra ſer-*
Ad Roman. 6. *vientia iniquitati ſerviant, & juſtitiæ.* Si quæras, unde provenerit hæc gratia Manaſſi, ut in ſenio potuerit reſipiſcere, lachrymis ſcelerum ſordes abſtergere, & pœnitentiam agere, ſeu flores in contritione, & fructus in executione exhibere Deo: non credas, ab alio proceſſiſſe, quàm ex munifica Dei miſerentis largitate. Voluit enim Manaſſi ſenio licèt confecto gratiam indulgere reſipiſcendi, flendi, ac pœnitentiam agendi, quam tamen Amoni filio non conceſſit in ipſo ætatis flore, quamvis non tamdiu perſeveràſſet in ſcelere, ut inde terreantur juvenes, quos florentior ætas audaciores facit ad ſpes vitæ, & frugis in annos protrahendas ſeniles. Speraverat Amon poſſe ſenium patris attingere, & poſt patrata innumera ſcelera reſipiſcere cum patre, pœnitentiam agere, ejus veſtigia premere, & ſalutem conſequi: ſed ſe ipſum fefellit, victor ſpei, vel in ipſa aurora aruit, flos ætatis emarcuit, & mors præmatura Amonem præcipitem egit in gehennalem car-
Cap. 5. cerem, onde monet Eccleſiaſticus. *Non tardes converti ad Dominum* (ſeu moras omnes vitæ emendandæ dirumpe, remoras, quæ tibi obviant, longè abige, & impedimenta, quæ tibi ſunt obſtaculo perfringe, & omni niſo ſupera) *& ne differas de die in diem, ſubitò enim veniet ira illius, & in tempore vindictæ diſperdet te.*

46\. Quòd ſi divina Nemeſis laneos habet pedes, quatenus ſine ſtrepitu, abſque tumultu venit, ferreas tamen habet manus punitura delinquentes, ut contigit Amoni, hinc Syracides. *Ne glorieris in craſtinum*
Proverb. 27. *ignorans, quid ſuperventura pariat dies:* Opportuna eſt etiam Syracidis cautio.
Eccleſ. 9. *Neſcit homo finem ſuum, ſed ſicut piſces capiuntur hamo, & ſicut oves laqueo comprehenduntur, ſic capiuntur homines in tempore malo cum eis extemplò ſupervenerit*, ſcilicet mors inopina: Quid ni juvenes improvidi, ſicut Amon, veluti piſces in undis, in mundi delicijs natantes; ac vanitatibus ludentes, & inſtar avium inſita levitate, ac ſuperbia in ſublime volitantes accedentis mox libithinæ implicantur reti, & momentaneum voluptatis illicium æterni ſupplicij luunt cruciatu. Speravit Amon poſſe in ſenium pœnitentiam differre, ſed in florida juventa abreptus præceps ruit impœnitens ad æterna ſupplicia. Huc accerſendus D. Auguſtinus. *Ipſa res eſt*, ait, *quæ multos occidit, cum dicunt: cras, cras,* Serm. 17. de verbis Domini.
& ſubitò oſtium clauditur; remanſit foris cum voce corvina, quia non habuit gemitum columbinum, & in Pſal. 114. ait: *Pœnitentiæ tuæ indulgentiam promiſit Deus, ſed peccanti diem craſtinum non promiſit.* Cui conſonat D. Anſelmus, inquiens: *Qui* Epiſt. 1.
differt in futuram, & forſan non futuram ætatem ſuam vitam corrigere, certum bonum dimittit pro dubio, & contemnendo quod prodie, probat ſe non amare, quod expectat, & meretur non accipere.

Idque cauſæ, cur David nobis enixim 47.
ſuadeat, ut nolimus in craſtinum pœnitentiam differre, ſed omni excuſsâ remorâ, & diruptâ morâ illicò reſipiſcamus, & fuſis lachrymis, quas contraximus per commiſſa ſcelera, ſordes abſtergamus, & nolimus cor obdurare, ſed illicò flectere in obſequium Dei vocantis ad pœnitentiam.
Hodie ſi vocem ejus audieritis, nolite obdu- Pſalm. 94.
rare corda veſtra, obdurare cor perinde eſt, ac ipſum non flectere in obſequium Dei vocantis; obdureſcit enim cor, & incaleſcit, ſi vitijs aſſueſcat, & ad pietatem, ac virtutum culturam non emolleſcat, nec flectatur. In ſenium differre pœnitentiam, & converſionem in Deum, quid aliud eſt, quàm florentiorem, ac meliorem vitæ partem vitijs emancipare, ac cacodœmoni dare; & ætatem duntaxat deteriorem viribus deſtitutam, ſenio confectam, & jamjam collabentem, ſeu vitæ excrementum exhibere Deo? cui præfertur propterea mundus, caro, & hoſtis tartareus, quibus dantur anni vegetiores, vitæ flores; & melior, ac robuſtior hominis ætas: ideóque plerumque Deus ipſe procraſtinantibus in ſenium claudit oſtium, & voces corvinas excludit, gemitibus duntaxat colombinis delectatus. Injuria infertur Deo, cui ex vita, deteriores, ac imbecilliores offeruntur anni, quod cùm noviſſet etiam Seneca, appoſitè ait: *Non* Lib. de brevit. vitæ.
pudet te reliquias vitæ tibi retinere, & id ſolùm bonæ menti reſervare, quod in nullam rem converti poſſit! quàm ſerum eſt, tunc incipere vivere, cùm deſinendum eſt! Præſumptio eſt, quæ hominem in ſola Dei miſericordia confidentem facit, & ad peccatum audacem, ut ad vitia proclivem habeat. *Hodie*, igitur ait David, *ſi vocem Domini audieritis, nolite obdurare corda veſtra*, nolite pœnitentiam differre in craſtinum; neſcitis enim quantum à vitæ ul-

tima

tima perjodo diſtetia, prætervolat irrevocabile tempus, fluunt horæ, dilabuntur menſes, evaneſcunt anni, & nil ſupereſt, niſi mors certiſſima, licèt incertum, an hac hora, vel ſequenti ſit hominem aggreſſura; non tibi eblandiaris, quòd Deus, miſericors ſit, ac propterea fore ſperes, ut inducias reſipiſcendi ſit tibi conceſſurus: nam vana eſt ſpes, quæ Dei timore non fulcitur; noxia eſt ſpes, quæ vitiis indulgendi anſam exhibet, & ſalutis non eſt prodroma; ſed exitij præcox parens.

§. VI.

Is rectè procedit, qui medius ſpem inter, & metum incedit.

48. Miſericordem Deum eſſe nullus niſi Atheus it inficias; ſed ſi miſericors, etiam juſtus eſſe non negatur, quapropter David. Æquè miſericordiæ, ac juſtitiæ ſacrum hymnum occinebat: *Miſericordiam, & judicium cantabo tibi Domine*, nimirum quò tutiſſimus iret mediam ſelegit viam miſericordiam inter, & juſtitiam, quò ita in Deo ſperaret, ut ſpes timore Dei niteretur. Pſalm. 100. Si Dei miſericordia prona eſt ad veniam; proclivis eſt etiam juſtitia ad ſupplicium; nonne fuit Dei juſtitia, quæ mundi fœditates abſterſura diluvium orbi immiſit; cujus aquæ editiora montium faſtigia ſupergreſſæ homines, quos vitia infecerant, deleverunt? Juſtitia fuit, quæ infames Pentapoleos urbes incendio extinxit; quæ in Erythreo mari Pharaonem, ejúſque exercitum, armatáſque copias ſubmerſit, quæ in cinerem Abironis ſynagogam diſſolvit; quæ Dathanem, Chore, eíſque adhærentes terræ hiatu abſorbuit; quæ Iſraëlitas captivis dedit Chaldæis; & quæ ſeveriſſimè ſemper peccantes punivit.

49. Si dicamus hæc ſupplicia tempore contigiſſe Moſaicæ legis, quæ nonniſi ſupplicia, cruciatus, & excidia, cladéſque cruentas minabatur: fuit enim lex illa ſcripta in tabulis lapideis, quæ propterea nonniſi dura eſſe potuit, adeo ut duritiem vel ab ipſo lapide contraxerit: nunc verò vigere legem gratiæ, quam Chriſtus in ſua ſcripſit humanitate, ut nonniſi benignitatem ſaperet, ac humanitatem ſpiraret; conſequenter non eſſe ampliùs ſupplicia legis veteris timenda; craſſiſſimè erramus, & nos ipſos decipimus; ſi ita diſcurrimus, non lex Moyſis, ſed Dei vindicis juſtitia fuit, quæ in lege Moyſis Dathanem, Chore, eíſque adhærentes terræ hiatu abſorbuit, Pharaonem, ejúſq; exercitum priùs ſepelivit fluctibus, quam mortui jacerent Ægyptij; urbes Pentapoleos incendio delevit; cataclyſmo univerſali ævo Noëmi gentem univerſam, & in hominibus impuras concupiſcentiæ flammas, quibus mundus totus diſflagrabat, extinxit: eadem autem ipſa juſtitia Dei, quæ fuit in lege Moyſis, eadem prorſus eſt etiam in lege gratiæ: non enim eſt Deus ulli obnoxius mutationi, nec ullum ex ſuis attributis poteſt deperdere, vel à ſe abjicere. An non etiam in lege gratiæ divina Nemeſis delinquentes punivit? an non imperante Tito Judæi in Jeroſolymorum excidio cruenta, & funeſta clade deleti fuerunt? non ne Judas ſuſpenſus crepuit medius? Ananias, & Saphita inopina, ac extemporanea morte ceciderunt extincti? Simon Magus horrenda nece perijt? Arius Hæreſiarcha unà cum ventre animam evacuavit? nonne alij ſexcenti per ſingula ferme ſæcula ferream divinæ juſtitiæ fuerunt manum experti? An non hoſtium incurſiones, urbium expilationes, bellorum tumultus, cruentæ clades, annonæ caritas, lues epidemica in criminum immittuntur vindictam?

50. Audivimus frequenter fulmina è cœlo excuſſa, vel domos incendiſſe, vel homines occidiſſe, grandines deorſum delapſas segetes contriviſſe, & fructus terræ perdidiſſe; procellas in mare naves tumentes illius tractꝰ trajicientes abſorbuiſſe, vel ventos ſuo impetu in ſcopulos pertraxiſſe, & illiſas ſaxis perjiſſe; varia ægritudinum genera membra corporis diſtorquere, ardentes febres humanam vitam extinguere; plures ex nimio congeſto cibo perjiſſe, alios inedia defeciſſe; hos gladio interemptos cecidiſſe; alios præmatura morte raptos fuiſſe; nonne hæc omnia ſupplicia effectus ſunt divinæ Nemeſis? ut diſcamus, Deum eſſe quidem miſericordem, ut in ipſo ſperemus, ſed eſſe etiam juſtum Judicem, ut ipſum timeamus, & hoc Dei timore præmuniti pravos quóſque affectus abigamus, concupiſcentiæ æſtus extinguamus, prava deſideria coërceamus, & culturæ virtutum addicti Deo ſerviamus. Hinc D. Hieronymus ait; *Deum timeamus, quia bonus eſt, & juſtus, & profundiſſima divinorum judiciorum abyſſus, quam nemo pervadere poſſit: invenimus etiam Dei amicos ob unius contemptum errorem bonorum retrofactorum beneficentiam perdidiſſe:* Epiſt. 2. ad Amic. & revera Adam licèt à ſapientiſſimo artifice Deo conditus fuerit ad Numinis ſimilitudinem. *Faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram*, Geneſ. 1. ſcilicet ratione dominij, quod homini impertivit in cæteras animantes. *Et præſit piſcibus maris, & volatilibus cœli*, Geneſ. 1. ob ſimilitudinem divinarum virtutum, quippe inſpiravit ei animum immortalem, intelligendi, appetendi, & cum ratione remiſcendi facultate præditum, reliquíſque decoratum gratijs, & primævæ innocentiæ ornamentis, plenóque in cuncta animantia dominatu, ſibique voluerit per gratiam ſanctificantem amicitiâ devinctum, adhuc tamen ob unius duntaxat vetiti mali morſum

Google

ſum eum voluit è paradiſo excluſum, & extorrem. Uxor Lothi, quia retroſpexit, curioſa infames urbes igne diſflagrantes poſt tot Angelorum obſequia, & favores, in ſalis demigravit ſtatuam, qua noſtram condiret inſipientiam, & curioſitatem. Dei Vates à Jeroboamo miſſus; eodem die, quo admiranda patrârat, quia tantillum panis contra Dei decretum ſumpſit, diſcerptus, & abſumptus illicò ipſe fuit à ferociente leone, quinimò etiam ex ipſo Apoſtolico cœtu unus adfuit, qui poſt eminentiam electionis, poſt obtentam apoſtolicam dignitatem, poſt patrata miracula, depulſos ab obſeſſis dœmones in deſperationis barathrum devolutus ſui ipſius factus carnifex, arbori affixus infelicem evomuit animam, quam in orcum transmiſit, quam potuiſſet cœlo tranſcribere. Expendens D. Gregorius Ninivitarum reſipiſcentiam, & commune eorundem effatum, *quis ſcit, ſi convertatur, & ignoſcat Deus*, inde anſam ſumit cæteros omnes hortandi ad pœnitentiam peragendam, inquiens: *commoveri ad pœnitentiæ lachrymas, cùm magna fortitudine debemus: quia ſi hi, qui pœnitentiam auſteram faciunt, vix fiduciam ſalutis inveniunt, negligentes ſalvi fieri, quando poſſunt?*

11. Si non ſolùm Ninivitæ in luctu, & ſqualore jacent; ſed etiam jejunio inſolentiam carnis compeſcunt, cinere æſtus concupiſcentiæ ſopiunt, cilicio pravorum affectuum impetus coërcent, lachrymis patrata ſcelera abſtergunt, & nihilominus adhuc timent, an ſint veniam impetraturi; quomodo ſtabit non innixus hoc Dei timore, qui à pravis deſiderijs ſinit ſe abripi, nequioribus affectibus adhæreſcit, carnis concupiſcentijs indulget, mundi deliciis inhiat, voluptatum illecebras amplectitur, & in cœno vitiorum omnium, ſe fœdè volutat? ſi viri pientiſſimi ſtudio virtutum addicti, quique frequenti Exhomologeſi conſcientiam expiant, & Euchariſtico epulo quotidie animam reficiunt, à culpis abſtinent, charitatem in proximum exercent, & ſæviunt in ſe ipſos, adhuc timent; ſi Hilarion ſolitudinis cultor, eremi incola, ſilentij amans ab hominum tumultu diſſitus, culturæ virtutum ſummè addictus, ſtudio pietatis inſignis, jejunijs emaciatus, cilicio horridus, pannoſa veſte neglectus, fundendis precibus aſſuetus, cùm eſſet mortalitatem exuturus, totus tremuit, & pavidus animam ſuam alloquens, erupit in verba illa, *ſeptuaginta annis ſerviſti Deo, & adhuc times?* quomodo toto corpore non contremiſcet, tota anima non pavebit, qui ſeptuaginta annis non Deo inſervivit, ſed Dœmoni, mundo, & carni fuit famulatus? ſi viri aſcetæ ſolitudinis, & ſilentij appetentes in ſuis clauſi aſceterijs vitam degentes religioſam, noctibus ſingulis ad divinas laudes ſurgentes, hiſpidâ lanâ nuda membra veſtientes, humi cubantes, prolixas preces fundentes, jejunijs, & cilicijs carnem coërcentes, toto animo pavent, toto corpore contremiſcunt neſcientes, an digni odio, vel amore ſint; quantò magis debet expaveſcere, Deique timore ſe munire, ne præceps cadat, qui non in aſceterio vitam agit religioſam, ſed inter hominum tumultus, rerúmque mundanarum ſtrepitus, negotijs implicitus ſæcularibus, occaſionibus, ac periculis circumſeptus cavere ſibi debet; & in timore, ac tremore propriam agere ſalutem? ſi ſylvarum incolæ eremiticam ducentes vitam, à ſæculo abdicati ſolis herbis, nullo plerumque rigatis oleo, nec butyro adipatis, nec alio emblamate conditis deficientis corporis vires inſtaurantes, vix frigidâ areſcentes fauces humectantes, malè materiatum incolentes tuguriolum, nullâſque à precum fuſu ſumentes inducias, horridóque cilicio nuda membra obtegentes, & auſteriſſimam agentes pœnitentiam, adhuc contremiſcunt? quomodo abſque timore ſtabit, qui non in eremo ſuos exegit annos, ſed in choreis, & tabernis ſuos prodegit dies? qui non cilicio carnem edomuit, ſed ſerica mollitie eandem fovit? qui non jejunijs famem, & ſitim toleravit, ſed multo vino maduit, & ſtomachum delicatioribus ferculis, ac cupedijs implevit? qui non culturæ fuit addictus virtutum, ſed vitiorum omnium ſtuduit indulgentiæ? non lachrymas, & preces ad Deum fudit, ſed pecunias profudit, ut delicijs ipſe diffluerer, propriæ ſatisfaceret concupiſcentiæ, pravis ſuis annueret deſiderijs, & nequioribus ſuis adhæreret affectibus? *ſi hi, qui pœnitentiam auſteram faciunt*, ait D. Gregorius, *vix fiduciam ſalutis inveniunt, quomodo negligentes ſalvi fieri poſſunt? ſi juſtus vix ſalvabitur, impius, & peccator ubi parebunt?*

In 1. Reg. cap. 7.

Epiſt. 1. Pet. cap. 4. v. 18.

12. Ita viri pij in Dei ſperârunt miſericordiam, ut tamen de illius timuerint juſtitiam. Eſt Deus miſericors, ſed tamen & æquè juſtus, hinc ſponſa deſcripſit cœleſtem Sponſum candidum, & rubicundum, quia ſicut blandimento candoris pacem pollicetur, & veniam; ita rubore cruoris cædem minitatur, & exitium: blanditur quidem candore cœleſtis ſponſus, ſed ſimul rubore terret; ſi lilia in ipſo vernant candoris illecebrâ allicientia, florent etiam roſæ ſpinarum aculeis ferientes, hinc Iſaias *cap. 63.* veſtibus cum vidit aſperſis ſanguine indutum, non in invijs deſerti, non in exceſo montis jugo, ſed in vinifero colle, in vindemia, ubi lætitia plena ſunt omnia, *quare rubra ſunt veſtimenta tua ſicut calcantium in torculari?* ut nemo non timeat, ut nullus nimium præſumat. Reſpondet ipſe Iſaiæ 63. v. 3. *Torcular calcavi ſolus, & de gentibus non eſt vir mecum.* Calcavit tunc torcular, cùm affixus fuit cruci:

quòd

quòd ſi è latere tune effluxit aqua, cruore tamen fuit permixta; ut dum illa noſtras ablueret ſordes, lavaret fœditetes, abſtergeret maculas; hic timorem ioruteret, cruentas cledes præſagiret, & exterreret: quoties teſſeram poſuit ſuæ miſericordiæ ſymbolum, non fuit oblitus juſtitiæ. Quid manna mitius, ec dulcius? & tamen ſuo corroditur verme, à quo dilereretur, & corrumpitur, & quoties abundat, ebullit, & arrius corroditur. Neque voluit Deus in Arce manna reponi ſine virge, ut ſi melleam divinæ miſerirordiæ præguſtemus dulcedinem, juſtitiæ non obliviſcamur fellis, cujus ſymbolum virga fuit mannæ ahæreſcens.

54. Scio, Muyſem virgâ mere ſcindiſſe, ſed priusquam eblandiretur deliriarum exhibitione: ſcio etiam momordiſſe, & felicitatis ſuæ initium eandem virgam auſpicatam fuiſſe eb ipſa feritate, quando in aula Pharaonis verſa fuit in colubrum; prius enim mulctavit Ægyptios, quàm eblandiretur Hebræis; prius clade, & nece opplevit Ægyptum, quàm ed terram promiſſionis viam ſterneret; prius elicuit è redundante Nilo ſanguinem in Ægypto, quàm aquam ex ereſrente ſaxo in deſerto: ita enim virge Mnyſis fuit eblandita, ut ſimul terruerit. Non credes igitur, eſſe Deum ite miſericordiæ addictum, ut ſuæ obliviſcatur juſtitiæ, cùm nec à ſuo triumpho terroris argumentum abeſſe voluerit: quando enim devicta morte ad patrem redux eſcendit, non Iris verſicolor eum ſuſcepit, ſed nubes. *Et nubes ſuſcepit eum ab oculis eorum:* nubes ſelegit, non iridem; quia illa tempeſtatum, hæc trenquillitetis eſt parens; in illius ſinu velnti in offirina fulmina ruduntur, tonitrua reboant, fulgetra exiliunt: in brachijs Iridis colores eblandiuntur, & ſimul jocantur; nubem igitur, non Iridem ſelegit in ſuo ad cœlum eſcenſu, ut diſceremus, quòd tametſi noſtrem ſecum deportaverit humanitatem miſerirordiæ ſymbolum, non tamen juſtitiam dimiſit; ut ſi miſerirordie eblandiretur in humenitate, exterreret juſtitia in nube, in qua fulmina cuduntur, & erumpunt; hinc per Jeremiam ait: *Ne fortè egrediatur ut ignis indignatio mea, & ſuccendatur, & non ſit, qui extinguat.* Quis non metuat Numinis irem, quæ ſi ſemel ſurceodetur, teſtingui non poteſt? Scimus in Aula Davidis Regis plures interceſſiſſe pro uno Abſolone; ſiquidem peroravit Thecuitis, orevit filius, rogârunt alij, ignovit pater. Verùm quamvis David impereverit, ut ſibi puerum ſervarent, non valuit regium mandatum inhibere, quin Abſolon trino confoſſus jaculo penderet è quercu. Quia ita perit, quem Deus mori jubet, ſi ſemel ignis, & indignatio ſuccendatur, neceſsè eſt, cineſiat is, in quem ardet.

Act. 1. v. 9.

Jer. 4. v. 4.

Interceſſit Abraham pro urbibus Pentapoleos, ne incendio delerentur, ne flammis abſumerentur, ſed arsêre & ipſæ, & excidium paſſæ pœnas in igne dedêre, quea in fœdo concupiſcentiæ æſtu promeruerunt. Peroravit Moyſes pro incolumitate rebellentis populi, ſed Numinis flegelle in eremo non evaſit. Daniel in Babylone ſetegit flagitia Nabochodonoſoris eleemoſynis redimere, & non ſolùm aurum profudit, verùm & preces fudit, quibus Deum flecteret ed veniam; & tamen nec eleemoſynæ, nec preces Danielis inhibuère, quin Nabuchodonoſor feris aſciſceretur, & ut bos mugiret, ac inſolente metemorphoſi in belluam transmigraret. David mulro tempore gemuit pro infante, ne morte raperetur immatura, ſed Davidis lechrymæ acceleratam non valuère mortem compeſcere, & ejus filius mortuus eſt. A Semæi gladio corpora ſuorum, ac propriũ evertit Devid, ſed tranſgreſſor ille confinij ſibi præſcripti cædis ſuæ author fuit. Pluries David Saulem ſervavit, ſed hic in enſem ſuum irruit. Quid plure? ſignatur Cainus, ne lethali vnlnere læderetur, & tamen interfectus fuit à Lamecho; edeò verum, nullam deri loricam, quæ à divinæ Nemeſis valeet ſagittis tegere, ac protegere; nullum poſſe rudi clypeum, qui flagella Divinæ Juſtitiæ potis ſit retundere, & coërrere. Væ! cui Deus iraſcitur; nullibi poteſt evadere; nullibi ejus tela declinare. 55

§. VII.

Plerique imminentia pericula excidendi à Numinis gratia non timent; qui tamen peracerbè dolent temporalis reculæ jacturam: umbras expavent, qui corpora non timent. Timor Dei reliquos omnes excutit timores; & is timere deſinit, qui Deum timere incipit.

SUnt, qui æternorum obliviſcentes, timent, ſi quæ imminent pericula jacturam incurrendi alicujus temporalis commodi, fluxíque boni, non ſtatim ſint evaſuri; & quæ imminent labendi, ac perdendæ ſalutis diſcrimina declinare negligunt; umbras expavent, qui corpora non timent; gladij ad ſolem pavent rutilationem, qui aciem ferientem, & acumen prærurdie penetrans non caveat. Hi ſunt, de quibus ait David. *Illic trepidaverunt timore, ubi non erat timor.* Si ex proceribus excidat aliquis à fevore Principis, qui luctus, quæ ſuſpiria, quæ 56

Pſalm. 13. v. 5.

lamenta non audiuntur domi ab uxore,
à filijs, à conſanguineis? in ſqualore ja-
cent omnes: ſed quanta eſt ſtoliditas?
non flere excidentes à Dei gratia, con-
culcantes divinas leges; divinam juſtitiam
congeſtis ſceleribus, patratiſque flagi-
tijs laceſſentes; Adam faſſus eſt ſe à con-
ſpectu Domini aufugiſſe, eò quia pro-
priam erubuerit nuditatem; non quòd
excidiſſet à ſtatu innocentiæ, non quòd
peccâſſet; ſed quòd nudus eſſet, timuit,
erubuit nuditatem, qui peccatum, à quo
fuerat ſpoliatus, non exhorruit, nec ex-
pavit.

57. Saul cum irruiſſet toto pectore in pro-
prium gladium, conqueri cœpit cum Ama-
lecita, non quòd ſe ipſum interimeret, ma-
núſque violentas in ſe ipſum injiceret; quod
inhibitum ei erat; ſed quòd dolores inflicti
ſibi vulneris non evaderet; probríſque ho-
ſtium pateret: timuit non parricidij ſce-
lus, ſed quòd præda fieret hoſtium. Mi-
lites cuſtodes ſepulchri vix nuntiârunt,
Chriſtum ſurrexiſſe, & illicò contremue-
runt Phariſæi, non quòd redivivus è ſe-
pulchro, & victor de morte poſtrata Chri-
ſtus ſurrexiſſet; ſed ne id evulgaretur;
cúmque debuiſſent redivivum timere, ne
illos perderet, de propria ſalute parum
curantes, toti in eo fuerunt, ne Chriſti
reſurrectio crederetur; quod nil mali eis
attuliſſet, ideóque: *illic trepidaverunt ti-
more, ubi non erat timor.* Cum Samuel
1. Reg. 12. minis abſterruiſſet populum, ne Regem
poſtulâſſet, & ſi eſſet perſeveraturus in
poſtulatione fore, ut Deum propitium à
ſe abjicerent; adhuc maluerunt in pro-
pria inſania, & protervia perſeverare,
nec minas Samuelis timentes, nec ſuppli-
cium Numinis punientis; ſed cum tempo-
re meſſis cœperunt delabentes è cœlo plu-
viæ campos inundare, ſegetes obruere,
meſſem corrumpere; illicò incœperunt hu-
mi proſtrati ambas manus in cœlum eleva-
re; fuſíſque precibus, & lachrymis De-
um enixim rogare, ut nubes abigeret,
aquarum delapſus coërceret, cœlíque clau-
deret cataractas; nimirum plus timue-
runt hordei jacturam, quàm deſeri à Deo;
plus eos terruit pluvia obruens ſegetes,
quàm Deus ſe ab ipſis avertens; cum enim
Deus dixiſſet Samueli, & ſe abjectum à
populo, & à Rege populum opprimen-
dum, propheta primum reticuit, & ſe-
1. Reg. 8. cundum exaggeravit, quia ſciret proter-
vum populum parvi facere divina, & ſo-
lam ovium direptionem, olerúmque ra-
pinam plurimi ab ipſo fieri: nimirum,
quòd avertamur à Deo, non timemus:
quòd ab ejus gratia exciderimus, non
dolemus, nec ſatagimus lachrymis patrata
ſcelera abſtergere: noſtrorum verò præ-
dationem olerum timemus. Samuel po-
pulum revocaturus à poſtulatione regis;
non illis obteſtatur, quòd ſi regem ſint ha-
bituri, Deo erunt carituri; quia rebus flu-
xis inhiantes, Numinis non videntur ab-
ſentiam curare, nec metuere; ſed rerum
temporalium jacturam timent, & abſen-
tiam expavent.

Proprijs, qui inſervit cupiditatibus; 58.
tot torquetur timoribus, quot ſunt res,
quibus inhiat, nec turba hæc timorum re-
liquos coërcet affectus, nec culpis obſtat,
nec pœnis, utráſque enim acceſſit, & nu-
trit. Timor enim mundanus ſcelera con-
gerit, quorum appendices ſunt pœnæ, ac
ſupplicia. Imò tam dirè torquet timor
mundi, ut mortis ſupplicium levius cen-
ſeatur: acervat enim hic timor, & exaſpe-
rat ſupplicia. Hinc Cain, ubi primum
cœpit parricidiali terrore angi, mortem
peroptat, quâ timoris ſupplicium mitiget,
ejúſque cruciatum leniat: imò non ſolùm
Cain, verùm & eximius ille ſupremarum
virtutum cultor Elias, ubi ſenſit toto ſe
timore concuti, appetebat manus incur-
rere iraſcentis Jezabelis; & mortem, quam
fugâ declinabat, oppetere; ſatiùs exiſti-
mans morti ſuccumbere, quàm timoris tor-
queri angore. Stipendia igitur mundi ti-
moris ſupplicia ſunt, neque ulla aufert ma-
la, nulláſque delet culpas humanus timor,
cùm & ipſe malus ſit, & malorum fœcun-
dus parens.

Non igitur futilis eſt pædagogia, 59.
quam humanus timor edocet, ubi ſæpe, ut
timenda declinentur, pœnitenda incur-
runtur. Cùm elevâſſet Jacob è ſocero ſuo Geneſ. 33.
Labano in patriam redux oculos ſuos, vidit
venientem fratrem ſuum Eſavum cum qua-
draginta viris armatis, tametſi Jacobus an-
tea paſtores, ſamulos cum muneribus præ-
miſiſſet: & timens fratris iram, & armato-
rum turmam, pavore perterritus adoravit
pronus in terram ſepties, poſtea ſurgens in
tres turmas agmen ſuum providè diſtribuit,
chariſſimis quibúſue in tertiam recepit, ut
ſi fratris violentia priores duas invaſiſſet tur-
mas, ac proſtrâſſet, ſaltem ſpes ſuas in Rache-
le, & filijs ſitas in turma ultima fugæ be-
neficio ſervaret. Currens autem Eſau ob-
viam fratri ſuo, non vulnera ei infligit,
ſed oſcula infigit; non vincula injicit, ſed
amplexus in amoris fraterni teſſeram ex-
hibet; non ſanguinem fratris ſitit, ſed la-
chrymas ipſe fundit, quas amor è corde
elicit, & per oculos fundit. Currens
enim Eſau obviam fratri ſuo amplexatus
eſt eum, ſtringénſque collum ejus, & o-
ſculans, flevit. Hanc inopinatam fraterni
amoris gratiam, & inexpectatam benevo-
lentiam admiratus Jacob dixit ad Eſau. *Sic
vidi faciem tuam, quaſi viderim vultum* Geneſ 33. v. 10.
Dei: quaſi diceret, mihi timore correpto,
& anxio ob inſperatam vultûs tui clementiã,
& ob tantæ dignitatis potentiam, facies tua
quaſi vultus Dei fuit; excuſſit enim ti-
mo-

timorem, quo angebar, cruciatus coërcuit,
quibus torquebar, & mentem non ſolùm ſe-
renavit meam, verùm internâ perfudit læti-
tiâ. Expendens D. Auguſtinus verba Jaco-
Geneſ. bi ad rem noſtram ait: *Quid ſibi vult, quòd*
quæſt. 105. *ait Jacob fratri ſuo: propter hoc vidi fa-*
ciem tuam, quemadmodum cùm videt ali-
quis faciem Dei, utrum paventis, & per-
turbati animi, verba usque ad hanc adu-
lationem proruperunt? Aſſerit D. Auguſti-
nus, Jacobum fuiſſe tunc fratri ſuo Eſau ſibi
obvianti adulatum. Quamvis ſummarum
coltor virtutum, à quovis eſſet adulatio-
nis vitio alienus; quia tamen mundi timo-
re perturbatus, & fratris armati pavore
perterritus, in culpam, quamvis levem
adulationis incidit: quo inde diſcamus,
quàm pronus ad vitia, & ſcelera ſit munda-
nus timor, qui vel in ipſo ſummarum cul-
tore virtutum vitium accerſivit adulatio-
nis.

60. Hinc Salomon homines peritè erudiens,
eóſque hanc mundani timoris ad vitia pro-
nitatem edocens ait: *Qui timet hominem,*
Proverb. 29. v. 25. *citò corruet: qui ſperat in Domino, ſuble-*
vabitur. Loquitur Salomon de timore
illo immodico, quo homo perturbatus, ac
perterritus, ne ſuccumbat, mavult à Deo
ſe avertere, quàm hominem, quem timet
offendere. Qui ita timet, procul dubio, ut
ait Salomon, corruit in mala perniciosiſſi-
ma tum corporis, tum animæ; à quibus
is tantùm liberatur, qui Deum timet, & in
ipſo tantùm ſpem ſuam ponit; quia ſicut,
qui hominem timet, citò corruet; ita qui
Deum timet, illicò ſublevabitur. Animum
enim erigit timor, non proſternit; vires
ſuppeditat, non adimit: & hic eſt ille ti-
mor, de quo ſcribit D. Hieronymus. *Ti-*
Epiſt. 127. *mor virtutis eſt cuſtos; ſecuritas ad lapſum*
facilis: qui enim præſumit; minus vere-
tur, minúſque præcavet, proinde plus pe-
riclitatur, & eò in majora ſe pericula inji-
cit, quò à Dei timore longiùs procedit;
ſolus enim Dei timor eſt fundamentum
ſecuritatis: dediſcit enim perire, qui ne
pereat, ita diſcit timere lapſum: non pa-
vet, qui ita pavere addiſcit? & pericula
quæque cavet, quia ita pavet. Vis non
trepidare timore, ubi non eſt timor; diſce
timere; qui hunc timorem non diſcunt,
timore trepidant, ubi non eſt timor: ſunt
enim, de quibus ait David. *Illic trepida-*
Pſal. 13. v. 5. *verunt timore, ubi non erat timor:* quia
timere non addiſcunt, timore trepidant,
ſeu humano corripiuntur timore, & tre-
pidantes anguntur, quia Deum non ti-
ment.

61. Summa eſt felicitas, Deum timere, cujus
timor plena ſecuritas eſt. Plura nos tor-
quent, priúſquam debeant; quædam
pluſquàm debeant; alia, quæ non de-
bent; & nonnulla, quando non debent,
& hiſce timoribus correptos homo acri-
ter torquetur: plura enim, quæ noxia
non ſunt, nos terrent; eò quia ea me-
tuimus, quæ niſi metueremus metuen-
da non eſſent, nec nos terrerent. Excu-
tiendi ſunt omnes hi timores, & tantùm
is relinquendus, qui ſolus legitimus eſt,
ac verus, & id præſtat, ut poſſint cætera
omnia non timeri. Non ſolùm Dei timor
ſecuritatis eſt aſylus, ſed & periculorum,
ac timorum evaſio; timenti enim Deum,
nil occurrit timendum, ſupra periculum eſt,
& extra metum, qui verò Deum non ti-
met, etiam ipſa non timenda timet.

Multiplex eſt pœna non timentium 62.
Deum, & præſertim omnia timere: quæ
enim ſperàmus in mundo, hæc & time-
mus; ideo ſperamus, quia quæ nobis de-
ſunt, non poſſidemus, & eadem etiam
timemus, ne poſſideamus, unde Seneca
ait: *Deſines timere, ſi ſperare deſieris*, qua- Epiſt. 5.
ſi ſpes ſit fœcunda parens timoris, & ti-
mor ſpei fœtus. Vis homines non time-
re, noli quidquam ab hominibus ſperare;
in dubijs ſpebus timoris redimes abſentiam.
Humana ſpe mercari timorem, perinde
eſt, ac omnia ad ſe ſupplicia vocare. U-
nus eſt Deus timendus, & præter Deum
nil timendum; à ſolo Deo magnifica quæ-
que ſperare licèt; Dei timor non ſolùm
omnem abigit humanum timorem, verùm
etiam omni bono timentem replet. Ti-
more timor truditur, quatenus Dei ti-
mor humanum omnem excutit timorem,
& timens Deum in timoris ſui aſylo ſecu-
rus nil extra Deum habet, quod timeat;
ridétque mentitas mundi minas, ejúſque ter-
riculamenta nihili facit.

Homines non vis timere: Deum ti- 63.
me. Contenderat diu cum Moyſe Deus,
ut Iſraëlitici populi acceptaret principatum,
eúmque ab Ægyptiaca ſervitute in terram
perduceret promiſſionis. Præfici populo
illi detrectavit Moyſes, eò quia proter-
vum noviſſet pervicacis populi ingenium;
& Pharaonis duritiem, quam non facilè
flecteret, & ad dimittendum populum
traheret. Sed adigitur tandem, & prin-
cipatum acceptare, & munus ei à Deo in-
junctum obire. Obſecuturus igitur Moy-
ſes Dei mandato pavidus in Ægyptum
revertitur, unde Reus exulaverat. Sed
in medio itinere obviat ei Dominus aſpe-
ctu turgido, vultu minaci, qui nudato
gladio eum aggreditur, quem & mina-
tur occidere. *Cúmque eſſet in itinere in* Exodi 4. v.
diverſorio, occurrit ei Dominus, & vole- 25.
bat occidere eum Dominus. Sed ſi Deus
Moyſem inſtituit populi ſui vindicem, ſi
Moyſes revertitur in Ægyptum Deo jubenti
obſecuturus, cur cruentam cædem Deus ei
minatur? an quia ſub initium parêre detre-
ctaverat? ſed vel non debuiſſet Deus eum
elegiſſe, quem ſtatim vellet occidere; vel
ei ſui diffidentiam condonare, poſtquam

Principem conſtituerat ſui populi, & ad Ægyptiacam legationem ſelegerat. Cur igitur Deus Moyſi in Ægyptum proficiſcenti obviat, non ut animos addat, ſed timores incutiat? non ut proficiſcentem ſoletur, ſed diſtricto gladio terreat? Ita eſt armatam Pharaonis pertinaciam, timuit Moyſes tunc, cùm in Ægyptum proficiſceretur; hunc humanum excuſſurus Deus à Moyſe timorem; ſui ipſius timorem incuſſit, quô diſcens Deum timere, mox dediſceret hominem expavere; timor enim Dei timorem trudit hominis; voluit Deus, ut Moyſes, vel in ipſo legationis ſuæ limine inciperet Deum timere occiſorem, ut dediſceret hominem vereri protervi ingenij: timor enim Dei reliquos omnes excutit timores, & aſylus eſt ſecuritatis; quò igitur ab omni timore liber Pharaonem Moyſes adiret, diſtricto gladio voluit Deus eum terrere, ut Dei timore perculſus humanum omnem excuteret pavorem, & alacer ſuam obiret legationem. Appoſitè Theodoretus expendens præfata verba,
Exod. 4. *Et volebat eum occidere*, ait: *Nam quia Moyſes Pharaonem formidabat, ac ſæpenumero formidinem hanc declaraverat, modò dicens: quis ſum ego, ut eam ad Pharaonem? modò mitte alium, &c. idcirco ſupplicium illi Angelus comminatur timorem timore expellens.*

64. Timor enim Dei timorem omnem trudit humanum, pavores excutit hominum. Novus in Moyſe timor non antiquum novo pavoris auctario incrementavit, ſed abegit: humanus timor novo humano augetur timore, & ſupplicia geminat: ſed ubi Dei timor acceſſerit, reliqui omnes excutiuntur timores, & tunc deſinit timere, qui ita timere incipit, quia timor Dei timorem omnem excutit, abigítque humanum. Quò dediſcas timere, diſce Deum timere, expaveſcere ad irati Numinis minas, ac rigores; ad perennaturæ gehennæ inextinguibiles flammas: quamvis enim fractus delabatur orbis, ſi te Dei timor muniet, impavidum ferient ruinæ, & lætus exaggerata humanarum calamitatum ridebis terriculamenta, & omnes alios, quos mundus ſolet timores incutere intrepidus, victor, lætúſque excuties: timore Dei timor truditur humanus, non ſinit timere, quem Dei timor corripit: tunc dedidicit Moyſes, & populi pervicaciam, & Pharaonis duritiem, ac proterviam timere, cùm Deum ſibi necem minitantem in diverſorio timere cœpit. Imò quoties cœpit Moyſes humano timore concuti, toties incepit Deus ſui ipſius timore eum corripere, quò Dei timore humanum omnem abigeret pavorem, & ſecurus, ac inconcuſſus maneret Dei timore munitus.

65. Cunctanti enim Moyſi neque populi ducatum acceptanti præcepit Deus, ut quam manu virgam teneret, in terram projiceret, *Dixitque Dominus, projice eam in terram,* Exod. 4. v. 3. *Projecit, & verſa eſt in colubrum, ita ut fugeret Moyſes:* intempeſtiva fuit ſanè hæc Moyſis fuga ad primum colubri ſubſultum; nec bene viſus eſt fuiſſe ſuum auſpicatus principatum. Principis enim eſt inconcuſſam pectoris firmitatem objicere caſibus inopinis; nunquam ſe prodere timore percitum, ſed ſe exhibere pro quovis eventu adamantina fortitudine loricatum; fortaſſis non ſuffecit, Pharaonem timuiſſe, niſi ſuam etiam virgam in colubrũ verſam imbecilliter formidâſſet. Pulchrè Venerabilis Beda expendens hanc Moyſis fugam ait: *Quod verò ad hiſtoriam pertinet, virga, quæ in manu Moyſis fuerat, & in colubrum verſa eſt, ſignificat, ut Moyſes Dei poteſtate crederet, & plebs Moyſi; & Moyſes Pharaonem non timeret.* Cum igitur ferream Pharaonis pervicaciam Moyſes timidus formidaret; hunc mundi terriculamentum, hominiſque timorem ut abigeret, opus fuit Dei timore corripi. Virgam igitur miraculo in colubrum verſam formidat, & fugit Moyſes, quò inde diſceret, Pharaonem non timere, & de majori periculo, minora contemnere, quia ut ait D. Gregorius, *Sicut in via ſæculi timor debilitatem, ita & in via* Lib. 5. Moral. c. 13. *Dei timor fortitudinem gignit:* Dei timore munitus mundi quáſque ridet adverſitates, tela retundit, aſſultus coërcet, & conſtitutus ſupra pericula omnia nil timet præter Deum.

66. Idque cauſæ fuit, cur bellicum cœli arcum in nubibus extentum, ac vibratum in ſignum ſecuritatis voluerit Deus Noëmo, & filijs ſuis extradere, ne ſcilicet terræ naufragæ pericula in univerſali timerent cataclyſmo. Objecit Deus minacem in cœlo arcum contra Noëmum, ejúſque filios intentum, ut Deum timerent, & Dei timore muniti terræ naufragæ non expaveſcerent pericula, & reliquos omnes excuterent timores, quia timore Dei timores omnes mundani truduntur. Incuſſit Deus homini timorem, ut excutiat homo hominis pavorem.

§. VIII.

Timor Dei dum intus cor pungit; æterna ſupplicia foris expungit: lacrymas elicit, quibus ignes extinguit gehennales.

67. NOn ſolùm timor Dei hominum timorem abigit, ſed etiam ſupplicia, quæ divina juſtitia ob patrata ſcelera ſolet exigere, voluntaria expungit exomologeſi. Pharao licèt pluribus percuſſus plagis, adhuc flecti neſcius populi detrectaverat dimiſſionem, renuens Moyſi Dei

nun-

nuncio parêre; ſed tunc dixit Dominus ad Exod. 9. v. 14. Moyſem: *Mane conſurge, & ſta coram Pharaone, & dices ad eum: Hæc dicit Dominus Deus Hebræorum: dimitte populum meum, ut ſacrificet mihi. Quia in hac vice mittam omnes plagas meas ſuper cor tuum .... ut ſcias quia non eſt ſimilis mei in omni terra*: captu videtur difficile, Deum vice illa plagas omnes ſimul conglomeratas in cor evibrâſſe Pharaonis, ut inde conjiceret Pharao, Deum eſſe, qui per Moyſem populum peteret libertate donari: etenim tunc Nilus virgâ Moyſis non fuit percuſſus, nec ſuas in ſanguinem undas mutavit. Neque ex aquis lacuſtribus, fluvialibus, ac fontanis protracta exilijt ranarum multitudo, quæ coaxatione, lue, ſorde, ac ſalribus loca cuncta invaderet fœdatura. Nec ciniphes, ſeu culices è terræ puluere producti in denſam coacervati nubem Ægyptum obumbrârunt, nec aculeatis ſtimulis corpora terebrârunt. Neque omnis generis, ac nominis muſcæ volatu, propoſcide, maculis, ac morſu, linctúque fœdo gravârunt Ægyptios. Neque ulla fuit tunc peſtis graſſata; nec epidemica lues humana corpora corrupit, nec ulcera turgentia homines torſerunt. Neque grando fulminum diſcurſu mixta ſegetes protrivit; Neque locuſtarum volitantes exercitus fuerunt campos depopulati; Neque ullæ obtigerunt tunc triduanæ tenebræ: quomodo ergo dicit Deus: *in hac vice mittam omnes plagas meas ſuper cor tuum*? quia nimirum incuſſurus Deus ſuum Pharaoni timorem plagas omnes ſuas intorquere aſſerit non in corpus, ſed in cor, *mittam omnes plagas meas ſuper cor tuum*: ex corporis membris ſolum cor timore concutitur; ſed cur cum timorem incutit cordi, omnes ſuas, ait, plagas immittere? ac divinæ juſtitiæ tela omnia evibrare? itane exhauritur plagarum theſaurus, ut ſolus cordi incuſſus timor totum abſorbeat? ita eſt, qui Numinis iram timet, omnes divinæ omnipotentiæ plagas in corde ſuo extimeſcit; & cor timentis Deum iratum, eo concutitur timore intus feriente, ut omnibus videatur cruciatibus lancinari, plagiſque ſauciari; plagas igitur ſuas omnes in timore quaſi coacervat, addenſátque Deus, cor timentis Deum ſauciaturus: cor enim pavidum tot plagas formidat, quot poteſt Dei omnipotentia evibrare: rectè igitur cum ſuum Deus timorem immittit omnes ſuas plagas in cor timentis mittit; *mittam omnes plagas meas ſuper cor tuum*; & opportunè addit, *ut ſcias, quòd non ſit ſimilis mei in omni terra*; quia timor Dei edocet, quàm potens, ac magnus ſit Deus; cum divinæ fungens officio juſtitiæ omnes ſecum plagas trahit, quibus & cor torquet timentis, & veniam extorquet Dei lib. de pœn. c. 9. miſerentis; ſcite Tertullianus ait *Hæc omnia exomologeſis, ut pœnitentiam commendet, ut de periculi timore Dominum honoret, ut in peccatorem ipſa pronuncians, pro Dei indignatione fungatur, & temporali afflictione æterna ſupplicia, non dicam fruſtretur, ſed expungat*, timor Dei omnes trahit ſecum plagas; *ut temporali afflictione*, ait Tertullianus, *æterna ſupplicia expungat*; quatenus Dei timor aſperioris pœnitentiæ accerſit ſqualorem, quo æterna gehennæ ſupplicia redimit, & fuſu lacrymarum non ſolùm ſcelerum abſtergit maculas, ſed & gehennales extinguit flammas, culparúmque delet reatum: *ut temporali afflictione æterna ſupplicia non dicam fruſtretur, ſed expungat*. Timor Dei dum cor pungit, æterna ſupplicia expungit; dum lacrymas elicit, earum fuſu gehennales ignes extinguit; & dum ſqualorem accerſit, divinum amorem accendit; friget pavidus, ut æſtuet pio affectu gravidus; fugit timidus, ut audax accedat; peccatum accuſat, & Deus illud excuſat; ſe condemnat, ſimúlque abſolvitur.

Adam vir nimis uxorius non tam gulæ 681
illecebris, quàm ſcientiæ ambitione, ac Evæ blanditijs, ſuaſúque illectus, injunctum ſibi à Deo præceptum, ne comederet de fructu arboris ſcientiæ boni, & mali, contemptim proculcavit; animi libido Evam pepulerat ad vetitam ſibi arborem inviſendam. Adfuit ibi ſerpens circumvolutus arboris ramis, accedentem mulierem blando vultu ſalutavit, cui & felicitatem fuit precatus; tum mirâ ſermonis illecebrâ ejus ſibi benevolentiam captavit, virúſque peſtiferæ ambitionis excellendi ſupra humanum faſtigium inſpiravit, mixtum libertatis dulcedine, quâ mulieri meliùs ſaperet; guſtúmque arboris vitæ ſuaſit, ac tandem perſuaſit; ut mulier dentibus pomum prohibitæ ſtirpis invaſerit; & arbitrata in deglutito pomo beatitatem devorâſſe Deo invidendam, feſtina cucurrit ad maritum, cui vim pomis illis inſitam, & virtutem promiſſæ ſcientiæ laudavit; & tergiverſantem virum pellexit, qui ut placeret uxori, maluit Deo diſplicere, & oblatum ſibi ab uxore pomum manu arripere, oculo aſpicere, ac dente mordere, ac deglutire: & confeſtim cœperunt oculi amborum aperiri, & qui priùs non viderant nuditatem ſuam, mirati ſunt deperditæ innocentiæ ſpolia; ſtatímque irrequieta legis membrorum rebellione corpus cœpit in ſpiritum caput attollere; & ſpiritus nonniſi ingenti cum niſu ſeditioſum coërcere corpus. Præ cæteris eos aggreſſus eſt furor erubeſcendæ libidinis, cujus turbulento ſenſu exagitati, paribus erubeſcere ſuorum luminum dejectibus, ac vultuum confuſione adacti ſunt; adeout in denſius ambo arbuſtum conceſſerint, verecundiæ ſuæ lucem, lucique verecundiam ſuam ſubducturi, ſibique frondea ſubligaria de connexis ficuum folijs conſuturi: à magiſtris tamen umbris illis errorem didicerunt, cum crederent ſe latere, quia Numinis offenſi, ac meritò irati ob unicum ipſis injunctum, ac violatum præceptum oculis erant manifeſtiſſimi; à quo per paradiſum ad au-

ram horis pomeridianis inambulante, interrogationibus eò deducti ſunt, ut nuditatis, ruptique imperij, ac pomi vetiti degluriti crimen fateri adigerentur. *Et cum audiſſent vocem Domini Dei deambulantis in paradiſo ad auram poſt meridiem abſcondit ſe Adam, & uxor ejus à facie Domini Dei in medio ligni paradiſi.* Quid; quòd lapſis primis hominibus non ſtet Deus in paradiſo, ſed inambulet? an ut irruente culpâ ſe à corde hominis amotum oſtenderet, quem in ſuo ſtantem præcepto ampliùs non viderat? Quid? quòd ad auram poſt meridiem deambulet in paradiſo? an quia lux ferventior veritatis à Protoplaſtis jam abſceſſerat, & peccantes culpæ petratæ frigus conſtrinxerat? deambulat in meridie, ut redargueret primos homines, qui in jubare veritatis,& auge felicitatis ſtare neſcij turpiter ceciderunt. Increpavit ergo Adamum peccantem non ſtans, ſed deambulans, quò cæcutientibus nequitiam ſuam non ſolùm ſermonibus, ſed etiam rebus aperiret; quatenus peccator homo non ſolùm per verba pattatum à ſe ſcelus audiret; verùm etiam per deambulationem amiſſo terrenæ beatitatis ſtatu, mutabilitatis ſoæ cerneret inconſtantiam; & per auram fervore charitatis à ſe excuſſo, torporem ſuum ac teporem noſceret; & per declinationem ſolis, ſe à gratiæ divinæ ſplendore excidiſſe cognoſceret: hæc ante verba increpationis rebus ipſis Deus Adamo fugienti denunciat, ut objectam ſibi culpam lacrymis elueret, non fugâ eluderet; nec Adam potuit ampliùs ficuum frondibus ſicut propriam nuditatem, ita & admiſſam pravitatem obtegere: acutè Leontius expendens verba illa: *Abſcondit ſe Adam, & uxor ejus à facie Domini Dei* inducit Adamum fugientem, ſic cum Deo loquentem: *Cum rem cum tali reo habeas, non habeo cauſæ dicendæ libertatem, ſuſcipe timorem, qui peccatum meum purget, & qui ſit patronus tuæ juſtitiæ. Vincere te oſtendi fugiens ſententiam tuam Crimen fugâ detexi, oſtendi errorem defendi non poſſe.* Se reum noverat Adam, timorem ſuum fugâ prodit; ideóque fugit, non ut crimen occultet, ſed detegat; timor enim, quem fuga ſignat, crimen deſignat, quod etiam apertè arcuſat, dum oſtendit, errorem ſuum defendi non poſſe: non igitur delictum excuſat ſiſtendo, ſed accuſat fugiendo; ſimúlque rogat Judicem, partem læſam, ut velit proditum fugâ timorem ſceleris purgatorem, ac obliteratorem ſuſcipere, ait: *ſuſcipe timorem, qui peccatum meum purget;* & quaſi id non ſufficeret, addit: *& qui ſit patronus tuæ juſtitiæ;* quia timor Dei non ſolùm male anteactam vitam purgat; verùm & divinæ ſatisfacit juſtitiæ, quidquam non ampliùs exigentis: quia timor lacrymis exomologeſis non ſolùm maculas eluit noxarum, ſed & timentem torquet, ac juſtitiæ ſatisfacit divinæ exigens pœnas à culpa promeritas. Inconſulta igitur Adami à Dei oculis fuga præconceptum timorem propalavit; & conſcientiæ reatum abolevit, quia opportunè culpam delevit.

Geneſ 3. v. 8.

Serm. de creatione.

69. Quòd ſi timore benefico Protoparentes divinæ juſtitiæ ſatisfecerunt, & miſericordiam conſequuti lacrymis pœnitentiæ, ac ſudore laboris contractam abſterſere noxam; eos & nos imitemur; timorem Dei præmittamus, divinam timeamus nunc juſtitiam, eique adnitamur ſatisfacere; ut inde conſequamur, & miſericordiam; Non ita fidamus miſericordiæ, ut juſtitiæ obliviſcamur; aiebat David: *Miſericordia, & veritas obviaverunt ſibi*, ſed quæ Deus ſua conjungit attributa in cœlis, hæc plerunque adnititur homo ſeparare in terris; ubi ſola arridet miſericordia quia indulget; non placet juſtitia, quia punit, ideóque terret; & peccantes conſuetes pulnillos voluptatum illecebris, mundique delirijs ſe ab ipſa avertunt: ita miſericordias Domini celebremus, ut ad ipſas nos timor divinæ juſtitiæ manuducat. Timor juſtitiæ ſi præceſſerit tunc ritè Domini erimus miſericordias celebraturi; aiebat David: *Miſericordias Domini in æternum cantabo:* non ait tanto de præſenti, quia nunc tempus eſt flendi, ac timendi, ſed cantabo poſtquam timor Dei me immunem à noxis ſervaverit; poſtquam per veram reſipiſcentiam, & lachrymis noxas deleverim meas, ac divinæ ſatisfecerim juſtitiæ: nunc enim tempus eſt lachrymas fundendi.

Pſalm. 84. 11.

Pſalm. 88.

70. Iris emicare quidem debet, ſed inter tetras mortis caligines & in turbine nubis roridæ, cùm ſcilicet anima metu imminentis periculi, ac dolorum vehementia eliquatur in lachrymas; non verò in arridente juventutis ſereno, æſtúque felicitatis, cùm omnia nos in ſcelera urgent: tunc timor Dei debet nos manuducere, ac dirigere, ne impingamus, & ne quæ nobis pericula obviant, incurramus: eſt iria proximam præſignans ſerenitatem miſericordiæ ſymbolum, ſed tunc tantùm ſubſeruturam ſpondet tranquillitatem, ſi veſpere diſcolor promicet, ſi enim occaſuro ſole ſplendeat, felicitatem portendit; non ita ſi manè reniteat, quia tunc procellas tumultuantes, cœli fragores, fulmina ac ſonantes prænunciat tempeſtates Geneſ. 9. v. 13. ait Deus: *Arcum meum ponam in nubibus. Et erit ſignum fœderis inter me, & inter terram;* qui verò calente ſole, ſeu in æſtu juventutis huncpingit diſcolorem, ſibique fingit arcû, ac ſibi ſpondet miſericordiam Dei futuram ſibi propitiam, & interimè vitiorum non emergit cœnoſa palude, mundi delicijs vult diffluere, ac voluptatum indulgere illecebris; tunc iridem colorat quidem, non tamen cauſâ fœderis ſtabiliendi cum morte, ſed potiùs pacti ineundi cùm gehenna; cujos ignes incrementat impudicis flammis concupiſcentiæ, quibus exardet.

Vidit

91. Vidit Joannes, iridem diſcolorem plurimum ſuis nitoribus Angelo adjicere ornamenti: ſed non in pectore, neque in cruribus, aut pedibus ſplenduit hæc pacifica iris; ſed in ejus radiavit capite, quod cum texit, eidem & coronam intexuit: *Et vidi alium Angelum fortem deſcendentem de cælo amictum nube, & iris in capite ejus*, ſplenduit igitur iris, non in pedibus, nec in fœmore, aut pectore, ſed radiavit in capite, ſeu poſtrema Angeli parte, quæ ſupremam adumbret vitæ noſtræ horam, reliqua corporis membra atra circumamicta nube nonniſi terrores ſpargebant; è nubibus ſiquidem toto corpore expanſis nonniſi fulgura, & fulmina incutiendis terroribus nata exiliêre, quod dilucidiùs etiam ſubindicat Joannes: *Et facies ejus erat, ut Sol, & pedes ejus tanquam columnæ ignis*, quia ij duntaxat deliciis, ac ſplendoribus perfunduntur in vultu, quos priùs timor ſuppliciorum exterruit: ij accedente libithina, noſtræque domûs pulſante fores ſplendent divina innixi miſericordia, qui timore juſtitiæ præcavere ſcelera priùs ſategêre, & quos timor Dei manuduxit per ſemitas juſtitiæ.

DISSERTATIO XVII.

Diſcolor, & blandiens divinæ miſericordiæ Iris tunc fulget in vitæ occaſu, quando in ortu adoleſcentiæ, reliquiſque per ætates ſingulas temporibus timor Dei pravos omnes in nobis affectus coërcuit, ac eorundem procellas compeſcuit,

§. I.

Tunc Dei miſericordia eſt nobis in morte propitia, ſi timor juſtitiæ fuit nobis in anteacta vita frænum, quo vitia quæque coërcuimus.

1. Certum eſt in ſanctam civitatem cœleſtem Jeruſalem nil ingredi coinquinatum, & Regium Vatem fores ejuſdem non miſericordiæ inſignire nomine, ſed juſtitiæ portas eas vocare: *Aperite mihi portas juſtitiæ: ingreſſus in eas confitebor Domino. Hæc porta Domini: juſti intrabunt in eam*, Hoc eſt juſti, non coinquinati, non polluti, non profani, non ſacrilegi erunt hanc portam Domini ingreſſuri, ſed *juſti intrabunt in eam*, ſeu qui timore Dei manuducti pericula præcaverunt ſe per ſcelera avertendi à Deo, qui ſemitas juſtitiæ perambulârunt, ac virtutum addicti culturæ liliis caſtitatis, roſiſque charitatis coronam ſibi texuêre. Tunc iris miſericordiæ affulget in funere, cùm in juventute, & reliquo vitæ tempore timor Dei nos manuduxit, ne præcipites in ſcelera rueremus: ſi fulgura, tonitrua, & fulmina præceſſerint, ſeu timor divinæ juſtitiæ ſuos nobis terrores incuſſerit, ſplendet poſtea iris, cùm mors imminet, & pronuba miſericordiæ, ac prænuncia eſt æternæ tranquillitatis, ac beatitatis.

Pſalm. 117. v. 19.

2. Non floreret roſa niſi dumi foliorum pompam præcederent: diu frutex viret, ſed ſpinis circumſeptus, ut ex ipſis tandem flos erumpat. Scimus columbam ad Arcam reducem ramum virentis oleæ retuliſſe, non tamen manè, nec in meridie, ſed veſpere; *At illa venit ad eum ad veſperam portans ramum olivæ virentibus foliis in ore ſuo.* Eſt quidem olea æternæ pacis ſymbolum, ac miſericordiæ prodroma; ſed quia maturescit in extrema anni ſenecta, & cum jamjam eſt annus moriturus: hyeme enim potiùs, quàm autumno olivæ maturiunt; quò inde diſcamus, miſericordiam futuram nobis in morte propitiam, ſi terror divinæ juſtitiæ, quæ cataclyſmo homines delevit; & terram naufragam ſubmerſit prævium nobis Dei timorem incuſſerit. Non oriente, ſed mox occaſuro ſole illatus eſt in Arcam miſericordiæ ramus; quia diu fluctuavit Arca in mundi naufragio, & Noëmus divinæ juſtitiæ ſuppliciis perterrefactus ad non aliam direxit oculos cinoſuram, quàm ad Dei timorem, quo familiam ſuam probè rexit.

Geneſ. 8. v. 11.

Elias

3. Eliæ ſperatæ indulgentiæ panis tunc ſapuit, cùm ſubcinericius fuit, eique exhibitus fugienti à Jezabele ad Juniperi ſpinas, non ſub Myrti umbra ſedenti. Non expectanda eſt Dei indulgentia, ſi ejus juſtitiam peccator non timuit: miſericordia enim à juſtitia non ſeparatur in Deo, & qui juſtitiæ obliviſcitur, miſericordiam non invenit: hoc eſt, qui Deum non timuit, ſed per congeſta ſcelera laxas cucurrit omnium iniquitatum vias, miſer ad gehennam venit cùm ad occaſum vitæ pervenit. Chriſtus cor ſuum, è quo miſericordiæ ſcaturiunt profluenta, ultimo loco paſſus fuit perfodi, cùm ſcilicet terra inſueta eclypſi cæcutiret, & oppanſa caligine inhorreſceret; montium juga inſolito tremore quaterentur, ac vallium profunda; & camporum planities timore perculſæ contremiſcerent, ac ſepulchra paterent reſerata. Non audeamus primo loco reſerare fontem miſericordiarum, quem Chriſtus poſtremo patefecit: quando cordis arcanum aperuit, tunc ubera exhibuit benignitatis; non quando Scribæ ad illudendum moverunt capita ſua, ſed cùm milites lanceæ ſuæ pectus percuſſere: miſericordia enim tunc largiùs in homines profunditur, cùm terrores, ac timores, imò & ſupplicia præceſſerunt; tunc fons iſte miſerationum aperitur, cùm peccator reſipiſcit, ingemiſcit, & toto corpore contremiſcit, non verò cùm furit; cùm vitijs indulget; cùm delicijs diffluit.

4. Vulneratis in eremo ab ignitis ſerpentibus fornicatoribus Iſraelitis in alexipharmacum curandis vulneribus accommodatum non columba, ſed ſerpens expoſitus fuit: quia cum libido inſoleſcit, pravúſque affectus deſævit, non columba, ſeu Numinis indulgentia proponenda eſt; ſed ſerpens non adblandiens, ſed feriens; non deoſculans, ſed mordens; non dulcedinem, ſed venenum effundens, quo timore divinæ juſtitiæ ducamur, & à noxijs abſterreamur. Si concupiſcentia intus urgeat, ſi libido inſoleſcat, ut frœnũ injiciat ejus motibus coërcendis; opportunus eſt anguis, qui terreat, ac ſibilet; non Luſcinia, quæ cantet, ac demulceat. Hinc Davidi jacenti in luto ſceleris, quo inde emergeret, ac verè reſipiſceret Natham Propheta non Dei indulgentiam, & humanitatem; ſed flagellum, & juſtitiam prædicavit; priùs flagellum timuit, & quia præceſſit divinæ juſtitiæ timor, & ab eodem manuductus, divinam fuit miſericordiam conſecutus.

Ezech. 1. v. 13. Currus gloriæ Domini nonniſi terrore flammarum, ac fulguribus impellitur; & ex animantibus, à quibus trahitur nulla eſt, quæ non terreat; leo ſiquidem rugit, Bos cornu minatur, aquila diſcerpit roſtro, rapitque ungue; & unicum tantùm adeſt animal humanam præſeferens effigiem; & licèt humanitatem præſeferat, adhuc ejus facies exardet inſtar carbonum ardentium, ne vel ipſa humanitas careret, quo terrores incuteret; currui gloriæ Domini trahendo non adjecti fuêre agni, qui manſuetudinem ſpirarent; non columbæ, quæ blandimento candoris demulcerent; non cygni, ac Olores, qui cantûs ſuavitate eblandirentur, nec turtures pietati ſtudentes; ſed leones rugientes, boves cornu minantes, aquilæ roſtro, & ungue diſcerpentes, & homines carbones ardentes ex ore terrifico evomentes, nullúmque fuerit ex animalibus currum trahentibus, quod timores non incuteret intuentibus: quia nimirum ad Dei gloriam non trahimur, niſi nos Dei timor manuducat.

Non violæ, nec lilia; ſed fulgura, & nubes minantes, ignisque involvens nos ad cœlum viam ſternunt. 5. Et licèt Dei filius noſtram voluerit humanitatem induere, cui etiam tam arctè adhæſit, ut nunquam ſit illam dimiſſurus, ſitque propterea nobis totus humanus, ac benignus, non tamen credas, ſuam dimiſiſſe juſtitiam cùm Joannes in Apocalipſi viderit gladium acutum ex ore illius promicantem: licèt ejus caput ut aurum rutilet, & capilli ut nix candicent: candent tamen pedes ut ignitum auricalcum: *Caput autem ejus, & capilli candidi tanquam lana alba, & tanquam nix, & oculi ejus tanquam flamma ignis; & pedes ejus ſimiles auricalco, ſicut in camino ardenti; & vox illius tanquam vox aquarum multarum, & habebat in dextera ſua ſtellas ſeptem; & de ore ejus gladius utraque parte acutus exibat; & facies ejus ſicut Sol lucet in virtute ſua.* *Apocal. c. 1. v. 14.* Eblanditur quidem nix ſuo candore, ſed gladius in ore exterret, & ignis in pedibus timorem incutit, quo rectè ambulare diſcamus, quia non licet nobis ad niveum divinæ miſericordiæ candorem pervenire, niſi Dei timore manuducamur: ab igne ſiquidem inchoandum eſt, qui ardet in pedibus, ut candore capitis recreemur: fundamenta, quibus humanum corpus nititur, pedes ſunt, non aliter hi moveri debent, niſi Dei timore ducantur; ultima corporis pars caput eſt, quod non ſolùm candore nivis eblanditur, ſed etiam acie gladij exterret: ita ambulemus, ut ignis, qui in pedibus exardet, timorem divinæ juſtitiæ nobis incutiat, & hoc prævio duce manuducamur, ut ad nivium blandimenta, ſeu Dei miſerationes perveniamus: alioquin, ſi excuſſo Dei timore velimus vias pertranſire iniquitatis, ac vitijs indulgere; ſicut in capite filij hominis niveæ ſuo candore eblandiuntur; gladius etiam, qui ex ore ejus promicat vulnera infligit, & cruentam necem minatur: pedes igitur igne exardent, & timorem incutiunt divinæ juſtitiæ, quò diſcamus rectè ambulare, & Dei timore manuduci, ab initio vitæ, & per ſingulas ætates adoleſcentiæ, juventutis usque ad extremam ſenectam, ut ibi in capite nivea

miſe-

miſericordiæ inveniamus blandimenta; alioquin armatur etiam ſuo gladio caput, quo ferit, ac interimit.

6. Si dicas, Manna in deſerto Numinis deſignâſſe benignitatem, & miſericordiam, & Hebræos ſummo manè manna collegiſſe; ac proindè poſſe & nos divinæ fidere in juventa miſericordiæ, quæ erit nobis profutura in extrema ſenecta, tametſi mundi delicijs diffluamus, noſtriſque concupiſcentijs indulgeamus; deciperis craſſè; non diffiteor ab Hebræis fuiſſe Manna manè collectum: ſed ſcias, & vermes effudiſſe, & nauſeam moviſſe, & ad querimonias etiam impuliſſe, imò & poſt deguſtatum manna rebellâſſe populum, & cœleſti ferculo prætuliſſe allia, & cepas Ægypti, ac vitulum conflâſſe, cui & ſua exhiberent obſequia. Fidere divinæ miſericordiæ, cum in juventa concupiſcentiæ rebelles motus urgent, libidines æſtuant, pravi affectus ſtimulant, & hos non coërcere, ſed iiſdem indulgere, Manna eſt, quod in vermes putreſcit, nauſeam movet, & ad flagitia viam ſternit. Quòd ſi dicas, citra omnem noxam delicias innocentiſſimi ferculi è cœlo eſurienti populo ſuppeditati Iſraelitas guſtaſſe; verum eſt, ſed tunc non, niſi mane populus collegit manna, ſeu ante ſolis ortum, antequam ejus æſtus pungerent & calor ferveret; non verò cùm Sol poſt ſuum exortum cœpit æſtuare, & in meridie pleno jubare ardere: aurora ortui ſolis præludens infantiam præſignat, quæ impunè lætatur in ſinu miſericordiæ, & dulcedinem ejus prægustat innoxiè: at ubi in juventute ſanguis ebullit in venis, concupiſcentiæ æſtuant in corde, & libidines ardent in pectore, hiſce pravis coërcendis affectibus non manna miſericordiæ opus eſt, ſed ſeveritate juſtitiæ.

7. Cæterum qui Manna manducârunt, dixerunt admirati, *quid eſt hoc?* & quamvis omnem præſeferret ſaporem, quo palato demulceret, illud tamen brevi averſati ſunt. Plures Numinis fidunt clementiæ, ſed quia mores non corrigunt, quia pravos affectus non compeſcunt, ſed ſinunt concupiſcentias ſuas effrœnes excurrere, in morte eam non experiuntur ſibi propitiam, & Euchariſticus panis, ſeu cœleſte Manna, tunc non ſapit, & nauſeat, quia anima allijs, ac cepis aſſueta vitiorum in hujus ſæculi Ægypto, nauſeat ſuper cibo iſto cœleſti. Deſcribitur in ſacro Epitalamio ſponſus innixus aureis pedibus, cruribúſque lapideis. *Crura illius columnæ marmoreæ, quæ fundatæ ſunt ſuper baſes aureas,* Cant.5.v.15. quia ſi ætati innocenti aurum eblanditur; lubricæ adoleſcentiæ ruditas lapidis minatur. Aurum optimum, ac defœcatum, ut habeamus in capite, rude, ac præduræ rum ſaxum perpendamus in cruribus: lapidis rigor gradum nobis aperiat ad oris mella, ſeu timor Domini, quem rigor divinæ juſtitiæ nobis incutit, viam ſternat ad Dei miſericordiam ſperandam; Dei timore manuducamur, ut mella divinæ miſerationis deguſtemus. Scimus è latere vulnerati Chriſti aquam effluxiſſe, ſed non ſolam, cùm & cruor è confoſſo pectore exilierit, per aquam miſericordia, & per ſanguinem juſtitia præſignatur, quò inde diſcamus, ita divinæ fidere miſericordiæ, ut juſtitiæ non obliviſcamur, ſed Dei timore ducamur, hinc priùs ſanguis effluxit, & poſt cruorem emanavit unda: quia quando cruor nos inficit ad terrorem; tunc ſperamus fore, ut recreemur ad ſolatium, & aquâ potemur miſericordiæ; quòd ſi aqua ſymbolum exhibet miſericordiæ, hæc à latere Chriſti non effluxit, quin priùs ab eodem confoſſo lanceâ ſanguis emanaverit è lancea, & ſanguis juſtitiam, cujus illa eſt inſtrumentum, & hic effectus præſignant; quò inde diſcamus, priùs Dei juſtitiam timere, ut hoc timore manuducti viam declinemus iniquitatis, deinde ſperemus fore, ut reficiamur, potemúrque aquâ miſericordiæ; quia niſi timor divinæ juſtitiæ præceſſerit, ſpes miſericordiæ exareſcit, & qui in nos derivantur rivuli miſericordiæ, exſiccantur.

Neque pellucida hæc divinæ miſericordiæ aqua ſitienti Iſraeli in areſcente deſerto effluxit, niſi è præduro ſilice ad ictum repetitum virgæ, quæ juſtitiam adumbrat; 8. eadem virga, quæ petram percuſſit frigeſcentes, ac pellucidos ex ejus ſinu latices elicuit ſiti extinguendæ accommodatos; priùs percuſſit, quod proprium juſtitiæ eſt, & poſtea aquas elicuit, quod miſericordiæ tribuitur; quo diſcamus manuduci à Dei timore, quo perveniamus ad dulcedinem aquæ vivæ, ac potemur Dei miſerentis laticibus, ſeu fontibus Salvatoris: idque cauſæ cur David nos hortetur ſervire Deo in timore, & exultare ei cum tremore: *Servite Domino in timore, & exultate ei cum tremore,* Pſalm. 2. v. 11. v. 13. ſed poſtea ſubdit: *cùm exarſerit in brevi ira ejus: Beati omnes qui confidunt in eo.* Quid? quòd David incuſſurus DEI timorem, animos mox ad ſpem erigat? *Beati omnes, qui confidunt in eo:* ſatiùs ex præcedentibus intuliſſet, beati omnes qui pavent eum, cùm non ad ſpem, ſed ad timorem fuerit eos cohortatus? ſed rectè concluſit. *Beati omnes qui confidunt in eo,* quia præmiſerat timorem, & tremorem, & præſupponit confidentes in Dei miſericordia ei ſerviiſſe in timore, ac tremore: qui enim in vita timent, in morte ſperant, qui DEI timore manuducuntur, ad DEI perveniunt miſericordiam; qui DEI vindicis timent ſupplicia, DEI miſerentis experiuntur gratiam, & favorem.

9. Si cupimus igitur ſpem metere, timorem ſeramus; ſi velimus ad Dei miſericor-

diam pervenire, timorem accerſamus manu-
ducentem: ſi timor præceſſerit, miſericordia
Cap 11. v. 1. ſubſequetur, ait Iſaias: *Egredietur virga de radice Jeſſe: & flos de radice ejus aſcendet:*
nimirum quia virga præceſſit timoris, flos
germinavit miſericordiæ. Et Moyſes non
ſtatim pæan cecinit, cùm populum excuſ-
ſo jugo ſervitutis eduxit ex Ægypto, ſed
tantùm poſt Erythræi maris trajectum tym-
pana pulſari, & cymbola perſonare juſſit:
Pſalm. 42. v. 4. *Confitebor tibi in cythara*; non de præſenti
David exultat in cythara, quia priùs cine-
rem, tanquam panem manducat, ſed poſt
pœnitentiam peractam, poſtquam ſervivit
Domino in timore, & tremore pſallit in
via immaculata: *Miſericordiam, & judi-*
Pſalm. 100. v. 1. *cium cantabo tibi Domine, & pſallam, & in-*
telligam in via immaculata: ita miſeri-
cordias & nos canamus, ut DEI juſtitiam
non obliviſcamur; priùs DEUM verea-
mur judicem, ac vindicem, ut poſſimus
eum & miſerentem experiri. Sunt qui
quovis excuſſo timore in ſolo ſperant Deo
miſerente, ſed interim mores non corri-
gunt, & vitijs indulgent, ſperantes fore,
ut in extremo ſenio ſint gratiam expertu-
ri DEI miſerentis; ſed ideo plerumque
parum proſperè, quia nimis properè; ſi
priùs timere didiciſſent, & noxas caviſ-
ſent DEI miſerationes in ſenio eccinis-
ſent.

10. Jeremias recenſens impios, in quos
Dei vindicis erat ira graſſatura & deſcri-
Jerem. 10. v. 9. bens indumentum eorum, ait: *Hyacinthus, & purpura indumentum eorum.* In flore
Hyacinthi miſericordia, & in purpura
cruoris Dei vindicis juſtitia deſignatur.
Qui igitur priùs in miſericordia DEI ſpe-
rantes pravis adhærent affectibus, ſuis in-
dulgent concupiſcentiis, libidines non co-
ërcent, mores non corrigunt, hi ad ex-
tremum purpura induuntur cruoris; ſeu
DEI Judicis, & vindicis experiuntur i-
ram, & ſupplicium, quia qui præprope-
rè ſperant, præpoſterè quid timeant, eis oc-
currit.

§. II.

Qui quovis excuſſo timore in ſolo ſperant Deo miſerente, & mores non corrigunt, in extremo ſenio parum proſperè decedunt, quia nimis properè ſperârunt.

11. ARcta eſt porta, per quam ad conci-
nendas DEI miſerationes ingredi-
mur, & nonniſi per DEI timorem
ad eam manuducimur: refert Joſephus He-
Lib. 6. de bello Iudaico cap. 6. bræus, Templum Salomonis in portica,
quam appellabant gentium, oſtia habuiſſe
octoginta, quæ ad ſingulas mundi plagas
converſa eſſent: in Templum tamen non-
niſi unum pateret oſtium. Profectò in
atrijs gloriæ DEI, ſeu in Eccleſia plura pa-
tent oſtia, per quæ multi in Eccleſiam ab
Oriente, Occidente, Meridie, & Aqui-
lone veniunt; plures vocati ſunt, ſed pau-
ci electi, quia pauci DEI timore manudu-
cuntur, & per anguſtam portam ingredi-
untur. Confragoſa eſt ad cœlum via, &
anguſta porta: quisquis cœlum ingredi
nititur, de ingreſſu priùs cogitet; & ne
putet aditum ſibi facilem, & reſeratas, ac
pervias omnibus eſſe portas, cum dicat
Chriſtus: *Intrate per anguſtam portam*:
& poſtea: *quàm anguſta eſt porta, & arcta via, quæ ducit ad vitam? & pauci ſunt, qui inveniunt eam.* Monet nos, ut intremus, Matth. 7. v. 13.
non tamen per laxam, & omnibus paten-
tem portam, ſed per arctam, & angu-
ſtam, ad quam nonniſi Dei timor manudu-
cit: arduum eſt per januam validis clau-
ſam repagulis ingredi: unde Hugo expen-
dens Verba Matthæi ait: *poſtquam pul-*
ſatur, & pulſanti aperitur, non reſtat, niſi
quòd ingrediatur; cùm ergo ſupra docuerit
pulſate, & aperietur vobis; hic docet in-
trare. Non dixit Chriſtus cùm primum
pulſaveritis apertum eſt oſtium; adeò ut
perinde ſit pulſare, ac aperire; ſed ait de
futuro aperietur, quia priùs pulſandum eſt
verberibus mortificationis, ac pœnitentiæ,
& poſtea ſi diu pulſaverimus, ſi nos Dei
timor per arctam manuduxerit viam virtu-
tum, & mandatorum Dei, aperitur nobis:
quia nonniſi nos timor Dei duxerit, ad Dei
miſerationes concinendas in cœleſti patria
non pervenimus.

Quinimò poſtquam diu pulſaveri-
mus, & aperta nobis fuerit janua, non 11.
tamen nobis pervium erit illicò ingredi;
quia adhuc arcta eſt via, quæ non capit
turgentem ambitione, nec delicijs diffiu-
entem, nec divitijs affluentem, nec volu-
ptatibus indulgentem, quia hi omnes quan-
dam præſeferunt laxitatem, quam arcta
ad cœleſte Templum janua non capit. Im-
penſiùs enitendum eſt, ut hanc abjicia-
mus, omnémque hujusmodi reſecemus la-
xitatem, ut quavis amputata diſſolutione,
& ſuperfluitate manuducente DEI timore
per hanc valeamus arctam ingredi januam:
non enim poſticum habet empyrea domus,
unica eſt illi porta, & arcta quidem, quia
conſummatæ virtutis. Niſi pravos quos-
que reſecemus affectus, niſi omnem tur-
gentem ambitionem, divitiarum amplitu-
dinem, ac voluptatis diſſolutionem abjece-
rimus, & DEI timore manuducti arduam,
& arctam pœnitentiæ, & virtutis percus-
ſerimus viam, portam non ingrediemur,
quæ ad vitam ducit: hinc David poſt-
quam lachrymarum fuſu ſordes abſterſerat,
quas per patrata ſcelera contraxerat, &
veniam per ſuffragia pœnitentiæ extorſerat
dixit: *Caſtigans caſtigavit me Dominus, &*
morti non tradidit me. Poſtea peracta jam pœ- v. 19. & 18. Pſalm. 117.
nitentia, & imbre lachrymarum elutis ſcele-
ribus

ribus ſtudio pietatis addictus, & culturæ incumbens virtutum ſubdit: *Aperite mibi portas juſtitiæ, ingreſſus in eas confitebor Domino: hæc porta Domini, juſti intrabunt in eam.* In brevi ſententia cur ſtylum immutavit Propheta? initio alacer dixit; aperite mihi *portas* juſtitiæ, ac ſi plures ſint portæ juſtitiæ, per quas nobis aditus pateat ad cœleſtem patriam: mox non ampliùs plurali otitur numero, ſed quas plures portas ſibi aperiri concupierat, unicam dicit portam eſſe: *Hæc porta Domini juſti intrabunt in eam*, cur ſi plures ſibi portas aperiri exoptat, unam duntaxat modò ſibi portam adaperit? ſategerat priùs per plures ingredi portas, & unicam tantùm invenit ſibi patêre; & quidem poſt peractam pœnitentiam, poſt abſterſas lachrymis noxas, poſtquam panem cineribus mixtum ſtomachum potiùs torſit, quàm refecit. Quid hæ plures portæ ſignificant, ſi unica duntaxat eſt porta, per quam ad vitam ingredimnr? noo me latet, plures cum Caſſiodoro aſſerere, multas quidem eſſe cœli portas, ſed quæ tandem ducant ad unam, ſeu ad Chriſtum, per cujus merita cœli janua nobis patet,

13. Sed Euthymius expeodeos verba illa Davidis: *hæc parta Domini juſti intrabunt in eam:* opportunius ad rem noſtram ait. *Videtur mibi Propheta, arctam illam atque anguſtam portam ſignificare, de qua Dominus in Evangeliis ait: Intrate per anguſtam portam. Hanc etenim Propheticis oraculis cernens David clamat dicens: Hæc eſt porta Domini; hæc eſt illa porta, de qua Dominus JESUS CHRISTUS docebis vos:* quamvis igitur plures videantur cœli portæ nobis patere, ac pervius per eas in cœleſtem patriam ingreſſns; una tamen eſt Domini porta arcta, & anguſta, per quam juſti tantùm erunt iogreſſuri: per hanc autem arctam, & anguſtam portam nonniſi juſti ingredinotor, quos timor Dei manuduxit per exercitia virtutum, & ſtudia bonorum operum.

14. Jacobus Patriarcha ob præreptum nataliom primatum, invidiam, & odia Eſavi fratris natn majoris declinaturus, ejusque ſimul iras effugiturus DEO auſpice Iter arripnit in Meſſopotamiam Syriæ Provinciam. Poſt ſuſceptæ peregrinationis diem defeſſus ex itinere daturus defatigato corpori quietem poſt ſolis occaſum idoneum ſub dio locum delegit haod procul ab urbe Luza, pulvilli loco lapidem capiti ſubjecit, & jam cum ſomno ſopiretur, ſcala dormienti objicitur è terra in cœlum protenſa, quot gradibus, tot arcanis plena myſteriis; commeabant per eam furſum, ac deorſum genii cœlites, & cacumini DEUS ipſe inſederat. Sacer initio horror animum peregrini perſtrinxir, præſertim ex eo, quòd audiviſſet Deum innixnm ſcalæ dicentem ſibi: *Ego ſum Dominus DEUS Abraham patris tni.* Expergefactus mox Jacob de ſomno ait: *Verè Dominus eſt in loso iſto, & ego neſciebam*, & timore correptus, ac totus pavidus ſubdit: *Quàm terribilis eſt locus iſte! non eſt bic aliud niſi Domus DEI, & porta cœli.* Geneſ. 28. v. 17.

15. Quid? quòd Jacob aoditis DEI promiſſionibus adimplendis iodubiè in ſe, ſuiſque poſteris, timore perculſus angitur? Cur timet ſi reſeratum ſibi cœlum, & patentem ſibi empyream DEI domum videt? quid contremiſcit, ſi deſcendentes per ſcalam cœlites, & iterum aſcendentes ad cœleſtem eum invitant felicitatem? cur terribilem vocat locum illum, ubi cœlum vidit ſibi aperiri; & ſcala, cui cacumini innixus DEUS ipſum alliciebat ad cœleſtes delicias? Scitè Anſelmus Laudeoſis ait: *Pavèneque quàm terribilis eſt inquit locus iſte! non eſt bic aliud niſi domus DEI, & porta cœli: quia in terram Chriſtus deſcendit, inde in cœlum aſcendit. Quia inde aditus aperitur credentibus ad capiendum Regnum cœlorum:* In cap. 28. Geneſ. nimirum viderat Jacobus cœli poriam, per quam Chriſtus ad terras deſcenderat, & per quam ad cœlos iterum aſcenderat, & pavidus tremuit, quia noverat iuſtia nonniſi per eaodem patere ad Regnum cœlorum aditum: & quamvis ad ſuaviſſimas beatorum invitaretur delicias; adhuc timidè paver, & cœli aditu propiùs ſpectato pavidè terretor. Pavens, *quàm terribilis eſt inquit locus iſte, non eſt bic aliud niſi domus DEI, & porta cœli:* ipſam vidit anguſtam eſſe, & per eaodem Chriſtum deſcendiſſe ad terras, & iterum è tertis ad cœlos aſcendiſſe: Chriſtus verò deſcendit de cœlo pauper, & nudus oaſci volnit, oon in aula Regia, ſed io caula paſtorum, obnoxius ioiuriis aëris, & hyemis: vixit, ut virrutes, quas ipſe excoluit, oos edoceret: & oonniſi cruci affixus iterum voluit è terris io cœlum aſcendere: & cùm hæc ſit via, quæ ad cœleſtem patriam ducit, timuit Jacobus, & pavens dixit: *Quàm terribilis eſt locus iſte, non eſt bic aliud niſi Domus DEI, & porta cœli:* per deſcendentes enim Angelos incarnationis Myſterinm hominibus prænuntiabatur: per aſcendentes ardentia Patriatcharum deſideria, & orationes ſurſum ferri ad DEUM: per duo ſcalæ latera miſericordia, & veritas de promiſſo Meſſia iodicabantur.

Sed D. Bernardus hanc Jacobi ſcalam vult deſignâſſe profectum in virtute, eò quia nullus ex cœleſtibus Geniis viſus à Jacobo fuerit ſtare, vel ſedere; oon enim eſt coonceſſum ſtare in pendulo fragilis ſcalæ, neque in incerto hujus mortalis vitæ quidquam in eodem ſemper permaner ſtatu, onda neceſſe eſt, vel aſcendamus, aut 16.

deſcendamus: neque is bonus eſt, qui melior eſſe non vult, quia ubi incipit quis nolle fieri melior, ibi deſinit eſſe bonus; ideóque arcta eſt via, quæ ad vitam ducit, cùm à virtutum ſtudio vacare non permittatur; & non progredi, perinde ſit ac retrogredi. D. Hieronymus, nititur ſignificatione hujus ſcalæ, ut excitet lapſos ad reſurgendum, ait ipſe: *Vidit Jacob ſcalam de terra usque ad cœlum, & aſcendentes per eam Angelos, & deſcendentes, & deſuper innitentem Dominum, ut laſſis manum porrigeret, ut aſcendentes ſuo ad laborem provocaret aſpectu. Unde & vocatur locus iſte Bethel ſeu domus Dei, in qua quotidie deſcenditur, & aſcenditur. Sancti enim corruunt, ſi fuerint negligentes, & peccatores priſtinum recipiunt gradum, ſi ſordes fletibus laverint.* Cæterum Jacobo ſcala objecta fuit in loco deſerto, ſub Jove frigido, ſub dio, ubi terram pro lectulo, ſaxum pro pulvino habuit, à turbis domeſticis ſemotus, quia arcta ad cœlum via obſtrepentes hominum excludit tumultus.

Epiſt. 34 ad Julianum Tom. 1.

§. III.

Timor eſt, qui ſecuritatem enanciſcitur: qui enim pavet, pericula omnia cavet.

17. SEcurus non eſt ad Deum aſcenſus, ubi inter homines frequentiores fiunt deſcenſus, & lapſus; & nemo eſt tutus, niſi qui timet; & pavidus pericula nititur omnia declinare; qui enim pavet, is ſemper cavet, & ideo eo cautior, & ſecurior, quò pavidior, ac majori percitus timore. Feræ omnes, quæ vident pericula fugiunt: & dum fugientes ſecuritatem naneiſcuntur, non ſemper pericula evadunt, quia plerumque mentitâ ſecuritate capiuntur; latent enim caveæ, & laquei ubi ſecuritatem arbitrabantur enactæ: quæ vident ipſæ pericula, fugiunt, ſed quia inviſa non præcavent, & ipſa ſecuritas laqueos tendit, & inſidias nectit. Homo verò, cui & mens eſt oculatior, & providentia defœcatior; præterita ad cautelam retroſpicit, præſentia luſtrat, & futura cautè rimatur, ne inopinata calamitas ſomno ſopitum opprimat: pericula omnia, ſi ſapit, ſedulus prævidet, ut cautè quæ mala imminent declinet. Nullus eſt, qui ſine hoſte feliciter vivat, quia ſaltem invidia felicitatis pediſſequa eſt. Inter hoſtes autem nemo verſatur ſecurus, ſed ubique timendæ ſunt inſidiæ, ac præcavenda pericula: ſolus timor eſt, qui ſecuritatem enanciſcitur, quia, qui pavet pericula omnia cavet: quòd ſi hoſtes non urgeant, qui timeantur, tunc vel ipſa timenda eſt ſecuritas, hæc enim plerumque inſidias appſrat hoſtilibus nocentiores.

18. Patriarcha Abraham diu improles nonniſi ſerus decore inſignitur paternitatis, ſternente ad eam devotione citiùs viam, quàm generatione. Genuit Iſaacum, quem ut natura ad omnes efficeret prærogativas inſignem, & ad omnem perficeret virtutem, plures viſa eſt annos impendiſſe: opera enim excellentiora, nonniſi temporis diuturnitate abſolvuntur. In Iſaaco igitur unà cum ætate etiam virtus adoleviт, creviſque cum annis; & quia virtutum moribus imbutus, parentum erat delicium, quibus unicus hic filius ad familiæ principatum fulciendum à DEO datus fuerat. Sed qui fulcrum domûs deſtinabatur, mox à DEO repoſcitur ad victimam. Noctis intempeſta ſomno fortè Abrahamus indulſerat, cum vox è cœlo ad aures allabitur dormientis, quâ jubetur Iſaacum filium, quem è Sara jam ſeneſcente ſuſceperat, ſeu unicum parentum gaudium, ac delicium ſuis proprijs manibus jugulatum DEO hoſtiam immolare, in eo montis vertice, quem DEI nuncius eſſet ei oſtenſurus. Ad imperium hocce antehac inauditum concuſſa Abrahami viſcera contremuerunt; perinde enim erat filij petere jugulum, ac cor è pectore evellere, ac vitam exigere Patris. Quid hic Abrahamus? num in proceloſo fluctuat pelago turbulentiſſimarum cogitationum? dum hæret anceps de cruento mandato, de nece inferenda Iſaaco, poſt tot ad DEUM fuſas preces tandem ex Sara ſuſcepto jam grandæva ad probrum delendum ſterilitatis, & ad mox collabentem Abrahami familiam fulciendam? exhorruit natura Numinis mandatum, cui & parêre detrectaverat, ne in prolis nece ſibi in ſucceſſoribus propagationem adimeret; ſed Abrahamus naturam exuit, ſenſum procul abegit, Numini obſequuturus imperanti; paravit illicò manus operi, pedésque itineri; & in negotio tam luctuoſo nil cunctatus, ſummo mane antequam Aurora curſum illuſtraret horizontem, ſurrexit, accinxitque ſe itineri, nulla rei mentione factâ Saræ uxori, ne mulier lacrymis, & querelis moram injiceret ullam animo feſtinanti obſequi Dei mandato; paratiſque ad ſacrificium neceſſarijs, comitem ſecum duxit Iſaacum.

19. Triduò aberat mons, in cujus vertice immolandus erat Iſaac, cui nomen Moria, plures is per vallium divortia diſtinguebatur in colles, quorum qui orientem reſpexit *Sion* nuncupabatur, qui occaſum *Golgotha*, qui ſeptentrionem *Acra*; cum poſt biduanum iter ad hujus radices montis appuliſſet, juſſi ſunt famuli cum aſello lignorum, & foculi bajulo ſubſiſtere; lignorum faſcis in humeros transfertur Iſaaci filij, & Abraham parens ſimul & myſta.

myſta.

myſta foculum ferens, & gladium montis jugum cum filio inſcendit. Quis explicet patris internos gemitus, anguſtias cor prementes, dolores pectua pulſantes, mœtores animum affligentes, ſpinas viſcera penetrantes, cogitationes mentem turbantes? præſertim cum intueretur filium innocentem, nilque de propria immolatione ſuſpicantem, & mox genitoris manu interficiendum? quot Patris in corde ſuſpitia, quot in pectore anhelitus, in animo preſſuræ, in viſceribus dolores? cum in montis aſcenſu audivit filium interrogantem. *Pater mi: ecce ignis, & ligna: ubi eſt victima holocauſti?* quo vultûs colore, qua cordis anguſtia, quo ſenſu doloris reſpondit pater: Geneſ. 22. 8. *Deus eam ſibi providebit fili mi.* Geneſ. 22.

20. Quales non concepit torquentes cogitationes afflictiſſimus Pater in montis aſcenſu per unius diei ſpatium? facilè hæc ſecum volvebat: ergóne poſt diu concupitum, & tot poſt preces ſuſceptum ex Numinis favore filium, infelix ego pater propria manu, diſtrictóque gladio interficiam? & ſanguinem unici mei filij fundam, pro quo ſuſcipiendo tot lachrymas fudi? hic ergo erit mearum precum fructus? hic meorum finis votorum? ergo ſacrificio filium ſibi dari præcepit Deus, in cujus funere parentum mœſtiſſima orbitas ſpem totam promiſſorum nepotum conterat, ac deleat? ubi erit meæ propagatio familiæ, quæ erat numeroſa in terris certatura cum ſtellis in cœlo micantibus? Ad id mihi Deus filium indulſit, quò illum interficerem? me patrem conſtituit, ut fierem parricida? ut pro tædia jucundi, ac auſpicatiſſimi Hymenæi, lugubrem funeſtæ Libithinæ rogum accenderem? ut riſus, quem cœleſtes Genij Mambræa ſub quercu prædixere ferales ſtatim deſineret in luctus? quibus me oculis Sara conjux aſpiciet in domum reducem, orbatum filio, & à patre jugulato? quid dicet, ſi intelliget, patrem in Iſaaco intetempto, ferro ſubjeciſſe ſuum gaudium, unicúmque delicium, ac ſpem totius familiæ propagandæ in innumeros poſteros?

21. Mox conjectis in filium immolandum oculis, hæc intus ſecum loquebatur, animóque volvebat; O cordis mei dulciſſima vita! quis dabit, ut moriar pro te? ergo ne ad id natus es, & mihi datus, ut te interimerem, te occiderem, ac diſtricto gladio in te uno ſpes meas omnes amputarem, radicitúſque evellerem? ergo ne tu necandus ferro, cremandus in pyra, abſumendus igne, ac redigendus in cineres abſque reliquijs, quas inferam tumulo? ſed mox ſe ſupra naturam erigens dixit; ſed jubenti parendum eſt; in ejus obſequia par eſt, me flectam; falli Deus non poteſt, nec me fallere; promiſſum erit mihi ſervaturus: ſi Iſaacum petit ſibi immolandum, nil mihi ſurripit; repetit, quod ſuum eſt, poteſt alium dare: cur quem liberè dedit, non reddam exigenti? cum poſſit ipſe auferre nolenti? naturæ fluctuantis commotionem, virtutis ſtudio, animíque ſedavit fortitudine; & in montis faſtigio aram proprijs conſtruit manibus, ligna deſuper componit, cúmque nil ſupereſſet, niſi ut victima cæderetur: tum pater fronte ſerenata Dei mandatum exponit filio; inquiens: adeſt tempus Iſaace fili ſpes unica totius meæ familiæ, delicium Saræ, & gaudium meum, quo fias Dei ſic imperantis hoſtia. Quem te ad plures preces, & lachrymas mihi Numen indulſerat, mox repoſcit; dederat te mihi puerum; & nunc te repetit adoleſcentem; quod ſuum eſt, exigit, ei obſiſtere, nec poſſim velle, nec velim poſſe; mihi etiam nolenti, ac renitenti te poteſt abripere: æquitas exigit unicuíque petenti dari, quod ſuum eſt. Paratiſſimum ſe Iſaacus exhibuit in juſſa Numinis, & ſine querela, abſque reluctatione animi conſtantiâ firmatus, pectoríſque fortitudine corroboratus, procumbit in genua ſuper ſtruem lignorum, manúſque offert ad vincula, corpus ad cædem. *Cúmque alligâſſet Iſaac filium ſuum, poſuit eum in altare ſuper ſtruem lignorum.* Geneſ. 22. v. 9

22. Quid? quod Abraham ſciens pronum, paratúmque Iſaaci animum ad necem ſubeundam, adhuc filium ſuper lignorum ſtruem voluerit alligare, ne inde etiamſi vellet, poſſet aufugere? ſi ſecurus erat de filij conſtantia, & obediantia, quâ Numini imperanti ejus immolationem libenti animo parebat, cur timuit, ne mortem declinaret? cur ſuſpicatur de filij conſtantia, quem ne fugeret, alligat? cur fune ſtrictè ligat, quem pietatis, & amoris vinculum arctiùs Deo illigaverat? ſi immolandi filij pia in Dei obſequium deſideria patris anteverterant diligentiam, cur quaſi invitum, & reluctantem illigat, quem libertas animi ad holocauſtum pertrahebat? tantum pater filij detrahit devotioni, quantum addit funium ad vinciendum: ſi filij refugam non timet, jam ſecurus eſt, & ubi ſecuritas ſupervacuè adduntur vincula. Ex promptior adfuit Iſaacus, & ultronea victima præcucurrit ad aram, ne videretur invitus, vel reluctans trahi; ergo opus non fuit, ut funibus vinciretur. Sed Abrahamus ideò arctiùs ſategit ita convincire filium, quia ſecurus erat minimè reluctaturum Numinis obſequio: ſecuritas ipſa funes apparavit, quibus arctiùs vinciretur, quia ſecuritas, & timor adeò arctè nectuntur, ut ſejungi nequeant: ubi enim timor, ibi & ſecuritas, qui timet, pericula refugit, & qui pavet, cavet; ut ſecurus procedat, procul à periculis. Appoſitè Zeno Veronenſis loquens de Abrahamo filium alligante ſuper lignorum ſtruem ait: *Securus enim pater optimus timuit:* nimirum timuit, quia ſecurus erat, timor enim ita

arctè ſecuritati adnectitur; ut eam veluti pediſſequam ſemper ſecum trahat: ſecurus erat Abraham de filij devotione, & obſequio, nec verebatur refugam ſpontaneæ hoſtiæ: ſed quia ſecurus erat, timorem accerſivit, quia timor, & ſecuritas ægrè ſejunguntur, & tunc tutior eſt ſecuritas, ſi timore fulciatur: *ſecurus enim pater optimus*, ait Zeno, *timuit*, quaſi ſecuritas timorem, & timor ſecuritatem aſciſcat.

23. Quò tutiotes nos Deus efficiat, timorem nobis ſuum incutit. Jam diuturnior Noëtici cataclyſmi procella in terram naufragam ſævire ceſſaverat: homines tamen ab illa ſuperſtites eluvione circumſpicientes oppletam cadaveribus telluris ſuperficiem pavidè timent, & elapſum memoria verſantes periculum, veluti attoniti, inertéſque ab omni ceſſant humano opere; ne dum ſibi neceſſaria ad vitæ commoda proſpicerent, naufragi & ipſi perirent: quos tamen excitaturus Deus ad opera humana exercenda, terrámque excolendam Noëmo apparuit, juſsitque eum cum tota ſua familia, & poſteritate bono eſſe animo. & non futuri deinceps diluvij cœleſte offert ſignum, velut divinæ obſidem ſponſionis, opulentúmque ſubſecuturæ ſerenitaris fidejuſſorem. *Arcum meum ponam in nubibus cæli, & erit ſignum fæderis inter me, & inter terram. Cúmque obduxero nubibus cælum, apparebit arcus meus in nubibus; & recordabor fæderis mei vobiscum, & non erunt ultra aquæ diluvij.* (Geneſ. 9 v. 13.) Quid? quòd arcum aſſuetum in bello cladibus ſpargendis, vulneribus infligendis, hominibus interimendis appendet clavo nubis, cujus ſinus officina eſt, in qua fulmina cuduntur, reboant minæ tonitrui, exiliunt fulgura? quia omnia hæc, cum timorem incutiant, ſecuritatem adſciſcunt; ſignum fœderis eſt arcus in atra nube tenſus, quia ubi timor, ibi & ſecuritas.

24. Timeo tamen, ne plerumque ſecuritas à timore ſejungatur, & tunc quia ſecuritas timoris expultrix, ipſa timenda eſt, magíſque ab ipſa debent homines ſibi cavere; quia certior periculi remotio, vel ipſi periculo lenocinatur, quo Deus ſecuritatem invehat, arcum ſuum ponit in nube: *arcum meum ponam in nubibus cæli, & erit ſignum fæderis:* non lilia, ſed arcum poſuit in ſignum perpetuæ pacis, quia ſigno bellico timor incutitur, & timor ſecuritatem accerſit; qui pavet, cavet, & qui cavet, pericula declinat, & ſecurus procedit; imò non arcum ſimpliciter poſuit in ſignum fœderis, ſed arcum deſcriptum in cœli nubibus, quæ & ipſæ excuſſis fulminibus timorem incutiunt, ut quò magis excreſcit timor, eò firmior ſtet ſecuritas. Arcum ſuum poſuit in nubibus, è quibus aquæ eluvionis delapſæ fuerant, quò rurſus ſuperſtites homines, eorúmque poſteri metuerent, quoties arcum in nube ſuſpicerent diſcolorem: ut ſi in arcu eſſent ſecuri de promiſſa tranquillitate, in nube timerent mundi naufragium, ne ſcilicet timor, & ſecuritas unquam ſejungerentur, ſed timor ſecuritatem accerſeret, & hæc timori inniteretur. Signum igitur tranquillæ ſerenitatis Deus in nubibus conſultiſſimè poſuit non futuri ultra diluvij, ut in ipſo arcûs ſecuritate diſcerent homines Deum timere, cujus juſtitia nubes ipſas aſſumpſerat, ut inſtrumenta hominibus puniendis accommodata: impuræ libidinis flammæ omnia in terris ornamenta virtutum aduſſerant, mundúmque totum ſordibus coinquinaverant: ſed Deus vindex utrumque malum reparaturus; & homines nequam, uno, eodémque flagello puniturus nubes congeſſit, quæ in diluvium liqueſcentes, impuros extinguerent ignes, ſordes abſtergerent, & promerita nece delinquentes punirent.

Ea tantùm ſtat ſecuritas, quæ timoris eſt pediſſequa, quæque timori innititur. 25. Jactati Apoſtoli ſæva tempeſtate, & fluctuantes non minùs animo, quàm cymbâ, acriùs turbantur, eò quia Magiſtrum Chriſtum videant, marinos ſuper fluctus ambulantem, quem ſpectrum eſſe per fluxa illa itinera diſcurrens ſibi imaginantur: at Petrus hærens anceps, quò certior fieret, & dubitationem excuteret, dixit. *Si tu es, jube me venire ad te ſuper aquas*, noverat Magiſtrum filium eſſe Dei vivi, ac poſſe fluctibus imperare, quò viribus omnibus in extima recollectis ſuperficie hominem ſuſtentent, eíque per humidos ſuos ſinus ſicca itineta ſternant, veluti præduro ſtrata adamante, ideóque Magiſtrum rogavit, ut juberet, quò ſuper aquas poſſet ad ipſum venire: Chriſtus votis annuit Petri, & ut marini fluctus ejus extinguerent dubitationem reſpondit, *veni. Et deſcendens Petrus de navicula ambulabat ſuper aquam, ut veniret ad JESUM, videns autem ventum validum timuit, & cum cæpiſſet mergi, clamavit, dicens: Domine ſalvum me fac:* (Matth. 14 v. 29.) nimirum imbecilla eſt hominis natura, & trepidat in ipſa cultura virtutum: Petrus enim juſſus ad JESUM venire, debuiſſet, vel in ipſis fluctibus, quorum dorſa ſicco pede calcabat, conſtantiam didiciſſe in Dei fiducia, ac animo in eadem manere immobili, etiam procelloſos inter fluctuum motus: ibi enim eſt portus, ac tranquillitas, ubi eſt Chriſtus, & acceſſus ad ipſum omne periculum abigit.

26. Permiſit tamen JESUS, ut Petrus mergi inciperet, quò per accerſitum timorem ſecuritatem ſtabiliret: ſecurus erat ejus ad Magiſtrum acceſſus, quia ab ipſo juſſus fuerat venire; & quia ſecurus debuit timere, & quò timeret, mergi cœpit, ut firmior innixa timori ſtaret ſecuritas. Confidit Petrus animosè, dum ſupra naturæ vires, excelſæ audet, ambítque fidei ſubire faſtigium, dum deſcendens de navicula audaci

pede

pede timorem premit, ac dorſum inſolecentium fluctuum: verùm ubi fluxas in concitati maris incipit viis humanis greſſibus incedere; ſéque reſpiciens hominem, ſeu deorſum retroſpiciens imbecillam humanitatem non tam fidit de animoſitate, quam trepidat de imminente ruina, & eò ſecurior ad Chriſtum accedit, quò de propria magis timet imbecillitate: acutè S. Chryſologus expendens præfata verba ait. *Sic beatus Petrus cùm per æquora divinos imittitur in greſſus, & novus viator molle iter duris calcat, ante de lapſu ſupplicat, quàm gaudeat de donato*; quàm aptè dicitur Petrus humanæ oblitus imbecillitatis, ac naturæ, & fide animoſus tumores fluctuum impavido pede, ac firmo veſtigio proculcare intrepidus; quia nimirum ut notat Chryſologus, *ante de lapſu ſupplicat, quàm gaudeat de donato*: ſupplicat, quia timet: *Videns autem ventum validum timuit, & cùm cœpiſſet, mergi clamavit dicens: Domine ſalvum me fac*, quia timorem præmiſit, & priùs de lapſo ſopplicavit, ſecuritatem acceſſivit, quæ ut firmior ſtaret marinos inter fluctus fulcrum præmiſit timoris, quia nullibi ſtat firmior ſecuritas, quàm ubi timori innititur.

Serm. 100.

27. Labitur ea ſecuritas, quæ timorem excutit, & is impingit, qui Dei timore non manuducitur: libet id in Caino explorare. *Egreſſúsque Cain à facie Domini habitavit profugus in terra ad Orientalem plagam Eden. Cognovit autem Cain uxorem ſuam, quæ concepit, & peperit Enoch, & ædificavit civitatem*: excuſſerat Cainus Dei timorem in cæde fratris ſui Abel: & non innixus huic fulcro in plura lapſus eſt ſcelera; interrogatus enim à Deo de fratre ſuo, quem in campo interemerat, mentitus eſt Numini interroganti. *Num cuſtos fratris mei ſum?* ac ſi nil ſciret de fratre ſuo; quem tamen noverat à ſe occiſum; & interrogatus de ſcelere patrati fratricidij non indoluit, ſed à fratris cura ſe alienum dixit: Dei iram non timuit, & hominum inſidias expavit: à facie Domini ſe avertit, & quia Dei excuſſit timorem, poſt ſententiam contra ſe latam libidini indulſit, ac fœdæ voluptati operam dedit: nam egreſſo à facie Domini nil magis volupè fuit, quàm ut uxorem cognoſceret, & à tribunali ad thalamum, à ſupplicio ad delicias, à fuſione ſanguinis ad lenocinia digrederetur voluptatum: ultrò egreſſus eſt à facie Domini, non verò ab ipſo dimiſſus; quò inter divini judicij tonitrua diſceret extimeſcere, & finem libidini imponere: ſed quia timorem excuſſerat, quamvis exul, & profugus, nil ei magis cordi fuit, quàm delicijs, ac voluptatibus indulgere, ſéque in cœno omnium ſcelerum mergere, ac manſionem in iiſdem extruere. A Deo damnatus timorem à ſe abegit, & divini contemptor furoris uxorem cognovit, urbem ædificavit, & ſe in omne ſcelus egit præcipitem. Non tamen credas, Cainum excuſſo Dei timore veram fuiſſe beatitatem enactum; bracteata enim eſt mundi felicitas, fragilis, mentita, fugitiva; quæque volatilem, ac perbrevem vitam in mortem commutat æternam, & fucato corporis oblectamento animi cruciatus mercatur æternùm perennaturos: perſonata eſt mundi felicitas, cui ſi larvam detrahas, obſes gehennæ perſæpe in ipſa latet.

Geneſ. 4. v. 16.

Geneſ. 4. v. 10.

§. IV.

Timenda, & præcavenda eſt bracteata mundi felicitas, faciem præſefert eblandientis, & rabiem fovet mordentis.

28. Cavenda eſt hæc fucata felicitas, quæ venenum in aureo cyatho propinat. Canina eſt mundi felicitas, præſefert blandientis faciem, & mordentis habet rabiem. Spectemus, ſi lubet, rabidum canem ridere tunc videtur, cùm dentes oſtentat, ſed ſub falſo riſu veram occultat rabiem. Et is à ſana mente dejicitur, qui rabidi canis morſui ſe nudum, inermémque exponit: ſolus timor eſt, qui fugienti perſuadet à canina ſe ſubducere rabie. D. Auguſtinus vocat mundi riſum amarulentum, atque caninum, ideóque rabidi canis ſe morſui exponit, qui mundi gaudia ſequitur, fictáſque mundi voluptates conſequitur; mordet enim ſuos mundus ſectatores, quibus videtur arridere. Luxuria, qua mundus ſuis vel maximè eblanditur, ridentem videtur faciem præſeferre; ſed tunc verè mordet, cùm fictè ridet.

29. Nil hac mundi voluptate perniciosius, nil nocentius; ſe inſinuat blandiendo, & mordet ridendo; demulcet alliciendo, & perimit conſentiendo: luxuria enim quamvis videatur carnem mulcere, non tamen eam mulcet, ſed mordet; blandè videtur ad nos accedere, & ridentis faciem præſeferre; ſed tunc ni timeamus ejus morſum, caninum illius dentem experimur, quia mordet, quos corripit; omnis enim carnalis voluptas ſuaviter allicit, blandè accedit; ſed in fine mordet, interimit, & amarè recedit: imò tum primùm mentem ſubit, & conſenſum extorquet, lethaliter mordet, neque ſuam potis eſt ſævitiem continere. Appoſitè S. Ambroſius ait: *Intuêre peccatoris letitiam, introſpice vulnera, & vibices animæ ejus, cordiſque maſtitudinem.* Flores exhibet deliciarum, & ſpinis lethaliter cruentat. Qui mundi inhiat felicitati, non gaudia amat, ſed vulneribus gaudet, idque ſubindicat D. Gregorius *homilia 18. in Ezechielem*, ubi mentem depromens mundo ſuperiorem ait de mundi felicitate, quâ mundus nobis eblanditur: *ſi talem adhuc mundum diligimus*

Lib. 1. offic. cap. 12.

mus non jam gaudia, ſed vulnera amamus: imò graviora ſuat hæc vulnera, quò latentiùs inflicta, quò noxiori fraude ſub illecebris occultata; ediſcit à dœmone Magiſtro ridere, ut mordeat, diſcit blauda offerre, ut nocentiora infligat vulnera: has dœmonis verſutias, fallaciáſque detegit D. Hieronymus *in proœmio ad 3. lib. comment. in Jerem.* ubi loquens de ſubdolo dœmone ait: *Univerſa mendacia ſubdolo melle circumlinens, ut qui audit verborum dulcedinem, venena pectoris non formidet, pacem pollicetur, ne graviora bella exerceat; ridet, ut mordeat.* Nimirum mundus ridentem offert faciem, quò ſuis arrideat, ſed ſimul, ut mordeat.

30. Felicitas non eſt, quam mundus exhibet, ut dilaniet, vulneret, ac interimat: & adhuc erimus tam deliri, ut velimus latranti credere, & ridentem putare, quem mordentem experimur? arridentem cenſere, quem ſentimus vulnera infligentem? timenda eſt hæc felicitas, cujus extremum luctus occupat. Ille, qui in evangelio narratur divitijs affluxiſſe, & mundi felicitatu celebris; dicitur purpuram induiſſe, ac byſſum; ex mundi delicijs, ejúſque felicitate luctum tantùm, & ſupplicia mercatus fuit. Dicitur. *Purpura, & byſſo indutus,* (Luc. 16.) & congeſtis divitijs potens; quòd ſi pretioſarum veſtium cultus culpa vacâret, hujus Evangeliſta non meminiſſet; ſed quia purpuram memorat, & byſſum, erubeſcit etiam in purpura ſcelus, quod purpurâ induitur, ut in ejus ſplendore magis erubeſcat proprium dedecus; tegit purpura plerumque ſcelus, quod tamen non delet; nemo quippe veſtimenta pretioſa quærit, niſi ad inanem gloriam; nemo vult pretioſis indui veſtibus, niſi ut ab alijs videri poſſit, & laudari; adeo ut vel ipſa ambitio pretio veſtium luxum nondinetur.

31. Non ſolùm dives ille recenſetur divitijs affluere, ac deſcribitur purpura, & byſſo indutus; ſed etiam ſtomacho epulis gravato. (Luc. 16.) *Et epulabatur quotidie ſplendidè:* dantur etiam epulæ ſplendidè noxiæ, imò eò plerumque ſunt fœdiores, quò ſplendidiores apparent, quò inde diſcas, celebrari ſine culpa vix poſſe convivia, quia epularum ſplendidiorum fœda ſolet pediſſequa eſſe voluptas: ſiquidem cùm corpus in refectionis delectationem reſolvitur, & ſtomachus lautioribus oppletur ferculis, ac generoſiori madet vino; cor ad inane gaudium relaxatur: & venter delicatiùs expletus, concupiſcentiam fovet, quam excitat; & voluptatibus, quæ ſunt oppleti ventris appendices, inhiat. Epulabatur igitur quotidiè æquè divitijs affluens, ac delicijs diffluens, indutus purpurâ, & byſſo, quia mundi gaudebat felicitate. Secus Lazarus mendicus, pannoſus, lacerus, ulceribus fœdus, & pure ſcatens ad opulenti divitis jacebat poſtes, mendicitate, quàm nomine clarior; quò nimirum criminoſam opulentiam de pauperis redimeret mendicitate, & inopia mendici inanes divitias redargueret. Sed peractâ volatilis hujus vitæ ſcenâ dives immiſericors extructum ſibi in inferno reperit ſepulchrum. Mortalitatem exuit mendicus, & in cœleſti Abrahæ ſinu ab Angelis locatus induit vitæ beatæ immortalitatem; æſtuat in gehenna dives, & aquæ guttulam in linguæ refrigerium expoſcit; cum enim eſſet in tormentis, flammiſque gehennalibus torqueretur, tetra illa inter fumi volumina vidit in cœlo Abrahamum prolixa loci intercapedine diſſitum, & Lazarum in ſinu ejus, & ſtatim Abrahamo enixim ſupplicat pro ſubſidio aliquo æſtuanti præ ſiti linguæ refrigerandæ idoneo. *Pater Abraham miſerere mei, & mitte Lazarum, ut intingat extremum digiti ſui in aquam, ut refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma.* (Luc. 16.) ſed divitis preces non valuerunt Abrahamum in ſua vota flectere; non frigidam ei ſuppeditavit; ſed quòd accepiſſet bona in vita ſua ei objecit, quem potiùs increpavit. *Fili recordare, quòd recepiſti bona in vita tua; & Lazarus ſimiliter mala, nunc autem hic conſolatur, tu verò cruciaris,* (Luc. 16. v. 25.) quaſi dicat, opus mihi non eſt, ut tibi exponam tuæ damnationis cauſam, quæ in ipſa recordatione bonorum receptorum tuis exhibetur oculis. *Recordare, quia recepiſti bona in vita tua, & Lazarus ſimiliter mala, nunc autem hic conſolatur, tu verò cruciaris:* quia mundi felicitas, quæ divitijs affluens, & delicijs diffluens purpuram induit, & byſſum, epulatúrque ſplendidè, gaudia ſerit, ut luctus metat; voluptates exhibet, ut ſupplicia exigat: cruciatur dives, quia opulentè fortunatus fuit.

32. Quis non timeat humanam ridentem felicitatem? quis mundanam non vereatur arridentem proſperitatem? cùm nonniſi ſupplicia, & dolores ſecum trahat; ejus riſus ſardonicus eſt, mortem infert ex riſu, & gaudium affectat in luctu: quamvis mundi voluptatibus deliniti, ac mundana felicitate donati ridere videantur, non tamen credas, verum eſſe eum riſum, qui necis eſt parens, quíque dentes oſtendit, ut mordeat. Huc transferri poteſt, quod de populo Romano Salvianus dixit: *Sardonicis herbis omnem Romanorum populum putes exaturatum, moritur, & ridet:* (Lib. 7. de gubernat. Dei.) ridet mundi felicitas, ſed ejus riſus prodromus eſt mortis, & mundi gaudentes felicitate rident quidem, ſed riſu ſardonico, quo ridentes pereunt, ac lugent: luctus enim, in quem deſinit mundana quævis lætitia apertè prodit, ſardonicum eſſe omnem mundanum riſum; quia dives evangelicus mundana perfuſus felicitate riſit, cùm viveret; lugere adigitur, cum moritur; neque expetitam aquæ guttulam obtinuit; ſed memoria dilapſæ felicitatis refricatur, quo ulcus recrudeſcat, & dolor acriùs torqueat. *Fili recordare, quia*

receq

recepiſti bona in vita tua, & Lazarus ſimiliter mala: nunc autem hic conſolatur, tu verò cruciaris, quia dives, quò delicijs uberiùs diffluerét, omnem excuſſerat Dei timorem, & miſericordiam; nec ſuam timuit felicitatem, nec miſericordiam in Lazarum exercuit, æternis fuit ſupplicijs addictus: ſiquidem, ut obſervat D. Chryſoſtomus, non quia dives fuit, æternis torquetur ſupplicijs, ſed quia immiſericors: ait Chryſoſtomus. *Non quia dives fuerat, torquebatur, ſed quia miſertus non fuit*, & nihilominus Evangeliſta non luxuriantis im. miſericordiæ, ſed opulentæ meminis felicitatis, cùm cauſam exprimit acerbæ damnationis: Recordare, quia recepiſti bona in vita tua. O quam periculoſa eſt mundana proſperitas! ſi non timeatur, neque ab ejus caveatur periculis: vix humanam timemus felicitarem, quæ tamen pluribus nos periculis exponit, quàm quævis calamitas: Dei timemus iram mundi minantem calamitates, & ærumnas; Dei autem benignitatem, quæ cunctis ſpondet proſpera, vix timemus; ideóque ſecuri non ſumus in ipſa felicitate; quia ubi timor abeſt, vix ſecuritas adeſt, hinc acutè Tertullianus de cultu fœminæ ait: *Quantò autem laudabilior, qui timuerit etiam indulgentiam Domini*, quaſi dicat, ille laudabilior, ac ſecurior eſt, qui Numinis timet indulgentiam; ſeu cum bonis, ac divitijs diffluit, quas Dei providentia munifica manu felicibus diſpenſat, timet, & pavet, ſimúlque cavet pericula; quæ ſecum mundi proſperitas, ac felicitas trahit; tunc enim ſtat ſecuritas, cùm fulcro fulcitur timoris, ſolet enim mundi felicitas vitijs lenocinari, quæ etiam fovet, ac jiſdem favet; ideòque timenda eſt, & cavenda, ut tutus quis incedat, ſtétque ſecurus. Quòd ſi Numinis providentia nos divitijs, bonísque omnibus cumulat, tunc ut ſecuri ſtemus, neceſsè eſt, timori innitamur: ſiquidem cum majoribus donis, major etiam accreſcit donorum ratio, & opulentior fit gratitudinis obligatio, éſtque propterea timenda, vel ipſa proſperitas, quam munifica Dei manus nobis largitur, quia ot ſcitè Tertullians: *quantò autem laudabilior, qui timuerit etiam indulgentiam Domini.*

Serm. 2. in epiſt. ad Philippenſes.

Cap. 7.

§. V.

Timor, ſi cadat, nulla ſtat ſecuritas, cujus eſt timor fulcrum, cui tuta innititur: qui enim pavet, cavet, ac tutè incedit.

33. DIvitijs affluebat Abrahamus, mundíque gaudebat proſperitate, poſtquam ex domeſticis ſuis inſtructa acie quatuor proſtravit Reges, quorum opimis ſpolijs, ac trophæis onuſtus epinicion ſibi lætus canebat: ſed quia tunc ſingula ad ſua vota fluebant, mundíque proſperitate cumulatus fuit; ſuam ſibi cœpit felicitatem, ac largiorem Numinis beneficentiam timere, adeò ut opus fuerit, ut à Deo in uberiorem erigeretur ſpem. *His itáque tranſactis factus eſt ſermo Domini ad Abraham per viſionem, dicens: noli timere Abraham, ego protector tuus ſum.* Quærunt ſacri textus Interpretes ad quænam ab Abrahamo geſta referantur priora verba illa. *His itáque tranſactis?* videntur enim ad delatas ex proſtratis hoſtibus referri victorias: ſed difficultatem ingerunt poſtrema verba, quibus Deus dixit: *Noli timere Abraham:* ſiquidem poſt hoſtes devictos, poſt victoriam delatam, & ſuperſtites inimicos fuſos, & fugatos, nullus videbatur ſupereſſe timori locus; & tamen timuit tunc Abraham; & quidem non modicè, cùm Deus, quò eum timore dejectum erigeret animo, dixit; *noli timere Abraham.* Quid ergo timuit? certè non proſtratos, vel fugatos hoſtes; ſed quia ſpolijs dives eſſet; victoriâ nobilis, triumpho ſublimis, virtute clarus, divitijs opulentus, gloriâ illuſtris; hanc proſperitatem extimuit, hanc Numinis largitatem expavit: non timuit, quando hoſtium phalanges invaſit, pugnavit, ſed poſtquàm eas expugnavit, victoriam inde delatam metuit, ut obſervat Anonymus, expendens præfatum textum, inquiens; *Attende immenſam Dei curam, noli timere Abraham, ego protector tuus ſum. Multam habet, & hoc verbum emphaſim. Ego qui te à Chaldæis evocavi, ego qui te adhuc duxi; ego qui te à periculis Ægypti liberavi; ego qui ſemel, atque iterum promiſi tibi, atque ſemini tuo daturum me terram hanc; ego qui in dies magis, ac magis omnibus te clarum oſtendo, ego protego te, hoc eſt, ſcuti vice tibi ero.* Tunc timuit Abraham, cum opulantiora à Deo accepit beneficia, quando factus fuit ſpolijs dives, victoriæ celebris, triumpho glorioſus, & nominis fama ubique clarus; quò ſecurior in hac proſperitate ſtaret, timorem accerſivit, quo niteretur, quia nulla firmior ſecuritas, quàm quæ Dei nititur timore.

Geneſ. 15. v. 1.

Geneſ. 15.

Eſt timor etiam poſt devictos hoſtes victoriæ cuſtos, quærenti cuipiam apud Senecam in Troade. *Victor timere poteſt?* reſponſum conſultè fuit, *quòd timere debeat*, non ſtat victoria, quæ fulcro non nititur timoris, quia ut ait D. Hieronymus. *Timor virtutis eſt cuſtos; & ſecuritas ad lapſum facilis*, ſi enim deſtituatur ſecuritas timore, non ſtat, ſed facilè corruit: timori verò ſubnixa vix lapſui ſit obnoxia, quia timor virtutis eſt cuſtos. Qui præſumit, minus veretur, minúsve præcavet, proinde neceſsè eſt, plus periclitetur. Eſt timor fundamentum ſecuritatis; & præ- 34.

Epiſt. 117.

ſumptio impedimentum timoris ; qui timet, pavet, & cavet, proinde ſecurus agit, & tutè incedit, ac ſecurus ſtat ; eſt enim timor ſecuritatis aſylum, quæ ſine timore ſtare nequit. Furebat Saul æſtro invidiæ accerrimè ſtimulatus in Davidem, quem è vivis abradere ſatagebat : impium executurus conſilium conſcripſit tria millia electorum virorum, quibus ſtipatus, armatúſque perexit Davidem quæſiturus, ac occiſurus : cùm iiſdem ſelectis viris penetravit invia ſylvarum, cavas rupes, montium hiatus, aſcendítque abruptiſſimas rupes, quæ ſolis ibicibus perviæ ſunt, venítque ad caulas ovium, quæ ſe viatori illac pertranſeunti offerebant ; erátque ibi ſpelunca, quam ventrem exoneraturus ingreſſus eſt Saul, cúmque in interiori ſpeluncæ parte lateret, cum viris ſuis armatus David adnixi ſunt ejus armigeri ſuadere, ut data ſibi tam opportuna occaſione Saulem interi-

I. Reg. 24. v. 3. meret. *Et dixerunt ſervi David ad eum : ecce dies, de quo locutus eſt Dominus ad te : ego tradam tibi inimicum tuum, ut facias ei, ſicut placuerit in oculis tuis*, voces fuerunt iſtæ militum Davidis, qui in penitiori ſpeluncæ receſſu latebant unà cum Davide, qui quod à Saule fieret in ipſo ſpelæi aditu, à ſole colluſtrato intuebantur, urſerúntque pluries Davidem, ut uno ictu vellet tot inſidias amputare, & bella dirimere, ac Saulis morte propriam vitam redimere, quod non ei duntaxat utile, ſed & honeſtum foret, utpote cum religione conjunctum, cum Deus ipſe tradidiſſet ei Saulem perſequentem ; proinde ictum malum non eſſe, cùm Deum haberet authorem : interpretabantur, eum tandem acceſſiſſe diem à Deo promiſſum, cum dixit, *Ecce dies, de qua locutus eſt Dominus ad te, ego tradam tibi inimicum tuum :* ſed noluit David Saulis ſanguine manus fœdare, maluítque abſtinere ab ejus cæde, quam citra periculum perfeciſſet : idque ne timorem à ſe excuteret, ſi Saulem perſequentem interemptum vidiſſet : tametſi Saulem David fugeret, non tamen ab eo lædi extimuit, quia de ſua ſpe in Deo ſecurus ab homine confundi non ve-

Pſalm. 30. rebatur. *In te Domine ſperavi, non confundar in æternum*, ut autem ejus ſtaret ſecuritas, eandem fulcro voluit innixam timoris, ideóque quò ſemper timeret Saulem perſequentem, eum noluit interimere quieſcentem, licèt facilè potuiſſet id efficere, cum Saul ventrem pur-

Serm. I. in Pſal. 130. garet, appoſitè D. Zeno. *David placuit Deo, unctus in Regem, ſpiratus in vatem, non inſoleſcit in Regno ; obumbrat neminem Prophetæ terrore : injurias ſuas non exequitur Regia poteſtate : perſecutorem ſuum, & quod magis eſt, Regem aliquoties à Deo in manus traditum, ſibi maluit ſemper timere, quàm occidere :* quaſi ſi Saulem interfeciſſet, totum jam excuſſiſſet timorem ; & timore deſtitutus tutus non fuiſſet de ſua ſecuritate : quò igitur ſecuriùs ſtaret ; noluit, ut cùm hoſte ſimul timor caderet, quia nulla tutior ſecuritas, quàm quæ timore nititur.

Non facilè periculum incurrit, qui periculum timet, nec ruinâ perit, qui ruinam pavet, quia prævia cautela ex timore enata ; déque ejus Magiſterio erudita, dum præproperè noſcit periculum expaveſcere, præcurrit cauſas etiam periculi avertendi, & prævio timore manuductus ſecurus incedit, & tutus de ſua ſecuritate procedit, quia timor ambulantem præcedit : cavet, qui pavet, & pericula avertit. Qui verò timorem excutit ; periculum, quod negligit, adit ; ſéque in illud agit præcipitem, & ex periculo, quod contra ſe obarmat, acerbiores luit pœnas. Prævius diſcriminis metus, vel in ipſo diſcrimine ſecuritatem nundinatur ; & contemptor periculi ruinas ſibi acceſſit diſcriminis ; & qui inter pericula iners ſecuritatem ſibi ſpondet, in iiſdem certiùs periclitatur : & qui diu periculum timuit è converſo aſylum de periculo ſibi conſtruit. Daniel Babylonicæ ſuperſtitionis everſæ ſiſtitur reus, & quò pœnas daret innocentiæ, & religionis, in lacum occluditur, leonibúſque extraditur laniandus, qui ut promptiores ad cruentam cædem, & lanienam currerent conſuetis etiam fuêre per dies plures dapibus defraudati, quo nimirum eorum ingluvies propheticâ prædâ avidiùs ſaginaretur. Exiſtimabat Babyloniorum invidia diuturno iam livore corrupta, ſpecie religionis exequias celebrâſſe Prophetæ, feſto quidem impiorum plauſu, ſed funeſto piorum mœrore. Jam in leonum alvo ut in vivente ſepulchro tumulatum credebant Prophetam : ſed vicit innocentia malitiam, & religio impietatem proſtravit : cúmque lacûs hiatum ex parte ſuperiore aperuiſſent Babylonij exploraturi, num aliquid ſuperfuiſſet de corpore Danielis ; eum invenerunt cum leonibus ludentem, & amico fœdere inter ipſos impunè converſantem. Quamvis conſuetis fuiſſent dapibus leones fraudari, famémque acuiſſent ; obliti tamen famis, ac propriæ indigentiæ ; Danieli jejuno leones parcunt, & ipſi jejunij, & unde certa credebatur laniena, firmior ſtetit ſecuritas.

Occiderat Daniel draconem, quem Babilonij præter Belum colebant tunc pro Numine in ſubterraneo quodam ſpecu immani corpore ſtabulantem. Cúmque Rex in eam unà cum populo amentiam deveniſſet, ut crederet ineſſe tali bellu aliquid veræ divinitatis, nec dubi- 36.

taret ad ejus venerationem poſſe flecti Danielem; ſive id fecerit probandæ Danielis conſtantiæ cauſâ, ſive Numinis ſquamati potentiæ explorandæ, ſive ut aulicis id petentibus annueret; invitavit Danielem ad cultum exhibendum draconi in ſpecu ſtabulanti. Verùm Daniel ad ſuperſtitionem tam abſurdam prorſus delendam, & tam craſſum errorem Regem dedocturus, petjit, facultatem ſibi fieri ſerpentis illius interficiendi. Rex ad inopinam petitionem hæret anceps; quia tamen credebat fore, ut cum divinitate conjuncta eſſet immortalitas, & quòd Daniel ſerpentem non poſſet interficere, aſſentitur ejus petitioni. Tum Daniel erepturus belluæ vitam, ac excuſſurus ab ignorantibus errorem, & à cæcis caligines; offam parat medicatam ex pice, adipe, & pilis, quam conjicit in os hiantis beſtiæ, ſimúlque diſtendit, diſrumpítque ejus viſcera; hinc ingens in populo tumultus, inter proceres confuſio, & ſeditio concitatur inter omnes Ordines ob divinum à Daniele interemptum draconem, cujus propterea exigebatur vindicta, cumque major eſſet tumultuantium turba, quàm ut imperio compeſci poſſet, Rex ad ſui magis curam, quàm Danielis converterat; & Daniel à populo captus demittitur in antrum ſeptem leonum prædæ inhiantium ob conſuetas ſibi defraudatas dapes. Acuit oculos invidia, quæ ſi non artus, certè oſſa Danielis ſperabat diſcerpta videre.

37. Verùm Daniel innocentiâ tectus, & Dei timore obarmatus, ac protectus impaſtos inter leones manſit incolumis, imò & leonibus fortior triumphavit tutus de ſua ſecuritate Dei innixa timori: & quia, ſi quid timeri poterat, fames erat non leonum, ſed novi hoſpitis leonibus aſſociati, Numinis providentia captivo Danieli neceſſarium providit commeatum: ſex jam effluxerant dies impranſo Danieli, cum è cœlo miſſus Angelus Habacucum Prophetam ſum fortè meſſoribus ſuis prandium in alveolo ferentem capillis atreptum mira celeritate Babylònem tranſtulit ex Judæa, & cibo leônino hoſpiti miniſtrato revehit Habacucum in Judæam, unde eum aſportaverat. *Et clamavit Habacuc, dicens Daniel ſerve Dei, tolle prandium, quod miſit tibi Deus, ſurgénſque, Daniel comedit*, & Ita paſtus famelicos inter leônes recubavit nunquam ſecurior, quàm talibus ſtipatus cuſtodibus. Quòd jejunanti Danieli pepercerint jejuni leones, quamvis fame ſtimulati ad prædam ſibi exhibitam, id non adeo miror, cùm non me lateat, exemplum tantam præſeferre vim, ut etiam feras ad ſe pertrahat: à jejunante Propheta didicêre, & leones à dapibus abſtinere: fortiùs exemplo feras edocuit jejunium, quàm præſtitiſſet verbis: de pari enim paſſione cicures facilè potuerunt parcere jejunanti: ſed quòd mox prandenti ignoverint, & ad ejus exemplum ſicut jejunare didicerant; comedere non cuperent, famémque ſtomachum lancinantem propulſare non feſtinarent, id procul dubio mirum eſſe videtur.

Daniel. 14. v. 36.

38. Verùm neque prandenti nocuere Danieli leones, quia cum è prandio grandius ei immineret periculum, eò quia eſculenta beſtiarum dentes exacuerent, & famem exemplo comedentis excitarent acriorem, nec aliæ adeſſent dapes, quàm ipſemet Daniel; meritò timuit, ne leoninæ fami ſedandæ deſtinaretur: ſed huic timori innixus ſuam magìs firmavit ſecuritatem; & acceſſio novi timoris frœnum injecit famelicis leonibus, qui auſi non ſunt, quidquam nocumenti Danieli inſerre. Timor igitur Dei Danielem protexit lacum ingredientem, & novus timor ſecuritatem corroboravit prandentis, quia ubi timor, ibi ſecuritas. Huc accerſendus Zeno Veronenſis, ubi eleganter fatur: *Denique timoris ſuffragio Daniel populis terribilem inermis draconem necat; leonibus objectus in periculo prandet, qui ſolet extra periculum jejunare.* Timoris igitur ſuffragio armatus Daniel, ferro inermis, non ſolùm Draconem necavit, ejúſque minaces ſpiras eluſit, verùm etiam non veretur prope famelicos leones prandere, quia ſuam timore firmaverat ſecuritatem; ſedit Daniel in medio leonum prandens non alio fretus præſidio, quàm timore, & bona conſcientia, quæ firmiſſimum in rebus adverſis eſt munimentum, ac ſibi tutamentum.

Serm. de timore.

39. Nil intereſt, apud quos quis degat, & cum quibus, ſed qualis ſit, qui feris aſciſcitur: Daniel in lacu leonum; perinde ac Salomon in ſolio veluti inter leoninas ſtatuas ſedit, didicítque, quàm firma, & inconcuſſa ſit ſecuritas, quæ Dei nititur timore, & docuit eum non poſſe perire, qui pro Deo perire cœpit; ſic Danielis virtus ex antri tenebris illuſtrior reſulſit, & clarior ſplenduit, invidis Babyloniis caliginis excuſſit cæcitatem, & Regem illuminavit, ut videret, quantum eſſet diſcriminis inter divinitatem ſtabulantis Draconis, & Hebræorum Numinis, Danielem ex ipſis leonum faucibus eripientis, & vel in ipſa morte protegentis. Quin adeò corroborata timore fuit ſecuritas Danielis, ut is inter leones leo fieret, eleganter D. Chryſoſtomus. *Non jubarum horror, unguium cuſpis, dentes acuti, ſed ſapientia, temperantia, patientia, tolerantia, & Dei timor hominem efficiunt leonem. Hæc arma quiſquis habet non homines tantùm improbos, ſed & ipſas adverſarias poteſtates deridebit.* Timor Dei integram exhibet panopliam, perfectámque armaturam, quæ Danielem non ſolùm contra hominum invidiam, ſed etiam contra ferocitatem armavit

Homil. 2 ad popul. Antioch.

mavit belluerum, & ſecuritatem firmavit, cùm inter leones majus immineret prandenti periculum.

40. Eſt timor, qui ſecuritatem firmat; qui enim pavet, ſibi cavet. & qui ſibi cavet, ſecurus incedit. Quamvis Pharao populum Iſraëlis exire compuliſſet à ſua Ægyptiaca ditione, poſtea fida refuga contrahit, quidquid virium per ſummam celeritatem poteſt, & abeuntes inſequitur hebræos. Sextus effluxaret dies à ſuſcepta Hebræorum profectione, quo die ſtabant hi columna nubis antiſtita ſupra rubri maris oram; tumentes freti fluctus oculis, & menta futurorum incerta ſpectantes, ac timentes: Pharao verò cum ſuis copijs, aum à tergo hæreret pavorem toti hebrææ genti incutiebat: ſed Angelus, ſe in columna nubis medium intar Hebræòrum targa, & frontem Ægyptiorum inſequentium collocavit; illos longè, latéque fuſo lumine antrorſum illuſtrans, quò certo gradarentur veſtigio; illis verò offuſæ caligines, tetráſque tenebras è dorſo ſpargens columnæ, fulguribus, ac terroribus viam præpediebat; Moyſes verò manum, quâ conſuetam ſibi virgam tenebat, ſuper Erythræi maris fluctus axtendit; mirum dictù! præſentiens in manu Moyſis æquor Dei digitos hianti divortio, illicò in geminum ſe dirrupit, diſceſſitque latus; & utrinqua fluctus ſuos murorum in formam, & altitudinem erexit, undiſquè ſublimè ſuſpenſis ſicca itinera per fluxum, humidúmque diſciſſum ſinum mare trejicientibus Iſraëlitis pandit; ſed edhuc Iſraël mare pedibus transmeare pavidus timet, donec Aminadab Judææ Tribus Princeps præiret, viámque audenter aliis aperiret; ejus enim exemplo reliqui omnes certatim fuère ſubſecuti. *Et ingreſſi ſunt filij Iſraël per medium ſicci maris; erat enim aqua quaſi murus à dextra eorum, & læva:* quæ varba expendens Euſebius Emiſſenus *homil. de paſch.* eleganter ait: *Ideò filij Iſraël ſecuri, vel inter undas tranſeunt, vel ſub undas: cum ſuper eos prærupta vaſtorum gurgitum moles pendentibus dextera, læváque fluctibus imminerent, cum creatura inſenſibilis elementi factorem ſuum ſentiens tranſmeantibus circumfuſa præberet viam, & in perſequentes pararet refuſa vindictam.* Diſciſſi maris divortia ingreditur Iſraëliticus populus corroborante ſecuritatem timore, cum penduli maris fluctus trajicientium imminerent capitibus; timorem incutiabant, quò ſecuriùs procederent, *Ideo*, ait Euſebius, *filij Iſraël ſecuri, vel inter undas tranſeunt, vel ſub undas*, non potuit ſecoritas naufraga perire, nec fluctibus impendantibus obrui, timore manuducente Perſici maris trajectum, quia ubi timor, ibi ſecuritas: *inter undas, vel ſub undas tranſeunt, cum ſuper eos prærupta vaſtorum gurgitum moles pendentibus, dextera, læváque fluctibus imminerent;* ne ſcilicet in ipſa ſecuritate timor deeſſet imminentis periculi, præruptæ vaſtorum gurgitum moles pendentibus dextera, læváque fluctibus imminent, minantúrque naufragium adactæ ſurſum naturæ violentia ſtare, quæ deorſum tranquillè quieſcunt: quod enim in ſacro textu dicitur, *quaſi murus à dextera, & læva*, ab Euſebio vocantur præruptæ vaſtorum gurgitum moles pendentibus dextra, læváqua fluctibus imminentes: licèt murorum inſtar arcerent fluctus naufragium, timorem tamen capitibus imminantes trajicientium incutiabant, quò tutior ſecuritas incedaret per marina divortia timore manuducta.

Exod. 14. v. 22.

§. VI.

Nullibi ſecuritas tutior incedit, quàm ubi Dei timor præcedit: qui ſe non manuducit; vitium ad gehennam perducit.

41. VBi timor præcedit, ibi ſecuritas tutior incedit. Initium daturus Chriſtus ſuæ paſſioni ſuos divino epulo reficere voluit Diſcipulos, imò non ſolùm Euchariſtico ſaginare cibo, verùm etiam, & ſacro balneo eorum pedes purgare, & quidquid pulveris contraxerint abſtergere, quò nil haberent, quod terram ſaperet, diſcerentque non ſolùm è pedibus pulveres; verùm etiam è corde pulverulentos, ſeu terrenos excutere affectus: peractóque mox ſermone longiuſculo unà omnes pergunt in montem Olivetum, locum ſcilicet fundendis precibus ſelectum, & conſuetum, ne videretur latebris clancularias deludere Judæ proditoris inſidias; à turia igitur properavit ad hortum, ut cum nata eſſet mors in horto primi Adæ, initium vitæ ab horto ſecundus Adam auſpicaretur: exciſo in primo horto voluptatis germine, mox hortus primigenia pollutus labe, nonniſi ſpinas doloris, & tribulos mœſtitiæ, vulneráque ſudores ſecundo Adæ progerminavit. Mœſtus enim, & triſtis hortum Chriſtus ingreſſus in humum cecidit, & ea premitur mœſtitudine, quæ ſanguinem ipſum è ſingulis corporis membris elicuit. Nonniſi acerbiſſimum eſſe potuit tormenti genus, cujus vel ſola idea ſanguinea eſt, & ſola cogitatio ſanguinem ipſum extorquet, & non jam animum per corpus, ſed corpus vulnerat per animum; ſola enim cogitatio innumera inflixit corpori vulnera, per quæ ſanguis effluxit, non rigandis horti areolis, ſed purgandis cordibus noſtris pe-

rido.

Digitized by Google

idoneus. Et licèt ſanguis ad cordis arcem veluti præſidiarius miles ſoleat in periculis accurrere, mox ex eodem corde veluti ex arce direpta, apertíſque toto corpore hiatibus fluere adigitur, ac membra ſingula cruentare. Hoc tamen cœleſti rore tellus humanitatis noſtræ perfoſa, & hoc deciduo imbre ſpontè irrigata fuit, ut pro ſentibus, & dumis roſas diſceret charitatis, lilia caſtitatis, & flores reliquarum virtutum germinare: illæ ſiquidem è Chriſti corpore defluentes ſanguineæ guttulæ totidem fuêre cœleſtia ſemina, quæ virtutum flores ac meritorom fructus erant nobis datura. Non mirum ſi nubes timoris, & triſtitiæ, quæ divinæ frontis, animique turbaverant ſerenitatem, & hactenus ſolutæ in lachrymas, mox ſanguineos etiam fundant imbres; impendentis ſiquidem mortis gelu arctiùs concretæ, perruptíſque corporis cataractis imbres effundunt ſanguineos, qui tamen in gemmas concreſcunt dignas Deo, & quarum pretio hominum redimitur ſalus: decuit divinæ charitatis Regem non aliâ rubere purpurâ, quàm iſtâ; non ferro, nec humano ullo artificio, ſed occulto machinamento ingenioſæ charitatis intexta.

42. Cùmque in triſtitia illa, imbréque ſanguineo Chriſtus flagra, ſpinas, crucem, clavos, & reliquæ ſuæ paſſionis inſtrumenta animo volviſſet, ſuos poſtea alloquens Diſcipulos dixit: *Omnes vos ſcandalum patiemini in me in iſta nocte. Reſpondens autem Petrus ait illi: Et ſi omnes ſcandalizati fuerint in te, ego nunquam ſcandalizabor. Ait illi JESUS: Amen dico tibi, quia in hac hora, antequam gallus cantet, ter me negabis. Ait illi Petrus: Etiamſi oportuerit me mori tecum, non te negabo:* [Matth. 26. v. 31.] tametſi Petrus ex amore in Magiſtrum fuerit locutus, multiplici tamen accuſatione ipſum reprehendunt SS. Patres apud Hugonem in præfatum textum, eò quia cæteris Apoſtolis ſe Petrus prætulerit, quod arrogantiam videtur redolere. [Matth. 26.] Rurſus totum ſibi attribuit, quaſi ipſe proprijs viribus, & divino deſtitutus auxilio validiſſimæ poſſet tentationi obſiſtere, quod ruinæ præludit. Deinde quia Chriſto contradixit, putavitque ejus perſpicuam Prophetiam poſſe caſſam, imò & falſam reddere, quod temerarium eſt.

43. Quid? quòd Petrus cùm antea ſe peccatorem faſſus fuiſſet, nunc ſe quaſi impeccabilem præſumat? timuit tunc, & ideo ſecurus inceſſit; nunc quia timorem excutit miſerè labitur: cum ſe peccatorem dixit, timuit peccata, quæ cavere nitebatur: nunc verò ideò impeccabilem ſe jactat, quia lapſus non ampliùs timet, *Etiam ſi oportuerit me mori tecum non te negabo:* Profectò ſecuritate acceſſivit delicta, & ſine timore non ſtetit ſecuritas, quæ per trinam negationem lapſu cecidit repetito; ſecuritas enim, quam timor non fulcit contermina eſt ruinæ, & delictis agnata: qui enim non pavet, neque cavet, & ſibi præſumens pericula incurrit, in quæ fœdè labitor. *Nam qui præſumit* ait Tertullianus de cultu fœminæ: *minus veretur, minus præcavet, & plus periclitatur. Timor fundamentum ſalutis eſt: præſumptio impedimentum timoris:* [Cap. 9.] & poſtea propiùs ad rem noſtram ſubdit: *Utilius ergo ſi ſperemus nos poſſe delinquere, ſperando enim timebimus, timendo cavebimus, cavendo ſalvi erimus. Contra ſi præſumamus, neque timendo, neque cavendo difficilè ſalvi erimus. Qui ſecurus agit non eſt ſolicitus, non poſſidet tutam ſecuritatem. At qui ſolicitus eſt is verè poterit eſſe ſecurus.* Perpendenda ſunt verba illa *utiliùs ergo ſi ſperemus, nos poſſe delinquere.* Si delicta timemus, & ne delinquamus nobis cavemus, qoomodo Tertullianus ait, utilius eſſe, ſi ſperemus nos poſſe delinquere? ea nos ſperamus, quæ in noſtrum aſſolent emolumentum obtingere, nobíſque proſunt; quæ verò nobis nocent, ea enixim cavemus, ne aliquid inde nobis inferatur nocumenti: ſi poſſe nos delinquere perinde eſt, ac poſſe à virtutis degenerare propoſito, & delinquere idem ac ſe à ſummo bono avertere, quod eſt malorum maximum, nunquam ſperandum, ſemper timendum; cur ait, utilius eſſe ſi ſperemus nos poſſe delinquere? Nihilominus acutè Tertullianus ait, *Utilius eſſe, ſi ſperemus nos poſſe delinquere*, quia hæc ſpes fœcunda eſt timoris parens, cujus ſuffragio delicta præcavemus, & non delinquimus; quia ſperamus ſeu timemus nos poſſe delinquere: eſt enim ſpes, quæ timorem fovet, & inde ſolicitudinem nutrit; & cauta ſolicitudo, quam timor excitat, ſecuritatem firmat, quæ non ſtat, niſi timori innixa. Nutat enim ea ſecuritas, quam prævia timoris non fulcit ſolicitodo. Petrus igitur, quia de ſe præſumit excuſſo timore labendi dixit: *Etiamſi oportuerit me mori tecum, non te negabo*, minus præcavet, & plus periclitatur, minus veretur, & minus præcavet, & infeliciter labitur; ſecurus non ſtetit in propoſito ſtandi, quia abjecit fundamentum timoris, cui ſecuritas innititur; & præſumptionem aſſompſit, quæ eſt timoris impedimentum: *Utilius igitur eſt, ſi ſperemus nos poſſe delinquere, quia ſperando timebimus; timendo cavebimus, cavendo ſalvi erimus.*

44. Timore ſemper manuducamur, ſi tuti velimus incedere, non ſtat illa ſecuritas, quæ fundamento non nititur timoris, ideóque ſemper timendum eſt, ait D. Bernardus: *Time, cum arriſerit gratia; time cum abierit; time cum denuo revertttur.* [Serm. 54. in Cant.] Nunquam excutiendus eſt à nobis timor, ſed jugiter fovendus, ut nos manuducat, ejúſque præluçente face pericula declinemos: ſi gratia adſit timendum eſt, ne ab illa excidamus, ne indignè operemur, eámque fruſtremus; ut monet Apoſtolus: *Videte ne in vacuum gratiam Dei recipiatis.* [2. Corinth. cap. 6.] Si ſciremus quanti ſit pretij augmentum gloriæ, nullum ſineremus

temporis illabi momentum, quo non niteremur aliquid boni operis præſtare, quo & incrementum mereremur gratiæ, & augmentum gloriæ: nullum effluerct temporis inſtans vacuum exercitio virtutis, nulla fugeret hora ſine ſtudio pietatis, nullus emoreretur dies, in quo immortalis vitæ non lucraremur decus aliquod; quælibet reſpiratio oris eſſet ad Deum aſpiratio cordis: ærumnas tolerare, anguſtijs premi, adverſitatibus angi pro Deo nobis volupe eſſet, ut & tormentum ſolatium, onus levamentum, dolor lætitia, ne ſcilicet in vacuum gratiam Dei reciperemus.

44. Vis optimus eſſe virorum, imitare peſſimum, ſeu hominem avaritiâ ſordidiſſimum; & tantum tu age pro gratia augenda, pro gloria in cœlis augmentanda, quantum ille operatur pro cumulandis pecunijs, congerendis divitijs, bonisque terrenis acquirendis: & pudeat te non facere pro æterna in cœlis vita, quod agit avarus pro fluxa, momentanea, ac miſerijs ſtipata in terris vita, millenis obnoxia ærumnis, ac morbis, qui eam corrumpunt, ac tandem extinguunt. Quid? ne in vacuum gratiam Dei recipiamus, & augmentum gloriæ in cœlis acquiramus, non plus à nobis exigitur, quam quod ultro indulgens vitio molitur, ut eo ſe coinquinet, ſéque in gehennam præcipitem agat: omne is ponit ſtudium, ut poſſit pravis ſuis ſatisfacere affectibus, ſuas fovere concupiſcentias, frui voluptatum illecebris, & larvatis diffluere mundi delicijs, quæ cum umbratiles ſint, ſtatim fugiunt, evaneſcunt: nos igitur timeamus, cùm gratia arriſerit, ne in vacuum gratiam Dei recipiamus, & totis viribus ſatagamus mentem in Deum erigere, caſtas fovere cogitationes, probos nutrire affectus, virtutum excolere honeſtamenta, & per exercitia bonorum operum ſingulis momentis gloriæ nobis promereri augmentum; ſi pro uno denariolo, avarus laboribus non parcit, quanto magis prudentia dictat, ut pro cœleſti gloria laboremus, non parcentes vigilijs, nec bonorum operum exercitio?

45. Expectat avarus nundinas, ut cum uberiori lucro ſua valeat negotia inſtituere. Profectò omnes dies ſunt nobis nundinales, aſt enim nunc tempus acceptabile, ſunt dies ſalutis, poſſumus quovis momento cœleſte nundinari Regnum. Veniet enim nox, quando ampliùs non licebit negotiari, dum dies eſt, dum lux gratiæ arridet, æternæ noſtræ ſalutis inſtituamus negotia, res eſt ſummi momenti; eam negligere hominis eſt à ſana mente dejecti. Non ſolùm cum gratia arriſerit timendum eſt, ne in vacuum gratiam Dei recipiamus: verùm etiam multò magis cum ipſa receſſerit; quia ubi deficit gratia, & nos cum ipſa deficimus, ſi à gratia excidimus præcipites in gehennam ruimus; & quis hunc non timeat lapſum? hoc non vereatur præcipitium? Quis non timeat, ſi nocte intempeſta, cum cæcutientes tenebræ loca omnia tegunt, ſuper marginem currat terræ hiatus; vel rupes, & montium juga obambulet, ubi præcipitia ſunt frequentia, & terræ hiatus paſſim necem minantur. Plenus eſt mundus periculis, frequentes ſunt laquei, & inſidiæ ubique latent. Quis non horreat, ſi noverit, ſe in ſinu ſcorpionem ſovere, ſerpentem alere, ſeu in pectore, se corde divina deſtituto gratia peccatum, quod eſt horribilium omnium horribiliſſimum enutrire? eſt enim peccatum, quod divinam abigit gratiam, & animam conſtituit, tenebris obvolutam; & adeò eſt noxium, ut à ſummo bono avertat; ejúſque turpitudo tanta eſt, ut ipſum ſecum trahat interitum, ſi enim dixeris, peccatum eſſe omnium turpitudinum fœcem, omnium ſordium elluvionem, omnium fœditatum complexionem, omnium deformitatum coacervationem, nec latum unguem à veritate diſcedes: unicum enim peccatum purulenta ſua ſanie, ac fœda contagione toti cœlo, & terræ nauſeam ingenerat: ſi dixeris, peccatum eſſe cordis luem, ſtigij draconis ſputum, tabificum luciferi phlegma, aconitum cerberi, excrementum Erebi, animi tabem, virtutum ſtragem, meritorum cladem, naturæ dehoneſtamentum, & mortis ſtipendium; nullus eſt hœdus, qui tam pravè oleat; nulla ſentina, quæ tam graviter fœteat; nulla cloaca, quæ tam tetram expiret mephitim.

46. Idque videtur ingenioſo emblemate Jeremias expreſſiſſe; pinxit ipſe peccatum expreſſurus, heroinam oris venuſtate nobilem, quæ tamen gemmarum collucentium ſplendore, ac murice ſpoliata inſtar ſcarabæi in cœno, & ſtercore fœda volutaretur, ait ipſe: *Qui nutriebantur in croceis amplexati ſunt ſtercora*: Thren. 4. v. 5. ubi Græci patres legunt, *qui nutriebantur in cocco*. Regali igitur purpurâ & imperatoriâ veluti trabeâ abjectâ, ſe abjicit in ſterquilinio, ut diſſuavietur ſtercora. Quis igitur non timeat, cum gratia abjerit, cum peccatum cor occupaverit, ſpiſſáſque ſuas caligines menti offuderit. Timeant qui peccatis peccata addentes non ſatagunt reſipiſcere, ſed ſceleribus divinam laceſſunt, irritántque juſtitiam: clamant enim Angeli de cœlo: *Exurgat Deus, & diſſipentur inimici ejus.* Pſalm. 67. v. 2. Si gratia abjerit, time, quia tunc proxima eſt juſtitia, quam diffugere non potes. Imò non ſolùm timendus eſt abitus gratiæ, verùm & ad ejus reditum excutiendus non eſt timor; ait enim D. Bernardus: *Jam ſi gratia repropitiata redierit, multò ampliùs tunc timendum, ne fortè contingat recidivam pati.* Serm. 54. in Cant. Sunt qui poſtquam per patratum ſcelus à ſummo ſe bono averterunt, & divinam à ſe gratiam abjecêre, mox reſipiſcentes ſatagunt lachrymarum fuſu contractas ſcelerum ſordes eluere, ac conſcientiæ maculas abſtergere; ſed quia non manuducuntur timore, peccata non pavent,

nec

nec pericula cavent, in easdem relabuntur mortiferas noxas, ideóque: *multò ampliùs* ait D. Bernardus, *tunc timendum, ne fortè contingat recidivam pati*, ideò ſurgunt, ut iterum cadant, & cum lapſui aſſueſcant, verendum eſt, ne etiam in ultima vitæ periodo extremo lapſu ruant in gehennam: non enim credendum eſt, eos ſeriò velle omnia peccata abolita eſſe, quorum quaſi neceſſitatem diuturna induxit conſuetudo.

47. Quòd ſi vadum non potes manè trajicere, cum aqua adhuc eſt exigua, quomodo pleno alveo veſperi illud tranabis, cum flumen plenis ripis exundat? ſi perarduum tibi videtur novellas adhuc vitiorum plantas eradicare, cùm primùm inceperint ſuas in terra radices agere; quomodo eas valebis evellere, cum in annoſas excreverint arbores, & profundiùs, latiúſque ſuas effuderint radices? ſi non vales unam lethalem vincere noxam, quomodo millena poteris peccata ſuperare? fulcro igitur imbecilli ſpes illa, quâ peccator alitur; ſperans, poſtquam totâ ferè anteactâ vitâ plurium pondere peccatorum jacuit oppreſſus, fore, ut poſſit inde ſurgere, cum vi morbi adigitur hanc mortalitatem exuere: quia non timuit peccata, pericula non cavit, & ſibi hiatum ad æterna ſupplicia aperuit. Adeò cæcutit humana mens, ut ea timeat, quæ timenda non ſunt; & quia timor iſte terrenus eſt, timentes terret, & torquet, nec à periculis ſubtrahit, ad quæ potiùs trahit. Verus timor eſt, quo Deum timemus; hoc enim ſi manuducimur pericula declinamus, & tuti incedimus, eſt enim timor Dei ſecuritas timentis, & aſylum non ſolùm periculorum, verùm etiam & cæterorum timorum, quos excutit: qui enim Deum timet, nec timenda patitur, nec mundi timores timet, quia extra pericula eſt ſecuritas, quam Dei timor fulcit: ſecus qui Deum non timet ipſa non timenda timet, & pœna non timentium eſt omnia timere, quia timor mundi mala omnia ſecum trahit, quibus timentes torqueat; quæ tamen mala abigit timor Dei, qui culpas impedit, pœnas tollit, pericula propulſat, timores delet, & bona omnia ſecum advehit. Suas in corde noſtro radices Dei timor agat, ut flores virtutum germinet, & uberem bonorum operum ſuppeditet meſſem.

48. Sunt qui dicunt, ſe non timere, quia nullum læſerint, pluribus profuerint, ſintque adhuc in flore ætatis, opibus affluant, ac proinde poſſint etiam mundi delicijs diffluere. Sed hi præruptas præcipitij currunt margines lapſui proximi, ac interitui contermini. Non habuit Nabuchodonoſor, quem ex hominibus timeret, cùm omnes proni fuerint ad obſequia, & tamen ejus prægrandem ſtatuam unicus evertit lapillus, & ipſe mugire cœpit, ut bos, & fœno veſci. David extincto Saule non habuit ex hominibus, quem timeret, & tamen filius Abſolon inſidias ei ſtruxit. Jonas ſub hederæ umbra ſuam videbatur enactus felicitatem, & tamen enatus in ejus meditullio vermis hederam arroſit, & vel vermiculus Prophetæ timorem incuſſit: ubique in terris oriuntur timores, quia ubique occurrunt pericula, & nulla inter homines ſecuritas, quæ tantùm ſtat ſoli Dei timori ſubnixa. Amano in Aula Aſſueri una nox Regi inſomnis patibulum erexit, & qui obſequia à Mardocheo extorſerat, adigitur ipſe eidem famulari, & Babylonij adhuc mirantur, ſtupéntque confuſionem ſuam. Siſara ubi nullas timebat tenebras, ibi funus ſibi ſerò didicit imminere, & cum lacte ſiti extinguendæ propinato, mortem ebibit.

49. Timent etiam ſceleſti, non tamen ſcelera, quæ præcaveant, ſed mortem, quam exhorreſcunt. Vellent beatè vivere, & mundi delicijs diffluere, felicitatem amant, ſed viam felicitatis conſultò ignorant; imminentibus infortunijs anxiè occurrunt, & ſcelerum cauſas negligunt, ac malitioſè contemnunt; & vivere neſcientes, mori timent, quæque in arbitrio poſita ſunt depravant, & quæ ab arbitrio non pendent avertere ſatagunt, appoſitè Seneca: *Omnes beatam vitam optant,* Epiſt. 24. *& inſtrumenta ejus pro ipſa habent, & illam dum petunt, fugiunt: nam cum ſumma beata vitæ ſit ſolida tranquillitas, & ejus inconcuſſa fiducia, ſolicitudinis colligunt cauſas, & per inſidioſum iter vitæ non tantùm ferunt ſarcinas, ſed trahunt. Ita longiùs ab effectu ejus quod petunt, ſemper abſcedunt, & quò plus operæ impendunt, hoc magis impediunt, & feruntur retro, quòd evenit in labyrinto properantibus, ipſa illos velocitas implicat.* Nimirum quò ſatagunt ocyus malis, quæ imminent occurrere, eò promptiùs ea acceſſunt; & ubi ſtudent timori mederi, timorem fovent: eſt enim timor impiorum, qui mentem perturbat, eámque à lumine dejicit rationis, ut quadam vertigine mens acta, quò ſit eundum, non videat, & paſſim corruat. De hoc metu improborum ait Plutarchus: *Metus, cùm non minus, quàm audacia, rationis ſit expers,* Lib. de ſuperſtitione. *vacuitatem rationis habet ſegnem, otioſámque & perplexam, animúmque perturbat, & vincit territum.*

§. VII.

Qui Deum non timet, ipſa non timenda timet; & pœna non timentium Deum eſt, omnia timere, & ſcelera non præcavere.

50. NOn ſcelera præcavet malorum timor, ſed accerſit. Quieſcenti Nabuchodonoſori prægrandis objicitur ſtatua quadriformis, capite ſcilicet aureo, pectore argenteo, ventre æneo, tibijs ferreis deſinentibus in pedum digitos ex luto, ferróque mixtos; ſtatua fuit durioribus contra tem-

porum

porum motſus inſtructa metallis; ſed ea eſt humanæ potentiæ, roboriſque imbecillitas, ut ad lapilli, & quidem nullo impulſu jacti, tactum corruat, & in pulveres diſſolvatur; ubi enim in lapidem impingunt Reges ſepulchri, in cineres abeunt; & auri, argentique nitores, ut & ferri potentiam in armis deperdunt. Hæc quatuor metalla, quibus Nabuchodonoſori objecta ſtatua conſtabat, quatuor mundi imperia ſcilicet Chaldæorum, Perſarum, Græcorum, & Romanorum conterenda omnia unico lapide de montis faſtigio ruituro, & quinto Regno longè majori

Daniel. 2. cæteris initium daturo portendebant. *Statuæ caput ex auro optimo: pectus, & brachia de argento: Venter & fæmora ex ære; tibiæ autem ferreæ: pedum quædam pars erat ferrea quædam erat fictilis &c.* Hac varietate metallorum voluit Deus Nabuchodonoſorem edocere, tunc ob felicitatem Regni nimis elatum, ac ſuperbientem; ut agnoſceret miram Regnorum viciſſitudinem; cum Regna quæ multo jam tempore anteacto latiſſimè ac feliciter imperaverant, poſtea exiguis reſtricta finibus, parviſque comprehenſa limitibus obſcurè jaceant; cùm è converſo quæ diu parva, ac ignobilia fuerant, ampliſſimum, ac nobiliſſimum fuerint imperium conſecuta.

51. Inſtabilis enim eſt Regia felicitas, & unà cum rerum volubilitate etiam imperiorum vices circumaguntur: per aureum igitur caput Chaldaici Regni antiquitas, & nobilitas deſignabatur; per argenteum pectus & brachia imperij Perſici divitiæ, & deliciæ; per æreum ventrem, & fœmora Græcorum Monarchia, cui Alexander Macedo initium dedit; per ferreas tibias Romanæ potentiæ robur, quo ubique terrarum gentes edomuit; per pedum digitos partim ferreos, partim terreos exitialis Romanorum diſſenſio ac diſcordia; licèt Cæſar, & Pompeius inter ſe ſe affinitate juncti fuerint, & neceſſitudine; quia tamen nunquam cohæſerunt, tandem tota Romani Imperij moles collapſa perijt. Vidit igitur Nabuchodonoſor in ſomno ſtatuam quatuor conflatam metallis corruere, ac in pulveres ſolvi, & timore per-

Daniel. 2. v. 1. culſus intremuit: *Vidit Nabuchodonoſor ſomnium, & conterritus eſt ſpiritus ejus*: nimirum in excidij confinio ambitio tumet, & in margine præcipitij degit ſuperbia, quæ eò ruit profundiùs, quò elatiùs efferebatur. Caſus objectæ ſibi ſtatuæ timorem ingeminavit, & ſomnium cor in pectore premebat, animúmque perturbabat.

52. Verùm quamvis myſteria noviſſet ſtatuæ à Daniele Interprete ei explicata; nihilominus prædictiones ſibi exoſas eluſurus, ſtatuam auream inſanis ſumptibus elaboratam opponit ſomniatæ. Non defuerunt in Aula Aſſentatores, qui ut Regi placerent, ejúsque terrores abigerent, ſimúlque malevolentiam contra Hebræos excitarent Regiam, ita fuere ſomniatam ſtatuam interpretari, ut per caput ex puro puto aureo conflatum Regnum dicerent ſignificare Nabuchodonoſoris, qui divitijs, potentiâ, ac felicitate cæteris omnibus præcelleret Regnis, quantum aurum vilioribus metallis antecedit: ideóque ſuam in aurea ſtatua juſſit effigiem erigi: *Fecit*

Daniel. 3. *ſtatuam auream altitudine cubitorum ſexaginta, latitudine cubitorum ſex, & ſtatuit eam in campo Dura Provinciæ Babylonis.* Statuam totam ex aureis laminis juſſit ſibi elaborari, cujus caput Regis exhiberet effigiem, quam oppoſuit ſtatuæ à ſe ſomniatæ, ac metallorum conflatæ varietate.

Sed cur totam ex laminis aureis voluit ſtatuam elaborari, cum in ſomnio viderit eſſe metallorum varietate compactam? quia nimirum timore percitus, ac perturbatus ob ſomniatæ ſtatuæ lapſum ſategit imminenti caſui obviare per aliam ſtatuam, quæ tota aurea firmior ſtaret; ſed quia incuſſum ſibi timorem ex caſu ſtatuæ adnititur excutere per aliam ſtatuam auream, corruit ipſe lapſu deteriore, quia non [illegible]nixus fulcro timoris: non enim infortuniorum cauſas amovit, ſed in id pervenit dementiæ, ut quò ſtatuæ impediret everſionem, ſtatuam lapilli ſcopum conſtruxerit. Tametſi perterritus ſomnio fuerit, non tamen terror eum edocuit cauſam abſcindere infelicitatis: appoſitè Theodoretus ait: *Ex una auri materie conficiendam curat ſtatuam, ratus infelix iſte, falſas oſtenſurum ſe Dei prædictiones.* Timorem per ſomnium conceptum in caſu ſtatuæ vigilans adnixus eſt excutere, & collapſæ ſtatuæ aliam opponere firmiorem ex aureis laminis compactam, quibus firmiùs ſtaret; ſed non ſtetit ipſe, nova excogitavit ſcelera, quò ſcelerum fruſtrarentur ſupplicia; lapilli ictus pœna erat elationis, & elationem veluti caſtra è ſana mente dejectus Deo oppoſuit, ait Theodoretus: *Non ſimplex hic ſuperbiæ modus fuit, ſed Deo apertè repugnans, & Deo infeſtus; nam quia Deus in ſomnio maximam illi oſtenderat imaginem è quadruplici materia confectam, proprium faſtum, quaſi caſtra Deo opponens ipſe quoque ſtatuam conſtruit.*

53. (margin) Orat. 5. — Orat. 6.

Quò timorem ex ſomniatæ ſtatuæ lapſu ſibi incuſſum abigeret, aliam ſibi jubet ſtatuā conſtrui, quæ firmior ſtaret ex auri conflata materia, ratus falſas ſe oſtenſurum Dei prædictiones, ideóque dum timorem excutit, ſcelera ingeminat; & timore perculſus non dolet culpas, ſed culparum appendicibus occurrit infortunijs: divina ſiquidem Nemeſis ne hominem quidem eſſe, paſſa fuit eum, qui auſus fuerat Dei prædictiones fruſtrari: à ſtatu dejicitur hominis, qui in ſtatua ſupra hominem erigebatur, & repit per terram quadrupes, qui bipedum neminem ſibi parem ſuſtinuit; ſævit in obvios quoſque, qui nec Deo quidem pepercerat, cujus cultum in erecta ſibi ſtatua uſurpaverat, vinculis obſtringitur ferreis, qui ſuperbo imperio gentes omnes compeſcere arbitrabatur. Etenim Nabuchodonoſor hominibus omnibus in ſibi erecta ſtatua altior, Regibúſque omnibus ſublimior, 54.

mox

mox inſtar beſtiæ pronus in paſtum abjicitur, urbes fugit, ab hominum ſe ſubducit conſortio, ſylveſtribus ſe feris aſciſcit, totóque ſeptennio ſaltus, & avia; lucos, & campos pedibus, manibúsque perreptat ſtridens clamore incondito, capillis, & unguibus in morem creſcentibus aquilarum, totúmque corpus horrificantibus; non quòd formam exuerit hominis, & illam induerit belluæ, ſed quia corruptâ phantaſiâ ſe urſum eſſe ſibi finxit, efferavítque in animo. Quie Dei timorem excuſſit in eum cecidit ipſe ſtatum, ubi feris ipſis efferatior omnem viſus eſt exuiſſe cum DEI timore humanitatem.

55. Id intereſt diſcriminis inter viros, quos Dei timor fulcit, & Aſſentatores: iſti ſiquidem in id incumbunt ſtudij, quò aures titillent, animos demulceant, & alijs quorum favorem aucupantur, placeant, ac eblandiantur: illi verò veritatem ut ſentiunt, aperiunt, timores incutiunt, quibus ſe avertant à ſcelere, & Dei vocem tonantem, non eblandientem imitantur. *Dominus de Sion rugiet, & de Jeruſalem dabit vocem ſuam, & movebuntur cæli, & terra, & Dominus ſpes populi ſui, & fortitudo filiorum Iſrael.* Ex ſacris Oratoribus plures non rugiunt, ſed canunt, tametſi à Joele didicerint non in piſcinis Heſebon, nec in vineis Engadi, nec in delicijs Carmeli, ſed in arce Sion, quæ ſpecula interpretatur, tonitrua edere Prophetarum, & cœleſtes minas obſtrepere. Viri cordati, qualis fuit Daniel, non eblandiuntur aſſentationibus, ſed imminentibus ſupplicijs terrent; non ut oves balant, ſed ut leones rugiunt; non ut alaudæ cantu demulcent, nec ut columbæ plauſilant; ſed ut noctuæ cucubant, & timores incutiunt. *Joel. 3. 16.*

56. Quæ conticuerunt in campo Sennaar animalia propè gloriæ currum, terrorem incuſſerunt etiam ipſi Prophetæ; ſi ſacer Orator, ac interpres non rugit à Sion abeſt, & à Jeruſalem exulat: non Orator eſt, ſed Aſſentator, & quia temporalia expetit, ideo tacet. Non tacuerunt Chriſti Diſcipuli, qui veluti leones rugierunt in Concilia, & contra Principes. Jeremias tonavit. Viderat ſuccenſam in Aquilone ollam, & ſupplicia minatur. Elias Achabum coarguit, increpuit, exterruit; quia Prophetæ non in piſcinis Heſebon, ſed in vertice Sion ſuêre commorati. Quot præcones, tot leones terrores ſparſerunt, timores incuſſêre, quibus à ſcelere averterent: ſiquidem vitijs coërcendis nullum aptius frœnum Dei timore. Rugijt Dominus ipſe de Sion, daturus vocem ſuam de Jeruſalem, & contremuêre cum orbe terrarum orbes ipſi cœleſtes: *Dominus de Sion rugiet, & de Jeruſalem dabit vocem ſuam, & movebuntur cæli, & terra:* rugiente Domino contremiſcunt cœli, & terra; & homo qui pulvis eſt tonante Deo ridet? nusquam fortitudo eſt validior, quàm ubi Deus rugit; quia tunc timor hominibus incutitur, cui adnixe ſecuritas ſtat, & non cadit; qui enim Deum timet rugientem, eum pavet punientem, & qui pavet, ſcelera cavet, ne Deum vindicem laceſſat; & ubi Dei timor fovetur, vel ipſæ arundines perdureſcunt in quercus.

57. Tamdiu perſeverat quis à ſcelere immunis, quamdiu Dei nititur timore, hic enim pravos omnes coërcet affectus, inſoleſcentes compeſcit concupiſcentias, impudicas excutit cogitationes, & ſtudio addictus virtutum, Deo unicè adhæreſcit. David hoc Dei timore configi exoptavit, quo firmior ſtaret, lapſui non amplius obnoxius: *Confige timore tuo carnes meas, à judicijs enim tuis timui.* Sed ſi David Deum timet, cur à Deo timorem expoſcit? id deſideratur, quod non poſſidetur, ſi David à judicijs divinis timuit, jam Dei timore fulciebatur, cur ergo poſtulat, ut Dei timore ejus carnes configantur? *Confige timore tuo carnes meas*, quia noverat, adeo efficax eſſe frœnum concupiſcentijs carnis coërcendis Dei timorem, ut hôc poſtulaverit carnes ſuas configi, ne inſoleſceret concupiſcentia, ne libido æſtuaret, ne depravati affectus inſurgerent, ideóque hunc Dei timorem, quem jam de Deo habet enixim poſtulat, ut vis ejus non ſolùm animæ, ſed etiam corpore, membríſque omnibus ita infigatur, ut nunquam recedat, ut nunquam concupiſcentia carnis inſoleſcat contra ſpiritum: *Confige timore tuo carnes meas*, noverat eum peccare non poſſe, qui Dei timore manuducitur; eum non cadere, qui fulcro nititur Dei timoris: nec aliud ſategit David edocere, quàm hunc Dei timorem, quos à ſcelere cupivit averſos: *venite filij, audite me, timorem Domini docebo vos*, quia timor Dei pravos omnes coërcet affectus, concupiſcentiæ æſtus extinguit, voluptatum illecebras contemnit, à mundi delicijs ſe abſtinet, & culturæ virtutum addictus inconcuſſa firmitate ſtat Deo adhæreſcens. Timuit David à divinis judicijs, timuit Deum vindicem, cujus ſupplicia nemo potis eſt effugere, ideóque aiebat à *judicijs enim tuis timui*, eſt enim hoc frœnum pravis omnibus injiciendum affectibus, ut monet D. Baſilius expendens verba illa Pſalmi: *Timorem Domini docebo vos*, inquiens: *Cùm te appetitus invaſerit peccandi, velim cogites horribile illud, & intolerabile Chriſti tribunal, in quo præſidet Judex.* Si Dei vindicis timor, ac gehennæ ſupplicium memoriam refricarent noſtram, quoties concupiſcentiæ æſtus inſoleſcunt, pravi affectus inſurgunt, carnis ſtimuli urgent, non ſineremus ab ijsdem nos abripi, quia ut ſcitè monet Zeno Veronenſis, *Non habet concupiſcentia locum, ubi ſobriè vivitur, ubi mors timetur.* Qui cum vivit non addiſcit Deum, & mortem timere, moriens nimio ſolet timore perire: & hæc temeritas eſt, viventem, Deum, & mortem non timere; & huic temeritati ſolus *Pſalm. 118.* *Pſalm 33. v. 12.*

Cap. 7. timor moderatur, ait Tertullianus de pœnitentia: *Modus temeritatis teſtatio eſt timoris. Timor autem hominis Dei honor eſt*; qui enim Deum timet ſua eidem obſequia præſtat, debitam impendit reverentiam, eúmque per exhibitum famulatum glorificat, & tranquillitatem ſibi in morte aſciſcit, eò quòd vivens didicerit in pædagogia timoris Deo famulari, & in ſtudio proficere virtutum.

58. Hinc ſenex ille ſanctiſſimus Pontifex Simeon, quia refertur in vita juſtus, & timoratus; eò quia exercendæ juſtitiæ, fovendóque Dei timori addictus fuerit: *Homo*
Luc.2.v.25. *iſte juſtus, & timoratus*; planas, tutásque perambulavit vias, donec in pace quieverit: *Nunc dimittis ſervum tuum Domine ſecundùm verbum tuum in pace*, quia didicit à Pædagogo timore Deo adhæreſcere, morte tranquilla dimittitur in pace: timor enim tranquillitatem attulit, & ad mortem pacificam absque offendiculo manuduxit. Huc accerſendus D. Gregorius in Catena D. Thomæ ubi expendens verba Simeonis; *Nunc dimittis ſervum tuum*; ait: *Nunc ſolvis tuum ſervum, nec guſtu mortis attonitum, nec hæſitationis cogitationibus conturbatum, ideóque dimittitur in pace: nunc dimittis ſervum tuum Domine ſecundùm verbum tuum in pace.*

59. Quem timor Dei tenet viventem, hunc mentis tranquillitas ſublevat morientem: qui verò cùm vivit, Dei à ſe timorem excutit; cùm moritur, neceſſe eſt, paveat, & timore correptus mortem ſibi maturet. Id Nabali obrigit, morebatur iſte non procul à monte Carmelo, homo tam fatuus, quàm opulentus, moribus prorſus aggreſtibus à vita ſejunctis humaniore. Inſtruxerat is domi ſuæ convivium lautum, & ſplendidum tempore, quo oves tondebantur. David uſurus opportunitate hilaritatis convivelis mittit ex ſolitudine Phareonis, ubi tum delitescebat, decem è ſuis, qui ſportulas ac ſtipem petant pro militibus vagis, & egenis, qui potuiſſent pro defenſione pecoris mercedem exigere, eò quia nullam gregi noxam intulerint, quamvis obærati, & ex rapto vivere aſſueti; immo à grege ſurripiendo incurſiones avertiſſent Arabum latrocinantium; & hujus teſtes rei vocant ipſos Nebelis paſtores. Debuiſſet hæc petendi modeſtia quodvis prædurum pectus emollire, & eorum cor flectere, niſi Nabal vir aggreſtis, & ab omni humanitate alienus hominem exuiſſet: rejecit igitur Nuntios rogatores, oneratos contumeliâ, & vacuos ſtipe militari; dixit enim per contemptum, *Quis eſt David, & quis eſt filius Iſai?* lib. 1. Reg. cap. 25. Verùm cùm primùm ab uxore Nabal audivit, Devidem valida manu obarmatum, ac indignatione accenſum, juſtéque ferventiùs exardeſcentem ira jurâſſe ſe occiſurum totam Nabalis familiam, nec cane quidem ad ſervandas fores ſuperſtite, ſic Nabal timore intabuit, ut omni videretur motu deſtitutus; & quia patientiâ læsâ fit furor, atrocitati minarum reſpondiſſet excidium; niſi furoris æſtum prudentia reſtinxiſſet mulieris. Cùm enim ſemulorum quiſpiam nuntiâſſet Abigaili, quàm contemptim, & barbarè reſpondiſſet Nabel Hetus militibus à Davide miſſis; quorum vicinia non ſolùm innoxia pecoribus, verùm etiam & utilis ad arcendas prædatrices Arabum incurſiones fuerat, & nunc Davidem injurijs laceſſitum armata manu totam velle Nabalis familiam aggredi, & delere. Abigail hiſce euditis imminens averſura periculum, conſtituit muneribus placare Davidem; & vulneri, quod mariti avaritia inflixerat, ſua lenitate, & liberalitate mederi.

Absque ulla cunctatione, quevis diſruptâ morâ componit in viam ducentos panes, duos cados vini, quinque coctos arietes, quinque modios farinæ, centum ſportulas uvæ paſſæ, ficuum fiſcinas ducentas, totámque annonam aſinis imponit, injunxitque famulis, ut iter ſolicitarent; moxque abit & ipſe inſalutato marito, ne homo moroſus, & aggreſtis moram injiceret profectioni, & ejus avaritia commeatum minueret. Ad radices Carmeli obviat Abigail Davidi armatis ſuis ſtipato copijs, & cruentes ſpirenti cædes. Procumbit Abigail in humum, & mellea linguæ ſuada nititur Davidem delinire, ejúsque furoris æſtus extinguere: rogat enixim pro venia, refert eſſe maritum hominem bardum, vecordem, honeſti expertem, contemptu proinde digniorem, quàm irâ: ipſam verò longè tunc abſuiſſe è domeſticis parietibus, nilque propterea contraxiſſe culpæ in injuria per meritum illata, ſupplicátque propterea Davidi, ne velit innoxium cum noxio ſanguinem miſcere, hæc Abigailis verba aqua fuerunt, quæ iram extinxit Davidis, qui à fœmina tam eloquente mitigatus, non ſolùm iras depoſuit, verùm etiam omne ulciſcendi deſiderium à ſe abjecit, & acceptis muneribus cum remiſſæ injuriæ ſignificatione Abigailem à ſe dimiſit. Hæc domum reverſa, quæ contigerunt marito enarravit, qui ſtupore, ac timore perculſus, ſi non in ſaxum obriguit, motu tamen manſit deſtitutus: *Indicavit ei* 1. Reg.25.
uxor ſua verba hæc, & emortuum eſt cor ejus intrinſecùs, & factus eſt quaſi lapis. Ex nimio Davidis timore obſtupuiſſe Nabalem ſacri tredunt Interpretes. Ait Hugo *Emortuum eſt cor ejus præ timore, timuit, ne David dejeraret:* quippe cùm ſexcentis ſtrenuis viris facilè potuiſſet eum interimere, & totam domum delere. Vix præſenſerat mortem vicinam, & potentiam illius, quem antea contempſerat; & deſperatè formidet, nullúmque ſibi ſupereſſe remedium arbitratur. Nabalis veſtigie premunt quotquot in vita Dei excutientes timorem, mores corrumpunt, exercitia virtutum à ſe abigunt, ut vitijs indulgeant; cum mortis acceleratæ

im-

Digitized by Google

imminet periculum confuſis timoris voluminibus involuti deſperant; qui tamen non deſperarent in morte, ſi didiciſſent in vita ſalubriter timere. Ita eſt, ſi mors immineat, qui vitijs indulsêre, timore pulſantur, qui tamen ſi noxis, culpíſque fœdentur parum affliguntur, plus ſtudentes ſaluti corporis, quàm incolumitati animæ. Inſita nobis eſt corporis charitas, cum ſine corpore vivere non poſſimus, & antiqua fuerit paræmia: *ſi vales, bene eſt*, ac ſi uno ſalvo corpore reliqua conſtent. Vivimus quidem corpore, ſed non eſt vivendum corpori. Appoſitè Seneca: Epiſt. 15. *Mos antiquus fuit usque ad meam ſervatus ætatem, primis Epiſtolæ verbis adjicere, ſi vales, bene eſt. Rectè & nos dicimus, ſi philoſopharis bene eſt, valere enim hoc demum eſt. ſine hoc æger eſt animus:* poſtea adjicit: *Ergo hanc valetudinem præcipuè cura, deinde & illam ſecundam: quæ non magno tibi conſtabit, ſi volueris bene valere.*

§. VIII.

Dei timor reliquos omnes excutit timores: & nutat ſecuritas, quam prævia hujus timoris non fulcit ſolicitudo.

61. DEliquerant Iſraelitæ, Regem ſibi dari expoſcentes, & inborta procella admiſſam declaravit culpam, quæ pediſſequam pœnam ſecum trahebat. Iſraelitæ ad inopinatam tempeſtatem perterriti, ac pavore mortis perculſi ad Samuelem accurrunt, quem rogant, ut velit ab imminenti mortis periculo ſuis eos precibus liberare: *Ora pro ſervis tuis ad Dominum Deum tuum,* 1. Reg. 12. *ut non moriamur.* Nimirum anxijs precibus ſolicitârunt mortem avertere jam imminentem, *ut non moriamur*, cùm potiùs in id eorum vota debuiſſent collimare, ut Samuel ſuis precibus Deum flecteret ad veniam culpæ, & ad condonandum populo patratum ſcelus: ſed non curant culpam expungere, ſcelus delere, lachrymis maculam abſtergere, ſed pro corporis rogant incolumitate, *Ora pro ſervis tuis ad Dominum* 1. Reg. 12. v. 20. *Deum tuum, ut non moriamur:* Hunc populi excuſſurus timorem reſpondit: *Nolite timere, vos feciſtis univerſum malum hoc; verumtamen nolite recedere à tergo Domini, ſed ſervite Domino in omni corde veſtro.* Nimirum illis injungit timorem Dei, quia huic uni, qui innititur omnes alios excutit timores, ſed illos etiam redarguit, eò quia tantum ſcelus auſi fuerint perpetrare: *Nolite timere, vos feciſtis univerſum malum hoc.* Vos expaveſcitis quidem pœnam, qui cauſam non timetis; vulnus exhorreſcitis, & gladium non abigitis; nolite timere tam ſolicita anxietate mortem, quæ imminet; ſed potiùs ſcelus expaveſcite, quod mortem accerſit. *Timorem mortis corporalis*, ait Cajetanus, *formidâſſe Iſraelitas. & fulmina è procellis excuſſa; ita tamen, ut eos dediſſe occaſionem huic malo affirmet;* ſceleris memoria eos edocuit, ut ſi vellent imminentem declinare mortem, admiſſam culpam exhorreſcerent, & non culpæ appendicem pœnam timerent, ſed Deum; quem per patrata ſcelera non laceſſerent, ſed eidem obſequi diſcerent, & per exercitia virtutum adhæreſcere: *Verumtamen nolite recedere à tergo Domini, ſed ſervite Domino in omni corde veſtro.*

Non mors timenda eſt, quam timor Dei, & vita proba præceſſit, ſed peccatum timendum, quo delinquens à DEO ſe avertit, & mortem ad ſe accerſit. 62. Imminente mortis periculo ad preces populus confugit Samuelis; quia adurgentibus periculis prudentia eſt, proborum precibus ſuppetias à Deo petere, ad quæ imminent pericula, declinanda: non tamen ita precibus fidendum eſt, ut locordes ignaviam ſectemur: ſi concupiſcentia ſuos accendat æſtus, ſi tentationes intus pulſent, pravique affectus urgeant, Dei timore muniri debemus, preces fundere, Numinis opem expoſcere; ſed ſimul pœnitentiæ inſtrumentis armari, cilicijs loricari ad tentationes propulſandas. Vir cordatus ita ad ſanctorum confugit merita, ut ipſe etiam ſibi conſulat, pericula omnia caveat, lapſum paveat, occaſiones fugiat, à præcipitio ſe avertat. Qui pavet, cavet, & qui cavet à periculis ſe ſubtrahit. Fertur de muto quopiam Regis Barbari filio, qui cùm parenti ſtructas videret inſidias, & jam vertici crudelem imminere gladij aciem, indignatus ſe naturæ illigari vinculis, ac præpediri linguam, vim omnem, ac contentionem exprompſit, & voce elata, & clara ex naturæ niſu exclamavit: *Cave pater*, quo prodigio parricidæ coercuit audaciam, patrémque ſervavit incolumem, òh ſi quoties pericula imminent nobis caveremus; & Dei timore manuduceremur, non ita proni laberemur. Securitas nulla eſt, niſi quam Dei timor fulcit.

63. Tametſi præditi ſimus Dei gratia, diúque ſteterimus, caveamus tamen, quia homines ſumus, ceciderunt plures virtutum culturâ eminentiores, poſſumus & nos, ſi heri non cecidimus, hodie cadere; proinde omni tempore, quovis in loco, omni in diverſorio, ſive ambulemus, ſive quieſcamus, ſive colloquamur, paveamus, caveamus, quia ubique hiatus, ubique inſidiæ, & laquei, & vana eſt omnis metus, niſi eum metuamus, qui poteſt in gehennam delinquentes detrudere, eſt enim timor Dei, quo à periculis ſubducimur.

64. Populus Iſraelis Erythræi maris fluctibus impeditus, & hoſtilibus à tergo preſſus mucronibus, timore perculſus ad Moyſem confugit, qui ad Deum preces fudit, ſed reſpondit ei Deus: Exod. 14. v. 15. *Quid clamas ad me, loquere filijs Iſrael, ut proficiſcantur*, utrumque neceſſarium erat Iſraelitis, & citatis greſſibus fugere

inſequentem Pharaonem, & ad Moyſem confugere; ut fuſis precibus Numinis vellet in periculo illo imminenti ſubſidium impetrare: non eluſiſſet populus periculum, niſi Moyſes preces fudiſſet, greſſum ipſe ſolicitâſſet; *Loquere filijs Iſrael, ut proficiſcantur*, quia cùm imminent pericula ſatagere debemus, ut toto niſu ea avertamus; ſi tentatio nos pulſat, Dei timore obarmati debemus eam propulſare, occaſiones fugere, & pravis quibusvis affectibus frœnum injicere timoris Dei. Cæterum ubi Moyſes preces fundit, & Iſrael proficiſcitur Pharao ſubmergitur, & optatus reportatur triumphus: huc accerſendus Lira inquiens: *Non eſt propter hoc intelligendum, quod ejus oratio Deo diſpliceret, ſed ut oſtenderetur exaudita: unde ſubjicit: loquere filijs Iſrael ut proficiſcantur.* Oravit Moyſes, profectus fuit populus, & quæ maris timebantur volumina, dexterâ, lævâque in muros ſe erexêre, munimentum exhibent; & elementum propriæ oblitum fluxibilitatis ſoliditatem induit, & humeſcens maris ſinus repentino ſciſſu areſcit in pulveres; ut populi inceſſus, Moyſiſque preces periculum converterent in triumphum. Cap. 7. *Timor hominis*, ait Tertullianus de pœnitentia, *Dei honor eſt*, qui enim Deum timet, humanam fatetur imbecillitatem, & munimen, ac ſubſidium à Deo expoſcit. Præmiſerat Tertullianus cap. 6. loquens de eodem timore; *Hæc enim prima audientis intinctio eſt, metus integer*, ſeu timor Dei, qui vitæ ſtudet integritati. Perinde ac pictores niſi parietes humectent, ac dealbent, colores iiſdem difficulter inſerunt; ſitque propterea prævia illa dealbatio neceſſaria diſpoſitio ad figuras in pariete delineandas, quæ oblectamento ſint oculis; pari pacto niſi metus integer, ſeu Dei timor animum diſponat, vix in nobis pingitur effigies: eſt enim metus integer prima intinctio, quâ diſponitur animus ad Numinis recipiendam effigiem. Eſt timor Dei, qui obſtantia quæque abigit, animum perpollit, & ad picturam præparat divinitatis: timor Dei manus à furto compeſcit, aures ad obſcœna claudit, oculos à concupiſcentiis arcet, gulam ab immodicis coërcet lenociniis ferculorum, libidinis æſtus extinguit, ſuperbiæ tumores deprimit, pravos affectus coërcet, livorem invidiæ abigit, iræ furores compeſcit, præſumptionem depellit, modeſtiam cuſtodit, charitatem fovet, verecundiam ſervat, caſtitatem propugnat, & omnem excolit virtutem, hinc ait Tertullianus de cultu fœminarum: Cap. 2. *Timor fundamentum eſt ſalutis; præſumptio impedimentum timoris. Utilius ergo ſi ſperemus nos poſſe delinquere: ſperando enim timebimus, timendo cavebimus, cavendo ſalvi erimus.*

65. Tuta non incedit illa ſecuritas, quæ ſine Dei timore procedit, qui enim excuſſo timore ſibi fidit, & ſecurus agit, ſolicitus non invigilat, pericula non declinat, & dum imprudenter ſtare arbitratur ſecurus, miſerè cadit. Samuel cùm vidiſſet populum excuſſiſſe timorem DEI, ac ſibi fidiſſe, ac de propria ſibi plauſiſſe ſecuritate, tempeſtatem excitavit, qua timorem exterrem revocaret: *Et clamavit Samuel ad Dominum, & dedit Dominus voces, & pluvias in illa die, & timuit omnis populus nimis Dominum.* Lib. 1. Reg. cap. 12. v. 14. & 19. Samuel ſaluti ut conſuleret populi horriſſonam in aëre procellam excitavit, quâ populo timorem incuteret; noverat enim DEI timorem fundamentum eſſe ſalutis, & radicem probitatis, & illam ſecuritatem nutare, quam DEI timor non fulcit: *Et timuit omnis populus nimis Dominum*, & cùm primùm cœpit populus DEUM timere, dixit Samuel ad populum: *nolite timere vos feciſtis univerſum malum hoc, verumtamen nolite recedere à tergo Domini, ſed ſervite Domino in omni corde veſtro:* nimirum timore DEI humanum excuſſit timorem, quo populus premebatur: DEUM qui timet nil habet extra DEUM, quod timeat, quia DEI timor ſecuritatem fulcit, & omnes alios excutit timores; ideóque cùm primùm cœpit populus timere DEUM, *& timuit omnis populus Dominum.* Samuel juſſit eum ſtare bono animo, omnémque alium excutere timorem, *nolite timere, vos feciſtis univerſum malum hoc, ſed ſervite Domino in omni corde veſtro*, ſeu fovete in corde veſtro DEI timorem, quia DEI timor Domino famulatur. Samuel ad timorem incutiendum procellam, excitavit, & cùm timorem populo incuſſit, timorem abegit; & ſolo DEI timore quemlibet alium expulit timorem; DEI enim timor ſecuritatem firmat, & cujusvis alterius timoris pericula propulſat.

64. Summa eſt ſecuritas DEUM timere, & nihil aliud præter eum pavere. Qui DEUM non timet, opus eſt, ut plura timeat, & ad ſibilum tempeſtatis paviteat, & vel ipſa non timenda timeat: aſt pœna non timentium DEUM multiplex, & omnia timere: timor mundi nullum abigit à ſe malum; quia cùm ſit ipſe malus, malum ſecum trahit: ſecus DEI timor mala omnia abigit; & bona cuncta confert, culpas impedit; pericula propulſat; pœnas tollit; timores delet; furores lenit; iras mitigat; concupiſcentias coërcet; pravos affectus compeſcit; diſſidia componit, inimicitias extinguit, amores conciliat; virtutes inſerit, & bona omnia ſecum advehit. Secus timor humanus culpæ eſt partus, qui enim delinquit, pœnam pavet culpæ pediſſequam: neque aliam matrem debuerat tam turpis, ac deformis filius ſortiri; congruit ſuæ radici gramen.

66. Deliquerat in paradiſo Adamus, & ſtatim à facie ſe ſubduxit Domini, & timore per-

re perculſus latitat inter umbras; & bene tenebras quæſivit, qui à luce divinæ gratiæ ſeceſſerat, qui ſplendorem amiſerat innocentiæ Geneſ. 3. v. 12. *Vocem tuam audivi in paradiſo, & timui.* Qui antequam delinqueret leonibus, tigridibus, draconibus, ſerpentibus, feríſque omnibus, quæ timorem hominibus incutiunt, impavidus imperaverat; cùm primùm culpam admiſit, & innocentiam amiſit, timorem accerſivit, & timuit; formidine enim preſſus latebras, umbriferóſque receſſus quæſivit, nimirum commiſſa culpa timorem peperit, quem in corde Adæ lactandum, ac fovendum poſuit. Quiu eodem morbo laboravit ejus filius natu major Cain: poſt interemptum in campo Abelem timore correptus, ac pavore percitus, huc, illúcque cœpit diſcurrere, quò pavidus mortem fugeret Geneſ. 4. *Qui invenerit me, occidet me;* ab omnibus ſibi timet, qui Deum non timet; Cain ſi Deum timuiſſet, fratrem non occidiſſet, & ſi non peccâſſet, neminem expaviſſet: quia verò culpam admiſit, hæc timorem in Adæ pectore peperit, quo vel etiam ipſa non timenda timuit, & plura ipſum terrêre, quæ tantùm imaginaria fuerunt; plura eum terruerunt, quæ noxia non erant; niſi quia Cain ea metuebat, cujus propterea timor miſerias anticipavit, *Qui invenerit me, occidet me,* eos timuit in mundo, qui nondum nati erant mundo, nec nocere ei poterant: quando enim Cain fratrem ſuum Abelem occidit, nullus exiſtebat in mundo homo, niſi unus Adamus Caini pater, & Eva mater, à quibus filius non debuerat formidare utpote primogenitus, & per id temporis unica Adami proles; & ab ijs, qui poſtea naſcerentur, cùm eſſent vel fratres, vel nepotes, & nulli à Caino fuerat injuria irrogata, non debuit timere. Nimirum adeò imbecillis eſt timor, quem culpa enititur, ut vel ipſa non timenda timeat, & plura ſibi fingat poſſe nocere, quæ obeſſe nequeunt, de quibus propterea dixit David. *Illic trepidaverunt timore, ubi non erat timor*, quæ verba expendens

Pſalm. 13. D. Baſilius pulchrè ait: *Inſtar leonum audentes fuerunt, & more leporum timuerunt: quia Deum non timuerunt, creaturas timuere:* Quàm miſeros timentes facit mundi timor! vires adimit, fortitudinem abigit, colorem immutat, pallorem inducit, ſanguinem frigefacit, animum deprimit, cor ſtringit, mentem ſopit, ejus aciem hebetat, & totum hominem pavidum, trementem, ac prorſus deficientem efficit.

Id contigic Caino, qui cùm Deum non timeret perfunctorius in cultu Numi-

68 nis fuit, cui nonniſi deteriora dedicabat ſervatis melioribus in proprias delicias. Cum Abel frater ejus, quidquid melioris, ac pinguioris haberet in gregibus, & frugibus Numini offerret in ſacrificium: hos propter diſcretos cultus, diſcreta & fuêre prœmia ſecuta: ſuper Abelis námque victimas divinus ex alto perpluebat ignis, cum id minimè obtingeret cum ſuas Cainus immolaret Deo victimas. Hæc autem Dei favoris in Abelem inclinantis ſplendens flamma tetras invidiæ caligines in corde excitavit Caini, qui prolapſus in clandeſtinam deteſtationem nil niſi vindictam, cladémque cruentam animo volvebat, quam ut certius perageret, ſceleri prætexens amicitiam, Abelem nihil mali ſuſpicantem in agrum duxit; cúmque ſimul varios miſcerent diſcurſus, & Cainus plura in authorem naturæ criminaretur, legéſque divinæ gubernationis inſectaretur; & è contra Abel divini in mundo regiminis ordinem propugnaret, authorem naturæ commendaret, ſéque opponeret fratri: hic tum aggrediendi ſceleris anſam inveniſſe rains, elatum utroque brachio nodoſum fuſtem, quem manu geſtabat, in Abelis caput priùs, poſtea in pectus toto niſu profundè, validéque demiſit, ictibúſque geminatis diſputationem ſimul & vitam diſputantis clauſit. Sicque quia Deum non timuit, invidiam fovit, & flamma cœlitùs delapſa, ac depaſcens Abelis victimas, excitavit livorem in pectore fratricidæ, & exarſit furor in innocentiam, occidítque hominem; ut Deum irritaret: & admiſſa culpa humanum peperit illicò timorem, quo perculſus Cain dixit. *Qui invenerit me, occidet me:* Poſtquam ſcelus perpetravit Cainus, Dei timore deſtitutus corruit: Geneſ. 4. undabat ſelle pectus, tremor trepidabat in labijs, ſtridor movebatur in dentibus, pallor ſedebat in ore, & tabificum exitialis invidiæ venenum ſtabulabatur in corde: quod enim eſt ligno vermis, ferro rubigo, veſtimento tinea, hoc fuit invidia in animo Abelis, à quo Dei timorem excuſſerat.

§. IX.

Timor, quem obſtetricante malitia culpa mater parturit, tortoribus adſciſcitur, carnificis officio fungitur, corpus affligit, & animum torquet, ut totum hominem miſerè discruciet, ac corrumpat. Hoſtes mente pingit, quos innumeros fingit, & acrius pungit.

Timor, quem culpa parturit, non in ſolam corporis molem, quam torqueat, jus habet; verùm etiam in 69
mentem, quam corrumpit, & judicium quod perturbat. Cum Siſara pugnans contra Hebræorum exercitum turbatam vidiſſet ſuam aciem, eámque fruſtra reſti-

Digitized by Google

tuere conatus eſſet, eò quia timor ejus milites jam occupâſſet, & ſurdas habeat pavor aures: deſperatis omnibus unà cum militibus fugæ, & ipſe ſe dedit, & ne ab inſequentibus Hebræis victoribus cognoſceretur, conſultiùs duxit aureo deſilire curru, paludamentum abjicere, & fugientium peditum ſe turbis immiſcere: In ea fugiendi feſtinatione contigit, ut ad tentorium perveniret Haberi natione Cinei, qui ſub pellibus pro ſimplicitate illius temporis habitare conſueverat, & cujus uxor erat Jahel, quæ cum ſola tunc eſſet in tentorio, & currentium pedum excita ſonitu, Siſarámque conſpexiſſet, ſuſpicata, eum è malè pugnata pugna fugere, juſſit metum omnem deponere, eúmque blandiſſimis verbis in tentorium invitavit; annuit Siſara permulſus ſuavitate ſermonis, & quia ex fuga laſſitudinem contraxerat, & nimio jam calore ſenſerat ſe æſtuare, ac immodico ſudore madere, ut lateret tutus Jahel eum in obſtruſiorem, intimiorémque duxit locum, operuítque ſtragulo, & promiſit ſe excubias ante fores tentorij obituram: quia verò ſiti exardebat Siſara potionem frigidæ à Jahele popoſcit, ſed illa indulgentior, quàm petitum ſibi fuiſſet, non aquam ex fonte haurit, ſed ex utre coriaceo lac recèns expreſſum in perampla phiala exhibet Siſaræ, qui & ſitim extinxit, & vires refecit; móxque ſomno indulſit. Cúmque Jahel eum noviſſet alto jam ſopore captum, ultura communem Hebrææ gentis hoſtem ſumptis animis clavum ferreum prælongum manu accipit, & altera manu arrepto malleo per ſummum oris, pedúmque ſilentium accedit ad ſopiti Siſaræ caput, & per ejus tempora fixo ferreo clavo, ac repetito ictu transfoſſo, toto capite terræ affigit. *Da mihi, obſecro paululum aquæ, quæ aperuit utrem lactis, & dedit ei bibere.* [Indic. 4. v. 19.] Licet Siſara aquam petjiſſet, Jahel non aquam, ſed recens lac propinat ſitienti: neque Siſara inſtat, ut petitam frigidam tribuat. Myſterium hic latere autumat Abulenſis, ubi ait: [Quæſt. 19 in cap. 4. Judic.] *Alij dicunt, quod fecit hoc Jahel ad experiendum de Siſara, an eſſet extra mentem, & quia dedit ei lac, cùm petjiſſet aquam, & ille non conſideravit, an eſſet lac, vel aqua, ſed bibit putans eſſe aquam: apparuit eſſe extra mentem. Ideò tunc accepit Jahel ſecuram opinionem de occidendo illum.* Ecce Siſara Præfectus totius exercitus, ubi timore perculſus disrupta acie fugit, è ſana mente dejicitur, priùs timore victus, quàm hoſtili ferro proſtratus; & præ timore ad eam devenit imbecillitatem, ut totius militiæ Dux, & caſtrorum ſupremus Præfectus ab imbelli muliere perjêrit occiſus; hanc imbecillitatem, & à mente dejectionem, humanus timor advehit, qui mentem perturbat, & timentes cæca confuſione circumactos adigit à vero aberrare, & arbitrari, vel nullum ibi eſſe periculum; ubi plura adſunt; vel ibi majora imminere ubi nullum adeſt.

70. Reduces duodecim terræ promiſſæ Exploratores, ex iiſdem decem timore perculſi referunt ad Moſem, terram illam à ſe luſtratam voracem eſſe, propriòſque deglutire incolas, & homines ibi eſſe giganteæ ſtaturæ aſpectu terribiles, ore minaces, oculis timorem incutientes. *Terra quam luſtravimus, devorat habitatores ſuos: populus, quem aſpeximus, proceræ ſtaturæ eſt.* [Num. 13. v. 33.] Certè parùm ſibi cohærent in producta relatione reduces exploratores, ſibíque potiùs videntur contradicere: dicunt, terram illam ſuos devorare incolas, & poſtea aſſerunt, homines vidiſſe mole præditos gigantea: ſi in terra illa homines viderunt; ergo hos terra non devoravit, ſed potiùs enutrivit, cùm ad giganteam excreverint molem. Rurſus addunt: *Ibi vidimus monſtra quædam filiorum Enach de genere giganteo, quibus comparati quaſi locuſtæ videbamur.* Timor exaggerare edocuit Exploratores, quorum mentem, & oculos perturbavit, ut majores, quàm reverà erant homines illi, apparerent. Oſtendit enim Cornelius à Lapide, homines illos ejuſdem fermè fuiſſe ſtaturæ, ac Iſraëlitas. Unde Abulenſis cenſet, ex timore fuiſſe homines illos majores viſos, ait ipſe: *potuit eſſe ex timore iſtorum Exploratorum*: timor enim humanus pericula non fugit, ſed fingit; non cavet, ſed auget: giganteos finxit homines, cùm quibus eſſet bellum ineundum, terram aſſeruit hominum voratricem, quos tamen enutriebat. Ita eſt humanus timor hominem à ſana mente dejicit, oculos turbat, quia ubique pavet, & pericula fingit.

71. Perinde agit timor, ac vitrum arte cavatum; per quod ritè diſpoſitum objecta repræſentantur oculis multiplicata, quamvis ſimpliciſſima ſint: perindè contingit in humano timore, qui vitri præſefert ſimilitudinem. Hinc Gabaonitæ ſuppetias expoſcentes à Joſuë dixerunt. Convenerunt ad nos omnes Reges Amorrhæorum, & tamen quinque duntaxat Reges contendebant contra Gabaonitas pugnare: ſi igitur ſoli quinque armati acceſſerunt, quomodo aſſerunt Reges omnes conveniſſe contra Gabaonitas, cùm Amorrhæorum Reges plures quinque fuerint? quia timore perculſi illi Reges adverſarij oculis multiplicabantur Gabaonitarum: quibus videbantur omnes Reges contra ipſos irruere; ait Abulenſis expendens præfatum textum: *Verba ſunt expreſſiva timoris magni; pertinet tamen ad timentes, ut res horrendas majores exiſtiment, quàm ſunt.* [Cap. 16. v. 6.] Tametſi quinque duntaxat Reges ad pugnam parati fuerint, timor tamen Gabaonitis plures depinxit, & quaſi innumeros finxit.

72. Timor igitur humanus mentem turbat, judicium corrumpit, oculos confundit, & timentes dirè torquet. Idque cauſæ, cur plerumque Deus peccantes ſolo timore periculi percutiat, & quidem acerbiùs, quàm ſi periculo ipſo diverberaret, plerúmque enim malum, quod timetur minus eſt in effectu, & grandius in affectu, ſeu timore, qui propterea diriùs animum pungit. Hinc juſtus Dei innixus timori, quia felicitate donatur, & tranquillitate fruitur, hos omnes timores humanos excutit: ajebat David de juſto timente Deum.
alm. 90. *Non timebit à timore nocturno.* Sed cur non potiùs dixit: Non timebit à cæcæ noctis caliginibus, tetríſque tenebris? quia nimirum graviores obtingunt homini timores afflictionum, quibus nocte premuntur; ſolent enim nocturni hi timores longè grandiores pingi, ac fingi, quàm ſint ipſæ afflictiones: unde D. Bernardus expendens verba Davidis ſerm. 6. de aſſumpt. ait: *Benè dicit à timore nocturno, non à nocte, quia non ipſa afflictio, quæ timetur, tentatio eſt, ſed magis timor ipſius.* Metus enim grandiorem repræſentat afflictionem, & acriùs torquet, quàm ipſa afflictio.

73. Hos omnes metus, quibus non timenda timentur, vel plus timentur, quàm ſint timenda, excutit, qui Dei timore nititur: is enim ſecurus incedit, quem timor Dei præcedit. Labitur, qui humano percellitur timore, ait Salomon proverb. 29. n. 25. *Qui timet hominem, citò corruit,* quod expendens D. Gregorius ait: *Nil magis timendum, quàm quòd timor humanus præponatur divino;* quia humanus timor à noxis non cavet, & miſerè perdit, quem corripit; ſecus timor Dei ſecuritatem fulcit, & timentes manuducit, quo tuti incedant. Profecturus Jacob cum tota familia in Ægyptum, timuit, eò quia ultimo jam eſſet ſenio confectus, centum enim, & triginta natus erat annos, cùm ex Chananitide hanc in Ægyptum ſuſcepit profectionem, ſed quia in Dei ſemper timore ambulaverat, cùm veniſſet ad puteum juramenti, ac mactâſſet ibi victimas Deo, audivit nocte per viſionem vocantem ſe, & & dicentem ſibi: *Jacob, Jacob.* Qui reſpondit: Ecce adſum. Ait illi Deus: *Ego ſum fortiſſimus Deus patris tui, noli timere, deſcende in Ægyptum, & ego deſcendam tecum illuc.* Timor Dei omnem excuſſit
Geneſ. c. 46. n. 4. timorem hominum, ſecuritatem firmavit, & Deum ipſum ſocium, & comitem ſibi in protectione accerſivit; & nonniſi tutus incedere potuit Jacob, qui cum Deo ambulabat. Cauſæ timoris fuerunt, quia verebatur Jacob in extrema ſua ſenectute ad gentes idolorum cultui addictas deſcendere; nec ſibi profecta ſenectus fiduciam, nec probè anteacta vita ſecuritatem dabat: hunc tamen timorem excuſſit Deus ſe Jacobo offerens in ducem itineris: Dei timor non ſolùm humanum abegit timorem, ſed & Deum ipſum accerſivit comitem profectionis. O quàm felix eſt Dei timor, qui meruit peregrinationis comitem Deum ipſum habere? hinc exclamat D. Chryſoſtomus *Quid ſanctius, quid beatius, quàm Deum ipſum accerſiri comitem itineris?* hoc unum ſufficit ſolatium ad timores omnes excutiendos.

Verùm ſi Deus Jacobum in florente adhuc ætate permiſit in Meſopotamiam proficiſci; cur ſenio confectum, ac viribus propè deſtitutum mittit in Ægyptum? An quia conſuetudo, quæ à juventute inolevit, eadem in ſenectute non deletur; aſſuetus à juvene peregrinationi Jacobus, peregrinari in ſenectute deſtinatur. Verùm altius hic myſterium latet, peregrinus olim juvenis in domo Labani veram fidem, ac religionem adnixus eſt introducere, adeo ut Rachel ejus uxor à paterna domo idola ipſa rapuerit, ne ejus parentes, & fratres cultum illum profanum ampliùs profiterentur. Timuit Jacobus à puero Deum, fuítque ingenio facilis, moribus elegans, aſſiduus domi, divino cultui addictus, cùm igitur ſatégiſſet adhuc juvenis in Meſopotamia in domo Labani cultum veri Numinis promovere, ideo etiam in extrema ſenecta jubetur in Ægyptum proficiſci, ut quem Numinis cultum inceperat juvenis in domo Labani diſſeminare, eundem ſenex in aula Pharaonis promoveret. Venit igitur Jacobus cum univerſa familia, & facultatibus ſuis in Ægyptum, cui Joſephus ſuſcepto de patris adventus nuntio curru ſublimis obviavit in terram Geſſenam, ubi pater reſtituitur filio, & filius parenti poſtliminio vivus: utrínque funduntur lachrymæ, figuntur oſcula, ſtringuntur amplexus. Dei timore ductus Jacob Deum meruit in itinere ducem habere: benè enim procedit, qui Dei timore manuductus incedit fidem diſſeminaturus, cultúmque veri Numinis promoturus, in Ægyptum mittitur in ſenectute, qui in florente ætate in Meſopotamia ſategerat cultum abolere idolorum, & veram ibi religionem fundare. Non timeat, qui Dei cauſam tuetur, eundem enim Dominum, quem colit, & cujus cauſam propugnat, ſibi accerſit defenſorem: Appoſitè Origenes explicans Verba illa *noli timere. Ego deſcendam tecum illuc*, ait: *Congreſſurus adverſus Principatus, & poteſtates hujus mundi (qui figuraliter Ægyptus appellatur) noli trepidare. Quòd ſi cauſam ſcire vis, quare timere non debeas, audi promiſſionem meam: in Gentem magnam faciam te, & deſcendam tecum. Non ergo timeat deſcendere in Ægyptum, non timeat acies hujus mundi, & obſiſtentium dæmonum ſubire certamina is, cum quo in agone deſcendit Deus.*

Tametſi ad gentes idololatras deſcenderet Jacobus, non tamen potuit occurre- 75.

re,

re, quod timeret Dei timore munitus, & Deo comite protectus, cujus cauſam tuebatur, & ubi vires ſeneſcentis naturæ defecerunt, robur ſuppeditavit Deus, quo obſtacula quæque vinceret, ac ſuperaret. Sed cur Deus promiſerat ſe in Ægyptum deſcenſurum cum Jacobo? an non Deus eſt ſemper ubique præſens, & juſtorum omnium comes? cur ergò ſpondet Jacobo velle ſe in

Geneſ. 46. v. 4. Ægyptum cum ipſo deſcendere? *ego deſcendam tecum illuc.* An quia tametſi juſti omnes ad Deum ſpectent, ſpecialiùs tamen ad ipſum attinent, qui ad Dei cultum promovendum devoventur? Id enim cauſæ fuit, cur Magi ad Herodem dixerint. *Vi-*

Matth. 2. *dimus enim ſtellam ejus in Oriente, & venimus adorare eum.* Vocant præviam ſtellam ducem in itinere, ſtellam Dei, *vidimus ſtellam ejus*, ſed ſi ſtellæ omnes quotquot vernant veluti roſæ in cœlis, ad Deum pertinent, ſuntque ſtellæ Dei, à quo conditæ fuerunt, & conſervantur, cur Magi venientes ab Oriente ſtellam hanc præviam vocant ſtellam Dei? an quia non fixa, uni duntaxat non hærebat loco, ſed mobilis ab Occidente feſtina properabat in Orientem iter ſignatura, quò itur ad Deum, ejúſque cultum? Ita eſt, duxit ad præſepe Magos, fulſit mobilis in toto itinere prævia, ideó que ſtella Dei rectè vocatur, tametſi cæteræ omnes ſtellæ ſint & ipſæ Dei: qui enim gentes ad Deum ducunt, hi ſpecialiùs ad Deum attinent, cujus cultum promovent, ac propagant.

76. Id fortaſſis etiam cauſæ, cur Joannem præcurſorem Angelum ſuum Deus dixerit, quamvis omnes Angeli ſint Dei, &

Malach. 3. Deo authore conditi. *Ecce, ego mitto Angelum meum*, quia ſcilicet erat præparaturus viam Domini, & notitiam venientis Meſſiæ hominibus manifeſtaturus; ait enim

Homil. 10 in Evangel. D. Gregorius. *Omnis qui fidem rectam, & bona opera prædicat, quid aliud, quàm venienti Domino ad corda audientium viam parat?* Dicitur igitur Præcurſor Joannes Dei Angelus, quia quotquot Deum annuntiant, docéntque gentes, hi ſpecialiùs ad eum pertinent. Ad quod tamen opus neceſsè eſt, ut timor Dei manuducat, quo humani omnes excutiantur timores, & ille ſolus timeatur, cujus præſentiam non poteſt quiſpiam evadere; cujus potentiæ nemo poteſt obſiſtere; cujus ſapientiam nemo fallere; cujus offenſa extremum eſt malorum; cujus judicium ſumma æquitas; & cujus vindicta æterna damnatio. Eſt timor Dei, qui lapſos erigit, ſtantes firmat.

77. Impoſſibile cenſet David, poſſe hominem in noxam elabi, ſi Deum timeat, ſimúlque præſentem animadvertat: & omnes delinquentes cenſet, ideo corruere, quia Dei non fulciuntur timore, quia immemores fiunt Dei: loquens enim de iniquis ait.

Pſalm. 53. *Non propoſuerunt Deum ante conſpectum ſuum:* ideò cecidêre, quia Dei timore fuerunt deſtituti, quia Dei timore fuerunt obliti, & Pſalm. 9. loquens de peccatore vitiis involuto dixerat: *Non eſt Deus in conſpectu ejus: inquinatæ ſunt viæ illius in omni tempore:* hinc de ſenibus libidine inſanientibus, nitentibúſque Suſannam pervertere, cujus innocentiam ſategerunt poſtea damnare, ait. *Declinaverunt oculos*

Daniel. cap. 13. v. 9. *ſuos, ut non viderent cœlum, nec recordarentur judiciorum juſtorum:* Dei enim oblivio ejus excuſſit timorem, & omnia acceſſivit ſcelera. Si æſtuantes libidine ſenes Dei fuiſſent timore præmuniti, æſtus illos extinxiſſent, & fœdam in renibus coërcuiſſent libidinem; ad ignem enim ſedandum luxuriæ nil tam efficax, quàm timor Dei vindicis, & gehennæ torquentis; pulſatur quis ſtimulis rebellantis concupiſcentiæ, æſtuat ardore libidinis, ſatagat hunc ignem igne extinguere, gehennalem recolat ignem, quo luxuriæ flammas extinguat, quia ut appoſitè ait Iſidorus. *Recordatio ardoris*

Lib. 2. de ſum. bono cap. 39. *gehennæ ardorem extinguit luxuriæ*, cujus ignis igne fugatur. Id præſtitit D. Thomas Aquinas adhuc adoleſcens, qui ad turpia à quadam laceſſitus muliercula incenſo arrepto titione eũ in laſcivientem vibravit, extinguens ignibus ignes. Fuit incenſus titio ille ſymbolum ignis gehennalis, cujus timor motus quoſvis coërcuit inſoleſcentis concupiſcentiæ.

§. X.

Sunt, qui beneficio timoris Dei reſipiſcunt, & in glaciem concreti virtutibus ſplendent; qui tamen eundem excutientes timorem ad æſtum concupiſcentiæ liqueſcunt in priſtinum ſtatum.

78. SUnt, qui hoc Dei perculſi timore ſurgunt è lapſu, reſipiſcunt, & fuſu lachrymarum, quas per indulgentiam vitiorum contraxerant maculas abſtergunt, virtutes excolunt, ſtudio incumbunt pietatis; ſed quia non cautè Dei timorem cuſtodiunt, ſibi fidunt, miserè iterum corruunt. Vult Deus ut per aquas ad ipſum accedamus, hoc eſt per lachrymas reſipiſcentiæ, quod cùm noviſſet David, ait. *Vox*

Pſalm. 28. v. 3. *Domini ſuper aquas*, & ipſe ſtratum ſuum per noctes ſingulas lachrymis rigaverat, ſed aqua ſolet & in chryſtallum concreſcere, & in glaciem conſtipari, & quamvis ſit chryſtallus magis ſplendida, duriórque glacie, utráque tamen converſionem exprimit fidelium, hoc tantùm diſcrimine, quòd chriſtallus perſeverantium ſit ſymbolum, & glacies deficientium imago; utráque frigore concreſcit, & obdureſcit, & timore Dei æquè reſipiſcunt, & pellucidè ſplendent divinâ gratiâ ornati reſipiſcentes. Quamdiu perdurat glacies perinde ac cryſtallus fulget, micat, ſordes refugit, ſublimis pendet, ſtat pendula, nec diſ-

diffluit; Sin verò incipiat eliquari; pulveri agglutinatur, luto immiſcetur, ſordes contrahit, pedibus proteritur, fluitque cœnoſa; nilque ſit eâ vilius, nilque fœdius. Plures ſunt reſipiſcentes, qui inſtar criſtalli fulgent culturâ virtutum, micant ſplendore gratiæ, & ſordes omnes Dei timore refugiunt: ſed ſi hunc non cuſtodiant, foveántque in ſinu, nutriant in corde, quæ criſtallus erat, iterum liqueſcit in aquam, & pulveri agglutinatur, luto immiſcetur: concreſcit glacies frigore, & impius vi timoris Dei reſipiſcit, & tamdiu perſeverat, quamdiu Dei timor durat.

79. Sed unde tanta criſtalli, & glacies diſſimilitudo, ſi utraque frigore concreſcit? criſtallus in montibus conſtipatur, & glacies ubique duratur; criſtallus in montium abditis viſceribus, ubi ſua fuit natalia ſortita diu perſeverat, donec manus furaces aliò eam aſportent; glacies verò ubique patet in foveis, in piſcinis, in lacu, in flumine, in fonte, in rivulo: id igitur intereſt criſtallum inter, & glaciem diſcriminis, quia ideo criſtallus ſolidatur, & non ampliùs liqueſcit, quia lucem fugit, montium receſſus occultiores amat, in quibus duritiem in naturam convertit: glacies verò quia ubique patet ventis, & ſoli expoſita, facilè ſoluta refluit, deperdita duritie priſtinam repetit fluiditatem, quâ agglutinatur pulveri, immiſcetur luto. Reſipiſcentia, quæ beneficio timoris Dei fit hyeme in feſtis Natalitijs, mox æſtate evaneſcit; & quæ hyeme glacies erat, fit æſtivo tempore, imò fortaſſis etiam citiùs verno, iterum aqua: at criſtallus, quia duritiem didicit in naturam commutare, eam nunquam exuit. Nemo quamvis reſipuerit, quamdiu vivit, ſecurus eſt de ruina, monente Apoſtolo. *Qui ſe exiſtimat ſtare, videat, ne cadat*, quæ verba expendens D. Leo ait: *Nemo eſt tanta firmitate ſuffultus, ut ſtabilitate ſua debeat eſſe ſecurus*; quamvis ſit glacies ſua duritie præmunita, cùm primum æſtus ſentit ſolis in priſtinam liqueſcit fluiditatem. Sunt, qui beneficio Dei timoris reſipiſcunt, & veluti in glaciem concreti ſplendent virtutibus, ſordes refugiunt, conſiſtunt ſublimes, qui tamen æſtus recipientes concupiſcentiæ, iterum liqueſcunt in priſtinam fluiditatem, antiquo pulveri agglutinantur, & luto immiſcentur vitiorum. Neque obſtat, eos diu perſeveraſſe glaciem eſſe, micuiſſe candore caſtitatis, fulſiſſe ornatu virtutum, & ſordes refugiſſe, quia etiam glacies tota perdurat hyeme, quæ tamen ad primos veris tepentis calores iterum ſolvitur: quamvis diu ſteteris, virtutes exercueris, ſta tamen in timore, huic innitere, hunc fove, & nunquam dimittas; non ſtabis, niſi Dei timor te fulciat, hunc ſi excutias, ſtatim laberis,

1. Corinth. 10. v. 12.

Serm. 5 in Quadrageſima.

nec tibi fidas, quòd diu ſteteris, quia ut eleganter ait D. Chryſologus. *Etiam longo ſtudio ſeges ſeritur; ſole, atque imbre diutino naſcitur, & tamen unâ, & ſubitâ ſcintillâ conſummitur: & paulisper ædificia ad alta conſurgunt, quæ repentinis caſibus terram repetunt.* Serm. 21.

80. Plures probatæ virtutis viri miſerè corruerunt, obvia ſunt exempla toties decantata Samſonis, Davidis, Salomonis. Sunt & alia recentiora etiam quotidiana. Navem videmus affabrè compactam, probè intùs connexam, eleganter exteriùs depictam, mobili clavo, firmis rudentibus, procero malo, inſigni carcheſio, ſplendentibus velis; omnibúsque inſtructam ornamentis, ac armamentis, quæ & ad defenſionem utilia ſunt, & ad uſum honeſta. Hanc vidimus prolixis itineribus æquora texere, ire, redire, ventorum procellas eludere, marinos tumentes fluctus infringere; ſed quæ prolixis itineribus diu pelagi tractus trajecit; ex neglectu Naucleri, vel clavum non aptè dirigentis, vel ſcopulos non præcaventis illiſa in ſcopulum diſrumpitur, & naufraga perit. Licèt viri ſimus religioſi, quamvis virtutum exercitijs aſſueti, ac pietatis operibus addicti, adhuc neceſsè eſt paveamus, & caveamus; neque à præteritis victorijs valet argumentum, ad inferendas futuras: qui ſtetit in levibus, non perſiſtet in gravioribus, niſi paveat, niſi caveat, & Euro ocyùs ſcopulos, ſeu occaſiones fugiat. Cum tentatio gravis fores cordis pulſat, & concupiſcentiæ æſtua intus libidinem accendunt, cum occaſio inexpectata ſe offert; tunc virtus probatur, ſi miles fortiter pugnet, non inſiſtendo, ſed Parthorum more fugiendo; non pectus libidini, ſed tergum cuſtos pudicitiæ oſtendit, quia ſi non cineſit, læditur tamen ſemper caſtitas, ni fugiat; excutiendæ ſunt in ipſo acceſſu turpes, quas libido ſuggerit, cogitationes, & quidem abſque ulla cunctatione; quia accenſis ſunt pares carbonibus, qui delapſi in pallium, ac veſtes, niſi illicò excutiantur, aliquid ſemper relinquunt ſui veſtigium, eò veſtibus magis noxium, quò diutius iiſdem inhæſerunt; ſi lædi times, cave, ne te dimittas ad aliquid, licèt minimum, in hoc genere deliberandum: in caſtris cum milites audiunt obſeſſæ arcis gubernatorem velle cum præfecto obſidentium colloquia miſcere, inde conjiciunt, proximam eſſe arcem illam deditioni.

81. Præcidenda eſt cujusvis pravitatis occaſio ab otio, & quavis impuritatis ſpecie, malorúmque præſertim convictu, nec quidquam in hac pugna negligendum: ſuperſtites etiam in juſtis perſeverant plerumque hujus concupiſcentiæ reliquiæ omninò evellendæ: ſunt nimirum quædam affectiunculæ, quæ initia ſunt libidini prælu-

dentia, quibus ſenſim ſine ſenſu faſcinata mens adhæreſcit, & niſi ſtatim eradicentur, voluntatem etiam ad ſe pertrahunt; à modicis maxima quæque ſuum trahunt initium; & niſi minima paveantur, & caveantur, ad majora patet lapſus: cultores caſtitatis nil patiuntur, quod libidini queat præludere, & ut loquitur D. Ambroſius. *Sicut vitioſis ad corruptelam nuda ſunt omnia; ita religioſis ad caſtitatem cooperta ſunt univerſa*, quatenus nil admittunt, quo poſſit caſtitas lædi; in id enim incumbunt ſtudij, ut omnes præcidant pravitatis occaſiones: & cum tentatio urget, concupiſcentia pulſat, frœno timoris Dei pravos quoſque compeſcunt affectus; nec ſinunt ſe ab iiſdem abripi: nauclerum non malacia, ſed procella probat; & militem non hybernalis ſtatio; ſed urgens conflictus experitur: *Gubernator in tempeſtate dignoſcitur*, ait D. Cyprianus, *& miles in acie probatur.* Tametſi non careat quis niſi modicè artem nauticam, poteſt tamen navigium regere, cùm venti, vel favent, vel ſilent, mare quieſcit, fluctus detumeſcunt; ſed ſi iſti inſurgant, ſi venti excitentur, tunc vix peritus nauclerus procellam eludit. Id ex leviore occaſione prudenter diſcitur, ut timeat quis de gravioribus, ait Salomon. *Da ſapienti occaſionem, & addetur ei ſapientia.* Hæc eſt vera ſapientia, quæ ab ipſa addiſcitur occaſione, nimirum pericula timere, occaſiones labendi fugere, fœminas declinare, earum familiaritatem amputare, ad earundem præſentiam oculus in humum dejicere, quia ut monet D. Cyprianus: *Nemo ſuis viribus fortis, ſed Dei indulgentia, & miſericordia tutus eſt.*

In ſerm. de S. Michaële.

Proverb. 9. v. 9.

81\. Cultor caſtitatis Dei obarmetur timore, quo uno hoſtiles impetus laſcivientis concupiſcentiæ retundat, pravos affectus ad fugam cogat, voluptatum lenocinia abigat, & ſoli Deo adhæreat. Deum, qui timet, non ſolùm pravos quóſque coërcet affectus; verùm etiam occaſionum technas declinat, ne fortè implicetur. Idéo David laqueos, & inſidias liber evaſit *Funes peccatorum circumplexi ſunt me, & legem tuam non ſum oblitus:* & inſidias ſuperavit, quia timorem Dei ſibi ducem, & comitem accerſivit, à quo manuduceretur, ajebat. *Confige timore tuo carnes meas, à judicijs enim tuis timui*, quamvis timeret, adhuc enixim optavit, ut membra corporis eodem configerentur timore, & veluti cruci affigerentur clavis timoris, ne poſſent ampliùs moveri motibus inordinatis, & contra Dei legem, quam cuſtodire ſatagebat: eſt enim timor Dei, qui carnis concupiſcentias extinguit; libidinum æſtus ſopit, pravos inſurgentes affectus coërcet; aures obdurat, ne fœminarum illicia admittant; oculos in humum dejicit, ne earundem videant vanitatem; manus compeſcit, ligátque, ne tactus ullos admittant minùs pudicos; pedes continentiæ compede vinctos detinet, ne vias perambulent iniquitatis: qui à judicijs Dei timet, petit, ut cum Davide hoc pacto configantur timore ejus carnes; & omni ſtudio nititur beneficio fugæ à quovis ſe periculo ſubducere.

Pſalm. 118. v. 81.

Ibidem.

82\. Deum timuit Joſeph in Aula Pharaonis in domo Putipharis, ideóque cum ad turpia, lenocinijs, ac blandimentis alliceretur ab Hera, ut illæſus ſervaretur, relicto in manu ejus pallio fugit, quia ut ſcitè monet D. Cyprianus, *Nemo diu tutus eſt periculo proximus; nec evadere Diabolum ſervus Dei poterit, qui diaboli laqueis implicatur*, non fœminarum colloquijs ſe immiſceat, qui indemnem cupit caſtitatem ſervare, ad ejus vocem veluti ad illicientis ſirenulæ exitialem cantum aures claudat. Timor Joſephum corripuit non quidem ſervilis, nec fœmineus; ſed virilis, ac religioſus; ideóque proprijs non fidit viribus, ſed relicto pallio evanuit ab oculis Ægyptiæ fœminæ, ne vel leviter ab ea in manu, aut brachio tangeretur, ut enim monet Apoſtolus. *Bonum eſt mulierem non tangere*, quia à tactu mulieris plus contrahitur veneni, quàm ſi ſerpentem tangas, ideóque tutiùs eſt viperam contingere, quàm fœminam; vipera enim, ſi mordeat, ſuo veneno corpus tantùm inficit; ſed fœmina, ſi alliciat, vel oſculetur virum, etiam ſine dente mordet, lethale vulnus infligit, & venenum ſpargit, quo non corpus, ſed animam interficit, ideóque rectè ſcribit Apoſtolus. *Bonum eſt mulierem non tangere*, quia ex tactu mulieris venenum contrahitur, quod per manus ſerpit in brachium, progreditur in pectus, cor penetrat, animam invadit, quam miſerè inficit, ac interimit, appoſitè D. Hieronymus de fuga Joſephi ait: *Quia tangere eum volebat Ægyptia, fugit ex manibus ejus: & quaſi ad morſum rabidiſſimi canis, ne paulatim virus ſerperet, pallium, quod attigerat, abjecit.* nimirum infectam tactu fœmineæ manûs veſtem, & amoris philtro corruptam illicò excuſſit, & à ſe longè abjecit, ne lilium caſtitatis æſtu illo impudico exareſceret, & honeſtas tactu fœmineo fœdaretur, pulchrè D. Ambroſius de Joſepho cap. 3. *Contagium judicavit, ſi diutius moraretur, ne per manus adulteræ libidinis incentiva tranſirent:* quia Deum timuit, plus ſibi timuit à laſciva fœmina, quàm timuiſſet ab hoſte diſtrictis gladijs armato: ſed heram redarguere non fuit auſus, nec perſiſtere coram procaci Domina; ſed ab ejus oculis ſe euro velocior ſubducens, celer evanuit, & tunc vicit, cum fugit; victrices palmas pugnaci manu legit, cum veloci pede fugæ ſe dedit: Dei timore armatus de libidine triumphavit,

1. Corinth. 7.

1. Corinth.

&

&beneficio fugæ ad victoriam peoperavit, *relicto in manu ejus pallio fugit.*

83. Flos eſt delicatior cæteris pudicitia, hunc vel ipſe tactus manus impudicæ inficit; & ſi ad æſtum efferveſcentis contupiſcentiæ languet, & exareſcit, nunquam tutiùs cuſtoditur; quàm Dei timore, qui tela vel ab oculis laſciviētib⁹ vibrata, vel à linguis lenocinantium fœminarum emiſſa, vel a manibus impudicis jactata retundit, & florem pudicitiæ indemnem conſervat, pulchrè Procopius de Joſepho ait. *Si conſideremus ætatem Joſephi erat flos, & juventutis quoque flagrabat igne: foris irretabatur intemperie libidinoſiſſimæ mulieris; quapropter ejus caſtitas majorem apud omnes meretur admirationem.* In caſtris amoris, & concupiſcentiæ, ubi rebelles turmatim inſurgunt affectus, ille ſtat, & eorum impetus coërcet, cupidinis tela retundit, ignem concupiſcentiæ extinguit; pravitatem affectuum proſternit, & motus quóſque, impetúſque libidinis compeſcit, qui Dei timore armatus fortiùs fugâ pugnat; fugiendo enim hoſtes vincit, quos tunc profligat; cum fugæ veſtigia in humo figit: grandis enim eſt hæc victoria, quæ ſine vulnere, ſine ruina rebelles inter affectus ideo ſtat, quia fugit; & tunc pugnat fortiùs, cum ab occaſionibus ſe ſubducit. Caſtitas flos eſt paradiſeus, odorem exhalans Cœlitibus pergratum: in areola pudicitiæ ea vernant lilia, inter quæ cœleſtis paſcitur ſponſus, qui iiſdem gaudet aſſociari, ut roſis coronetur charitatis, quæ ſemper florent, marceſcunt nunquam: & revera flores ſunt virgines, Deo ſuaviter olentes: ſed hos flores Dei timor excolit, nec aliâ germinant pulchriores culturâ; & tantæ ſunt excellentiæ, ut ſui cultores ſurſum evehant ad paradiſeas delicias, & cœlo inſerant, ubi perinde ac ſtellæ ſplendent: imò ſi dixeris timentes Deum, & caſtitatem excolentes ſtellas eſſe ſplendidiſſimas, ſcopum attingis; ſunt ſiquidem virgines, quæ noctu vigiles in cuſtodiam pudoris, clariores ſplendent inter umbras timoris: & hæ ſunt ſtellæ, quæ lucebunt in perpetuas æternitates, & quibus Deus nomen indit, & quarum nomen dignoſcit. *Qui numerat multitudinem ſtellarum, & omnibus eis nomina vocat.* Pſalm. 46. v. 4.

84. Quàm felix eſt virginitas; cujus nomen in memoria eſt Dei; quæ enim noctè vigilat; ſplendet in cœlis; quæ cum ſibi timet, tutior efflorеſcit, & nullibi periclitatur, ſi Dei timore manudutatur; quia tunc pericula pavet, quæ & cavet; ſine Dei timore tuta non eſt, ſine vigilantia non ſplendet, & in hoc cœli imitator ſydera, quæ non ſplendent, niſi cum noctu vigilant. Non ſtellam cœlo inſertam, ſed etiam pretioſam margaritam in terris nitentem virginitatem dixerim; non tamen in ſinu conchæ fluctibus obrutæ natam, ſed in cœlis pretium ſuum enactam: eſt enim pretioſa illa margarita, ad quam ſibi comparandam de cœlo venit divinus mercator, ut pretio ſui ſanguinis eam coëmeret, ait enim Gregorius Niſſenus. *Quæ Dei verbum adveniſſe demonſtrâſſet, ſola caſtitas idonea fuit:* nimirum Chriſtus æterni patris filius, cùm ſe ipſum in pretium tradidiſſet hujus margaritæ, omnia contulit, theſauróſque totos profudit, quò in terræ nundinis negotium bene inſtitueret humanæ redemptionis, & tot margaritas ſecum reduceret in patriam, quot virgines. Et iſti ſunt chori per cœli vireta agnum comitantes, quos & Joannes viderat ex Pathmos Inſula. *Hi empti ſunt ex hominibus primitiæ Deo, & agno, ſine macula enim ſunt ante thronum Dei:* antea dixerat de hiſce, qui agnum comitantur, *hi ſunt, qui cum mulieribus non ſunt coinquinati; virgines enim ſunt, hi ſequuntur agnum, quocunque ierit.* Quàm pretioſa igitur eſt pudicitia virtus, quàm charus, & tutus hujus margaritæ candor; cùm hanc gemmam empturus Cœli Negotiator pretium dederit ſui ſanguinis, & ad nundinas venerit, quas terra aperit. De virgin. cap. 2. Apocal. 14. v. 4.

85. Imò eſt adeo rara hæc virtus, ut phœnix audiat cæterarum. Id proprium phœnicis, & à natura ei inditum, qui ne ſenio confectus mortem ſubeat, & putreſcat, rogum ſibi apparat, & alarum flabello flammas excitat ad ſolis æſtus, quibus cinefiat ipſe, & ſuo è cinerario redivivus reſurgat novâ donatus juventâ. Caſtitas quam Dei timor manuducit expanſis divini amoris alis ignem excutit; & ad novam ſurſum vitam avolat, nulli amplius obnoxiam interitui; quia ut ait Nazianzenus: *Sola vita, quæ puritatem colit, firma, & ſempiterna eſt:* eo immortalitatis privilegio debuerat virtus hæc frui, quo angelicæ conditionis participes ſuos efficit cultores, ut elegantèr notat Chryſologus ſerm. 143. inquiens: *In carne præter carnem vivere, non terrena vita eſt, ſed cœleſtis; & ſi vultis ſcire: angelicam gloriam acquirere majus eſt, quàm habere. Eſſe Angelum felicitatis eſt; virginem eſſe virtutis.* Caſtitatis cultores adeo carneam molem dedolant, perficiunt, ac ſubtilem efficiunt jejunijs, quò ſpiritibus mereatur Angelicis conferri, *& hi ſunt*, ait D. Chryſoſtomus, *qui in terra ambulantes, & corpore circumdati angelicam vitam imitantur:* quia à carnis concupiſcentijs alieni vitam in carne angelicam ducunt, quatenus timoris Dei falce radices omnes libidinis, ac pravorum affectuum amputant; & quia id eſt naturam ipſam ſuperare, fit, quòd nonniſi ex ſpeciali Dei patrocinio poſſit exculta caſtitas effloreſcere in tellure carnis noſtræ, unde Salomon. *Scivi, quòd non aliter poſſum eſſe continens, niſi Deus det: & hoc ipſum erat ſapientia, ſcire, cujus eſſet hoc donum:* ſcilicet non hominis, nec Principis ali- Homil. 2. in Geneſ. Sapient. 8. n. 2.

cujus, ſed ſolius Dei protegentis, & vires ſuppeditantis.

86. Adeò favet Deus caſtitatis cultoribus, ut ſpeciali nomenclatura eorum Deus eſſe dicatur; eſt enim cœleſtis ſponſus, qui nonniſi inter lilia caſtitatis paſcitur, ut roſis coronetur charitatis. Scimus ad Exploratores Hebræos Rahab meretricem dixiſſe: *Deus veſter, ipſe Deus in cælo ſurſum, & in terra deorſum*, cauſam quærunt Interpretes, cur Rahab in meliorem jam frugem recepta ad Deum converſa, & pro ſalute Iſraëlis aſſiſtens, Deum Hebræorum ſuum etiam eſſe non dixerit? cùm ſit Deus omnium Dominus, & plenam, ac deſpoticam in omnes creaturas juriſdictionem habeat? non dixit Rahab Deus noſter ipſe eſt, ſed Deus veſter; quia nimirum cum eſſet ipſa meretrix, cœno libidinum merſa, vitiorum fœditate infecta, ſine ornatu caſtitatis, abſque cultura pudicitiæ, non fuit auſa vocare Deum Iſraëlis Deum ſuum, ſed dixit, *Deus veſter ipſe eſt*, pulchrè D. Cyrillus Alexandrinus expendens præfata verba Rahab ait: *Suum dicere non audebat, quia impuram ſe ſentiebat.* Hinc diſcant, qui caſtitatem excolunt, quanta ſpeciali providentia habeant ſibi Deum addictum: diſcant ſe Deo dedicare, quotquot mundi illecebris indulgentes ſe à Deo avertêrunt. Diſcant Dei timore manuduci, & per culturam pudicitiæ carnis concupiſcentias exuere, & defœcatâ à quavis carnali fœditate deſideria concipere, & quidquid immunditiam olet, illud prorſus abigere.

Joſuê 2. v. 11.

§. XI.

Qui Dei timore manuducuntur inter lilia caſtitatis paſcuntur; roſiſque coronantur charitatis, ac rectè procedunt.

87. SI timor Dei nos ambulantes præceſſerit, à recta virtutis non erimus viâ declinaturi: ubi verò timor Dei non præit, nec caſtitas comitatur, & à recto tramite facilè declinatur. Habuit Abraham comites Angelos, qui in ſuſcepto itinere, & viam præmonſtrabant, & ſolatium adferebant, & tamen dicitur; *Abraham ſimul gradiebatur deducens eos*, ſeu ut exponit Lippomanus: *Iter indicabat, ne errarent in via*, mirum tamen, quòd cùm Angeli Abrahamum proficiſcentem ducerent, ne à recto deflecteret itinere; mox Abraham ipſe viam dicatur Angelis indicare; ne ipſi errent in via? ab omni carnis impuritate defœcatiſſimi ſunt Angeli, & ubi impudicitia ſtabulatur, ubi homines laſciviunt, & carnis deſideria mentem corrumpunt, ibi Angeli cæcutiunt, & à caliginoſo libidinei ignis fumo impediuntur, quo minus poſſint procedere: ibat tunc Abraham ad urbes Sodomorum, ubi turpitudo, & nefanda luxuria univerſos habitatores corruperat unâ exceptâ Lothi domo. Neſciunt itaque Angeli ab omni impuritate defœcati ad eum pergere locum, ubi caſtitas in cœnoſo libidinum gurgite adeo naufraga perierat, ut nullus ampliùs appareret puritatis ſplendor, cujus nitore viderent Angeli, quò eſſet eundum. Aſſueti Angeli contemplationi Dei ad vultus laſcivientes conſpiciendos progredi neſciebant, Deus enim, qui addictos ſtudio caſtitatis amat, & quaſi ſtellas nomine ſuo vocat, impurosà ſe abigit, eorúmque nomina neſcire diſſimulat, quia ſuum ab impuris vultum avertit: hinc cùm juſſiſſet Chriſtus cacodœmonem ab homine obſeſſo exire de ejus nomine ſolicitus interrogat. *Exi ſpiritus immunde ab homine. Et interrogabat eum, quod tibi nomen eſt?* priùs jubet, ipſum abire, ne ipſum videat, & poſtea jam diſtantem interrogat de nomine. Sed ſi Deus eſt omniſcius, cui aperta ſunt omnia, niſque eum latet, nec poteſt qoidquam ab ejus ſe ſcientia ſubducere, cur abeuntem interrogat cacodœmonem, ut ſciat, quale ſit nomen eius, ſi omnia ſuâ ſcientiâ attingit, cur diabolum hunc dicitur ignorare? quia ſcilicet immundus dœmon erat, & in id incubuit operæ, ut homo Dei timorem excuteret, & caſtitatis negligeret ſtudium, ideóque Chriſtus, cui impura inviſa ſunt, quaſi de illo neſciens, quærit de illius nomine; quem enim impuritas obvolvit, hunc defœcatiſſimi Numinis oculi non vident, nec dignatur Deus proprio nomine impudicos ſalutare.

Genеſ. 18. v. 16.

Marci 5. v. 9.

88. Hæcque cauſa fuit, cur ad virgines illas fatuas, quæ poſcebant cœli oſtia ſibi reſerari, reſponderit. *Neſcio vos: quaſi*, ait Theodoretus, *ſi agnoſceret caſtas virgines eſſe, aditum non poſſet petentibus denegare*, ſuſpicatur Theodoretus, an virgines illæ fatuæ, re tales fuerint, quales nomine dicuntur eſſe; ſcilicet quia non nopſerant, corpore virginea forſaſſis erant; non tamen animo, ac proinde excluduntur à ſponſi thalamo, quia perfectæ caſtitatis lilium non in corpore tantùm vernat, ſed in anima etiam effloreſcit: idque cauſæ fuit, cur Sara Tobiæ junioris uxor futura, Numinis imploratura miſericordiam, ita fuit Deum allocuta. *Tu ſcis Domine, quia nunquam concupivi virum, & mundam ſervavi animam meam*, non dixit ſe ab impudicitia defœcatum ſervâſſe corpus, & ab impuritate alienum habuiſſe; id enim parum foiſſet; niſi etiam anima ſtuduiſſet puritati, de qua diligentiùs debent ſoliciti eſſe, qui perfectam profitentur caſtitatem; & ejus ſtudio ſunt unicè addicti, ſicut uterque Tobias, qui Dei timore ductus non ſolùm caſtitatem

Matth. 25. v. 12.

Tobiæ 3. v. 16.

ſed

ſed reliquarum virtutum flores excoluit. Fuit Tobias ſenior patria Galilæus ex Tribu Nephtalæa, à puero timens Deum, ac propterea caſtæ Religionis cultor, & ſtudio caſtitatis omni ævo addictus; procul enim habuit animum à ludicris illis rebus, quibus ſolet ætas delectari puerilis, impietatis fuit oſor accerrimus, & nefariam fuit aurei vituli ſuperſtitionem execratus, quâ plures id temporis Iſraelitæ inficiebantur: imò ne quid contagij ſibi, ſuisve afflaretur, ab improborum hominum conſuetudine non ſecus ac venenoſis viperis, & ſcorpionibus abhorrebat; & quamvis videatur arduum inter ſtercora lilij excolere puritatem, & bonum inter malos eſſe, nilque contrahere luis graſſante utrinque peſte; timor tamen Dei, quo manuducebatur, à quavis eum vitij labe immunem ſervavit: à puero utroque orbatus parente ſub Aviæ Deboræ piâ adolevit diſciplinâ, oilque ei magis volupe, quàm preces Numini fundere, frugum primitias ei offerre, templum ſrequentare, virtutes excolere, ac Deo placere; ideóque Dei timor à quovis ſemper periculo eum avertit, cùm enim à Salmanazare capta fuiſſet Samaria cum reliquis Iſraelitis fuit Tobias cum Anna uxore, & Tobia anniculo filio in Aſſyriam delatus; & quidem in urbem Regiam, & quia ibi à Dei timore neque latum unguem diſceſſit, eaſdem excoluit virtutes, quibus ante capturam effloruit, quibus apud Salmanazarem ad eum pervenit favoris gradum, ut rei præficeretur œconomicæ, quod officium non minore exercuit integritate: ſiquidem ſingulari beneficientia affectus in miſeros quidquid ſibi eſſet conceſſum, in eorum cedebat ſolatium.

89. Quia verò poſt obitum Salmanazaris ejus ſucceſſor Sennacheribus barbara crudelitate in Iſraelitas poſt ſuſceptam ab Angelo percuſſore cladem cœpit ſævire, ac interfectorum cadavera in publica ſterquilinia, viáſque communes abjecta funeſtum exhibere oculis omnium intuentium ſpectaculum: tunc Tobiæ pietas & Dei timor in ipſo cæperunt illuſtriùs clareſcere; totus ejus labor erat occiſorum cadavera quærere, ac in defoſſa humare tellure; & fortaſſis eo defatigatus labore domum revertitur quieti corporis, & virtutibus animi daturus operam; cumque in precibus fundendis oculos in cœlum elevâſſet, ex hirundinum nido delapſæ ſordes uſum abſtulere utriúſque luminis; quam orbitatem æquo animo paſſus fuit. Cúmque quartam jam cum cæcitate propinquorum cavillis, & amicorum improperijs exegiſſet annum, & finem à Deo vivendi peteret, ſi ita ejus placeret voluntati, è cujus arbitrio totus pendebat, filium Tobiam monuit de pecunia ad decem argenti talenta aſcendente apud Gabelum contribulem Ragibus civitate Medorum habitantem depoſita, & juxta ſyngraphæ cautionem recipienda, illuc proficiſceretur & adjuncto ſibi itineris fido ſocio, ac duce, in domum reveheret concreditam pecuniam. Morigerus, ac flexilis ad nutum patris filius viam aggreditur, juvenem ſibi obvium comitem aſciſcit, cui nomen Azarias erat, cum tamen in cœlo Raphael audiret, qui cùm eſſet facie liberali & Tobias pater eum fuiſſet expertus timentem Deum, eidem commendavit filium, qui prima profectionis die, cum ad fluvium perveniſſet Tigrin pedum pulveres abſterſurus ripas fluvij ingreditur, è cujus undis aquatica bellua caput effert, viſu terribilis, dentibus ſerratis, oculiſque in ſummo vertice fixis; oréque oculos inter hiante, is Uranoſcopus piſcis fuiſſe creditur, qui dum fauces diducit juvenem voraturus, territus Tobias imminenti periculo anxius comitis opem, expoſcit, à quo tamen animatur ad audendū, jubetúrque piſcem brachijs fortiter apprehenſum ab undis extrahere, & ad ripam in ſiccum trahere, quod cùm egiſſet; ſocius piſcem exenteravit, & ſervatis corde, felle, & jecore reliquum ex piſce aſſavit, ſaléque condivit, tulitque ſecum in commeatum. Mira ſanè Numinis providentia ex capto piſce remedium malis pluribus parans.

90. Exacta à Gabelo pecunia à parente ei concredita, redux etiam cùm uxore revertitur in patriam, ubi expletis primæ ſalutationis officijs, depromit redux filius è pera collyrium, fel ſcilicet piſci exemptum, quô patris obcæcatos linit oculos. Quid ni poſt dimidiæ horæ fluxum albugo ſuperfuſa in modum membranulæ abſtergitur ab oculis cæci parentis, caligo diſcutitur, & viſui reſtituitur ingenti cum totius familiæ lætitia, & congratulatione. Ideo uterque Tobias bene inceſſit, quia nonniſi prævio Dei timore proceſſit, hunc pater filium edocuit: *Quem ab infantia timere Deum docuit, & abſtinere ab omni peccato*: (Tobiæ 1.) à proba radice probi & fructus prodeunt, quod germinibus, idem & ſanguini obtingit; vita parentum Diſciplina eſt liberorum; (Tob. 14.) & Dei timorem, quem cum lacte ſuxit, filio inſtillavit, ait enim ſacra Hiſtoria de Tobia filio, *Completis annis nonaginta novem in timore Domini* mortalitatem exuit & immortalem gloriam induit: quia timor Dei eum manuduxit; pericula omnia evaſit, fuitque marinæ belluæ domitor, cacodæmonis profligator, Angeli Diſcipulus, & ſocius, patris Medicus, ac hæres paternæ virtutis. Ejus etiam parens inter impios pius, inter aulicos modeſtus, inter funera officioſus, inter hoſtes amicus, in periculis intrepidus, in perſecutionibus placidus, in ærumnis conſtans; in adverſis felix, in cæcitate perſpicax; & conſtans in fortunæ inconſtantia æquo animo ferenda, deditque filio timoris Dei præcepta, & Angelum præceptorem. Nimirum ex Dei timore plenæ felicitatis ſcaturigo utrique Tobiæ profluxit, ait enim Syracides: *Radix Sapientiæ timere Deum, & rami ejus longævi*: adeo in utroque Tobia altiùs Dei ti-

mor radices egit, ut fructus virtutum ad ſeros etiam poſteros extenderit: non ſejungit Salamon Dei timorem à Sapientia, quia, timens Deum rectè ſapit, ac rectè incedit, & ideo uterque Tobias pluribus affluxit bonis, quia Dei timorem intimis habuit infixum pectoribus.

91. Fuit enim timor Dei utriuſque Pædagogus ab ineunte ætate, Magiſter virtutis, innocentiæ cuſtos, dux in itinere, defenſor domi, & in utraque fortuna præſidium. Hic inoffenſo pede utrumque duxit per hujus mortalitatis viam, & utrumque perduxit ad felicitatis metam, *Timenti Dominum* ait Siracides *bene erit in extremis, & in die defunctionis benedicetur:* certè repletus fuit uterque Tobias cœleſti benedictione, quæ & in eorum poſteros propagata fuit: *Omnis autem cognatio ejus, & omnis generatio ejus in bona vita, & in ſancta converſatione permanſit, ita ut accepti eſſent, tam Deo, quam hominibus, & cunctis habitantibus in terra.* Quid præſtantius? quid illuſtrius, ac glorioſius dici poteſt de una in terris familia? ſed omnes felicitates, quæ utriuſque Tobiæ poſteros beârunt, divitiæ quibus affluxerunt, virtutes quas excoluerunt, rivuli fuêre pellucidi, qui ab uno timoris Dei exiliêrunt fonte. Studuit Tobias ſenex Dei timori: *Non eſt contriſtatus contra Deum, quòd plaga excitatis evenerit ei, ſed immobilis in Dei timore permanſit agens gratias Deo omnibus diebus vitæ ſuæ.* Nil fuit, quod à timore Dei potuerit Tobiam retrahere, fuit hic anchora, quæ fluctuantes inter procellas eum immobilem ſervavit; fuit cinoſura, quæ in illuni nocte hujus vitæ ad portum cœleſtis patriæ perduxit; fuit prævia fax illa, quæ prælucens, quò eſſet eundum præſignavit, ne à recto unquam deflecteret tramite. Quotquot hunc Dei timorem habuere Ducem, non ſolùm lapſus quoſque declinârunt, pericula averterunt, verùm etiam ærumnis preſſi, perſecutionibus agitati immobiles Deo adhæſerunt, cui & gratias egerunt. Tobiam quamvis cæcitas, & ærumnæ graviter urſerint, immobilis tamen in Dei timore, & obſequio ſemper perſeveravit: ſcopulum dixiſſes è ſinu procelloſi maris emergentem, quem nec fluctus, nec flatus dimovere poſſint, quin potiùs undæ in ipſum illiſæ diſruptæ reſiliant. *Nil eſt* ait Chryſoſtomus *ea lingua ſanctius, quæ in rebus adverſis gratias agit.* Sancta fuit Davidis lingua, cùm ad Regem Achis exul, & penè ærumnis omnibus oppreſſus dixit: *Benedicam Dominum in omni tempore.* Sancta fuit Jobi lingua, quæ inter liberorum funera, ruinas domûs, abactum pecus, ulceribus ſcatens, inter vermium agmina in fimeto ſedens Dei timore loricatus impetus quoſque cacodæmonis retudit, & fronte ſerena, animóque pacato dixit: *Sit nomen Domini benedictum:* Sancta fuit Hebræorum juvenum lingua, quæ in flammis Babylonicis, perinde, ac in æſtiva pergula cecinerunt: *Benedictus es, & ſuperexaltatus in ſæcula.*

Cap. 1. [margin]

Tob. 14. [margin]

Tob. cap. 2. [margin]

Pſalm. 33. [margin]

Quòd ſi quæras, cur interdum timentes Deum pluribus conflictentur ærumnis, premantur adverſitatibus, & non ſemper bonis omnibus diffluant, nec divitiis affluant; id permittit Deus, quò uberiorem conſerat ſegetem meritorum: ærumnæ ſiquidem ſunt veluti ignis, in quo aurum virtutis probatur, & purgatur; permiſit Deus Tobiam pluribus premi ærumnis, ut ejus virtus clariùs ſplenderet, & inſtando inter adverſa palmas legeret triumphales, hoſtes vinceret, & omnibus illuſtriùs innoteſceret, & alii etiam haberent, quam imitarentur virtutem, ait enim ſacer textus: *ut poſteris daretur exemplum patientiæ ipſius:* & ut probaretur Tobiæ virtus, ejúſque merita plurimum apud Deum incrementi ſubirent, Tobiæ c. 12. *Quia acceptus eras Deo, neceſſe fuit, ut tentatio probaret te.* Deus enim noſtram promoturus ſalutem ærumnis permittit nos premi, quò inde anſam habeamus promerendi, hinc Ambroſius exclamat, *O quanta eſt circa nos Dei noſtri ſollicitudo! illos examinat, ut nos erudiat; illos conterit, ut nos acquirat; eorum cruciatus noſtros vult eſſe profectus.* Proinde etiam adverſa, ne cultores virtutum intumeſcant, & ne ſe ſe plus æquo extollant: ne cadant, Deus illis alas præcidit, opes ſubducit, eorum adverſarios non reprimit, & in communes cum aliis miſerias dejicit. Hinc etiam immenſa affulget Dei potentia, quæ timentibus Deum animum, & vires ſuppeditat, quibus poſſint adverſa tolerare. Et ut ii, qui plura, & graviora patiuntur, ſolatio ſint cæteris, imò & documento, ne ſi procellæ excitentur, adverſitates adoriantur, hoſtiles impetus irruant, ærumnæ premant, nonquam à Deo recedant: ſiquidem afflictiones, & ærumnæ, veluti piaculares flammæ contractas per patrata ſcelera maculas obliterant, & divinæ quodammodo juſtitiæ ſatisfaciunt ex Numinis gratia; longè enim melius eſt, aiebat Auguſtinus, hic uri, hic ſecari, ut Deus vindex æternùm parcat: etiam Tobias in exilio longè felicior fuit, quàm in patria, quia pluribus vexatus calamitatibus; ſed quia Dei timorem ſemper comitem habuit, & prævium Ducem, vel in ipſis ærumnis felicitate perfundebatur. Iraſcitur quandóque Deus etiam in ſua indignatione, non ut velit exitium; ſed ut uberiores ſuppeditet vitæ ſubſidia timentibus Deum. Id innuit David: *Ira in indignatione ejus, & vita in voluntate ejus.* Quàm ingens multitudo divinæ dulcedinis, quâ ira ita temperatur, ut non ſpargat flammas exitiales, non pariat cruentas ſtrages, non ſtringat, ouſétque gladios, non vibret fulmina; ſed iræ duntaxat imprimat imaginem, ut miſericordia ex iræ flammis erumpat clarior, emicet illuſtrior. Ira in Dei indignatione mors non eſt, ſed potiùs vita, quia ſi

92. [margin, beside "Quòd ſi quæras"]

Tobiæ cap. 2. [margin]

Cap. 12. [margin]

Pſalm. 29. [margin]

ira

ira ardet in indignatione; vita eblanditur in voluntate ei, cui iraſcitur; ira in indignatione ejus, & vita in voluntate ejus, non enim poteſt ira ſine vita eſſe, eſt enim iraſci in indignatione exercitium vitæ, à qua ira non ſejungitur.

93. Percutit igitur Deus nonnunquam timentes ſe, non ad mortis exitium, ſed ad vitæ, ac virtutis exercitium: percuſſio eſt, quæ ſi ferit medelam affert; ſi lædit integritati conſulit; ſi affligit ſolatium ingerit: perinde ac ſi iraſcentis cujuſdam manus eſſet floribus referta, quos in faciem ejiceret alterius, cæſi maxilla non impactâ ſibi alapâ tumeſceret, ſed floribus cumulata vernaret. Profectò ira in Dei indignatione, qua timentibus eum videtur iraſci, manus eſt, non quæ alapam timenti impingat, ſed flores appingat. Dei manus eſt ejus voluntas, quæ irâ movetur: in Dei autem voluntate vita eſt, ira in indignatione ejus, & vita in voluntate ejus, ſi igitur Dei ira ſine vita non eſt, non iraſcitur tunc, ut interimat, ſed ut uberiora ſuppeditet vitæ ſubſidia. Sunt quidem cyathi ea arte amphoræ annexi, ut ſi quis cupiat mero plenos ebibere, aquam itidem adigatur, quæ in amphora eſt ſimul potare, eò quia ex ſuperimpoſita amphora in cyathum leni lapſu diffluat, vinum cyathi temperatura. Quid ni? calix divinæ iræ abſque nectare vitæ non hauritur à timentibus Deum, quia ſine Dei voluntate, in qua vita eſt, exugi non poteſt. Id expertus fuit Paulus Apoſtolus, quem ira Dei ab equo violento impetu in humum dejecit, & excæcavit: *Ecce ira in indignatione ejus*, ſed obſerva vitæ ſubſidia, *& vita in voluntate ejus*. Cecidit Paulus ex ira, ut vita eum elevaret ad meliorem frugem; ira percuſſit, vita ſanavit; ira excæcavit, vita illuminavit; tunc ſurrexit Paulus, cùm cecidit; tunc cæpit videro, cum cæcutijt; quia quando ira tenebras offudit cæcitatis, vita menti lucem in-
Psalm. 38. v. 3. fudit charitatis, ideòque David aiebat: *Converſus ſum in ærumna mea dum configitur ſpina:* vitam voluntatis divinæ cum ſpina copulavit indignationis Dei; eò quia ira ſine vitæ ſubſidio ſævire non valeat.

94. Hinc etiam Joannes in ſua Apocal. gladium vidit ex ore Altiſſimi prodeuntem; nimirum ex eodem ore, unde vitæ ſpiritus fuerat Adæ inditus; quia ſi irâ gladium vibrat, vita ſpiritum ſuppeditat; ſi ira acinace ferit, vita ſpiritu ſanat; ſi ira ærumnis mortificat, vita amore vivificat, *ira in indignatione ejus, & vita in voluntate ejus*: ſed ſi Dei ira timentibus eum eblanditur, ſævit tamen in alios, qui Dei timorem à ſe excuſſêre; & quem timere debuiſſent, offendunt. Hinc vendentes, & ementes ejecit è templo flagellis pulſatos, eò quia ubi debuiſſent ſua Numini obſequia præſtare, ibi
Joan. 2. v. 15. nundinabantur, *Et cùm feciſſet quaſi flagellum de funiculis omnes ejecit de templo, oves quoque, & boves, & Nummulariorum effudit æs, & menſas ſubvertit:* nimirum iraſci viſus eſt hominibus nundinantibus in templo, non ut eos floribus ſtiparet, ſed funibus flagellaret; cùm enim excuſſiſſent à ſe Dei timorem, excuſſit etiam ab ipſis virgâ pulveres; & Dei Sapientia, quæ olim in orbe terrarum ludere aſſueverat, nunc vulnerare didicit. Quòd ſi nullus eſt Deo mitior, nullus etiam eſt eò in pœnis infligendis potentior: quid aëre mitius? quid ejus ſerenitate blandius ejus tenuitate delicatius? ejus fluxibilitate vitæ accommodatius? ſed ſi iraſcatur, nil eò inclementius, nil fœdius, & exaſperatius; opacatur in nubes, tenebreſcit in caligines, denſatur in pluvias, concreſcit in grandines, ferocit in ventis, furit in turbine, ardet in fulgetris, debacchatur in fulminibus, ſolem ſubducit, diem fugat, & noctem accerſit terram. Quamvis mitiſſimus ſit Dei filius, flagellis tamen vendentes, & ementes eliminavit è templo, patientia enim læſa iram accendit, & fit furor.

§. XII.

Deum, qui timet punientem eundem experitur miſerentem. Timor Dei pravos omnes coërcet affectus, & per exercitia virtutum ad cæleſtem manuducit beatitatem.

Timeamus Deum punientem, ſi eundem velimus experiri miſerentem, timor 95.
Dei eſt, qui à ſupplicijs nos ſubtrahit, & noſtram firmat ſecuritatem: *In via Dei,* In mor. 6.
ait Gregorius, *timore incipitur, ut ad fortitudinem veniatur.* Tunc in via arcta, quæ ad vitam ducit ſecuri ſtamus, cum Dei timore innitimur, tunc non erramus à recta ſemita, ſi nos præceſſerit Dei timor, qui nos ad Dei amorem manuducit. Per lubrica ambulamus ubi patent paſſim hiatus, ubi occurrunt pericula, quis non paveat, ſimúlque caveat? ait Euſebius Emiſſenus: *Tanti la-* Homil. ad Monach.
quei objecti ſunt ante pedes animæ noſtræ, tam innumeri hoſtes obſervant, & cuſtodiunt iter noſtrum: tantæ foveæ, & tanta prærupta, tantæ rerum difficultates interiacent inter nos, & finem noſtrum: via ipſa, quæ per ſe arcta, & ardua eſt, tantis ſpiritualium latronum inſidijs obſidetur; tantos ſcopulos, tantóſque fluctus nos tranſire neceſſe eſt, & putamus nos de præteritis debere eſſe ſecuros? Vera ſecuritas ibi non adeſt, ubi Dei timor abeſt, ſolus enim Dei timor vera ſecuritas eſt; coërcet enim pravos affectus, extinguit æſtus concupiſcentiæ, retundit impetus carnis, cujus ſtimulis tempeſtates, & procellæ præludunt; tempeſtas enim minatur, antequam ſurgat; crepant ædificia antequam corruant; indicitur bellum, antequam conflictus ineatur, & ſanguis effundatur; prænuntiat fumus incendium, ventus procellam, nubes pluviam; hæc pericula, ut caveant-

veantur, neceſſe eſt eorum initia timeantur; cum primùm crepant ædificia exeundum eſt illicò, nec expectandum ut corruant: cùm ſuos libido in nobis æſtus accendit; Dei timore ſunt illicò extinguendi, neque expectandum, ut flammas concipiant, quibus caſtitas cineſiat; cùm pravi affectus cor noſtrum pulſant, & ad illicita ſolicitant, frœnum eſt illicò ijſdem injiciendum timoris Dei, quo ab initio coerceantur, ne vires acquirant, acriúsque inſoleſcant: ſi concupiſcentia inſurgit, neceſſe eſt timor Dei eam illicò compeſcat, ne auctis viribus inſoleſcat, quia ut monet Syracides: *Si non in timore Domini tenueris te inſtanter, citò ſubvertetur Domus tua.* Domus noſtra caro noſtra eſt, tunc hæc domus crepat, & ruinam minatur, cùm pravi affectus in ipſa aſſurgunt, & illicitæ concupiſcentiæ in ea fervent: niſi illicò reparentur, noſtræ domûs colonus, ſeu anima periclitatur; ne ſub ruinis collapſæ domus jaceat interempta, ideóque *ſi non in timore Domini tenueris te inſtanter, cito ſubvertetur domus tua*, hoc eſt niſi conſtans, & inconcuſſus fueris in timore Dei, periclitaris, & cum ipſa domo pravis exagitata affectibus & concupiſcentijs exardente, titubas, laberis, corruis; ne labatur domus, & ne corruas tu cum labente domo neceſſe eſt; eam fulcias fulcro Dei timoris; neceſſe eſt, ut te inſtanter teneas in timore Domini, hoc eſt inceſſanter, ſempérque huic timori innitaris, appoſitè Lyranus expendens verba Syracidis ait: *Si non in timore Domini tenueris te inſtanter facilè corrues: eſt enim homo ſicut navis in flumine currente, quæ niſi fortiter ſurſum impellatur, ſeu detineatur, ſtatim deſcendit per impetum fluminis: ſic etiam homo de facili labitur, niſi fortiter per timorem Domini ſe teneat contra impetum fomitis.*

Eccleſ 27. v. 4.

96. Eſt igitur Dei timor, qui impedit, ne fluxu paſſionum, & impetu pravorum affectuum deorſum trudamur; eſt anchora, quæ vitæ noſtræ navim ſiſtit, ne fluctuet, & mergatur, ne læviente procella rapiatur, & ne in ſcopulos illiſa naufraga pereat: eſt timor Dei humanarum appetitionum firmiſſimum retinaculum, pravorum affectuum validiſſimum frœnum, & æſtuantis libidinis aqua, qua ejus flammæ extinguuntur; eſt enim concupiſcentia in nobis fomes peccati, languor virtutum, pravitatis incitamentum, vitiorum fomentum, ſcelerum malè dulce lenocinium, & animæ irreparabilis pernicies; proinde omni ſtudio, omníque niſu in id incumbendum eſt, quo beneficio timoris Dei inſtanter cohibeatur, quia homo facilè labitur, & deorſum proprio fluxu rapitur, niſi fortiter, & inſtanter per Dei timorem ſe teneat contra impetum fomitis: niſi hanc faciat firmiſſimam anchoram fluctibus exagitata animæ noſtræ navis periclitatur, & pravorum affectuum vento, & impetu rapta in ſcopulos impingit vitiorum, in quibus fœdè, ac miſerè merſa naufraga perit. Adeo exc creſcunt, & ea ſubeunt incrementa fœdæ concupiſcentiæ flammæ, ut orbem totum depaſcantur, corrumpant, & illis extinguendis par tantùm ſit cataclyſmus ex diruptis cœlorum cataractis deorſum delapſus.

97. Neque minori aqua extincta fuit, quæ in mundo ævo Noë excrevit fœda carnis concupiſcentia, quæ cum obſcœnam flagitiorum coluvionem congeſſiſſet, qua homines illi inſoleſcebant; ſcelerum colluvioni delendæ aquarum diluvium opus fuit. De Noë autem dicitur: *Noë vir juſtus atque perfectus fuit in generationibus ſuis, cum Deo ambulavit:* nimirum fuit Noëmus columba inter accipitres; agnus inter lupos; ſplendor in tenebris; adamas in luto; lilium in fimeto: tot enim inter ſceleratiſſimos homines vir juſtus fuit, & perfectus, & ſolem fuit æmulatus, qui cœnoſa percurrens terræ itinera, ejúſque fœditates pertranſiens nil contrahit maculæ. Quid? quòd Noëmus in ſceleratiſſimi illius ævi ſtadio cum Deo dicatur ambulâſſe? ait D. Hieronymus: *Cum Deo ambulavit, hoc eſt illius veſtigia ſecutus eſt*: ſequi autem Dei veſtigia, & cum Deo ambulare perinde eſt, ac ſupremum perfectionis faſtigium aſcendere: appoſitè Lippomanus ex Chaldaica paraphraſi expendens verba illa: *Cum Deo ambulavit*, aſſerit in Chaldaica editione haberi in timore Dei ambulâſſe, eò quia perinde ſit, Deum timere, ac cum ipſo ambulare, & ejus veſtigia ſequi, ait ipſe: *Chaldaica editio legit in timore Dei ambulavit; quaſi declarans quid ſit, cum Deo ambulare, nempe eum timere*: licèt perarduum videatur, ac ſupra humana ſit faſtigia Dei veſtigia ſequi, & cum eo ambulare, timor tamen Dei has ſuperat difficultates, & ipſe per hæc premenda veſtigia manuducit: imò timere Deum perinde eſt, ac ejus veſtigia ſequi, & cum Deo ambulare. O quàm potens! quàm felix Dei timor, qui Deo aſciſcitur ſocius, ut cum Deo ambulet, & ejus ſequatur veſtigia.

Geneſ. 6. v. 9.

Geneſ. 6.

98. Quod ſi Dei timor puſillanimem invenit, ſpiritus, & vires ei ſuppeditat, quibus magnanimum facit, ut humanis veſtigijs Dei veſtigia premat, eúmque ſequatur: quia perinde eſt, cùm Deo ambulare, ac in Dei timore incedere; hoc enim timore Duce pericula declinantur, inſidiæ evitantur, lapſus fugiuntur; quia ſemper ſtat, qui Dei timore nititur: imò non ſolùm ſtat, verùm de hoſtibus triumphat. Neque de fugato Siſara victoria, quam Debbora modulatè cecinit, ab alio profecta fuit, quàm ex Dei timore: vocat Debbora benedictam Jahelem inter mulieres, eò quia petenti aquam lac dederit, & in phiala butyrum obtulerit, quo Siſaram ſopivit poſt hauſtum lactis, tunc enim Jahel *Siniſtram manum miſit ad clavum, & dexteram ad fabrorum malleos; percuſſitque Siſaram, quærens in capite vulneri locum, & tempus validè perforans.* Extinxit mulier Siſaram,

Judic. 5 v. 26.

Siſeram clavo, cujus ſitim lacte propinato extinxerat; jacuit exanimis ante pedes mulieris, qui ſtare Iſraelem nolebat. Arridet lac mundialis voluptatis, ſed ſua dulcedine mortem bibentibus propinat; fellea eſt hæc dulcedo, quæ cogit ea fartos, ec epotos amarè mori.

97. Sed cur Jahel Siſaram Iſraelis hoſtem occiſura malleum, & clavum arripuit; cùm potuiſſet faciliùs gladio eum interimere? cur clavum capitis tempori admovit, & repetito mallei ictu vulnus inflixit, & caput terræ affixit? Quid adumbrat malleus iſte, quo Siſaræ tempore lethaliter perforatur, & cujus ſtrenuo ictu feliciter peremptus anſam præbet Iſraeli gaudendi, ac triumphandi? Malleus quem Jahel dextera manu arripuit ſymbolum extitit Dei timoris, cui innixa fœmina hoſtem populi Dei feliciter interemit: eſt enim timor Dei, qui ſecurus pugnat, qui hoſtes proſternit, & de Numinis inimicis glorioſè triumphat, appoſitè Rupertus expendens præfatum textum ait: *Mal-* Judic. 5. v.26. *leus in dextera deſuper timor Domini in intentione cordis eſt; ita factum eſt, ut capiti ejus defigeret clavum, valdè in cerebrum uſque ad terram. Quare in capite quæſivit vulnere locum? quia peccati caput eſt feriendum*, & paucis interjectis ſubdit: *Prima ſuggeſtio clavo dominicæ crucis, cum timoris Domini malleo transfigatur.* Arma, quibus pugnandum eſt, cum hoſtibus noſtro inhiantibus interitui nobis ſuggerit Jahel, cum Siſaram interfecit: cùm tentatio nos intus pulſat; cùm fœda concupiſcentia libidinem nobis ſuggerit, ſiniſtram manum mittamus illicò ad clavum cum Jahele, ſeu ad clavum dominicæ paſſionis, & crucis; excutiamus è mente venereas cogitationes, & objectum noſtræ mentis ſit crux Chriſti, dominica paſſio, & arrepto hoc clavo dextram extendamus ad malleum timoris Dei, hiſce enim inſtrumentis caput, ſeu initia pravorum affectuum, ac ſuggeſtionum concupiſcentiæ inſoleſcentis perforare, ac confodere poſſumus. Hic eſt clavus ille, quo infernalis Siſaræ caput confoditur; hic clavus, quo concupiſcentia configitur, ne ſuas valeat vires in ſpiritum exerere, nec ſuas in perniciem caſtitatis flammas accendere. Hic eſt clavus, quo petebat David configi, ne contra Dei le-
Pſalm. 118. gem poſſet caro inſurgere *Confige timore tuo carnes meas*, clavus enim Dominicæ crucis, malleo percuſſus timoris Dei, pravos omnes ite affectus configit, ut ſe movere, ac nocere non poſſint; hoc enim clavo, qui configitur, ſtat firmus, & non corruit.

98. Jeremias in Prophetam inauguratus, quia hoc timore ſe præfixum præſenſerat,
Jerem. 15. v. 17. gloriabatur; *Gloriatus ſum à facie manus tuæ: ſolus ſedebam, quoniam comminatione repleſti me.* Alij ut Vatablus *gloriatus ſum*, legunt *exultavi*, ſed quæ exultationis, vel gloriationis cohærentia, cum divina comminatione? minæ terrores incutiunt, quos exultatio abigit; comminatio exitium prænuntiat, & exultatio ſpiritum vivificat; comminatio timorem invehit, & exultatio gaudium fovet. Quid ergo exultatio cum comminatione? appoſitè S. Clemens Romanus explicet illud Prophetæ: *Gloria-* Lib. 3. conſtit. Apoſtol. cap. 65. *tus ſum à facie Manus tuæ*, nimirum: *timui à conſpectu manûs tuæ.* Quàm bene timor Dei cum divina congruit comminatione; qui enim minas ſpargit, timorem incutit. Sed quomodo pro timere ſubſtituitur exultare, & gloriari? nil timori videtur magis adverſari, quàm exultans gloriatio, quæ timorem potiùs excutit, qui puſillanimes afficit, vel efficit. Verùm licèt humano ac ſervili timori opponatur exultatio, & gloriatio non ita timori filiali, ac Dei; hic enim eſt ille timor, qui exultat, ac perennat in gloria, eſt enim timor Dei, qui infernalis Siſaræ caput perforat, concupiſcentiæ flammas extinguit perduelles affectus reprimit, & exultans gloriatur, gaudétque de victoriis delatis: quapropter Syracides hunc timorem lætitiam eſſe dicit, imò & coronam exultationis, quia hoſtes proſternit, vitia fugat, libidines extinguit, & coronam ſibi pangit exultationis: ait Syracides *Timor Do-* Eccleſiaſt. 1. v. 11. *mini gloria, & gloriatio, & lætitia, & corona exultationis*: quia eſt ille timor, qui manuducit ad gloriam, munit, armátque ad bellum, palmas legit de proſtratis, fugatíſque vitijs, & coronam texit exultationis, quapropter rectè Jeremias in Prophetam inauguratus gloriabatur in comminatione, ſeu exultabat in timore: *gloriatus ſum à facie manus tuæ: ſolus ſedebam, quoniam comminatione repleſti me.* Hoc eſt comminatione, & timore repletus ſedebat ſolus, quia tutus quieſcebat Dei munitus timore, quia lapſui non eſt obnoxius, quem Dei timor fulcit.

Hinc Salomon Virtutem nos edocens 99.
hujus timoris, ait: *In timore Domini fidu-* Prov. 14. *cia fortitudinis, & filijs ejus erit ſpes*, loquitur de timore filiali, qui inflexilem ingerit fortitudinem, quapropter textus ſyrus vertit: *Timor Domini eſt ſpes valida, & fortis*: ſeu per Hypallagem, fortitudo fiducialis, quæ fidenter, ac intrepidè omnia agit, ac ſuſtinet, & ardua quæque aggreditur. Mirum tamen videtur, quòd timor Domini ſpes eſſe dicatur, & quidem valida, & fortis, cùm timor periculum fugiat, & ſpes aſſequi nitatur, quod ſperat; attamen quia hic timor hominis non eſt, ſed Domini, ſpem non abigit, ſed accerſit; & cum ſpe mutuò reciprocat. Eſt enim timor DEI, qui fiduciam fundat, ſpem alit, timentes corroborat; & ad gloriam cœleſtis patriæ manuducit, cujus initium eſt timor DEI, qui veram edocet Sapientiam; aiebat enim David: *Initium Sapientiæ timor Domini*, quia viam aperit, & ſternit, ad virtutum ſtudia; appoſitè D. Gre- Lib. 1. moral. cap. 12. gorius: *In via Dei à timore incipitur, ut ad fortitudinem veniatur. Nam ſicut in via*

ſæculi audacia fortitudinem, ita in via Dei audacia debilitatem paris: & ſicut in via ſæculi timor debilitatem, ita & in via Dei timor fortitudinem gignit, Salomone atteſtante, in timore Domini fiducia fortitudinis gignitur; quia nimirum mens noſtra tantò valentiùs terrores rerum temporalium deſpicit, quantò ſe authori earundem veraciùs per formidinem ſubdit, quæ in timore Domini conſtituta non invenit, extra quod metuat, quia dum rectò metu Conditori omnium conjungitur, poteſtate quadam ſupra omnia ſublevatur.

100. Id igitur inter ſæculi, & Dei timorem intereſt diſcriminis, quia ille debilitatem, hic fortitudinem gignit; ille vitijs indulget, hic virtutibus ſtudet; eſt enim timor ſæculi, qui metuentes in ſcelus pertrahit, unde Salomon ait. *Qui timet hominem cito corruet; qui ſperat in Domino ſublevabitur:* (Prov. 29. v. 25.) hoc eſt timor ſæculi ſi immodicus fuerit, præcipitia aperit, & præcipites agit timentes: ſecus timor Dei lapſos erigit, & erectos ne cadant, fulcit: *qui enim hominem timet*, ait Salamon, *citò corruet*, quia metu hominis non veretur ſe à Deo avertere; & qui ita hominem timet in gravia quæque mala corruit, à quibus is tantùm liberatur, qui Deum timet, & in ipſo ſolo ſpem ſuam collocat. Oppoſuit Salomon timori hominis timorem Dei, quia ſi ille deprimit, hic ſublevat: locò autem timoris Dei ſpem ſubſtituit, ait enim: (Prov. 29.) *Qui timet hominem cito corruet, & qui ſperat in Domino ſublevabitur.* Seu ut Antiteſis petebat, *Qui timet Dominum ſublevabitur*, quia timor timori opponitur, & ſi unus deprimit, alius erigit; ſi ille ferit, is ſanat; ſi ille interimit, hic vivificat. Nec mirum ſi Salomon loco timoris ſpem ſubſtituat; quia timoris Dei individua pediſſequa eſt ſpes erectior, cum qua vices etiam reciprocat, quapropter Dei timor ſpem dicitur erigere. Paraphraſtes verò Chaldæus emphaticè ita textum exponit Salomonis cùm textus latinus legat, *Qui timet hominem citò corruet*, ait Chaldæus: *Calumnia filij hominis accerſit ei offendiculum:* quaſi idem ſit timor hominis, ac calumnia; & timor humanus calumnia ſit timentis: quia nimirum humanus timor probroſè calumniatur, ita timentem; quia de imbecillitate eum redarguit, ejúſque exprobrat puſillanimitatem, proditque ſordidum ingenium, ac de impietate, & ſcelere culpat: ſiquidem qui timet hominem citò corruet in omnia ſcelera, & mala quæque corporis æquè, & animæ; ideóque timor ſæculi calumnia eſt hominis, quia ita timentem de multiplici incuſat ſcelere; ſintque propterea in morum pædagogia ſynonima humanus timor, & calumnia hominis. Hinc qui Dei timorem ab animo excuſſit, totam malorum accerſit congeriem, & inductâ mentis vertigine facilè labitur, vel extra ſe exiens minus eſt ſui compos.

101. D. Auguſtinus expendens illud Geneſeos 15. 12. (Lib. 1. Quæſt. in Geneſ. quæſt. 30.) *Circa ſolis autem occaſum pavor irruit ſuper Abraham, & ecce timor magnus incidit ei:* ait, hanc quæſtionem pertractandam potiſſimum eſſe ob eos, qui contendunt has perturbationes non cadere in animum Sapientis; & utrum tale aliquid ſit, quale Aulus Gellius commemorat in ſuo opere noctium Atticarum, quendam Philoſophum in æſtuante maris tempeſtate, fluctúſque inter decumanos perturbatum fuiſſe, & à quodam luxurioſo adoleſcente poſt ſedatam procellam, tranſactum periculum incuſatum, eò quia contra Philoſophiam eum turbatione concitatum, ac veluti mente confuſũ viderit, ut potuit conjicere ex pallore vultûs, ex tetricitate frontis, crebróque oculorum in fluctus aſpectu, reſpondiſſe: *Ideo adoleſcentem non fuiſſe perturbatum, quia nequiſſimæ animæ ſuæ nil timere deberet, quod nec digna eſſet, pro qua aliquid timeretur.* Ex tacito ſui contemptu oritur, ut iniquus Dei timorem excutiat: qui nihil ſperat, non habet quod timeat; & quia iniquus, cum anima omnia perdidit, nil ei ſupereſt, quod timeat: malorum eſt maximum omnem à ſe timorem excutere, quia nil ei ſupereſt boni. Timeat igitur homo ſe non timere; quia ubi nullus timor, ibi tota malorum congeries, unde Euſebius ſtrom. 8. cap. 6. *Error ſpei pernicioſiſſimus: ſed error timoris miſerrimus; timoris abjectio deſperatiſſima.*

Ia nil timet, qui nil ſperat, & qui nihil ſperat, omnia perdidit. Hinc Apo- 102.
ſtolus ſcribit: (Ad Rom. 2.) *Scimus quoniam judicium Dei eſt ſecundùm veritatem in eos, qui talia agunt. Secundùm autem duritiam tuam, & impœnitens cor theſaurizas tibi iram in die iræ.* Tunc autem obdureſcit cor, quando mens humana, veluti cera obſtricta iniquitatis, imaginem refugit Dei in ſe recipere; & niſi divino emolliatur timore in ſua duritie deſperatiſſimè perſiſtens in fornacem dejicitur gehennalem. Nil homini poteſt pernicioſius obtingere ipſa cordis duritie, quæ nullo Dei timore emolleſcit, nec flectitur in cultura virtutum, in ſtudio pietatis: appoſitè D. Bernardus, ſcribens ad Eugenium Papam, & expendens verba illa Apoſtoli (Lib. de conſiderat.) *ſecundùm duritiem tuam*, ait: *Quid eſt cor durum? Id ipſum eſt, quod nec compunctione ſcinditur, nec pietate mollitur, nec movetur precibus, minis non cedit, flagellis induratur, ingratum ad beneficia eſt, ad conſilia infidum, ad judicia ſævum, inverecundum ad turpia, impavidum ad pericula, inhumanum ad humana, temerarium ad divina, præteritorum obliviſcens, præſentium negligens, futura non providens. Ipſum eſt, cui præteritorum, præter ſolas injurias nihil omnino non præterit, præſentium nihil non perit, futurorum nulla niſi fortè ad ulciſcendum proſpectio, ſeu properatio eſt. Et ut brevi cuncta horribilis mali mala complectar ipſum eſt, quod nec Deum timet, nec hominem reveretur.* Ecce qualem

malo-

malorum congeriem ſecum trahit, qui Dei timorem à ſe excutit, qui enim Deum non timet malorum omnium cumulū certiſſimè incurrit, & ad æterna ſupplicia viam ſibi ſternit: quia ſicut timor Dei frænum eſt, quo pravi omnes reprimuntur affectus, depravatæ coërcentur paſſiones, fœdæ compeſcuntur concupiſcentiæ, & per ſtudia virtutum ad apicem inſcenditur perfectionis: ita excuſſo timore Dei effrœnes inſoleſcunt concupiſcentiæ, æſtuant libidines, inſurgunt paſſiones, & depravati affectus omnia ſus déque in homine interiore vertentes viam ſternunt perditionis. Timeat qui Deum non timet, quia cuncta horribilis mali mala incurrit.

103. Excuſſerat Dei timorem Cainus omnino perfunctorius in obſequijs Dei, cultúque Numinis, cui deteriora offerebat melioribus in ſuum reſervatis commodum; & quia Abelis victimæ gratiores Deo fuerunt, efferbuit ira ultrice, obduruit in livore invidiæ, & odij obſtinatione pectus, quod nullo voluit timore emollire, & tamdiu invidentiæ flamma exarſit in ejus corde, donec fraterno ſanguine eam cum vita Abelis extingueret, ac proprias manus fœdaret innocente cruore. Non tamen credas, impunè Cainum deliquiſſe; audivit illico Numinis vocem auribus intonantem ſuis: *Maledictus* (Geneſ. 4. v. 12.) *eris ſuper terram: cùm operatus fueris eam, Non dabit tibi fructus ſuos; vagus, & profugus eris ſuper terram*, ſeu ut explicant Septuaginta Interpretes, quos ſequuntur Græci Patres: *Gemens, & tremens eris ſuper terram:* quia timorem Dei excutit, timores hominum incurrit, ubique ſupplicia, luctus, & neces ei timorem incutiunt, ut lachrymis ſemper madeat, & interno correptus pavore contremiſcat; quia Dei excuſſo timore Cainus fraterna cæde prima corporis morte terram funeſtavit gemens, & tremens terram perambulavit. *Vagus* (Ibidem.) *& profugus*, ſeu gemens, & tremens *eris ſuper terram:* Quaſi dicat ait Baſilius Seleucienſis: (Orat. 4.) *monita non cæpiſti mea, ærumnis conſtrictus eſto, tuáque trepidatio poſteris vertatur in legem. Tremens obambula, animata lex videntibus occurrens, ſpirans columna avertat à pari pœna, lex inquam atramenti vice trepidationis nota conſcripta, malum tacere neſcium intuentibus ſit hortamento, & perturbata natura quietem ſuadeat.* Deſcribit Baſilius acerbam a Deo vindice Caino fratricidæ inflictam pœnam, quæ obvijs ſpectatoribus timorem incutiat, cùm enim viderent vagum, & profugum, gementem, & trementem Cainum hac, illácque diſcurrere, edocebantur Deum timere, ne per patrata ſcelera parem & ipſi pœnam incurrerent. Addit Baſilius: (Orat. 6.) *Omnes profectò imitatores, & impietatis heredes habebat Cainus, neque tremor illius corpori circumpoſitus videntes reprimebat, ſed per animi pravitatem mali quoque metum intuebantur.*

Carentia timoris Dei hanc immanium ſcelerum ſibi acceſſit colluviem, & quaſi inſanabilis foret malitia, non aliter, quàm eluvione expianda, in Caini tremore timendi cauſas voluit Deus poſteris innoteſcere: & videt Deus ut loquitur Baſilius, quòd *per animi pravitatem, mali quoque metum intuebantur*, ac ſi res jam deſperata, ac deplorata eſſet. Quia homines Dei à ſe timorem abegerant, & quidquid Noëmus ad avertendum à ſcelere populum moneret, hortaretur, minitaretur, contemptui ac riſui eſſe oequiſſimis erat illis hominibus, pluris æſtimantibus dapſiles menſas, hilares ludos, & ſpecioſas fœminas, quàm conciones, & minas: ideo læſa diu Numinis patientia in furorem vertitur, & quia homines timorem abegerant, ſupplicia incutit; fluebat annus ab orbe condito ſexcenteſimus, quinquageſimus ſextus ſupra milleſimum; terra virens ridebat, & floribus ludebat, arridente verna temperie; luxuriabant cum hominibus campi, frondebant nemora, & radio ſolis lætiſſimo ridebat cœlum; quando homines carnis illecebris indulgentes, nil minus, quàm interitum expectabant; ſed contractas à terra ſordes, quas homines per patrata ſcelera ingeſſerant abſterſurus octavo prius die quàm perniciem hanc inferret, de inſtante cataclyſmo Noëmum præmonuit, juſſitque vaſa colligere, & quidquid eſſet utenſilium, & commeatus in Arcam referre; brutorum itidem, tùm cicurum, tùm ſylveſtrium, volucrúmque genus omne in eundem introducere locum; immundorum quidem animalium unum tantùm par, mundorum autem & avium ſeptena, & ſeptena, ſeu tria paria, ſeu conjugia, & inſuper unum maſculum, nimirum par unum propagini, alterum ſacrificio, & tertium uſui, eluſque ſervabatur. Septimus verò, ſeu mas quartus offerendus in ſacrificio à diluvio, moxque introductis omnibus, & clauſâ Areâ cœpit cœlum repentè in nubes coire teterrimas, ventiſque excitari, elementa turbari, procellæ fremere, fulgetra micare, fulgura irrumpere, fulmina è cœlo ruere. Et ſimul eodem temporis articulo ſurſum è terra prorumpere quidquid humentium venarum, aquarúmque ſcaturiginum cæcis voraginibus collectarum latebat, apertis etiam omnibus cœlorum cataractis cœperunt è cœlo deorſum ingenti cum fragore flumina ruere, & ex quovis loco conſpirârunt aquæ ad homines delendos, & terræ ſordes abſtergendas, nec decidentium ex alto aquarum requies fuit per continuatos quadraginta dies, & totidem noctes. Ubique luctus, & lachrymæ, cùm viderent homines ſuarum domuum tecta penetrari eluvione, aquis oppleri, procellis disjici, & rapidos torrentes domorum parietes, quaſi bellorum arietes in ſingula momenta quatere, diſrumpere, evertere, ac ſolo æquare, & unà cum domo familiam, & rem totam domeſticam 104.

peſſum ire. Ex hominibus plures nudi, alij veſtibus tecti, & alij ſeminudi bacchantium ritu huc, illúcque diſcurrerent, ſatagentes ſe ipſos eripere à circumfrementium aquarum pernicie, & calamitate; ſed licèt arbores conſcenderent, montium faſtigia peterent, & ad altiora rupium loca feſtinarent, ubique tamen veluti in ſcopulos illiſi, naufragi, & aquis merſi peribant, ingens ubique luctus, lugubris clamor, teter ullulatus, & omnium complotatio.

105. Quòd ſi quæras, quænam hujus calamitatis præcipua fuerit cauſa? non aliam credas niſi quia homines, quò mundi indulgerent voluptatibus, carniſque delicijs, omnem Dei timorem à ſe abjecêre; excuſſo enim à ſe Dei timore ubique fœdæ libidines cœperunt terram coinquinare, ejúſque flammæ ubique difflagrare, propterea aquarum exigebant reſtingui eluvione: quia immanium ſcelerum ſpiſſata jam erat colluvies, nonniſi diluvio aquarum deleri hæc debuit, & quia nullus aderat in terris locus, qui ſceleris fœditate non ſordeſceret, opus fuit, ut aquæ totam abſtergerent, immergerentque terram. Perijt aquis humanum genus, ne cineresceret igne: in homines ſceleratos aër, & terra imbribus, ac fluctibus pugnaverunt; ac ultura DEI contumelias conſpirârunt elementa: excuſſo enim Dei timore, & ſpreta per annos plures DEI conniventis clementia tandem inſurrrexit Numinis juſtitia, quæ pœnas exegit. Ait Auguſtinus:

In Pſal. 134. *Non putes Deum dormire; quando tu vides, quæ facta ſunt in impios, qui Dei timorem excuſſêre: cave ne fiant in te. Adhoc enim & contra illos facta ſunt, ut tu tranſires, & eos non imitareris, & alia non patereris. Vide quoniam flagellum Domini eſt ſuper omnem carnem; quippe omnis caro corruperat viam ſuam.* Quia DEI timore deſtituti homines in cunctis deliquerant, in cunctis etiam feriuntur; & elementa aëris, terræ, & aquæ quæ fuerant inſtrumenta nequitiæ, mutata ſunt in carnifices ſupplicij, dicitur enim Sapientiæ: *Pugnavit cum DEO orbis terrarum contra inſenſatos.* Armavit creaturam in ultionem inimicorum. Quia DEI timorem excuſſêre nullo ampliùs repagulo coërciti in omne ſcelus proruunt; imò & ſibi licitum eſſe delinquere, fœdiſque libidinibus coinquinari, & carnis indulgere concupiſcentijs arbitrantur.

106. Cum vellet DEUS vindex non ampliùs aquarum cataclyſmo, ſed pluvijs flammarum ſcelera Pentapoleos punire, & nefandos eâ pluviâ ignes extinguere dixit

Geneſ. 18. v. 20. Abrahamo: *Clamor Sodomorum, & Gomorrhæ multiplicatus eſt, & peccatum eorum aggravatum eſt nimis.* Quærunt Interpretes, an ex hominibus illis Pentapolitis aliqui fuerint, qui virtutum addicti culturæ, & juſtitiæ zelo flagrantes clamore precario ultrices è cœlo flammas expoſcerent, quibus ſcelerum fœditates abſumerentur unà cum hominibus igne combuſtis: ſed negant hos ceciniſſe inter corvos olores, & has fuiſſe inter accipitres columbas; unde ambigunt, quiſnam fuerit hic clamor Sodomorum, ac Gomorrhæ multiplicatus coram Deo? non putes, quid aliud fuiſſe hunc multiplicatum clamorem, niſi peccatum eorundem nimis aggravatum: ſuas habent & ſcelera linguas, quibus Deum ad ultionem provocant; ſunt enim peccata, quæ enormitate invecta cœlum tundunt, & præproperam duriùs vindictam à Deo vindice extorquent: ſcitè ad rem noſtram D. Gregorius ait: *Peccatum cùm voce eſt culpa in actione: peccatum cum clamore eſt culpa cum libertate, & jactantia:* ſiquidem impudens, & exlex peccandi licentia, & inverecunda de patrato flagitio jactantia clamor eſt, qui Dei vindicis aures pulſat, & feſtinatam extorquet ultionem: ut enim notat D. Auguſtinus clamor in ſcriptura poni ſolet pro tanta impudentia, & libertate iniquitatis, ut nec verecundiâ reticeatur, nec timore abſcondatur; quod explicatiùs etiam edisſerit D. Gregorius ubi ait de clamore Sodomorum: *Cum enim pravus quiſque impudenter innoteſcit, quò liberiùs omne facinus perpetrat, eò etiam licitum putat: & quod licitum ſuſpicatur, in hoc procul dubio multiplicius mergitur. Unde ſcriptum eſt: peccatum ſuum ſicut Sodoma prædicaverunt, nec abſconderunt. Peccatum enim ſuum abſconderet Sodoma, ſi adhuc cum timore peccaret. Sed funditus fræna timoris amiſerat, quæ ad culpam, nec tenebras requirebat.* Ad id nequitiæ devenerant Pentapolitæ quaſi licentiam exlegem impunè peccandi ſibi arrogaverint; inverecundâ jactantiâ de patratis gloriabantur ſceleribus, quaſi enormitas flagitij, honeſtas fuiſſet virtutis, & flagitioſiùs delinquere, foret potentiæ gloria, ac illuſtrioris ſanguinis gratia.

Lib. 5. Moral. cap. 7.

In Paſtoral. part. 3. c. 31.

Ita cæcutiunt, qui Dei timorem excutiunt, ut turpitudines vitiorum, honeſtamenta putent virorum, & peccandi licentiam nobilioris ſanguinis potentiam; ſed quæ perpetrant ſcelera, clamores ſunt, qui cœlum tundunt, & Dei vindicis aures pulſant, à quo & ſupplicia extorquent. Ideo iniquè cæcutiunt, quia Dei timorem à ſe excutiunt, ait David Pſalm. 35. v. 2. *Dixit injuſtus, ut non delinquat in ſemet ipſo* (ſeu ut explicat D. Ambroſius ibid, *ut ſibi delinquat*) Addens poſtea cauſam, cur injuſtus delinquat, ſubdit: *Non eſt timor Dei ante oculos ejus.* Putidus fons è quo corrupti vitiorum omnium rivuli ſcaturiunt, eſt carentia timoris Dei, Genebrardus expendens verba Davidis, *dixit injuſtus ut delinquat in ſemetipſo*, ait: *Cogitat apud ſe delinquere, quia in eo totum ejus ſtudium, & cogitatio verſatur, ut modos excogitet delinquendi,* qui igitur DEI timorem à ſe abigit in omne ſcelus ſe miſerè dejicit, & novos ſemper cogitat modos delinquendi, & ſe 107.

ipſum

ipſum hortatur ad ſemper peccandum; & quia non ſemper præſto eſt, quæ occaſio peccandi quæritur, nec ſemper materia ſuppeditatur concupita; in id incumbit ſtudij, ut novos ſaltem modos excogitet delinquendi. Ecce qualia, & quanta cuduntur ſcelera in hac excuſſi timoris officina, cùm novi in ea ſemper modi excogitentur delinquendi, ut exlex peccandi licentia latiùs, ac inſolentiùs propagetur: qui Dei timorem à ſe abigunt, omnem ad ſe iniquitatem accerſunt: pulchrè Tertullianus loquens de iniquis Dei timore deſtitutis ait: *Negant Deum timendum: itaque libera ſunt illis omnia, & ſoluta:* argumentatur Tertullianus, & ex carentia timoris Dei libertatem infert exlegem, & ad omne ſcelus diſſolutam ſolutionem. Eſt enim ſolus Dei timor, qui ſcelera coërcet, pravos affectus compeſcit, exitialia odia delet, luxuriantis concupiſcentiæ æſtus extinguit, corruptos mores corrigit, & ita homines manuducit, ut tutè eos ad æternam ſalutem ducat; eſt ſiquidem ſumma felicitas Deum timere, ſeu nil aliud timere præter illum, in cujus timore vera ſecuritas eſt. Fulcro, qui nititur Dei timoris, ſecurus ſtat, nec lapſum timet, quia Deum timet. Securus incedit, quem Dei timor præcedit, & à noxis omnibus abſtinens per ſtudia virtutum ad faſtigia inſcendit perfectionis. Eſt timor Dei initium, & meta noſtræ ſalutis: appoſitè Caſſianus ait: *Principem noſtræ ſalutis, ſapientiæque ſecundùm ſcripturas timor Domini eſt. De timore Domini naſcitur compunctio ſalutaris, de compunctione cordis procedit abrenuntiatio, id eſt nuditas, & contemptus omnium facultatum; De nuditate humilitas procreatur, de humilitate mortificatio voluntatum generatur. De voluntatum mortificatione extirpantur, atque areſcunt univerſa vitia. Vitiorum expulſione virtutes fructificant, atque ſuccreſcunt; Virtutum pullulatione puritas cordis acquiritur, per cordis puritatem Apoſtolicæ charitatis perfectio poſſidetur.*

ib. de præ- ſcript. ad- verſus hæ- ret. cap. 43.

De Inſtit. Monach. Lib. 4.

DISSERTATIO XVIII.

Timor Dei præſentis, ac intuentis actus omnes internos, & externos hominis, optimus eſt Pædagogus, mores corrigit, & virtutum ſtudia promovet.

§. I.

Deus ubique præſens omnia luſtrat, & penetrat, nec ulla potis eſt creatura à ſua ſe præſentia ſubducere; ut timeat, ne quid agat, quod ei diſpliceat.

SOlem unicam mundi lampadem, diei parentem, lucis fontem ſuſpicimus cœlo quidem affixum, ſed videmus terris omnibus ſparſum, ubique præſentem, ubique beneficum, modica enim ſui motûs obliquatione, quâ ſingulis diebus uno ferè gradu ſub Zodiaco motu proprio ex Occidente in Orientem retrocedit eas, ubique terrarum mutationes invehit, ut in quavis regione; in ſingulis terrarum tractibus maximè extra tropicos quatuor illa inducat anni tempora ver, æſtatem, hyemem, autumnum: quia cum Sol ſuo motu ad ſigna inceperit borealia adrepere, tempus vernum in ſingulis verſus Boream inducit Regionibus. Et ubi hyeme antea triſtis, lurida, tetra, pigra, & deformis, arbores fructibus, & folijs ſpoliaverat; hortos ſuis deſtituerat floribus, & prata ridentibus expilaverat viretis, & ſqualerent in luctu; lugerent valles, nivibus obruerentur montes; concreſcerent glacie flumina, venti & tempeſtates graſſarentur, & ſylvæ crebris albeſcerent pruinis, ac cœli facies ſemper turbida, & minax, villoſo tegmine corpora involveret. Mox incipiunt, quæ hyeme emortua erant excitari, revireſcere; & quò tendit ulterius ad Tropicum borealem, eò uberius omnia creſcunt, vegetant, perficiuntur ex ſolis diuturniore præſentia. Neque ullus eſt terræ tractus, qui

qui ſolis præſentis non ſentiat beneficium, adeo ut ejus aſpectus nunc directior, nunc obliquior totam illam inducat in terris varietatem, quantam videmus hyemem inter & æſtatem intercedere.

2. Quid hyeme tetrius? quid horridius, tunc enim omnia emortua jacent, vel gelu concreta torpeſcunt? ſed quid verno tempore pulchrius, quid amœnius? Omnia tunc virent, & rident; florent, & vigent, & externa ſpecie videntur prata, & arva geſtire lætitia: æſtate flaveſcunt ſegetes, maturiunt fructus, replentur horrea, eſt enim æſtas fœcunda frugum, & annonæ parens, quæ falces acuit ad flaveſcentes, curváſque ſegetes amputandas; plauſtra accerſit, manipulis oneranda; oves è montibus vocat tondendas lanicio, & tunc incipiunt uvæ nigreſcere, oleæ turgere, & poma matureſcere. Æſtati ſuccedit autumnus ſpumans plenis vindemiâ labris; eo tempore hortorum opes colliguntur, poma decerpuntur, quæ & in hyemem reponuntur; omnia ſuis cultoribus matura exhibentur, & vieta. Quia coloni aratro terram proſcindunt, ſulcos deſcribunt, & nova ſemina, ſeu ſpem ſequentis anni ſinui concredunt occatæ telluris. Quòd ſi ſol cœlo affixus ita terris omnibus eſt ſparſus, ut ubique ſua præſentia, plantas foveat, viventia recreet, & totam reſtauret naturam. Quantò magis Deus author omnium, & ſpeculator omnia luſtrat, ac penetrat: nullæ enim ſunt tenebræ, quæ à ſua poſſint ſe præſentia ſubducere; nullus receſſus, qui ei non pateat; nullum cordis ſecretum, quod ei non ſit apertum: præſens enim eſt noſtris cogitationibus, quas non tantum ſub illo, ſed etiam cum illo elicimus; & quamvis in plures hunc mundum partes dividamus, & partes in Regna, & imperia, Regna in Provincias, Provincias in civitates, civitates in familias; una tamen eſt Deo mundus totus domus. Reges terræ nonniſi per officia Miniſtrorum, quæ in ſuis Regnis aguntur, ac inſunt, cognoſcunt, ſed Deo explorata ſunt omnia unico intuitu, omnia luſtrat, penetrat, comprehendit, præſens eſt omnibus, & nullus à ſua ſe poteſt præſentia ſubducere.

3. Cùm ſit Deus ſibi ſufficientiſſimus, contineátque totam perfectionum plenitudinem, ſitque ſummè perfectus, cui nil poteſt addi, nilque detrahi, utique eſt infinitè perfectus in quovis perfectionum genere, conſequenter etiam immenſus, ac ubique præſens. Neque aliud eſt Dei immenſitas, quàm ubique abſque termino ſui in omnem dimenſionem diffuſio; non quidem per partes, ſed ſecundùm ſe totum, ut indicat S. Cyprianus, ubi ait: *Deus unus eſt, eſt ubique totus diffuſus:* nimirum longè, latéque diffuſus per totum mundum, imò extra mundum per immenſa illa ſpatia, quæ à Philoſophis imaginaria nuncupantur, & quidem in omnem dimenſionem, id eſt ſecundùm longitudinem, latitudinem, profunditatem, & quoad ſitum omnem ſurſum, deorſum, in dextrum, lævúmque, ac obliquum: Eſt enim Deus puriſſimus ſpiritus, qui proinde nonniſi totus poteſt eſſe in quovis loco, & totus in quavis parte loci; ſi enim imaginaremur corpus immenſum, illud ubique eſſe neceſſariò aſſereremus, alioquin ubi non eſſet, detraheretur ejus immenſitati: non tamen poſſemus illud concipere totum in toto loco, & totum in quavis parte ejusdem loci, ſed per ſuas duntaxat partes: Deus autem non ſic ubique eſt; ſed per ſe totum, adeò ut in omnibus, ac ſingulis punctis ſpatij individuis totum ſuum eſſe, totam potentiam, bonitatem, ſapientiam, omnéſque perfectiones habeat; adeo ut non ſit major, aut potentior, vel beatior in ſpatio immenſo, quàm in puncto individuo impartibili. Diffunditur enim per omnia, & ſingula ſpatia, non per aliquam ex arcto, & contracto in amplum expanſionem; ſed per indiviſibilem, & continuatam præſentiam, quâ omnibus locis, ſpatiis, & rebus eſt intimè præſens; hæc autem continuata præſentia per modum cujusdam diffuſionis à nobis, & concipitur, & exprimitur: hinc David ait: *Magnus Dominus, & laudabilis nimis, & magnitudinis ejus non eſt finis*, quatenus omnia replet ſpatia, cuncta penetrat loca, ubique eſt præſens, nec ullus eſt locus adeo abditus, qui à ſua ſe præſentia ſubducat, quapropter aiebat Regius Vates. *Quo ibo à ſpiritu tuo, & quo à facie tua fugiam? ſi aſcendero in cælum, tu illic es, ſi deſcendero in infernum, ades; ſi ſumpſero pennas meas diluculo, & habitavero in extremis maris, etenim illuc manus tua deducet me, & tenebit me dextera tua.* Indicat David, nullibi poſſe creaturam conſtitui, quin ſit illi Deus præſens, & cum dicit, *etenim illuc manus tua deducet me, & tenebit me dextera tua*, cauſam adducit, quæ evincit Dei præſentiam in quovis loco, in omni receſſu, quia quævis creatura, quantumvis in abdito poſita à Deo conſervatur, & veluti manutenetur, ne corruat, abeátque in ſuum nihilum.

Lib. quòd Idola Dei non ſint

Pſalm. 144.

Pſal. 138.

4. Quapropter Huſſæus Princeps de hac Dei præſentia ubique locorum ait: *Excelſior cælo eſt, & quid facies; profundior inferno, & unde cogноſces? longior terrâ menſura ejus, & latior mari:* indicat Jobus; Deum omnem longè menſuram excedere, & in immenſum expandi, cùm ea ſuperet, quæ mens humana concipit, ut maxima. Hinc D. Dyoniſius *de divinis nominibus* ait ad ſenſum Jobi: *Magnus appellatur Deus ſecundùm ſibi propriam magnitudinem, quæ magnis omnibus de ſe communicat, & omni magnitudini extrinſecus ſuperfunditur, & ſupra expanditur, omnem complectens locum, omnem excedens numerum, omnem tranſiliens infinitatem.* Quibus verbis plures innuit

Job. 11.

Cap. 9.

pnit cauſas, cur Deus magnus eſſe dicatur, quia ſcilicet totius magnitudinis eſt origo, & quæcunque magna eſſe dicuntur, ex munifica ejus largitione propriam hauriant magnitudinem, quam ſi Deus in ſe non contineret, alijs à ſe non impertiret. Secundò quia non ſolùm cuilibet à nobis conceptæ magnitudini coëxtenditur, verùm etiam extrinſecùs, ſine termino, abſque limite ſupra circumfunditur, expanditúrque, perinde ac cùm lumen circumfunditur pilæ vitreæ ad ſolem pendenti, non ſolùm eam pervadit, intus penetrat, exteriùs circumambit, verùm etiam longiùs circumfunditur: eſt mundus, & omnis in ipſo creatura in Dei immenſitate perinde, ac exigua atomus diaphana per aëra volitans, & in ſolis radio incluſa, quæ ubique radio circumfuſa, non tamen in ipſa radius ſiſtit, ſed longè ulteriùs diffunditur. Tertiò quia Dei immenſitas, & præſentia omnem ambit locum, ſive oppletum corpore, ſive vacuum; ſive realis ſit, ſive imaginarius, quantumvis in immenſum protenſus ſupra cœlos excogitetur. Quartò quia omnes etiam numero excedit, quatenus abſque ulla ſui partitione in infinitum excreſcit, & omnem tranſcendit infinitatem. Hinc exclamat Baruch,
Cap. 3. *O Iſraël quàm magna eſt domus Dei, & ingens locus poſſeſſionis ejus! magnus eſt, & non habet finem, excelſus, & immenſus,* quaſi dicat, cum ſit ipſe Deus immenſus, & in loco quovis, imò & ſuper locum quemvis immenſus, etiam ejus domus immenſa eſſe debet, ut ait Tertullianus, *Quare ipſe ſibi ante omnia erat, & mundus, & locus, & omnia.*

5. Quòd ſi Deus non eſſet ubique præſens, nec foret immenſus, poſſétque aliquid eò majus excogitari, magiſque in omnem partem expanſum, & diffuſum; quod perinde eſſet, ac Dei perfectionem coarctare, quòd Numinis repugnat infinitudini. Hinc poſſet etiam aliquid extra Deum eſſe, quod à Deo non foveretur, neque conſervaretur, quod diſpotico, ac pleniſſimo Dei dominio adverſatur. Præterea ſi non eſſet Deus immenſus, deberet mundo eſſe commenſus, quia nulla convenientior menſura extenſionis tribui ei poteſt, quâ ratione ejus derogaretur infinitati. Imò poſſet etiam moveri loco, & incipere in ſpatio eſſe, ubi nunc non eſt, perinde ac mundus, qui cum non omnia repleat ſpatia extra mundum, poteſt per immenſa loca moveri, unum deſerere ſpatium, & aliud enanciſci: ſi locus dicatur eſſe deſignatio illa ſpatij, à quo res dicitur eſſe hic, ibi, iſtic, illic, quæ omnia minimè congruunt Deo, qui cùm ſit infinitus in ſubſtantia, & entitate, debet etiam eſſe infinitus, in quantitate, ſeu extenſione, & ubique in mundo, & extra mundum eſſe præſens, appoſitè D. Grego-
Lib. 2. Moral. c. 12. rius. *Ipſe manet intra omnia, & extra omnia, ipſe ſupra omnia, & infra omnia, ſuperior per potentiam, inferior per ſuſtentationem: exterior per magnitudinem, interior per ſubtilitatem, ſurſum regens, deorſum continens: extra circumdans, intus penetrans, nec alia parte ſuperior, alia inferior: aut alia parte exterior, alia interior: ſed unus & idem, totus ubique præſidendo ſuſtinens, & ſuſtinendo præſidens, circumdando penetrans, penetrando circumdans.*

Plurimi refert ad morum correctionem, 6.
ad pravorum affectuum coërcitionem, & ad culturam virtutum Deum concipere immenſum, & nobis ubique præſentem, noſtráſque omnes intuentem actiones. Pertinet etiam ad reverentiam tantæ Majeſtatis, & ad internam cum illa conjunctionem, ac conſuetudinem nobis intimè conjunctiſſimam ejus ſemper præ oculis habere præſentiam, à qua nemo ſe poteſt ſubducere. Tametſi poſſit quiſpiam illius obliviſci; oblivio tamen hæc ruinæ præludit, & præcipitium aperit: non ſtat, qui Deo ſibi præſenti non innititur: qui verò Deum ſemper cogitat ſibi præſentem, is rectè agit: quis enim adeo mentis impos, ut ante oculos Dei Judicis, & vindicis ejus audeat leges infringere, præcepta parvi pendere? Quiſquis delinquit ante ſupremi Judicis oculos delinquit: & ſicut non auderet homo ante Judicem hominem, à quo per ſententiam judicandus eſt, flagitium perpetrare, & ſe Reum mortis conſtituere: perinde David impoſſibile cenſet, poſſe aliquem peccare, ſi Deum Judicem, & vindicem ſibi præſentem conſtituat, cenſétque, delinquentes omnes immemores Dei eſſe, quaſi non poſſit quis Dei memor delinquere: ait ipſe de iniquis: *Non propoſuerunt Deum ante conſpe-* Pſalm. 53.
ctum ſuum, ideo deliquerunt; quia obliti Dei præſentiæ vias perambulârant iniquitatis, dixerat enim de peccatore vitijs involu-
to: *Non eſt Deus in conſpectu ejus, inquinatæ ſunt viæ illius in omni tempore.* Pſalm. 9.

Majeſtas Dei præſentis ſanctum incutit hominibus timorem, quos non ſinit delinquere, eſt enim timor Dei, qui ad Majeſtatis divinæ præſentiam pravos quoſque affectus cohibet, æſtus omnes inſoleſcentis concupiſcentiæ extinguit, & occaſiones omnes peccandi præcavet. Hinc Baſilius inter ſaluberrima monita illud inculcat, inquiens. *Cùm te appetitus invaſerit peccandi, velim cogites horribile illud, & intolerabile Chriſti tribunal, in quo præſidet Judex.* O ſi mentem occuparet hæc Dei Judicis, & vindicis præſentia! quàm probè ſuas diſponerent homines actiones, quàm ſanctè vitam inſtituerent, quàm rectè ſemitas perambularent Chriſtianæ perfectionis; eò quia ſit Deus immenſus omnia pervadit, & rebus omnibus eſt intimè præſens: ait enim ipſe per Jeremiam. *Cœlum & terram ego impleo?* ſi implet; ergo eſt ibi per ſe præſens, perinde ac lumen ſolis rotam 7.

ſuo

ingentes has divitias cuſtodire, & ſenſuum
portas claudere, ne quid terrenæ fæcis ſub-
repat, & cor noſtrum inquinet. Quis cùm
toto obſequio, ac omnimoda reverentia
non ſe proſternit, humiliátque ad tanti
Numinis præſentiam? Quis ad modeſtiam
non componit vultum, mores non corri-
git, errores non emendat, verba non exa-
minat; & actus ad normam virtutis non
ſtudet inflectere? ne Deo præſenti, & in-
tuenti diſpliceat, eſt enim ipſe nobis præſen-
tiſſimus, noſtras omnes intuetur intus cogi-
tationes in mente; affectus in corde; mo-
tus in concupiſcentia; propenſiones in vo-
luntate; & actus in ſenſibus omnibus ex-
terioribus: ipſe omnium corda, & renes
perſcrutatur, ſuámque habet expeditam
Omnipotentiam, qua ſi velit, poteſt æterna
pœnâ mulctare, ſi auſi fuerimus aliquid in-
decori, minúsque honeſti efficere, & ejus
offendere Majeſtatem. An non intolerabi-
lis eſſet illius temeritas, qui præſente Prin-
cipe pro tribunali ſedente, & pœnam mor-
tis minitante auderet leges infringere, ejus
præcepta contemnere, ipſi jubenti non pa-
rêre, ſed potius convicijs, & contumelijs
ipſum pulſare? ſed intolerabilius eſt in præ-
ſentia Dei æternam intentantis mortem, &
valentis eam inferre, ad id audaciæ, ac teme-
ritatis pervenire, ut quis ejus præcepta con-
temnat, ac leges pedibus conterat, ac trans-
grediatur: id autem audet, quisquis lethali-
ter peccans ſe à ſummo bono avertit: ipſi e-
nim gravem infert injuriam, & quantum eſt
in ſe, nititur rationem finis ultimi ei ſurri-
pere, ejus Majeſtatem deprimere, cui crea-
turam præfert; ejus leges contemnit, vio-
látque, & gravem ei injuriam infert. Hæc
ſi quis ſeriò perpenderet, ſcelera declinaret,
à creaturis ſe averteret, quò ſoli Deo hæ-
reret: idque præſtiturus Regius Vates ait.
Pſal. 22. v. v. 2. *Sicut oculi ſervorum in manibus Domino-
rum ſuorum, & ſicut oculi ancillæ in manibus
Dominæ ſuæ; ita & oculi noſtri ad Dominum
Deum noſtrum, donec miſereatur noſtri.* Ser-
vus enim, ſi ſuos in herum oculos dirigat,
eúmque ſibi præſentem cognoſcat, & in-
tuentem ſingulos ejusdem motus, non au-
det quidquam indecori agere, quod ſuſpi-
cetur, poſſe ipſi diſplicere, & multò mi-
nùs ipſum offendere: ita David oculos ſuos
defixos Deo voluit, ut eum præſentem re-
vereretur, & ne quidquam admitteret, quod
ei minus placeret, & inde miſericordiam
conſequeretur: ita *oculi noſtri ad Domi-
num DEUM noſtrum, donec miſereatur noſtri.*

11. Ad vitam componendam juxta præ-
ſcriptum rectæ rationis, normam virtutum,
& Regulam divinorum mandatorum, nil po-
teſt efficacius eſſe, quàm Dei in nobis præ-
ſentia. Si ſeriò perpendamus, Deum mo-
tus omnes noſtros tum internos, tum exter-
nos intueri, & obſervare, nunquam erimus
tam temerarij, quò aliquid agamus contra
ejus voluntatem, cui potiùs ſtuderemus
noſtram conformare: neque ad noſtram vo-
luntatem divinæ conformandam quidquam
aptius eſſe poteſt, quam in Deum ut intimè
nobis præſentem mentis jugiter oculos ha-
bere defixos. Noverat hanc utilitatem mo-
ribus corrigendis peridoneam etiam inter
Philoſophos Epicurus, cujus apud Senecam Epiſt. 11.
hæc ſunt verba: *Aliquis vir bonus nobis eli-
gendus eſt, ac ſemper ante oculos habendus,
ut ſic tanquam illo ſpectante vivamus, ut
omnia tanquam illo vidente faciamus.* Po-
ſtea addit: *Habeat aliquem animus, quem
vereatur, cujus authoritate etiam ſecretum
ſuum ſanctiùs faciat.* Nos verò Deum ha-
bemus præſentem, & actus omnes noſtros
intuentem; eſt oculus Domini vigilantiſ-
ſimus, nósque obſervat omni momento,
quovis in loco, adeó ut Dei oculus non ſo-
lùm motus linguæ, manûs, pedum obſer-
vet, ſed etiam intra oculos, linguam, ma-
nus, & pedes ſit, & clarè intueatur quid-
quid mente cogitationibus volvimus, cor-
de paſſionibus concupiſcimus; idque clarè,
ac crebò nobis inculcat ſacer Codex Salomon. Proverb.
In omni loco oculi Domini contemplantur bo- cap. 15.
nos, & malos.

Inſomnes ſunt Dei oculi, jugiter vigi- 12.
lant, ſomnium excutiunt, & nullo unquam
momento temporis claudantur, ſed ſemper
adaperti, & vigiles nos intuentur, noſtrá-
que obſervant in mente cogitationes, in
corde affectus, in oculis aſpectus, in ma-
nibus motus, ait Syracides eccleſ. *Oculi* Cap. 23. v.
Domini multo plus lucidiores ſunt ſuper ſo- 28.
*lem; circumſpicientes omnes vias hominum,
& profundum abyſſum, intuentes in abſcon-
ditas partes.* nimirum lucidiores ſunt omni
ſole, quia ſexcentis modis excluditur Sol,
cum nunquam claudantur divini oculi, qui
profunda quæque penetrant, abdita quæque
rimantur: quia teſte D. Paulo: *Non eſt ulla
creatura inviſibilis in conſpectu ejus.* Rex
Abimelechus poſtquam Saræ Abrahami con-
jugi mille dedit argenteos, illud etiam an-
teum monitum addidit. *Et quocunque per-* Geneſ. c. 20.
rexeris memento, te deprehenſam, ſeu ap- v. 15.
prehenſam in quavis actione ſive turpi, ſive
honeſta; eámque educuit, ita ſe gerere,
ut quem timeret, & nollet propriarum a-
ctionum obſervatorem, ab eodem in quo-
vis loco, omni tempore deprehendatur;
ac propterea in id incumbat ſtudij, ut nil
admittat indecori, nil quod ipſam pudeat
egiſſe. Nulla tam abdita cogitatio eſt,
nulla tam furtiva libido, quin & illam, &
iſtam Dei oculus deprehendat, quem pro-
pterea, ſi præſentem nobis, & actus om-
nes noſtros intuentem ſeriò cogitaremus, fe-
licitate quadam donaremur, quatenus non
actus tantùm noſtros, ſed & omnes etiam
cogitationes emendaremus, ne in ſcelere
ullo deprehenderemur. Felix eſt, qui ſic
aliquem vereri poteſt, ut ad ejus quoque
memoriam valeat ſe componere, & actus
omnes ad normam virtutis, & honeſtatis

alicere, ne ullus adſit, qui Deo nobis præſenti diſpliceat; qui ſic vereri diſcit, citò & ipſe verendus eſt.

13. Eſt Numinis præſentia altiùs menti infixa Pædagogus, qui & mores corrigit, & errores emendat, & actiones dirigit, & ſtudia virtutum promovet: hanc pædagogiam edocuit Deus Abrahamum.
Geneſ. 17. v. 1. *Ego Deus Omnipotens, ambula coram me, & eſto perfectus.* Ambulare coram Deo perinde eſt, ac Deo præſente, piè, ac ſanctè operari. Hinc cum in corruptiſſimo gigantum ſeculo Noë gratiam inveniſſet coram Domino, dicitur de ipſo.
Geneſ. 6. v. 9. *Noë vir juſtus, atque perfectus fuit in generationibus ſuis, cum Deo ambulavit:* ſeu toto vitæ ſuæ decurſu ideo perfectus fuit in ſuis actionibus, quia Deum timuit; qui enim Dei timore manuducitur, ſecurus ſtat, & tutus cum Deo ambulat; ideóque Noë præ cæteris ſui ævi Deo placuit, quia Deum ſemper præſentem præ oculis habuit, quem revereretur, ideóque in omni opere cautiſſimus, modeſtiſſimus, ac religioſiſſimus ſemper inceſſit, ſuique Deo, ejusque voluntati per omnia conſentiens. Qui cum Deo ambulat, ſeu præſentem ſemper præ oculis habet, eſt ſemper paratus ad parendum cuivis ejus nutui; expeditus ad executionem ejus præcepti; promptus ad agendum ejus juſſa, cujusmodi ſolent probi ſervi eſſe coram hero, cui ſtudent placere, & ſatagunt omnia ejus juſſa impigrè exequi; hinc etiam Deus vitæ perfectionem edocturus Abrahamum, ei injunxit, ut coram ſe ambularet, ſeu ita ageret, ut quem vereretur, ſemper ſibi præſentem cogitaret: *Ambula coram me, & eſto perfectus:* ergo non apicem perfectionis inſcendit, qui coram Deo non ambulat: ut Abrahamus perfectus eſſet, & ad ſuprema virtutum faſtigia aſcenderet, jubetur à Deo coram ſe ambulare. Quia Iſraëliticus olim populus rebus affixus corporeis nullam ſibi divinitatis ſpeciem efformare didicerat, obſervantiæ ei præcipitur divinæ legis, quæ ut Pædagogus illi ſubſtituitur.
Deut. 6. v. 3. *Audi Iſraël, & obſerva, ut facias, quæ præcepit tibi Dominus, & benè tibi ſit.* Injungitur populo obſervantia præceptorum Dei, ut proſperè omnia ei contingant; & nonnullis interjectis dicitur.
v. 6. *Eruntque verba hæc, quæ ego præcipio tibi hodie in corde tuo, & meditaberis in eis ſedens in domo tua, & ambulans in itinere, dormiens, atque conſurgens.* Injungitur populo, ut Dei præcepta nunquam obliviſcatur, ſed ſive ſedeat, ſive ſurgat, ſive ſtet, ſive ambulet, ſive dormiat, vel vigilet, illa ſemper cuſtodiat in corde, & mente continuò meditetur: ne latum unguem ab eorum abſcedat obſervantia. Quinimò non ſatis fuit ea cuſtodire in corde, & animo meditari, ſed etiam ei præcipitur, ut præ oculis ſemper habeat, quò ad præſentiam corpoream efficaciùs moveretur ad eorundem obſervantiam ſubditur: *Et ligabis ea quaſi ſignum in manu tua, eruntque, & movebuntur inter oculos tuos, ſcribéſque ea in limine, & oſtijs domus tuæ.* Voluit divina præcepta manibus alligari, & inter oculos moveri, ne ſcilicet oculi aliud aſpicerent niſi Dei præcepta; nec manus, quibus alligabantur aliud agerent, niſi eorundem obſervantiam: oculus rectam indicat intentionem, & manus ejusdem executionem; non ſufficit Dei præcepta videre, niſi nitamur eadem exequi: intentio oculi bona eſt, quando eidem manûs reſpondet executio. Ecce, quot modis Deus legem ſuam, & ſe ipſum oculis voluit Iſraëlitarum obverſari, quo præſentiæ ſuæ frœno eos compeſceret à pravis deſiderijs, ac deterreret à ſceleribus perpetrandis.

Potior peccatorum pars tolleretur, ſi peccaturis teſtis aſſiſteret, à quo peccantes videri nollent: ſed nullus teſtis oculatior Deo, qui intimos non ſolùm corporum, ſed etiam animorum penetrat receſſus. Eſt enim Deus ubique præſens in omni loco, & quovis tempore, nobis ſemper aſſiſtit, noſtras intuetur actiones, aſpicit cogitationes, & penetrat cordis propenſiones, nec poteſt quiſquam ab ejus ſe præſentia ſubducere; & teſtis eſt omni exceptione longiſſimè major, qui nec falli poteſt, nec fallere: in nobis eſt Deus, & nos in ipſo, perinde ac piſcis in mari, avis in aëre, punctum in circulo, ubi quoquò ſe moverit, ſemper peripheria clauditur; quocunq; innatet piſcis, ſemper aquis circumfuſus in aquis mergitur; quoquo volitet avis, ab aëre ſemper circumtegitur, Deus enim quidquid in hoc univerſo continetur, ita in ſe complectitur, ut ſicut vitream ſphæram ſolis radij quavis ex parte penetrant, in immenſum præterea utrinque diffuſi; ita Dei præſentia creaturas omnes complectitur, ut extra ipſas adhuc in immenſum diffundatur; ſitque mundus veluti exigua ſpongia, quam vaſtiſſimus Oceanus omni ex parte humectat, nulla enim eſt mundi pars, nullæ creaturæ, & nulla illius particula, quæ divinæ Majeſtatis præſentiâ non imbuatur. Quò igitur fugiet infelix peccator, dum ut ait Eccleſiaſtes, feſtinat à facie Dei recedere. *Ne feſtines recedere à facie ejus.* Cap. 8. v. 3. Hominis teſtimonium, cùm perperam agimus, declinare ſatagimus, ait D. Ambroſius de Apolog David. cap. 10. *In conſpectu Dei, quæ ſunt indigna, committimus, cùm teſtes homines erubeſcimus? injuria eſt homini ſpectare flagitia, Deum arbitrum omnium eſſe ſcimus, & eo teſte peccamus?*

Quis fur, latro, ſicarius tam proſtitutæ eſt impudentiæ, tamque projectæ audaciæ, qui præſente Judice, imò & lictoribus vallatus, & adſtante carnifice cum cruciatuum inſtrumentis, ac parato ad promeritam delinquenti pœnam infligendam, audeat diſtricto gladio in obvium quemque graſ- 15.

graſ-

graſſari, vel aliena per vim diripere? eſſet
enim is à ſana mente dejectus, quia perin-
de eſſet delinquere, ac extremi ſupplicij
ſententiam proferre contra ſe ipſum: &
tantus ſtupor credibilis non videtur in viro,
qui ſit ſui compos. Et tamen ſunt homi-
nes ita ſtupidi, ita à ſe alieni, ut ſpectan-
te Deo Judice, ac vindice, & undique
cincto beatis mentibus, divinæ adminiſtris
juſtitiæ; imò & imminente in eorum exi-
tium carnifice cacodæmone ea perpetrent,
quibus non ignorant æternos ſe cruciatus
promereri? hæc fuit ſeria illa Jobi recorda-
tio, quæ ſolicitum eum effecit, ne quid à ra-
tione, aut æquitate perpetraret alienum,
Job. 31. v. 21. *Si levavi ſuper pupillum manum meam,*
etiam cum viderem me in porta ſuperiorem.
quaſi dicat, non oppreſſi quemquam manu
violenta, neque inferiorem me deſpexi,
nec quidquam ei damni intuli; & cauſam
v. 23. adferens ſubdit. *Semper enim quaſi tumen-*
tes ſuper me fluctus timui Deum, & pondus
ejus ferre non potui: nimirum Dei timore
manuducebatur, & fluctus ſuppliciorum
obtui expaveſcens non fuit auſus intume-
ſcere; ſed pavere didicit, & ſimul omne
ſcelus cavere. Quia ſubdit ipſe, *Verebar*
omnia opera mea, ſciens, quia non parceret
delinquenti, ideo timuit omnia ſua opera,
& ſtuduit omnem ſuam actionem ad nor-
mam componere virtutum, quia noverat,
Deum habere præſentem, & omnes ſuos
actus diligenter intuentem: quapropter a-
liquot recenſens propriæ innocentiæ argu-
Job. cap. 31. 1. menta ait. *Pepigi fœdus cum oculis meis,*
ut ne cogitarem quidem de virgine, & pau-
v. 5. lò infra. *Si ambulavi in vanitate, & fe-*
ſtinavit in dolo pes meus. verſ. 7. *Si decli-*
navit greſſus meus de via, & ſi ſecutus eſt
oculus meus cor meum, & ſi manibus meis
adhæſit macula. verſ. 9. *Si deceptum eſt cor*
meum ſuper muliere, & ſi ad oſtium amici
mei inſidiatus ſum. verſ. 13. *Si contempſi*
ſubire judicium cum ſervo meo, & ancillæ
mea, cum diſceptarent adverſum me. Ni-
mirum abſtinui à dolo; coërcui oculos meos,
ne quidquam haurirent impudicitiæ: com-
peſcui manus meas, ne quidquam pravi
agerent; frœnum injeci affectibus mei
cordis, ne ad ſcelus ullum me pertraherent;
pedes meos direxi per ſemitas juſtitiæ, ne
impingerent, & laberer ego in ſcelus.
Idque ea ratione, quia Deum Judicem, &
vindicem ſibi ſemper perpendebat præſen-
tem, ſubdit enim verſ. 14. *Quid enim*
faciam, cùm ſurrexerit ad judicandum
Deus, & cum quæſierit, quid reſpondebo
illi?

16. Quòd ſi vir ſummarum virtutum ad-
dictus culturæ hæſitans, ac trepidans ti-
muit Dei Judicis, ac vindicis præſentiam,
& non fuit auſus, quidquam agere, quod
ei diſpliceret, & candidè faſſus fuit,
nunquam egiſſe quidquam, quod divinis
Job. 27. v. 6. non fuiſſet præceptis conſonum. *Non*
reprehendit me cor meum in omni vita mea, &
tamen licèt cultura virtutum inſignis, ſtu-
dio perfectionis commendatus, vitæ inno-
centiæ ſanctus, pudicitiæ cuſtodiâ illibatus,
patientiæ exercitio mirabilis; ad inſultus
dæmonis inflexilis, ad novercantis fortunæ
impetus conſtans, ad ærumnarum procel-
las immobilis, adhuc perplexus, & hæſi-
tans ajebar. *Quid faciam, cùm ſurrexerit* v. 14. cap. 13.
ad judicandum Deus? & cùm quæſierit,
quid reſpondebo illi? Quòd ſi vir ſanctus,
pius, patiens, & ſecundùm cor Dei hæſitat,
& contremiſcit, & pavidus neſcit, quo-
modo erit Judici, & vindici reſponſurus,
eò quia ſibi præſens ſemper fuerit, omnéſ-
que ſuas diligenter obſervaverit actiones;
quid erunt improbi reſponſuri, cùm Deus
Judex non jam ampliùs interrogabit, ſed
horrendum illud abdicationis fulmen intor-
quebit. *Diſcedite à me maledicti in ignem* Matth. 25. v. 41.
æternum. Ideo Jobus à recta nunquam vir-
tutis ſemita deflexit, quia, & Dei timore
manoducebatur, & Deum Judicem ac vin-
dicem ſibi præſentem habuit, & actiones
omnes ſuas intuentem: ſcitè Boërius. *Ma-* Lib. 5. de conſol. proſ. ult.
gna vobis eſt, ſi diſſimulare non vultis in-
dicta neceſſitas probitatis; cùm ante oculos
agitis Judicis cuncta cernentis, & bonis præ-
mia, malis ſupplicia diſpenſantis.

Si quid pudoris, ſi quid rationis in no- 17.
bis reſiduum eſt, hoc frœno cohibeamur
à ſcelere; hoc repagulo fluctus, ac impe-
tus compeſcamus pravorum affectuum; in
hac pædagogia mores componamus virtu-
tibus conſonos; morum corrigamus erro-
res, & in ſtudijs proficiamus probitatis;
quia ut monet Syracides. *Qui cuſtodit præ-* Eccleſ. cap. 8. v. 1.
ceptum, non experietur quidquam mali,
quia ipſa mandatorum Dei cuſtodia prote-
git, ac cuſtodit ſtudentes Deo ſemper
placere, & nihil agere honeſtati diſſonum,
quapropter ait David Pſal. 90. v. 1. *Qui*
habitat in adjutorio altiſſimi in protectione
Dei cæli commorabitur.

§. III.

Qui Dei ubique præſentis, & omnia intuentis timore manuducitur, rectè procedit, & tutus ſtans non cadit, & cælo inhabitat, licèt conſtitutus in terra.

NOn ſolùm juſtis, ac probis; ſed etiam 18.
impijs, ac delinquentibus præſen-
tiſſimus eſt Deus, & quidem, ut
loquuntur Theologi per eſſentiam, præſen-
tiam, ac potentiam ſuam; licèt juſtis ſit
etiam præſens per gratiam ſuam ſanctifican-
tem, hinc non minus præſens fuit in Juda
Chriſti proditore, quàm in Petro Chri-
ſti defenſore, eſt enim Deus, in quo om-
nes vivimus, ſumus, & conſervamur, a
deo ut momentis ſingulis divina ſuſtente-

mur manu : quam ſi Deus retraheret , ſtatim deficeremus , ac in nihilum reduceremur , ex quo infert D. Bernardus. *Idcirco , ſicut nullum eſt momentum , quo non fruamur Dei miſericordia ; ſic nullum ſit momentum , quo eum præſentem non habeamus in memoria.* Si ſeriò Deum perpenderemus nobis ſemper præſentem , & actiones noſtras omnes diligenter intuentem , nusquam à Deo , & obſervantia mandatorum ejus latum unguem recederemus, quia ex Dei præſentia oritur , quod homo ſit ſemper paratus, expeditus, ac intentus ad Dei nutum prompta manu ,& mente alacri per omnia exequendum.

19. Idque cauſæ fuit , cur Enoch vir juſtus fuerit , ac Deo ſemper placuerit , quia ab Genes. 5. v. 24. ejus præſentia nunquam ſe ſubduxit. *Ambulavit Enoch coram Deo* , ſeu ita vixit , ut Deum ſibi ſemper cogitaret præſentem , & omnes ſuas actiones intuentem, ideóque ambulavit coram Deo , ſeu ut legunt ſeptuaginta Interpretes , *placuit Deo.* Apoſtolus itidem Paulus hac Dei manuductus præſentia , ita vixit in terris , ut ejus converſatio in cœlis eſſet : ſeu ita hominibus fuit aſſociatus , ut Angelis aſciſceretur , ſcribit enim ad Philippenſes. 3. v. 20. *Noſtra converſatio in cœlis eſt : unde Salvatorem expectamus Dominum noſtrum JESUM Chriſtum:* ubi verò dicitur *noſtra converſatio* Tertullianus *libro de corona militis* legit : *Noſter manſipatus* , ac ſi per converſationem , quâ Deum nobis præſentem eſſe cogitamus , coloniam jam conſtituerimus in cœlum, cujus cives ſumus , & inde in mundo exules : appoſitè D. Gregorius elucidans præfata D. Lib. 8. Moral. cap. 38. Pauli verba ait : *Sicut domus exterioris converſationis eſt ædificium , quod inhabitat corpus : ita domus noſtræ cogitationis eſt res qualibet , quam per dilectionem inhabitat animus: Unde Paulus , qui in ſupernis cor fixerat ; in terra quidem poſitus , ſed tamen à terra extraneus dicebat,noſtra converſatio in cœlis eſt* ; Quaſi cœlum non ſolùm Apoſtoli , ſed & noſtræ converſationis fiat domicilium , cùm Deum nobis præſentem cogitamus , cum quo mens noſtra familiariter converſatur : & conſonat S. Ephræm *Serm paran. de ſecund. adventu Domini* , ubi pulchrè ait : *Si ſemper Dei memineris , cœlum mens tua evadet :* & quia D. Paulus ſemper cogitavit Deum ſibi præſentem, mentem ſuam etiam in terris refinxit in cœlum , & terram ipſam commutavit in cœlum;Angelicam potiùs ,quàm humanam ducens vitam.

20. Qui igitur Deum in memoria ſemper præſentem habet , mentem ſuam cœlum efficit , & ejus converſatio in cœlis eſſe dicitur : ad id videtur alluſiſſe S. Baſilius in Pſalm. 44. ubi expendens verba illa D. Pauli ad Romanos. 3. v. 14. *Induimini Dominum JESUM Chriſtum* , ait : *Induimini non ſecundùm exteriorem hominem , ſed mens noſtra Dei memoriâ circumamiciatur :* quia cum mente Deum præſentem nobis cogitamus,eleganter , ac ornatiſſimè induimus JESUM Chriſtum , quo veſtiri nil glorioſiùs, nil pretioſiùs poteſt deſiderari ; hinc Deus injunxit Moyſi , ut geminos Cherubinos conſtitueret adſtantes Dei oraculo. *Duos quoque Cherubim aureos , & productiles facies ex utraque parte oraculi.* Exod. 25. v. 18. Voluit hos Cherubinos conflari ex puro puto auro , quo ſinceritas , & perfectio ſignificaretur amoris ab omni cœno , ac terreſtri halitu defœcatiſſimi ; injunxit , ut alis eſſent inſtructi , ut perniciſſimè è terra elevarentur , ac ſurſum per pia deſideria avolarent , & qui ſpeciem præſeferrent juvenum imberbium , quibus lanugo nondum mentum tingeret , quo oſtenderent vigorem , ac vivacitatem proficiendi in ſtudio virtutum. Quia adſtabant ambo Cherubini Deo , Deique oraculo , proinde ad Numinis præſentiam aurei erant , ſeu Dei amore ferventes , ac ſplendentes , virtutum ornatu pretioſi ; alis inſtructi , & in florente conſtituti ætate , quia toto vigore Deo adhærebant.

21. Hi autem vigiles Oraculi cuſtodes Cherubini fuerunt , quorum præcipua prærogativa eſt mens perſpicacior , & ſapientia defœcatior , qua Deum præſentem altiùs contemplantur. Quia Deo adſtantes præſenti , quamvis homines ex luto compacti, Cherubini fiunt auro conflati : non pedibus terrarum ima perambulant , ſed alarum remigio ſurſum avolant , ac cœli petunt ſublimia , virtutum floribus ornati ; & huc fortâſſis alluſit Caſſianus apud Euſebium , inquiens ad rem noſtram : *Oculi mei ſemper ad Dominum ; id nullus poterit verificè profiteri , niſi qui univerſa , quæ ſunt in mundo , aut noxia , aut ſuperflua judicans, omnem intuitum ſuum , omne ſtudium , omnem curam erga cultum ſui cordis , & caſtimoniæ defixerit puritatem. Atque ita mens iſtis exercitijs elimata , & profectibus expolita ad perfectam corporis , atque animæ perveniet ſanctitatem : alioquin ſi Dei non meminerimus , ſequitur , quod David dixit : non eſt Deus in conſpectu ejus , inquinatæ ſunt viæ illius in omni tempore.* Apost. 12. 4. cap. 24.

22. Qui igitur ſuos ad Dominum oculos dirigunt , Deúmque præſentem ſibi ſemper cogitant , omnium virtutum ornantur flore , aureóſque æmulantur Cherubinos , vitæ perfectione , & virtutum exercitijs elimantur in puros ſpiritus : rectè igitur Cherubini eliguntur , qui perſpicaci elogio pollent ; & in Dei conſpectu ſemper adſtant , & quidem humana figura è metallo conflata, quo adumbretur , ac denotetur , quod ejuſmodi aſſidua Dei præſentia eos elimat , perficit , expollit ad perfectam corporis , & animæ ſanctitatem. Eſt enim Dei præſentia,

quæ

quæ corporis craſſitiem elimat in ſpiritum, licèt enim corpus ſpecie tenus Cherubinum circumamiciat, aureum tamen eſt, quod metallorum eſt purius, ac pretioſius: ea igitur eſt vis præſentiæ Dei, cui aſſiduè adſtant Cherubini, ut omnem elimet ruditatem corpoream, & homines Angelos efficiat: hæcque ratio, cur Cherubini ex auro conflati ante Dei conſpectum in propitiatorio collocarentur, quia viri cogitantes ſibi Deum ſemper præſentem, ita in humana vivunt carne, ut ea tantùm obtegantur, ab ejus ſtimulis immunes, & Angelos imitentur, morum puritate, amoris præſtantia, & virtutum cultura.

23. Secus qui hanc Dei negligunt præſentiam cogitare, vitiorum inquinantur cœno, ait David Pſal. 9. v. 26. *Non eſt Deus in conſpectu ejus, inquinatæ ſunt viæ illius in omni tempore*, ſeu ut textus Græcus habet, *contaminantur*, vel ut alij ex hebræo legunt *Polluerunt, profanârunt:* ſicut enim Dei memoria, & ejus in recordatione præſentia origo eſt totius noſtræ perfectionis, ita ejus oblivio, & abſentia ab humana mente totius noſtri exitij eſt cauſa; inde enim homo, fœdis paſſionibus inquinatur, pravis affectibus corrumpitur, luridis concupiſcentijs polluitur, quapropter S. Ephrem eleganter ait ad rem noſtram: *Nihil pejus, graviúsque eſt, quàm ipſius Dei oblivionem capere. Continua enim Dei recordatione turpes animæ paſſiones recedunt; & homo mundum Spiritus ſancti habitaculum efficitur. Ubi verò memoria Dei abeſt, ibi tenebræ cum fœtore dominantur, omniſque res improba exercetur.* Nimirum Dei oblivio malorum omnium colluviem accerſit, prava deſideria fovet, fœdas concupiſcentias excitat, tumultuantes paſſiones ſecum trahit, & protervos omnes affectus nutrit: cùm è converſo Dei præſentis cogitatio æſtus extinguat libidinum, impetus coërceat inſoleſcentium affectuum & tumultuantes in animo paſſiones cohibeat; eſt enim Dei præſentia, quæ pravas excutit cogitationes, ſcelerum turpitudines lachrymis abſtergit, & libidinum fœditates obliterat: eſt Dei præſentia alexipharmacum, ſeu efficax panacea morbis omnibus animi curandis aptiſſima, ac facilè parabilis ad peſtem omnem depravati affectus abigendam.

Lib. de virtut.

24. Nil homini utilius poteſt obtingere, quàm paſſiones, quibus fœdè inquinatur, & ſacrilegè profanatur, coërcere, ac compeſcere; & iiſdem inſoleſcentibus Dei præſentiæ frœnum injicere: eo ipſo quòd ad Deum convertimur, coram ipſo ambulamus, eúmque nobis ſemper præſentem cogitamus; & ad nos etiam convertitur Deus, qui non ſinit nos elabi, ut promiſit per Jeremiam: *Si convertêris, convertam te, & ante faciem meam ſtabis:* ſtat ſcilicet, qui Dei præſentiæ innititur, & ſi convertimur ad Deum, ipſe nos avertit ab omni malo, & ita nos manuducit, ut non permittat, nos elabi, quia ſtamus ante faciem ſuam: *Si convertêris, convertam te, & ante faciem meam ſtabis*, ſeu eris mihi familiaris, & ſi à te aſſiduè aſpiciar, tu quoque à me aſpicieris, ut innuit Heſychius apud Euſebium inquiens: *Ante faciem meam ſtabis. Oportet quippe omne virtutis opus utpote vidente Deo peragi, & non corrumpi, neque vitiari, cùm permiſcemus ei voluntatem noſtram.* Magnam Dei præſentia vim præfert moribus componendis, vitæ erroribus corrigendis, ac virtutum ſtudijs promovendis; memoriâ, ac mente homo perficitur; quatenus mens Deum cogitat ſibi intimè præſentem, & omne cogitatum, motúmque intuentem; ſed ita ſe in voluntatem inſinuat, ut ſit hæc divinæ præſentiæ bibula, ac humana voluntas ſe divinæ commiſceat, cui ſtudet conformari, & reformari.

In Aſcet lib. 4. cap. 31.

Eſt voluntas humana, in qua cum ſit ſumma pro imperio poteſtas quidvis volendi, & nolendi, & pro arbitrio libertas, quæ nos manuducit, vel ad virtutum exercitia, vel ad vitiorum indulgentiam, ſeu nos trahit vel ad ſalutem, vel exitium; ad cœlum ſi proba ſit, ad orcum ſi mala; & licèt voluntas mala ſit, quæ parit omne ſcelus; ita tamen eſt mali efficiens, quia eſt deficiens; non futura efficiens ſceleris, niſi foret à probitate deficiens; ſitque propterea ejus effectio, defectio; efficit enim, ut probitas deficiat, & malitia hominem inficiat. Hujus ergo voluntatis regendæ cura ſummi eſt momenti, à qua ſalus dependet hominis, vel exitium: ſolius voluntatis regimine totam dirigimus noſtræ felicitatis molem; & machinas omnes miſeriarum, quæ nos premunt, diſrumpimus. Plurima ſunt mala, quæ patimur, innumeræ animi ægritudines, quibus angimur; & quia ſingulis malis ſingula aptare remedia operoſius foret; uno expeditiùs contra morbos omnes uti poſſumus panchreſto, ſcilicet voluntate probè ordinata, ſeu divinæ per præſentiam Dei miſtam, & uniformem; *oportet*, ait Iſychius, *omne virtutis opus, utpote vidente DEO peragi, & non corrumpi, neque vitiari, cum permiſcemus ei voluntatem noſtram.* Oh quàm ingens divinæ præſentiæ myſterium! voluntatem noſtram divinæ permiſcet; & ex hac miſtura ita perficitur, ut reformata in ſe divinæ conformetur. 25.

Eſt Dei præſentia non ſolùm quâ voluntas humana divinæ conformatur in ſe priùs reformata; ſed etiam, quâ mala omnia declinat, omnibúsque medetur animi morbis; & ſine qua perinde eſſet, ac ſi aliquis cùm pluit vellet nudus in campum prodire, & nollet madefieri, ac ſperaret fore, ut ſingulas poſſet decidui imbris guttulas declinare. Pluunt undique inter homines ærumnæ; neque tot numerantur in pluvia guttæ, quot nos ærumnæ premunt, & calamitates affligunt; neque ſingulas poſſumus fugere, 26.

& tantùm unum nobis ſupereſt præſidium, quo declinemus univerſas, ſcilicet Dei præſentiâ; quâ non audemus quidpiam honeſtati diſſonum efficere, quódque Deo diſpliceat. Extremam is diceretur ad inſaniam inſanire, qui medius inter hoſtiles duas pugnantes acies incederet quovis deſtitutus præſiduo, & volantium utrioque telorum ſpiſſatas oubes, ac plumbearum glandiom ictus omnes præſumeret effugere. Thorace valido & adamantino oportet ſe munire, què valeat quis tela omnia obtundere. *Vita hominis militia eſt ſuper terram*, ait Jobus; imò non ſolùm militia eſt, ſed pugna; non modò bellum, ſed prælium; is probè pugnat, qui coram Deo incedit, ejúsque obarmatur præſentiâ: niſi pectus armemus Dei præſentiæ loricâ, imbelles ferimur, & ſuccumbimus; hâc verò munitus, hoſtiles retundit ictus, ſtat inconcuſſus, & pugnando palmas metit.

27. Eſt volontas noſtra mirâ à Deo arte elaborata; tametſi una ſit, omnia tamen complectitur pro ſuo arbitrio; amare poteſt, & odiſſe; & æquè gaudere divitijs deſtituta, ac bonis omnibus diffluens; æquè lætari delicijs affluens, ac ærumnis preſſa: ipſa fortunam ſibi cudit, & omnia ſive proba, ſive mala apparat; perinde ac Hippias nobilis Sophiſta, qui cùm veniſſet Piſam ad Olympica certamina nil eorum, quæ ſecum tolerat fertur eviſſe, aut mutuò ab alio accepiſſe, omnia ipſe ſibi proprijs pataverat manibus calceamenta, veſtes, pileum, pallium, ornamenta, quibus ſplendidè indutus, & eleganter ornatus fuit: ipſe interulam, ac tunicam domi ſibi fecerat, purputam coloraverat, & balteum Babylonico variegatam colore pinxerat, annulum manûs circulaverat, palam clauſerat, ſculpſerat, adeò ut ſibi fuerit textor, ſutor, ſartor, & aurifex. Voluntas etiam noſtra omoia ſibi parat, ærumnas accerſit, divitias coacervat, miſerias ſecum trahit, & ſi velit felicitatem ſibi cudit, ſi à Dei prælentia ſejungi nolit: huic enim ſi adhæſerit, ſe ipſam deſerit, què id tantùm velit, quod Deus vult; & nonniſi honeſtè operatur & per exercitia virtutum ſatagit æternam ſibi ſelicitatem enanciſci: quia ot ait præcitatus Iſychius: *oportet omnis virtutis opus utpote vidente Deo peragi, & non corrumpi, neque vitiari, cùm permiſcemus ei voluntatem noſtram.* Eſt hæc mixtura utriuſque voluntatis, quâ homo propriam à ſe voluntatem abigit, ut divinam induat. Ut enim ſit quis victor, ſuorúmque affectuum triumphator, neceſſe eſt, renunciet non ſolùm voluptati, verùm etiam propriæ voluntati, ut oon habeat aliud velle, & nolle, quàm divinæ voluntatis, quam induit, cum propriam exuit; & hæc felicitas eſt hominis, non aliam habere voluntatem, quàm Dei.

28. Quis areſcente æſtuans ſiti ſi habeat calicem fictilem, & vacuum; non mallet habere aureum, pleniúmque aqua fontali, pellucida, ac frigeſcente? Quis humoribus corruptus, febri exardens, infirmitate languidus, non mallet ſanitate gaudere, & viribus valere? Quis mente hebes, ingenio obtuſus, memoriâ labilis, nollet intellectu pollere, mente valere perſpicaci, & ea diteſcere memoriâ, qua res omnes præſto ſibi eſſent? O vecors, imò excors, qui ſuam detrectat voluntatem indole brutam, votis caducam, ægritudine infirmam, deſiderijs inſanam, paſſionibus corruptam commutare cum Dei voluntate læta, felici, ac totaliter beata? Qui in exteram proficiſcens regionem in itinere à recta erravit ſemita, is què magis incedit, eò longius à meta recedit ſui itineris; & què plus feſtinat, enormiùs errat. A recto tramite deflectimus peregrinantes per viam hujus vitæ, quoties à Dei præſentia nos ſubducimus, Deum non cogitamus, nobiſcum eſſe præſentem, & omnes actus noſtros intuentem; tunc enim noſtram induimus voluntatem, quæ per devia, abrupta, & præcipitia nos trahit. Secus ſi noſtra voluntas una fuerit cum Dei volontate, tunc rectè incedimus, quia cum Deo procedimus; nec noſtra voluotas quid aliud vult, quàm quod Deo placet; quod perinde eſt, ac idem eſſe, quod Deus eſt; cui velle eſt ipſum eſſe.

Qui artem non callet nauticam, & navi vehitor, non vult hanc ſuo regi, ac dirigi arbitrio, ne navis in ſcopulos illiſa pereat, vel in arenas impacta naufragetur; ſed permittit totum navis, & ſui itineris regimen nauclerí imperio. Trajicimus hujus fluctuantis vitæ pelagum, in quo veluti in navi vehimur in noſtro corpore, noſtris ſenſibus; hos niſi Deus dirigat, & ejus præſentiâ regat naofragi mergimur. Quòd ſi urgente procellâ, qui navi vehitur, Nauclero obſequitur; ita ne pereamus, nonniſi ad nutum Dei præſentis, & præcipientis moveamur: ſi enim non eſt Deus minus peritus in mundo regendo, quàm ſit Navarchus in navi dirigenda; cur ſi obſequimur homini, ut nos à procella eripiat, & ad portum adducat non paremus Deo, ejúſque omnes nutus exequimur, ot nos in cœlum deducat: cur non nitimur eum ſemper cogitare oobis præſentem, ne quidquam agamus, quod ei diſpliceat? 29.

30. Eſt Dei præſentia illa morum pædagogia; io qua vitæ errores corriguntur, ſenſus exteriores componuntur ad honeſtatem, & actiones noſtræ ad normam fiunt honeſtatis. Ait Seneca: *Si intramus in templa compoſiti, ſi ad ſacrificium acceſſuri vultum ſubmittimus, togam adducimus, & in omne argumentum modeſtiæ vincimur. Idem ſemper facere debemus cùm Deus nobis præſens ubique adſit, immenſitatis privilegio.* Si hæc cogitatio, quam nobis Chriſtianis Ethnicus ſuggerit Philoſophus noſtræ altiùs inſideret menti, ſicut nobis indubia fide innoteſcit; nonniſi

Lib. 7. natur. quæſt. c. 30.

com-

compoſiti, morigeri, virtutibus ornati, honeſtate ſplendentes incederemus, nec quidquam committeremus, quod regulis diſſonaret honeſtatis. Eſt enim Dei præſentia morum pædagogia, vitiorum cohibitio, ac totius moralis diſciplinæ epitoma; in hac pædagogia ediſcunt homines rectè ſapere, mores corrigere, errores vitæ emendare, vitia obliterare, & ſtudia virtutum promovere: ſola enim cogitatio Dei præſentis pravos noſtros coërcet affectus, tumultuantes compeſcit paſſiones, inſoleſcentes reprimit concupiſcentias, æſtus libidinis extinguit, tumorem ambitionis ſubigit, ſuperbiam deprimit, audaciam frœnat, & vitiorum omnium temeritatem hæc una divinæ præſentiæ cogitatio potenter continet, & ad omnem probitatem viam ſternit.

§. IV.

Ideo ſcelera latebras quærunt, quia oculorum fugiunt cenſuram; cum tamen à Dei præſentia nequeant ſe ſubducere; quem ſi malè agentes cogitarent præſentem, non irritarent vindicem.

31. OMnis malitia latebras quærit, oculorum cenſuram fugit, & Dei præſentiam ſuſtinere nequit. Furem interroga, cur auſus fuerit aliena invito Domino ſurripere, & ſuſpendium ſibi emere aliena pecunia? Reſpondet, arbitrabar me non videri; credebam, nullum habere mei ſceleris teſtem; à furto abſtinuiſſem, ſi ſupplicium hocce cogitâſſem, vel fuiſſem ſuſpicatus, potuiſſe me ab aliquo videri. Interroga alieni thori violatorem, cur conjugem non ſuam adierit impuriſſimo pede, & alienam domum adulterio fœdaverit? intrepidè reſpondet, quia putabam, neminem hujus mei ſceleris fore conſcium; nimirum omnis malitia latebras quærit, & oculorum fugit cenſuram, proinde ſi ſemel ſe ſubduceat quis à Dei præſentia, in vitia ſtatim omnia labitur, & in gehennam ſe præcipitem agit; ita enim vivere ac ſi nullius oculo notemur, & à nemine videamur, via eſt ad inferos rectiſſima; idque cauſæ, cur dixerint impij apud Regium Vatem: *Quomodo* lm. 72. *ſcit Deus, & ſi eſt ſcientia in excelſo? Et dixerunt, non videbit Dominus, nec intelliget Deus Jacob*, contra quos inſurgens David acriter invehit Pſalm. 93. v. 7. & ſeq. *Intelligite inſipientes in populo, & ſtulti aliquando ſapite. Qui plantavit aurem non audiet? aut qui conſinxit oculum, non conſiderat?* & v. 11. ſubdit: *Dominus ſcit cogitationes hominum, quoniam vanæ ſunt.* Ait David ad impiorum inſipientiam redarguendam, Deum aures aperuiſſe, & oculos illuminâſſe, proinde non ſolùm omnia audire, & videre, ſed etiam abditas cordis cogitationes intueri, motúſque omnes noſtros internos penetrare.

Cogitatus omnes noſtros, quamvis 32. abditos, & latentes perfectiſſimè cognoſcit Deus, ac comprehendit; adeo ut nulla verba & facta poſſint divinam ſubterfugere notitiam. Vir tamen nequam, ac lucifugus, qui divinos non curat à ſe oculos ſubductos, nec Deum timet, ſibi præſentem, ac ſua ſcelera intuentem, humanos duntaxat oculos à ſe cupit amotos; ita eum loquentem exhibet Syracides Eccleſ. *Quis me videt? tenebræ circúmdant me, & parietes cooperiunt, & nemo circumſpicit me; Quem vereor? delictorum meorum non memorabitur Altiſſimus*: Cap. 23. v. 26. eò quia ſit tenebris obvolutus, & clauſo oſtio parietibus tectus, ut ab homine videri nequeat, non curat à Deo videri, quaſi non ſit recordaturus patrati ſceleris; & ideo quia Dei timorem à ſe excuſſit, omni ſcelere fœdè inuſſit. Docemur à fide, nil poſſe, à nobis fieri, dici, audiri, vel cogitari, quin Deo innoteſcat, ſcimus omnia ab ipſo videri, & cordis noſtri ſecreta omnia penetrari, & comprehendi, & tamen mavult impius fœdè obſequi libidini, quàm fidei ſequi veſtigia. Sentit in ſe carnis petulantiam, & fidei etiam habet notitiam: fœda petulantia vult libidini aſſentiri, & in opus prodire externum, quod impura mente interiùs volvitur: detrectat fides, & non vult carnis illecebris aſſenſum præbere, & affirmat à Deo cuncta ſpectari; proinde nititur fœdas omnes, quæ in mente vellent cogitationes ſtabulari illico abigere: ſed impius, ne ſcelus deſerat, fidem deterit; & ut ſit adulter, facto fit hæreticus, pluris faciens carnis illecebras, quàm fidei obſequium.

33. Non ſolùm ſcit Deus omnia, quæ loquimur, audimus, & operamur exteriùs, ſed etiam omnia interiùs cogitata intuetur, & cor noſtrum penitiſſimè videt, perfectiſſimè comprehendit. Quòd ſi coram Principe homine non audemus quidquam loqui minus honeſtum, nec quidquam agere indecorum, quomodo auſi fuerimus, pravas nutrire cogitationes, fœdas fovere concupiſcentias, carnis rebellantis indulgere illecebris, adulteria committere, ſtupra patrare, & libidinum omnium fœditates, mente corde, & manu pertractare coram Deo, quem fide credimus nobis præſentem, & actus omnes noſtros diligentiſſimè obſervantem & intuentem? an pluris facimus Principem hominem, quàm Deum vindicem? audemus enim coram Deo, quæ coram homine erubeſcimus; quia ſcilicet Dei timorem excutimus, qui homines veremur: vel quia ejecta, aut ſepulta fide impius cogitationes fovet ſordidiſſimas, quia ipſi arrident; & quia placent, cum iiſdem ludit, & obſcœno oblectamento ſe ipſum interimit. Ait impius loquens intra ſe: *nullus me videt homo*: ex quo putido antecedente infert: ergo poſſum impunè aliena ſurripere, & meis conſulere

lete commodis; ergo poſſum hoſtem meum
mihi jam dudum inviſum è vivis delere:
ergo poſſum meis ſatisfacere concupiſcen-
tijs, adhærere libidinibus, ac carni indulgere.
Ecce quàm plores corrupti rivuli ſcaturiunt
ex hoc uno putido fonte *nullus me videt ho-
mo.* Sed ſi te homo non videt, ſcelera tua
Deus perſpicit, cogitationes tuas impuras in-
tuetur, nequè impunè te dimittet. Homi-
nem vereris, quia temporarium times ſuppli-
cium; & Deum Judicem, & vindicem te in-
tuentem peccantem non expaveſcis? ipſum
non times te æternis ſupplicijs punientem?
Has mentis caligines offundit abſentia cogi-
tationis divinæ præſentiæ.

34. Senes illi apud Danielem libidine inſa-
nientes, & Suſannæ pudicitiam fœdare ad-
nitentes, ſe tutos putàrunt, eò quia clauſis
pomarij oſtijs à nemine videri poſſe arbitra-
bantur, adeo ut totum nequitiæ pallium
Daniel. 5. cap. 13. v. 20. fuerit, non videri ab hominibus: *Oſtia po-
marij clauſa ſunt, & nemo nos videt:* &
quia credebant à nemine videri, & cogitatio-
nem præſentiæ Dei excuſſerunt, vel ſub ni-
vibus canæ ſenectutis, capitíſque canitiei, fœ-
da in corde, accendebant, fovebántque in-
cendia libidinum, quibus Suſannæ pudicitia
cinefieret: ſed impuras haſce libidinum
flammas extinxit Suſanna, ſenum impetus
coercuit, violentias repreſſit, & glorioſè
triumphavit, non alio armorum genere,
Daniel c.13. v. 23. quàm cogitatione Dei præſentis: *Melius eſt
mihi abſque opere incidere in manus veſtras,
quàm peccare in conſpectu Domini.* Deum
ſibi præſentem, & omnes actus intuentem,
omnémque cogitationem intimè penetran-
tem cogitaverat Suſanna, ideóque ſenum
aſtus eluſit, & æſtus indemnis declinavit,
non enim quidquam damni paſſa fuit ejus
pudicitia, Dei præmunita præſentiâ.

35. Joſeph itidem in domo Putipharis
eximius caſtitatis cultor, & cuſtos, quò tur-
pitudinis ſordes, quas exhorruit, declina-
ret, & intra continentiæ limites impollutus
ſervaretur, duo accerſivit præſidia, quo-
rum præcipuum fuit, Deum ſibi præſentem
cogitare, & omnes actus, & cogitatus di-
ligentiſſimè obſervantem; timuit enim Deo
præſente quidquam agere, vel cogitare mi-
nus honeſtum; & quod pudicitiam non
oleret. Secundum fuit, occaſionem quavis
diruptâ morâ Euro velociùs fugere; & è
loco, in quo periclitabatur ſe ſubducere:
dixit heræ ad turpia illicienti, ac eblandi-
Geneſ.c.39. enti: *Quomodo poſſum hoc malum facere, &
peccare in Dominum meum?* Si quoties ten-
tatio urget, concupiſcentia pulſat, libido
ſtimulat animo ſtatim recurreret Dei præſen-
tia; & cogitaremus, Deum obſervare, ac in-
tueri omnes actus noſtros probos, & pravos
oculi Dei contemplantur bonum, & malum fa-
cilè foret æſtus libidinis extinguere, motus
concupiſcentiæ retundere, tentationum im-
petus compeſcere, & inſoleſcentium affe-
ctuum omnem abigere pravitatem, ac noxas
odiſſe omnes. Quis enim adeo mentis im-
pos, ut ante oculos potentiſſimi judicis leges
contemnat, violet, infringat? quis adeo à
ſano judicio dejectus, ut ante Dei ſupremi
Judicis oculos ſcelus perpetret, divina præ-
cepta transgrediatur, ſéque in cœnoſa fœdi-
tatum mergat, ac ingurgitet palude?

Sicut Dei præſentis oblivio ſcelerum 36.
omnium eſt parens, ac origo flagitiorum
omnium; loquens enim David de iniquo vi-
tijs involuto ait: *Non eſt Deus in conſpectu* Pſalm. 9.
ejus: ex hac Dei abſentia, & oblivione in-
fert: *inquinatæ ſunt viæ illius in omni tem-
pore:* ita Dei præſentis recordatio pravas
omnes illicò excutit cogitationes, corruptos
mores corrigit, vitæ errores emendat, de-
pravatos affectus compeſcit; mala omnia
deſideria abigit; & ut probus, at ſolers Pæ-
dagogus ſtudia promovet virtutum om-
nium; docétque occaſiones declinare pec-
candi. Hæc eſt Sapientia illa, quæ urgen-
te occaſione addiſcitur: ait Salomon: *Da* Prov. 9. v. 9.
Sapienti occaſionem, & addetur ei Sapientia:
eſt hæc Sapientia, quam occaſio nos edo-
cet; & ex Dei præſentis timore addiſcimus,
occaſiones fugere, oculos coram fœminis in
humum dejicere, vultum ad modeſtiam
componere; nobis non fidere, omnem præ-
cidere labendi anſam, impuris cogitationi-
bus obſiſtere, eáſque in primo ſuo acceſſu
excutere, & quidem ea celeritate, quâ de-
lapſum ardentem carbonem è noſtra abige-
remus veſte, ne quid contraheret læſionis:
Deum enixim rogare, ut ſuam nobis imper-
tiatur opem: quia ut monet D. Cyprianus.
*Nemo ſuis viribus fortis, ſed Dei indulgen-
tia, & miſericordia tutus eſt.* Adſit Dei
præſentis recordatio, adſit timor Dei, non
deſit oculis modeſtia, linguæ cuſtodia, ma-
nibus præcautio, imò non deſit lumbis cili-
cium, quia ut monet Salomon: *Fruſtra* Proverb. 1. v. 17.
jacitur rete ante oculos pennatorum: cilici-
num rete orci aucupes eludit, & eorum te-
chnas deludit.

Sed tutiùs ſemper eſt occaſiones fugere, 37.
ne fortè quis implicetur; neque nimia ſui
fiducia debet quemque decipere; qui non
timet, vel jam lapſus eſt, vel eſt lapſui pro-
ximus: quot poſt plures delatas victorias
incauto fœminæ aſpectu, vel conſuetudine
corruerunt? licèt fœmina condita fuerit
à DEO viri adjutrix; dolo tamen ſerpen-
tis perſonam induit hoſtilem; & nil jam in
ea niſi quod feriat, urat, interimat; nul-
lus eſt baſiliſcus eâ nocentior, oculis non
ſolùm venenum ſpargit, ſed & tela ejacula-
tur, quibus inflicto animæ vulnere necem
adfert; nulla eſt hyæna eâ truculentior, ſola
voce ſtrages parit, neces ſpargit, & cuncta
hominis funeſtat interna. Proprium ſem-
per fœminæ fuit ab ipſo mundi exordio ho-
minem è paradiſo ſuis illecebris expellere:
non ei fidas, ſi tibi eſt propria ſalus cordi;
imò nec puræ, ac ſimplici tuæ fidas inten-
tioni; ſed omnem fuge conſuetudinem;

omne

omnem devita famſliaritatem, quia inde proſiliunt libertates nocituræ, colloquia minus cauta, & poſtea minus etiam caſta; geſtus leviores, oculorum liberiores aſpectus, quæ initia ſunt peccatis præludentia; & ſemel in præceps datis corporibus, nullum ſui eſt arbitrium; ait Seneca *l. 1. de ira cap. 7.* qui ex declivis collis faſtigio in ſubjectam vallem curſum orditur, ſuſtinere ſe cum velit non poteſt, vel non niſi difficulter valet impetum ſiſtere. Quid ni? poſitus in peccandi periculo, proximus eſt præcipitio, ſi hoc times, neceſſe, & illud præcaveas. In arbitrio cujusque eſt occaſioni ſe offerre; ſed poſtquam illi ſe obtulit, vix in ejus poteſtate eſt, ſe ab illa incolumen ſubducere, noxámque evitare; præſertim ſi tentatio urgeat, concupiſcentia æſtuet, libido ferveat.

38. Ne repens flamma exiguam ſub initium depaſcens ſtipulam incendium in ſylva accendat, exiguæ undæ impedit effuſio; ſed ſi ſemel ſylvam depaſcitur, & flamma incrementum ſubit, ac in incendium creſcit non ſufficit puteus totus ignibus extinguendis. In poteſtate ſupremi exercitûs præfecti eſt conflictum inire, ſed in ejus non eſt arbitrio victoriâ potiri. In mea poteſtate eſt navim inſcendere, mare trajicere; ſed non eſt in meo arbitrio, ventos adverſantes compeſcere, fluctus intumeſcentes reprimere, naufragium imminens declinare: quapropter monet Syracides: *Quaſi à facie colubri fuge peccata, ſeu occaſiones peccandi.* [Eccleſ. 21, v. 2.] Non ſolum neceſſe eſt caveamus, ne dentes colubri incurramus; ſed conandum etiam, ut ejus tactum fugiamus, imò etiam & aſpectum: ſicut enim fugiendum eſt à peccato veluti à facie colubri; multò magis à facie mulieris, quæ eſt occaſio peccandi: nullus ſiquidem eſt coluber corpori tam noxius ſicut procax fœmina animæ; & non eſt equus ita elumbis, qui viſa equula non ſemel, & iterum adhinniat: neque fidat ſenex ætati ſuæ provectæ, quia licèt ſanguis non ampliùs in venis ebulliat, adhuc æſtuat concupiſcentia, quæ ſuas etiam ſub canitici nivibus flammas fovet: non enim priùs deſinit caro ſuis titillare illecebris, quàm in ſepulchro fiat vermium eſca, & cadaver fœtidum.

39. Etiam duo illi ſenes apud Danielem canitie venerationem ſibi conciliabant populi, & tamen viſâ Suſannâ ſe ad fontem lavante, veluti gemini ex orco fumigantes tiones cœperunt & ipſi flammas concipere, ac fieri lennnes fœdæ libidinis ſenes capulares, Aſmodæi nequiſſimi emiſſarij, Veneris impudici alumni, ac intempeſtivi amatores, Cupidiniſque impuri laternatij: & qui beneficio ætatis, privilegio ſenectutis, ſubſidio ſanguinis frigeſcentis debuiſſent à Venereo abhorruiſſe amplexu, ex curioſo mulierbris venuſtatis obtutu in ſcelus impulſi, igne cœperunt funeſto exardeſcere, & ex occaſione peccandi in perniciem pudicitiæ, imò & exitium innocentiæ irruerunt. Profectò impudicus ille muliebris formæ intuitus tenues excitavit ſcintillas, quæ in effœtis membris irrepentes, tantum invexêre libidinis æſtum, ut cœperint impuris flammis ardere, & abſumi. Quis igitur, ſi ſapit, velit ætati fidere? quis propriæ non diffidat imbecillitati? de carne naſcimur, cum carne concupiſcentiam nutrimus; ſi carni vixerimus, propter carnem moriemur, & gehennalibus flammis æternùm exardebimus. Omnis igitur præcidenda eſt peccandi occaſio.

Virgines Veſtales quia pudicitiæ cultrices, & ſtudio caſtitatis addictæ, nonniſi intra parietes continebantur incluſæ, quò nimirum occaſiones, quæ frequentiores exhibentur in compitis, declinarent; non enim ut virgines ſtolidiores ſeceſſum amabant, ſed ut prudentiores congreſſum fugiebant. Fuit qui provocatus ad ſingulare certamen ab adverſario noluit altercari, ne ſcilicet modum excederet: aiebat enim faciliùs eſſe continere ſe à pugna, quàm in pugna. Hæc eadem ratio monet declinanda eſſe ſympoſia, ac vitandas occaſiones crapulæ: faciliùs ſiquidem eſt, ſe continere à menſa, quam in menſa: & ita pronior eſt animus ad ſe continendum extra occaſionem, quàm in occaſione; facilius eſt, non uri eminus ab incendio, quàm cominus; facilius chorum non ingredi tripudiantium, quàm ubi intraveris te à tripudio, & voluptate continere; quapropter ait Syracides: *Qui amat periculum in illo peribit.* [Eccleſ. ... v. 27.] Suam periculum trahit nomenclationem à verbo *pereo*, eò quia facilè quis in periculo pereat: quiſquis igitur perire timet, is periculum fugiat, ne unde pereat, foveam incurrat. Crimen & diſcrimen ſicut nomine, ita & re non multum differunt, & qui diſcrimen non fugit, facilè crimen incurrit, in hoc enim verbo *diſcrimen* crimen includitur, proinde niſi *diſcrimen* declinetur, *crimen* non evitatur: affinia ſunt etiam hæc alia duo verba *occaſio*, & *occaſus*, quia occaſio peccandi occaſus pleromque eſt animæ peccantis; voluptas carni eblanditur, ſed ſpiritum interimit; propinat corpori melleam dulcedinem, & animæ felleam amaritudinem, quâ infecta miſerè perit. 40.

Scimus, Attalum Philoſophum cùm Spartæ degeret, quæ à fluvio interfluente duas ſecatur in partes, nunquam voluiſſe flumen trajicere: aiebat enim terram fuiſſe à Deo propter homines conditam, aërem datum volatilibus, & aquam piſcibus: & cùm piſces aquas non deſerant, nec aves aërem; noluit ipſe aquæ ſe immiſcere. Ne quis in mari pereat, pericula declinat maris. Qui ſapit non vult ſuam in periculo virtutem periclitari: eſt enim vulgata parœmia: *feliciſſimus teſſerarum jactus eſt, eas non jacere:* quoties periculo quis ſe exponit peccandi, aleam jacit, quâ ſæpe animæ fit jactura. Fugienti hujuſmodi occa- 41.

ſiones fuga non datur probro, ſed laudi, quia eſt fuga, quæ vincit concupiſcentias, & pravos affectus. *Nemo diu tutus eſt periculo proximus*, ait D. Cyprianus; *nec evadere diabolum ſervus Dei poterit, qui Diaboli laqueis implicatur:* ſi quiſpiam exoptat indemnem cuſtodire pudicitiam non ſe fœminarum colloquijs immiſceat. Rex Cotis quia eſſet ad iracundiam valdè proclivis cùm ſibi offerrentur in donum, & obſequium plurima vaſa vitrea miro, & eleganti artificio elaborata, omnia uno ictu, ictûque confregit, quò ſimul plures occaſiones iraſcendi ſibi præcideret; verebatur, ne iraſcendi occaſio ex vitri fragilitate eſſet ſuboritura, ſi fortè aliquis ex famulis unum ex vitris illis fregiſſet, vel ex negligentia è manibus dilapſum collideretur.

43. Hinc monet Syracides Eccleſ. 17. v. 23. *Nimis odito execrationem*, hæc autem nimietas, ſeu exceſſus odij nihil aliud eſt, quàm non ſolùm ſcelus, ſed etiam occaſionem ſceleris odiſſe, ac fugiſſe: tunc dicitur quiſpiam nimis odiſſe cùm peccandi occaſiones ſuſtulerit, & præſertim in cultura caſtitatis, in caſtris pudicitiæ, cujus conflictus ſunt duriores, ac majoribus obnoxij periculis; & ubi pugna eſt quotidiana, & victoria rara; ubi caſtitas inimicum ſortitur, cui adnectitur, & à quo quotidie ad pugnam provocatur, & plerumque vincit, & non timetur, ſed de ejus victoriis lætitia potiùs concipitur: tunc ille decipitur; qui de proprio lætatur exitio. Nemo igitur ſe falſa ſecuritate decipiat, nemo de ſuis viribus præſumat. DEUM ſibi præſentem cogitet, & ita incedat, ut Deum intuentem omnes actus habeat præſentem: ſiquidem timor Dei hominem manuducit, paſſiones elimat, pravos affectus compeſcit, concupiſcentias fœdas excutit, & mentem refingit ad normam virtutis.

§. V.

Divinæ præſentiæ ſolers cogitatio ſplendida eſt cynoſura, cujus ope hujus fluctuantis vitæ trajicientes pelagum, naufragium, quod timemus, cavemus.

42. Geneſ 6. v. 9. NOë dicitur inveniſſe gratiam coram Domino, virtutum culturâ floruiſſe, juſtitiæ claruiſſe decore. *Noë vir juſtus, atque perfectus fuit in generationibus ſuis*. Si cauſam quæris, cur omni fuerit virtutum ornatu inſignitus, non aliam credas fuiſſe, niſi quia DEUM cogitavit ſibi ſemper præſentem, greſſus omnes obſervantem, & cogitationes ſingulas intuentem; ſubdit ſcriptura: *Cùm DEO ambulavit:* hoc eſt DEO ſibi præſente; quia DEUM ſemper cogitavit ſibi præſentem, toto vitæ decurſu perfectus in ſuis fuit Noë

Ibidem.

actionibus, ac præ omnibus ſuis ævi DEO placuit: *Noë vir juſtus atque perfectus fuit in generationibus ſuis, cum DEO ambulavit*, quaſi dicat, ideo Noëmus ſupremarum cultura virtutum effloruit, ideo juſtitiam excoluit, & faſtigium attigit perfectionis, quia ſeriò cogitavit DEUM ſemper in quovis loco, omni momento ſibi præſentem, ac omnes ſuas actiones intuentem; In omni igitur opere ſuo cautiſſimus fuit, nil geſſit, nil cogitavit, quod poſſet DEO diſplicere; ideóque religiosè ſemper inceſſit, fuitque DEO, Deique voluntati per omnia ſemper conſentiens, ut notat Pererius expendens præfata Geneſis verba inquiens: *Cùm DEO ambulavit, id eſt, ſemper erat paratus, expeditus, & intentus ad omnia DEI mandata, & juſſa promptè, & alacriter exequenda, ut ſolent eſſe miniſtri, & ſervi in conſpectu Dominorum ſuorum.*

Cauſa igitur, cur Noëmus faſtigium attigerit perfectionis non alia fuit, niſi quia cogitavit DEUM ſibi præſentem, & omnes ſuas actiones, & cogitationes intuentem: fuit hæc cogitatio divinæ præſentiæ ſplendida cynoſura, cujus ope trajiciens hujus fluctuantis vitæ pelagum, portum æternæ tranquillitatis appulit: fuit prælucens fax, cujus ſplendore perfuſus, quà eſſet rectâ cundum vidit, & pericula omnia feliciter declinavit: fuit dux, quo nonniſi per ſemitas virtutum inceſſit æmulus Seraphinorum, qui apud Iſaiam Numinis Throno adſtant, ſimúlque volant; ne præſentia adſtandi, merito deſtituerentur operis exequendi per volatum adumbrati: non enim Noëmus ſibi tantùm DEUM præſentem cogitavit, ſed etiam cum Deo ambulavit, hoc eſt rectè ſemper inceſſit, & fuit divina mandata diligenter executus; qui enim cùm DEO ambulat, is non ſolùm DEUM cogitat ſibi præſentem, ſed etiam omnia DEI mandata exequitur; nil agit, nec cogitat, quod DEO diſpliceat, & inter homines angelicam ducit vitam, & degens in terris, cum Angelis converſatur in cœlis: talis fuit Apoſtolus Paulus, qui ad Philippenſes ſcribit: *Noſtra converſatio in cœlis eſt: unde Salvatorem expectamus Dominum JESUM CHRISTUM*, ubi Tertullianus de corona militis priora Apoſtoli verba, *Noſtra converſatio* legit *noſter municipatus*, ac ſi per converſationem, quâ DEUM cœli præſentem habemus, coloniam duxerimus in cœlum, cujus cives ſumus, & inde in mundo exules, & peregrini à cœlo, ut præfata verba Apoſtoli expendit D. Gregorius inquiens: *Sicut domus exterioris converſationis eſt ædificium, quo inhabitat corpus, ita domus noſtræ cogitationis eſt res qualibet, quam per dilectionem inhabitat animus. Unde Paulus qui ſupernis cor fixerat, in terra quidem poſitus,*

44 (right margin, beside "Cauſa igitur")

3. v. 20. (right margin)

Lib. 2. moral. cap. 31. (right margin)

ſed

ſed tamen à terra extraneus dicebat, noſtra converſatio in cœlis eſt.

45. Eſt igitur Deus converſatio ambulantis coram illo, & cogitantis DEUM ſemper ſibi præſentem; fit enim mens cogitantis DEUM ſibi præſentem cœlum quemadmodum ipſum ob virtutum ornamenta; ſicut enim in cœlis rutilant ſydera; ita & in mente ſplendent virtutes, in quo ſenſu dixit S. Ephræm: *Si ſemper Dei memineris, cœlum mens tua fiet*, qui enim DEUM in memoria aſſiduè præſentem habet, mentem ſuam cœlum efficit, dicitúrque propterea ejus converſatio in cœlis eſſe, in quo ſenſu rectè dixit Apoſtolus: *Noſtra converſatio in cœlis eſt.* Sine Deo nemo eſt culturæ virtutum addictus, neque mens bona; eſt enim Deus bonorum omnium ſcaturigo, quæ è fonte illius recordationis, ac mentalis præſentiæ abundè exiliunt. Sparſa ſunt in animis noſtris divina ſemina, quæ ſi virtutum cultor de Numinis præſentia probè excipit, ſimilia prodeunt origini, ſurgúntque paria his, ex quibus orta ſunt: eſt mentalis Dei præſentia, quæ homini bona ſuggerit conſilia, probos excitat affectus, charitatem fovet, religionem promovet, juſtitiam colit, & per exercitia, & incrementa virtutum ad apicem manuducit ſanctitatis. Qui igitur mente præſentem ſibi Deum habere negligit, omnium ſibi virtutum ornatum invidet.

rm. paræn. 1 advent. Domini

46. Teſtatur Iſaias, vidiſſe Deum ſedentem ſuper ſolium excelſum, ac elevatum, ad omnem compactum majeſtatem, & quæ ſub ipſo erant templum repleviſſe: *Seraphin ſtabant ſuper illud: ſex alæ uni, & ſex alæ alteri.* Seraphini hebraicè idem ſonant, ac ardentes, & incendentes, eò quia ſint Spiritus puriſſimi, à quavis macula defœcati pervigiles, agillimi, ac ſplendentes inſtar ignis ob charitatis ardorem: & quamvis hæc omnia reliquis ſint etiam Angelis communia ſpecialiùs tamen congruunt Seraphinis, qui Deo proximi lucis, ac ignis divini illuſtrationem, & ardorem immediatè excipiunt, & & perfectiori quodam modo, ut docet D. Dionyſius *de cœleſti Hierarchia*, cui S. Chryſoſtomus aſſentitur: verùm D. Petrus Damianus per hos duos Seraphinos Deo adſtantes interpretatur Angelum, & hominem, inquiens: *Duo Seraphini Angelum, & hominem accipe. Qui incendentes, & ardentes dicuntur; cùm ille ardeat præſentiâ, hic memoriâ:* nimirum Angelus ardet præſentiâ Dei; & homo Dei præſentis memoriâ, & uterque Seraphinus vocatur, quia homo cogitans Deum ſibi præſentem, ita mores componit, actiones dirigit, virtutes excolit, charitate ardet, ut Seraphinos æmuletur, & ſicut Seraphin ardet Dei præſentiâ; ita homo Dei præſentis memoriâ.

Iſaiæ 6. v.2.

Homil. 64. ad popul.

Serm. 53.

47. Quàm proficua, & utilis eſt homini cogitatio Dei ſibi præſentis, qua in Seraphinum mutatur; & homo tam diſpar naturæ dotibus, & gratiæ merito ſublimioribus pariatur Angelis: quamvis ſit ex cœno compactus, corpore craſſitie gravatus; naturam tamen induit angelicam; fitque ſaltem æmulatione Seraphin, qui ſi ardet præſentiâ; homo Dei memoriâ exardet; & quod beata Dei præſentia in cœlis præſtat Angelo; hoc continua Dei præſentis recordatio exhibet in terris homini. Pergit Iſaias, & voces Seraphinorum clamantium referens ait: *Et clamabant alter ad alterum: Sanctus, ſanctus ſanctus Dominus Deus exercituum: plena eſt omnis terra gloriâ ejus.* Sed cur non potius cœlum empyreum, quod ſedes eſt Beatorum, dicitur plenum gloriâ ejus; quàm terra, quæ hominum, & ferarum tum cicurum, tum ſylveſtrium eſt habitatio? Si Deus in cœlo profuſâ largitate gloriæ ſuæ divitias Beatorum mentibus impertitur, quarum nondum fiunt compotes, qui in terris homines tegunt, cur terra potiùs, quàm cœlum dicitur plena gloria Dei? quia nimirum, ait Origenes: *Anima ſancta plena eſt gloria Dei, cum omnia, quæ agit, & patitur, referat ad laudem, & gloriam Dei.*

Iſaia 6. v.3.

Homil. 4.

Eſt igitur terra dives Numinis gloriâ, cum juſti agunt, vel patiuntur, ad uberius Dei gloriæ extrinſecæ incrementum; & nil niſi Deum intendit, quod propriũ eſt juſtorũ, quod Noëtica adumbrat columba ad Noë regreſſa Genes. c. 8. *Emiſit quoque columbam. Quæ cum non inveniſſet ubi requieſceret pes ejus, reverſa eſt ad eum in arcam.* Non in arcam reverſa dicitur, ſed ad Noë; quò inde conjiceremus, columbam non eſcas, aut tectum expetiiſſe, ſed ipſum Noë; ac ſi diceret, licèt patens feneſtra ad Arcam me invitet; non tamen arcam quæro, ſed Noë, ejúſque manum expoſco; quia Noëmo ſi adhæſero; ejúſque præſentia ſi fruar, tuta ero; neque aquarum expaveſcam eluvionem: commune terræ naufragium evaſit columba ex Noëmi præſentiâ, non Arcæ præſidio; quia hæc Noëmo deſtituta impegiſſet in montium ſcopulos, & naufraga periiſſet: hine tenitente mundo ad Noëmum regreſſa eſt. Non ita redux ad Noëmum fuit dimiſſus corvus; quia in arca manſit non fruiturus Noëmi præſentiâ, ſed inhæſurus tecto Arcæ. Dimiſit corvum ut montium faſtigia luſtraret, num emerſa ex aquis viderentur; ſed cum delectetur corvus ſordibus, veſcatúrque cadaveribus, quæ tunc aquis innatabant, non eſt ampliùs reverſus; quia non ut columba Noëmi delectabatur præſentiâ; ſed cadaverum inhiabat fœditatibus. Qui Dei præſentiæ innituntur morum candore, ac vitæ innocentiâ columbam æmulantur mundi ſcelera fugientem. Quibus autem Dei præſentis recordatio è mente excidit corvum ſequuntur cadaverum, ſeu noxarum inhærentem fœditatibus. Deperditus eſt corvus, qui naufragarẽ cum pereunte mundo maluit, quàm ad arcam reverti; nimirum nigricanti corvo tolerabilius fuit mundi naufragium, quàm arcæ præſidium. Quamvis corvus aleretur in

48.

Digitized by Google

arca, maluit tamen jactari inter fluctus, ſordibus malè ſatur, quàm in arcam jejunus regredi, & eſcis ſaginari à quavis impuritate defœcatis.

49. Qui morum nigredine corvos imitantur, hi malunt cæpis in mundi Ægyptiaco famulitio enutriri, ac allijs, quàm ſaturari ſiligine in Domo Dei. Hanc domum Noëtica præſignat Arca, in qua animalia quæque uni ſubjiciebantur Noëmo, & cum agno lupus, cum urſo leo, cum accipitre columba cubabant; non enim rapaces belluæ, prædabantur, ſed pacificè nutriebantur, & omnes Noëmi præſentiâ delectabantur. Sunt homines in mundo perinde ac in arca fluctib⁹ exagitata decumanis, hi rectè incedunt, qui Deo hujus arcæ gubernatori ſubſunt, & ejus præceptis, conſilijsque obſequuntur; hi ambulantes coram Deo terram replent ejus gloriâ, ut ſcitè obſervat D. Petrus Damianus Serm. 53. ubi expendens verba Iſaiæ 6. v. 3. *Plena eſt omnis terra gloria ejus*, ait ad rem noſtram. *Et quomodo nunc poſt hanc ejus, elevationem aſſerit Propheta, omnem terram majeſtate ejus eſſe repletam? ſed cum dicit plenam majeſtate, intelligit dicere majeſtatis cognitione.* Dicitur terra quamvis cœnoſa, ſordibus ſcatens, fœditatibus deturpata plena Dei majeſtate, & gloria; cum Numinis præſentia hominis obverſatur cogitationi; adeo eſt divinarum fœta perfectionum hæc Dei nobis præſentis recordatio, ut terram repleat Numinis gloriâ, quaſi quoddam ſit divinitatis ſpeculum, è cujus terſa ſuperficie Majeſtas Dei reflectatur in terram, cujus repleat vacuitatem, & abigat fœditatem; quoties humanæ menti Dei præſentis memoria obverſatur, toties Dei gloriâ, & majeſtate oppletur; fitque mens humana divinæ gloriæ Thronus, & ſolium divinæ majeſtatis. Hinc David modulatè occinit: Pſalm. 76. *Memor fui Dei, & delectatus ſum, & exercitatus ſum, & defecit ſpiritus meus.*

50. Tametſi David ita ærumnis exercitaretur, anguſtijs premeretur adverſitatibus agitaretur, ut deficeret ſpiritu, ac deliquium in corde pateretur; nihilominus lætabatur inter ærumnas, gaudebat in adverſitatibus; & inter anguſtias dilatabatur cordis lætitiâ; ſed quid cauſæ, quòd David malacia in procellis, ſerenitate in turbine, ſplendore in tenebris, flore in ſpinis frueretur? quia ſcilicet ejus memoriæ Deus præſens objiciebatur; proinde Dei gloria, & majeſtas illius menti obverſabatur; cujus nitore caligines omnes mœroris excuſſæ evaneſcebant: appoſitè D. Auguſtinus expendens præfata Davidis verba ait: In Pſal. 76. *Percuſſus ergo ſcandalis abundantibus, quaſi multis vulneribus, clauſit ſe contra humanam conſolationem, & negavit conſolari animam ipſius. Et unde vita! unde reſpiratio? Memor fui Dei, & delectatus ſum.* Dei præſentis recordatio non ſolùm Davidem lætitiâ perfuderat, ſed etiam reſpirationem ab ærumnis, & vitam refuderat. Ecce ex Dei recordatione, veluti pellucido fonte rivuli ſcaturiunt conſolationum, ac reſpirationum; quia excutiendis mœroribus nullum remedium aptius ipsâ Dei præſentis cogitatione, hæc enim animam lætitiâ opplet, & mentem vero gaudio perfundit, quin & vitam ipſam largiter refundit; ita eſt, vitam haurit Dei memoria, quam inerſ oblivio deſidioſè exſpuit. Væ illi, qui à Dei cultu, à Numinis recordatione ſe ſubtrahit, is cum Caino vagus, & profugus neceſſe eſt mortem timeat: *egreſſúsque Cain à facie Domini, habitavit profugus in terra*: Geneſ. 4. v. 16. ideo in terra profugus, quia à facie Dei ſubductus; ideo per mortis umbras diſcurrit, quia vitæ, ſeu Dei præſentis nitores à ſe excuſſerat.

51. Cum primùm Adam Dei vultum refugit, non ampliùs luce fruitur, ſed umbras, ac tenebras quærit latitans inter arbuſta. Peccavit Adam gulæ irritamento, deliquit Cain fraterni odij incitamento, uterque à facie Dei ſe ſubduxit; latuit ille inter arbuſta; habitavit iſte profugus in terra. An non Gula, & odium Dei deſiderium excutiunt? utrumque vitium à Dei præſencia ſe ſubtrahit, quia neutrum Deum fontem vivum ſitit. Invenimus ambitionem, cupiditatem, libidinem adſtare Deo, eúmque ſitire: ex ijs verò qui vel fratrem oderunt, vel gulæ ſunt illecebris addicti, nullum reperimus vultum Dei ſitientem. Superbivit temerè Phariſæus, ſed preces Numini fudit: intumuit futili, vanóque faſtu Herodes, ſed Chriſtum videre optavit: ſorduit avaritiæ cœno Zacheus; ſed Chriſtum ſpectaturus, eúmque præſentem intuiturus ſicomorum aſcendit, præcelſæ arbori inſedit, ne circumſtantes ei forent impedimento, & corporis puſillitatem ſuppleret plantæ proceritate: Adultera recedentibus omnibus à Chriſto, cum Chriſto perſtat, ac veniam promeretur: mœchatus fuerat David, ſed æſtu intenſiore Deum ſitivit: ſecus Eſau quia ex odio Abelem fratrem cruenta cæde interemit, nunquam legitur ante Deum procubuiſſe, è cujus facie duplici ſe vitio ſubduxerat gulæ, & odij. Vix qui gulæ indulget Dei præſentiâ fruitur. Nullus Dei præſentiam avidiùs ſuijt, ſicut Joannes; ſed nullus fuit eò abſtinentior. Jejunavit Elias, & ideo Deum vidit; jejunavit Moyſes, & Dei vultu recreatus, cœli beatitatem prægullavit in terris; & Enoch Dei præſentiâ manuducente ſublimatur in cœlum; ambulavit coram Deo, & evolavit ab hominibus ſegregatus: *Ambulavitque cum Deo, & non apparuit: quia tulit eum Deus.* Geneſ. 5. v. 24.

52. Elias itidem quia Deum cogitavit ſibi præſentem, nunquam à recto deflexit virtutum tramite; & in cœlum pariter rapitur. Progreſſus cum Eliſæo diſcipulo ad Jordanis litora, ubi nulla aderat pontis ſtructura, nulla rates, quâ fluvium trajiceret, pallio ex villoſa pelle hirſuto fluminis undas diviſit, ſiccóque pede per medium tranſivit cum comite, quem diſciplinæ ſuæ ſucceſſorem conſtituerat; eique optionem fecit poſtulandi quidquid luberet in amicitiæ teſſeram, opémque rectè impoſiti ſibi oneris adminiſtrandi. Petijt tunc Eliſæus, duplicem ſibi ſpiritum dari miraculorum, & prophetiæ; cum ſermones ſimul miſcent ò

ſum-

ſummo cœlo nubes deorſum ruit in currûs, equorúmque igneorum ſpecimen efficta, quæ inter utrumque ſuper terram diſcurrens, Eliam rapuit, ventúsque de repente excitatus Eliam cum curru, equíſque ſuſtulit, longiúsque abſtulit ab Eliſæo, ultimum magiſtro ſoo vale acclamante. Ita tamen fuit Elias raptus, ut cum Enocho ſit ad homines rediturus in mundi fonere; ambo interim in ſecreto quodam aëris, amœnóque ſeceſſu, quem ſacer textus cœlum vocat, vitam degunt tranquillam, jugíque Dei contemplatione felicem. Qui igitur in terris dum viveret, cum Deo ambulavit, ſummas excoluit virtutes, præter naturæ ordinem factus eſt paradiſi colonus, & immortalitatis in mortali corpore candidatus.

53. Elias Thesbites in veſte cilicina, in neglecto corporis culto, in horrido capilitio, in prophetico pallio, in melote, zonáque pellicea à Dei ſibi præſentis recordatione nunquam excidit; ideóque mundi tenebras divinarum illuſtrationum copiá efficiebat illuſtres; informe, olidúmque antrum rigavit lachrymis, & ibi virtutũ germinârunt flores. Ibi ſpiritum fervoris Vates hauſit, ubi decem Tribus ſacrilegas impietatis reas duorum, & quadraginta menſium ſterilitate tellus afflixit. Ibi penuaria opplevit in domo viduæ Sarephtanæ, ubi modicum acceperat obſonij fami depellendæ exhibiti, eleganter Eucherius de liberalitate mulieris Sarephtanæ ait. *Facta igitur eſt manus viduæ perenne torcular, & mola jugiter fundens. Et quid dico mulieris manum? in verbo prophetæ tota domus viduæ piorum cellarium facta eſt. Non imbres, non pluvia, non veris aura, non calidi ſoles, non nimbus neceſſarius, non aratrum, non agricola, non colonus, ſed omnia, & in omnibus ſermo prophetæ affatim viduæ miniſtrabat; paſcentem ſe fœminam pavit Elias.*

54. Quia igitur Enoch, & Elias in cunctis vijs ſuis Deum ſemper ſibi præſentem, omnésque ſuos actus intuentem cogitârunt, nunquam à ſemita declinârunt virtutis, & ambo ab hominibus ſejuncti rapti ſunt; de Elia ait ſacer textus lib. 4. Reg. c. 2. *Aſcendit Elias per turbinem in cœlum* De Enoch Eccleſ. 44. *Enoch placuit Deo, & tranſlatus eſt in paradiſum.* Quærunt ſacri Interpretes, qualisnam fuerit locus, in quem fuêre tranſlati. Plures apud Cornelium à Lapide arbitrantur cum S. Ambroſio, eos fuiſſe tranſlatos inter Cœlites. Alij cum S. Thoma cenſent, eos in paradiſum terreſtrem raptos fuiſſe. Multi credunt, eos ſolo Dei, & Angelorum conſortio frui. Plurimi cum D. Chryſoſtomo aſſerunt, incertum eſſe locum hunc; certum tamen eſſe, eos raptos fuiſſe, & vitæ eſſe reſtituendos, ac mortem pro Deo ſubeundos; cum id ſacra pagina teſtetur.

In lib. 4. Reg. cap. 2.

X o X

§. VI.

Si à Dei timore non manuducto Dei præſentis memoria excidat, perrat, necémque incurrit.

QUamvis Deus adſit omnibus, ſitque cum unoquóque, non tamen ſunt omnes cum Deo, ideóque licèt Deus ſit ipſis præſens, quia tamen non ſunt ipſi Deo præſentes, non rectè incedunt, ſed perversè procedunt pravis ſuis indulgentes affectibus. Genuit Abrahamus, cum jam centeſimum ageret ætatis annum ex Sara uxore filium, qui ab inexpectata lætitia Iſaacus vocatus fuit, quod nomen riſum ſignificat: Sara nacta occaſionem, Agarem, ejúſque filium Iſmaëlem domo expulit, ne contenderet Iſmaël cum Iſaaco de jure primogenituræ, quia licèt ille eſſet natu major, quia tamen ex Agare ancilla genitus, debuit jura hæc Iſaaco cedere, cui debebantur, eò quia ex legitima fuiſſet uxore Abrahami natus. Abrahamus Deo, & Saræ uxori obtemperaturus, Agarem ancillam cum filio Iſmaële domo eliminavit, pane duntaxat inſtructos, & aqua; licèt curam, ut par erat, eorum non deponeret: ſiquidem neceſſaria jiſdem à diſceſſu ſuppeditavit in ſolitudine degentibus. *Quæ cum abijſſet, errabat in ſolitudine Berſabeæ*, verùm in locis ſolitarijs oberrantibus vires æquè defecerunt, ac penus, & præſertim aqua: cúmque Iſmaël ſitis æſtu exardeſceret, ſimul & toto corpore langueſceret, Agar ſubter arborem eum abjecit, excuſſit tamen ſuprema neceſſitas æquè à matre, ac filio lachrymas. *Cumque conſumpta eſſet aqua in utre abjecit puerum ſubter unam arborem, quæ ibi erat. Dixit enim, non videbo puerum morientem, & ſedens contra levavit vocem ſuam, & flevit.* Nimirum dimiſſus è domo Abrahæ egere incipit Iſmaël, & emori. Dimiſſa Agar non urbes adjit, ſed errare cœpit per prærupta deſerti, ac ſterilia ſolitudinis: quoties à Dei abſcedimus præſentia, quoties è domo egredimur Chriſti, craſsè erramus, & mortem incurrimus. 55.

Genes. cap. 21.

Ibidem.

Quòd ſi dicas, poſſe homines vivere extra tabernacula Abrahæ, & procul ab Abrahamo; non tamen id evenit filijs Abrahæ; cum Iſmaël vix dimiſſus è domo patris emoriatur, ſiti fermè extinctus ſubter arborem. Si diſceſſerimus è Dei præſentia, errabimus illicò, & peribimus, & necem incurremus. Neque fidendum eſt annonæ ſpirituali, quam quis ex cultura virtutum ſecum detulit, cùm & Iſmaël inſtructus pane, & aqua, dimiſſus è tabernaculo Abrahæ poſt varios in ſolitudine errores deficiente penu defecerit, & ipſe: erravit procul è præſentia Abrahami in deſerto, & perjiſſet, neque ullas à matre ſuppetias obtinuit, cum Agar eum abjecerit ſubter unam arborem. Væ morienti 56.

procul à Dei præſentia, à Numinis recordatione. Abjicitur à matre filius, in morte non confortatur. Quamdiu ſpes vitæ affulſit, Agar Iſmaëlem fovit, ſed cùm primùm deficere incepit, eum ſubter arborem dejecit. Non potuit tamen ſe mater à fletu temperare. *Non videbo puerum morientem, & ſedens, contra levavit vocem ſuam, & flevit. Exaudivit autem Deus vocem pueri.* Lachrymas fudit Agar, & preces ab Iſmaële Deo effuſæ exauditæ ſunt; nimirum quia luget mater, exauditur filius: grandis enim, & efficax eſt vox afflictionis, ſimul, & orationis. Audivit Deus non ſolùm lachrymas Agaris; ſed & preces Iſmaëlis: & æſtus ſitis, ac ærumnæ, quibus premebatur, Deum fle-
Geneſ. 21. xerunt in vota orantis. *Surge, tolle puerum, & tene manum illius, quia in gentem magnam faciam eum.*

57. Quid? quòd juſſus fuerit Angelus è ſummo cœlo in imum terrenæ ſolitudinis deſcendere felicitatem ſitienti, ac fermè morienti nuntiaturus Iſmaëli? quænam fuit tanta felicitas? ex qua nonniſi portenta prodière, nonniſi diſſidia emersère? ſiquidem rebellavit à Deo Iſmaël, & Iſraëli Dei populo facti ſunt Iſmaëlitæ infeſtiſſimi adverſarij: nimirum hi ſunt terrenæ felicitatis fructus venenati, qui nonniſi neces, cruentas clades, ac lethalia à Dei præſentia, & gratia ſecum trahunt divortia. Errant, falluntque putantes procul à domo Abrahæ, à Numinis recordatione poſſe fortunas ſuas exaugeri. Quamvis felicitas è cœlo cultore Angelo in terris ſeratur, adhuc tuta non eſt, vel ſi germinat, nonniſi ferales dat fructus. Mirum tamen quòd Angelus non Iſmaëli clamanti, ſed Agari illachrymanti pueri prædixerit felicitatem. Si puerum exaudivit, cur matrem cœleſtis Nuntius alloquitur, eíque felicitatem nuntiat, ac ſalientem indicat fontem? *Exaudivit Deus vocem pueri de loco, in quo eſt.* Nimirum voluit Deus vitam quidem Iſmaëli ſuppeditare, & ejus exaudire fuſas preces, ſed nonniſi per matrem illachrymantem, quo diſcant filij parentes colere; cum Deus licèt filij exaudiat preces, non tamen ſine parente. Indicavit enim Deus Agari puteum aquæ, cujus frigidis, ac pellucidis laticibus ſuam Iſmaël ſitim extingueret, vires reficeret, & utrem impleret; id tamen nonniſi per
Geneſ. cap. miniſterium Agaris parentis. *Aperuítque*
21. *oculos ejus Deus: quæ videns puteum aquæ abjit, & implevit utrem, dedítque puero bibere.* Quàm aliena Dei beneficia ſunt à mundi faſtu, cum hæc nonniſi à matre plorante, filio ſuppeditentur languenti! flenti Agari apparuit Angelus, lachrymas exſiccaturus, & ſolatium allaturus, ſed nil aſſeruit, quo eam ſibi devinciret: affirmavit non matrem, ſed filium audiviſſe; fontem aperuit, quem tamen non demonſtravit: tunc enim Agaris oculis fons fuit obverſatus, poſtquam Angelus evanuit. *A-*
peruítque oculos ejus Deus, quæ videns puteum Ibidem.
aquæ abjit, & implevit utrem, dedítque puero bibere.

Non aperuit Deus fontem, ſed Agaris oculos, ut fontem videret: nimirum fuit 58.
fons aquæ juxta Agarem, ſed non fuit Agar juxta fontem, cum debuerit Deus oculos ejus aperire, ut puteum aquæ videret: plerumque non ſumus Deo præſentes, quamvis ſit Deus nobis præſens, & ideo egemus, & ærumnis premimur, quia Dei præſentis recordationem excuſſimus; Agaris lachrymæ undas detexère, quas vidit: hauriremus, & nos aquas veri ſolatij, ſi Dei vocem audiremus, & cogitatione ab ejus præſentia nunquam nos ſubduceremus; ideo turbamur, ſitimus, & anguſtijs premimur, neque Dei ſolatia experimur, quia Deum nobis præſentem mente non cogitamus, & quamvis ſit ipſe nobis præſens, non tamen ſumus nos ipſi præſentes, ideo affligimur, erramus, in hujus vitæ eremo, deficimus, & morimur. Sed cur Deus ſiti Iſmaëlis ſolatium in eremo allaturus, non potiùs voluit pellucidos aquæ latices è fonte cavæ rupis ſcaturire, quàm in fundo ſtagnare prææalti putei. *Quæ videns* Geneſ. 21.
puteum aquæ abjit, & implevit utrem, dedítque puero bibere. An quia procul à domo Abrahæ nil gratuitum eſt ſine labore? vult Deus ſua nobis impertiri beneficia, ſi *procul* ab ipſo diſceſſimus, ſed noſtros etiam exigit labores, noſtróſque expoſcit fletus, quibus reſipiſcamus: & ſi procul ab ipſo erravimus in ſolitudine, lachrymis, quas contraximus, ſordes eluamus, & Dei præſentis manuducti recta incedamus ad fontem Salvatoris.

Conjungenda eſt hominis langueſcentis 59.
induſtria, cùm gratia Dei miſerentis; cujus aqua præſto eſt, ſed in puteo; hanc nonniſi labore haurimus; & ſitim, quâ angimur, ſudore extinguimus. In puteo voluit Deus aquam ſtagnare opportunam Iſmaëlis *ſiti* extinguendæ; non è fonte prærupti ſaxi, vel è gremio extimo telluris ſcaturire, ne ſine *labore* cœleſtia ſuſcipiantur beneficia, quia ſi Deus venit ad nos, quatenus ſuâ nos prævenit gratiâ; debemus & nos ipſi obviare, ad eum accedere per veram cordis reſipiſcentiam; aqua nobis exhibetur, & quidem viva, ac indeficiens ſiti extinguendæ peridonea: ſed oculis uti debemus, quibus Dei fruamur beneficentiâ: *aperuítque oculos ejus Deus,* Ibidem.
quæ videns puteum aquæ abjit, & implevit utrem, dedítque puero bibere, priùs Agaris oculos aperuit Deus, ſed Agar apertis oculis ad puteum acceſſit, latices exploravit, utrem implevit, & poſt hos labores hauſtum aquæ ſitienti exhibuit Iſmaëli, non dicitur fons apertus, ſed dicuntur aperti Agaris oculi: quia puteus ſemper adeſt, quatenus Deus nobis ſemper eſt præſens; ſed nos aquam non haurimus, quia recordatione, & oculis mentis Deo præſentes non ſumus; ultrò nobis unda in puteo ſcatet, neque effodienda tellus eſt, ſed oculi aperiendi, ſeu cogita-

tiones excitandæ, quibus Deum nobis præſentem videamus; eiſque præſentes ſimus, ſicut & ipſe eſt nobis præſens: aqua nobis exhibita noſtram uou extinguit ſitim, neque nos reficit: niſi fontem aquæ vivæ adeamus, ſeu niſi Deo adhæreamus, nobíſque cogitatione ſemper præſentem conſtituamus; niſi priùs reſipiſcamus.

60. Moyſes antequam è petra aquarum latices eliceret, populum increpuit, virgam movit, & ſilicem percuſſit; & poſtea unda è ſaxo bis percuſſo erupit. Sed licèt non defuerit aqua Ismaëli; defuit tamen ipſe fonti aquæ vivæ, cui non adhæſit, maluitque habitare in deſerto, & uxorem habere
Genes. 21. Ægyptiam. *Habitavitque in deſerto Pharam, & accepit illi mater ſua uxorem de terra Ægypti.* Non potuit Ismaël procul à domo abeſſe Abrahæ, quin Ægyptiæ conjungeretur, & quamvis non deſcendiſſet in Ægyptum, ad ipſum tamen aſcendiſſet Ægyptus. Et nos non poſſumus à Dei præſentis abeſſe recordatione, quin mundanis curis implicemur, & vitijs inficiamur; qui procul à numinis abeſt præſentia, ejúſque excutit recordationem, Ægyptiam non ſolùm cum Ismaële videt, ſed etiam amat, deperit, fitque cum illa una caro. Ad id devenit Ismaël, poſtquam Deus fuerat cum
Genes. 21. illo. *Et fuit cum eo*, ſeu ut habet textus hebræus. *Et fuit Deus cum puero, & crevit, & habitavit in deſerto.* Quid? quòd cum Deus fuerit cum Ismaële, hic tamen procul ab urbe, aquâ angelico prodigio eductâ refectus, & enutritus, adhuc ita deſipuit, ut Ægyptiam deſponſaverit, ſagittarius fuerit, & Ismaelitas genuerit? quia ſcilicet procul à domo Abrahæ erravit in ſolitudine: & nos, ſi à Dei recordatione procul abſumus, Ægyptiam deſponſamus, mundi voluptatibus indulgemus, Dei obliti & ejus beneficiorum immemores.

61. Tot bona, & ſuſcepta beneficia non profuêre Ismaeli profugo à domo Abrahæ; & nobis non proſunt, quæ nobis fuit Deus ſua munera elargitus; ſi ejus recordationem excutimus, & procul ab ejus præſentia nos ſubducimus, licèt ubique ſit nobis Deus præſens, non tamen ubique ſumus nos Deo præſentes: æquè Ismael, ac Joannes Baptiſta dicuntur in eremo pueri fuiſſe, imò ſi cum Joanne fuit manus Domini in deſerto, cum Ismaele fuit tota Dei Majeſtas. Illum locuſtæ paverunt, prandium illi apparârunt, obſonia exhibuerunt; huic ſitienti Angelus frigidos latices oſtendit, ac ſiti deficienti ſolatium attulit. Verùm licèt uterque deſertum incoluerit, Deíque favoribus fuerit cumulatus, alter tamen Joannes Baptiſta; & alter Ismael evaſit: ille pœnitentiam prædicavit; iſte ſcelera propagavit: ille virginitatem propugnavit; iſte virtutem expugnavit: ille caſtitatem excoluit; iſte mulieri Ægyptiæ fuit fœdè immiſtus: ille viam ſalutis in deſerto monſtravit; hic ſemitas perditionis adaperuit: ille in deſerto virtutum flores coluit, & legit; iſte noxarum ſpinas demeſſuit, quibus vulnera innocentiæ, ac virtuti infligeret. Sed unde tantum diſcrimen in tanta educatorum paritate? an quia cum Ismaele mater affuit in eremo; & Joannes procul vixit à parentibus? adeo noxium eſt parentum contubernium, ut educatus in eremo puer à Deo evaſerit Ismael, ſeu nequam, quia cum Agare parente habitaverit. *Et fuit Deus cum puero, & crevit, & habitavit in deſerto, & fuit jaculator, ſagittarius.* Ibidem.

Nil profuit Ismali Deum fuiſſe cum ipſo, quare? quia Ismael in deſerto non fuit cum Deo, ſed Ægyptiæ fœminæ adhæſit, eique fœdè ſe immiſcuit: quia licèt fuerit Deus in deſerto Ismaeli præſens, à Dei tamen præſentia ſe Ismael ſubduxit, quo ſagittis ejaculandis aſſueſceret: *& habitavit in deſerto, & fuit jaculator ſagittarius.* Quid ni? ad hanc addiſcendam artem ſatis erat alicui ex Ciclopibus convixiſſe in antro Vulcani, non Agari, & fœminæ Ægyptiæ adhæſiſſe. Hæc duo de Ismaele perhibentur in deſerto, & ſagittas jeciſſe, & uxorem Ægyptiam accepiſſe, & quamvis Deus eſſet cum ipſo, non tamen ipſe cum Deo erat, quia ejus præſentiæ recordationem excuſſerat, ut uxori adhæreret Ægyptiæ, & ejaculandis ſagittis aſſueſceret. Fuit Deus cum Ismaele. *Et fuit Deus cum puero, & crevit*, ſed non fuit Ismael cum Deo. Epulatus cum Chriſto etiam fuerat Simon, qui tamen obmurmuravit: cœnavit cum Chriſto, & reliquis Apoſtolis Judas, & tamen oſculo, ſeu pacis ſymbolo bellum indixit Magiſtro. Satius eſt, ſi nos ſimus cum Chriſto, quàm ſi ſit ille nobiſcum: Magdalena ferventiùs arſit abſente Chriſto, & ſponſa, quæ adſtanti ante fores ſponſo pedes ſuos antetulit, eo digreſſo æſtuavit ardentiùs, quæſivit amantiùs, & feliciùs complexa eſt. *Sicut malus inter ligna ſylvarum*, dilectus conſtitit. Quamvis ſylveſtres arbores probro laborarent ſterilitatis, malus tamen inter ſylvas effloruit, ac ſuos dedit fructus; & dilectus, quia à ſua nunquam ſe ſponſa ſubduxit, ſplenduit ornatu virtutum. *Aſtitit Regina à dextris tuis in veſtitu deaurato.* Veſtis deaurata eſt cultura virtutum, hiſce enim floret etiam inter ligna ſylvarum, qui Deo ſemper adhæret.

62. (margin)
Genes. 21. (margin, beside "Et fuit Deus cum puero")
Cant. 2. v. 3. (margin, beside "Sicut malus inter ligna ſylvarum")
Cant. 2. 3. (margin, beside "Aſtitit Regina")

DIS.

DISSERTATIO XIX.

Dei præſentia ita ſacrum incutit timorem Deo diſplicendi, ut quamdam quaſi neceſſitatem inducat per ſtudia virtutum, & exercitia bonorum operum Deo placendi.

§. I.

Ita agere, ac ſi Deus ab oculis ſe ſubduxerit hominum, & malè operantes non obſervet, cæcitas eſt, quâ perversè agentes præcipitium incurrunt æterni ſupplicij.

1. QUamvis videatur Deus interdum abeſſe, non tamen ſuam nobis opem ſubtrahit; ſed noſtro duntaxat libero relinquit arbitriò, idque evincitur ex evangelica parabola. *Homo erat* (Matth. 21.) *paterfamilias, qui plantavit vineam, & ſepem circumdedit ei, & fodit in ea torcular, & ædificavit turrim, locavit eam agricolis, & peregrè profectus eſt.* Conſentiunt SS. Patres, hunc hominem patremfamilias Deum præſignare, qui in nonnullis parabolis homo dicitur, perinde, ac ſi pater cum parvulo ſuo filiolo loqueretur infantilia, quibus eum inſtrueret, ejúsque captui ſe accommodaret. Hic autem paterfamilias, ſeu Deus vineam ſuam plantavit, quam Iſaias vocat vineam Domini Sabaoth, & dicit eſſe domum Iſreël: cui ſepem circumdedit, ſcilicet vel mœnia urbis, vel auxilia Angelorum. Fodit etiam in ea torcular, ſeu altare conſtruxit Iſraëliticum, quod pecudum ſanguine diu maduit: vel altare evangelicum, quod etiamnum Euchariſtico ſanguine rubet: ni velimus aſſerere, torcular in ea poſitum varia fuiſſe ſupplicia, quibus eccleſiæ hoſtes, & fidelium perſecutores, fidei confeſſores torſerunt: effudit enim hoc torcular Martyrum cruorem, quo eccleſia purpura pretioſior ſplenderet. Non ſolùm torcular in ea fodit, ſed etiam turrim ædificavit, ſeu legis eminentiam extruxit, quæ ex ſolo greſſu fideles ad aſtra proveheret: eſt enim obſervantia legis, quâ ad cœleſtem patriam aſcendimus: ſi vis ad vitam ingredi, ſerva mandata. Sed cur paterfamilias poſt plantatam impenſo diuturno labore vineam, eam locavit agricolis? Quinam ſunt hi agricolæ? certè non alij quàm Sacerdotes, & Levitæ, qui conſtituti per legem procurationem regendi populi ſuſcepêre. Sed ſi electam vineam propria plantavit manu, excoluit labore, *irrigavit* ſudore, altè ad ſecuritatem *ſepivit*, torculari inſtruxit, turre munivit, & agricolis locavit, qui eam diligenter excolerent, & ſollerter cuſtodirent, cur ipſe poſtea paterfamilias peregrè proficiſcitur? An non jucundius ei fuiſſet, ſi ſicut ipſe vineam plantavit, ita etiam vites erratico luxu diffuſas, ac ſerpentes putâſſet, ferro coërcuiſſet, foliis denudâſſet, quò amputatis ſurculis, ramulis, foliisque ſupervacaneis altiùs ſe ſe eveherent, pluréſque parerent racemos, & uvæ dulceſcerent maturatæ? Quid jucundius, quàm ineunte vere amputatas vites, & ſarmentorum exoneretas ſuperfluitate videre intumeſcere in gemmas, è quibus novelli emergunt ramuſculi, qui & ſucco terræ nutriti, & ſolis calore refecti incrementum ſubeunt, donec pampinis veſtita vitis racemos proferat; quibus coronetur? quorum aſpectu nil pulchrius; quorum liquore nil dulcius, ac ſuavius. Cur igitur paterfamilias plantatam à ſe vineam ſepe circumdatam, torculari inſtructam, turre munitam aliis locavit agricolis, & confeſtim peregrè eſt ipſe profectus?

2. Diverſa certè fuit ratio agricolationis, quam ſacra exercuit ſponſa, ait enim. *Vinea mea coram me eſt*: noluit à vinea à ſe exculta abeſſe; ſed ſolatio racemorum labores voluit compenſare culturæ. Cur igitur paterfamilias Deum repræſentans voluit, non ſolùm vineam ſuam aliis locare agricolis, verùm & peregrè proficiſci, ſéque à coloniæ ſubducere? An quia non ampliùs cura ei fuit de vinea propria plantata manu? (Cant. 8. v. 12.)

Non

Non credas, vineam neglexiſſe ſuam, ſed ideò fuiſſe peregrè profectum, ut liberum operandi arbitrium ſuis relinqueret agricolis, ut appoſitè obſervat D. Hieronymus, inquiens, *Et peregrè profectus eſt., non loci*
Matth. 21. *mutatione, nec enim Deus alicubi abeſſe poteſt, qui complectitur omnia: ſed abire videtur à vinea, ut vinitoribus liberum operandi arbitrium derelinquat.* Deus enim, cujus immenſitas omnia replet, ac continet, nulli poteſt rei abeſſe: ſed dum ſub humana ſpecie repræſentans patremfamilias, dicitur, vineam plantâſſe, eámque agricolis locâſſe, & ipſum fuiſſe peregrè profectum, id adſtruitur, ut liberum operandi arbitrium vineæ ſuæ cultoribus Deus relinqueret: ideo dicitur Deus peregrè proficiſci, ut homo liberè operetur: quamdiu Deus eſt nobis præſens, & nos ipſi præſentes, noſtrum ad ſe potenter arbitrium trahit, avertit à malo, & ad bonum flectit, ut liberam quaſi neceſſitatem ad omnem inducat virtutum culturam: dum enim Deus à nobis cogitatur præſens, mentem noſtram veluti quodam ſuæ præſentiæ illapſu occupat, animúmque ad ſtudia virtutum validè excitat, ac ſi impos foret homo libertatis, ac liberam veluti contraheret neceſſitatem rectè operandi ex divinæ præſentiæ in mentem hominis illapſu: Ideóque *peregrè profectus eſt, & abire videtur à vinea*, ait Hieronymus, *ut vinitoribus liberum operandi arbitrium derelinquat.*

3. Qui enim Deum cogitat ſibi præſentem, tametſi libero non deſtituatur arbitrio, ex Numinis tamen præſentia liberam quandam ſibi injungit neceſſitatem rectè operandi, & per ſtudia virtutum, & exercitia bonorum operum Deo placendi, Dei enim præſentia omnigenam ſpondet virtutem: ſicut è converſo vitijs indulgent, qui ſe ſubductos à teſtibus credunt, eſt enim ad omne flagitium acerrimus ſtimulus, credere ſe non obſervari, nec videri, & hæc cæcitas eſt, quæ ad inferos manuducit, nimirum ita vivere, ac ſi à nemine malè operans videatur: hinc dixerunt impij apud Regium Vatem.
Pſal. 72. *Quomodo ſcit Deus, & ſi eſt ſcientia in excelſo? & dixerunt, non videbit Dominus, nec intelliget domus Jacob.* Si ſe ſubducant ab oculis hominum, ſi nullum putent ſe teſtem flagitii habere, credunt ſibi omnia licere. Dicit impius: *Nemo me videt*, ex quo perverſè infert: Ergo poſſum effrœnis meæ ſatisfacere concupiſcentiæ, libidini indulgere, mundi delicijs diffluere, hoſtem mihi infeſtum è vivis delere: *Nemo me videt*: ergo poſſum aliena ſurripere, maritale alterius thorum fœdare.

4. Se intra parietes claudit, non ut impius tutiùs vivat, ſed ut occultiùs peccet. Sed quid prodeſt ab oculis, auribúſque ſe hominum ſubducere? ſi honeſta ſunt, quæ homo agit, nil ei accreſcit detrimenti, imò & plurimum commendationis, ſi omnes ſciant; ſin autem turpia ſunt, parum refert, ſi alij ignorent cùm impio ea pateant, & Numini ſint explorata: ſtultitiâ hâc laborant plures impij, qui ultra belluas nil videntur ſapere. Sunt enim mugiles teſte Plinio, & lampetræ piſces, qui Lib. 9. cap. 19. & 23. ſi caput undis immergant, reliquum corpus patere oculis non putant. Hæc eadem ridicula ſtultitia perdicibus datur, quæ ſi ſolùm abſcondant caput, jam ſe totas credunt ab oculis ſubductas hominum. Sed putantes iniqua agentes ſe ab oculis ſubducere hominum, Dei non effugiunt oculos ſuorum ſcelerum obſervatores, hinc David hos increpans viros nequam ait: *Intelligite inſipientes in populo, & ſtulti aliquando ſapite, qui plantavit, aurem non audiet, aut qui finxit oculum, non conſiderat? Dominus ſcit cogitationes hominum, quoniam vanæ ſunt.* Pſalm. 93. v. 7.

5. Videt Deus omnia, intimóſque omnes penetrat cordis receſſus: & ſicut impius ex eo, quòd putet ſe à nemine videri, cenſet poſſe flagitia omnia impunè patrare: è converſo vir probus cogitans, Deum habere ſibi præſentem, ac omnes ſuos actos intuentem ad normam ſe componit virtutum, & ita agit, ne quidquam operetur, quod Deo diſpliceat. Abel primus in mundo Martyr, & virgo ex hac una divinæ præſentiæ notitia ad omne profecit ſtudium virtutis, ait Joſephus. *Abel juſtitiam colebat, & omnibus actionibus ſuis Deum præſentem ratus, virtuti operam dabat:* nimirum quia ambulavit cum Deo, Deúmque ſibi præſentem, ac omnes actus ſuos intuentem cogitavit, plurimum profecit in ſtudio virtutum, & rectè ſemper inceſſit. Ambulare cum Deo in ſacris ſcripturis perinde eſt, ac Deum ubique præſentem jugi memoria proſequi, non enim cum alio niſi cum præſente ambulare ſolemus: hæcque ratio, cur quotquot rectè operati ſunt, ac in cultura profecerunt virtutum, cum Deo dicantur ambulâſſe. *Enoch ambulavit cum Deo, & non apparuit, quia tulit illum Deus.* Geneſ. Lib. 1. antiq. cap. 2. Geneſ cap. 5. v. 24. cap. 6. verſ. 9. *Noë vir juſtus, atque perfectus fuit in generationibus ſuis, cum Deo ambulavit.*

6. Imò & ipſi Abrahamo jam nonagenario injungitur ambulare cum Deo, & perfectionem excolere. *Apparuit ei Dominus, dixítque ad eum: Ego Deus omnipotens: ambula coram me, & eſto perfectus:* ut inde diſcant non ſolùm juvenes; verùm, & ſenio confecti, quàm neceſſarium ſit coram Deo ambulare, ne etiam in ſenectute à rectitudine quis deflectat honeſtatis: Abraham, cùm è patria egreſſus, in Ægyptum proficiſceretur fame compulſus, & ex Ægypto divitijs affluens redux in patriam reverteretur, non monetur, ut coram Domino ambulet; ſed nunc Geneſ cap. 17. v. 1.

Geneſ. 17. nunc jam extremo ſenio confectus. *Poſtquam*
verò nonaginta , & novem annorum eſſe cœ-
perat , apparuit ei Dominus, dixitque ad eum,
ego Deus Omnipotens ambula coram me , &
& eſto perfectus. Quid ? quòd cum ferè jam
centenarius eſſet , capularis , & ſæcularis
ſenex admonetur , ut ambulet coram Deo ?
An quia fortaſſis in aſceterijs ſenectus ſibi
plerumque eblanditur , & facilè à curſu de-
ſiſtit , & præteritorum duntaxat memor ,
ad ulteriora non protenditur ! Ita eſt ple-
rumque in cœnobijs autumnus maturioris
ætatis ſterileſcit ; & ſub veneranda canitie
putant ſenes omnia ſibi licere , & non ſo-
lùm otio , tædióque tabeſcunt , ſed omnia
etiam damnant : quapropter Deus Abra-
hamum , quem tyronem virum peregri-
num , & divitijs affluentem non monuit ;
ſenio confectum commonuit , quò ſcirent
ſenes , immunitatem non datam ſibi à canis ,
ut reprehendi interdum non debeant , urge-
rique ad curſum.

2. Non dixit Deus ſeneſcenti Abrahamo ,
ut jejunium inſtitueret , à cibo & potu ab-
ſtineret , vigilias protraheret , flagellis ſe
cruentaret , cilicium indueret , corporis
vires enervaret , ſed ut coram ipſo ambu-
laret : *Ambula coram me* , hoc eſt , cogita
me tibi in quovis loco præſentem , ut ſis
tu mihi præſens ; preces funde , contem-
plationi vaca , méque fruere , charitatem
exerce , ac virtutibus cunctis ſtude : hoc enim
eſt ambulare coram Deo : propterea fervor
ſpiritus , cordis oratio , mentis contem-
platio , ac animi demiſſio , ac humilitas
à Deo ſenibus commendatur : quia licèt
ætas non ſinat eos diu jejunos , nec virium
defectus cilicia permittat , & flagella ;
virtutum tamen culturam non ſolùm ſene-
ctus tolerat , ſed etiam eadem ornatur ,
ac perficitur : ad id enim injungitur Abra-
hæ ambulare coram Deo , ut vir ſit per-
fectus , *ambula coram me , & eſto perfe-*
ctus : quia Dei præſentia in mente , per-
fectionem ſerit in corde , & ad currendas
virtutum vias pedes impellit. Moyſes ideo
rectè ambulavit , & ſummarum attigit vir-
tutum faſtigia , fuitque Deus Pharaonis ,
& à ſecretis , conſiliiſque Dei , Dúxque
ſui populi , Vatúmque maximus , quia
Deum ſibi jugiter omni tempore , in quo-
vis loco præſentem cogitavit : ait Apoſto-
lus de Moyſe ad Hebræos. *Fide reliquit*
Cap. 11. v. 3. *Ægyptum , non veritus animoſitatem Regis :*
invisibilem enim tanquam videns ſuſtinuit :
nimirum id aſſiduè in mente obverſabatur ,
Deum videre , & intueri omnia , omni-
úmque cordium penetrare receſſus , ex-
plorare ſecreta , expendere actus. Ideo
Rex Ezechias plurimum in ſtudio profe-
cit virtutum ; & Deum etiam in ſua vota
Iſaiæ cap. 38. v. 3. flexit , quia coram ipſo ambulavit. *Ob-*
ſecro Domine , memento quæſo , quomodo
ambulaverim coram te in veritate , & in
corde perfecto , & quod bonum eſt in oculis
tuis fecerim ; & hac arte quindecim vitæ
annos à Deo emendicavit , & obtinuit.

§. II.

Licèt ſit Deus nobis ubique præ-ſens , non tamen ſumus nos ſemper Deo præſentes ; & ideo cadimus , quia coram Deo nobis præſente , omnéſque actus noſtros intuente non ſtamus. Non cadit , qui fulcro innititur divinæ præſentiæ.

IN Pædagogia perfectionis hoc unum præ 1.
cæteris præceptum obſervatu dignum
eſſe dicitur , *Deus videt omnia* , quia
ſi Dei præſentia nos manuducat , nonniſi
virtutum ſtudemus incrementis. Hoc præ-
cepto plurimum profecit Rex David , licèt
negotiorum mole preſſus , regiminis occu-
patione gravatus ; ideo enim cum ipſo ſedit
in throno pietas , floruit juſtitia , ac reli-
qui virtutum flores vernârunt , quia à Nu-
minis præſentia oculis mentis nunquam ſe
ſubduxit , ſed in eam ſemper defixa mente
ſuas direxit cogitationes. *Oculi mei ſem-* Pſalm. 24. v. 15.
per ad Dominum : non permiſit quidquam
fluere temporis , quo Dei ſibi præſentis
non meminerit ; quapropter de ſe ipſo te-
ſtatur. *Providebam Dominum in conſpectu* Pſalm. 15. v. 8.
meo ſemper , & quia aſſiduus erat ſuis ocu-
lis in Deum , mundi riſit ærumnas , homi-
nes non timuit , adverſitates non expavit ,
& mortem ipſam flocci fecit. *Et ſi am-* Pſal. 22. v. 4.
bulavero in medio umbræ mortis , non ti-
mebo mala , quoniam tu mecum es , imò
quaſi id ſatis non eſſet , cæteris etiam ſuaſit ,
oculos mentis in Dei præſentiam defigere ,
ne à rectitudine quiſquam deflecteret. *Quæ-* Pſalm. 104. v. 4.
rite faciem ejus ſemper : quia ſi Dei præſen-
tiâ manuducimur , rectè per viam ſalutis
ducimur ; neque à virtutum deflectimus ſtu-
dio , & quia obſervaverat ſe peccâſſe , quia
à Dei præſentia oculos ſubduxerat , ait , *Ti-* Pſalm. 50. v. 6.
bi ſoli peccavi , & malum coram te feci.
quaſi diceret , ideo deliqui , quia licèt tu
præſens eſſes mihi , ego tamen à tua me
ſubduxi præſentia ; te non obſervavi mihi
præſentem , oculos tuos reveritus non fui ;
te meas actiones intuentem non conſideravi ,
ideóque à rectitudine deflexi. Uriæ oculos
non admiſi , cum flagitium illud commiſi , ſed
oculos tuos excludere non valui ; tu enim om-
nia vidiſti , obſervâſti , & meam nequitiam
tuis inſcripſiſti tabellis , ideo peccavi tibi ſoli ,
ſeu coram te inſpectante meam pravitatem
deliqui : quia licèt tu præſens eſſes mihi , quia
per meam pravitatem non me tibi præſentem
conſtitui , ideo ſcelere me fœdavi , & in ſangui-
ne innocentia manus meas lavi , quòd ſi te præ-
ſentem cogitâſſem , cùm oculos in Betſabeam
lavantem ſe injeci , impuros coërcuiſſem

aſpe-

aſpectus, adulter non eſſem, parricida non vocaret. Sed quia te non cogitavi mihi præſentem, nec meam intuentem nequitiam, concupiſcentiæ indulſi, & depravatis meis affectibus habenas laxavi, *& tibi ſoli peccavi, & malum coram te feci.*

9. Quòd ſi David in Palæſtina peccavit, quia à Numinis ſe ſubduxit præſentis recordatione; Huſſæus Princeps rectè ſemper inceſſit, quia jugiter coram Deo proceſſit. *Nonne ipſe conſiderat vias meas, & cunctos greſſus meos dinumerat?* & cap. 13. v. 27. adferens cauſam, cur à rectitudine non declinaverit, Deum ipſum alloquens ait: *Obſervâſti omnes ſemitas meas, & veſtigia pedum meorum conſiderâſti:* numerat Deus omnes noſtras cogitationes, examinat actiones omnes, paſſus obſervat, & cordis arcana ſcrutatur, ideóque licèt fuerit Jobus adverſitatibus preſſus, ærumnis oppreſſus, ulceribus ſaucius, nunquam tamen ullo permiſit ſe actu abripi, quo à virtute deflecteret. Suſanna itidem caſtitatis cultrix eximia, licèt extremis conflictaretur anguſtijs; cùm videret hinc probroſum ſcelus, ad quod ſenes ſatagebant eam pertrahere, & illinc ni conſentiret, mortem ei certam imminere, exclamavit lachrymis madens. *Anguſtiæ ſunt mihi undique.* Si ſenibus ad ſcelus provocantibus aſſentior, me lethali noxa contamino, & à Deo me avetto peccatrix. Si jisdem obſiſto, ſi repulſam à me patiantur, ſunt ipſi Judices, ſententiam contra me, licèt innocentem, dicent, & capitis ſupplicium incurram: ſcyllam ſi diffugere nitar, charybdim non evadam: quomodo ex hiſce me expediam ſyrtibus? non alio duce poſſum, quæ mihi pericula imminent, evadere, niſi Deo mihi præſente, ac manuducente.

Job. cap. 31. v. 4.

Daniel. cap. 13. v. 22.

10. Quia coram Deo ſe ſtare cogitavit, Deum præſentem, & ſuum certamen intuentem mente volvebat, inde tantum criminis horrorem hauſit, ut in has proruperit voces plenas libertate. *Melius eſt mihi abſque opere incidere in manus veſtras, quàm peccare in conſpectu Domini:* quamvis vos aſſeratis, & pomarium clauſum, & nullum hîc arbitrum eſſe, nec ullum adeſſe teſtem, & à nemine nos videri; adeſt tamen Deus, qui videt omnia, qui & veſtras, & meas omnes intuetur actiones, penetrat cogitationes, proinde malo mortem ſubire, quam Deum omnia intuentem offendere: ſceleribus compeſcendis, pravíaque omnibus coërcendis affectibus nullum frœnum aptius ipſa cogitatione, quâ credimus, Deum nobis præſentem eſſe, noſtras omnes videre cogitationes, intueri actiones, & omnia eſſe illi aperta, & explorata. Hæc Dei præſentis memoria etiam iniquiſſimos à ſcelere abſtraxit, & ad meliorem pertraxit frugem; ſeu à cœno retraxit vitiorum; & ad culturam perduxit virtutum.

Daniel. cap. 13. v. 23.

11. Id experta fuit Thaïs Alexandrina fœmina eò famoſior, quò infamior, quæ ut graviùs periret, plures ſecum perituros traxit in libidinis voraginem. Fuit hæc meretrix petulans, ac procax, cujus oculi lenocinium, pectus illecebras, verba blanditias, & totum corpus libidinis erat illicium, ac tartarei hoſtis aries expugnandis juvenibus, & pudicitiæ proſternendæ accommodatus: oſculis enim, & amplexibus pudicitiam expugnavit, caſtitatem proſtravit: ſerere blanditias aſſueta, non niſi clades pereuntium juvenum demeſſuit, quorum miſertus Paphnutius eremi incola, & virtutum culturæ addictus, militem ſe finxit, gladio ſe cinxit, veſtéſque induit, quas conſueverant id temporis milites ferre, armatus fiducia in Deum, & charitate in proximum, Thaïdem adivit, & unum ſe ſimulavit ex ijs, è quibus ſoleret fœmina meretricium quæſtum exigere: & quamvis ſe paratam ad ſcelus in primo viri acceſſu exhibuiſſet procax fœmina, virúmque ad turpia alliceret; perjit tamen Paphnutius loci ſecretum, ne ab ullo poſſet in ſcelere videri: admirata meretrix viri verecundiam eum in cubiculum induxit; ſed negavit locum illum ſatis arcanum eſſe; duxit in aliud interius cubiculum, ſed adhuc Paphnutius, as ſi poſſet in illo ab aliquo videri, eandem objecit moram: tunc mulier in magis intimum domus penetrale ubi à nemine videri poſſet ſimulatum militem perduxit, ubi vir Dei huc, illúcque circumſpiciens mulierem interrogavit, num in loco illo ſecuri eſſent, & abſque omni arbitro? tunc ſubridens mulier, quid dubitas, inquit, adeo eſt ſejunctus locus iſte ab aſpectu hominum, ut nemo poſſit nos videre, nec audire, quæ loquimur, niſi Deus, & diabolus.

Tunc Paphnutius tanquam exhorruiſſet ad prolata fœminæ verba quæſivit ab ipſa, num crederet Deum, & cum illa reſpondiſſet, credo; quæſivit ulterius, an crederet, eum eſſe ubique præſentem, & omnia aſpicientem? cui fœmina, utique id credo, neminem poſſe à Dei oculis ſe ſubducere, quamvis in intimioribus ſit terræ penetralibus. Subdidit Paphnutius, credis etiam Deum eſſe judicem, ac ſcelerum vindicem, & improbos ad ignem detrudere æternos? tunc mulier impalluit, reſponditque, utique hæc omnia credo. Tum iterum Paphnutius zelo ſalutis proximi exardens, itáne hæc credimus, & adhuc in oculis juſtiſſimi Judicis, ac vindicis omnia ſpectantis turpiter peccamus? injuriam eidem nobis præſenti inferimus? ejus legem contemnimus? itáne adeo flocci ſalutē facimus animæ, ut eidem corporis fugacem voluptatem, carníſque fœdam libidinem præferamus? itáne eris tu tam temeraria, impia, ac æternæ ſalutis prodiga, quæ turpi quæſtu æternos velis tibi cruciatus coëmere? itáne in id adhuc incumbes ſtudij, ut unà tecum plures alij æternùm pereant! ſi nos ſubducimus ab hominum oculis, ne fiant alij noſtri 12.

ſceleris conſcij, cur Deum noo timeamus Judicem, & vindicem? cur Diabolum oon horreamus io geheuna tortorem? fateris à nemine nos poſſe hoc io loco videri niſi à ſolo Deo, & Diabolo, an magis timendus eſt homo, quàm Deus? an plus horroris oubis præſentia hominis incutit, quàm Diaboli? huoc habemus accuſatorem, & uou timebimus? Deum ſcimus judicem eſſe, & viudicem, uubíſque præſentem, ac ſcelus omne iotuentem, & adhuc in id dementiæ prolabimur, ut eo præſente, & vidente velimus ſcelus patrare æteruis luendum ignibus?

13. Ad hæc ingemuit moliet, toto corpore contremuit, ſcelera ſua erubuit, quæ cœpit fuſis lachrymis eluere, & in genua procumbens vitæ emeodationem promiſit, & ſe pœnitentiam acturam ſpopoodit: & ut dixit, fecit; muodum totum muliebrem, corporis ornamenta, veſtes pretioſas, & & omnia ſuæ libidinis ioſtrumenta flammis tradidit combureuda; & quò ab igne æteroo ſe ſubtraheret, in aſcererium virginum Deo ioſervientium tranſijt arctiſſimo clauſa loco, frigida tantùm, & pane contenta; & ubi antea blanditijs, ac illicijs flammas excitaverat libidinis; mox effuſis lachrymis fomitem extinxit coucupiſceotiæ; & quas cuntraxerat ſcelerum ſordes, fleotis Metanææ ſtillicidio, abluit, delevítque: noo auſa Dei nomen pronuntiare, hoc uoum aſſiduè repetijt, *Tu, qui blasmâſti me, miſerere mei.* Toto triennio lachrymis maduit, ſolóque pane, & frigida vixit, pœnitentiam egit, & ad meliorem migravit vitam: Paulus enim Magoi Antonij diſcipulus vidit io cœlo eidem paratum throoum.

14. Beatus Ephræm aliam itidem profligati puduris mulierculam à ſcelere averſurus ſulam eidem objecit Dei Judicis, & vindicis præſentiam, cùm eoim eam redarguiſſet, quòd noo auderet io foro coram homioum frequentia copiam ſui corporis cuilibet facere; oon tamen erubeſceret coram Deo omoibus præſeote, & actiones omnes iotueute turpe ſcelus perpetrare; eum æteroos expaviſſet igoes improbis paratos, reſipuit; anteactæ vitæ errores correxit; mores emendavit; vitium, cui indulſerat, reliquit; & Numinis obſequio ſe totam mancipavit: & revera, ſi cogitemus Deum nobis præſentem, omnéſque noſtras cogitationes, & actiones intuentem, cordíſque intima omnia penetrantem, ac examinantem; niſi io ſaxa degeneremus, fieri noo poteſt, quin mores emendemus, & piè vivamus: Miratur S. Bernardus, quomodo non ſtatim omnem excutiat ſegnitiem, qui Deum cogitat ſibi præſentem, ait ipſe: *Quomodo negligens poteſt fieri, qui intuentem ſe Deum non deſinit intueri?* quòd ſi negligentiam excutit; cur non etiam omne vitium à ſe abigit, qui divinos oculos in ſe defixus obſervat? qui credit, Deum habere ſibi præſeutem, omnes cogitationes, & actus iotueutem? nullum alexipharmacum morbis animi curandis aptius eſt hac Dei præſentia.

Dorothæus vir æquè pius, ac religio- 15.
ſus io ſuum coopravit aſeeterium non magnæ ſpei adoleſcentem, qui in ſæculo pluribus indulſerat vitijs: erat enim libertati aſſuetus, pleous vanitatis, vitijs coinquinatus, & facilè erat Dorothæo cogitare, adoleſcentem præceptis pluribus, ac legibus minimè obruendum: hoc uoum ei præceptum dedit; accerſitum eoim ad ſe juvenem allocutus fuit, veniſti fili è ſæculo in cœnobium, ex indulgentia vitiorum ad culturam virtutum; neceſſè eſt, exuas veterem homiuem, ut uovum induas; vitia quæque excutias, & per ſtudia virtutum Monachum agas, ut decet: id ut præſtes, unum tautùm tibi ſuggero, cogita ſemper Deum tibi præſeotem, & huoc habere tibi judicem, & viudicem, quem timeas. Auuuit juvenis, Deum ſemper ſibi præſentem cogitavit, ac ipſum aſpicientem, & oun auſus fuit quidquam agere, quod illi diſpliceret; hac ſola Dei præſentia manuducta eos in ſtudijs virtutum progreſſus fecit, ut uou ſolùm in meliorem ſe hominem mutaverit; verùm etiam ſummarum virtutum attigerit faſtigia, & ad apicem pervenerit religioſæ perfectiouis, fuerítque cæteris virtutum omuium terſiſſimom ſpeculum: quoties enim eſſet aliquid vel facturus, vel cogitaturos, dicere iotra ſe conſueverat, Deus me videt ageotem, & cogitantem, & illicò ad normam ſe componebat virtutis, ne quidquam admitteret, quod Deo diſpliceret.

§. III.

Evincenda, ac demonſtranda innocentia viri timentis Deum, nullum aptius, ac nervoſius argumentum, quàm oſtendere Dei ſibi præſentie recordationem jugiter foviſſe.

ESt Dei oobis præſentis cogitatio adeo 16.
efficax moribus corrigendis, & vitijs excutieodis, ut innocentiæ evincendæ, ac demonſtrandæ vix ullum ſit argumentom oervoſius. Hinc Joannes Evangeliſta vindicaturus Chriſti innocentiam à ſcelerum reatu, & ab ijs flagitijs, ob quæ à Pontificibus, & Phariſæis tanquam purus, ac ſolus homo damnabatur; ejus innocentiam, ſimúlque Deitatem aſſeruit, ex eo quia eſſet apud Deum. *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum.* Joan. 1. v. 1. & 2.
Hoc erat in principio apud Deum. Quid? quòd Evangeliſta in una etiam contracta perio-

periodo ingeminet, biſque repetat eandem ſententiam, inquiens: *Et verbum erat apud Deum. Hoc erat in principio apud Deum*, cur bis repetit eſſe Verbum apud Deum? Si Verbum Deus erat; ergo à Deo nec potuit, nec voluit recedere, non enim poteſt, quis à ſe ipſo recedere, & cum Verbum ſit Deus, nequit à Deo abſentari, & nihilominus cum ſemel tantùm dicat, Verbum eſſe Deum, quod prolixiori videbatur eſſe evincendum probatione, bis tamen repetit hoc Verbum, quod ait Deum, eſſe apud Deum: *Et Verbum erat apud Deum, hoc erat in principio apud Deum*, iteratò repetit, quod fortaſſis neceſſe non erat toties inculcare, cùm tamen ſemel innuat *Verbum eſſe Deum*, quòd uberiori videbatur explicatione indigere. Origenes expendens prætata Joannis verba ait: *Ex eo igitur, quod jugiter eſt in Deo, dicitur: Et Verbum erat apud Deum, quia nec à principio à patre filius ſeparatus eſt:* Ecce qui eſt apud Deum, ambulat coram Deo, Deum ſibi ſemper præſentem cogitat; non ſeparatur à Deo, non ſejungitur ab honeſtamento virtutis: quia Verbum erat apud Deum; intulit Joannes contra Pontifices, & Phariſæos Chriſti innocentiam, & ſimul aſſeruit ejus Deitatem, pulchrè Theophylactus ad rem noſtram expendens verba illa Joannis; *Et Verbum erat apud Deum*, ait: *Ne ſuſpicio diabolica aliquos conturbaret, ne fortè cùm Verbum Deus ſit, inſurrexerit contra Patrem, ut aliqui fabulantur Gentilium: & ſeparatus à patre fuerit ipſi patri contrarius*, dicit: *Hoc erat in principio apud Deum, quaſi dicat: Hoc Dei Verbum nunquam à DEO extitit ſeparatum.*

17. Qui enim eſt apud Deum, & coram illo, ſeu cogitat Deum ſibi præſentem, omneſque actus intuentem à Deo non ſejungitur, mundi illecebris ſeductus; ſed per exercitia virtutum ei jugiter adhæret. Evangeliſta Joannes ex eo, quòd Verbum erat apud DEUM intulit eſſe Verbum ipſum Deum, & Dei Patris filium, ideóque conſultiſſimè ingeminavit, ac iteratò repetijt, *& Verbum erat apud Deum.* Vel ut explicat Joan. 1. v. 1. Hugo Cardinalis: *Verbum à principio erat apud Deum, ne crederet aliquis, quòd hoc dixit Joannes de Verbo prolatili, quod tranſit, & non manet, nec eſt apud aliquem, ſed tantùm ab aliquo.* Ne igitur putaret quiſquam Verbum hoc, de quo loquitur Joannes, eſſe Verbum prolativum, quod non manet, ſed tranſit, nec eſt apud loquentem, ſed à loquente, ideo ait: *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum* hoc eſt, ideo Verbum eſt Deus, quia à principio eſt Verbum, & Verbum eſt apud Deum, eſt enim hoc Verbum Dei filius, qui ex Deo Patre naſcitur, & ex eo vocatur Verbum, quia cum perfecta notitia ex ore prodit Altiſſimi: imò vocatur etiam imago Patris, & ſplendor gloriæ, quia perfectiſſimè exprimit ipſum Patrem, cujus eſt filius naturalis ejuſdem cum ipſo naturæ, proinde conſubſtantialis Patri, ac illi æqualis, eſtque ſecunda perſona SS. Trinitatis, quæ dicitur filius, & vocatur Verbum ſumpto verbo mentis pro conceptu expreſſivo objecti cogniti per modum imaginis, in quo ſenſu filius Dei propriè, & ſine ulla metaphora dicitur eſſe Verbum, de quo D. Joannes: *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud DEUM, & DEUS erat Verbum.* Joan. 1.

18. Neque Joannes fuit metaphoricè locutus, cum ſuam direxerit narrationem, ut explicaret, quomodo facta fuerit incarnatio in perſona filij Dei: poſtquam enim oſtendiſſet, Verbum eſſe in principio, & apud Deum, & hoc Verbum Deum eſſe; poſtea dicit: *Et Verbum Caro factum eſt*, ſeu Dei filius naturam aſſumpſit humanam, ut fieret homo, eſſétque ſimul Deus, & homo. Proprietas Verbi in eo eſt ſita, ut ſit terminus expreſivus, ac productus per intellectionem, & repræſentet objectum, maneátque in intelligente: & filius æterni patris eſt verus terminus expreſivus, ac productus per intellectionem divinam; eſt enim expreſſio rei, quæ intelligitur, ſeu ſubſtantiæ Patris, in quo manet, eſtque quid unum cum ipſo, ut liquet ex illo Joannis: *Ego & Pater unum ſumus*, quapropter, ut rectè obſervat Hugo Cardinalis, non eſt Verbum prolatile, quod tranſit; ſed ſubſtantiale, quod manet.

19. Id intereſt diſcriminis inter Verbum increatum, & creatum, quia hoc ita profertur, ut tranſeat, ſitque accidens, & actus informans per inhæſionem, ac fortiatur diſtinctum eſſe ab illo ſui principij, quod proptérea manet, licèt in illo non ampliùs Verbum maneat. Secus Verbum divinum eſt ipſa ſubſtantia per ſe ſubſiſtens: & licèt relativè diſtinguatur à producente, idem tamen cum ipſo habet eſſe, eandémque naturam, proinde non comparatur ad ipſum, ut actus ad potentiam. Rurſus Verbum creatum producitur ex indigentia intelligentis, quatenus intelligens per productionem Verbi conſtituit ſibi Verbum præſens, quod intelligit. Verbum autem divinum non producitur ex ulla indigentia, ſed ex ſola fœcunditate naturæ, non enim in divinis Pater dicit Verbum, ut intelligat; ſed quia intelligit Verbum dicit, adeo ut priùs origine quàm Pater Verbum dicat ad intra, ſit pater perfectiſſimè intelligens, ac omniſcius. Igitur Verbum divinum utpote conſubſtantiale Patri non eſt prolativum, ſed ſubſtantiale vivens, æternùm, quapropter rectè ait Evangeliſta Joannes: *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum*; v. 1. quòd ſi Deus eſt Verbum, neceſſe eſt Verbum divinum eſſe ſubſtantiale, vivens, & æternum, ut evincit D. Athanaſius inquiens: *Si Deus Verbum in mente habet, non autem re vera ex ipſo genitum, ut Deum de Deo, quomodo poterit eſſe apud Deum Verbum? aut quomodo Deus fuerit? non enim Verbum in mente hominis conceptum homo eſt apud hominem* Orat. 2. contra Gregales Sabel.

Digitized by Google

minem, cùm neque vivat, neque ſubſiſtat.

20. Non igitur hoc Verbum eſt proletivum, ſed ſubſtantiale, ejuſdémque eum petre loquente naturæ, à quo nec ſejungi, nec ſeperari poſſit; *ne ſi Dei Verbum*, ut notet Theophylactus, *à Deo abſentari putetur, diabolica forſan irrepat ſuſpicio, quod Verbum à Deo ſeparatum fuerit ipſi Deo contrarium*, quo pacto vindicavit Joannes Chriſti innocentiem contre Pontifices, & Pherifæos, qui ob ſcelera putebant, damnatum eſſe; & ex eo quòd: *in principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum*; intulit non potuiſſe ulli eſſe ſceleri obnoxium; quia non ſeparari à Deo perinde eſt, ac innocentiam cuſtodire, ac ſummes omnes virtutes excolere. Væ igitur ijs, qui à Dei ſejunguntur præſentia! à ſummo bono ſeparati non niſi mala quæque poſſunt incurrere; vitam deſerentes morti obviant. Quamvis felix fuerit Evangelicus adoleſcens, à quo febris, quâ lethaliter æſtuabat, receſſeret; ærumnoſus tamen
Joan. 4. 50. fuit pater, qui à Chriſto diſceſſeret. *Vade, filius tuus vivit*, felix, quia vitem filio impetraveret; ſed miſer quia à Chriſto receſſe-
Ibidem. rat. *Credidit homo ſermoni, & ibat.* Regolus iſte ſermoni quidem adhæſit; ſed à Verbo receſſit; ut viveret filius non curet perire Pater, qui à vita diſcedens non niſi in mortis umbras potuit ſe injicere; Navim Prophetæ viſus eſt retuliſſe, quæ ne fluctibus agitaretur, marisque procelloſi æſtu mergeretur Jonem projecit in mere. Perdidit Pater præſentism Servetoris, ne æſtu febrili extingueretur filius; fugata eſt febris in filio, ſed ubi ſalus in petre, ſi ab ipſe ſalute receſſit? *vade, filius tuus vivit. Credidit homo ſermoni, & ibat*, ſeu à Chriſti præſentia ſe ſubducebat: etiam Eſeu famem compreſſit; ſed ſimul jura dilepidevit primogenituræ; evanuit è corpore filij febris, ſed diſceſcit Peter à præſentia. Chriſti, qui ſalus eſt noſtra; ſaniteti reſtituitur filius, ſed recedens Pater à Chriſto ægritudinem contrahit: quia ſi non fide, ſaltem loco reliquit ſalutare ſuum. Petit Pater ſenitatem filij, & recedit voti compos à fonte ſalutis: en non nubem refert pluvijs æquè & fulminibus fœtam? hæc ex arboribus aliquas imbribus fœcundat, ac reficit, alias fulgore percellit; Chriſtus enim ſi ſenitatem filio impertivit, vulnus petri inflixit, dum à ſua jubet præſentia recedere. *Vade, filius tuus vivit*; nimirum mortem à filio abegit, & patrem à vita extorrem egit: ſicut ex detruſis in Ægyptiaco carcere cum Joſepho, alius ad pateram fuit vocetus, & alter ad patibulum damnatus; ita expedito à febri filio, pater exulare cogitur à vita: *Vade, filius tuus vivit.*

21. Vox hæc *vade* fulmen eſt, quo vel ipſe tartereus hoſtis Chriſtum in deſerto pertentans percuſſus, timuit, & retroceſſit. Placet quòd filius vivat; ſed Pater quomodo vivet, ſi vitam deſerit? quomodo vivet à vita diſſitus, à Deo ſejunctus? Utilius eſt mori quàm è Deo exulare. *Reſponſum acceperat* Luc. 2. v. 26.
à ſpiritu ſancto Simeon, non viſurum ſe mortem, niſi priùs videret Chriſtum Domini, hoc eſt non erat viſurus mortem, niſi JEſum videret, qui vitam impertit: ex Chriſti præſentia vitam priùs hauſit, poſtea mortem ſubivit. Sed cur ab eodem fonte, è quo vitam hauſit, mortem ebibit? ergóne Chriſtus non agnus eblandiens, ſed leo rugiens fuit Simeoni? quam enim à cæteris mortem diſpellebat; hanc ſeni intulit. Cæteri vitam recepturi anheli cupiebant juſtum in imbre roſcido è ſummo cœlo in terram deſcen-
dere: *Rorate cæli deſuper, & nubes pluant* Iſaiæ 45. v. 8.
juſtum: ſed Simeon ne moreretur, rogare potiùs debuiſſet, ne terra aperiretur, ne fortè Salvetorem germineret. Sed fallor petere potiùs debuiſſet, ut terra ſtatim pateſceret, è que emergeret vita, quam Simeon plenis
hauſit ulnis: *Et ipſe accepit eum in ulnas ſuas.* Luc. 2. v. 28.
Illatum in domum Domini natum puerum non refugit, ſed edit; non dimiſit, ſed tenuit; non excluſit, ſed amplexatus eſt; non fuit ſerpens in manu Simeonis, ſed baculus, cujus ope ejus fulciebatur ſenectus; tandiu enim ſtetit, quandiu JEſum tenuit; poſtea
dixit: *Nunc dimittis ſervum tuum Domine:* Luc. 2.
quia viderunt oculi mei ſalutare tuum. Defecit Simeon, ſed vi amoris, quo exarſit; & quia taliter defecit, plurimum ex Chriſti præſentia profecit in ſtudio charitatis, & culturâ perfectionis; nec mori potuit qui vitam tenuit; mors ipſa vitæ fœnerabatur.

Nec mirum ſi Simeon ſenex amore in 22.
Deum exarſit; cum etiam adoleſcens Abſolon occidi maluit, quàm regis vultu non
frui: *Obſecro ut videam faciem Regis: quod* 2. Reg c. 14. v. 32.
ſi memor eſt iniquitatis meæ, interficiet me. Nimirum ne interficeretur, ne mortis fata ſubiret, cupijt faciem videre regis; ſola regis præſentia mortem arcere potuit; quia tandiu vivimus, quandiu Dei nobis præſentis recordatione fulcimur. Etiam ſponſa quandiu præſentiâ ſponſi fuit deſtituta, per vulnera, mortisque veſtigia inceſſit; eam nobis ſacer textus deſcribit è lectulo florido exilientem, à lignis cedrinis progredientem, & à ſuo ſejunctam ſponſo, ſed tunc medios inter milites necis periculo obnoxiam, veſtibus ſpoliatam, & inflictis vulneribus ſauciam
Vulneraverunt me, tulerunt pallium meum Cant. 5. v. 7.
mihi. Quem putas, ſponſam è cedro abduxiſſe, & in armatas urſiſſe excubias? non credas ab alio in hæc fuiſſe diſcrimina perductam, quàm ab ipſa ſponſi abſentia, quærebat tunc ſponſum, è cujus præſentia ſe infe-
liciter ſejunxerat: *Dilectus meus deſcendit* Cant. 5. v. 17.
in hortum ſuum ad areolam aromatum. Quid? quòd ſponſa ſuum tam anxia quærens ſponſum, nil hæſitans aſſeveret deſcendiſſe in hortum ſuum, ad areolem aromatum? ſi certò ſcivit, ſponſum deſcendiſſe in hortum ſuum, cur medios eum inter milites quæſivit armatos? cur plateas, & vicos circuivit

quæ-

quæſitura in caſtris, quem ſciebat deſcendiſſe in hortum ad areolam aromatum? ſi ſponſus abijt ad areolas aromatum, cur ſponſa non illuc advolat, cur in compitis ejus conſectatur veſtigia? ſcilicet ignorat ſponſa, quò ſponſus diverterit, eum quærit cum ſui diſcrimine, etiam in compitis, & caſtris; ſcit tamen eum in horto eſſe; non quòd revera ſit in horto; ſed quia ibi eſt hortus, ubi vernant lilia caſtitatis, roſæ charitatis, violæ humilitatis, & reliquæ omnes florent virtutes, ubi eſt ſponſa præſens ſuo ſponſo.

23. Dei præſentis recordatio hortus eſt, cujus culturâ vernant flores virtutum; ubi cœleſtis ſponſi præſentiâ fruitur ſponſa, ibi cippus eſt ipſi pro horto, ibi germinat flos campi; & botrus Cypri racemos exhibet charitatis, plenámque amoris vindemiam; ibi aromatum omnium ſuaviter olent areolæ; & Arabica illa lacryma thus ſurſum odoris fragrantiam emittit, cum dilectus ſuâ præſentiâ fragret. Imò eò devenit ſponſæ charitas, ut à quolibet ſibi obviante viſum putet ſponſum, & hunc omnia eſſe, ne uſquam eo careat: (Cant.3.v.3.) *Num quem diligit anima mea vidiſtis?* ad vineas ſi divertit ibi in botro ſponſum invenit: (Cant.1.v.14.) *Botrus Cypri dilectus meus mihi in vineis Engaddi:* in campo florem illum agnoſcit, & ideo cum flores aſpicit, Deum ſibi præſentem inſpicit. In areolis aromatum ſponſus eſt illi myrrha electa, & propterea vel ipſæ ærumnarum amaritudines amanti dulceſcunt; lucos, & nemora ſi diſcurrit, inter ligna ſylvarum malus eſt fructibus locuples; ſi montes ſubit, ſponſus eſt illi cervus perniciſſimo curſu properans ad fontes aquarum; quid hoc? niſi quia Deum putat ſibi ubique præſentem? Nimirum ne à recordatione Dei ſibi præſentis unquam avocaretur, quæcunque ei objicerentur, ſponſum putabat ibi adeſſe, ut ſe componeret ad virtutem, excitaret ad amorem.

24. Adeo eſt efficax Dei præſentis recordatio moribus componendis, ut ſponſa hac ſola uſa fuerit, ne quidquam quod ſponſo diſpliceret, ageret. Sprevit ſponſa aurum, quod pretioſius in capite refulget ſponſi, cujus manus plenas aſſeruit Hyacinthis, floribúſque virtutum, quæ niſi per manuum exercitia excolantur, minimè effloreſcunt: gaudet virtus manûs excolentis labore, quo floreat elegantior. Imò non ſolùm florent Hyacinthi in manibus ſponſi, ſed etiam candet ebur in utero, nitet marmor in cruribus, adeo ut quidquid dixeris, vel ſponſæ objeceris hoc in ſponſo ipſa reperiat. Si dicas, ſponſam ſuum quæſiſſe in lectulo ſponſum, & eum ibi non inveniſſe. Id fortâſſis contigit, quia in lectulo ubi ſenſus ſopiuntur, recordatio Dei nobis præſentis mentem non ſubit noſtram, quæ proinde ſponſum ibi non invenit, quamvis eum omni ſtudio exquirat: quia ſemel quòd recedimus à recordatione Dei nobis præſentis ad alia diſtrahimur, quæ ad Deum non manoducunt; proinde cœleſtem non invenimus ſponſum; vel non invenit ſponſa, quem in lectulo ſponſum quæſivit, quia lectulus otium fovet, & virtuti non favet; & ſponſus non in otio, & deſidia invenitur, ſed in horto, ubi flores excoluntur virtutum, quapropter aiebat ſponſa: *Dilectus meus deſcendit in hortum ſuum ad areolam aromatum*, ſeu virtutum, (Cant. 5. v. 17.) quæ ſuaviter olent in areolis exculta horti cordis noſtri.

25. Quòd ſi ſponſa advigilans, & anxia quærens ſponſum non invenit in lectulo; quis otio marceſcens, quis diu, noctúque ſtertens, quis voluptatibus diffluens, concupiſcentijs indulgens, & commodis inhians lectuli, Deo adhærebit? deteſtatur ſponſus otium, ac torporem lectuli, à quo propterea exulat, proinde etiam ab illis ſe ſubtrahit, qui delicijs diffluunt, & commoda quærunt lectuli. Quòd ſi ſacer ſponſus adſtitit ante fores cubantis in lectulo, oſtiúmque pulſavit; madidus tamen fuit, & guttis noctium imbutus: adſtitit enim, non ut indicaret ſibi ſtertentem placere; ſed ut oſtenderet, eam eſſe lectuli peſtem, ut repudium Numinis ſuaderet ſponſæ; eámque adigeret ad preces ſponſi, ita obſurdeſcere, ut eidem pulſanti, imò & oſtium perforanti non reſponderet. Qui vitæ commodis ſtudet, & otio lectuli indulget, facilè recordationem Dei ſibi præſentis excutit, & otio marceſcens non ſolùm culturam negligit virtutum, verùm etiam ad vitia ſibi viam ſternit. Adſtitit ſponſus ſponſæ ſemiſopitæ, non quia eam diligeret dormientem; ſed ut innoteſceret etiam à ſemiſomni ſponſa poſſe ſponſum ſperni, ac deſeri, & obſecrantem non audiri: quòd ſi ſponſa mente advigilans, & ſolo corpore dormiens in eam ingrati animi prolapſa eſt voraginem, ut pulſanti ſponſo non aperuerit, nec vocanti reſponderit, licet ſolo corpore dormiret: *Ego dormio, & cor meum vigilat*; (Cant.5.v.2.) quomodo qui non ſolùm corpore, ſed etiam animo ſtertit, vocanti Deo reſpondebit? cum ſponſa ſemiſomnis tantùm corpore, & toto animo vigil ſponſum non audiverit pulſantem, nec invenerit jacentem in lectulo. *In lectulo meo per noctes* (Cant.3.v.1.) *quæſivi, quem diligit anima mea, quæſivi illum, & non inveni.*

26. Plures ſunt, qui Deum quærunt, ſed tamen à proprijs nolunt commodis recedere, voluptatibus volunt diffluere, & vitijs, quibus adhæſerunt, adhuc indulgere; ſed hoc non eſt Deum quærere, ſed a Deo recedere, & ad ejus vocem, pulſúmque internum obſurdeſcere. Si mens Deum quæſitura, ita cùm ſponſa jaceret in lectulo, proprijs indulgeret commodis; ut à vitijs ſe abſtineret; & mox ſurgens, ſe ne commoda relinquens, Dei ſibi præſentis recordatione muniret, ſéque ad normam virtutis componeret, utique cum ſponſa ſponſum inveniret: *Paulum cùm* (Cant. 3. v. 4.) *pertranſiiſſem eos, inveni, quem diligit anima mea;*

mea: tenui eum, nec dimittam: tunc enim lectulus eſt quærenti Deum veluti ager orationis, qui dum otiatur, fit fœcundior, & virtus feraciùs pullulat. Sicut enim granum frumenti non creſcit in ſpicam, niſi cadens in terram mortuum fuerit: ita mens interdum ab exertitio quieſcit contemplationis, ut hæc feliciùs,at feraciùs germinet. *Si dor-* Job. 7, v. 4. *miero, dicam, quando conſurgam.* Sterileſcit enim in contemplatione mens humana, niſi quieſcat; non induit novam juventam, nec reviviſcit phœnix niſi protritam exuat ſenectutem, & moriatur: mentis contemplatio moritur quandoque, ut vegetior ſurgat: perinde ac arcus ideo remittitur, ut intendatur. Etiam amigdalus ſua à ſe folia projicit, non ut ſuo deſtituatur ornatu, ſed ut vegetior frondeſcat, & ſpem uberioris frugis renovatam ſuis exhibeat in ramis; non odio foliorum, ſed deſiderio frugis effrondeſcit; non ornamentum deponit, ut neglecta jaceat, ſed ut viridior, ac vividior ſurgat: quid ni?fortaſſis ſponſus noluit à ſponſa in lectulo inveniri, quò nimirum extra lectulum à ſponſa quæreretur, & teneretur: *Tenui eum, nec dimittam.*

27. Idque cauſæ, cur etiam dormienti Jacobo fuerit cœlum recluſum, & ſcala exhibita, quia poſt itineris defatigationem, laboréſque exantlatos ipſum otium, quo vires reficiuntur, eſt Deo gratum; quia ſubſequentibus laboribus præludit. Dei nobis præſentis ita fovere recordationem debemus, ut ſi ab ipſa ceſſemus, ad vitia non declinemus, ſed ut mens tenaciùs Deo adhæreſcat; quia ſi ſemel excuſſa Dei præſentis recordatione vitijs indulgeamus, difficiliùs ab iiſdem ſejungimur, Deo adhæſuri: faciliùs enim ab ubere divellimur, quàm à ſcelere; & ſi Deum quæſituri à vitio non recedimus,& peccare deſinimus, culpam deſerimus, non ut inimicam, ſed ſponſam; & ita à peccato diſcedimus, ut Lothi uxor à Sodomis receſſit; recedebat quidem, ſed retro reſpiciebat: patriam deſerebat, à qua tamen niſi incendium immineret,non diſceſſiſſet. Qui Deo verè adhæreſcunt, Deique ſibi præſentis muniuntur recordatione, ſcelus execrantur ut inimicum, neque vacas illas imitantur, quæ ut arcam traherent, ſtabulum quidem deſeruêre, ſed cum mugitu, ac quaſi invitæ, qui verè Deo adhærent non gementes, ſed exultantes ex ſtabulo diſcedunt flagitiorum; & vitia, quæ relinquunt exhorreſcunt; ſcelera deſerunt, ne pereant; Deo adhæreſcunt, ut vivant; ejúſque præſentis recordatione muniuntur, ut hoſtiles inſultus retundant, pravos affectus coërceant, inſoleſcentes concupiſcentias extinguant, & ſe ad normam virtutis componant, nilque agant, quod Deo ſibi præſenti, omnéſque actus intuenti diſpliceat: rogátque enixim cum Davide Deum, Pſalm. 30. ut ab inſidijs eum liberet inimicorum: *Eripe me de manu inimicorum meorum.*

Quòd ſi quæras, quomodo petierit de 28. manu eripi inimicorum ſubdit: *Illuſtra faciem tuam ſuper ſervum tuum.* Dei præſentis vultus, ſeu recordatio armamentarium eſt innocentium, quo munimur contra vitia quæque, & pugnantes vitia proſternimus, pravos affectus contra nos inſurgentes deprimimus, fœdas concupiſcentias extinguimus, & palmis onuſti victores è pugna ſurgimus; ideo vulneramur, quia in hoc armamentario Dei vultûs, recordatione ejus præſentiæ non armamur: Non ait David, ab hoſtibus erue me, jejunijs carnes meas extenua, ſacco cilicino renes meos contere, ſparſo cinere caput meum obrue, ſed *illuſtra faciem tuam ſuper ſervum tuum*, ſeu da mihi, ut Dei mihi præſentis recordatio,mea jugiter in mente vigeat; quia tunc per ſemitas juſtitiæ,ſtudia pietatis, & exercitia reliquarum virtutum ab eadem manuducar: hinc aiebat David: *Oſtende faciem tuam, & ſalvi erimus.* Pſalm. 79. v. 4. Ac ſi diceret, ut ſalutem conſequamur, ſufficit, ſi Dei facies, ſeu præſentia nobis oſtendatur, ſeu recordatio Dei nobis præſentis mentem jugiter noſtram ſubeat, vigeátque, quia hac manudocente, per viam ſalutis trahimur. Quis enim tam audax, qui præſente Principe ea velit, & agere, & loqui, quæ ſcit eidem diſplicitura? Quis adeò temerarius, ut coram Principe Judice, & vindice ſuas velit leges dilacerare, & in ea proruere ſcelera, quæ nonniſi extremo ſupplicio à Judice puniuntur? Ut eruaris de manu inimicorum, ac vitia omnia declines, ac in ſtudio virtutum proficias, noli avertere oculos tuos à Deo tuo, ſed cum Davide dic: *Oculi mei ſemper ad Dominum, quoniam ipſe* Pſalm. 24. v. 15. *evellet de laqueo pedes meos:* ſi oculos in Deum nobis præſentem dirigamus, ſi ejus præſentiæ recordatione muniamur, tunc hoſtiles inſidias, laqueóſque pedibus noſtris paratos declinamus, & de manu inimicorum eripimur.

§. IV.

Dei præſentis, & omnia intuentis recordatio frænum eſt coërcendis pravis omnibus affectibus peraptum. Mentem illuſtrat; & quà ſit eundum, ne à recto declinemus, præmonſtrat.

Optavit David de manu erui inimico- 29. rum, idque ut conſequeretur, petijt illuſtrari Dei ſibi præſentis recordatione: *Eripe me de manu inimicorum meo-* Pſalm. 30. *rum, & à perſequentibus me, illuſtra faciem tuam ſuper ſervum tuum:* nimirum optavit erui non a preſſura, quæ ſcelus ſubſequitur: non ab exedente cor verme, qui culpam comitatur: non à reatu, quo animus infectus flammis adjicitur gehennalibus, ſed de manu inimi-

inimicorum, ſeu ſcelerum, pravorúmque affectuum; quibus ad ſcelera Dei præſentis immemores facilè pertrahuntur, manum timuit ſceleris, & in ipſo ſcelere ſcelus exhorruit. Non gladium, non compedes, non ignem timuit, nec alia ſupplicia, quæ ſcelus ſecum trahit; ſed ipſum ſcelus exhorruit. Iſraelitæ clamaverunt quidem ad Deum; non quia faſtidirent Ægyptum, ſed quia virgas, & compedes horruerunt Ægyptiorum: quos ſi Pharao flagris non excepiſſet, nec flagellis cæcidiſſet, libentiùs ſub Pharaone Principe, quàm ſub Duce Moyſe militâſſent. Quid hoc? niſi quia rarò ſcelus diſplicet, niſi torqueat; rarò declinatur, niſi perimat, rarò averſatur, niſi ſtrangulet?

30. Plures ſunt, qui non gladium execrantur, ſed manum ferientis: hoc eſt non voces blanduſæ ſirenum, ſed ungues ferientes, ac laniantes ſunt horrori: ſi tantùm canerent, & ungues non acuerent, fortaſſis Ulyſſes æquora navi trajiciens cerâ non obſtruxiſſet aures. Plerique abominati ſunt illecebras, ne ſupplicia incurrerent; à voluptatibus abſtinuêre, ne luem contraherent; & peccatum oderunt, quia prolixam ſecum ærumnarum trahat iliadem. Impiorum promptuaria, quia exundant, & filij alieni exornantur, beati habentur etiam in ſcelere:
Pſalm. 143. v. 13. *Promptuaria eorum plena, boves eorum craſſæ. Beatum dixerunt populum, cui hæc ſunt,* nimirum beati in ſcelere, ornati in vitio, felices in miſerijs, & ideo filij alieni à Deo impietate exundantes, & in quavis iniquitate abundantes. Filios Jacob tunc tantùm patrati tœduit parricidij, cùm ob ſcelus in graves ſe conjectos anguſtias viderunt; & eos tanti facinoris non puduiſſe, niſi in Ægypto inter compedes, ſcimus.

31. Imò & David ipſe tunc primùm lachrymis cœpit adulterij contractam abſtergere maculam, cum Nathan Propheta eum redarguit, probrúmque expoſuit, quia tunc, quia ſcelus ſuum agnovit, ex corde doluit,
2. Reg. 12. v. 13. & dixit: *Peccavi Domino.* Quando moriturum ſibi natum filium ob ſcelus à ſe patratum à Nathano audivit, tunc coronam depoſuit, chlamydem abjecit, epulas rejecit, ſaccum induit, lachrymis maduit, ac cinere ſe operuit, quia tunc magis diſplicuit ærumnoſi ſceleris appendix, quàm ipſius ſceleris contracta turpitudo; tametſi quando ipſum poſtea perfectè pœnituit, plus ipſi ſcelus perpetrâſſe diſplicuerit, eò quia Deum ſummum bonum offenderit, quàm cujusvis boni temporanei jactura: illum plus puduit DEO peccâſſe, plus doluit Numen offendiſſe, quàm filio ſepulchrum perfodiſſe: & tunc perfectè reſipuit, cùm DEI præſentis recordationem excita-
Pſalm. 15. v. 8. vit, ac fovit: *Providebam Dominum in conſpectu meo ſemper;* mentis ſuæ oculis Deum objiciebat ſibi præſentem; & non ampliùs naturæ legibus quaſi obnoxius nati ſibi filij necem non doluit, ſed puduit ipſum patrati ſceleris, Deúmque offendiſſe; Dei enim præſentis animatus recordatione nullum ampliùs expavit malum, quamvis in mortis umbra conſtitutus veſtigia premeret præmaturi interitus: *Et ſi ambulavero* Pſalm. 22. v. 4.
in medio umbræ mortis non timebo mala, quoniam tu mecum es.

Sicut enim Regius conſpectus neſcio 32.
quid favoris, ac roboris refundit in eos ſibi ſubjectos, in quos benignitatis, ac clementiæ aſpectus dirigit, eò quia eoſdem beneficiis quodammodo videatur cumulare: ita beneficio recordationis DEI nobis præſentis beneficos ſuos in nos DEUS injicit intuitus, quibus nos ſuis perfundit beneficiis, corroborátque, ne in ſcelus prolapſi pereamus: quemadmodum ad noxium baſiliſci conſpectum ſolent circumſtantes eurò citius diffugere, ne venenum hauriant, quod ſciunt noxium animal ardentibus effundere oculis, ita ad proficui, ac benevoli aſpectus gratiam præſertim Principis accurrunt omnes, quia noverunt plurimum gratiæ, & favoris haurire ex illius præſentia, ex qua didicerunt mala non timere, ſed pro futura ſibi ſperare: ſcitè Seneca loquens de animalibus, quæ præſentiunt alia ſibi nocitura, quæ diffugiunt, ait: *Quid eſt,* Epiſt. 121.
quare pavonem, quare anſerem, gallina non refugiat, cùm tanto minorem, & notum quidem ſibi accipitrem fugiat: quare pulli felem timeant, canem non timeant? apparet illis ineſſe ſcientiam nocituri. Agni itidem docente naturæ inſtinctu ad canis occurrunt auxilium, cum luporum fugiant aſpectum; quæ hujus cauſa diſcriminis, niſi quia noverunt canis præſentiam ad vitam ſibi prodeſſe; & lupi occurſum ſibi ad interitum uſque nocere.

Quòd ſi in naturæ pædagogia adocta 33.
bruta animantia eorum inhiant præſentiæ, ex qua noverunt aliquid poſſe commodi haurire, & alia diffugere animalia, quæ noverunt ſibi non prodeſſe ad vitam, ſed inſidiari ad necem: quantò magis deberemus, & nos DEI præſentiam quærere, ejúſque recordatione præmuniri cùm Deus benefico aſpectu ſuam nobis jugiter, & gratiam impertiatur, & vires ſuppeditet, quibus hoſtiles quoſque retundamus aſſultus? ſcitè Caſſiodorus: *Magnus profectus eſt, ſi* Lib. 11. variar. cap. 18.
mereamini ad Domini placidos venire conſpectus: ſiquidem qui principis meruit benigno ſpectari oculo eximia jam conſtat dote apud reliquos diteſcere. Id intereſt diſcriminis inter Regulum, quo nomine baſiliſcus ſerpens indicatur, & Regem; quia de regulo proditur, ſolo viſu faſcinare vitam, ac interimere; cùm Rex ſolo aſpectu vitam videatur afflictis impertiri; adeo ut quod regulo ad detrimentum datur, hoc optimo Regi conveniat ad emolumentum. Pulchrè Seneca, *peſtifera vis eſt,* ait; *valere* Lib. 1. de clem. cap. 2.

ad nocendum : illius demum magnitudo ſtabilis, fundatáque eſt, quem omnes tam ſupra ſe eſſe, quàm pro ſe ſciunt, cujus curam excubare pro ſalute ſingulorum, atque univerſorum quotidie experiuntur : quo præcedente non tanquam malum aliquod, aut noxium animal è cubili proſiliret, diffugiunt ; ſed tanquam ad clarum, ac beneficum ſydus certatim avolant. Nimirum benignus præſentis Principis aſpectus benefici ſyderis naturam induit, ac ingenium trahit, cùm nonniſi ſalubria influat ; quibus quos aſpicit, recreat: imò & ſyderum principem æmulatur, qui ſolo aſpectu umbras diſpellit, tenebras fugat ; etenim ſerenus præſentis principis aſpectus caligines omnes excutit mœroris in eo, quem aſpicit.

14. Quòd ſi tanta eſt virtus in præſentis Principis aſpectu, quo non ſolùm tuetur, quos benignè intuetur; verùm etiam favore proſequitur, ac gratiâ locupletat : quantò magis DEUS ſuâ præſentiâ nos tuetur, ac benigno aſpectu, quo nos intuetur, quovis bono, at favore opplet? Hinc apud Iſaiam invitatur Sion ad lætitiam, & exultationem non ob aliam cauſam, niſi quia

Iſaiæ 12. v. 6. præſens ei eſſet DEUS : *Exulta, & lauda habitatio Sion : quia Magnus in medio tui ſanctus Iſrael :* ſed cùm dixiſſet Propheta, adeſſe DEUM in medio Iſraelis poſtea ex-

Iſaiæ 13. v. 1. cidium prædixit Babylonis : *Onus Babylonis*, quò nimirum inde diſceremus, nil nobis ad ſalutem magis prodeſſe, nil utilius eſſe recordatione DEI præſentis, & in medio noſtri ; nilque magis obeſſe hoſtibus noſtris, nilque eos fortiùs profligare, proſternere, ac perdere, quàm Numinis in mente præſentiam. Circumducta Arca Jerichontem non ſolùm vicit, & ſolo æquavit, verùm etiam diſſipavit, ac delevit. Idque cauſæ tot Philiſthiin, cùm primùm intellexêre advenisſe in caſtra Iſrael

1. Reg. 4. v. 7. Arcam DEI, actum de ſe cenſuerunt : *Timueruntque Philiſthijn dicentes venit DEUS in caſtra, & ingemuerunt dicentes : Væ nobis :* tametſi palmas ex delata victoria collegerint in caſtris Philiſthijn, has tamen lachrymis rigant, quia verentur, ne ferales mutentur in cupreſſos.

15. Sed ſi Philiſthijn vicerunt, cur lugent, & non potiùs triumphi pompâ lucent, & victricibus coronis fulgent rediimiti? quia nimirum vicerunt quamdiu à caſtris Iſrael abfuit Arca ; ad cujus præſentiam conterriti proſternuntur, eò quia Iſraelitis, quos tuebatur, faveret, & licèt poſt adventum Arcæ cæſus, ac fugatus Iſrael fuerit, non tamen eò quis adveniſſet Arca cæſus cecidit Iſrael, ſed quia abſque victimis, & ſacrificijs, imò cum ſolo clamore eam ſuis exceperit in caſtris. Cæterum ſicut Arca cum Dagone locata Philiſthæos trucidavit ; ita ab impijs ſervata eos perdidit ; *Eránque duo filij Heli cum Arca fœderis DEI Ophni, &* 1. Reg. c. 4. v. 4. *Phinees.* Non cohæret DEI Arca cum ſcelere, & DEI præſentis recordatio in mente delinquentis, vel diffugit, vel ſcelus fugat ; non vult Arca eſſe cum filijs Heli ; prodeſt DEI præſentis recordatio, ſi ſceleris abigatur cogitatio ; ſi ita quæ DEI ſunt cogitemus, ut quæ mundi ſunt non recogitemus ; feliciùs pugnâſſent Iſraelitæ ſine Arca : quamvis ea ſit Arcæ potentia, ut ſatiùs ſemper ſit cum ea perire, quàm ſine illa vincere : victa ſiquidem Arca cum Iſraele, non epicedia, ſed epinicion excitavit, quia dum cecidit Iſrael eum erexit, & jactura verſa fuit in triumphum. Capta enim fuit Arca, non ut Iſraelem perderet, ſed ut Philiſthæos everteret. Permiſit DEUS hoſtes in caſtra irruere Iſraelis, non ut ipſi vincerent, ſed ut Iſraelitæ ab Heli, ejúſque filijs viris nequiſſimis purgarentur, quorum flagitijs populus periclitabatur. Adeo benefica eſt nobis DEI præſentis recordatio, ut ejus Arca in medio Iſrael profuerit cæſis, cùm viſa fuit obfuiſſe; ſiquidem in cæde impios eliminat è caſtris Iſraelis, viróſque nequam exterminat, & in ipſa captivitate idola ſubvertit, triumphátque in jactura : nimirum quos DEUS ſua dignatur præſentia, vel in ipſis jacturis triumpho exornat, & victorijs cumulat.

Imò tantæ eſt Numinis præſentia virtutis, ut vel ipſum naturæ probrum deleat, ejúſque defectus ſuppleat. Ad ſenium jam devenerant Abraham, & Sara, prole deſtituti, & probro ſterilitatis inuſti non abſque invecti doloris acerbiori pœna. Verùm ad id viſus eſt DEUS effœtam tribuiſſe illis naturam, quò de dono ſupra naturam adaugeret gratiam. Sedebat ex inſolita conſuetudine horis pomeridianis ad oſtium tabernaculi ſui Abrahamus in convalle Mambræa, quò anſam enanciſceretur cujuſpiam excipiendi hoſpitis illac forſan tranſituri : cenſebat enim vir pietatis cultor, & hoſpitalitatis amans opibus gravari, niſi beneficijs eas exoneraret, ac in beneficium illac tranſeuntium, & hoſpitalitatis officium impendiſſet : cùm ecce tres conſpicit elegantes juvenes viâ publicâ contra ſe gradientes. Surrexit ſtatim Abrahamus, qui ut erat charitatis alumnus, & hoſpitalitatis eximius cultor, ſeniles impulit pedes, feſtinavit in occurſum, invitavit peroſſicioſè, oravitque ſupplex ad divertendum ; obtulit ſedilia defatigatis, aquam pedibus lavandis admovit ; cibum viribus reficiendis, ac defatigato corpori recreando ſuppeditavit. Unde capti ſenis humanitate peregrini diſcubuerunt. Erant tres illi juvenes perſonæ quidem tres, ſed natura una, ſeu DEUS in 16.

Dei-

Deitate unus, in perſonis trinus, qui quamvis non indigus obſequiorum; ſedulitate tamen, & hoſpitalitate oblectatus, obſequia ſibi à ſene exhibita admiſit. Vitulus paſchalis illicò mactatur, panis concoquitur recens, fercula apparantur, menſa inſtruitur, & tota Abrahamitica familia ad peregrinorum adventum peregrina, & inſueta exultat lætitia.

17. Prandentibus inſervit invitator Abrahamus, non minore alacritate, quàm ſi gratiam non ipſe conferret, ſed beneficia acciperet; refectis viribus, recreato ſtomacho, extinctâ ſiti, remotis menſis, accerſitur Sara, non minus quàm maritus Abraham, in officiis charitatis, & obſequijs hoſpitalitatis ſedula. Injicitur ab uno ex hoſpitibus mentio, eam non multò poſt matrem futuram; tametſi jam ſenio confecta hactenus improles vixiſſet: quæ propterea ſtans à tergo convivarum ſponſionem hoſpitis occulto excepit cum riſu: ſed Deus ſervi ſui obſequia compenſaturus ſterilitatem ſupplevit naturæ, dono gratiæ. *Revertens veniam ad te tempore iſto vita comite, & habebis filium Sara uxor, quo audito Sara riſit*; quia ignara divinæ præſentiæ, ejúſque privilegij neſcia; cùm enim refragaretur natura, titubavit diffidentia: certabant tunc veluti in ſtadio natura ad ſenium delapſa, & gratia juventâ floreſcens, quæ dotes ſuas luculentiùs explicatura, expectavit, quò languida, & marcens, ultimóque ſenio confecta à ſe ipſa videretur natura defeciſſe. Neque voluit Deus hoc beneficium devotis duntaxat Abrahami obſequijs præſtare, ſed & ſuis quodammodo oculis: ne ſcilicet minus decens fuiſſet, ſi ex aſpectu divinæ præſentiæ natura ſeneſcens probrum non exuiſſet ſterilitatis, & veluti in novam refloruiſſet juventam, quâ & lætitiæ florem, & filij fructum ſimul dediſſet: quam fœcundus eſt Dei præſentis aſpectus, quàm felix divinæ præſentiæ recordatio, quæ vel in hyeme ſenectutis non ſolùm vernantes flores inſuetæ lætitiæ, ſed & autumni fructus exhibet in filio ſuſcepto: nimirum Numinis præſentia benefico ſuo influxu fœcundam reddidit naturæ, & ſenectæ ſimul ſterilitatem, quo uno gratiæ dono duplex deleretur probrum.

Geneſ. 18. v. 10.

18. Quid ni? antequam DEUS ſe Abrahamo ſpectandum præbuiſſet, infœcunditatis mœſtitia Abrahami domum totam occupaverat, viderentúrque omnia in luctu jacere, & ſqualere; at cùm primùm Dei præſentiâ dignantur Abraham, & Sara; veluti ad ſolis acceſſum mœſtitudinis umbræ fugantur, & exhilaratâ exultant omnia lætitiâ; leges invertuntur naturæ; jura mutantur ſterilitatis; ſenilis ætatis exſucca refloreſcit caro, & ſterilitas fit fœcunda ſolo Numinis præſentis intuitu: huc accerſendus Chryſoſtomus apud Lippomanum, ubi ait; *Ut diſcas, quantorum, & qualium bonorum cauſa fuerit juſto hoſpitalitas; manifeſtat ſe, qui aſſuit, & paulatim juſtum Abrahamum ſuæ magnitudinem potentiæ docet*: ſcilicet ijs gaudet Numinis præſentia prærogativis, ac privilegijs, ut probrum etiam naturæ excutiat, ejúſque leges obliteret; ut ubi natura deficit, gratia effloreſcat opem ſuppeditatura labenti naturæ: nimirum creſcunt ex Numinis aſpectu dona, triumphántque de naturæ legibus privilegia gratiæ. Hoſpitalitas Dei præſentiam accerſivit, & hæc fœcunditatem naturæ impertivit ſteriliſcenti, & ſenio jam collabenti. Pulchrè D. Ambroſius ait: *Diſce, quàm impiger eſſe debeas, ut poſſis prævenire hoſpitem, ne quis præveniat, & te boni muneris defraudes copia; Abraham pro hoſpitalitatis mercede fructum recepit poſteritatis. Loth quoque nepos ejus non ſolùm genere, ſed virtute proximus propter hoſpitalitatis effectum* (nam perſonatos Angelos tecto recepit) *ſodomitana à ſe, ſuiſque ſupplicia detorſit.*

In Geneſ. 18.

Lib. 1. de Abraham c. 5.

Illuſtre ſanè Abrahami virtus præmium tulit, cum & Numinis præſentiam promeruit, aſpectúque beari, gaudióque repleri; & Meſſiæ ex ipſius progenie naſcituri præſagium accipere: & ea ex Numinis præſentia beneficia hauſit; ut de cauſa futuræ in impios animadverſionis edoctus diceret, ſuos in DEI timore, ac pietatis continere officio, quia pravis omnibus coërcendis affectibus nullum eſt aptius frœnum recordatione DEI nobis præſentis, & ſingulos actus noſtros intuentis, quia ut ait Syracides Melior eſt unus timens DEUM, quàm mille impij. Excuſſit DEI præſentia omnem in domo Abrahami ſegnitiem, ut notat Origenes commendans Abrahami familiam, ubi ait: *Senex currit, Sara accelerat, puer feſtinat, & nullus piger invenitur in domo.* Fuerunt tres illi juvenes, quos Abrahamus excepit hoſpitio, DEUS ipſe trinus in perſonis, & unus in Deitate, & natura, quia ut canit Eccleſia *tres vidit, & unum adoravit*, quò inde intelligamus, Abrahamum tunc ſanctiſſimæ Triadis Myſterium edoctum fuiſſe. 39.

Eccleſ. c. 16.

Homil. ſuper Geneſ. c. 18.

Quòd ſi tota Abrahami familia ad Numinis præſentiam omnem excuſſit ſegnitiem, & virtutis ſplenduit officio; cur & nos cum credamus, & fidei oculo videamus, DEUM nobis præſentem adeſſe, ad normam modeſtiæ oculos, & vultum non componimus? & mentem ſingularum virtutum non nitimur ornatu veſtire? Babylonico Regi jubentur pueri adeſſe: ſed *In quibus nulla eſſet macula*; & quomodo coram cœli Principe ſqualent noſtræ cogitationes, fœdantur actiones? cur ſordere non timemus adſtante Numine, & noſtra omnia obſervante? Juditha ut coram Holopherne ſe ſiſteret, ad omnem ſe elegantiam 40.

Daniel. 1. v. 4.

compoſuit, oris venuſtati nativæ ornatum addidit veſtium, cultúsque muliebris; aptavit mitram capiti, digitos ornavit gemmulis, & annulis, elenchos auribus appendit, Sandalia pedibus induxit, totúmque corpus elegantioribus ornavit phaleris, gemmiſque pretioſioribus, ne quidquam in ipſa eſſet, quod oculis non placeret Holophernis. Sed væ nobis miſeris, qui omni deſtituti ornatu virtutum, Numini nobis præſenti adſtamus ſqualidi, incompti, vitijs deturpati, ſceleribus infecti: an non id eſt Balaami ſæcula reparare, quando ferocientes Angelos plus aſina fuit reverita, quàm ariolus? Nimirum quàm Numinis præſentiam plerumque non ſentiunt homines, hanc vel bruta animalia, imò & creaturæ revereantur inanimæ.

§. V.

Qui Deum ſibi præſentem mentis oculo jugiter intuetur; hunc Numinis favor à quovis diſcrimine ſemper tuetur; nilque præter DEUM timet; qui ſi abſit, non niſi miſeriæ adſunt.

41. EXæſtuabat Babylone flammarum clibanus, & eò immiſſi juvenes, non flammâ læduntur, ſed rore reſperguntur, quò de Principis tyrannide triumphent; ſi enim Vulcanus olim apud Poëtas fulminum artifex fuit, nunc Babylone officinam nactus in fornace palmarum fit faber, flammáſque excitat, quibus illuſtriores cudat triumphos; & Sophorum redarguat barbaras claſſes; ut dediſcant ſterilitatis probro ignis claritatem obſcurare; cum tribus juvenibus palmas pariant, ac victrices lauros exhibeant; Numinis Athletæ olympium ſtadium nacti ſunt in pyra, ubi flamma ſi obmurmurat triumpho plaudit, & ignis incrementa uberiori ardore canunt adoreas: non lædunt flammæ, ſed ludunt; non feriunt, ſed oſculantur adoleſcentes Hebræos: ſed cur flammæ ſuæ oblitæ naturæ, & voracitatis juvenes, quos cingunt non abſumunt, ſed coronant? quia deſcenderat in clibanum Angelus Dei nuntius, ad cujus præſentiam dedocentur flammæ ardere in perniciem juvenum, ne quidquam agerent coram Dei Nuntio, quod Numini diſpliceret: ſola Angeli præſentia flammarum coërcuit voracitatem; juvenes defendit, ne læderentur; & prunas ardentes vernantes in roſas roribus eblandientibus irrigatas commutavit; ad adventum deſilientis in fornacem Spiritus, Numinis præſentiam reveritæ flammæ, non auſæ ſunt adoleſcentibus damnum ullum inferre, ne Deum præſentem, & adoleſcentes protegentem offenderent.

Quid? noſtrò plerumque ardet in pectore pravus concupiſcentiæ ignis; credimus; & certo ſcimus, Deum habere nobis præſentem, & cordis noſtri motus omnes intuentem, & numerantem; & tamen flocci facimus hanc Numinis præſentiam, quia nullum pravis affectibus frænum injicimus, quo coërceantur; lachrymarum non effundimus imbres, quibus flammæ impudicitiæ extinguantur. Scimus nobiſcum ſemper eſſe Angelum tutelarem, & tamen ad ejus præſentiam mores non componimus, errores non corrigimus, pravos affectus non compeſcimus, vitijs indulgemus: & quæ coram hominibus patrare ſcelera erubeſcimus, hæc præſente noſtro Angelo tutelari, imò & Deo Judice, & vindice agere non horreſcimus. Si noſtro velimus grati eſſe tutelari, dicamus ei cum Manue: *obſecro te, ut acquieſcas precibus meis, & faciamus tibi hædum de capris:* nimirum hædum ſibi noſter tutelaris exhiberi cupit, ſed non per montes, & colles ſalientem, non per prata laſcivientem, ſed occiſum; hædus eſt pravus quiſque noſter affectus, hunc exhibeamus occiſum, ut noſtro ſit gratus propugnatori. Affectio appetitus rebellantis, quæ in die iræ ſtatuenda eſſet ad ſiniſtrum Judicis latus, jugulanda nunc eſt, & Angelo litanda. Ira, qua exardemus; livor, quo corrumpimur; invidia, quâ dilaceramur; odium, quo tabeſcimus hædi ſunt, quos à nobis expoſcit Deus, ſed occiſos, ut non inſoleſcant, non laſciviant, nec proximi ſanguinem ſitiant; neque contra dictamina honeſtatis quidquam intentent. Hiſce delectatur Deus victimis hiſce ſacrificijs ejus præſentia honoratur. 42. Judic. 13. v. 15.

Satagunt plerique DEUM quærere, quem ſibi præſentem ſemper habent, licèt eum non revereantur; & ideo labore ſupervacaneo, futilique ſolicitudine quærunt extra ſe DEUM. Quæſivit in lectulo ſuo nocte intempeſta ſponſum ſuum ſponſa, ſed cubantem non invenit, quem cum ipſa ſtantem non cogitavit: *In lectulo meo per noctes quæſivi, quem diligit anima mea. Quæſivi illum, & non inveni,* ſed quid? quod ſponſa ſuum ſponſum in lectulo tantùm quæſierit, & eo non reperto jacente in thalamo ſtatim ſurrexerit, & circuiverit civitatem: *Surgam, & circuibo civitatem, per vicos, & plateas, quæram, quem diligit anima mea.* Cur ſtatim domo exivit luſtratura vicos, & plateas civitatis, an non potuit domi eſſe, & in lectulo non jacere? cur ſponſa in conclavibus Regiæ domûs non quæſivit, quem ſategit per vicos, & plateas invenire? reſpondet ipſa, totam luſtravi domum, nullus me angulus fefellit, nullæ domus latebræ effugerunt; quæſivi per ſingulos receſſus, omnéſque aditus, ſed ubi dilectum non 43. Cant. 3.

repe-

reperio domus contignationes, tecta, oſtia, atria, veſtibula, conclavia anteriora, & interiora, cubicula, & armaria pretioſioris ſupellectilis, ut etiam cellæ vinariæ, penuariæ, & panariæ ſunt mihi lectus doloris, quia ubi dilectum non reperio, ibi non computo veſtiarium, nec xyſtum deliciarum, nec gemmarum ſcrinium, ſed lectulum interpretor doloris, & ſtratum ægritudinis; ſi enim Sponſus abſit, dolor me torquet, & locus quilibet eſt mihi doloris lectus; ideóque omnes domus partes uno lectuli vocabulo adſignificavi, eò quia in nulla quæſitum à me ſponſum invenerim: neque Sponſum amarem, ſi ubi eum non reperio, non languerem, meúmque dolorem, & ægritudinem per lectulum nocturnis tenebris obſitum non exprimerem; quinimò videtur mihi tota domus in piſcinam converſa ægritudinum præ dilecti mei abſentia; & aulæa etiam acu phrygia picta, menſæ auro illitæ, ſcrina intextis gemmis lucentia, non mihi pretioſa ſunt ſupellex, nec regnantis apparatus, ſed grabatum potiùs ſunt languentis: ideóque quia in lectulo meo quæſivi, quem diligit anima mea, & non inveni, tota mihi domus in lectulum doloris, & ægritudinis verſa eſt.

44. Sed ſi Sponſa totam domum lectulum vocavit doloris, cur non etiam vicos, & plateas civitatis? An quia ſpes inveniendi ſponſi vicis, & plateis propriam ſervaverit nomen, quod in partibus ſingulis domûs in lectulum mutavit doloris? quæſivit ſiquidem per vicos, & plateas, non ſine ſpe ſponſum à ſe dilectum inveniendi, ſed cur tantùm nocte ſponſum quæſivit in lectulo, & domi, quem fortaſſis die, illuceſcente adhuc ſole inveniſſet? putârim quæſiiſſe etiam de die, ſed quia dilectum non invenit, etiam dies ipſa noctem ſponſæ accerſivit mœroris: amanti enim ſi ſponſus non affulgeat, etiam meridies nox eſt illunis. Et revera ubi ſol exulat juſtitiæ, nulla ibi expectanda dies: è converſo ſi adſit, expulſis mœroris tenebris, excuſſiſque triſtitiæ umbris, dies illuceſſit veræ lætitiæ: cum primùm ſponſa præſentem ſibi experta eſt ſponſum, non ampliùs nocturnis tenebris ſuum dixit lectulum circumſeptum; ſed floribus ſtipatum. *Lectulus noſter floridus*: nimirum idem lectulus, qui præſentia deſtitutus (Cant. 1. v. 16.) ſponſi erat lectus doloris, mœſtitiæ, & ægritudinis; cùm primùm adeſt ſponſus, ejúſque præſentia illuſtratur, non ampliùs languet in dolore, ſed floret in gaudio; & ſicut ſine Numinis præſentia tota domus fatiſcit in grabatum; eo præſente efflorecit lectus in viridarium, & deliciis diffluit, qui doloribus torquebatur: *lectulus noſter floridus*. Ita eſt ſola ſponſi præſentia mœrores omnes excutit, gaudia excitat.

45. Etiam ſolis præſentia ferè emortuas hyeme plantas redeunte vere floribus ornat, & frondibus veſtit; & quæ hyeme languent arbores nivibus obrutæ, verno tempore ad beneficam ſolis præſentiam reviviſcunt, ac redivivæ florent. Etiam præſentia ſponſi ſponſæ lectulum mœroribus, ac doloribus antea circumſeptum in ſpeciem florentis areolæ convertit *lectulus noſter floridus*, & agri iris ſalutatur lectulus, qui ſpeciem grabati, ac ægritudinis antea prætulerat, quòd ſi recedente ſole Tempe, ſeu ipſa loca amœna arboribus conſita, fontibus irrigua, floribus ornata, viretis jocantia areſcentem devenuſtantur in Theſſaliam, & eodem accedente, ac ac præſente roſas colligunt etiam Sarmatæ & lilia pariunt illi terrarum tractus, qui hyeme gelu concreti torpuêre: vernant omnia ſi adeſt Deus, ſeu recordatio ejus præſentiæ mentem ſubit noſtram; adeo beneficus eſt ejus præſentiæ influxus, ut cùm primùm eo afficitur tophus, concreſcat in gemmam, ſi ad ipſum per agri rimulas, ſyderis pertingat influxus. Reviruit Aaronis virga, ſed illata Arcæ: margaritum concipit concha, ſed roſcido imbre fœta, ubi verò abjecta fuit humi Moyſis virga, efferata repentè fuit in ſerpentem, quò inde conijciamus, quàm ſit noxium à Dei præſentia abeſſe: ibi in anguem virga vertitur, ubi per tantillum divortium à Moyſis dextera ſejungitur: quotquot præſentis Numinis recordationem è mente excutiunt, contra ipſos ſerpentes inſurgunt pravorum affectuum, & nonniſi venena ebibunt, qui extra Deum delicias quærunt. Sponſa ubi domi dilectum non invenit, in deliquium ipſa venit, & nil vidit niſi languores, nil ſenſit niſi dolores: quia ibi ægritudo, & miſeria; ubi Dei præſentia quis non fruitur: parum proſunt tigna cedrina, & laquearia cipreſſina, ſi præſentia Numinis deſtituantur.

Fortaſſis oblectandi animi causâ in hortum deſcenderat ſponſus cum à ſponſa 46. per noctem quæreretur in lectulo. *Deſcendi in hortum nucum, ut viderem poma convallium.* (Cant. 6. 10.) An non ſibi contraria videtur ſponſus loqui? ſi hortus fuit nucum, poma proferre non potuit, non enim nucum arbores poma producunt: cur ergo deſcendit in hortum nucum poma luſtraturus convallium? Eſt nux duris involuta corticibus, aſperitate horrida, oculis non grata, & pallato non multum arridens, ideóque cibus potiùs agreſtis, & ruſticanæ fami abigendæ aptior; cùm pomum ſit cute lævigatum, vario pictum colore, oculis arridens; quinimo palatum prolectet, & dulci venuſtate manus alliciat ad carpendum: ſi ergo ſponſus deſcendit in hortum arboribus conſitum, cur aſſerit, ſe in hortum deſcendere nucum poma luſtraturum convallium? O efficacem Dei præſentiam! quam cùm primùm nuces ſentiunt, in poma vertuntur convallium!

Non me latet, ſuam Poëtas finxiſſe 47.

Circem variis pollentem incantationibus: celebrâſſe ſirenes, ita concinnè modulantes, ut naves inflatis carbaſis æquora traijcientes, & aliò tendentes dulci violentia allicerent, & cantationum illicitis veluti vinculis ad ſe traherent: ſed hæ fabulæ non niſi hominum perniciem moliebantur, cùm Circes ſua præſentia, & incantationibus homines in bruta animalia degeneres mutaret: & Sirenæ blando cantu allicerent, ut illaquearent, ac interimerent: ſola Dei præſentia eſt, quæ emolumentum adfert, & quæ naturâ ſuot deteriora refingit nobiliora: nucum arbor, ſi ejus ſpectemus naturam, fructus parturit agreſtes: ſi tamen Dei præſentiâ gaudeat, quæ à radice nux prodire debuiſſet; pomi diſcoloris, ac dulcis induit naturam, & arbor præſentis ſponſi aſpectibus irrigata propriæ oblita naturæ poma pro nucibus profert: appoſitè D. Gregorius expendens verba ſponſi. *Deſcendi in hortum nucum ut viderem poma convallium* ait: *Cauſam dicit, unde tanta virtus in Eccleſia excreſcere poſſit: viſitatione quippe Chriſti renovatur, & quod in ea tenebroſum eſt reſpectione eius illuminatur: & hinc eſt, quod ſubdens, ait, Deſcendi in hortum nucum, ut viderem poma convallium.* Nimirum timuit arbor nucum antiquos, ac conſuetos proferre fructus præſentiâ ſponſi, & & aſpectibus irrigata; ac propterea, ne injuriam Numinis præſentiæ radix inferret, leges maluit ignorare naturæ, quàm quidquam proferre, quod ſponſo cæleſti ſibi præſenti, ſuóſque fructus intuenti minus gratum obtingeret: & quæ nux debuit è radice produci inſapida, & noxia; dulce variiſque depictum coloribus crevit in pomum: id enim præſtat influxus divinæ præſentiæ, ut non ſolùm prava inhibeat, verùm & deteriora in nobiliora commutet, & quæ natura vilia ſunt, & agreſtia, gratiâ hujus præſentiæ pretioſa fiant, & nobilia: ad aſpectum ſponſi præſentis feliciter degeneravit in pomum, quod naturæ legibus infeliciter creviſſet in nucem; nimirum arbor præſignans Eccleſiam ut loquitur D. Gregorius *viſitatione Chriſti renovatur*, & ex Dei præſentia novitatem accipit, quâ omnem abigit vetuſtatem, & arbor dedignatur reſpondere origini, quæ afflata Dei præſentia non auſa eſt producere fructum, qui ei non placeret.

Cant. 6. v. 10.

48. Non ſolùm eccleſia, ſed etiam quilibet homo arbor eſt. Ex arboribus aliæ in campis, aliæ in montibus oriuntur, aliæ ſaxis hærent, & aliæ fluminibus, vel etiam paludibus abluuntur; quædam ſterileſcunt, & tantùm frondium ornatu laſciviunt; aliæ fructuum divitiis affluunt, & pomis onuſtæ curvantur; aliæ ſunt proceres, breviores & exiles aliæ; craſſæ illæ, tenuiores iſtæ; omnes tamen veluti ex terra ſua trahunt alimenta è radicibus, ac ſuccos nutritios, quos per medullas, corticémque diffundunt; ſed in interiore ſemper ſede medullæ reconditur, quæ exteriùs ligni tuetur firmitate, & ultimus cortex adverſum aëris intemperiem, quaſi plantæ patiens defenſor opponitur. Etiam ex hominibus alij indole ſunt flexiles, præduri alij, & licèt diverſas ſortiantur propenſiones, omnes tamen ab una Numinis gratia hauriunt quidquid boni poſſident: adeſt etiam præſens cuilibet homini Deus; proinde ſi arbor nucum ad præſentiam ſponſi non eſt auſa fructus edere, quibus minus eidem placeret, quantò magis in id debet ſtudij homo incumbere, ne quid agat, quod Deo ſibi præſenti diſpliceat? Numinis præſentia, ejúſque in homine recordatio omnem ad ſe felicitatem pertrahit, & infortunia abigit.

§. VI.

Non cadit, qui Dei præſentis recordatione fulcitur: eſt Numinis præſentia, quâ hoſtes vel fugantur, vel proſternuntur: & pravorum omnium affectuum impetus retunduntur.

De proſtratis hoſtibus victrices demetit palmas, qui Dei præſentia præmunitus caſtra ingreditur pugnaturus. 49.

cum Joſue pugnatrices manus cum Amorrhæis conſerviſſet, ac obſtinato marte decertâſſet, hoſtéſque jam incepiſſet frangere, fundere, ad fugam adigere, victoriam conſummaturus occaſuro ſoli injunxit ſuum cohibere curſum ad occaſum. *Sol contra Gabaon ne movearis, & luna contra vallem Aialon*, nimirum quò victoriam conſummaſſet, tutiúſque de proſtratis Amorrhæis triumpharet, ſolis præſentiam accerſivit in ſuppetias, qui ad Joſue imperium hæſit immobilis medio cælo, quò ſua ſtationaria præſentia animos adderet pugnantibus ſub Duce Joſuë, & terrorem incuteret adverſariis Amorrhæis; ſolares ſiquidem radij veluti emiſſa ſpicula in perniciem pugnârunt Amorrhæorum: ſtetit ſol, ne ulteriùs ſtaret Amorrhæus; ſe exhibuit in caſtris Joſuë ſtationarium militem, quo ſtaſivam in campo Amorrhæorum fortunam proſterneret; metam diſtulit diei attingere, ut palmas ad poſtremum uſque demeteret: nimirum paſſus fuit ſyderum Princeps unius Ducis voce vinciri, quo veri luminis, ac Numinis vinceres perduelles: quòd ſi ſola ſolius ſolis præmunitus Joſuë præſentiâ Amorrhæos proſtravit; quantò magis, qui Dei ſibi præſentis obarmantur recordatione, tentationum impetus retundent, ac pravorum affectuum compeſcent impetus? ſunt enim hi ſpiritui perduelles, & hoſtes infenſiſſimi intus pugnam ineuntes in corde, quò animam vitiis ſauciam interimant: ſed eſt recordatio Dei nobis præſentis impenetrabilis clypeus telis retundendis hoſtilibus

Joſue 10. v. 12.

bus

bus peraptum; ait Procopius apud Gloſſam expendens ſolis moram ad imperium Joſuë: *ſtetit ſol ad imperium Joſuë, præſentiáque ſua longiorem diem contra hoſtes effecit:* nimirum ſolis præſentiam pugnantibus objecit Amorrhæis, qui terrore perculſi, cecidêre proſtrati, quia ſteterat ſol in favorem pugnantis Joſuë.

50. Non cadit, nec proſternitur, qui Dei ſibi præſentis recordatione fulcitur: neque aliud Jacob profecturus in exteras Regiones munimen petjit, quàm Numinis præſentiam ſibi faventem. *Votum etiam vovit, dicens,*

[illegible] c. 28. 20.

ſi fuerit Dominus mecum, & cuſtodierit me in via, per quam ambulo, & dederit mihi panem ad veſcendum, & veſtimentum ad induendum, reverſúsque fuero proſperè in domum patris mei, erit mihi Dominus in Deum, & lapis iſte, quem erexi in titulum, vocabitur domus Dei, cunctorúmque, quæ dederis mihi, decimas offeram tibi. Plura in uno voto emiſit vota, ut in itinere Deus ſecum eſſet, ejúſque manuduceretur præſentiâ, quâ rectè inceditur, & ab hac unica Dei præſentia ſuam orditur felicitatem? *Si fuerit Deus mecum*, noverat enim Jacob à Dei præſentia, & cuſtodia omnem prorſus ſcaturire felicitatem, & pendere proſperitatem: pergit, *& cuſtodierit me in via*, quia qui Dei præſentia manuducitur, tutè incedit, & innoxius cuſtoditur: vel petjit etiam cuſtodiri in via, quia ſancto Dei timore præmunitus labores inchoaverat itineris. Sed cur expavit Jacob ea in via, in qua Angelos viderat per ſcalam ab imo terræ in cœlum aſcendentes, & à ſummo cœlo in terras deſcendentes? ſi locus ille domus Dei erat, & porta cœli, cur Jacob timuit, & petjit in via illa cuſtodiri? *Non eſt hic aliud niſi domus Dei, & porta cœli?* quia nimirum timens Deum ubique timet, & Deum reveretur. Obſonia etiam petjit, quibus detritas ex itinere corporis vires reficeret; ſed perquam frugalia: panem enim & pannum duntaxat optavit non palati delicias, non gulæ irritamenta concupivit; ſed panem, quo veſceretur, & veſtem, quâ nuditatem tegeret: *& dederit mihi panem ad veſcendum, & veſtimentum ad induendum*: hoc eſt merum panem, non ad palati delicias, ſed ad virium refectionem; non ad gulæ lenocinium, ſed ad ſtomachi munimen: & veſtimentum non ad ſuperbiendum, vel luxuriandum, ſed ad corporis nuditatem integendam.

51. Quinimò in textu hebraico petitio Jacobi redolet quid frugalius, ubi enim textus latinus legit *veſtimentum ad induendum*, hebraicus habet: *veſtimentum ad operiendum*, frugalius enim eſt operiri, quàm indui; is operitur, qui quomodocunque membrorum tegit nuditatem; qui verò veſtes induit, non ſolùm nuditatem cooperit, ſed etiam veſtes corporis adaptat, quo ſingulæ veſtis partes ſingulis reſpondeant corporis membris, & cui ſatis eſt tegi, huic operimentum ſufficit; neque veſtibus indiget, qui Dei præſentia tegitur, & protegitur: & quamdiu protoparentes in terreſtri paradiſo coram Deo ambulârunt, ſoliciti non fuerunt de veſtibus, imò neque de operimentis, virtutum encyclopedia ornati, & innocentiæ ſtolâ præſigniti; tunc primus homo terreſtres inter ac cœleſtes incedebat delicias, corpore mundus, mente purus, moribus innocens; animo ſerenus, & cum mentibus incorporeis Angelus ipſe corporeus verſabatur ut frater; non æſtuabat, nec algebat, nec ſudore madidus, nec laboribus fractus, nec moleſtijs preſſus, & licèt paradiſi eſſet colonus, id per animi magis remiſſionem, quàm per laborioſæ manûs occupationem, & ut peramplı, & amœniſſimi horti poſſeſſor ſuam teſtaretur fiduciariam ſervitutem, per penſionem exigui tributi unicum accepit à Deo mandatum, ne de fructu ſcientiæ boni, & mali comederet, niſi jus vellet immortalitatis perdere, non ſolùm ſibi, ſed & toti ſuæ poſteritati.

Sed ſerpentis maleſuadi vafro colloquio 52.
capta mulier poma vetitæ arboris oculis luſtrans, ſeducta friget ad virtutem, & curioſitate illecta fervet ad vitium, ac fucata ſpe nimium excellendi tumida, ſerpenti eſum pomi à Deo ſibi inhibiti annuit ſuadenti: erat cacodæmon ſub ſerpentis ſpecie arboris circumvolutus ramis, vel trunco, vel fortaſſis ſubter arborem in caudam erectus, cœpitque ſermonem cum Eva miſcere, cujus benevolentiam mirâ eloquij illecebrâ ſibi captivavit, virúſque peſtiferæ cupiditatis excellendi, ſupra humanum faſtigium inſtillavit pleniſſimæ libertatis mixtum dulcedine, & guſtatum vetitæ arboris adeò efficaciter ſuaſit, ut plenè perſuaſerit. Invaſit enim mulier dentibus pomum prohibitæ ſtirpis arbitrata in pomo Numinis perfectionem hominibus invidendam poſſe deglutire: dente igitur pomum momordit, & in ſtomachum demiſit. Feſtina maritum advolavit, cui vim pomis illis inſitam laudat, dulcedinem commendat, & exactam aſſerit ſcientiam, nec deſtitit à pomi laudibus, donec dubitantem, mortiſque metu tergiverſantem maritum pellexerit, qui tandem maluit Deo diſplicere, quàm uxori, cui ut placeret, oblatum ſibi pomum rapuit, momordit, deglutivit, & in ſtomachum trajecit, & ſimul cum pomo mortem voravit, qui obnoxios poſteros omnes effecit.

Sed vix ſceleroſè peccârunt, & ſtatim 53.
cœperunt amborum oculi aperiri, & qui priùs non viderant ſuam nuditatem, tum ſpolia mirantur ſuæ innocentiæ, corporibus æquè, ac mentibus detracta: corpus enim irrequieta legis membrorum rebellione cœpit in ſpiritum caput attollere, & contra ipſum perduelles omnes affectus tum concupiſcentis, tum iraſcentis animi excitare: & ipſi ſtolâ ſpoliati innocentiæ, arbores

bores nudant; & circa arborem prævaricati, furtivè ab arbore pudoris mutuantur integumentum. Cúmque audiſſent vocem Domini deambulantis in paradiſo ad auram poſt meridiem. Geneſ. 3. v. 8. *Abſcondit ſe Adam, & uxor ejus à facie Domini Dei in medio ligni paradiſi;* tum fortaſſis ſubriſit tartareus ſerpens, quia ſua calliditate Numinis imaginem in primis hominibus deturpâſſet. Hæ ſunt tartarei hoſtis technæ, illicijs ad illicita homines flectere, voluptatibus ſauciare: & cum poſt peccatum unum duntaxat iiſdem ſupereſſet effugium, ad Deum ſupplices, & ſtatim accurrere, & de illius præſentia pharmacum extrahere ad medelam inflicti vulneris: ipſi cæcutientes poſt peccatum in umbra mortis ſuppetias non petunt è Numinis præſentia, quibus errorem corrigant, ſed latibula quærunt, quibus erratum obtegant, ſcelus occultent. O quàm ſtolidè fugiunt peccantes, quàm pravè ambulant! præſentiam diffugiunt Numinis, cujus ope poſt lapſum erigendi erant; Deum ſtolidè fugiunt, quando ejus erant protegendi præſantiâ nil boni ſperandum à Numinis præſentia diſcedentibus: fuga hæc vel prodroma eſt lapſui, & pravitatem arguit fugientis, vel jam patratum ſcelus redarguit: ſcitè Baſilius Seleucienſis de hac poſt Adæ lapſum fuga à Deo, ait: Oratio 3. *Abſcondit ſe Adam, & uxor ejus à facie Domini Dei. Illi terrore perculſi ſe ipſos tranſgreſſionis accuſatores, ac teſtes exhibentes exilio ſuo ſuffragantur.*

54. De Numinis præſentia uberior ſemper exundat pietas, & gratiæ tempeſtiva officioſitas, quæ reſipiſcenciam influit, & ad veniam petendam cor ſaucium emollit. Abſconderunt ſe protoparentes à facie Dei, ne poſt peccatum Deo eorundem pareret turpitudo: intimiores arborum receſſus, umbráſque denſiores quæſiêre, ut à Dei ſe oculis ſubducerent; nimirum in id craſſæ cæcitatis eos ſcelus induxit, ut Dei oculos putârint umbris, & arboribus, foliiſque plantarum potuiſſe coarctari. Eſt Deus totus oculus omnia videt, & nil poteſt ejus ſubterfugere aſpectum, unde Job ait: Cap. 31. v. 4. *Nonne ipſe conſiderat vias meas, & cunctos greſſus meos dinumerat?* Phengites miri nitoris lapis eſt, qui licèt duritie marmor æmuletur; candidus tamen, & tranſlucens, ſpeculum imitatur, & quæ à tergo fiunt monſtrare dicitur. Hoc lapide Domitianum Imperatorem uſum fuiſſe aſſerit Suetonius, inquiens: Cap. 4. *tempore ſuſpecti periculi appropinquante ſolicitior in dies porticum, in qua ſpatiari conſueverat, & parietes phengite lapide diſtinxit, è cujus ſplendore per imagines, quidquid à tergo fieret, provideret.*

55. Phengitem etiam adhibuiſſe Maximilianum I. Imperatorem referunt plures, cúmque ei Germaniæ urbem ingreſſo gratulatum adveniſſet Magiſtratus, & Chryſendeton, ſeu vas amplum ex puro puto auro cuſum gemmis multum, aureiſque plenum in monimentum debiti obſequij obtuliſſet; vas accepit, & ſuper menſam locavit; erat tum Imperator in conclavi non procul à foro, ubi publica ſpectacula in communis populorum lætitiæ teſſeram parabantur. Initium ſpectaculorum jam dedarant equeſtres luſus, & umbratiles pugnæ, cum ex famulis Imperatoris unus cubiculum ingreſſus, ubi cum ad feneſtram intentus eſſet Imperator ludis equeſtribus, ad menſam ipſe tacito pede, totóque ſilentio acceſſit aureos non numeraturus, ſed ſurrepturus, ratus ſe à nemine videri, ſed Imperator ſive obrepentem per conclave ad menſam ſenſiſſet, ſive ex caſu fortuito, phengitem ſuum diſſimulanter ante ſe moviſſet, omnia à tergo vidit etiam furem non parca manu extrahentem è pyxide partem non minimam aureorum. Finis imponitur publicis ſpectaculis accurrunt Cæſaris famuli aliquid pecuniarum ab Imperatore accepturi. Juſſit tunc Maximilianus eos manu, eam partem pecuniæ extrahere, quæ unicuique videretur honeſtior: acceſſit vocatus & ille, qui primus omnium, cùm ſpectacula agerentur clangulò manum in pyxidem injecerat, jubetur & ipſe extrahere quantum manu ſibi videretur ſatisfieri, initio modeſtè tergiverſatur, ſed cùm inſtetiſſet Imperator, tandem pauculos aureos ſummis, ac verecundis digitis extraxit è pyxide. Tum Imperator numera, quot tu aureos extraxiſti, numeravit famulus, ſed ſubdidit Cæſar, tu non rectè numerâſti, iterum numera, & prome, quos nobis inſentia ad ſpectacula clangulò extraxiſti. Impalluit tunc famulus, contremuit, veniam fuit precatus, ſed juſſus eſt aureos expromere è furtivo ſaculo, & enumerare, & cum plures eſſent, quàm quot juſſus excerperat; tum Imperator tolle, omnes hi aurei tui ſunt, ſed cave, ne ſub meos ampliùs oculos redeas. Ludere cum Principibus ſemper periculoſum, & eorum oculos, auréſque ſubterfugere perdifficile. Quantò magis errant putantes ſe poſſe ab oculis Dei ſubducere?

56. Deus enim eſt, qui omnia videt, ut non poſſit quidquam ſive in aëre, ſive in terra, ſive ſub terra, ſive in mari, ejúſque fundo ab ejus ſe aſpectu ſubtrahere, eſt Deus totus oculus: pulchrè D. Auguſtinus. Epiſt. 112. *Deus totus oculus eſt, quia omnia videt; totus manus eſt, quia omnia operatur; totus pes eſt, quia ubique eſt.* Heri præſentia manus coërcet famulorum, ne floſculum ullum in horti areolis carpant, nec pomum ex arboribus rapiant, nec quidquam loquantur, quod Domino diſpliceat: Deus verò eſt ſemper ubique præſens, & omnia videt: quis igitur tam audax, quis ita temerarius ſit: ut coram Deo præſente, & ſingula intuente velit ſcelus patrare, & ea agere, quæ ipſi diſplicent? Nemo eſt, qui oculos Dei cuncta videntis valeat diffugere,

ubi;

ubicunque deliqueris, te Deus deprehendet delinquententem.

57. Refert Pauſanias in Corinthiacis Jovis extitiſſe ſimulacrum trinoculum, ob triplex in ſuperos, medios, & inferos imperium; ſed rejectis fabulis veritas docet, Deum omnia videre, & propterea triplices eidem oculos ineſſe, quibus omnia cœli, terræ, maris, ac inferorum etiam minutiſſima pervidet, ait enim D. Augu-

Epiſt. 111. ſtinus. *Oculos Dei ſimul univerſa cernentis non abdita locorum, non parietum ſepta ſecludunt. Nec ſolùm ei acta, & cogitata, verùm & agenda, & cogitanda ſunt cognita;* quia Deus omnia videt præterita, futura, & præſentia. Et licet videatur interdum abeſſe, ons tamen reſpicit, & actiones omnes, ac cogitationes intuetur. Etiam in ſacris epitalamiis ſponſus aberat, & à ſponſa videbatur diſceſſiſſe, cùm ta-

Cant. cap. 2. men ſponſam ſemper reſpexerit. *En ipſe ſtat poſt parietem noſtrum reſpiciens per feneſtras, proſpiciens per cancellos.* Quæſierat ſponſa per montana, & colles ſponſum, ex cujus præſentia gaudium hauriret; & exultaret Cant. 2. cap. 2. *Vox dilecti mei, ecce iſte venit ſaliens in montibus tranſiliens colles:* ſed cùm vidiſſet ſponſum montium faſtigia ſalientem, & collium eminentias tranſilientem, mox fatetur ipſum poſt parietem ſpectare per cancellos. Cur ad cancellos excubavit ſponſus, qui paulò ante gradiebatur per montium cacumina? quia non longè abfuit; cum crederetur abeſſe, præſens adfuit; & eum cenſerur à nobis longiùs diſtare, cominus nos vider, & ſedulo obſervar, quia Deus ubique eſt nobis præſens, & omnia noſtra attentiſſimè reſpicit, ut nulla nec cordis cogitatio potis ſit ejus ſubterfugere aſpectum.

58. Sed cum ſponſa deſcribat ſuum ſponſum errantem per montes, & colles, & à ſe diſtantem, cur non clamores potiùs ſponſi, quàm ejus voces, à ſe fatetur auditas? qui enim procul abeſt, is ut audiatur, non vocem remittit, ſed ingentes clamores toto niſu emittit; & tamen non clamores ſponſi, ſed voces fatetur auditas. *Vox dilecti mei, ecce iſte venit ſaliens in montibus, tranſiliens colles.* An quia non abeſt à ſponſa ſponſus, cùm procul abeſſe videtur? ita eſt, tametſi per montium cautes, & faſtigia erret ſponſus, non tamen à cubiculo aberrat ſponſæ, quia

Pſalm. 33. v. 19. ut ait Regius Vates. *Juxta eſt Dominus his, qui tribulato ſunt corde.* Æſtus eſt tribulationis, quò credimus procul à nobis Deum abeſſe, eò quia ejus non ſentiamus ſolatium: ſponſa tunc eſt arbitrata è ſuo diſceſſiſſe ſponſum cubiculo, quia mœrore affligebatur, anguſtijs premebatur, ideóque cenſuit ſponſum procul abeſſe, & per montes, ac colles errare; cùm tamen non abfuerit à ſponſa, ſed eidem adfuerit: *en ipſe ſtat poſt parietem noſtrum, reſpiciens per feneſtras, proſpiciens per cancellos*, non aberrat a ſponſa, qui ſponſam reſpiciebat, omnémque ejus actum proſpiciebat, imò & ſermones cum eadem miſcebat. *En dilectus meus loquitur* Cant. cap. 2. *mihi: ſurge, propera amica mea, columba mea, formoſa mea, & veni, jam hyems tranſiit:* adeò vicinus ſponſus erat ſponſæ, ut familiariter cum ipſa loqueretur, & quidem voce adeò tacita, & ſubmiſſa, ut ab alijs non audiretur: ergo non aberat, ſed aderat, cum procul credebatur ſponſus per montes errare, & colles: ſiquidem ſolus paries, ſolíque cancelli ſponſum inter, & ſponſam ponuntur, quia Deus eſt nobis ubique præſens, etiam quando à nobis diſtare videtur; actum, & cogitatum noſtrum ſemper proſpicit, & intimiora cordis noſtri pervadit penetralia: quamvis tamen adeſſet ſponſus, injungit adhuc ſponſæ, ut ſurgat, ac feſtinet: *Surge, propera Amica mea columba mea:* quia nimirum Dei præſentia otium omne excutit, deſidiam abigit, & ad rectè agendum ſtimulos addit.

Quòd ſi eò quisque contentiùs labo-
59. rare ſolet, & agere efficaciùs, quò plures habet, ac nobiliores ſui ſpectatores; quantò potiori jure debemus otium quodlibet excutere, & ſatagere, ut diligenter, ac rectè ſemper operemur, cùm ubique locorum habeamus ſemper Deum ſpectatorem. Scimus in Jeroſolymorum obſidione nullis prœmijs Romanos æquè in hoſtes animari potuiſſe, quàm Titi Cæſaris in expugnatione illa præſentiâ, ejúſque oculis intuentibus ſingulos milites: ut enim refert Joſephus Hebræus: Romanos hortabatur conſuetudo vincendi, & quia vinci non aſſueverant; ante omnia verò Titus ſemper ubique præſens milites exhortans ad fortiter agendum ad labores ſubeundos: ſiquidem ſpectante, & hortante Cæſare inertia graviſſimum videbatur facinus, & ei qui bene decertâſſet, teſtis aderat, qui præmium rependeret. Et fructus cenſebatur tanto labore dignus militem cognoſci à Principe virum fortem, & labore infractum. Quid ni vulgata eſt parœmia, quâ oculus Heri equum dicitur ſaginare: oculus & præſentia Titi fortes effecit milites, laboribus aſſiduos, conſtantiâ ferreos, armis inexpugnabiles: hæc omnia præſtitit ſola Titi præſentia in illa Jeroſolymæa obſidione; & multò magis hoc idem poteſt Numinis præſentia, cujus oculi omnia reſpiciunt, & labores ſingulorum intuentur. Idque cauſæ, cur dilectus reſpiciens per feneſtras, & proſpiciens per cancellos ſponſam, eam animaverit ad ſurgendum, & agendum: *Surge, propera Amica mea, formoſa mea, & veni:* injungit ſponſæ, ut ſurgat, ac feſtinet, ac ſi perventura ad ſponſum plu-

res deberet terrarum tractus percurrere; quia omnem excutit ſegnitiem, abigitque otium, qui Numinis præſentiâ munitur, & ad grandia quæque agenda, ſe accingit.

60. Cæterum nimis diſtat ſponſus à ſponſa, ſi ejus non hæreat lateri, non adhæreat præſentiæ: ni JESUM amplectemur, ab eo exulemus, quemvis ejus vocem audiemus, vultúmque contemplemur. Experte id Magdalena fuit, quæ propterea nec è ſorore importunis defatigere precibus divelli potuit à Domini pedibus, quos etiam in ſepulchro quæſivit, & poſt reſurrectionem tenere ſetegit, non perum Chriſti colloquio, & blanditijs recreete: didicit hoc idem Petrue, qui licèt JESUM videret, eúmque alloqueretur, pluries tamen ed eum accedere non timuit per fluxes marini itineris ſemites, per fluctus tumeſcentes, undáſque neufragia minantes. Quò propiùs ad ſponſum accedat ſponſe, ei injungit illicò ſurgere, omnémque à ſe ſegnitiem procul excutere, *ſurge, propera Amica mea, columba mea, formoſa mea, & veni: jam hyems tranſiit*, ſed quorſum ſponſus ſuam invitavit ſponſam, poſtquam hyems triſtis, nubila, immitie, ſegnis, aſpera, lurida, gelu concreta, floribus viduara, tetricitete ſqualida, nivibus obruta, ventis, & procellis exegitata, pruioe rigida, villoſo tegmine tecte abjit, ec diſceſſit? An ut eem ducat in hortum ſuum, ubi veris redivivi diffluat delicijs; ubi omniferoe ſinus benigniſſima perens tellus recludit, herbarúmque virentium, ac ſuevitet olentium egmina expromit; ubi flores ludunt in areolis, alij in gemma neſcentes, alij ex hyante jem calice promicentee, alij rupta jam vagine pubeſcentes, & alij foliorum pompe ſuperbientes; ubi arbores novis ſe frondibus veſtiunt, & pulſis frigoribus euræ tepent, cœlum tenitet purius; ſol ſplendet auro ſimilior, & illiberi ſtellarum chori clariùs eniteſcunt; turgent gemmis plantæ, nitent detonſi herbarum thori, & per virentes areolas rident flores. Sed licèt hyems tranſierit, non tamen delicijs hortenſibus voluit ſponſam diffluere: Audi, quò poſt hyemem ſponſam duxerit. *Surge Amica mea, ſponſa mea, veni columba mea in foraminibus petræ, in caverna maceriæ.* Cant. c. 2.

61. Hæ ſunt ſponſæ deliciæ poſt hyemis procellas, tetriſque caligines, per latibula ruinerum, per hietus rupium, per exela montium juga, & ſaxorum prærupta itinera ſponſem ducere; quia nimirum ſola Chriſti vulnera deliciæ ſunt animarum, quæ cœleſti ſponſo nupſere: ſiquidem extra hos fontes Salvatoris nonniſi hyemis frigore rigent, ſpiritus procellarum ſaviunt, & imbres decidunt importuni. In Chriſti vulneribus roſas legere charitatis, & lilia colligere caſtitatis eſt delicijs diffluere: exhibuit ſponſus ſuæ ſponſæ foremina petræ, & cavernas maceriæ, quó ad ſponſi præſentiam Chriſti vulneribus aſſueſceret, & cordis mortificationibus ſtuderet: voluit ſponſem amicam amore æſtuentem, roſis redimitam charitatis; voluit columbam eſſe, ſeu liliis florentem pudicitiæ, & floribus coronatam caſtitatis; voluit formoſam eſſe, ſpecie decoram, ornatu elegentem, pulchritudine enitentem, ſed in foreminibus petræ, in caverne maceriæ: *Surge Amica mea, ſpecioſa mea, & veni, columba mea in foraminibus petræ, in caverna maceriæ.*

§. VII.

Dei præſentia, qui aſſueſcit, labores, non timet, ſed Numinis præſentiâ tectus, & protectus ſegnitiem omnem excutit, & ardua quæque aggreditur.

62. Dei præſentiæ, qui aſſueſcit, fortiter agit, labores non expavet, vulnera non timet, & ſole Numinis præſentie tectus, & protectus ardua quæque aggreditur, & ſuperet. De Juda Machabæo, ejúſque phalangibus dicitur. *Erant manu quidem pugnantes, ſed Dominum cordibus orantes, proſtraverunt non minus triginta quinque millia præſentia Dei magnificè delectati*: ſcilicet præſentiâ Dei valentiùs, quèm ferro obarmati in hoſtes irruerunt, pugnem indixerunt, inimicos fregerunt, ſuderunt, & proſtrârunt enormi clede ad triginta quinque millia, quia nimirum Deum ſibi præſentem omnes intuentem, & ad fortiter pugnandum animantem ſibi conſtituerunt, acſi ipſum oculis viderent, ejúſque voces auribus perciperent: vicerunt pugnando, quia Deum ſibi præſentem fecerunt precando: & excogitata eb illis Dei præſentia labores lenivit, ſudores detergit, vires addidit, animos dedit, quibus famem, & ſitim libenter tolerârunt, fatigationem & pulverem gaudentes ſuſtinuerunt, vulnera, & plagas non timuerunt, & mortis pericula læti adjerunt. Quòd ſi milites Machabæi inter clengentes tubas, & obſtrepentia tympena, armorúmque fragores; gladiorum, & ſcutorum colliſiones, inter vulnera inflicta, cæſorum lapſus, morientium clamores, vulneratorum ullulatus ita Deum præſentem ſibi ſtatuerunt, ut ejue præſentia magnificè delecteti fuerint, & ad ſtrenuè pugnandum animati; cur nos hac Dei nobis præſentia non munimur recordatione, ut hoſtiles impetus retundamus tartareos hoſtes ad turpem fugam adigamus, hoſtiles concupiſcentiæ ignes extinguamus, & pravos quóſque affe- 2. Machab. 15. v. 26.

affectus contra nos inſurgentes vincamus, ac proſternamus? quid ni etiam in turbatiſſimis negotijs, inter mundi clamores, hominúmque ſtrepitus Dei nobis præſentis meminiſſe poſſumus; ſi velimus, hac Dei præſentiâ nos armare contra Averni phalanges poſſumus, ut victrices palmas, ac triumphatrices lauros colligamus.

63. Duxit ſponſus ſponſam per foramina petræ, per cavernas maceriæ, ut ad Numinis præſentiam duris, ac mortificationibus, quibus hoſtes vincuntur aſſueſceret: & quia ſponſo annuit ſponſa, quam in ſe mortificationem experta eſt, eandem in ſuo invenit ſponſo. Cant. 2. *Faſciculus myrrhæ dilectus meus mihi inter ubera mea commorabitur:* ſed quænam fuit hæc mortificatio, quæ vix in faſciculo myrrhæ conſtringi potuit, & quæ non tam myrrha fuit, quàm dilectus; & quæ non collecta fuit in horto, vel monte; ſed reperta inter ubera? ſi inter ubera myrrha demetitur; non modicam jam, ſed ingentem credas eſſe mortificationem; quando enim ubera non ampliùs dulcedinem lactis, ſed myrrhæ diſtillant amaritudinem; tunc noſtra gaudet cœleſtis ſponſus mortificatione, quia plus prodeſt ad ſalutem: plus meremur, ſi cœleſtis ſponſus ſuo nectare nos non paſcit, nec interno ſolatio noſtros diluit ſudores; ſi enim careamus dulcedine divinarum conſolationum, & humanorum dolorum obruamur pondere, hominum perſequentium premamur ærumnis, tunc majora ſubeunt noſtri labores incrementa meritorum; non enim myrrha, quæ ſponſus eſt, & quæ inter ubera ſeritur, ac colligitur, myrrha eſt, tametſi aliquid amaroris ſentiant, qui eam colligunt: qui procul abeſt à foraminibus petræ, & maceriarum cavernis, ſeu ab exercitio mortificationum à cœleſtis ſponſi præſentia abeſt. Ideo ſponſa facie fuit delectata ſponſi, quia in foraminibus petræ, in caverna maceriæ degebat, ſeu mortificationis exercitijs flores in ſolitudine maceriæ excolebat virtutum. Cant. cap. 2. *Columba mea in foraminibus petræ in caverna maceriæ, oſtende mihi faciem tuam, ſonet vox tua in auribus meis:* vernant lætiores, & germinant pulchriores in antris ſolitudinis flores virtutum: hinc Chriſtus, ſi flos campi fuit, idem quoque petra fuit, deſideravit ſacer ſponſus facie frui ſponſæ, ut ex mutua præſentia amor exarderet intenſior; vocem itidem, quæ ſuas pulſaret aures concupivit, & quidem in foraminibus petræ, in caverna maceriæ; quia columba, ſeu anima innocentiæ cuſtos, & pudicitiæ cultrix gaudiorum non emittit vocem, niſi inter foramina petrarum, inter cavernas maceriæ, inter ſaxa ſolitudinis; & Joannes, quia fuit vox Chriſti prodroma eruditur in antris, & Chriſtus, qui Verbum eſt, petra etiam dicitur: ſcilicet naturæ Magiſterio ad vocum fæcunditatem aptari videntur lapides; qui veluti vocales ſolitudinis, & camporum voces, quas ſeminum inſtar recipiunt pluries repetita echo in morem ſegetum reddunt geminatas: & revera voci efformandæ virtutis, nullum genus vitæ accommodatius, quàm quod agreſtis ſolitudo ſuggerit: eſt enim vitæ genus, quod ſicut flores averſatur in ſermone, & ore; ita ſpinas diligit in manu.

64. Petras audimus, & columbam, & à Sponſo vocem optari Sponſæ, quò inde conjiciamus, vocem concionantis ſimplicitatem debere petræ imitari, & duriùs animos percutere peccantium; non luſciniam Deus ſponſam nominat, vocis modulamine eblandientem; ſed columbam in foraminibus petræ, in caverna maceriæ innocentiam excolentem, & ſimplicitatis amantem: neque ſponſam vocavit, ut in areolis florum cubaret, ſed ut in foraminibus petræ, in caverna maceriæ ſimplicitati ſtuderet: vult ſponſam columbam eſſe, volatu humilem, cantu gementem, moribus innocentem; & quia eam columbam eſſe deprehendit, non mutato vocabulo amicam dicit, & ſpecioſam vocat, eàmque ad ſe advocat: *Surge, propera amica mea, formoſa mea & veni: in foraminibus petræ, in caverna maceriæ, oſtende mihi faciem tuam, ſonet vox tua in auribus meis,* petit quidem ut loquatur, ſed cupit, ut ante vocem facies ſibi oſtendatur, quia vult exemplum prolodere voci: propterea vult ſponſam prius ſpectari facie, quàm audiri voce, fortiùs enim exemplum movet, quàm vox. Strenuus in caſtris Princeps plus exemplo, quàm verbis milites excitat ad fortiter pugnandum; & magis vitia, quàm virtutem diſſimulat, illa enim plerumque non punit, hanc verò præmijs cumulat, quò cæteri ad rem bellicam bene gerendam provocentur.

65. Mirum ſanè tantam præſentiæ Principis virtutem ineſſe, ut hæc ſola ſævitiem omnem excutiat militum, & virtutis ſtimulos ſuppeditet, ac bellicæ fortitudinis acceſſat incitamenta: quiſque militum præſente Principe annititur rem ſuam fortiter gerere, præmium inde aliquod accepturus, vel ad gradum aſcenſurus ſuperiorem. Factum id fuit ab Alexandro Macedone Romanis, ac Perſis, ex quo prodiêre coronæ civicæ, morales, navales, obſidionales, querneæ, laureæ, aureæ, imò & torques, armillæ, haſtæ, phaleræ, & pleráque id generis alia, quibus donabantur milites ſtrenuè in bello ſe gerentes, ad id ſolâ Principis animati præſentiâ, quæ eos in hoſtile ferrum, necémque cogebat, Martióque furore ad audaciora belli facinora incitabat, ut per medios hoſtium cuneos intrepidè ruerent, cruentáſque cædes pede calcarent: habere enim Principem præſentem, & oculis intuentem cum pugna initur; ſpiritus, animóſque inde hauriunt milites, & ſcientes Principem facinorum teſtem eſſe, ardua quæque ag-

grediuntur, & bellica fortitudine pericula parvi facientes facinora quæque intentant. Idque cauſæ, cur Enodius de Principe ſuo Theodorico victorijs inclito dixerit in Panegyri, *Quis te in acie conſpectus ſuperatus eſt?* cum ingeſſerat militibus præſentia Principis ardorem, eos ſuppeditaverat animos ad ſtrenuè, fortitérque pugnandum, ut quoties præſente Principe confligere ijsdem contigerit, hoſtes proſtraverint, & victrices palmas nudato ferro ſibi meſſuerint. Quid ni? etiam in Chriſti militia, in caſtris eccleſiæ, qui hac Chriſti Principis præſentia fulciuntur, fortiter pugnant, palmáſque legunt martyrij, lauróſque victrices demetunt, quibus cœleſti coronentur in Capitolio.

66. Hac Chriſti præſentiâ dignatus in ſuo certamine Protomartyr Stephanus Chriſtianæ pietatis ſelectiſſimus miles, licet in Phariſæorum concilium, velut in palæſtram raperetur, ubi odium, & invidia præſiderent, & tota Judaica poteſtas fuiſſet contra ipſum crepitantibus armata ſaxis, ſtrenuè adeo pugnavit, ut ſaxa ipſa rudia, & aſperitate noxie pellucidas commutaverit in gemmas, quibus præclariùs, ac nobiliùs coronaretur. Si ſanguine rubuere, rutilantes, ac rubentes exhibuêre rubinos, vel carbunculos purpurâ fulgentes: quòd ſi hæ dicuntur rubinis gemmulis vires ineſſe, ut geſtati, vel propinati venenis reſiſtant, à peſte præſervent, triſtitiam arceant, melancoliam excutiant, animum exhilarent, ac ſanitatem incolumem tueantur: etiam lapides in Levitam Protomartyrem injecti, gaudio eum perfuderunt, à peſte Ethniciſmi præſervârunt, & in fide firmiùs conſtituêre, ejus enim conſtantiam audientes Judæi præ dolore præcordia lacerabant.
Act. 7. *Audientes autem hæc diſſecabantur cordibus ſuis. & ſtridebant dentibus in eum*, cúmque ſaxis obarmatæ in eum irruiſſent gehennales Phariſæorum phalanges, lapidúmque procellâ ſævius quateretur Stephanus, tunc
Act. 7. v. 55. *intendens in cœlum vidit gloriam Dei, & JESUM ſtantem à dextris Dei. Et ait: Ecce, video cœlos apertos, & filium hominis ſtantem à dextris Dei:* nimirum ſpectantis Numinis intuitus conſtantiam corroboravit decertantis, præſentia Dei ſtantis ſpiritus ſuppeditavit, animóſque addidit, quibus firmior ſtaret Levita in pugna: pietatis Athleta in judaicæ impietatis decertans palæſtra non cadit, quia JESUM videt à dextris Dei ſtantem; & ſaxorum procellis non obruitur, ſed è miſerijs præſentis vitæ eruitur; non frangitur, quia inflictis ſibi vulneribus integritati ſtuduit; ſi ſanguine maduit, purpuram induit; ſi ſaxis pulſatur. Empyrei portas ſibi aperit. Sola JESU ſtantis à dextris Dei præſentia præmunitus epinicion cecinit ante conflictum: ſed unde tanta victoriæ obtinendæ ſecuritate ante pugnam gloriâ potitur victoriæ? quia nimirum præſentiâ Numinis animatus ſecurum ſibi promiſerat triumphum, pulchrè Euſebius Epiſcopus Emiſſenorum ait: *Juſtè Stephanus inconctanter offert ſanguinem ſuum, qui præ oculis habet Regem ſuum, ſimul & bravium ſuum: & filium hominis à dextris ſtantem Dei.* Homil. de S. Stephano.

Non timent Cœlites, ut eccleſiæ miles, & Martyrum Coriphæus animo cadat, cum ſui certaminis ſpectatorem enactus fuerit JESUM ſtantem à dextris virtutis Dei: Regia enim Numinis præſentia animos afflabat, vires ſuppeditabat, robúrque fortitudini addebat, ne à conſtantia dimoveretur: ſed in Stephani certamine voluit Deus de cœli policia terram erudiri, dum Rex Regum ſuo aſpectu præliaturo militi conſtantiam influit, & Numinis præſentiâ præmunitus palmas colligit victrices, dum Judæorum phalanges ſaxorum grandines toto impetu in ipſum jaciunt. *Juſtè Stephanus inconctanter offert ſanguinem ſuum, qui præ oculis habet Regem ſuum ſimul, & bravium ſuum:* nimirum juſtè offert, quaſi Regis præſentia non ſolùm militaris obſequij urbanitatem, ſed neceſſitatem velut ex juſtitia ortam arctiùs obſtringeret. Imò præliaturo militi coram inſpectante JESU aperitur cœlum, quò de præmio ſecurus, fortior decertet in pugna: ſic enim Deum videre prægustatæ beatitatis proemium eſt. Ecce quales ingeſſit JESUS ſuâ præſentiâ pugnaturo militi ſpiritus, ac vires, cùm tutus ſit de triumpho, antequam pugnam inchoët? ſed ideo triumphavit, quia Dei præſentiâ confortatus pugnavit, ideo ſecurus de præmio conflixit, quia vidit cœlos ſibi aperiri. *Ecce, video cœlos apertos.* Act. 7. v. 55

67.

Patuit cœlum, ſed nonniſi ſtrenuè decertantibus, patuit Stephano Levitæ, ſed non cum miniſterio Levitæ floreret, ſed cùm audacter de Chriſto loqueretur, cum fremitum in ſe ſævientis concilij inconcuſſa pectoris firmitate ſperneret; cum Phariſæorum minas contemneret, & oblatrantium in ſe Alexandrinorum, & Cilicum accuſationes fronte ſerena, vultúque hilari, ac animo intrepido patienter ferret. Et poſtquam vidit cœlos apertos, & JESUM ſtantem à dextris Dei, non torpet Stephanus, non præſumit, nec gloriatur, ſed ſtudioſiùs in ſuum incumbit munus, audatiùs evangelizat, frequentiùs orat, lætus lapides excipit, charitate fervens adverſarios Chriſto commendat. Sunt & in Eccleſia nunc Levitæ, qui tamen pro Chriſto non lapidantur, ſed plerumque Chriſtum ipſum in ſuis ovibus lapidant, & eccleſiæ proventus dilapidant: qui non veniam hoſtibus, ſed iras imprecantur, qui ſpi- 68.

ritum

ſpiritum non Deo, ſed Mammonæ commendant, qui oraturi non flectunt humi genua, ſed ſuperbientes caput in cœlum efferunt: qui non pro fide moriuntur, ſed mortua fide vivunt vitio, pleni non gratiâ, ſed faſtu; roborati non fortitudine, ſed vitio; non prodigiorum patratores, ſed ſcandalorum ſatores; non Dei contemplatores, ſed Evangelij contemptores, orationis oſores, juſtorum irriſores; quia nimirum licèt & ipſi ſint Levitæ cum Stephano, non tamen cum Levita Stephano JESU ſtantis à dextris Dei muniuntur præſentiâ, cujus recordationem excutiunt, quò nequiores fiant; & ideo ab hoſte tartareo proſternuntur, quia Dei præſentiâ deſtituuntur, & eâ negligunt præmuniri.

69. Fuit inter filios Gedeonis Abimelechus genitus è matre Sichimitide, ſeu conditionis inferiuris à Gedeone, qui Poligamus erat, ac propterea à cæteris fratribus flocci Abimelechus fiebat, cùm poſſent ipſi pari patris, & matris gloriari nobilitate. Hic autem contemptus fuit diſſidiorum fomes, & ſcintilla, ex qua ferale exarſit incendium, quo Abimelechus ſexaginta octo fratres ſuos, omnésque filios Gedeonis violenta, ac præmatura morte extinxit. Defuncto Gedeone, poſt juſta patri ſoluta, ſimulavit Abimelechus ad cæteros fratres; viſendam ſibi maternam eſſe domum pietatis ſtudio, & officij causâ, ac Sichimam præcipuam Ephræmææ tribus urbem proficiſcendum, quò appulſus conceptum mente facinus Regni fratrum ſuorum invadendi, non diſſimulanter effundit, cum Sichimitis conſilium init, rem totam ijsdem aperit, qui ſceleri annuentes adjutores ſe illi exhibuerunt magno numero materni ſanguinis propinqui, omnes tamen viri nequam, homines factioſi, & novitatum amantes, ex quorum conſilio pecunia depromitur ex Baalis fano ad milites conducendos; ſpe ſiquidem prædandi, & nummorum amore illecti, plures, ſed nonniſi lurcones, fures, latrones, graſſatores obærati nomen ſub Abimelechi ſignis dedere, cum qua hominum fece obarmata è Sichimis verſus Ephræam movet, urbémque nil cogitantem de bello, nullámque alentem diſſidiorum cogitationem, ac propterea præſidiario milite vacuam, armato cive deſtitutam, ac prorſus inermem aggreditur, & ingreditur; urbéque capta in domum irrumpit furore percitus paternam, fratréſque ſuos captos jubet vinculis, catenísque cuſtodiri, qui cùm nec ſe ipſos adverſus potentiam armatam defendere ſatis poſſent, nec ab alijs hoſtilitate perterritis defenderentur; omnes capitis damnantur, & ſtatuta die lugubri crudelitatis ſpectaculo trahuntur omnes ad ſupplicium, nimirum à fratre fratres duo deſeptuaginta: feriuntur ſecuri omnes, alius poſt alium nemine manum, aut linguam movente in contrarium, cæde hac atrociſſima abſoluta Abimelechus Ephra Sichimam revertitur, ubi in Regem non abſque cœremonijs inauguratur.

70. Sed quia Deus juſtus Judex, & vindex impunita non ſinit flagitia, exortâ brevi civium ſeditione, odio Abimelechi Tyranni, non Regis; cives arma arripuere Duce Gaale: *Abijt ergo Gaal ſpectante Sichimorum populo, & pugnavit contra Abimelech, qui perſecutus eſt eum fugientem.* Judic. 9. v. 39. Sed Abimelech vir bellica fortitudine ſtrenuus, & valida ſtipatus militum manu ex adverſo ſtat: & Gaal cum ſocijs conjuratis eum laceſſere, provocare, & adoriri audet, & exiguâ militum copiâ plenum Abimelechi invadit exercitum; quâ igitur fiducia ſubnixus Gaal Abimelechum aggreditur fortiorem? quibus armis potens, quibus viribus fultus adverſarium longè fortiorem adoritur, & facto impetu frangit, fundit, & in fugam adigit inertem? Quis vires, animósque Gaali impertivit, quò adverſarium longè fortiorem aggrederetur, frangeret, proſterneret, ac vinceret? attentè obſervanda ſunt verba textûs vulgati, & conferenda Hebraicæ origini: ubi enim textus vulgatus ait: *Abijt ergo Gaal ſpectante Sichimorum populo*, ex Hebræo Cajetanus peridoneè ad præſens noſtrum inſtitutum exponit: *Et exivit Gaal in faciebus Heroum Sichem:* non fidit Gaal ſuorum delectui militum, cùm ſciret Abimelechum fortiori exertitu cinctum ex adverſo ſtare, ſed Heroum præſentiam accerſivit, quæ animos influeret, vires ſuppeditaret, fortitudinem corroboraret, & audaciam foveret, nam ad pugnam *exivit Gaal in faciebus Heroum Sichem:* ſola Heroum præſentia fuit, quæ Gaalis ſocijs, licèt pauculis Spiritus, & vires dedit, manúsque pugnantes ad victoriam edocuit: tam pugnaces præſumit Spiritus ex Heroum expectantium oculis parva Gaalis copia, ut quilibet ex militibus pluribus prævaluerit adverſarijs, unus plures proſtraverit, fugaveritque; quamvis fuerit Abimelechus copioſi, ac validioris ductor exercitûs, & Gaalis copia perexigua fuerit, ejúsque ſocij inermes, quia tamen *Exivit Gaal in faciebus Heroum Sichem* Abimelechum longè fortiorem fregit, & ad turpem adegit fugam, quia Principis præſentia, vel ipſos inermes obarmat, animo cadentes erigit, viribus deſtitutos corroborat, & ad pugnam fortiter pugnandam animat, & ad victoriam inſtruit: Principis enim præſentia, ejúsque aſpectus ardorem militibus ſuppeditat, & ad palmas ex proſtrato hoſte legendas animat. Quantò magis Dei præſentia altiùs animo noſtro impreſſa, & in laboribus roborat, & in moleſtiis recreat, & in doloribus, & ærumnis mirificè erigit, & ad fortiter agendum vires ſuppeditat.

[†]

§. VIII.

Deum præſentem, qui non reformidat, vel non cogitat, perperam agit, & æternum ſibi maturat exitium.

71. SI quis ſimilis otioſo interrogetur, cur parcente manu non impensè laboret, elumbis oſcitet, lentus procedat, fractus jaceat? reſpondet, ſe in tanta deſidia marceſcere, & ignaviâ flacceſcere; & ita ſegniter, remiſſè, ac perfunctoriè laborare, quia nullum putat ſpectatorem habere; & à nemine ſe videri credit: ſed ſydera teſtes intendunt oculos; ſeu vident Angeli, aſpicit Deus ubique præſens, & omnia intuens. Quòd ſi Dei oculos non reformidat, ſi ſpectatore Deo ipſum non pudet ſegnitiei, & eò languoris prolabitur, ut inſtar brutæ pecudis non feſtinet, niſi ad paſtum, & hauſtum; ad quietem, & ſomnum; hunc dicas hominem exuiſſe, & naturam bruti induiſſe: qui homo eſt, & ratione ducitur, quamvis humanos nitatur oculos ſubterfugere, divinos tamen reveretur, quorum intuitus ſcit non poſſe effugere, æquè enim Deus operoſos videt, ac otioſos, utroſque ſub uno eodémque habet aſpectu, quapropter ait: Job Job cap. 12. v. 16. *Ipſe novit decipientem, & eum qui decipitur.* nimirum utrumque aſpicit, & malè agentem, & nil operantem, & bene laborantem: appoſitè Seneca ad Lucilium loquens de Epiſt. 41. hac Dei ubique præſentia ait: *Prope eſt à te Deus, tecum eſt, intus eſt, ita dico Lucili ſacer intra nos ſpiritus ſedet, malorum, bonorúmque noſtrorum obſervator eſt, ac cuſtos; hic prout à nobis tractatus eſt, ita nos ipſe tractat. Nihil Deo clauſum eſt, intereſt animis noſtris, & mediis cogitationibus intervenit: Deus ubique, & omnibus præſto eſt.* Mirum ſanè, quòd Philoſopho tenebris ethniciſmi obvoluto tantum illuxerit lucis, & adeo perſpicuè veritas Dei ubique præſentis affulſerit. Poſtea ex Numinis præſentia morum regulam ad bene agendum hauriens ſuum hortatur Lucilium, ut non aliter operetur, quàm ſi putet, Deum habere ſpectatorem, omnéſque ſuos actus, & cogitatus intuentem. Prodeſt, cuſtodem ſibi impoſuiſſe, & eum habere noſtrarum actionum obſervatorem, quem teſtem metuimus pravæ noſtræ actionis, ait Seneca: *Magna* Epiſt. 11. prope finem *pars peccatorum tollitur, ſi peccaturis teſtis adſiſtat. Aliquem habeat animus, quem vereatur, cujus authoritate etiam ſecretum ſuum ſanctius faciat. O felicem illum, qui non actus tantùm, ſed etiam cogitatus emendat? O felicem illum, qui ſic aliquem vereri poteſt, ut ad memoriam quoque ejus ſe componat, atque ordinet! ergo ſic vive cum hominibus, tanquam Deus videat; ſic loquere cum DEO, tanquam homines audiant.*

Nobis vel ipſa naturæ ratio ſpiculo ſuo lumine oſtendit, eſſe Deum ubique; nos fides edocet, Deum intueri omnes actus, cogitatúſque noſtros: ſcimus Deum nobiſcum eſſe, omnéſque noſtros dinumerare greſſus, obſervare ſecreta, & non erubeſcimus malè agere? non reveremur tanti Numinis præſentiam? non timemus Judicem videntem, & condemnantem ſcelera noſtra? ſcimus, Deum omnibus adeſſe, omnium corda penetrare, mentes omnium intueri, & omnia clariſſimè videre, & tamen aliter non vivimus, quàm ſi nihil videret, ſi à nobis diſtaret, ſi noſtra ignoraret, actúſque non obſervaret: erubeſcimus oculos hominum, quos propterea ſatagimus declinare, ne patrati noſtri ſceleris ſint teſtes; & Deum nobis præſentem, ac actus noſtros omnes intuentem non timemus, non erubeſcimus? teſtes habere noſtri ſceleris divinos oculos non curamus, & humanos metuimus? Dei præſentiam negligimus, qui ad illam hominum erubeſcimus, appoſitè S. Chryſoſtomus: *In ſceleribus Deo contempto homines* In Epiſt. 1. ad Corinth. *formidamus, homine præſente nemo fornicaretur, ſed pudore hominum affectûs violentia vinceretur; cùm autem Deus videat, & hoc audemus, & longè graviora.* An non id perinde eſt, ac Dei iram irritare, & fulmina ex ejus dextera provocare ad vindictam? itane pluris homines facimus teſtes noſtri ſceleris; quàm Deum ejuſdem Judicem, & vindicem? itane plus metuimus homines ſcelus redarguentes noſtrum, quàm Deum illud punientem? itane in rebus turpibus non Dei præſentiam, ſed hominum oculos timemus. Pulchrè ad rem noſtram D. Ambroſius ait: *Detur mihi captus adul-* Serm. 10. Matth. *terinæ cupiditatis intemperantiſſimo æſtu, qui noluit repugnare ſuæ carnis appetentiæ; incurioſus juſtitiæ, tamen ſolicitus famæ, erubeſcens teſtimonium erroris, qui ipſum non erubeſcit errorem. Si quem fortè ſpectatorem noverit facinoris ſui, verecundia ſequeſtrat intemperantiam, & pudore inceptum ſcelus deſeret.* Quantò magis id præſtaret, à turpitudine carnis abhorreret, ab enormitate ſceleris ceſſaret, à fœditate concupiſcentiæ ſe averteret, libidinis æſtus extingueret, pravorum affectuum inſolentiam coërceret, ſtimulos carnis compeſceret, & verecundia intemperantiam ſequeſtraret, pudore inchoatum flagitium deſereret, timore pravitatem omnem abigeret, ſi Deum ſibi præſentem, & omnes actus, cogitatúſque ſuos ſedulò intuentem altè animo imprimeret, ac conſideraret ſpectatores ſe Angelos habere? ſed cùm perperam operanti dicimus, Deum occulta omnia aſpicere, actus omnes, & cogitatus intueri, ideo audire detrectat, neſcire incipit, quod timet, ne ſi timeat à peccato abſtineat.

73. Falluntur, & mente cæcutiunt, qui putant, procul à Deo poſſe impunè peccare: an

Deus

Deus in flagitio non deprehendet peccantem, quem videt flagitium cogitantem? An in lupanari non obſervabit ſe carnis ſpurcitijs coinquinantem, quem vidit lupanar ingredientem? velis, nolis quocunque perrexeris, nullibi à Dei præſentiâ poteris te ſubducere, quia Deus ubique eſt præſens, & omnia noſtra intuetur: oculos Dei fallere nulla unquam ars edocuit, nec erit edoctura, bene tamen humanis oculis fucum facere; & glaucoma objicere, ſeu vitium oculorum mutatorum invehere. Idque à priſcis hominibus explicatum reperio Apologo haud abſono: fugiebat cervus perniciſſimo curſu venatores inſequentes, canéſque ſequentes; cúmque vires deficerent, metúſque incrementum ſubiret, obvium ſibi ingreditur ſtabulum, ubi mulum fœnum comedentem rogavit, ne tantillum ſibi ſpatium invideret, quo inſequentium venatorum, & adlatrantium canum periculum declinaret, donec tranſvecti illac eſſent: cui mulus ſecuritatem tibi mi cerve ſpondere nullam hîc poſſum: brevi enim aderit famulus, & poſt famulum etiam herus aſſuetus receſſus omnes ſtabuli attentis oculis luſtrare, téque deprehendet, quem vel occidet, vel libertate deſtituet: ſed cervus magis inſequentes venatores timens, quàm ſtabuli herum ſubdit: ego meæ ſecuritatis latebras inveniam, dummodo tu non me prodas. Vix tutum ſe receperat, & famulus ſtabulum ingreditur, cervúmque profundiore ſtramine ſepultum non obſervans mulum duntaxat luſtravit, cui & aliam portionem appoſuit fœni, ut comederet, & abijt. Cervus ſibi gratulatus, quòd oculos feſelliſſet famuli, omnem penè periculi metum victor depoſuerat, debitáſque rependit mulo gratias, eò quia famulo eum non prodidiſſet, cui tamen mulus; timorem non deponas mi cerve, hunc talpam decepiſſe non artis fuit, ſed fortunæ: væ tibi ſi in ſtabulum deſcenderit herus linceos is habet oculos, non ſolum receſſus omnes perluſtrat, ſed fœnum etiam evolvit; ſi hunc feſelleris, tunc poteris tibi triumphum canere, ſed nunc tace quæſo, time: hiſce colloquijs vix abſolutis, ecce ſtabulum herus ingreditur, & dum omnia ſagaci oculo luſtrat è fœno cervinum cornu deprehendit eminere, & comploſis ſtatim manibus ſervos inclamat in ejus capturam, & cervus carcerem experitur, ubi aſylum putabat fuiſſe in ſtabulo enactum. Moribus conſonat Apologus; famuli ſunt, quot, quot in terra vivunt, herus Deus eſt, ſtabulum terra ipſa, quam incolimus: ſervorum oculos fallere quidem poſſumus, quia mille adſunt larvæ, quæ fraudem faciant, plures ſunt artes glaucoma objicentes, ſed herum, ſeu Deum, qui puriſſimus eſt oculus, qui omnia intuetur, omnia intimè penetrat, nemo unquam feſellit, nec fallet, & quocunque jeris te deprehendet fugientem, te aſpiciet latitantem, quia ut monet Regius Vates: *Scrutatur corda, & renes Deus*, cui conſonat Salomon Sapient. cap. 1. v. 6. *Renum illius teſtis eſt Deus, & cordis illius ſcrutator eſt verus, & linguæ ejus auditor.* Pſalm. 7. v. 10.

74. Vis pericula effugere, vis rutè incedere, ac perfectè procedere, Deum ubique tibi præſentem, & omnes actus tuos, & cogitatus intuentem altiùs animo imprime, & cogita ipſum, & teſtem, & judicem, ſimúlque, & vindicem eſſe cujusvis ſceleris, & nulla excuſatione poſſe ſcelus coram ipſo regi, vel minui; hujus divinæ præſentiæ recordatio ubivis in loco, omnique tempore, ſi altè menti tuæ hæſerit, Deúmque timueris habere Judicem, & vindicem quem credis ſpectatorem habere, & teſtem, à ſcelere quovis abſtinebis, & nonniſi virtutum culturâ delectaberis. Quærit mellifluus Bernardus: Quid ſit Deus & pulchrâ deſcriptione elegantique calamo ſic noſtris eum objicit oculis inquiens: *Quid eſt Deus? voluntas omnipotens, benevolentiſſima virtus, lumen æternum, ſumma beatitudo, creans mentes ad participandum, vivificans ad ſentiendum, afficiens ad appetendum, dilatans ad capiendum, juſtificans ad promerendum, fœcundans ad fructum, viſitans ad conſolationem, implens ad felicitatem, circumdans ad ſecuritatem:* nimirum Deus nos viſitat oculatus, circumdat immenſus, implet præſentiſſimus, nobiſque adeſt beneficentiſſimus; & nos tam impij, ac improbi erimus, ut inurbana ruſticitate velimus ab ejus nos præſentia ſubducere? mala omnia ſibi accerſit, & bona cuncta ſibi invidet, qui præſentem habere Deum impenſiùs non ſatagit. Lib. 5. de conſiderat. ad Eugeniũ.

75. Jam vigeſimus fluxerat annus, quo Jacobus in famulatu deſudaverat Labani, cùm de adornando in patriam reditu cogitavit. Diſceſſum à Labano ſuadebant oculi obliqui, & linguæ mordentes filiorum Labani, & ejuſdem ſoceri triſtes vultus, eò quia contra ſpem creviſſent nimium opes generi; ſed præ cæteris profectionem in patriam urſerunt juſſa cœleſtia. Communicato propterea cum Rachele, ac reliqua familia conſilio apparat demigrationi commeatum neceſſarium eò diligentiùs, quò occultiùs, cujus expediendæ percommoda ſe ſe occaſio obtulit. Diſceſſerat Labanus è domeſticis parietibus ad oves, quæ per triduum à Jacobi paſcuis aberant, tondendas. Utitur Jacobus exoſi hominis abſentia ad profectionem promptiùs urgendam, ac inchoandam; uxorem, & liberos camelis impoſuit, & ſocero Labano inſalutato ne ſuæ demigrationi ulla injiceretur remora, illicò diſceſſit. Rachel tamen ſive auri nitore capta, ſive ab avita ſuperſtitione patrem avocatura, clam idola paterna ſurripuit, ſecúmque tulit ſciente nemine præter ipſam. Sed non potuit demigratio ita clanculùm inſtitui, quin per nuntium Labano innoteſceret, qui ira, & indignatione in profugos concitatus, inſecutus fuit continuato ſeptem dierum itinere,

donec

donec in Galaade monte eos aſſequeretur, ubi Labanus ira concitatus, Jacobum, ſeu ſocer generum plagij redarguit, ac ſacrilegæ rapinæ. Jacobus verò qui nihil de furtivis ſciebat idolis, conſcientiâ fretus; juſſit expoſtulatorem inveſtigare, ſi quis in toto agmine eſſet furti Reus. Abdiderat Rachel ſimulacra ſub Cameli clitellis, cui inſidebat, & fruſtra excuſſis cæterorum ſarcinis manus inquiſitor etiam in illas Rachelis injeciſſet, niſi muliebri aſtu corvum deluſiſſet hiantem, finxit enim ſe morbo correptam, per quem de jumento deſcendere ei non liceret. Tum Jacobus gener contra Labanum ſocerum animos ſumens innocentiâ protectus calumniam exprobravit furti innocentibus impactam. Labanus autem tum ſedatior factus ultro deſcendit ad fœdus cum genero ineundum, & in ejus rei memoriam ingens lapidum tumulus congeri juſſit: Genes. 31. *Dixitque Laban: tumulus iſte erit teſtis inter me, & te hodie, ideóque appellatum eſt nomen ejus Galaad*, ſeu tumulus teſtis, hebraicè autem *Jemiſpha*, ſeu *ſpecula*, quia dixit Laban: ſpeculetur, intueatur, & judicet Dominus inter nos, ſi receſſerimus à nobis. Pergit Laban miſcere ſermonem cum Jacobo genero ſubdens: Genes. 31. v. 20. *Nullus ſermonis noſtri teſtis eſt absque Deo, qui præſens reſpicit.*

76. Quærunt facti Interpretes, quomodo, & quo jure potuerit Labanus ſocer Jacobo Generi verè dicere: *Nullus ſermonis noſtri teſtis eſt absque Deo*, cùm conſtaret, & pervium eſſet, plures ibi Labani fuiſſe cognatos, & famulos, & ex Jacobi familia filios, & ſervos, præſertim cum ratio fœderis ineundi teſtes exigeret plurimos, qui adeſſent, & audirent. Huc acceſſendus, & audiendus Divus Auguſtinus ubi ad rem noſtram philoſophatur inquiens: Quæſt. 99. in Genes. *Quid eſt, quòd dicit Laban: vide nemo nobiſcum eſt? niſi fortè nemo extraneorum, aut propter teſtificationem Dei, quem ita habere deberent tanquam nemo cùm eis eſſet.* Nimirum cum Laban Deum in teſtem advocâſſet, eúmque ſibi præſentem conſideraret, tametſi numeroſa cognatorum ſuorum, & Jacobææ gentis turba utrinque cingeretur, in Dei præſentia omnes, quotquot aderant, neminem reputavit, & acſi nullus adeſſet teſtis præter Deum, dixit. *Vide nemo, nobiſcum eſt:* & quia Deum ſibi præſentem conſtituit, & teſtem; indignationem contra Jacobum præconceptam illicò depoſuit, iram coërcuit, deſiderium vindictæ compeſcuit, odium, & æmulationem abegit, triſtitiam excuſſit, & amorem excitavit, amicitiam invexit, fœdus inivit; ut enim ait Seneca: Epiſt. 11. *Magna pars peccatorum tollitur, ſi peccaturis teſtis adſiſtat:* & potiori jure, ſi adſit Deus non ſolum teſtis, ſed etiam Judex, & vindex. Qui Deum altiùs in animo impreſſum habet, omnia, quæ in mundo ſunt, eidem poſthabet, & cui Deus præſens eſt, nil ſapit præter Deum. Laban quamvis & ſua, & generi familia denſa ſtiparetur, cùm primùm Deum advocavit ſibi præſentem, ac teſtem acceſſivit fœderis ineundi cum genero, ait: *Vide nemo nobiſcum eſt. Nullus ſermonis noſtri teſtis eſt absque Deo, qui præſens reſpicit.* Sola Dei præſentia diſſidentes Labani, & Jacobi animos compoſuit, odia & triſtitias excuſſit, pravóſque omnes affectus abegit, & amorem, lætitiámque excitavit, quapropter, aiebat David: *Lætificabis eum in gaudio cum vultu tuo.* Pſalm. 20. v. 7. Eſt enim Dei præſentia fons veræ lætitiæ: nemo eſt, qui gaudium non cupiat; ſed rari ſunt, qui eo potiuntur; quia ubi vera lætitia non floret, gaudium quærunt, nimirum in mundi delicijs, quibus ſatagunt diffluere; in carnis voluptatibus, quibus indulgent; in congeſtis divitijs, quibus affluunt, imò & in vitijs, quibus famulantur.

77. Sunt hi fontes putidi, è quibus pellucidi non ſcaturiunt veræ lætitiæ latices, cujus flos in ſolo Dei vultu naſcitur, nec usquam legi poteſt, niſi in fœcundiſſimo divinæ præſentiæ campo: *lætificabis eum in gaudio cum vultu tuo.* Qui Deum mente retinet, ejúsque præſentiam altè animo impreſſam habet, lætificatur in gaudio cum vultu, ſeu præſentia Numinis; ſine quo nonniſi luctus, ſqualores, & triſtitiæ, gaudia quærentibus extra Deum obviant, ait Auguſtinus: Tract. 51. in Joan. *Ubi enim bene erit ſine illo? aut quando malè eſſe poteris cum illo?* ſi pericula immineant, ſi procellæ naufragia minentur, ſi hoſtes armata manu, gladióque diſtricto irruant, ſi ærumnæ premant, anguſtiæ opprimant, tentationes urgeant, hoſtes inſoleſcant, non avellaris à vultu Dei, à præſentia Numinis, & technæ inimicorum evaneſcent, laquei diſſolventur: *Præ fulgore in conſpectu ejus nubes tranſierunt: grando, & carbones ignis:* Pſalm. 17. v. 13. hinc David cùm hoſtes urgerent, cùm concupiſcentia intus ſuos æſtus accenderet, pravíque affectus inſurgerent, quò firmiùs ſtaret Numinis nitebatur præſentiâ: *Providebam Dominum in conſpectu meo ſemper, quoniam à dextris eſt mihi ne commovear*, Pſalm. 15. v. 8. & Pſalm. 9. v. 4. *In convertendo inimicum meum retrorſum infirmabuntur, & peribunt à facie tua*, ubi ſeptuaginta Interpretes legunt, *cùm reverſi fuerint inimici mei retrorſum impingent, & peribunt à facie tua.* Vitium de Lernææ hydræ genere repullulat, ferro duntaxat exciſum, in nova reſurgit, ac inſoleſcit capita; ſed ſucciſum, combuſtúmque divinæ præſentiæ facie veluti accenſà face extinguitur; Ægypti qui vult oblivisci, Deum ubique ſibi præſentem meditetur; vitia qui ſatagit declinare à Dei vultu non declinet; nonne audis Davidem dicentem: *Et ero immaculatus cum eo*, Pſalm 17. v. 24. vis ſine macula eſſe, noli ſine Deo eſſe; cupis lilium caſtitatis excolere, noli à facie Dei abſcedere; vis pericula labendi effugere, noli à Dei tibi præſentis recordatione diffugere.

§. IX.

§. IX.

Una Dei præſentis recordatio fræ-num eſt pravis omnibus affectibus coër-cendis, vitijs compeſcendis, & utriuſque ap-petitûs concupiſcibilis, & iraſcibilis in-ſoleſcentibus motibus reprimendis aptiſſimum.

78. PEriclitabatur navicula Diſcipulorum fluctibus exagitata, ventorum impetu hac, illácque circumacta; ſed cùm primùm JESUM recepit, tuta inceſſit, & abſque periculo ad litus proceſſit; ſi procul à DEO mens ſit, infigitur in limo profundi, & qui Dei ſibi præſentis recordationem, vel negligunt, vel excutiunt in ſcelera proruunt, & cœnoſas vitiorum ſemitas currunt, in quibus ſordes contrahunt, & inquinantur: *Non eſt DEUS in conſpectu ejus, inquinatæ ſunt viæ illius in omni tempore.* (Pſalm. 94.) Eſt Dei præſentis recordatio veluti ſerenati ſolis clariſſimum jubar, quod ſi adſit, tenebras fugat, caligines excutit, umbráſque omnes eliminat: ſi recordatio DEI præſentis in mente affulgeat, caligines abiguntur iniquitatis, umbræ fugantur ſcelerum, vitiorum eliminantur tenebræ. Utuntur Rhetores figurâ ad elocutionis ornatum, quam vocant *converſionem*, cujus vis in eo eſt ſita, ut quæſtiones plures ſimul congeſtæ, ac propoſitæ uno eodémque diluat reſponſo: hanc adhibuit figuram D. Baſilius; cùm enim ejus Diſcipuli in aſceterio, ſtudio addicti virtutum ad Chriſtianam ducentium perfectionem, quæſiſſent, quis omnium facillimè & creberrimè iraſcatur? quis proprijs ſe ſinat paſſionibus abripi? quis promptiùs pravis adhæreſcat affectibus, indulgeat concupiſcentiis, delectetur mundi voluptatibus, carnis illecebris, gulæ irritamentis? Quis in re divina cenſendus ſit pigerrimus, quis in fundendis precibus ſit animo vagus, leviſſimus in geſtu, inconſideratus in verbis, immorigeratus in actionibus, & omnium inquietiſſimus? hiſce omnibus quæſtionibus unà congeſtis, ſimúlque propoſitis uno ſatisfecit Baſilius reſponſo, reſpondit enim ad omnes illas quæſtiones: (quæſt. 20.) *Qui non ſemper cogitat, ſuarum actionum, & cogitationum inſpectorem eſſe Deum.* Eſt recordatio Dei præſentis, quâ æſtus concupiſcentiæ extinguuntur, impetus paſſionum coërcentur, pravorum affectuum tumultus ſedantur, carnis ſtimuli retunduntur.

79. Quòd ſi quæras è converſo, quomodo fieri poſſit, ut quis nunquam iraſcatur, non evagetur in precibus fundendis, non inſoleſcat cum carnis concupiſcentiis, non indulgeat mundi voluptatibus, non adhæreat pravis affectibus, in ærumnis non ſit triſtis, in adverſitatibus non frangatur, ſed ſemper vegetus, ac alacer, & ita cautus in moribus, circumſpectus in verbis, morigeratus in actionibus, ut nullam prodat levitatis mixturam, & vultum ad modeſtiam componat, oculos coërceat, ne divagentur cum detrimento caſtitatis; pericula declinet, prava ſociorum conſortia diffugiat, hiſce omnibus quæſtionibus uno etiam eodémque reſponſo ſatisfacit Baſilius inquiens: *Hæc omnia ei facilia ſunt, qui Deum ſemper præſentem aſpicit*; cujus præſentiam ſi noſtram ſubterfugiat recordationem, veluti prælucente deſtituti face, tenebris obvoluti præcipitia incurrimus, & frequenter labimur; quia ut monet Syracides: *Si non in timore Domini tenueris te inſtanter, citò ſubvertetur Domus tua*; (Eccleſ. 27. v. 3.) ſeu ſi non recordaberis Dei tibi præſentis, quem timlas ſicò corrues, quia Deum non metuiſti, cujus recordationem è mente excuſſiſti. ideóque ait Auguſtinus: *Deus timendus eſt in publico, in ſecreto. Procedis? videris, intras? videris: lucerna extincta eſt? videt te: lucerna ardet? videt te: cubile ingrederis? videt te: in corde verſaris? videt te.* (Serm. 46. de verb. Dom.)

80. Quis igitur à ſana mente ita dejectus, qui Dei ſibi in quovis loco, & tempore præſentis non recordetur? cum ipſi curæ ſit, ut videat nos ſive in publico, ſive in ſecreto; ſive in receſſu, ſive in aperto, & omnes noſtras aſpiciat actiones, intueatur operationes, & cor noſtrum intimè penetret. Hinc David: Deum alloquens ait: *Uſquequo avertis faciem tuam à me?* (Pſalm. 12. v. 1. & 2.) ſe noverat deſtitutum recordatione Dei ſibi præſentis, proinde conquerebatur, quòd à ſe abrepta fuiſſet divini vultus, ſeu Dei præſentiæ recordatio; ex hac enim excuſſâ à ſe divinæ præſentiæ recordatione præſenſerat cordis anguſtijs cor premi: *quandiu ponam conſilia in anima mea, dolorem in corde meo*: quia niſi mens Dei nobis præſentis muniatur recordatione langueſcit, vix ullius ſani conſilij ſit capax; & tenebris veluti involuta nonniſi turbationes cordis, animique contenſiones, ac pravorum affectuum tumultus experitur, ut de ſe ipſo fatebatur Regius Vates: *Avertente autem te faciem tuam turbabuntur: auferes ſpiritum eorum, & deficient, & in pulverem ſuum revertentur.* (Pſalm. 103. v. 29.) Quot igitur damna, quot diſcrimina, quot ærumnæ, turbationes, tumultus, ac pravorum affectuum inſultus non incurrunt, ſentiunt, ac experiuntur à Dei vultu eliminati, à Dei præſentis recordatione extorres, à facie Dei abalienati?

81. Eſt humana mens hac Numinis præſentis deſtituta recordatione veluti navis abſque Nauclero, & Gubernatore vaſto in gurgite, fluctibus quaſſata, procellis exagitata, & ventorum impetu latentes inter ſcopulos, ſyrtéſque voraces, ac ſcyllæ vortices perducta; ubi imminente naufragio antennæ gemunt, rudentes ſibilant, malus con-

cutitur, & Nautarum rigent manus, impalleſcunt vultus, exalbeſcunt frontes, deſtituti conſilio, & ſine rectore, qui clavum dirigat, navim gubernet. Idque cauſæ cur D. Hieronymus obſervaverit opportunè ad rem noſtram, Chriſti Diſcipulos non ad nutum, ſed ad imperium Magiſtri, & quidem ægrè ab eo abſceſſiſſe, quaſi præſcios ſubſecuturæ illicò tempeſtatis abſente Domino, ait Serm. 1. 2. in Matth. ipſe: *Rectè quaſi inviti à Domino Diſcipuli receſſerant, ne illo abſente naufragia ſuſtinerent*; præſente Magiſtro tametſi tempeſtates increbeſcentes, fluctus intumeſcentes, venti inſoleſcentes naufragia minarentur; adhuc timorem omnem, metúmque excutiebat una Chriſti præſentia, quæ à quovis ſurripuit periculo: marinos æſtus non reformidant, ſcyllam, & charybdim non extimeſcunt, decumanos fluctus non exhorreſcunt, quia ſola Magiſtri præſentia pericula omnia avertit. Sed quia receſſerunt licèt inviti, ſtatim cœperunt marini fluctus fremere, obnubeſcere aër, debacchari Euri, Notíque, & procelloſiſſima prælia cœlum mari miſcere; & dies medius tenebris offundi noctis, ingentes fluctuum montes ad ſydera navem attollere, eandémque mox ad tartara deprimere, adeo ut ubique adeſſent pericula, imminerent naufragia, unde meritò dixit Hieronymus: *quaſi inviti à Domino Diſcipuli receſſerant, ne illo abſente naufragia ſuſtinerent.*

82. Numinis, qui fulciuntur præſentiâ, ij non ſolùm veluti prælucente face rectè incedunt; verùm & virtutum ſplendent ornatu; quapropter aiebat David: *adſtitit Re-*
Pſalm. 44 v. 10. *gina à dextris tuis in veſtitu deaurato:* cur eum tanto ornatu, cum veſte auri nitore illita? quia adſtitit à dextris tuis, ſeu à Dei ſibi præſentis recordatione nunquam nec latum unguem ſe averterat, ideóque non poterat non eſſe Regina, quæ Deo adſtiterat; imò & debuit aureo virtutum ornatu ſplendere: quia Dei nobis præſentis recordatio illicium eſt ad ſummas excolendas virtutes, perinde ac abſentia è mente hujus recordationis vitia, ac pravos affectus acceſ-
Cap. 56 v. 17. ſit, quapropter Iſaias ait: *Abſcondi ab eo faciem meam, & indignatus ſum, & abijt vacuus in via cordis ſui:* nimirum priùs abſcondit faciem, deinde dicitur indignatus, quaſi iraſci non potuiſſet, ſi impius Numinis ſibi præſentis ſtuduiſſet fovere recordationem. Tamdiu abſumus ab ira Dei, quamdiu à nobis Dei facies, ſeu ejus præſentia, & recordatio non abeſt; etiam virga Moyſis, quæ in manu ſceptrum erat Iſraelis, in humum projecta ſerpens in ſpiras revolutus deprehendebatur.

83. Quamdiu quis adhæret recordationi præſentis ſibi Numinis, eſt hæc recordatio ſibi ſceptrum, quo ſibi imperat, pravos affectus coërcet, pia deſideria promovet, concupiſcentiæ æſtus extinguit, caſtitatis ſtudia promovet; ſin verò hac deſtituatur Numinis præſentiæ recordatione, hoc eſt, ſi Dei præſentia non vigeat in mente; quod erat ſceptrum regendis animi motibus, & utriúſque appetitus iraſcentis, & concupiſcentis affectibus compeſcendis accommodatum, fit ceraſta: ſi hæc Numinis præſentiæ recordatio è mente excutiatur, fit corvus, quæ columba erat; plures conqueruntur, eò quia licèt preces fundant, non tamen exaudiuntur, nec Deum valent in ſua vota flectere, quia licèt preces ore fundant, Dei ſibi præſentis recordationem è mente profundunt; ſunt corpore in templo, ſed corde in foro; laborant ore, ſed divagantur mente; preces ad Deum fundunt, ſed cogitationes plerúmque etiam cum inhoneſtis confundunt objectis; genuflectunt propè altare, & caput erigunt ad obſcœna, oculos emittunt ad vanitatem hauriendam: non ita oravit David cum dicat: *Clamor meus in conſpectu ejus:* Pſalm. 17.
introivit in aures ejus: tunc Dei aures nobis patent orantibus, cùm noſtræ in conſpectu Dei ſunt orationes; & mentis cogitationes, ac meditationes Deo duntaxat adhæreſcunt ſibi præſenti, unde David: *Meditatio cordis mei in conſpectu tuo ſemper:* Pſalm. 18 v. 15. quia quocunque tempore Deum non cogitamus, tempus prodigimus, cujus jactura ingens eſt: quomodo poſſumus Dei obliviſci, qui ſemper noſtri meminit? imò & ita meminit, quaſi reliquorum eſſet immemor. Lætatur Aulicus, ſi intelligat ſui memorem fuiſſe Principem; gaudet famulus, ſi ſciat, ſe ab Hero in labore obſervari, ac laudari; exultat infirmus ſi inviſat eum Medicus, quamvis paucos ſanaverit; Geſtit ærumnoſus, & inter miſerias tripudiat, ſi noverit amicum fuiſſe nactum, qui illius in afflictionibus miſereatur. Eh cur etiam nos non gaudeamus? cùm noſtri ſemper meminerit Rex Regum, per quem Reges regnant, & Principes cæteris præſunt? cur non exultemus, cum Medicum ſemper nobis præſentem habeamus, de quo virtus exit, & ſanat omnes? cur non miſeri geſtiamus, cum nobis miſeris adſit ille, qui viſcera habet miſericordiæ? & cur non ſatagimus Dei nobis præſentis recordatione jugiter præmuniri, ut miſerias à nobis excutiamus, morbos abigamus, noſtróſque labores ſolemur? cur non ſatagimus oculos mentis in Deum nobis præſentem, nos quovis tempore in omni loco comitantem dirigere.

Videmus homines curioſitate illectos pretium expendere pecuniæ, ut informe monſtrum videant, ferocientem beſtiam aſpiciant, elephantem ingentis magnitudinis intueantur; & nos abſque pecuniæ pretio, ſine itineris incommodo, citra ullum laborem gratis poſſumus aſpicere, oculóſque mentis noſtræ dirigere in ejus pulchritudinem, in quam vel ipſi Angeli deſiderant proſpicere; & id negligimus? ergónè pluris facimus exotici monſtri deformitatem, quàm Numinis pulchritudinem? non me latet, 84.

Reginam

Reginam Sabam plurimùm impendiſſe laboris, multa confeciſſe itinera; ut ſemel videret Regem Salomonem in Throno gloriæ ſuæ: an non plus quàm Salomon hic, qui nobis præſens adeſt? cur mentis oculos, animi cogitationes, memoriæ recordationem in ipſum non dirigimus, quò ejus facie fruamur, ſeu ejus præſentia gaudeamus, ac dirigamur per recta ſalutis itinera? eſt enim Deus, qui omnia operatur in nobis; & nos eo ingrati animi laboramus vitio, ut nec illius recordemur nobis opitulantis? cum non reſpiciamus nobis ubique obvium, & in nos adeò ſemper beneficum; ut ejus providentia ſemper proſpiciat, ne quid nobis deſit; ejus potentia præſto ſit, ut nobis in quavis neceſſitate adſit; ejus Sapientia parata ſit, ut nos inſtruat; bonitas, ut nos diligat; Juſtitia, ut pro meritis ſatisfaciat; miſericordia, ut è miſerijs nos eripiat. Nimirum totus Deus eſt nobis beneficus, omnéſque ſuas perfectiones in noſtrum impendit commodum; & cur non contendimus & nos eidem enixim intendere? illíque jugiter adhærere, & ejus præſentiæ recordatione ſemper lætari?

86. An ſi Princeps è ſuo palatio ad ruſticelli caſam deſcenderet, omne ſuum eidem delaturus obſequium, ſtratum ei, & lectum ſterneret, ut quieſceret; focum accenderet, ut caleſieret; cibos excoqueret, ut comederet; veſtes afferret, quibus illum operiret; domum verreret, quò munda eſſent omnia? & denique quò nihil ei deficeret, omnia prò ipſo faceret: ſi poſt ſuſcepta tot beneficia in id deveniret ruſticellus audaciæ, & temeritatis, ut Principem ſui benefactorem alapa percuteret, convicijs impeteret, pugnis exciperet, omnémque injuriam pro ſuſceptis beneficijs rependeret; annon vel ſtultitiâ diceretur is laborare, vel ſuſpendio, ac patibulo dignus? Mox conferamus Regem cum Deo, ejúſque obſequia cum Dei beneficijs, & inveniemus immenſum adeſſe intervallum. Deus ubique nobis occurrit: ſi operemur concurrit, ſi quid nobis deſit ſuccurrit; ſi pericula immineant, nos tuetur, ne mala incurramus: nos ubique comitatur, & ſequitur, & nos non illum proſequimur recordatione, & affectu; ſed perſequimur ſcelere, quo ab illo refugimus, & ab ejus facie avertimur, ſcitè D. Thomas Aquinas:
Opuſculo 6. c. 2. *Deus omnipotens ſingulis Angelis, ſanctiſque animabus in tantum ſe ſubjicit quaſi ſit ſervus emptitius ſingulorum, quilibet verò ipſorum ſit Deus ſuus.* Adeo nobis Deus adeſt, & ſingulos noſtros intuetur actus, aſpicit cogitationes, ut ejus oculos non valeamus ſubterfugere! & tamen non veremur, eo præſente audere, quæ erubeſcimus coram homine.

87. Scimus, Deum videre omnia, propè eſſe, & in unoquoque noſtrûm; & errores omnes lynceo oculo obſervare, ſcelera videre, quæ puniat, & virtutum exercitia, quæ præmio donet; & nihilominus, adeo ſocordes ſumus, ut coram ipſo perperam agamus, quaſi noſtra ipſe non obſervaret. Fertur de Ferdinando I. Cæſare, fuiſſe hunc Imperatorem horologijs rotulis affabrè factis delectatum, eò quia artificium mirum videret è ferro, & chalybe conflatum, in cujus machinamento dentatæ aliquot rotæ ſtriato axis verticillo interjecto mutuò commiſſæ, ac fœderatæ in orbem volverentur, motúſque ſuos ita dirigerent, quibus planetarum curſus æmularentur, ac fideliter ſignarent. Fuit præ cæteris unum ex puro puto auro, quod non ſolùm ſolis curſus ſignaret, ſed etiam ad ſingulas pulſaret horas, quò plures ſenſus oculi, & aures, quota eſſet hora, ab illo ediſcerent. Ex famulis fuit unus adeò audax, ut libidine furandi hoc horologium raptim illud in caligas abdiderit, ratus à nemine ſe viſum fuiſſe; cùm tamen Cæſar obliquo oculo id obſervaſſet, priuſquam è conclavi famulus raptor diſcederet, Imperator eum ad ſe vocavit, cum ipſo varios ſermones miſcuit, de pluribus ſupervacaneè interrogavit, donec totum horæ tempus effluerer, quo dilapſo horologium intra caligas ſonoro pulſu furem manifeſtavit, qui tunc verecundiâ perfuſus erubuit, & timore perculſus, confuſione, & rubore ſuffuſus adactus fuit vel invitus, etiam ſine voce furtum fateri.

Putamus à nemine obſervari, & videri 87.
in ſcelere, cùm tamen ſcelus ipſum nos prodat, nóſque delinquentes oſtendat, & convincat: interdum fucata mendacia, clancularíæ confabulationes, & pravæ libidinis cogitationes nos oblectant, quibus plerumque adhæremus; eò quia nullus nos hominum videat: ſed miſeri fallimur, elabitur interim hujus vitæ hora, & conſcientia noſtra, dilapſâ hâc horulâ erit, quæ nos ipſos prodet, & delinquentes manifeſtabit. Dei oculus nobis ſemper eſt defixus, in nos aſſiduè intentus, & factorum nos omnium convincet, ait Salomon: *In omni loco oculi* Proverb. 15. v. 3.
Domini contemplantur bonos, & malos, & quamvis nunc diſſimulet hunc furari, illum adulterari, alium homicidium patrare, venenum propinare, inſidias ſtruere, laqueos injicere, calumnias nectere; videt tamen, quid iſte, quid ille, & quid omnes homines exteriùs agant, intus cogitent, & quamvis nunc temporis taceat, expectat tamen donec hujus vitæ hora effluxerit; tunc vel ipſa conſcientia ſceleſtos prodet, impios accuſabit, & Deus tunc Judex, & vindex nobis objiciet; hæc feciſti, hæc cogitâſti, talia ſcelera perpetrâſti, & tacuì; ſed tunc tua te conſcientia prodet, quid tunc miſer eris dicturus, quem patronum rogaturus, cùm vix juſtus ſit ſecurus? appoſitè Lactantius ait alloquens impium Dei præſentis recordationem Lib. 6. de vero cultu cap. 24.
ſua excutientem è mente: *Quid agis, quid machinaris, quid abſcondis? cuſtos te tuus ſequitur. Putas tibi contigiſſe, ut oculos*

omnium effugias? demens quid tibi prodeſt non habenti conſcium, habenti conſcientiam? patemus Deo undique,

88. Quocunque perrexeris Deus te videt, quovis in loco, omni tempore, in diverſorio, io cubicolo, in foro, & ſicut ab ejus noo potes te oculis ſubducere eum ſaltem revereri præſeotem, quem times punientem: ſi viaticum ſuſcepturus Euchariſticum te totum ad modeſtiæ normam componis, oculos in humum dejicis, ſuperciliom deponis, reverenter incedis, & humilis ad aram accedis; noo mioori reverentia deberes te gerere, cùm ſcias Deum tibi præſentem adeſſe, & non ſolùm intra tua adeſſe viſcera, ſed & animæ inſidere. Cur igitur cor, & caro, imò & anima tua non exultant in Deum vivum, qui vitæ tuæ eſt vita? ſive in publico degas, ſive in ſeceſſu lateas, Deus ſemper eſt juxta te, extra te, intra te, ſupra te, infra te; perinde ac in medio Oceani ſpongia undique eo impletur intus, extra, ſupra, infra, dextrorſum, ſioiſtrorſum; ita Deus omnium perfectionum pelagus inexhauſtum, ac nullo coërcitum litore, nullo clauſum limite animam ooſtram, ex quavis parte implet, & occupat; & cur illius noo recordamur, cujus præſentia fulcimur? cujus ſubſidio vivimus, cujus ope ſtamus, cujus oculis inſpicimur? cur facimus tam prolixa noſtra vota cùm Deus tam propè ſit? Quid extra Deum gaudia quærimus, voluptates ſitimus, commoda ſperamus, cum hoc totum in Deo, qui nobis adeſt, præſto ſit? cur tota die contriſtati progredimur cum ooſtris ſit in viſceribus, qui lætificat civitatem Dei? cur mœremus afflicti, lachrymis mademus, ærumnis premimur cùm in nobis ſit ſolatium afflictorum, exſiccator lachrymarum, & præſidium in ærumnis.

89. Vis rectè incedere, ſtudeas coram DEO procedere, ac recordatione Dei ſemper tibi præſentis manuduci, eſt enim hæc recordatio, qua viam mandatorum Dei percurrimus, & non impingimus: hujs mandatorum obſervantiæ ſtuduit David, & à rectitu-
Pſalm. 118. dine, non deflexit: *Servavi mandata tua, & teſtimonia tua,* ſed ſi quæras, cur tam ſedulus huic fuit mandatorum obſervantiæ addictus? quia recordatiooem Dei ſibi præ-
Pſalm. 169. ſentis nunquam à ſe abegit: *Quia omnes viæ meæ in conſpectu tuo.* Licèt montium inacceſſa juga, alpiúmque præruptæ cautes videantur nobis obeſſe, noſtríſque pedibus obicem iojicere, ne viam poſſimus mandatorum Dei decurrere; Dei tamen nobis præſentis recordatio impedimenta omnia removet, cumulos difficultatum complanat, mon-
Pſalm 96. v. 5. tes deprimit, quia ut ait David: *Montes ſicut cera fluxerunt à facie Domini:* & præcurſor Joannes, qui Chriſti adventum prædicavit, etiam prædixit prava mutanda eſſe in directa, & aſpera futura in vias planas; non impingit, quem Dei præſentia manuducit, eſt enim ambulanti in tenebris fax prælucens; quapropter quovis excuſſo pavo-
re ait David: *Et ſi ambulavero in medio umbræ mortis, non timebo mala.* Pſalm. 22. v. 4.

90. Quòd ſi quæras, cur reſpondeat ipſe: *Quoniam tu mecum es:* quia ambulanti coram Deo etiam io umbra mortis lux vitæ illuceſſit, vivit etiam in mortis gremio, & ſtat intrepidus, licèt utrinque pericula immineant: qui Dei præſentis fulcitur recordatione, non eſt cur timeat, cum illom ubique ſecum circumferat, quem timent omnes, & omnia etiam quæ timentur: tutus incedit, qui coram Deo ſemper procedit; & cœlum ipſum in terra invenit, qui Dei ſibi præſentis ſemper munitur recordatione, quia ut dixit D. Antonius: Ubique poſſemus cœlum invenire, ſi cor noſtrum eſſet in corde Dei; & eatenus excordes ſumus, & vecordes, & corde noſtro deſtituimur; quia in corde Dei non ſumus, Dei nobis præſentis recordatione non fulcimur: eſt ſola Numinis nobis præſeotis recordatio, quæ ad verum gaudium, ac cœleſtem patriam nos manuducit, idque cauſæ, cur Regius Vates tanto æſtu hanc divini Numinis præſen-
tiam ſitiverit in corde: *Tibi dixit cor meum: exquiſivit te facies mea: faciem tuam Domine requiram.:* & Pſalm. 30. Fatetur hanc Pſalm. 26. v. 8.
Numinis præſentiam clypeum ſibi fuiſſe contra hoſtium tela munitiſſimum, & retundendis pravorum affectuum inſultibus aptiſſimum. Optabat eripi de manu inimicorum, & liberari à perſequentibus: *Eripe me de manu inimicorum meorum, & à perſequentibus me.:* ſed ſi quæras, quâ ope potierit de manu inimicorum eripi, & à perſequentibus liberari, ſubdit: *Illuſtra faciem tuam ſuper ſervum tuum,* ſola Numinis facies, cujus recordatione fulciebatur, fuit, quæ à periculis inſequentium, & perſequentium ioimicorum eripuit, & quia ita ſtetit, ut à lapſu ſemper immunis proceſſerit.

§. X.

Non nutant, ſed ſtant firmiores in cultura virtutum, & ſtudio pietatis, qui Dei ſibi præſentis innituntur recordatione.

91. Firmiores ſtarent juſti, ſi DEI facies, ſeu præſentis Numinis recordatio frequentiùs refulgeret in mente: tametſi DEO expanſis alis, & expediti ad volatum eſſent Angeli, adhuc tamen adeò immobiles ſtabant, ut nec latum unguem à Numinis facie abſcederent; *Seraphin*
Iſaiæ 6. v. 2. *ſtabant ſuper illud, ſex alæ uni, & ſex alæ alteri:* ſtant aligeri, quia DEO adſunt; alis inſtruuntur, quibus ad ſublimiora evehantur; voces emittuot, quibus epinicion DEO concinant; & clamabant

Digitized by Google

alter ad alterum *Sanctus*, *Sanctus*, *Sanctus*.
Profectò nec alis deſtitueremur, nec voci-
bus careremus, ſi ſuper Dei thronum, ſi
ante Numinis faciem ſemper ſtaremus: eſt
enim Dei præſentia, quæ alas ſuppeditat
ad volatum in ſublimiora, & voces excitat
ad Numinis laudes concinendas, & virtu-
tes excolendas, ac morum promovendam ſan-
ctitatem, quia ut ſcribit Apoſtolus ad Ephe-
Cap. 1. v. 4. ſios. *Elegit nos in ipſo ante mundi conſtitu-*
tionem, ut eſſemus ſancti, & immaculati in con-
ſpectu Dei; quia eſt Dei præſentia, quæ nos
Sanctos efficit, quæ nos charitate accendit
Pſalm. 49. v. 3. *Ignis in conſpectu ejus ex-*
ardeſcet. quæ tenebras è noſtris excutit o-
Pſalm. 33. v. 6. culis, & caligines diſſipat. *Accedite ad eum,*
& illuminamini, & facies veſtræ non confun-
dentur.

92. Cæcutientes non ambularemus in umbra
mortis, in caligine ſceleris, ſi recordatio Dei
nobis præſentis noſtra fulgeret in mente;
non erubeſceremus de lapſu, ſi divino vultui
hæreremus; & tametſi eſſet in circuitu noſtro
tempeſtas valida, furerent fluctus decumanis
tumidiores, inſoleſcerent marini æſtus; ad-
hoc immobiles, ut in malacia, tranquillitate
frueremur, ſi Deo præſente niteremur, quia
procellæ Deo non approximant: & quamvis
reliqua nutent, ſtat tutus, qui Deo adhæret.
Nil igitur ex divinorum præſcripto manda
torum ad vitam rectè inſtituendam, ac ſemi
tam ſalutis percurrendam efficacius eſt, quàm
in Dei vultum tanquam intimè nobis ubique
præſentis, mentis oculos jugiter defixos ha-
bere. Idque cum vel Ethnico innotuiſſet Phi-
Epiſt. 11. loſopho Epicuro dixit apud Senecam. *A-*
liquis vir bonus nobis eligendus eſt, ac ſemper
ante oculos habendus, ut ſic tanquam illo ſpe-
ctante vivamus, & omnia tanquam illo vidente
agamus: & nonnullis interjectis ſubdit: *Ha-*
beat aliquem animus, quem vereatur, cujus
authoritate etiam ſecretum ſuum ſanctius fa-
ciat. O felicem illum, qui non actus tantùm,
ſed etiam cogitatus emendat! ò felicem, qui
ſic aliquem revereri poteſt, ut ad memoriam
quoque ejus ſe componat, atque ordinet!
Qui ſic aliquem vereri poteſt, citò erit ipſe
verendus. Elige igitur aliquem, cujus tibi
placuit, & vita, & oratio, & ipſius animum
ante te ferens ac vultut; illum tibi ſemper o-
ſtende, vel cuſtodem, vel exemplum.

93. Adeò efficax, & potens eſt vitæ rectè in-
ſtituendæ, & moribus ritè componendis
præſentia viri authoritate præſignoti, ut a-
ctiones non ſinat inconcinnas prodire; eſt enim
hujus viri præſentia, quæ pravis noſtris affe-
ctibus frœnum injicit, ne quidquam inde
prodeat rationi diſſonum. Sol inter aſtro-
rum Myriades præſes à Deo deligitur, cœli-
que faſtigio inſeritur, & unus cœlo affixus,
ſingulos terræ tractus illuſtret, plantas om-
nes foveat, viretis prata veſtiat, floribus
hortos exornet, & diem ſecum ſemper vehat.
Geneſ. 1. v. 16. *Fecitque Deus duo luminaria magna; lumina-*
re majus, ut præeſſet diei; Electionem ſuam
actionibus approbavit, quia idem fuit faſti-
gium inſcendiſſe, ac audaciam coërcuiſſe,
ſplendente ſole tuta ſunt in terris itinera,
pericula declinantur, inſidiæ fugiuntur,
quæ nocte parantur. *Poſuiſti tenebras, &* Pſal. 103. v. 20.
facta eſt nox, & in ipſa pertranſibunt omnes be-
ſtiæ ſylvæ: catuli leonum rugientes, ut rapiant,
& quærant à Deo eſcam ſibi: ortus eſt ſol, &
congregati ſunt, & in cubilibus ſuis colloca-
buntur. Exibit homo ad opus ſuum, & ad
operationem ſuam uſque ad veſperam. Cùm
primùm ſol ſuo decumbit in occaſu, & um-
bræ è montium faſtigijs in ſubjectas planities,
& valles corruentes terram occupant, ac te-
nebræ aërem obſident, & terrarum tractibus
incubant, exiliunt ſuis è cavernis catuli leo-
num rugientes, ut rapiant eſcam ſibi; exeunt
è ſylvarum receſſibus ferocientes beſtiæ, iti-
neribus inſidiatores, ac hominum neci inhian-
tes, nimirum ſolis abſentia leones, pantheras,
urſos, ac lupos è ſuis extrahit antris in homi-
num, qui ſolis præſentiâ deſtituuntur, perni-
ciem; & ubi ſol non adeſt, ibi plena ſunt om-
nia periculis, ubique rugiunt catuli leonum
ad vorandum; pertranſeunt ſylvarum beſtiæ
ad cruentas clades inferendas: ſed ubi ſol
exoritur, & ſua præſentia incipit montium
faſtigia ſuis radijs pingere, & collium præ-
minentias luce perfundere ſuas repetunt be-
ſtiæ ſylvas ad ſuas recedunt leones cavernas,
& vocales ubique aviculæ ſolis præſentiæ ad-
gratulantur; & homines tuti, ad ſuum opus
egrediuntur. *Exibit homo ad opus ſuum, &*
ad operationem ſuam uſque ad veſperam, nimi-
mirum quamdiu ſol abeſt, nullum eſt iter ſe-
curum; ſylvarum beſtiæ latibula deſerentes
hominibus inſidiantur: quærunt leones,
quos rapiant, ut ſanguinem ebibant occiſo-
rum: at præſente ſole diffugiunt feræ tre-
mefactæ; & in terræ ſpecubus deliteſcentes,
exercendis humanis operibus liberam exhi-
bent anſam.

Si ſolis igitur præſentia pericula arcet, 94.
inſidias dirumpit, dolores mitigat, otia di-
ſpellit, audaciam frœnat, feras cohibet;
quantò magìs tutus incedet? qui coram Deo
divino ſole procedit: hanc pædagogiam e-
docuit ipſe Deus Abrahamum, cùm ei injun-
xit, ut coram ſe ambularet. *Ego Deus Om-* Geneſ. 17. v. 1.
nipotens ambula coram me, & eſto perfectus:
ambulare enim coram Deo perinde eſt, ac
perfectionis faſtigium attingere, ſeu mo-
res componere, virtutes excolere, caſtitati
ſtudere, charitatem fovere, & floribus vir-
tutum omnium redimiri: quia verò popu-
lus ille rudis, ac corporeis affixus rebus nul-
lam ſibi divinitatis ſpeciem efformare valuit,
minúsque ſibi aſſiduè repræſentare; vicarium
ſymbolum, ſua ſubſtituit mandata, ſuámque
ei exhibuit legem. *Audi Iſraël, & obſerva,* Deut. 6. v. 3.
ut facias, quæ præcepit tibi Dominus, ut
bene ſit tibi: & nonnullis interiectis eidem
injungit, ut in manu deferat legem alliga-
tam, & præ oculis jugiter habeat inquiens:
Et ligabis ea quaſi ſignum in manu tua, eruntque

omnium effugias? demens quid tibi prodeſt non habenti conſcium, habenti conſcientiam? patemus Deo undique.

88. Quocunque perrexeris Deus te videt, quovis in loco, omni tempore, in diverſorio, in cubiculo, in foro, & ſicut ab ejus non potes te oculis ſubducere aūm ſaltem reverera præſantam, quem times punientam: ſi viaticum ſnſcepturus Euchariſticum te tntum ad modaſtiæ normam compnnis, oculos in humum dejicis, ſuparcilium daponis, reverenter incadis, & humilis ad aram accedis; non minori revarantia deberes ta gerere, cùm ſcias Deum tibi præſentem adeſſe, & non ſnlùm intra tua adeſſa viſcera, ſed & animæ inſidera. Cur igitur cor, & carn, imò & anima tua non exultant in Daum vivum, qui vitæ tuæ eſt vita? ſive in publico degas, ſive in ſeceſſu lateas, Deus ſemper eſt jnxta te, extra ta, intra te, ſupra te, infra te; perinde ac in medio Oceani ſpongia undique eo impletur intus, extra, ſupra, infra, dextrorſum, ſiniſtrorſum; ita Deus omnium perfectionum pelagus inexhauſtum, ac nulln coërcitum litore, nullo clauſum limite animam noſtram, ex quavis parta implat, & occupat; & cur illius non recordamur, cujus præſentia fulcimnr? cujus ſubſidio vivimus, cujns opa ſtamus, cujns oculis inſpicimur? cur facimus tam prnlixa nnſtra vota cùm Daus tam propè ſit? Quid axtra Deum gaudia quærimus, vnluptates ſitimus, commoda ſperamua, cum hoc totum in Deo, qui nobis adeſt, præſto ſit? cur tnta dié contriſtáti progredimur cum noſtris ſit in viſceribus, qui lætificat civitatem Dei? cur mœremus afflicti, lachrymis mademus, ærumnis pramlmur rùm in nobis ſit ſolatium afflictnrum, exſiccatnr lachrymarum, & præſidium in ærumnis.

89. Vis racté incedere, ſtudeas coram DEO procedere, ac recordatione Dei ſàmper tibi præſentis manuduci, eſt enim hæc recordatio, qua viam mandatorum Dei percurrimus, & non impingimus: huic mandatorum obſervantiæ ſtuduit David, & à ractitudine, non deflexit: *Servavi mandata tua, & teſtimonia tua*, ſed ſi quæras, cur tam ſedulus huic fuit mandatorum obſervantiæ addictus? quia recordationem Dei ſibi præſantis nunquam à ſe abegit: *Quia omnes viæ meæ in conſpectu tuo.* Licèt montium inacceſſa juga, alpiúmque prærnptæ cautes videantur nobis nbeſſa, noſtrísque pedibus obicem injicere, ne viam pnſſimus mandatorum Dei decurrere; Dei tamen nobis præſentis racordatio impedimenta omnia removet, cumulos difficultatum complanat, montes deprimit, quia ut ait David: *Montes ſicut cera fluxerunt à facie Domini:* & præcurſor Joannes, qui Chriſti adventum prædicavit, etiam prædixit prava mutanda eſſe in directa, & aſpera futura in vias planas; nnn impingit, quem Dei præſentia manuducit, eſt enim ambulanti in tenebris fax prælucens; quapropter quovis excuſſn pavore ait David: *Et ſi ambulavero in medio umbræ mortis, non timebo mala.*

Pſalm. 118. — *Pſalm. 168.* — *Pſalm 96. v. 5.* — *Pſalm. 22. v. 4.*

90. Quòd ſi quæras, cur raſpnndeat ipſa: *Quoniam tu mecum es:* quia ambulanti coram Deo atiam in umbra mnrtis lux vitæ illuceſſit, vivit etiam in mortis gremio, & ſtat intrepidus, licèt utrinque pericula immineant: qui Dei præſentis fulcitur recnrdatione, non aſt cur timeat, cum illum ubique ſecum circumferat, quem timent omnes, & omnia etiam quæ timentur: tutus incedit, qui coram Deo ſamper procedit; & cœlum ipſum in terra invenit, qni Dei ſibi præſentis ſemper munitur recnrdatione, quia ut dixit D. Antonius: Ubique poſſemus cœlum invenire, ſi cor noſtrum eſſet in cnrde Dei; & eatenus excordes ſumus, & vecordes, & corde noſtro deſtituimur; quia in corda Dei non ſumus, Dei nnbis præſentis recnrdatione nnn fulcimur: eſt ſola Numinis nobis præſentis recordatio, quæ ad verum gaudium, ac cœleſtem patriam nos manuducit, idque cauſæ, cur Regius Vates tanto æſtu hanc divini Numinis præſentiam ſitiverit in corde: *Tibi dixit cor meum: exquiſivit te facies mea: faciem tuam Domine requiram.* & Pſalm. 30. Fatetur hanc Numinis præſeutiam clypeum ſibi fuiſſe contra hoſtium tela munitiſſimum, & retundendis pravorum affectuum inſultibus aptiſſimum. Optabat eripi de manu inimicorum, & liberari à perſequentibus: *Eripe me de manu inimicorum meorum, & à perſequentibus me:* ſed ſi quæras, quâ ope petierit da manu inimicorum eripi, & à perſequentibus liberari, ſubdit: *Illuſtra faciem tuam ſuper ſervum tuum*, ſola Numinis facies, cujus recordatione fulciebatur, fuit, quæ à periculis inſequentium, & perſequentium inimicorum eripuit, & qua ita ſtetit, ut à lapſu ſemper immunis proceſſerit.

Pſalm. 26. v. 8.

§. X.

Non nutant, ſed ſtant firmiores in cultura virtutum, & ſtudio pietatis, qui Dei ſibi præſentis innituntur recordatione.

91. Firmiores ſtarent juſti, ſi DEI facies, ſeu præſentis Nnminis recordatio frequentiùs refulgeret in mante: tametſi DEO expanſis alis, & expediti ad volatum eſſent Angeli, adhuc tamen adeò immobiles ſtabant, ut nec latum unguem à Numinis facie abſcederent; *Seraphim ſtabant ſuper illud, ſex alæ uni, & ſex alæ alteri:* ſtant aligeri, quia DEO adſnnt; alis inſtruuntur, quibus ad ſublimiora evehantur; voces emittunt, quibus epinicion DEO concinanm; & clamabant

Iſaiæ 6. v. 2.

altet

alter ad alterum *Sanctus*, *Sanctus*, *Sanctus*. Profectò nec alis deſtitueremur, nec vocibus careremus, ſi ſuper Dei thronum, ſi ante Numinis faciem ſemper ſtaremus: eſt enim Dei præſentia, quæ alas ſuppeditat ad volatum in ſublimiora, & voces excitat ad Numinis laudes concinendas, & virtutes excolendas, ac morum promovendam ſanctitatem, quia ut ſcribit Apoſtolus ad Epheſios. *Elegit nos in ipſo ante mundi conſtitu-*
Cap. 1. v. 4. *tionem, ut eſſemus ſancti, & immaculati in conſpectu Dei*; quia eſt Dei præſentia, quæ nos Sanctos efficit, quæ nos charitate accendit Pſalm. 49. v. 3. *Ignis in conſpectu ejus exardeſcet.* quæ tenebras è noſtris excutit o-
Pſalm. 33. v. 6. culis, & caligines diſſipat. *Accedite ad eum, & illuminamini, & facies veſtræ non confundentur.*

92. Cæcutientes non ambularemus in umbra mortis, in caligine ſceleris, ſi recordatio Dei nobis præſentis noſtra fulgeret in mente; non erubeſceremus de lapſu, ſi divino vultui hæreremus; & tametſi eſſet in circuitu noſtro tempeſtas valida, furerent fluctus decumanis tumidiores, inſoleſcerent marini æſtus; adhuc immobiles, ut in malacia, tranquillitate frueremur, ſi Deo præſente niteremur, quia procellæ Deo non approximant: & quamvis reliqua nutent, ſtat tutus, qui Deo adhæret. Nil igitur ex divinorum præſcripto mandatorum ad vitam rectè inſtituendam, ac ſemitam ſalutis percurrendam efficacius eſt, quàm in Dei vultum tanquam intimè nobis ubique præſentis, mentis oculos jugiter defixos habere. Idque cum vel Ethnico innotuiſſet Phi-
Epiſt. 11. loſopho Epicuro dixit apud Senecam. *Aliquis vir bonus nobis eligendus eſt, ac ſemper ante oculos habendus, ut ſic tanquam illo ſpectante vivamus, & omnia tanquam illo vidente agamus*: & nonnullis interjectis ſubdit: *Habeat aliquem animus, quem vereatur, cujus authoritate etiam ſecretum ſuum ſanctius faciat. O felicem illum, qui non actus tantùm, ſed etiam cogitatus emendat! ô felicem, qui ſic aliquem vereri poteſt, ut ad memoriam quoque ejus ſe componat, atque ordinet! Qui ſic aliquem vereri poteſt, citò erit ipſe verendus. Elige igitur aliquem, cujus tibi placuit, & vita, & oratio, & ipſius animum ante te ferens ac vultus; illum tibi ſemper oſtende, vel cuſtodem, vel exemplum.*

93. Adeò efficax, & potens eſt vitæ rectè inſtituendæ, & moribus ritè componendis præſentia viri authoritate præſigniti, ut actiones non ſinat inconcinnas prodire; eſt enim hujus viri præſentia, quæ pravis noſtris affectibus frœnum injicit, ne quidquam inde prodeat rationi diſſonum. Sol inter aſtrorum Myriades præſes à Deo deligitur, cœlique faſtigio inſeritur, & unus cœlo affixus, ſingulos terræ tractus illuſtret, plantas omnes foveat, viretis prata veſtiat, floribus hortos exornet, & diem ſecum ſemper vehat.
Geneſ. 1. v. 16. *Fecitque Deus duo luminaria magna; luminare majus, ut præeſſet diei*; Electionem ſuam actionibus approbavit, quia idem fuit faſtigium inſcendiſſe, ac audaciam coërcuiſſe, ſplendente ſole tuta ſunt in terris itinera, pericula declinantur, inſidiæ fugiuntur, quæ nocte parantur. *Poſuiſti tenebras, &* Pſal. 103. v. 20.
facta eſt nox, & in ipſa pertranſibunt omnes beſtiæ ſylvæ: catuli leonum rugientes, ut rapiant, & quærant à Deo eſcam ſibi: ortus eſt ſol, & congregati ſunt, & in cubilibus ſuis collocabuntur. Exibit homo ad opus ſuum, & ad operationem ſuam uſque ad veſperam. Cùm primùm ſol ſuo decumbit in occaſu, & umbræ è montium faſtigiis in ſubjectas planities, & valles corruentes terram occupant, ac tenebræ aërem obſident, & terrarum tractibus incubant, exiliunt ſuis è cavernis catuli leonum rugientes, ut rapiant eſcam ſibi; exeunt è ſylvarum receſſibus ferocientes beſtiæ, itineribus inſidiantes, ac hominum neci inhiantes, nimirum ſolis abſentia leones, pantheras, urſos, ac lupos è ſuis extrahit antris in hominum, qui ſolis præſentiâ deſtituuntur, perniciem; & ubi ſol non adeſt, ibi plena ſunt omnia periculis, ubique rugiunt catuli leonum ad vorandum; pertranſeunt ſylvarum beſtiæ ad cruentas clades inferendas: ſed ubi ſol exoritur, & ſua præſentia incipit montium faſtigia ſuis radiis pingere, & collium præminentias luce perfundere ſuas repetunt beſtiæ ſylvas ad ſuas receſſunt leones cavernas, & vocales ubique aviculæ ſolis præſentiæ adgratulantur; & homines tuti, ad ſuum opus egrediuntur. *Exibit homo ad opus ſuum, & ad operationem ſuam uſque ad veſperam*, nimirum quamdiu ſol abeſt, nullum eſt iter ſecurum; ſylvarum beſtiæ latibula deſerentes hominibus inſidiantur; quærunt leones, quos rapiant, ut ſanguinem ebibant occiſorum: at præſente ſole diffugiunt feræ tremefactæ; & in terræ ſpecubus deliteſcentes, exercendis humanis operibus liberam exhibent anſam.

Si ſolis igitur præſentia pericula arcet, 94.
inſidias diſrumpit, dolores mitigat, otia diſpellit, audaciam frœnat, feras cohibet; quantò magis tutus incedet? qui coram Deo divino ſole procedit: hanc pædagogiam edocuit ipſe Deus Abrahamum, cùm ei injunxit, ut coram ſe ambularet. *Ego Deus Om-* Geneſ. 17. v. 1.
nipotens ambula coram me, & eſto perfectus: ambulare enim coram Deo perinde eſt, ac perfectionis faſtigium attingere, ſeu mores componere, virtutes excolere, caſtitati ſtudere, charitatem fovere, & floribus virtutum omnium redimiri: quia verò populus ille rudis, ac corporeis affixus rebus nullam ſibi divinitatis ſpeciem efformare valuit, minúſque ſibi aſſiduè repræſentare; vicarium ſymbolum, ſua ſubſtituit mandata, ſuámque ei exhibuit legem. *Audi Iſraël, & obſerva,* Deut. 6. v. 3.
ut facias, quæ præcepit tibi Dominus, ut bene ſit tibi: & nonnullis interiectis eidem injungit, ut in manu deferat legem alligatam, & præ oculis jugiter habeat inquiens: *Et ligabis ea quaſi ſignum in manu tua, eruntque*

& movebuntur inter oculos tuos, ſcribéſque; *ea in limine, & oſtijs domûs tuæ.* Pluribus modis voluit divina Majeſtas legem ſuam, ac proinde ſe ipſum oculis obverſari Iſraëlitarum, quò ſuæ præſentiæ frœno pravos affectus coërceret, & ſuæ legis objectu à ſceleribus deterreret. Magna ſiquidem pars flagitiorum tollitur, ſi peccaturis teſtis aliquis, quem peccantes vereantur, adſiſtat, At quis teſtis magis oculatus, quàm qui intimos non ſolùm corporum, & cordis, ſed etiam animorum penetrat receſſus.

95 Sicut vaſtiſſimus Oceanus ſpongiam, quam in ſinu excepit, quavis ex parte humectat: ita & ſua immenſitate circa nos Deus circumfuſus nos totos occupat, ut nil ſit Deo vacuum. Quòd ſi omnibus Deus adeſt, quò miſer peccator fugiet? quò Dei oculos ſubterfugiet? monet Syracides. *Ne feſtines recedere à facie ejus, neque permaneas in opere malo:* ſeu noli deſerere viam mandatorum Dei, alioquin ultricem Dei manum non declinabis, & quocunque te fuga ſubduxerit, Dei oculos nullibi effugies. In oculis enim ſupremi Judicis, ac vindicis aſſiduè verſamur, & nos non pudet in ejus oculis turpiſſimè peccare? ait Ambroſius de Apologia Davidis. *Hominis teſtimonium declinamus, & in conſpectu Dei, quæ ſunt indigna commiſimus? injuria eſt homini ſpectare flagitia; Deum arbitrum omnium eſſe ſcimus, & ipſo teſte peccamus?* Certè hæc Numinis nobis præſentis recordatio frœnum deberet pravis omnibus noſtris affectibus injicere, ne quidquam auderent, quod Nomini diſpliceret, & ſi quid pudoris, ſi quid rationis nobis reſiduum ineſt, hoc frœno deberemus à quovis ſcelere nos cohibere.

Eccleſ. 3.

Cap. 10.

96 Eliſæus inviſurus ſubjecta ſibi Prophetarum collegia conſuetam pertranſibat viam per Iſſachareæ Tribus civitatem, cui nomen Suna: aderat id temporis ibi matrona æquè virtutibus prædita, ac fortunis locuples, quæ marito perſuadet, ut crebriùs illac tranſeunti Vati prandium extruatur reliquis ab ædibus ſemotum, & quidem ea ſupellectilis tenuitate, quâ ſciret Prophetam delectari: cúmque Eliſeus illac frequenter diverteretur, & de ſolvenda hoſpitalitate cogitaret, advertit ſui Dominis hoſpitij unum deeſſe ad cumulum felicitatis, hæredem ſcilicet, & ſucceſſorem: hunc heræ hoſpitæ ſpopondit, quæ vix præ gaudio ſe ipſam capere potuit, cum plenam Eliſeo fidem adhibuiſſet, quam & poſt fluxum perbrevis temporis natus filius confirmavit. Sed ſi natus hæres gaudium excitavit toti domui, mœror præconceptam lætitiam, paulò poſt extinxit: puer enim trimulus ex ſolis ardore (deportatus enim fuerat ad patrem ruri, cum Meſſoribus tunc agentem, ubi ex ſolis æſtu ferventiore cæpit malè ſe habere) vel in ipſo meridie occaſum nactus ſupremum ſuum diem in gremio clauſit genitricis, quæ non ignara, Eliſeum æquè potentem eſſe in vita reſtituenda filio, quàm fuerat in danda, ad ipſum proficiſcitur in Carmelum, cui lachrymis madida, in luctu, in ſqualore jacens, ſingultibus potiùs, quàm verbia præmaturam pueri trimuli mortem adſignificat. Permotus lachrymis, & mœſtitudine afflictæ matris Eliſeus, famulum ſuum Gezium amandat ſuo inſtructum baculo, ut eo cadaveri impoſito, animam in frigidos artus revocet, ſed cum nil virtutis fuiſſet in ſcipione; Eliſeus Sunam profectus puerũ reperit in lectulo ſui cubiculi collocatum, cui ſe ſuperponens calorem vitæ refudit extincto, & matrem, totámque familiam exhilaravit. *Aſcendit, & incubuit ſuper puerum, poſuitque os ſuum ſuper os ejus, & oculos ſuos ſuper oculos ejus, & manus ſuas ſuper manus ejus, & incurvavit ſe ſuper eum:* Virtus, quâ fuit ſcipio deſtitutus, hanc ſola Eliſei præſentia largè profudit, adeò efficax fuit, ut mortuum trimulum puerum, & libithinæ gelu frigeſcentem, foverit calore, animaverit ſpiritu, ac priſtinæ eum vitæ reſtituerit. Cenſet Baſilius Seleucienſis oratione 10. Puerum hunc demortuum peccatorem ſignificare vitijs obrutum, ac divinæ gratiæ, & virtuti mortuum, & Eliſeum gerentem vices ſuperioris, & incubantem ſuper puerum, Deum indicare, cujus præſentiæ virtus tanta ineſt, ut mortuos peccato vitæ reſtituat gratiæ. Gerebat igitur Eliſeus veri ſuperioris, ſeu Chriſti vices; propterea ejus præſentia mortem fugavit, vitam revocavit, pericula avertit, & peccata eliminavit, appoſitè D. Baſilius ait: *Quæramus, cujus figura fuerit Eliſeus, cujus Sunamitis, & jam Sunamitidis filius mortuus? Eliſeus Chriſti figuram gerit: populus autem gentium erat ille mortuus vi peccatorum.* Et nonnullis interjectis ſubdit: *Omnes artus poſtea ſanctificati ſunt, & ad uſum meliorem traducti: ut os quidem edoctum diceret: Domine labia mea aperies, & os meum anuuntiabit laudem tuam.*

4. Reg. 4. n. 34.

Orat. 10.

97 Figuram igitur Dei exhibent Eliſeus, & reliqui juſti, qui præſentia, & authoritate, fortiúſque exemplo alios vitijs obrutos, & per patrata ſcelera divinæ gratiæ demortuos revocant ad vitam, trahunt ad meliorem frugem, alliciunt ad culturam virtutum; ut excuſſis vitiorum caliginibus ſplendore fruantur divinæ gratiæ: à periculo enim eximere, culpam abigere, virtutem docere, præſentiâ, & exemplo fortiùs, quàm verbo, periade eſt ac vices Dei gerere, cujus ſola præſentia vitam mortuis impertitur. Lethali morbo laborat Lazarus, triſtantur Sorores Martha, & Magdalena; mœrent domeſtici, & in ſqualore jacet domus tota; proprium angorem, animi triſtitiam, & cordis dolorem Chriſto renuntiant, qui tamen biduo cunctatus, tandem mortem Lazari, ſuis prodit Diſcipulis, dixit enim eis. *Lazarus mortuus eſt, & gaudeo propter vos, ut credatis, quoniam non eram ibi.* Non foret idoneus ſenſus, ſi verba ut

Joan. 11.

Joan. 11. v. 14.

jacent

Digitized by Google

jacent, intelligerentur, quapropter ultima nectenda ſunt primis, quò ſenſus aptus reddatur, nimirum gaudeo propter vos, quòd non eram ibi, ut firmiùs in me credatis ex illuſtrioris patrandi miraculi magnitudine; ſcitè ad rem noſtram Theophilactus apud S. Thomam in Catena: *Gaudeo*, inquit, *pro vobis; nam cùm illic non extiterim, confert ad majoritatem fidei veſtræ, quoniam ſi aſtitiſſem, ægrotantem curâſſem, quod eſſet modicum ſignum ad meæ virtutis indicium. Quia verò me abſente ſupervenit mors, fortiùs in fide mea corroboramini; cum videbitis me poſſe etiam defunctum putreſcentem reſuſcitare.* Si Chriſtus Lazarum inviſiſſet ægrotantem, non reſuſcitâſſet putreſcentem; quia ſola præſentia morbum expuliſſet, & Lazarum ſanitati reſtituiſſet; quia verò abſuit, ægrotum non ſanat, ut mortuum reſuſcitet, & illuſtriori miraculo firmiùs in fide Diſcipulos corroboret. Utrinque Chriſti præſentia miracula perpetrat, morbos abigit, mortem fugat, & vitam accerſit; benefica ſemper eſt Dei præſentia, cùm & languentes ſanet, & mortuos reſuſcitet.

98. Nullum animi morbis curandis aptius alexipharmacum Dei nobis præſentis recordatione. Hanc Numinis ubiqui gentium, & locorum præſentiam Athenienſes edocet D. Paulus, quo ad culturam virtutum, frugémque meliorem perducat: & ait ſeriò quærendum eſſe à nobis, ſi fortè illum mente attrectare poſſimus, quamvia non longè ſit ab unoquoque noſtrûm. *In ipſo enim vivimus, & movemur, & ſumus*, non quòd aliquid ſimus de illius ſubſtantia, ut quidam ſtolidè nugati fuerant; ſed quia per ipſum vivimus, movemur, & ſumus, ſeu ſubſiſtimus: unde vult Apoſtolus eſſe ab hominibus quærendum, ſi forteèeum, quem præſentiſſimum habent, mente attrectent, ſeu ut in textu græco legitur: *Palpent eum*, quia quemadmodum cæcus, tenebris obvolutus cæcitatis, & à nemine manuductus, palpando manibus iter prætentat, & locum, ita qui Dei præſentis non manuducuntur recordatione, veluti cæcutientes paſſim impingunt, & in ſcelera corruunt, quia prævia deſtituti face, quà ſit eundum miſeri ignorant. Tametſi non poſſit Deus à nobis in hac vita clarè videri, vult tamen Apoſtolus, ut noſtræ obverſetur menti, & eius recordatio in animo affulgens ſit veluti prævia fax, quâ rectè incedamus per obſervantiam mandatorum Dei, & viam ſalutis. Ne igitur ejus abſentia ſit nobis exitialis, recordatione præmuniamur ejus præſentiæ, quia ut ait Apoſtolus. *In ipſo vivimus, movemur, & ſumus.*

Actor. 17. v. 3.

99. Non abſque injuriâ alteri nobis jugiter præſenti, & nos ubique comitanti illatâ oculos comprimeremus, ne illos in ipſum dirigeremus, & ne ipſum aſpiceremus; eſſet enim id argumentum contemptûs, quò ægrè comitem hunc noſtra intuentem, & obſervântem ferremus: ſed major eſt injuria, gravius damnum quod nobis inferimus, cum negligimus mentis oculos in Deum nobis præſentem figere, quia ejus recordatione deſtituti, nonniſi miſerias incurrimus, & pericula, ut monet D. Auguſtinus. *Magna hominis miſeria eſt, cum illo non eſſe, ſine quo non poteſt eſſe, id eſt ſubſiſtere. In quo enim eſt, procul dubio ſine illo non eſt, & tamen, ſi ejus non meminit, eúmque non intelligit, nec diligit, cum illo non eſt.* Aſſerit Auguſtinus, eum non poſſe ſubſiſtere, ſeu gratiæ divinæ, & culturæ virtutum vivere, qui Deum ſibi phyſicè præſentiſſimum, etiam mente, & recordatione præſentem non habet, & memoria revolvit; quaſi Dei nobis præſentis memoria ſit ſpiritualis vitæ ſubſiſtentia. Nimirum caduca, & labilis eſt vita, quæ fulcro non nititur recordationis Dei nobis præſentis: eſt enim hæc recordatio baſis virtutum, & per quam ſanctitas ipſa ſtat: ſi enim Deus munificus eſt in res omnes, quibus phyſicè eſt præſens; ſiquidem cum ipſis cooperatur, quieſcit; nec poſſit res ulla incrementum ſubire, nec vires ſuas exerere, niſi Deo eidem opitulante, & cùm ipſa ſimul cooperante; quantò magis in eos erit beneficentior, qui Deum etiam ſibi præſentem memoriâ, & recordatione jugiter habent?

Lib. 14. de Trinit. cap. 21.

Phyſicam Dei præſentiam velimus, nolimus à nobis non poſſumus abigere, nec impedire, quin cogitatus noſtros omnes intueatur, ſecreta cordis noſtri comprehendat; intimos noſtros receſſus penetret, noſtráſque omnes obſervet actiones; ſed hujus divinæ præſentiæ recordationem poſſumus oblitterare, excutere, cùm à noſtro dependeat arbitrio, ideóque plurimum delectatur hac in nobis ſuæ præſentiæ recordatione; propterea uberioribus cumulat beneficijs, quos invenit hujus recordationis præſidio munitos, ut de ſe ipſo fatetur D. Auguſtinus *libro de ſpiritu, & anima* inquiens: *Hæc, & multa alia fecit Deus meus, de quibus dulce ſemper mihi eſt cogitare, cùm enim cunctis ſit præſidens, ſingulos implens, ubique præſens, univerſorum curam gerens, & tam ſingulis, quàm omnibus providens, ita totum ad cuſtodiam meam occupatum video, & ſi ego ſuper cuſtodiam meam ſtabo, ejúſque recordabor, quaſi omnium oblitus ſit, & mihi ſoli intendere velit. Semper ſe præſentem exhibet, ſemper ſe paratum offert. Quocunque me vertero, non me deſerit, niſi ego priùs eum deſeram, ubicunque fuero, non recedit à me, quoniam ubique eſt, ut quocunque ſero inveniam eum, cum quo poſſim eſſe.* Aſſerit, Dei nobis præſentis recordationem, æmulam quemadmodum eſſe divinæ immenſitatis, totámque Deum veluti ſibi uſurpare, qui hanc in mente Dei ſibi præſentis jugiter fovet recordationem, ait enim Auguſtinus, *quaſi omnium ſit Deus oblitus, & mihi ſoli intendere velit, ſemper ſe præſentem exhibet; ſemper ſe paratum offere*, ſcilicet ad benefaciendum; qui hanc è mente Dei præſentis obli-

100.

Cap. 17.

óbliterat recordationem, caligines ſibi accerſit, quibus tenebris involutus non rectè procedit; ſed paſſim impingit, & præceps in ſcelera corruit, perinde ac Curſor Veredarius aſſuetus diu, noctúque iter peragere, equum per invia, devia, per ſaxa, ſentéſque agit, & ne vitæ ſuæ pericula videat, oculos comprimit, quo omnia ſibi plana eſſe imaginetur: ita qui Deum credit ubique præſentem, ſed tamen ejus recordationem negligit, & nil agit divinâ præſentiâ dignum, oculos comprimit, & quâ data porta ruit.

101. Non rectè procedit, qui neglectâ Dei præſentis recordatione incedit. Magiſter

Joan 14. Chriſtus præſentiens imminere ſibi mortem Diſcipulis ſuis dixit: *Vado parare vobis locum, ut ubi ſum ego, & vos ſitis: Et quo ego vado, ſcitis, & viam ſcitis. Dicit ei Thomas, Domine neſcimus, quò vadis; & quomodo poſſumus viam ſcire? Dicit ei JESUS: ego ſum via, veritas, & vita, nemo venit ad patrem niſi per me.* Duo quæſivit Thomas, viam, per quam eſſet Magiſter proceſſurus, & terminum ſui itineris, nimirum, quo vadat, & quâ viâ; cui ſatisfacturus Chriſtus reſpondit: *Ego ſum via, veritas, & vita:* nimirum ego ſum via, quam quæris; via non obliqua, ſed recta; non obnoxia periculis, ſed tuta; non fallax, ſed vera; quæ ducit ad veram, & beatam vitam, ſeu ad Deum Patrem in cœleſti patria, quæ eſt domus patris mei, in qua multæ manſiones ſunt, quod explicaturus ſubdit: *Nemo venit ad Patrem niſi per me,* igitur ego ſum via, quam tu quæris, & pater meus cœleſtis terminus

Cap 30. v. 20. meæ viæ. Alludit ad illud Iſaiæ. *Et erunt oculi tui videntes Præceptorem tuum: & aures tuæ audient verbum poſt tergum monentis: hæc eſt via, ambulate in ea.* Rectè Iſaias oculos expoſcit vigiles, & videntes, quò viam perſpiciens, per quam ſit ambulaturus, non erret, neque impingat, neque dilabatur. Per hos autem oculos vigiles, & ſedulò aſpicientes, indicat Iſaias Dei nobis præſentis recordationem, qua circumſpecti incedimus, ne quid agamus, quod eidem nos intuenti diſpliceamus. Hæc recordatio eſt prælucens illa fax, quâ rectam viam ingredimur, quæ ducit ad cœleſtem patriam, eâque ad obliqua non declinantes rectà percurrimus, quia Dei nobis præſentis recordatio per obſervantiam mandatorum Dei nos manuducit. Pul-

Serm 1. in Cant. chrè D. Bernardus. *In plenitudine gratiæ, nobiscum eſt Deus, in plenitudine gloriæ erimus nos cum eo. Deſcendit, ut prope ſit his, qui tribulato ſunt corde, & nobiscum ſit in tribulatione noſtra. Erit autem, quando rapiemur in nubibus obviam Chriſto in aëra: & ſic ſemper cum Domino erimus; ſi tamen curemus, interim eum habere nobiscum, ut ſit comes viæ, qui patriæ redditor eſt futurus. Imò qui tunc patria, modò ſit via.*

Chriſtus, qui modo eſt via, erit nobis 101.
patria, quia filius ejusdem eſt naturæ cum patre, & qui patrem videt, filium etiam intuetur: per hanc igitur neceſſè eſt, viam curramus, ſi ad cœleſtem velimus patriam pervenire: cùm ſit igitur Chriſtus nobis via, per quam ad patriam tendimus, non comprimendi ſunt oculi, ſed aperiendi, ut hanc viam videamus, & rectè per ipſam ambulemus: tunc oculi aperiuntur, & hanc viam perluſtrant, quando memoriam excitamus, & Dei nobis præſentis recordamur, & per obſervantiam mandatorum ipſius currimus: tunc Chriſtus Deus, qui nunc eſt via, erit nobis patria, ut loquitur Bernardus, *imò qui tunc patria, modò ſit via,* nimirum idem Deus in patria erit clarè videndus, ſi nunc in via ſit coram habendus: in patria intuitivè viſus eſt terminus, & in via præſens ſpectatus eſt, qui rectè ad cœleſtem patriam ducit. Rectè igitur procedit, qui per hanc viam incedit. Idque David Salomoni filio ſuo enixim commendavit, ubi ait: *Tu autem Salo-* 1. Paralip.
mon, fili mi ſcito, Deum patris tui, & ſervito cap. 28. v.
ei corde perfecto; & animo voluntario. Om- 9.
nia enim corda ſcrutatur. Dominus, & univerſas mentium cogitationes intelligit. Si quæſieris eum invenies, ſi autem reliqueris eum, projicet te in æternum. Non potuit ſalubrius documentum filio ſuggerere, quamvis hic quia paternæ diſciplinæ immemor, recordationem Numinis ſibi præſentis excuſſerit, & excutiens vias cucurrerit iniquitatis: ſiquidem alienigenarum mulierum poſtea ſectatus libidines, eò impietatis cecidit, ut Deum patris ſui neſcire cœperit, ac veri Numinis recordationem ex memoriæ catalogo obliterare, & ut cuticulæ adhæreret alienæ, ut carnis indulgeret illecebris, ut alienigenis placeret muliebribus, Deo non erubuit diſplicere; neque in id delirij prolapſus fuiſſet, ſi veri Numinis ſibi præſentis recordationem non excuſſiſſet, & injunctum ſibi à patre documentum ſervâſſet: qui coram Deo ambulat, rectè incedit, imò & neceſſitatem quandam ſibi imponit probè operandi, & ſtudio incumbendi virtutum, ut pulchrè innuit Severinus Boëthius, cujus aureo dicto claudo hanc Diſſertationem, ait ipſe: *Magna* Lib. 5. de
vobis eſt, ſi diſſimulare non vultis, neceſſitas indi- Consol. Philoſ.
cta probitatis; cum ante oculos agitis in fin.
Judicis cuncta cernentis.

DIS-

DISSERTATIO XX.

Timor Dei Judicis, & vindicis frœnum injicit pravis omnibus iraſcentis animi Affectibus.

§. I.

Delirus eſt; qui coram Judice ſedente pro tribunali ſcelera perpetrat, quibus extremum ſecum trahit ſupplicium.

1. ACerbum eſt ſceleris ſupplicium, & ingens pœna, metum futuri excuſſiſſe judicij, & omni deſtituitur judicio, qui extremum non expaveſcens judicium, non ſtudet per exercitie virtutum, & ſcelerum fugam, pravorúmque affectuum coërcitionem divinum Judicem propitium ſibi reddere; tunc enim veniet Chriſtus Judex. & viodex etiam inter juſtos judicaturus juſtè, cùm antea jam veniſſet judicandus ab injuſtis: ſicut lineæ omnes è circuli peripheria ductæ ad unum feruntur centrum, in quo omnes io unico coëunt puncto, ita actiones omnes, cogitationes, motus, ſcelera, & virtutum exercitia veluti lineæ eò tendunt, ut in extremo judicio ſimul omnibus manifeſtentur, & à Judicis ſenteotia, vel improbitatis redarguantur, & condemnentur; vel honeſtate condecoratæ approbentur ed præmium. Moris eſt apud Pictores rudi ſub linteo, craſsóque velo picturis extimas ædium facies exornare, oe ſolares radij pictorem lineas ducentem interpellent, & ne pertranſeuntium oculi opus imperfectum præmaturè luſtrantes imperitiam redarguant delineentis; qui abſoluto ornatu,& completa pictura velum amovet, & ſuum cuique de opere jam perfecto, loquendi, ac judicandi permittit arbitrium. Non abs re hominis vitem huic pingendi arti ſimilem dixeris: plurima intra nos cogitamus, quæ nullum habeot ſpectetorem hominem, nullum teſtem; ioſidias molimur proximo, & modum cogitemus, quò è vivis in vindictam illatæ nobie injuriæ eum abredere poſſimus; odium intus fovemus etiam io eum, quem exteriùs ſimulata charitate, rideote vultu, ſerena fronte excipimue: invidiam nutrimus in corde, eò quia alij nobis ſint pares, vel quia illis non coæquamur; & hæc omnia, quia intra nos fiunt,& in cordis ſervantur iotimiori receſſu, putamus nullum habere teſtem, à quo poſſint iniquitetis redargui; plura etiam exteriùs opere complemus, quæ nullus vider mortalium, neque ad ullius perveniunt notitiam, & quorum ſolus Deus, cui omnia ſunt eperta, & cujus oculis omnia patent, eſt arbiter.

2. Has iniquitatis lineas ducimus ſuper ædium vitæ noſtræ parietes, in quibus vitia degunt, & debacchantur; & licèt rudi velerio ſategerimus io occulto pingere, dies veniet ille, quæ è manu penicillum eripiet, & pictorem de tebula ſejunget, & oppanſâ cortinâ quotquot vitæ noſtræ lineas duxerimus, eædem omnibus petebunt, quod Syracides viſus eſt expreſſiſſe, ubi ait: *Malitia horæ oblivionem facit luxuriæ magnæ, & in fine hominis denudatio operum illius.* (Ecclef. cap. 11. v. 29.) Concupiſcentiæ quibus adhæſimus; voluptatum illecebræ, quibus indulſimus; pravi affectus, quibue frœnum ooo iojecimus; fœdæ libidioes, quas oon excuſſimus; lethalia odia, quæ oon abegimus; rodentes invidiæ, quas fovimus; & ſcelera omnia, quæ patravimus, denudata omnibus patebunt hominib⁹: *& in fine hominis denudatio operum illius.* Quis à ſana mente dejectus? quis tutus ſit de patrato ſuo ſcelere, eò quia teſtem non habuerit hominem, cum erbitrum habuerit Deum Judicem, & vindicem, à quo in extremo judicio ſedente pro tribunali toti manifeſtabitur muodo in condemnationem delinquentis? Quòd ſi tunc etretum apparebit cœlum, quomodo ounc laſcivis terre? ſi tunc cœli lumina terrore percita impalleſcent. *Erunt ſigna in ſole, luna, & ſtellis;* (Luc. 21. v. 25.) quomodo nuoc lupanaria libidine æſtuant? Si tunc innocentiæ cultores contabeſcent, quomodo nunc perduelles lætentur? ſi in regia filij Dei totis artubus contremiſcent, quomodo nuoc impii in ſympoſiis epuleotur, & ſaltant? Quis mentis oculos in diem illam judicii defigens, quis videns Deum Judicem ſedentem pro tribunali voluptatibus

inhiat, pravis affectibus inſaniat, fœdis concupiſcentiis laſciviat, ac deliciis adnitatur diffluere; quid hoc eſſet, quàm citharas expiſcari in naufragio, flores colligere in ſtetquilinio, ſolem quærere in noctis tenebris? periclitamur non capite, ſed æternitate, & tripudia, & ſympoſia, ac coreas petimus?

3. Poſt hujus mortalis, & brevis vitæ punctum linea incipit interminata æternitatis, quæ ut nobis fauſta, vel infauſta ſit, à ſententia pendet, quam Judex proferet. Noſtra æternitas tunc incipit, ubi noſtra mortalitas deſinit; cùm primùm mortalitatem exuimus, æternitatem induimus, vel ſuppliciis cumulatam, vel lætitiâ exhilaratam, prout benè, vel malè egerimus. Poſt punctum ſequitur linea, quæ ſine limite in infinitum ducitur, ubi omnia ſunt æterna. Eſt punctum hocce horribile, in quo veluti vaſto in gurgite præterita omnia læta, vel tetra; jucunda, vel amara merguntur. Punctum ſanè horribile, quod deliciarum, ac voluptatum omnium, quæ præceſſerunt oblivionem inducet, & veluti ſpongia memoriam delebit gaudiorum omnium, omnem præteriti luxus abolebit ſuavitatem, & finem imponet deliciis, divitiis, ac vitiis, & tunc audientur clamores illi impiorum nimium

Sapient. cap. 5. ſeri. *Quid nobis profuit ſuperbia, aut divitiarum jactantia, quid contulit nobis:* en noſtrarum voluptatum, ac deliciarum finem attigimus, ſed triſtem, lachrymis madentem, quia omnia jucunda in Oceanum mergentur amaroris; & futura conſurgent nunquam moritura: proinde non ſolùm mors terribilium omnium eſt terribiliſſima, verùm etiam dies ipſa judicii, quæ mortem ſequetur: habebit enim conſpectum offenſi patris, & eiusdem tum teſtis, tum Judicis, & quidem irati; ex euius vultu torrens igneus exiliet irarum, ac vindictæ, quem intra ripas miſericordiæ annis pluribus congeſta ſcelera alluerunt. Secum torrens iſte igneus trahet, ut deſcribitur apud Oſeam *cap. 13.* furorem Judicis, telum vindictæ, ultionem flagitiorum, & rabiem ferarum raptis catulis; imò & parturientis clamores, & irati Judicis armatam, ſævientémque iuſtitiam, quam cruci affixam Numinis miſericordia, hactenus retinuerat; imò irati Judicis horrorem augebunt ſcelerũ gravitas, intolerabilis fœditas, cuíque ſpectanda in illo huius, vel alterius vitæ confinio. Et in hoc iudicio omnes accuſabunt, nemo defendet, nec ipſe Reus ſe excuſabit, quia ſicut vitrum ſoli obiectum ſecreta omnia prodit, & penitiſſimas quáſque pandit rimulas: ita cùm nos divino ſoli, ſeu Chriſto Judici obiiciemur, noſtra omnia patebunt; & ſicut Archimedes fertur, obiectis ad ſolem ſpeculis radios in unum coëuntes emiſiſſe in naves Marcelli, quas in proximo litore combuſſit; ita nos nobis ipſis obiecti, tanquam ſpeculum ebibens ex vultu irati Judicis flammas, flagitia omnia, quæ commiſimus; ſcelera, quæ patravimus; vitia, quibus indulſimus, conſpicimus nuda, & tabeſcemus, & cum Davide dicemus: *Defecimus in ira tua, & in furore tuo turbati ſumus.* Pſalm. 89. v. 7.

4. Quòd ſi hujus perturbationis, & defectionis cauſam quæras, eam ſuggerit David ſubdens: *Poſuiſti iniquitates noſtras in conſpectu tuo, ſæculum noſtrum in illuminatione vultûs tui*, quia nimirum ſcelera omnia noſtra æquè palam, ac in occultò patrata, negligentiæ noſtræ, noxæ omnes, & errores, quos commiſimus à Dei Judicis vultu lumen accipient, & tanquam in pellucido, tersóque ſpeculo patebunt, ut Deus jam pluries minatus fuerat. *Arguam te, & ſtatuam contra faciem tuam.* Quòd ſi Pſalm. 49. v. 21. dum vivimus, noſtra nos non terrent peccata, eò quia occulta putamus, & teſtibus hominibus caruiſſe; in fine tamen vitæ in extremo illo judicio ſingula nudabuntur, & in ordine diſpoſita objicientur jis, qui ea patrârunt, tunc abſtruſiſſima quæque revelabuntur; non igitur nunc fidamus ſecretis cubiculis, nec artificioſis dolis, quia quæ nunc ſecreta putantur, tunc manifeſta fient, & eodem ordine, modo, arte, & loco, quo patrata fuerunt, jisdem reis objicientur: *Nec ille Judex*, ait Auguſt. *gratiâ prævenitur, nec* Lib. 1. de Symbol. *miſericordia flectitur; nec pecunia corrumpitur, nec ſatisfactione, nec pænitentia mitigatur. Hic dum tempus habet, agat anima pro ſe quamdiu locus eſt miſericordiæ, quia ibi erit locus juſtitiæ.*

5. Tunc judicaturo Domino thronus ipſe impalleſcet, cœlum atratum contremiſcet, terra horrendum immugiet, & inopinato quodam ſpectaculo concutietur orbis totus. A ſceleribus abſtineremus, pravos quóſque affectus coërceremus, ſi meminerimus adfuturum in tribunali Chriſtum. Quis non angatur, ſi videat in ſcenam ſqualoris divinæ miſericordiæ theatrum commutari? Quis non lugeat, ſi ſuſpiciat ſydera cœlo infixa, ſeu ſigilla gratiæ ad metum noſtrum proſtare pallentia, quaſi ſupplicii, mortiſque characteres? quis non paveat videns irati Numinis armatam juſtitiam, & diſtricto gladio, non temporanea, ſed æterna minitantem ſupplicia? Quis non timeat, videns ipſas pietatis phialas plenas olim cœleſti nectare, nunc in amaritudinis urceos converſas eſſe, ac ſæviente ira oppletas: & Nuntios blanditiarum, factos eſſe inſtitores; & inde ſcaturire peccandi licentiam, onde coërcendis criminibus aggeres petebantur?

6. Plures videntur nunc in mundo felices, eo quia divitijs affluant, deliciis diffluant, honoribus afficiantur, dignitatibus ſint inſigniti, cæteris præſint, omnium obſequia ad ſe trahant; qui tamen tunc miſerijs apparebunt obruti, anguſtijs preſſi, ſceleribus infecti, & ad æterna damnati ſupplicia: mors tunc dicet, qualis fuerit eorum beatitudo;

tudo; quàm inamœnæ, & infauſtæ eorum deliciæ, quàm lethales, & noxiæ voluptates; quàm larvata gaudia, miſeræ divitiæ, falſæ voluptates, & vana eorum felicitas! hinc monet Syracides Eccleſ. cap. 11. v. 30. *Ante mortem ne laudes hominem quempiam;* quia qualis ſit intus, ignoras, & qualis futurus ſis, neſcis, neque ante obitum debet quiſpiam beatus ſalutari, quia ut rectè monet D. Bernar. *in feſt. Omn. Sanc. poſt init. Quomodo ſecura laudatio, ubi nec ipſa vita ſecura? illorum lauda virtutem, quorum jam certa victoria eſt. Illos devotis extolle præconijs, quorum ſecurè potes adgaudere coronis.* Hinc interrogatus olim Epaminondas, ut palam diceret, quiſnam è militiæ ſtrategis, ac ducibus ſibi videretur omnium fortiſſimus, Chabriaſne, an Iphicrates, an quis alius? prudenter fertur reſpondiſſe, hoc judicium, dum vivimus perarduum eſſe nimis effari, ultimam vitæ diem eſſe, quæ de ſingulis veram poteſt ſententiam proferre: hinc D. Ambroſius ait: *Laudatio hominis non in exordio, ſed in fine eſt:* & adferens cauſam ſubdit: *ſi laudari ante gubernator non poteſt, quàm in portum navim deduxerit; quomodo laudabis hominem, priuſquam in ſtationem mortis ſucceſſerit? & ipſe eſt ſui gubernator. Quamdiu in ſalo eſt, tamdiu inter naufragia. Dux ipſe niſi confecto prælio non ſumit lauream, nec miles arma deponit, nec ſtipendij mercedem adipiſcitur, niſi hoſte ſuperato. Mors igitur ſtipendiorum plenitudo, ſumma mercedis, gratia miſſionis eſt.*

Serm. 2. de feſto Sanctor.

In Tom. 1. lib. de inſtit. cap. 3.

§. II.

Quò ſtudeamus culturæ virtutum, morúmque corrigamus errores, & vitia quæque longiùs à nobis abigamus; duplex judicium peculiare ſtatim poſt obitum, & univerſale, incrementum nobis incutit timoris.

7. DUplex erit judicium peculiare unum, quô unicuíque ſtatim poſt obitum ſententia pronuntiatur, ex qua intelligit anima è corpore recéns ſejuncta, quid de ſe futurum ſit tota æternitate, quæ ut ſit alicui fauſta, vel infauſta à ſententia dependet, quæ à Judice profertur; hinc quando ſacræ paginæ, & SS. Patres, Concilia, & Theologi aſſerunt, unumquemque hominum ſtatim poſt obitum, vel præmijs donari, vel ſupplicijs torqueri, ſupponunt præceſſiſſe judicium, & ſententiam latam à Judice, quod perinde eſt, ac ſuum in æternitate ſtatum cognoſcere. Quòd anima cùm primùm ſejuncta eſt à corpore, & mortalitatem carnis exuit, vel præmijs afficiatur, vel ſupplicijs torqueatur, certum eſt dogma chriſtianæ religionis; cùm è cathedra crucis Magiſter Chriſtus illud edocuerit, cum reſipiſcenti latroni dixit, *Hodie mecum eris in paradiſo*, & Stephanus cum lapidibus obrueretur, non ſolùm vidit cœlos apertos, ſed experiit etiam ſuum a Chriſto ſpiritum ſuſcipi, ut cœleſti ſtatim donaretur beatitate: Apoſtolus itidem Paulus enixim diſſolvi concupivit, ut eſſet cum Chriſto: hoc autem non contigiſſet, ſi ſtatim poſt obitum anima exuta mortalitate non judicaretur judicio peculiari, & juxta merita, vel demerita prœmijs, vel ſupplicijs deſtinaretur æternis; hinc etiam Joannes fatetur ſe vidiſſe Martyrum choros amictos in cœlo ſtolis albis, & palmis in manibus ornatos, & de ijs ait Sapiens, quòd in alio judicio univerſali, & extremo non pavebunt, ſed conſtantes ſtabunt. *Stabunt in magna conſtantia adverſus eos, qui ſe anguſtiaverunt, & qui abſtulerunt labores eorum;* ex quibus infertur, animam exutam corpore non expectare dormientem judicium univerſale, in quo audiat ſententiam Judicis, & intelligat, quid ſibi futurum ſit in tota æternitate; ſed illicò vel cœleſti donari beatitate, vel in carcerem avernalem detrudi æternùm cruciandam.

Apocal. cap. 7. v. 14.

Sapient. c. 5. v. 13.

Aliud verò eſſe judicium univerſale, in quo coram omnibus æternus Judex ſententiam erit pronuntiaturus, vel ad æterna gaudia, vel ad gehennæ incendia nunquam extinguenda. Utrumque judicium peculiare, & univerſale eluücitur è ſacris paginis, Apoſtolus enim Paulus ad Hebræos ſcribit: *Statutū eſt omnibus hominibus ſemel mori, poſt hoc autem judicium:* Non ſolùm univerſale, & omnibus commune, ſed etiam peculiare, & ſecretum, de quo ait Syracides, *Facilè eſt coram Deo in die obitus retribuere unicuique ſecundùm vias ſuas*, ſi in die obitûs, utique in judicio peculiari, cùm primùm anima corporis mortalitate eſt exuta; adeò ut ſtatim ac eſt anima à vinculo carnis ſoluta, ſtatum enanciſcatur immutabilem, ſuámque à divino Judice ſententiam audiat, hinc Chryſoſtomus loquens de hoc peculiari judicio ait: *Præſens hæc vita rectè vivendi occaſionem, & opportunitatem habet; poſtquàm verò diem tuum obieris, judicium, & pœna conſequitur.* Idque explicat exemplo obvio reorum, qui vincti catenis ad judicium pertrahuntur ſententiam audituri Judicis, ait enim. *Sicut illi, qui è carceribus educuntur, unà cum ipſis catenis ad judicium pertrahuntur: ſic omnes animæ, cum hinc emigraverint varijs peccatorum catenis implicitæ ad terribile illud ducentur divini Judicij tribunal.* & D. Auguſtinus, ubi de Vincentio Victore agit utriuſque judicij peculiaris ſtatim poſt obitum; & univerſalis redditis corporibus meminit, alloquens enim Petrum Presbyterum ait de præfato Vincentio Victore: *Illud rectiſſimè, & valdè ſalubriter credis, judicari animas, cum de corporibus exierint: antequam veniant ad illud judicium, quo eas oportet jam redditis* 8.

Cap. 9. v. 27.

Tom. 2. homil. 57. in cap. 18. Matth.

Tom. 2. in cap. 4. Matth. homil. 14.

ditis corporibus judicari. Quid clariùs? quid explicatiús? quid ampliùs egemus teſtibus? Idque confirmâns D. Auguſtinus, utitur exemplo evangelici pauperis ſtatim poſt mortem excepti in ſinu Abrahæ, & illius divitis, qui ſtatim poſt obitum detruſus in carcerem gehennalem flammâ cruciabatur.

9. Aote D. Auguſtinum utrumque judicium peculiare, & univerſale diſtinxit S. Cyprianus Epiſcopus Carthaginenſis, ubi de particulari ait: *Quis non omnibus viribus elaboret, ut cum Chriſto ſtatim gaudeat? clauduntur oculi in perſecutionibus serræ; ſed patet cœlum. Quanta dignitas, & quanta ſecuritas exire hinc lætum; exire inter preſſuras, & anguſtias glorioſum? claudere in momento oculos, quibus homines videbantur, & mundus; & aperire eoſdem ſtatim, ut Deus videatur, & Chriſtus? tam velociter migrandi quanta felicitas? ut terris repentè ſubtraharis, ut in Regnis cæleſtibus reponaris.* Ratio itidem id evincit, quia cum per ſolutionem animæ à vinculo carnis exhauſtum ſit tempus, ac dilapſum, bene, vel malè agendi, æquitas videbator id exigere, ut quisque de vitæ ſuæ actionibus judicium ſubeat, quale promeritus eſt; quapropter non eſt, cur ulterius differatur, eſſet enim hæc dilatio juſtis afflictioni, qui de ſua ſalote eſſent incerti; & anxij Judicis expectarent ſententiam, quinimò probi juxta, ac improbi toto hoc tempore mortem inter & ſupremum, ac univerſale judicium interjectum æquales forent, & hærerent ancipites ob ſtatum plenum dubitationis, ac formidinis, quod æquitati non videtur conſonum; unde par erat, ut animæ juſtorum ſtatim poſt ſolutionem à vinculo carnis cœleſti donarentur beatitate, & illæ impiorum æternis addicerentur cruciatibus, ut quisquæ præmium accipiat, vel ſupplicium, prout benè, vel malè ſe geſſit: & hanc veritatem peculiaris judicij ſtatim poſt obitum etiam Philoſophi ethniciſmi obvoluti tenebris noveruot.

Lib. de exhortat. Martyrij c. ult.

10. Plato in ſuo Dialogo de Rhetorica, cui titulus eſt Gorgias, cùm meminiſſet judiciorum, quæ homines conſequuntur illicò cùm mortalitatem exuunt, air de hominibus judicandis: Eſſe hos nudos judicandos poſt obitum, & judicium quoque eſſe nudum ſimplex ſine verborum circuitu, ſine phaleris elocutionis. Judicem vocat Rhadamanthum, qui unjuscujusque animam coram ſe venientem attentè, ac ſevero vultu intuetur: & eas judicare ob peccandi licentiam, petulantiam, mollémque laſciviam, & redarguere in actionibus ſingulis intemperantiam, & turpitudinem; commendare verò honeſtatem, & rectitudinem: & animam ignominiosè affectū, rectè detrudere in carcerem ad promeritas ſubeundū pœnas; honeſtatē verò, ac virtutibus ornatum præmijs cumulare, & hos inter aſſerit, dari medios, qui etiam, ut meliores fiant, rectè puniuntur, utilitatem è ſupplicio percepturi. Quid clarius ac illuſtrius dici potuit ab Ethnico Philoſopho ſolo ſpiculo naturæ lumine aſpiciente, quæ rationi, & æquitati ſunt conſona? per animos ignominiosè affectos eos intelligimus, qui cùm viverent vitijs indolsêre, & unà cum mortalitate contractas ſcelerum ſordes non exuêruot, nec lachrymis reſipiſcentiæ eluerunt peccata lethalia, cum quibus deceſſerunt, ſubituri propterea promeritas pœnas in tartareo carcere; ubi detruduntur flammis torquendi nunquam extinguendis. Per animos verò honeſtate circumveſtitos, & omnigena virtute ornatos eos intelligimus, qui cùm viverent, morum adhæsêre innocentiæ, ſummas excoluerunt virtutes, ſtudio incubuerunt perfectioris vitæ, omoes à ſe excuſſerunt pravos affectus, nullum admiſerunt ſcelus: vel ſi patrârunt, reſipiſcentiæ lachrymis, illud abſterſerunt, hi enim ſtatim poſt obitum, cùm nullis ſiot maculis inquinati æternis illicò præmijs cumulantur, cœleſti ſtatim beatitudine donati. Demom per eos, quos Rhadamanthus, ſeu Judex ſeverus punit, ot meliores fiant, & ex ſupplicio utilitatem hauriant, eos intelligimus, quorum ſcelera, licèt remiſſa fuerint, non tamen eorundem reatus obliterati: vel quia licèt absque lethali noxa hinc deceſſerint, quia tamen ſordes venialium peccatorum non excuſſerunt, puniuntur: & hi quidem expiatorijs flammis priùs emundantur, quàm præmijs deſtinentur æternis.

11. Quid clarius? quid perſpicacius potuit Chriſtianus de hoc peculiari judicio ediſſerere, quô flagitioſi ſupplicijs torquentur, & præmijs donantur innocentes, & juſti; & ut puriores fiant, qui hinc demigrârunt cum venialibus noxis purgatorio igne emundantur? Hoc judicium timuit etiam Huſſæus Princeps, & Deum Judicem, & vindicem ſibi propoſuit, ac jugiter mentis ſuæ oculis objecit, ne quid à ratione, aut æquitate diſſonum perpetraret, ajebat enim Job. *Si levavi ſuper pupillum manum meam, etiam cum viderem me in porta ſuperiorem;* ac ſi diceret, non contempſi, non deſpexi, non oppreſſi ullum potentiâ, nulli fui injurius, neminem læſi, omnes fui amore proſecutus; quòd ſi quæras, cur pergit ipſe. *Semper enim quaſi tumentes ſuper me fluctus timui Deum, & pondus ejus ferre non potui, &c. 9. v. 21.* explicatiùs cauſam adferens ait. *Verebar omnia opera mea, ſciens quia non parceres delinquenti.* Et c. 31. recenſens quædam ſuæ innocentiæ documenta ait v. 1. *Pepigi fœdus cum oculis meis, ut non cogitarem quidem de virgine:* ſcilicet coërcuit ſenſus ſuos externos, & præſertim modeſtiæ frœnum oculis injecit, ne effrœnes vagarentur, & puellarum luſtrarent venuſtatem, è qua poſſent faces haurire impudicitiæ, ac ſi dicat: quò lilium excolerem caſtitatis in hortolo cordis mei, oculos ſepivi meos, ne quidquam eidem noxium per has patentes januas ingrederetur.

c. 30. v. 13.

v. 23.

v. 1.

Et

Si ambulavi in vanitate, & feſtinavit in dolo
pes meus: nimirum in id incubuit ſtudij, ut
cautè procederet, & pes doloſè non ince-
deret, nec ambularet in vanitate, ſed in ve-
v. 7. ritate ſemper curreret: *Si declinavit greſſus*
meus de via, & ſi ſecutum eſt oculos meos cor
meum, & ſi manibus meis adhæſit macula: id
eſt ita ſtudui greſſus meos dirigere, ut ne
latum unguem à rectitudine unquam deflе-
cterent, & ſi quandoque pravi affectus in
me inſurgerent, & inſanæ concupiſcentiæ
æſtuarent, non tamen cor meum ijsdem ad-
hæſit, quia manus meas mundas ſtudui à
macula ſervare; ſategi ut opera manuum
mearum munda eſſent apud Deum, nec quid-
quam ſuperſtitis maculæ relinquerent, quod
v. 9. manus meas fœdaret: *Si deceptum eſt cor*
meum ſuper muliere, & ſi ad oſtium inimici
mei inſidiatus ſum, hoc eſt nunquam in ani-
mo habui quemquam decipere; neque cor
meum fallere ſi pravæ ſuper muliere inſur-
gerent concupiſcentiæ, quarum æſtus ſategi
illicò extinguere: nemini inſidias tetendi,
v. 13. neque amicos fuco fefelli: *Si contempſi ſubire*
judicium cum ſervo meo, & ancilla mea cum
diſceptarent adverſum me, cum famulis, &
ancillis domeſticos inter parietes patientiam
exercui, ſi diſceptarent contra me, tacui, &
quamvis potuiſſem eos punire, vel dimittere,
abſtinui tamen, ne quidquam mali ipſis con-
v. 14. tingeret. *Quid enim faciam cum ſurrexerit*
ad judicandum Deus? cùm quæſierit, quid
reſpondebo illi? Huſſæus Princeps Deum Ju-
dicem ſibi objecerat, ideóque & fœdas con-
cupiſcentias extinxit, & pravos affectus co-
ërcuit, & vitia omnia abegit, & virtutes ex-
coluit, innocentiam cuſtodivit, & præſertim
patientiâ claruit, quia timuit judicantem
Deum: *Quid faciam cùm ſurrexerit ad judi-*
candum Deus, & cum quæſierit, quid reſpon-
debo illi? ſi vir virtutum culturâ inſignis,
probitatis decore ornatus, ſtudio ſanctita-
tis illuſtris hæſitat, & totis artubus contre-
miſcit, ſuſpectáſque habet omnes vitæ ſuæ
actiones, quid reſpondebunt improbi? qui
in ſympoſiis, tabernis, choreis, imò & lu-
panarijs tempus prodegerunt, vitia vitijs
coacervârunt, in cœno omnium iniquita-
tatum ſe ipſos merſêre: quid reſpondebunt,
cùm Judex horrendum illud intorquebit ab-
Matth. 25. v. 21. dicationis fulmen: *Diſcedite à me maledicti*
in ignem æternum: quid cogitabunt, cùm
tempus aderit, quo irati Judicis manum non
poterunt ampliùs ullo marte, vel arte de-
clinare?

12. Qui ſapit periculum, quod cognoſcit
imminere, antequam illud incurrat, declinare
ſatagit, ſibique conſulit, antequam gladio
transverberetur. Vis mala omnia declinare,
noli à ſummo bono te unquam avertere, &
viam mandatorum Dei ſatage indeſinenter
percurrere, ſeu divinam legem diligenter
cuſtodire; nilque ſit tibi magis cordi, quàm
Eccleſiaſt. 8. v. 5. ejus obſervantia, quia ut monet Syracides:
Qui cuſtodit præceptum, non experietur quid-
quam mali, etenim ait Caſſiodorus lib. 2.
epiſt. 26. *Nimis iniquum eſt, ut ille patiatur*
diſpendium, qui imperium facit alienum.
Viatores in hac vita, ut in via, ſumus; non
habemus hic permanentem civitatem, ſed
cœleſtem inquirimus, ad quam ut perveniа-
mus neceſſe eſt non deſides quieſcamus, nec
ſemiſopiti torpeamus, ſed excuſſo otio viam
percurramus mandatorum Dei, ut caſtè, &
piè viventes ad Dei tribunal perveniamus au-
dituri ſententiam ſalutis: qui Dei præcepta
ſervaverit optimam de ſe erit Judici ratio-
nem redditurus, tunc autem rationem de ſe
reddit æterno Judici homo, cum ſub
ipſo mortis puncto totius vitæ ſuæ æquè
virtutes, ac vitia, merita ac delicta;
ſcelera, ac virtutum exercitia, quæ egit,
cuncta cognoſcit, ſimulque irrevocabilem
Chriſti Judicis ſententiam audit, ac intelli-
git, quid de ſe Deus decreverit, & quid
futurum erit in omnem æternitatem, an
gaudendum cum Deo, ejúsque amicis; an
ardendum cum dœmone, ejúsque aſſeclis:
tunc enim homo quivis ſuum futurum ſta-
tum in omnem permanſurum æternitatem
dilucidè, ac clarè cognoſcet: & hoc perinde
eſt, ac poſt mortem judicium ſubire, & de
anteacta vita rationem reddere.

Quando verò, ſeu quo vitæ anno, men- 13.
ſe, die, & hora reddenda ſit hæc ratio æterno
Judici, incertum voluit nobis Deus eſſe,
quò paratos nos ſemper inveniret, & viam
mandatorum Ipſius jugiter perambulantes,
ut nunquam indulgeamus quieti, niſi ut vi-
res reficiantur, non lædantur, nec torpeſcant;
quies enim niſi aliquam ſecum trahat utili-
tatem in hujus vitæ itinere ſemper noxia eſt:
hinc Chriſtum rarò ſediſſe legimus in ſa-
cra Hiſtoria, & frequenter ambulâſſe ac iter
inſtituiſſe: ſcimus ſediſſe in monte, ſed
ut Magiſter veluti in cathedra ſuos edoceret
Diſcipulos: ſcimus fatigatum ex itinere
ſediſſe ad fontem, ſed Samaritidem expecta-
turus, quam ad meliorem frugem perducе-
ret; unde nonniſi rara fuit Chriſti quies, &
non ad proprium commodum, ſed ad alio-
rum utilitatem; cum ejus itinera perpetua
fuerint, ut nos erudiret, viatores hìc eſſe,
& eò tendere, ubi hujus viæ, ac vitæ con-
fecto itinere ſumus æternùm manſuri. Non
igitur otioſè quieſcamus in hoſpitio deſides;
nec ſedeamus ſub umbra voluptatis, quæ
perinde ac Jonæ planta hederacea ex-tempo-
re exareſcit, non ſtertamus in lecto, ſed ju-
giter properemus, & ut nos monet Apoſto-
lus: *Feſtinemus ingredi in illam requiem*, ſed Ad Hebræ. cap. 4. v. 11
ita ambulemus, ut non nobis ſolùm, ſed &
alijs viam ſalutis oſtendamus, ut ſuo nos
exemplo edocuit Chriſtus, *Matth. cap. 4.*
v. 18. ubi Chriſtus deſcribitur ambulare
juxta mare Galilææ: quid enim hæc Chriſti
deambulatio ſignificavit, cur juxta marina
litora ſuam inſtituerit deambulationem?
non credas, exhilaraturum animos liberiori

Qqq 3 aurâ

aurâ maris litus illud perambulâſſe, nec piſces, ſed piſcatores ipſos expiſcaturum; quorum duos ab aquis ſtatim evocavit, quos & piſcatores effecit hominum. Profectò æternus Judex, non ſolùm cùm domi degimus, ſed etiam dum mare trajicimus, campos perambulamus, ſylvas percurrimus, montes aſcendimus, nos vocat ad ſuum tribunal, quia nobis incerta eſt mortis hora, incertiſſimum tempus, quo ad hoc tribunal ſumus evocandi.

§. III.

Licèt nil morte certius, nil tamen ejus hora incertius: quò ſingulis momentis parati ſimus, & ita vivamus, ut nunc morituri: ſic morientes non pœnitet vixiſſe.

14. Nos humanæ vitæ conditio varijs jactat fluctibus, nec eodem ſemper modo per orbem fortuna graſſatur, interdum ſiquidem eventuum diſſimilitudine hærentes in ancipiti animos ſuſpendit, vimque omnem enervat conſultationis; & nonnunquam ſimilitudine caſuum ſibi ipſi diſſimillima, videtur quodammodo propriam exuiſſe naturam, & fatalem quandam induiſſe neceſſitatem. Refert Plutarchus in Sertorio, duos olim vixiſſe viros illuſtres, ac commendatos, Syrum unum, Arcadem alterum; utrumque inter venandum ab apro interfectum: rurſus ex duobus Actæonibus alterum à canibus, quos paverat, diſcerptum; & alterum ab amatoribus interfectum periiſſe; ſcimus duos fuiſſe Scipiones, quorum alter Carthaginem edomuit, alter excidit: ter captum fuiſſe Ilium ab Hercule ob Laomedontis equos: iterum ab Agamemnone per equum Durateum; tertiò à Charimedo equi lapſu in porta: ex præſtantiſſimis ſtrategis, & exercituum ducibus altero carruiſſe oculo ſcimus Philippum, Antigonum, Hannibalem, & Sertorium. Hanc eventuum ſimilitudinem plerique Ethnicorum fatali cuidam adſcripſère neceſſitati, quam tamen ex variarum cauſarum occurſu fortuito certum eſt contigiſſe: hinc factum, ut rebus humanis olim fortuna crederetur præſidere, ejúſque petulante arbitrio cuncta ſus, deque everti, & omnia ſurſum, deorſúmque permiſceri, probos vexari, improbos extolli, indignos promoveri ad honores; & virtutum cultores deprimi, & omnes inter vitam, & mortem detinere incertos exitûs; ſed licèt hæc de fortuna effutiverint Philoſophi cæcutientes in Ethnicismi caligine: nos Chriſtiani, qui lumine fidei præeunte, clariùs videmus, ſcimus decretorium mortis momentum à ſolo Numinis nutu dependere, nec ullam eſſe ſenectam, quæ hoc ſibi vindicet, tametſi proximior ſemper eidem ſit,

15. Cæterum neque florentis ætatis prærogativa juvenes à Libitinæ ſubtrahit falce, quæ demetit cùm tenellis viretis etiam ridentes flores, & areſcentia ſtramina, nec quidquam ſit, quod incolumitatem nobis hac in vita ſpondeat; nil oculis obviat noſtris, quod meritò nos non percellat timore, nulla eſt urbs, nulla eſt domus, nulla arx licèt propugnaculis munitiſſima, quæ nos à mortis etiam præmaturæ defendat aſſultu, millenas ipſa ſibi vias aperit, ut nos aggrediatur, ac rapiat: quidquid noſtras allicit cupiditates, viſcus eſt, quo veluti incautæ aviculæ capimur, quidquid noſtris eblanditur oculis, ſapit palato, eſca eſt fatalis, & mortis hamus, quo in fluente hujus vitæ gurgite nos expiſcatur, & ad æterni Judicis nos pertrahit tribunal, quò minus plerumque de ipſo cogitamus: eò quia tempus, quo debeamus eidem nos ſiſtere, ſit omnino nobis incertum; ſi enim dies, ille certus nobis foret, non ita judicium hocce timeremus, quia verò mors plerumque ad illud nos vocat, cùm minimè expectatur, juſto nos timore concutit, & præſertim cum lethalis morbus ingruit, febris exæſtuans in præcordijs ſuam diffundit malignitatem, langueſcentis animi repetuntur deliquia, frigido ſudore frons madet, & totus vultus pallorem vicinæ mortis contrahit; de hoc enim homine *facilè* eſt conjicere viam jamjam ad Judicem abſolviſſe, ſuúmque hujus vitæ confeciſſe iter.

16. Verùm quia adhuc exploratum non eſt, nec certum quis ultimus, ac lethalis ſit morbus, & quamdiu is duraturus; nec de momento ſecuri ſumus: etenim ait Auguſtinus libro de contritione cordis: *Nil certius morte, nil incertius hora mortis.* Cap. 1. *Latet ultimus dies, ut obſerventur omnes dies:* mille ad mortem patent viæ, nullóque non calle mors laqueum ſuum abſcondit. Sunt etiam pleraque nunc uſitata, quæ inimicitias cum vitâ humana profitentur; ut graſſantes lues, cruentæ clades, maris procellæ, aëris infectiones, ædium conflagrationes, hoſtium incurſiones, quæ quo minus putamus nobis vitam eripiunt, neque morti ullum eſt tempus præmaturum, nec ullum ipſa aſylum cognoſcit, omnia ingreditur loca, intimiores penetrat receſſus, arces adoritur muniſſimas, Regum ingreditur palatia, pauperum pulſat tabernas. Quot infantes nec unicum quidem diem integrum aſpexêre quot antequam ad hujus lucis prodirent uſum, tam æternum in materno utero invenêre ſepulchrum antea humati, quàm nati? & ex ijs, qui hac vita fruuntur, nullus à luctu funeris exemptus hactenus fuit.

17. Neque finit mors ſe noſtris flecti precibus, ut quo die, & hora ſit ad nos acceſſura nobis dicat, certóſque reddat de tempore ſui adventus, ſed omni temporum diſcrimine neglecto, etiam medijs in voluptatibus interferit, ut in Epulone Evangelico; vel cur-

ſum

ſum ſufflaminat arridentis fortunæ, at properantis honoris, nt in Chriſtiano Conſtantiui filio; vel pubeſcente jam ætatis vere florem demetit vitæ, ut in Marcello Augusti nepote; vel brevem ſomnum cum æterno nectit poſt lactis hauſtum, ut iu Principe Siſara. Quòd ſi nil morte certius, ideo hora mortis uil incertius, ut quovis tempore omni hora, & momento paratos nos inveniat: eatenus vult Deus eſſe nobis incertum tempus judicij, ut illud ſemper expectemus, & ſingulis horis iteremus mente: Iu aula plerunque Princeps exteros, aut alterius Principis Legatos auditurus, ſuos accerſit famulos, & Aulicos, quos jubet expectare, neque eos præmonet, qua horæ parte ſit legatos dimiſſurus, ut nimirum ad omnem nutum, ac leviſſimum ſignum ſint ſemper parati: proprium eſt famulorum expectare, & vigilare, quamdiu hero placuerit, quapropter Jobus ad omnem Dei nutum paratiſſimus aiebat: *Cunctis diebus quibus nunc milito expecto, donec veniat immutatio mea, vocabis me, & ego reſpondebo tibi.* ap. 14. v. 14.

18. Factu optimum eſt, ut nobis tempus, quo erimus ad Judicem vocaturi, nou innoteſcat: quia ſi nobis exploratum foret, quisque ſibi eblandiretur, & ſe miſerè ſeduceret; adoleſcens diceret, adhuc mihi ſexaginta ſuperſunt anni, ergo poſſum mundi voluptatibus frui per annos quadraginta: juvenis diceret adhuc quinquagiuta mihi ſuperſunt vitæ anni, tur non poſſum meæ juventutis indulgere toncupiſcenijs, mundi frui voluptatibus, delicijs usque ad primam ſenectam diffluere? homo provectus adhuc ad octo, vel decem annos poſſum vitam protrahere, cur non adhærebo adhuc meis affectibus, & voluptatibus perfundar? concupiſcentijs ſatisfaciam? anno ultimo meæ vitæ reſipiſcam lachrymis contractas ſcelerum maculas eluam, & contritionis flagello praves omnes meos excutiam affectus, errores vitæ emendabo, mores corrigam, noxarum maculas lacrymis delebo, & vitam totam, quæ mihi ſupereſt, ad normam componam virtutis: hint ſtelera accumularentur, vitia graſſareotur, concupiſcentiæ inſoleſcerent, libidines creſcerent. Ex eo autem, quòd incertum ſit tempus mortis, & judicij, timemus quovis tempore, æquè iu florente ætate, at in cana ſenectute, cum quilibet dies poſſit eſſe poſtremus vitæ noſtræ. Teterrima procul dubio, & plena fœditatibus eſſet mundi facies, in qua vitia graſſarentur liberiùs, ſi quivis hominum diem ſuum prænoſceret ultimum; ſi enim incerti die adhuc flagitioſè vivimus, vitijs coinquinamur; à pravis affectibus ſinimus nos rapi, quid eſſet? in quantas nou delaberemur nequitias, quot flagitia non perpetraremus, ſi diſſitum eſſe extremum vitæ diem ſciremus? ſi virtuti ſegniter ſtudemus, imò & vitijs liberè indulgemus, licèt nec craſtini diei, nec veſperæ, imò neque præſeotis horulæ ſit nobis fides certa?

Scimus mortem etiam iu ipſo ſcelere peccantes eripuiſſe; neque pudorem obſtitiſſe, teſte Plutarcho in Alcibiade, quo minus olim Alcibiades iu ſinu confoderetur Thimandris meretricis: neque lætam cœnaculi faciem prohibuiſſe, quò minus ejusdem ruina oppreſſis Philiſthinorum ſatrapis, cithara gaudij in luctum verteretur funeris: neque templi Religionem Banaiam coërcuiſſe, quò minus iu ipſis adytis Joabum obtruncaret: ſed cur loca ipſa uullo prædita ſenſu in crimen voco? cum nec inter homines ullam valeant ſpondere ſecuritatem à prœmaturæ mortis aſſultu jura ipſa connubialia, nec ſanguinis neceſſitudo, nec reverentia? tametſi hæc duo ſoleant potiſſimum amorem conciliare; etenim populorum ille celebris rector, & hoſtium terror Agamemnon poſtquam de exciſo Ilio, hoſtéque profligato triumphâſſet, ac victrices palmas detuliſſet in patriam; ibi uxoris ſuæ Clytemueſtræ gladio confoſſus occubuit, referente Athenæo, qui addit, Campletam Lydorum Regem eò perveniſſe inſaniæ, & voracitatis, ut propriam uxorem canino dente dilaniaverit, ejúsque cruore iram extinxerit. Quòd nec neceſſitudo ſanguinis mortem arceat violentam, & præproperam, ediſſerunt Thebani illi duo fratres Etheocles, & Polinices, qui mutuis ſe vulneribus fœdè interſecerunt, & vel in ipſo rogo redivivas flammæ ſimultates exercuerunt, ut innuit Statius in Thebaide: imò neque parturientis uteri labores Oreſtis manum gladio obarmatam toërcuerunt, quò minus fatali ſiccâ matri ſuæ Clytemneſtræ necem inferret, ut refert Sophocles in Electra. 19. Judic. 14. 3. Reg. c. 2. Lib. 13. cap. 1. Lib. 10. c. 1.

Scimus Jeroſolymis, cùm urbs ſub Tito Priucipe obſidione cingeretur, matres non paucas Medæam crudelitate nou ſolùm exæquâſſe, ſed immanitate ſuperâſſe, eum filiorum carnibus eſurientem ventrem ſaginaverint; imò ſtimus, neque à filijs parentes tutos fuiſſe: quia uil in hoc univerſo reperitur, in quo non aliquis inopinæ mortis laqueus lateat. Si à ventris ingluvie perniciem quis metuat; fame eò redactus fuit Heriſycthon ut propria devoraverit membra. Si diuturna fames viſcera lancinat, & exitium minatur, Chilerricus Saxo hanc propulſatorus nimia ciborum oppletione crepuit. Si pernicioſam credis ſitim, ex immodico vini hanſtu phreneſin, & eidem pediſſequam mortem accerſivit Alexander Macedo; nimirum innumeras nobis terra, marique Libithina inſidias parat. Quis crederet? etiam ab animo ſuapte natura immortali hæ ſtruuntur mortis caſſes, quibus nos Libithina aucupatur: etenim Harpalice Iphicli amore contabuit, referente Athenæo. Dido apud Virgilium Amore iu odium verſo poſt dira, & maledicta, vitæ tædium violenta manu 20. Lib. 14. c. 6. Æneid. 4.

excuſſit: Chilo Lacædemonius filium in olympicis victorem complexus ex nimio gaudio exanguis torruit; Oenones è converſo conſpecto Paridis cadavere mœrore contabuit: ira percitus Wenceslaus Rex Bohemiæ dum pincernam interfecturus ſurrexit è ſella, paralyſi correptus cecidit extinctus: Chryſippus ex nimio riſu perijt: Nabal Ziphæus nuntiatâ Davidis irâ, timore diriguit; & ut
Lib. 7. c. 53. ait Plinius Diodorus Cronus Dialecticæ profeſſor cum ad Stilbonis quæſtionem illicò non reſpondiſſet pudore ſuffuſus exanimis cecidit. Ex quibus liquet, non ſolùm nubes in aëre, & fulmina ex ijsdem excuſſa, fluctus in æquore, exundationes in fluminibus, terrarum concuſſiones in civitatibus, feras in ſylvis, febrium æſtus in ſanguine, humorum vitia in corpore, dolorum lancinationes in membris, verùm etiam paſſiones, & affectus in animo mortis inſidias ubique nobis parare, & ut ait Syracides: *Neſcit*
Eccleſ. c. 9. v. 12. *homo finem ſuum, ſed ſicut piſces capiuntur hamo; & ſicut aves laqueo comprehenduntur, ſic capiuntur homines in tempore mali, cùm eis extemplo ſupervenerit.*

31. Non ſolùm tempus hujus judicij eſt nobis incertum, verùm & ipſe locus, quo æterni Judicis Apparitor ſit ad hoc tribunal nos citandus: domi, an in foro; in urbe, an medijs campis; in lecto, an in horto; & quidem greſſu lento, an repentino; febri æſtuante, an dolore lancinante; morbo productiore, an vi ſubita: neſcimus, an gladio, vel tormento bellico; ſaxo, an trabe; ſcalarum præcipitio, an tegulæ illapſu; igne, an aqua citandi ſimus, & evocandi ad hoc tribunal, ad quod tamen ſive edamus, ſive bibamus, ambulemus, vel quieſcamus ſemper properamus, perinde ac qui in navi ſedentes fluminis curſu rapta, qui tametſi ſedeant, nec momento quidem conſiſtunt, ſed ſemper currunt cum navi: eſt enim vita noſtra perinde ac navis fluminis rapta fluxu, quæ nunquam conſiſtit, ſed jugiter ad ſepulchrum, & tribunal divini Judicis trahitur; & ſicut navis rapta flumine nunquam interrupto curſu ad mare vehitur: ita horis ſingulis, jugique progreſſu properamus ad hoc judicium, ad quod divini Judicis apparitor nos citat tempore, & loco, in quo minus cogitabamus. Etenim filij, & filiæ Jobi, cùm domi epularentur ſubitâ oppreſſi ruinâ, priùsque ſepulti, quàm mortui, eodem tempore, hoc judicium omnes ſubière. Siſara præfectus militiæ, & Isboſethus filius Saulis, dum ſuaviter meridiantur, ad hoc citantur juditium: Abner, & Amaſa dum mutuis oſculis & amplexibus ſe perhumaniter ſalutant gladio confoſſi evocantur ad tribunal: Amnon Regius juvenis, cùm ſedet ad menſam Abſolonis fratris, & lætus vino madet à ſicarijs confoſſus cogitur ad hoc judicium venire. Abſolon etiam è medio aëre è quercu pendulus, cœli, terræque medius ad hoc judicium evocatur. Heli Sacerdos, & Ochozias Rex imperijs præcipitatis trahuntur ad judicium. Jezabel Regina dum purpuriſſo roſas in genis colorat, & ſtibio oculos pingit, per feneſtras in ſubjectam plateam dejecta, ex ſuis membris, & carnibus lautum canibus convivium apparavit ab ijsdem diſcerpta, & vorata, ſimúlque ad judicium vocata fuit ad patratæ iniquitatis contra Nabothum reddendam rationem. Balthaſar Rex Babylonius dum hilaris epulatur, & temulentus tripudiat, à manu ſcribentis in pariete mortis ſententiam, ad judicium citatur. Liturgus Rex Thracum à ſuis famulis è præalta rupe in ſubjectum mare præceps agitur. Mitridates Rex Ponti ævi ſui gloria ob inſignem memoriam, & exteras linguas, quas ferè omnes callebat inopina morte interceptus ad judicium evocatur. Theodoricus Oſtrogothorum Rex morte ſublatus fuit itidem improviſa. Andebandus Rex Anglorum nimio vini hauſtu in cœna ſubmergitur naufragus. Alaricus Rex Viſigothorum mare trajiciens, & in Siciliam enavigans fracta nave urbem ingreditur, ſed ubi inter fluctus non fuit merſus, ſubitum naufragium in lecto quieſcens patitur. Grimoaldus Longobardorum Rex jaculo columbam confodiens venam diſrumpit, & unà cum ſanguine vitam effundit. Alphonſus Octavus Hiſpaniarum Rex, cum in itinere ad præcelſæ arboris caulem, & umbram ſedet, animam agit, & ad hoc adducitur judicium.

Alexander Imperator naribus ſanguinem ſtillans animam emittit, & perit. Philippus Ludovici Graſſi Regis Galliarum filius ex equo delapſus, non ampliùs equo domum, ſed feretro ad ſepulchrum vehitur. Henricus Alphonſi Regis Caſtellæ filius dum puer luſitat cùm pueris tegulâ obteritur. 32 Æſchylus in Sicilia è mœnibus [illegible] urbis, in qua degebat, egreſſus, aprico reſe[illegible]lit in loco ſuis daturus operam ſtudijs, ac m[illegible]editationibus: ſed ſupervolitans aquila teſtu[illegible]dinem raptam ungue deferens, & deluſa ſpl[illegible]endore capitis capillis vacui, & calvitie ſple[illegible]ndentis demiſit teſtudinem putans collisa [illegible] lapidi eam frangere, ut carne veſceretur, [illegible]ed non in ſaxum eam colliſit, ſed in Phi[illegible]loſophi caput, quo ictu perijt. Anachreon u[illegible]ico uvæ acino ſuffocatus ad hoc rapitur judi[illegible]um, Sophocles dum buccellam deglutit, [illegible]mortem vorat, & perit. Philæmon cum v[illegible]idiſſet aſinum comedentem ficus menſæ par[illegible]as tanto diffluxit riſu, ut inter cachinno[illegible], lethales luctus, ac fatales lachrymas ſib[illegible]fuerit auſpicatus. Æmilius Lepidus domo [illegible]egreſſus cum pede ad poſtes impegiſſet, co[illegible]uit, & vitam efflavit. Appius Saupheus è b[illegible]nco domum reverſus cum ovum ſorberet, [illegible] mortem cum eodem ebibit. Aulus Pompe[illegible], & Marcus Juventius ſacrificia ad aram ag[illegible]tes animam etiam egêre. Baldus Catelli [illegible]orſu leviter læſus graviter decubuit, & pa[illegible]o poſt emoxitur

titur. Ariſtides morſu muſtellæ ſtatim periit. Manius Torquatus cum manu placentam arriperet mortem apprehendit, qua extinguitur. Cæſar Prætor hilaris è lecto ſurgens, dum calceum induit, hominem exuit, & illicò è lecto ad lethum tranſivit. Bedius Pamphylus dum puerum interrogat de diei hora non expectato reſponſo inexpectatam ſupremam vitæ horam peragit. Caninius Conſul eadem die, quâ faſcibus fuit inſignitus ferales Libitinæ cupreſſos eſt amplexus. Craſſus cum declamaret in Senatu, conclamatum de ipſo fuit è vivis extempore raptus. Fabius Maximus cum recenti lacte pilum hauriens ſimul, & mortem ebibit. Autolemus incendium declinaturus, dum domo egreditur fulmine ictus extinguitur. Medorus Valla muſtum è carcheſio trahens, cujus hauſtu ſitim extingueret, vitam priùs, quàm ſitim extinxit: quia omni tempore, quovis in loco

Lib. 2. Od. 13. mors ad hoc nos evocat judicium; hinc Horatius:

Quid quisque vitet, nunquam homini ſatis
Cautum eſt in horas. Navita Boſphorum
Pœnus perhorreſcit: neque ultrà
Cæca timet aliunde fata:
Miles ſagittas, & celerem fugam
Parthi: catenas Parthus, & Italum
Robur: ſed improviſa lethi
Vis rapuit, rapietque gentes.

§. IV.

Eſt vita hominis veluti flos vernus, quem præmatura mors lethali ſuæ pruinæ gelu etiam horis decoquit antelucanis; ut quovis tempore, in qualibet ætate Judicium timeamus ad ſuum nos vocantem tribunal.

23. NOn ſolùm juvenes, adultos, & ſenes, ſed etiam infantes, pueri, & adoleſcentes præmaturo fato ad hoc evocantur judicium. Eſt homo flos, quem etiam ſummo manè mortis pruina decoquit, & revera flos eſt homo, quo nil fragilius, & licèt nulla eum pruina oris antelucanis decoquat, nullus Sirius in meridie exiccet, nullus ventus quatiat, nullus vermis rodat, nullus unguis carpat; per ſe tamen exareſcit, deficit,

Cap. 40. v. 6. & occidit; eſt homo *flos fœni* apud Iſaiam cujus vigor, & ſpecies unius dieculæ ſpatio abſumitur, de quo propterea dixerat David:

Pſalm. 89. v. 6. *Manè floreat, & tranſeat.* Talis flos fuit adoleſcens ille Evangelicus filius unicus matris ſuæ, quem gelidæ mortis pruina ſummo mane, ſeu in ipſo vitæ limine decoxit; qui enim ridebat in flore, flevit in cupreſſo, & qui in horti areola vernabat ludentibus circumſeptus vitetis, in feretro jacet, umbris feralibus coronatus matris lachrymis madidus, libidinario apparatu, & mœſtitudine circumdatus Næniis matronarum conclamatus. Nimirum gemma, quæ in florem, fructúmque ſe expandebat ad orientis ſolis primævos radios exiguo frigore decuſſa corruit, & fracta periit. Quàm caduca eſt vitæ poſſeſſio, cùm ut labatur opus non ſit violentiâ, cùm etiam per blandimenta concutiatur.

Cæca eſt Libitina, ubique, & omni tempore graſſatur, in ſenes, adultos, juvenes, ac pueros, nec ulla flectitur prece, propterea te monet Virgilius: 24.

Deſine fata Deûm flecti ſperare precando.
Stat ſua cuique dies, breve, & irreparabile tempus
Omnibus eſt vitæ.

Non movetur dolentium lachrymis, non flectitur ſupplicantium precibus; non emollitur puerorum fletibus; non exhorret Regum potentiam; non pavet Imperatorum exercitus; non timet Principum vires; flocci facit Dinaſtarum purpuram; nihili æſtimat diademata Regum; non reveretur gemmeas Pontificum Tiaras: & licèt ea dicatur laureis vis eſſe à natura inſita, quâ horrificum è cœlo in terras excuſſum fulmen arceat; mortis tamen telum nemini parcens, æquè laureata Regum capita, ac redimita Principum, galeata militum, pileata Philoſophorum, imò & Tiarata Pontificum ferit: etenim plerumque viri Principes in ipſo rerum illuſtriſſimarum exordio, in curſu gloriæ primo veluti in gradu ſimul ad felicitatem, & metam perveniunt vitæ; & ubi magnis cogitationibus mentem impleverant; exigua cotyla modicum eorundem capit cinerem. Perſæpe in ipſa victoriarum pompa, in tripudio populorum, in hominum applauſu, cùm res ad nutum fluunt, cum fortuna ad votum obtemperat; quaſi mimus ageretur ſplendidiſſimo in Theatro ex-tempore tolluntur aulæa, mutatur ſcena, concrepant ſcabella, corruit Theatrum, & qui læti aderant ſpectatores feralis lethi fiunt conſortes.

Nemini Libithina parcit, omnes ſua falce demetit etiam pueros, & adoleſcentes. Juvenis, qui promiſerat vitam intra annum Religioſam ſe initurum, eodem anno inter choreas è vita emigravit. Druſus puer cum luſu innoxio pomum ſæpiùs in aërem jactum ore excepiſſet, cum caderet, tandem faucibus adeo hæſit, ut bolus ei fuerit mortis. Puer Thracius in Ebro flumine cum luſiſſet ruptâ glacie caput præſecuit. Alius puer dum templum ſubiit, pendula è tecto ſtiria, & in caput elapſa enectus cadit. Hylas puer aquas hauſturus in fluvio, & urnæ pondere tractus, eodem immergitur. De puero quodam paſtoritio fertur ignem propè arborem ſtruxiſſe, & ibi indormiiſſe; ſed ambuſtâ arbore, & lapſâ, non ampliùs oculos aperuiſſe. 25.

De quodam infante adhuc materno degente in utero legitur, quòd fulmine ictus priùs denatus fuerit, quàm natus Martia matre ſuperſtite. Hermonactes infans cum in conis luderet ab apicula vulneratus obijt. Ita eſt cæcutit Libithina, omnes rapit, etiam pueros, quapropter non affligitur ſapiens: ait Seneca, liberorum amiſſione, non amicorum; eodem enim animo fert illorum mortem, quo ſuam ſpectat. Et Anaxagoras, ac Socrates cum mortis ſententiam per nuntios accepiſſent, dicuntur reſpondiſſe: *Jam olim iſtam ſententiam æquè in Judices, atque in nos tulit natura.* Verè cecinit Ovidius.

Fata manent omnes, omnes expectat avarus
Portitor, & turbæ vix ſatis una ratis.
Tendimus huc omnes, metam properamus ad unam,
Omnia ſub leges mors vocat atra ſuas.

Hinc Imperator Severus, cùm ſe ſenſim ad mortem properare animadvertiſſet, linteum, in quo tumulandus erat per caſtra conto levatum circumferri juſſit, & per præconem edici: *En ex ampliſſimis Regni opibus, quod unicum Severus Imperator ſecum auferet?* Scitè monet Horatius: Lib 2 Od. 14.

Linquenda tellus, & domus, & placens
Uxor, neque harum, quas colis arborum
Te præter inviſas cupreſſos,
Ulla brevem Dominum ſequetur.
Abſumet hæres Cæcuba dignior
Servata centum clavibus: & mero
Tinget pavimentum ſuperbo,
Pontificum potiore cænis.

26. Ubique & omni tempore vocamur ad judicium, ad quod æterni Judicis apparitor per mortem nos citat, & quidem tempore, quo minimè putamus, rapimur ad Judicem de tota æternitate pronuntiantem, neque æquali ordine ad ipſum ducimur, ſed confuſo, & plerumque præpoſtero; ſubinde enim parentes liberis coguntur nænias canere, ac lugubri parentare apparatu, & qui ultimi ingreſſi ſunt orbem, primi exeunt. Neque eſt, quòd vanis querimoniis mortem accuſemus, cur tam cœcâ audaciâ nos aggrediatur, neſcit ipſa ordinem ullum ſervare, quem neque cognoſcit in hominibus ad judicium evocandis: obtemperat ipſa Judici, qui prout magis placuerit adoleſcentes, vel ſenes; juvenes, vel adultos ad ſuum vocat tribunal, cui non valet quiſquam obſiſtere; adeo ut non abs re Thomas Morus mundum hunc carceri pariaverit regis oppleto, à quo alius ſuper alium in jus rapitur, prout Judici libuerit.

Neque poteſt quiſquam de Deo conqueri, cur legem ſanciat, in ætate tenella etiam pueros ad ſuum evocandi tribunal: omnes enim Rei ſumus, & onusquisque cum Davide dicit: *Et in peccatis concepit me mater mea,* & quia Rei nati, & morti condemnati, hanc ſubire tenemur, qua hora æterno Judici placuerit: ipſe enim tempus conſtituit ad ſuum tribunal evocandi unumquemque, quapropter aiebat Jobus: *Conſtituiſti terminos ejus, qui præteriri non poterunt: numerus menſium apud te eſt;* Hinc Seneca *Quid fles?* ait: *quid optas? perdis operam, deſine fata Deûm flecti ſperare precando. Rata & fixa ſunt, atque magna, & æterna neceſſitate ducuntur. Eò ibis, quò omnia eunt. Quid tibi novum eſt? ad hanc legem natus es, hoc patri tuo accidit, hoc matri, hoc Majoribus, hoc omnibus ante te, hoc omnibus poſt te:* & quia incertum eſt, quo nos loco mors expectat, omni nos in loco illam expectemus. Plures enim repentina paralyſi tacti ad tribunal divini Judicis illicò abrepti ſunt. Plures fulmen percutit, procella mergit, mare ſuffocat, incendium abſumit, ruinæ ſepeliunt, graſſantes peſtes deſtruunt, cruenta prælia enecant, inſidiæ perdunt, ægritudines corrumpunt, æſtuantes febres extinguunt, dolores occidunt, in lecto, in campo, in navi, in ſylva, in flumine, in monte: ubique æterni Judicis apparitor ad ejus nos citat tribunal. Ubique igitur locorum nos divini Judicis miniſter ad hoc citat tribunal, & quidem quovis tempore, nullo ſervato ordine, nec artis, nec dignitatis, quo nimirum parati ſemper ſimus ad reddendam rationem anteactæ vitæ in omni loco, quovis tempore; ſiquidem evocatio ad hoc tribunal certiſſima eſt, ubi verò, & quando ſimus evocandi incertum: cum id dependeat ab arbitrio Judicis. 27. Cap. 14. v. 5.

28. In jus igitur vocamur, nos enim Dei tribunal citat coram æterno Judice, quem non poſſumus fallere: ut nos eidem ſiſtamus cautiſſimè ambulemus, & ad rationes reddendas quotidiè nos paremus, quia ut nos monet S. Cyprianus: *Quales nos invenit Dominus cum vocat, tales nos & judicat:* neſcit mercator, quando ventus favens navigationi ſit ſpiraturus, ideóque navim ſemper paratam habet, ut cùm primùm ventus efflat, anchoras retrahat, vela explicet, & per fluxa itinera mare trajiciat. Neſcit pronuba, qua hora venturus ſit ſponſus, ſi prudens eſt, oleum paratum habet, quò lampas ardeat. Neſcit viator quantum ſuperſit itineris, & quando portæ urbis claudantur, proinde ne frigido ſub dio adigatur pernoctare quavis diſrupta mora ſuum properat iter. Neſcit miles, quando, & qua hora irruere debeat Serm. 4. de mortal.

beat in hoſtes, ideóque vigil ſemper ex-
cubat, & præcinctus expeditus eſt ad pu-
gnam.

18. Conquerimur, quòd plures in mane
diei hujus præſentis vitæ præmatura morte
evocentur ad Dei tribunal, alij in meridie,
cum ſanguis fervet in venis, & juventus
æſtuat concupiſcentijs percita; cùm alij non-
niſi in occaſu, ſeu in extrema ſenecta deca-
dant: ſed non eſt, cur conqueramur, quia
nos ipſi plerumque divini Judicis accerſimus
apparitorem: ipſa humani corporis conſti-
tutio, mortem plerumque accelerat, vitia-
tis humoribus, nimia ciborum congeſtione,
ac malignitate aëris, & loci infectione, hæc
enim omnia mortem accelerant, & Dei per-
miſſu etiam patratione ſcelerum vitam lon-
giùs extendendam nobis præſcindimus per
intemperantiam, qua nimio hauſtu vini ma-
demus, nimio ciborum onere gravamur,
æſtu concupiſcentiæ, quo libidines accen-
dimus, viſcera corrumpimus, præcordia
exiccamus, & vivendi ſpatium nobis ob-
truncamus.

19. Ab intemperantia, & voracitate vitam
Eccleſ. c. 37. v. 33. præcidi noſtram fatetur Syracides: *In multis
eſcis erit infirmitas, & aviditas appropin-
quavit, usque ad choleram. Propter crapu-
lam multi perierunt, qui autem abſtinens eſt,
adjiciet vitam.* Ob id etiam ex intempe-
rantia gulæ, luxúque in epulis, vita præci-
ditur noſtra, quia plerumque in ſympoſijs,
& convivijs cum mero ſanguis funditur, fla-
gitia patrantur, & doloſa ſcelera ſtruuntur,
Pſalm. 54. v. 24. de quibus ait Regius Vates: *Viri ſanguinum,
& doloſi non dimidiabunt dies ſuos.* Tametſi
ingrata non ſint hominibus convivia, imò &
plerumque neceſſaria ad fovendam amici-
tiam, excitandam lætitiam, quia tamen nil
tam ſacrum, quod humana non profanet te-
meritas; nil tam probum, quod humana non
corrumpat malitia, & nil tam ſuave, quod
in amarorem hominis non vertat perverſi-
tas: convivia, quæ priùs mutuæ inter ho-
mines benevolentiæ, & charitati ſerviebant,
modò vitijs, & flagitijs omnibus uberem
ſuppeditant fomitem. Quid enim aliud ſu-
perbo illo conviviali apparatu ſpectavit Aſ-
ſuerus Perſarum Rex, quàm ſuperbam, ac
vanam opum ſuarum oſtentationem? ut ha-
betur *Eſther* 1. Quid, ut refert Cicero pro
Milone, Candidatorum olim apud Romanos
luxus in epulis, ac vini profuſio continebat,
quàm turpem ambitionem, ac venalium ſuf-
fragiorum mercatum? Quid fuit fœdiſſi-
mum illud luxûs, & ingluviei certamen apud
Lib. 3. Satur. c. 17. Macrobium, Antonium inter & Cleopa-
tram: imò & inter Stratonem & Nicoclem
apud Atheneum *lib. 12.* quàm æſtus libidinis,
invehere & fœdas concupiſcentias accende-
re? ibi proſtibula, ubi ſympoſia; ibi Ve-
neres inſoleſcunt, ubi hauſtus vini ſunt li-
beraliores.

30. Imò non Venerem tantùm alunt con-
vivia, & concupiſcentias fœdas fovent, ſed
& cædes excitant cruentas, tales fuerunt cœ-
næ Agamennonis, tales Thyeſteæ epulæ,
in quibus filiorum carnes voratæ fuerunt à
parentibus, talia fuerunt convivia Aſtiagis Re-
gis Medorum, in quibus Harpago ſecreto-
rum ſuorum conſcio, & conſiliorum parti-
cipi proprium filium vorandum appoſuit, ut
refert Juſtinus. Etiam Abſolon Amnonis fra- *Lib. 1. c. 5.*
tris ſanguine Regales epulas funeſtavit. In- *2. Reg. c. 13.*
finitus eſſem, ſi ſingula hic attexerem tragi-
corum exempla conviviorum: temulentia
rixas excitat, & convicia effutit: ventris ſer-
vitus, patrimoniorum dilapidationes, &
diſpendia rei familiaris accerſit, ut inbinde
Helluo prodigus, & decoctor propriæ ſub-
ſtantiæ paucis diebus devoraverit opima
ſpolia: & id perinde eſt ac ſtomachum plus
æquò, & quàm neceſſitas exigat ingeſtis ci-
bis gravare, àc opprimere. Quod ſi in-
terdum homines improbi longævi ſint, cum
probi citiùs moriantur, non tamen id in de-
trimentum vertitur proborum, neque eo-
rundem vitium ullum redarguit: cur enim
interdum probi citius ad Dei tribunal evo-
centur, cauſam aſſignat Salomon inquiens: *Sapient. c. 4. v. 7.*
*Juſtus ſi morte præoccupatus fuerit, in refri-
gerio erit ſenectus enim venerabilis eſt non
diuturna, neque annorum numero computan-
da, cani autem ſunt ſenſus hominis, & ætas
ſenectutis vita immaculata. Raptus eſt, ne
malitia mutaret intellectum ejus.* Non pu-
tes eum ſanctiorem, vel nequiorem, qui cæ-
teris prior ad æterni Judicis vocatur tribunal,
quia ut ſcribit D. Hieronymus: *Non ſunt à* *Epiſt. 104.*
*vetuſtate hominum æſtimanda ingenia; ſed à
probitate, eruditione, & morum gravitate.*

Etiam Abel licèt Deo gratus, moribus 31.
innocens, prior fratre ſuo Caino invido,
querulo, aſpero, intractabili ſiſtitur Deo Ju-
dici: etiam Naboth quamvis innocentia te-
ctus, & virtute protectus, lapidibus obrui-
tur; & Achab impius ejus vineam invadit,
ſibique uſurpat: etiam Joannes Baptiſta in
Aula Herodis caput perdidit ob mobilem ſal-
tatricis pedem: adeo aſſueta hæc Veneris
proles eſt capiti inſidiari rationis, ut etiam
in Aula Herodis illud libidinia pedibus ma-
luerit conculcare, quàm integrum ſervare;
& nihilominus Herodi longior vita indulge-
tur. Non petijt puella ſaltatrix dimidium
Regni, quia pretioſiorem quovis Regno cen-
ſuit Baptiſtam, ac maluit propterea prodro-
mum dividere, quàm Regnum: quid aliud
ſi optio detur impudicitiæ, expoſcere hæc
poteſt, quàm interitum caſtitatis? Joan-
nem non petijt integrum, ne tanta integri-
tas fractos matris mores ampliùs in Aula He-
rodis redargueret: ſed ſeipſam fefellit, li-
beriùs fractus, quàm integer vitium arguit,
ſectis faucibus, veluti latiori ore altiùs vox
iſta clamantis in deſerto adulterium redar-
guit in Aula. Quòd ſi capite diminutus
extinctus cadit Joannes, clauduntur capitis
oculi, ut loquitur Ambroſius, non tam mor-
tis neceſſitate, quàm horrore luxuriæ, vel ne

cum Auguſtino loquar, id contigit Joanni, quòd ipſe prædixerat de Chriſto, de quo dixerat: *Illum oportet creſcere, me autem minui, minutus iſte fuit in capite, crevit ille in cruce.* Licèt igitur innocens prior viro nequam, & ſcelerato ad judicium evocetur, non tamen id eſt ipſi detrimento cùm citiùs cœleſti donetur beatitate. Ideo nullo ſervato ordine, nullâque ætate, ſed confuſo quodam proceſſu ſenes, & juvenes; probi, & improbi citantur ad judicium, ut ſemper vigilemus, ut apparitor æterni Judicis paratos nos inveniat, ac reddendis rationibus promptos. Vult nos Deus quovis tempore ubique locorum nos paratos: *Operamini dum dies eſt; venit nox quando nemo poteſt operari: videte, vigilate, & orate neſcitis enim quando tempus ſit.* Joan cap. 9. v. 4.

32. Indormivit virorum fortiſſimus Samſon in ſinu adamatæ Dalilæ, quæ blanditijs eum illexit, & in ſua pertraxit vota; cum noviſſent Philiſthæi, Dalilam mulierem eſſe ſuæ gentis, cœperunt cum ipſa uberi pecuniæ promiſſo paciſci, ſi Hebræorum Herculem in ſuas pertraheret inſidias: mulier non avara minus, & pecunijs inhians, quam libidini æſtuans amorem ſimulavit, execrandam fovens perfidiam, quâ mariti caput Philiſtheorum ſpopondit proceribus, & Samſoni ſceleratas tetendit inſidias; ſed Samſon dolo dolum ſub initium repulit; dixerat Samſon eblandienti fallacibus, ac aſtutis ſciſcitationibus mulieri, imbellem ſe ad reſiſtendum fore, ſi ſeptiem vinculis nervo crudo, ac recente plexis, & adhuc humidis necteretur, quos tamen ſupervenientibus Philiſthæis, veluti imbecille lini filum diſrupit; idque iterum præſtitit cum reſtibus recentiſſimis, & adhuc ligaminum intactis adſtringeretur. Imò id repetijt cum ſeptem capillorum diſcreti cincinni licio colligati, & in nodum redacti circumvoluto clavo pavimento infigerentur cubilis; nam irruentibus Philiſthæis veluti ad ſignum ineundi conflictûs à fraudulenta fœmina datum, ſtatim evigilans caput cum clavo crinibus, & nodo ex pavimento retraxit, & Philiſthæos fugavit; donec mulier periculi metuens, quòd toties deceptis Philiſthæis, aliquod in propriam poſſet perniciem obtingere, non priùs lachrymas cœpit fundere; & blanditijs, ac lenocinijs in ſua vota non deſtitit pulſare Samſonem, donec flecteret; & in quónam lateret ejus robur pro compertiſſimo didiciſſet; ad lachrymas acceſſêre aurium blanditiæ: riſus inter & epulas canuntur à ſirene herois Hebræi præclara facinora, venatus vulpium, maxillæ ſtrages, diſruptæ leonis fauces, pulſat ex omni parte Samſonis animum procax, & fallax fœmina, quæ ſuſpirat, hæret, luctatur; donec ſecretum extorqueat, cui tandem annuens manus dedit, aperuitque ſe à puero, cunabulíſque Nazaræum fuiſſe, ſupremóque Numini conceptis verbis conſecratum, ideóque Religione voti, quod parentes nuncupârunt, & Angelus dictavit, adhuc primigeniam novaculæ neſciam comam ſe geſtare, cui vis omnis roboris ſui divinitus erat innexa. Tunc mulier Philiſtinos revocat ſatrapas, & Samſonem amore, ſomnóque demerſum genibus excipit, & dormienti tonſoris miniſterio quidquid crinicum in capite fuit, reſecavit: moxque incepit à gremio tonſum diſpellere, & vociferare: *Philiſthijm ſuper te Samſon, & cœpit abigere eum, & à ſe repellere*, cúmque expergefactus crederet facili negotio ſe hoſtes fugaturum ab ijsdem viribus deſtitutus capitur, & catenis vinctus in carcerem detruditur. Judic. c. 16. v. 19.

Hoc idem nobis obtingit, tametſi vires noſtras ſuſpiciamus, dormimus tamen, & nonnunquam ſi ægrotamus, revaleſcimus, & mortis imperium declinamus: ſed licèt hunc luſum aliquoties repetamus, tandem correpti lethali morbo, vel ſubito aggreſſu cincti viribus deſtituimur, & adventanti cedimus Libithinæ: vociferavit Dalila diu eblandita viro forti *Philiſthijm ſuper te Samſon:* & homo, qui adhuc ſe putat viribus valentem, ac robuſtum in flore juventæ, aſſultu inopino invaditur à Philiſthinis hoſtibus, nec ampliùs poteſt ſe juvare, nec quidquam ab alijs ſperare ſubſidij. Tametſi cacodæmones vix unquam ceſſent nos pulſare tentationibus; in extremo tamen vitæ, cùm lethalis morbus robore, & viribus nos deſtituit, importuniſſimi ſunt: tunc pyratæ navi inſidiantur, cùm mercibus onuſta in patriam revectitur: & hoſtis tartareus tunc omnes ſuas contra nos vires exerit, & omnia molitur cum nos videt decumbentes, & lethali morbo gravatos, & niſi tunc vincamus victi æternùm cadimus. 33.

§. V.

Maximi eſt momenti extremum vitæ momentum, à quo dependet æternitas, vel felix, vel miſera; eſtque veluti momentum ancipitis ſtateræ, in qua librantur hinc mortis ſupplicium, inde vitæ præmium. Is ſapit, qui Dei, ejúſque Judicij timore manuductus rectè vivit.

EXtremum cum cacodæmone conflictum deſcripſit Joannes inquiens: *Ecce equus pallidus, & qui ſedebat ſuper illum nomen illi mors, & infernus ſequebatur eum, & data eſt illi poteſtas ſuper quatuor partes terræ.* Equus pallidus eſt infirmum hominis corpus, quo mors vehitur, & circa lectum, in quo infirmus decumbit in tres turmas milites dividuntur, in quarum prima coacervantur tentationes, quæ ex morbo ſolent oriri, nimirum cibi faſtidium, ſomni defectus, ſitis exardens, ſomnia tetra, pharmaca moleſta, frigus in membris rigens, æſtus in præcordijs exardens, dolores in inteſtinis, gravedo in capite, 34. Apocal. c. 6. v. 8.

capite, exinanitio in corde, & virium defectio in toto corpore: hi ſunt miſtes, qui ægrotum premunt, affligunt, ut inde anxius, triſtis, perturbatus in iras facilè accendatur, vel impatiens conqueratur; & eos, quorum curæ eſt concreditus odiſſe incipiat, & interdum deſiderio valetudinis recuperandæ pharmeca quæruntur vetita; vel modo, qui Deo diſplicet, quo pacto Rex Ochozias miſit nuntios ad conſulendum Belzebub Deum Acheron, ac ſi non eſſet Deus in Iſrael. Idque cauſæ, cur dictum ei fuit: *De lectulo ſuper quem aſcendiſti, non deſcendes, ſed morte morieris.* 4. Reg. cap. 1. v. 16.

35. Secunda phalanx tentationum eſt, quam mortis ſuggerit memoria, ac metus, quapropter non ſine gemitu dixit Syracides: *O mors, quàm amara eſt memoria tua homini pacem habenti in ſubſtantijs ſuis: viro quieto, & cujus viæ directæ ſunt in omnibus, & adhuc valenti accipere cibum.* Quamvis mors dicatur eſſe divitum pavor, & pauperum deſiderium, ut plurimum tamen æquè divites, ac pauperes eam timent feſtinatam, eò quia omnes ad divini Judicis trahantur tribunal, rationes reddituri anteactæ vitæ. Ægriùs tamen opulentiores mortalitatem exuunt, quàm pauperes: illi enim amplas relinquunt facultates; vel veriùs dixerim à congeſtis ſuis relinquuntur ipſi divitijs, à quibus etiam hinc diſceſſuri gravantur, nec ullum ex ipſis hauriunt juvamen; officia, dignitates, honores ultimum ei vale dicunt in triſtitiæ incrementum: ſecus pauper, nec à divitijs deſeritur, nec ab honoribus, & dignitatibus derelinquitur, ideóque expeditiùs cùm morte luctatur: & id intereſt diſcriminis ait D. Gregorius, quia cum moriente divite luctatur dœmon, nudus cum veſtito, cum paupere verò nudus cum nudo. Homil. 32. in Evangel.

36. Tertiam tentationum turmam ducit horror futurorum, cognoſcit animam mox acturus, abeundum hinc eſſe, ſed neſcit quò, vel qua via? ſcit judicandum eſſe, ſed neſcit, an detrudendus in gehennali carcere, vel cœlo inſerendus: adeſt hoſtis tartareus, qui prolixam totius vitæ Hiſtoriam opponit, objicitque oculis, quam, velit, nolit, legere cogitur ad Dei tribunal evocatus, qui propterea omnia peccata ſua velut in aperto libro literis ſcripta dodrantalibus videt, & conſcientia oſtendit, ac legentem urget: & cùm nihil remedii ſit contra morbum, nil ſupereſt, niſi rationem redere de omnibus, & ſingulis anteactæ vitæ operibus; & demum totas ſuas exerit vires, omnémque movet lapidem, quò ægrum trepidantem ad occultam pertrahat deſperationem, vel ſaltem ad impatientiam, & puſillanimitatem: & comes morienti, aut vita erit, aut pœna. Mortis, & judicij comites ſunt ſupplicium, vel præmium; pœna, vel gloria; æternus cruciatus, vel cœleſtis beatitudo; & prout quiſque animam egerit, ſeu in ultimo momento effuderit ultimum ſpiritum, felix erit, vel miſer; beatus, vel damnatus per totam æternitatem, quam nullus terminus finit, & nullus limes claudit: ex quo ſequitur ſummi eſſe momenti, hoc extremum vitæ momentum, à quo dependet æternitas, vel felix, vel miſera; eſt enim velutì momentum ancipitis ſtateræ, in qua hinc libratur mortis ſupplicium, & inde vitæ præmium; æternitas pœnæ, inde felicitas gloriæ; hinc beatitudo cœleſtis, & inde gehennalis exuſtio; ad hoc enim momentum, quo ſpiritum effundimus, & animam agimus ſequitur æternitas, qua vel bene, & nunquam malè nobis erit; vel ſemper malè, & nunquam bene: & in hoc momento in ictu oculi Judex eſt venturus cuncta ſtrictè diſcuſſurus.

Neque judicat Deus ſicut homo, cujus judicium eſt fallaciæ obnoxium, ſi enim humanis oculis Herodem aſpiciamus divitijs affluentem, delicijs diffluentem, viribus potentem, felicem in aula ſua humanus oculus judicat; miſerum verò in eadem Joannem Baptiſtam, pauperem, captivum ex eremo venientem, ſeminudum, neglectum: ſed longè aliud judicavit Chriſtus de Herode, & Joanne Baptiſta, illum enim quem homo Principem, ac feliciem ſalutavit, vulpem edixit: *Ite & dicite vulpi illi: videte, & cavete à fermento Phariſæorum, & à fermento Herodis:* ſecus Joannem ut Chriſtianæ conſtantiæ exemplar, pœnitentiæ ſpeculum, & omnium virtutum in eremo cultorem commendat, dicitque Prophetam, & plus quàm Prophetam, imò & Angelum vocat. Quàm igitur diverſum tulit Chriſtus Dominus judicium de pannoſo, lacero, ac ſeminudo Joanne; & de Herode regali redimito corona, voluptatibus indulgente, divitijs, & Regno potente; quia Deus non judicat prout res ab hominibus videntur, vel judicantur: *Neque ſecundùm viſionem oculorum judicat, neque ſecundùm auditum arguit,* ſed mentis cogitationes intuetur, cordis propenſiones examinat, & intimos omnes penetrat receſſus, & actus quosque judicat, qui minimè foras ſe produnt, quapropter dixit David gemens, & pavidus: *à judicijs tuis timui:* & Apoſtolus Paulus tametſi non eſſet ſibi conſcius de ulla patrata à ſe noxa, adhuc timuit Numinis judiciũ, eò quia lincei ſint Judicis oculi, minutiſſima quæque videntes, quæ plerumque humanos ſubterfugiunt oculos: *Nihil mihi conſcius ſum, ſed non in hoc juſtificatus ſum; qui autem judicat me Dominus eſt.* Quòd ſi Apoſtolus nihil ſibi conſcius timet, quantò magis qui vitijs indulſère, qui ſcelera ſceleribus congeſſerunt, qui tempus omne in mundanis impenderunt vanitatibus, totis artubus debent contremiſcere, & pavere hoc judicium, in quo Judex non ſolùm ſcelera, verùm & juſtitias ipſas, & virtutum exercitia, & Chriſtianæ perfectionis ſtudia erit judicaturus, ut ipſe nos monet per ſuum Prophetam: *Cùm accepero tempus ego juſtitias judicabo.* & cum Salomon dicat: *Eſt via, quæ videtur homini recta, & noviſſima ejus ducunt ad interitum.* 37.

Luc. cap. 13. v. 23.
Matth. 11. v. 10.
Iſaiæ 11. v. 3.
Pſalm. 118. v. 120.
1. Corinth. cap. 4.
Pſalm. 10. v. 25.
Proverb. 16. v. 25.

38. Quòd ſi quæ nobis videntur honeſta, & recta oculis Judicis ſunt oblique: & ducunt ad mortem, quæ nos videbantur ad vitam evehere, quie non contremiſcat cum ſit vocandus ad hoc judicium, & totius anteactæ vitæ rationes reddendus. Villicus ille in evangelio iniquus, ſeu Oeconomus prodigus, qui incurius neglexerat ſuo diu munere fungi, & Officium boni Oeconomi obire, accuſatus apud Herum ſuæ negligentiæ, vocatur ad reddendam rationem villicationis ſuæ Luc. cap. 16. v. 2. *Redde rationem villicationis tuæ, jam enim non poteris villicare:* hæſit tunc miſer anceps, impalluit vultu, contremuit corde, fluctuavit animo, titubavit lingua, & tandem toto corpore contremiſcens dixit: *ecquid faciam?* hoc eſt quid decoctor fructuum mei Domini moliar? quid machinabor, abſtulit à me Dominus villicationem, & vereor; ne quod ære ſolvere non poſſum, pelle luam: *quid faciam fodere non valeo, mendicare erubeſco.* Concredidit nobis vineam ſuam, ſeu animam noſtram Deus, ut eam excolamus, ac ſimus reddituri rationes villicationis noſtræ; quamdiu vivimus eam fodere valemus, & excolere eleemoſynis, flagris, ciliciis, vigiliis, aliiſque corporis afflictationibus, rigare eam poſſumus reſipiſcentiæ lachrymis, ſemina virtutum jecere, ac ſerere in ea poſſumus, ut in uberrimam excreſcant fructuum, ac meritorum meſſem: ſed herili imperio vocabimur ad reddendas rationes villicationis noſtræ, ſeu poſt mortem, cum ampliùs non poterimus villicare; tunc ſemina virtutum jacere, & lachrymas reſipiſcentiæ fundere, non amplius poſt obitum nobis licebit; tunc pectus tundere, lachrymarum imbres fundere, largam ſtipem profundere nimis ſerum erit; & fatuæ virgines, quia neglexerunt ſuas parare lucernas, oleúmque ſibi comparare obſeretas ſemel à ſponſo fores nullis ampliùs lahrymis voluerunt reſerare: & Evangelicus ille dives, purpuratus Epulo, qui lautiſſimè epulebatur, & generoſioribus delectabetur vinis medere, ed hoc evocatus judicium aquæ guttulam petiit, quam non impetravit.

39. Qui ſapit, non procraſtinet, non differat curandis vulneribus ſibi inflictis per petrata ſcelere, edhibere pœnitentiæ pharmacum; retiones ſuas ſubducat conficiendas cum Judice brevi ad ſuum tribunal vocaturo; non expectet vitæ extremum, cùm dolores ultimi inſtant, vis morbi urget, quia in homine greviter infirmo ut plurimum eſt & ipſa pœnitentia infirma; quamvie enim illius exercendæ adhuc facultas ſuppetat, non ſinit tamen morbi violentie id agere quod firme valetudine egiſſet: obruunt tunc ægrorantem corporis dolores, animi afflictiones, febris æſtue, nocturnæ vigiliæ, diurne inſomnia; erdor febrilia viſcere excoquit; capitis gravedo mentem obtundit; ſtomachi eximanitio cor debilitat; & qualis tunc modus conſcientiæ, ut par eſt, diſcutiendæ? tota ſollicitudo erit de valetudine recuperanda, de Sanguine emittendo, de pharmaco ſorbendo, remediis edhibendis, quibus ſaltem morbi violentie retundatur: quòd ſi actiùs ingraveſcat faſtidiò ſunt Medici, exoſa pharmaca, & inviſe remedia, & incipit lethali morbo correptus vacillare viribus deſtitutus; & ubi conclametum fuerit, cum dolores mortis eum circumdabunt, & torrentes iniquitatis ec pericule inferni menti obverſabuntur, quam obruent, quid tunc miſer dicet, qui pœnitentiam diſtulit ad id uſque temporis?

Ponetur tunc ante oculos vitæ totius anteactæ turpitudo: apparebit abſque fuco ſcelerum gravitas, in proximo erit, ac imminens damnationis periculum, terrebit ſententia futura peremptoria decreto nullo revocabilis: recurrent in mentem coram Judice divini neglectus obſequii; tempus malè impenſum; anni mundi voluptatibus conceſſi; florens juventa concupiſcentiis indulgens; exercitia virtutum prætermiſſa; occaſiones promerendi contemptæ; rarò, vel perfunctoriè uſurpata Sacramenta, pauperes ſtipem petentes vacui dimiſſi, preces neglectæ, ſtudia probitatis abjecta, & vita tota malè impenſa: conſtat vita ex annis ſi diuturna ſit pluribus, vel paucioribue, continet annus dies ſexaginta quinque ſupra trecentos, & horas octo mille ſeptingentas, & ſexeginta. Quòd ſi in extremis conſtitutus ſubducere velit, quot, non dixerim annos, ſed horas impenderit purgandæ lachrymis conſcientiæ, curandis ſcelerum vulneribus pharmaco veræ reſipiſcentiæ; & quot ex iſtis dilapſis dederit culturæ virtutum, ſtudio pietatis, certè vel nullas, vel perpaucas deprehendet: ſin verò cogitet, quot horas prodegerit in ſympoſiis, confabulationibus, choreis, luſibus, imò & pravis actionibus, & vetitis voluptatibus, ac fœdia libidinibus, aliiſque ſceleribus patrandis; quot otio, ſomno, deſidiæ, evagationi, deprehendet, hæc omnia horas propemodum omnes abſorbuiſſe vitæ; & liberaliorem fuiſſe in mundi voluptates, & vitie, quàm in Deum; cum illis non ſolùm centenas, & millenas horas, ſed totum ferè vitæ tempus prodigè dederit, & vix pauculas Deo, cum non niſi paucas horas piis libris pervoluendis, ſacris meditationibus inſtituendis, precibus fundendis, & virtutibue exercendis conſumpſerit?

Quòd ſi pererduum eſt unius duntaxat anni horas ſingulas morales revocare ed calculos, & ſecernere, quas ex octo mille ſeptingentis, & ſexaginta dedimue Deo, cum ferè omnes prodegerimus in mundi voluptatibus; quomodo ad calculos erimue revocaturi horas totius anteactæ vitæ, ſi ad ſexaginta, vel ſeptuaginta, imò & octo-

ginta

gintá eam annos protraximus? ſi unicus tantùm annus nos perturbat in ſubducendis horarum rationibus; quantò difficiliorem hanc reddent rationem omnes vitæ noſtræ anni? & tamen reddenda nobis ratio eſt uſque ad noviſſimum quadrantem; reddenda eſt enim ratio de omnibus operationibus, de ſingolis etiam occultiſſimis, & abditiſſimis cogitationibus dicente Chriſto. *Qui* Matth. c. 5. v. 28. *viderit mulierem ad concupiſcendam eam jam mœchatus eſt in corde ſuo:* & de hac cogitatione, quæ exteriùs non ſe prodit reddenda eſt ratio. Imò etiam de quovis verbulo otioſo: *dico autem vobis, quod omne verbum* Matth. cap. 12. v. 36. *otioſum quod locuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die judicij.* Quòd ſi de verbis otioſè prolatis, quantò magis de obſcœnis, contumelioſis, obtrectatorijs, ſcurrilibus, atque maledicis, blaſphemis? De actionibus etiam reddenda eſt ratio, & non ſolùm de vehementioribus, verùm etiam de ſingulis remiſſis, de motibus omnibus oculorum, manuum, & pedum, ſingulos enim obſervat linceus Dei oculus, quapropter Jobus ſeveritatem hujos judicij veritus, ib. 14. humilis & contritus veniam petüt: *Tu quidem greſſus meos dinumerâſti, ſed parce peccatis meis*, & cap. 13. v. 27. *ſignâſti quaſi in ſacculo delicta mea. Obſervâſti omnes ſemitas meas; & veſtigia pedum meorum conſiderâſti*, quia Deus qui totus eſt oculus omnia luſtrans, videns, & obſervans ſingulas noſtras enumerat actiones, recenſet greſſus, obſervat motus, & quæ rectè, vel malè agimus omnia veluti in ephemeride ſua tranſcribit pertrahenda & exponenda judicio, ubi reddenda erit ratio non ſolùm de exterioribus quinque ſenſibus, quomodo eos rexerimus, an Deo, vel mundo, & carni, eorum actus direxerimus: non ſolùm de ſeptem operibus miſericordiæ, quomodo ea exercuimus, de decem decalogi præceptis, quomodo ea obſervavimus; verùm etiam de officio nobis injuncto, quàm ſedulò & fideliter illud exercuimus, de Chriſti ovibus nobis concreditis, quomodo eas pavimus; exemplo, & verbis eas docuimus viam ſalutis, hinc Jobus: *omnes ſemitas meas* ait *obſervâſti, veſtigia pedum meorum conſideraſti, greſſus meos dinumerâſti*, ſcilicet enumerat omnes greſſus, conſiderat veſtigia pedum, & omnes ſemitas obſervat, ad cauponam, ad lupanar, ad choreas.

42. Eſt hoc judicium exactiſſimum, nec multis erit opus quæſtionibus, ac reſponſis, nec ullis egebit argumentis, & defenſionibus: tunc enim anima exuta corpore omnia ſua ſcelera, quæ patravit; adulteria, quæ cogitavit; verba obſcœna, quæ protulit; pravas actiones, quas exercuit, & generatim, ac ſpeciatim omnes ſuas operationes, cogitationes, dicta, & facta unico aſpiciet intuitu in propria conſcientia ex ſe convicta; & omnia ſincerè, ut acta fuerunt, vel dicta, vel cogitata oſtendet abſque ullo fuco; & hæc omnia cum liquida fuerint, & aperti juris, omnem excludent defenſionem, & Judex ſuis in ſyngraphis exarata producet: *Ecce ſcriptum eſt coram me, non tacebo, ſed reddam, & retribuam:* hoc eſt juxta eorum Iſaiæ cap. 65. v. 6. opera.

Hæc ſi ſeriò homines cogitarent non 43. pravis ſuis affectibus habenas laxarent, ſed eos coërcerent frœno recordationis Judicij; non mundi voluptatibus indulgerent, ſed eas abigerent; non mundi divitiis inhiarent, ſed virtutum incumberent ſtudiis. Refert Laërtius, Diogenem Cinicum Athenas iviſſe mercaturæ cujuſdam cauſâ, ſed cum urbem ingreſſus fuiſſet; in amplo foro, loco mercium venalem expoſuit ſapientiam, & quæſtuariam effecit Philoſophiam, cives illos ad ſuas invitavit nundinas, daturus vili pretio merces magni valoris. Fuit ex Primatibus vrbis, qui accerſito puero juſſit adire inſtitorem illum ſtolidum quæſiturum ab eodem quantum pro tribus ſeſtertiis venderet ſapientiæ? Cucurrit puer in forum, & fecit, quod fuerat ipſi injunctum: ſed Philoſophus huic emptori pro tradita pecunia hoc vendidit ſapientiæ: *In omnibus reſpice finem:* comparatam ex tribus ſeſtertiis ſapientiam detulit puer ad emptorem, cui adeo placuit venale dictum, ut dodrantalibus litteris juſſerit inſcribi foribus domûs, januis ſui conclavis, ac in locis ſingulis, & liberalitatem commendavit venditoris, qui pro tam vili pretio inſignem dediſſet monitorem Pædagogum. Hoc idem præſtitit Syracides nullo exacto pretio: *Feſtina tempus, & memento finis:* & præſertim mor- Eccleſ. cap. 36. v. 10. tis, & judicij, ad quod evocabimur reddituri rationem de omnibus, & ſingulis, tum cogitationibus, tum actionibus, quòd ſi id altius noſtræ hæreret memoriæ, & ſæpius refricaretur, non ſineremus nos abripi à mundi voluptatibus, nec ſceleribus coinquinaremur; quapropter nos monet Syracides, ut præmoniamur noviſſimorum recordatione; eò quia Tartarei hoſtis retundendis telis, & rebellantis carnis coërcendis ſtimulis nullum ſit ſcutum, & frœnum aptius; ait ipſe: *Memorare noviſſima tua, & in æter-* Cap. 7. v. 40. *num non peccabis.*

Si enim mortuum ſpectemus à mortuo ſilente, ac jacente diſcimus Deo vivere, & 44. mundo dediſcimus adhærere, quippe docemur poſt perbrevem fluxæ vitæ curſum ſejungi à corpore animam, & illud jacere exanime abſque motu, ſine ſenſu, & voce, pallore, & livore infectum, tetrum cadaver, circumſtantibus moleſtum, amicis horribile, conſanguineis funeſtum, & grave, à quibus vereri, ac detrito involvitur linteo, effertur cum lachrymis, & abjicitur in ſepulchrum, ubi vertitur in putredinem, & aſſumpta ſanie, tandem membra omnia corporis antea vegeti, & venuſti, in oſſa deſinunt arida; adeo ut poſt modicum temporis marceſcat corporis decor, evaneſcat fa-

ciei

ciei ſpecies, defloreſcat carnis vigor, & corruàt tota humaoi corporis elegans ſymmetria, ſitq; homo perinde ac ſi non fuiſſet. Videmus, plantarum diverſitatem in pomariis, præſertim ex fructuum digooſci varietate; Ut ex pomis granatis arborem punicam, ex malis aureis cedrum, ex dactilis palmam, ex racemis vitem, ex glandibus ilicem, ſed areſactis earundem arborum radicibus, vel ſecuri cæſis in trunco, collectíſque fructibus, ac delapſis foliis, vix unam ſecernimus ab alia: quòd ſi omnes in ignem conjiciantur, & in cineres dilabantur, nullus aderit, qui ex cineribus, arborum diſtinguat inter ſe diſcrimina, & dijudicet, hanc cinerum portiooem eſſe vitis, aliam palmæ, aliam pyri, & aliam ilicis. Quamdiu telluri corporis adhæret anima, viremus omnes inſtar arborum in pomario, dignoſcuntor homines, & diſtinguuntur ex radicibus ſuorũ Majorum, ex ſanguinis nobilitate, ex dignitatum prærogativis, ex foliis verborum, ex fructibus virtutum, & ſcientiarum: ſed cum exareſcimus, & cinereſcimus in ſepulchro, nullos eſt, qoi virum nobilem ſecernat ab ignobili, virum Principem à plebeo, doctum ab ignaro: nos æquat mors, & cinis ſepulchri ſimiles facit, & in hoc etiam pares ſumus, ſive juvenes, ſive ſenes, quòd omnes nullo excepto ad tomolum nulla interjecta morula tendimus. Diem nox premit, dies noctem, æſtas in autumnom deſinit, autumno hyems inſtat gelida, lurida, tetrica, quæ vere redeunte compeſcitur: funt hæ decurrentis anni tempeſtates, quæ ita tranſeunt, ut revertantur; ita relabuntur, ut reſurgant; ita detrimentum patiuntur, ut reſtaureotur: nobis autem ſi ſemel deceſſerimus nullus ampliùs aderit, qoi delapſos annos nobis reſtituat, & damna ætatis delapſæ reſtauret; ibit, quà cœpit ætas, nec curſum revocabit, aut ſupprimet. Scitè Catullus Poëta,

Soles occidere, & redire poſſunt:
Nobis cum ſemel occidit brevis lux,
Nox eſt perpetua una dormienda.

45. Quòd ſi mors omnes æquat, miſtétque in exitu vitæ, quale erit angoſto in tumulo diſcrimen venuſtos inter, & deformes; juvenes, & ſenes; nobiles, & plebeos; doctos, & rudes? nullum prorſus: quia nec cinis ſuperſtes, nec arida oſſa hoc edocent diſcrimen; nec quiſpiam ex colore, odore, & ſpecie ſepulchralis pulveris potis eſt diſtinguere Creſum à Codro; Senatorem, à Sutore; Principem à Ruſticello; Imperatorem ab agricola. Et hic finis eſt noſtræ ſcenæ, ac comediæ, quam ut peragamus cum cœlitum plauſu, proderit refricare memoriâ noviſſima, & præſertim mortem, & quod ad ipſam conſequitur juditium; in omnibus reſpice finem.

§. VI.

Cum primùm homo emoritur, ſeu anima ſejuncta eſt à corpore judicatur, & qui hoc judicium ſeriò perpendit mundi voluptates, divitias, ac commoda contemnit; & pravis omnibus affectibus frænum injicit.

TEmpus, quo erit hoc particulare judicium inſtituendum, triplex poteſt conſiderari. Vel paulò ante mortem, cum agens animam cum Libithina luctatur; ita tamen ut anima etiamnom illigata ſit corpori: & hoc tempore quamdiu corpori inhæret anima certum eſt, hoc judicium non inſtitui, quia quamdiu homo ſpirat, ſperat, & ejus promerita, vel delicta nondum ad ultimum ſunt deducta, nec ſpes reſipiſcentiæ omnino abſciſſa: unde quamdiu anima corpori inhæret, hoc Dei judicium non exercetur de lege ordinaria. Vel conſideratur tempus poſtquam anima eſt à vinculo corporis ſoluta, & ab hoc ſejuncta, adeo ut aliquid intercedat temporis ab illo momento, quo anima ſeparatur à corpore, & judicium, & licèt ex aliquo exemplo videatur differri per unam, vel alteram diem *poſt* mortem, qood ſortaſſis poſſet deduci ex eo, quòd Franciſcus de Puteo in vita S. Brunonis narrat de doctore quodam Pariſienſi, qui anno à reparata ſalute milleſimo octogeſimo ſecundo in publica eccleſia coram populorum frequentia, ſe prius proclamavit accuſatum, poſtea judicatum, & tandem damnatum. Cùm enim ipſo die funeris recitarentur lectiones Jobi: *Et tu reſponde mihi:* illicò mirantibus omnibus, ac timore perterritis doctor mortuus, è ſandapila caput erexit, & clara voce dixit: *Juſto Dei judicio accuſatus ſum*, cúmque in diem poſterum dilatæ fuiſſent exequiæ; & ex fama per urbem diffuſa major hominum occurſus fuiſſet: omnia ſicut anteacta die ritu funebri peraguntur, & cum iterum cantantur eadem Jobi verba: *Et tu reſponde mihi:* iterum defunctus ſe è feretro attollens dixit: *juſto Dei judicio judicatus ſum:* & quia nondum conſtabat, quid æternus Judex de hoc defuncto doctore fieri decreviſſet; conſultiùs duxerunt ſacerdotes in tertium diem funus differre, cùmque major ſemper fuiſſet civium affluxus, tertiò inſtituuntur exequiæ, & repetuntur eadem Jobi verba: *Et tu reſponde mihi!* & tunc cadaver è capulo ſurrexit, & voce grandiori, & horribili proclamavit: *Juſto Dei judicio damnatus ſum*, attonitis omnibus, & confuſis, qui aliàs exiſtimârunt, doctorem illum Pariſienſem pietati addictum, ac ſtudio chriſtianæ virtutis; virum probum; tot res habuit teſtes, quot in eccleſia illa fue-

46.

Cap. 13. & 14.

fuerunt auditores, & ſpectatores: ex quo
exemplo poſſet quis conjicere, aliquid in-
tercedere temporis à momento primo, quo
anima eſt à corpore ſeparata ad hoc judicium.
Verùm de lege ordinaria non videtur, cur
hoc judicium ſit ita differendum, cum Judex
non indigeat teſtibus, nec deliberatione,
nec conſultatione, quia Deus eſt ſimul Ju-
...m. cap. dex, & teſtis: *Ego ſum Judex, & teſtis dicit*
...v. 23. *Dominus*, & reus ſub ipſum mortis punctum
totius anteactæ vitæ tam merita, quàm de-
licta perſpicuè, & clarè cognoſcit oſtenden-
te conſcientia omnia, & ſingula ſcelera, &
quidquid boni, vel mali egit, quódque nul-
la tergiverſatione, vel excuſatione tegi po-
teſt.

47. Tempus igitur, quo ſingulare hoc ju-
dicium exercetur, eſt illud momentum, in
quo anima ſeparatur à corpore, adeò ut cum
primùm anima corpus deſerit, Judex ſen-
tentiam pronunciet irrevocabilem, & judi-
catus audiat, ac intelligat, quid de ſe Deus
in omnem æternitatem decreverit: & per
hoc quòd conſcientia clarè, ac perſpicuè o-
ſtendat, quidquid boni, vel mali per to-
tum vitæ decurſum egerit judicandus, dici-
tur hic rationem reddere; quia Deo jam
ſunt omnia notiſſima, nec ejus cognitionem
poteſt quidquam ſubterfugere, adeo ut hoc
ſingulare judicium tempore peragatur bre-
viſſimo, in illo ſcilicet, eodémque momen-
to, quo anima ſeparatur à corpore, eſtque
medium inter mortem, ſeu hanc ſeparatio-
nem animæ à corpore, & alteram vitam.
Et id cauſæ, cur cœleſtis Judex adventum
ſuum fulguri, vel furi comparet, jubeát-
que nos omni tempore, momentis ſingulis
paratos eſſe, ac ſtare in procinctu, quia qua
hora non putamus, venit filius hominis. Ad
locum verò quod attinet hujus judicij, con-
veniunt Theologi, peragi hoc judicium in
eodem loco, in quo quisque moritur, adeo
ut ibi anima à Deo judicetur, ubi à corpore
ſejungitur, ſive in lecto, ſive in foro, ſive
in cubiculo, ſive in platea, ſive in mari,
ſive in terra, in monte, vel in valle; quia
cùm Judex ſit Deus, eſt ubique locorum
præſens: proinde ibi adeſt, ut Judex; ubi
homo emoritur; & ibi ſuum figit tribunal
ubi anima è corpore ſejungitur, adeò ut lo-
ca omnia ſive domi, ſive in campo, ſive in
templo, ſive in foro ſint ſemper nobis ſu-
ſpecta: & habere ſemper præ oculis hoc tri-
bunal eſt piè vivere, mundi voluptates con-
temnere, vanas cogitationes excutere, &
pravis omnibus affectibus frœnum injicere;
ſi enim cùm Cacodæmon impuras ſuggerit
cogitationes, æſtus accendit libidinis, iræ
faces admovet, odium excitat, & ad vindi-
ctam ſtimulos adjicit, ſi inquam hujus tribu-
nalis meminerimus, fieri non poterit, quin
æſtus libidinis lachrymis extinguamus, im-
puras cogitationes timore Judicis excutia-
mus, ſtimulos vindictæ mortis recordatione
retundamus; quia ut ait Syracides; *Memo-*
rare noviſſima tua, & in æternum non pec- Eccleſ. c. 7. v. 40.
cabis.

48. Refricata noviſſimorum memoria frœ-
num injicit pravis omnibus affectibus, & de-
pravatæ concupiſcentiæ motus omnes inſo-
leſcentes coërcet. Satagamus per exercitia
virtutum piè vivere, & contractas per vitio-
rum indulgentiam noxas reſipiſcentiæ la-
chrymis eluere; conſcientiæ maculas fletu
abſtergere, antequam fores noſtras Libithina
pulſet, & ad judicium nos evocet: apte-
mus lampades noſtras cum prudentibus vir-
ginibus dum tempus ſupereſt, ne cum fa-
tuis excludamur à domo ſponſi. Cum Be-
nada Rex Syriæ infeliciſſimè pugnâſſet, & in
uno conflictu enecti cecidiſſet militum cen-
tum millia, & ipſe vix turpi fuga vitæ ſecu-
ritatem in latebris quæſiiſſet, ac timore per-
culſus agenti animam eſſet ſimilior; famuli
& ſocij fugæ timorem excuſſuri, & ſolatium
aliquod eidem allaturi, ſuaſêre in Regibus
domûs Iſraël ſpem ſuam locare, eò quia
clementes ſint, & precibus flectantur ad ve-
niam: *Ecce audivimus quòd reges domûs Iſra-* 3 Reg. cap. 20. v. 31.
ël clementes ſint: rex ſalvabit animas noſtras.
Conſilium ſanè optimũ, & nobis etiam pro-
futurum, ſi dum tempus adhuc ſupereſt,
ſaccis continentiæ lumbos ſtringamus; ſi la-
queos pœnitentiæ collo imponamus; &
frœnum pravis omnibus concupiſcentiis, &
affectibus injiciamus. Latâ in hoc tribuna-
li ſententiâ, anima ab Angelis è loco judicij
ad cœlum evehitur, vel in tartarum à dæ-
monibus abripitur.

Non igitur pœnitentiam homo diffe- 49.
rat, quia vergente morte vires decumbentem
deſerunt, membra rigent, ſenſus deficiunt,
cor palpitat, premitur anhelitus, ſqualet
vultus, offunduntur oculi, & tota corporis
compages ſe contrahit, ac ultimam teſtata
calamitatem, uno momento efflat animam,
uno flatu emittit ſpiritum, & eo ipſo homo
deſinit, omnisque cum ipſo decor corporis
defloreſcit, & ſplendor evaneſcit, & ad tri-
bunal æterni Judicis ſententiam audit ab illo
Judice, qui ab omnibus timetur, eſtque ina-
dulabilis, & incorruptiſſimus: & quamvis
poſſent homines furraſſis mortem corrum-
pere, nunquam tamen vitæ, & mortis Judi-
cem, qui cœlum non vendit auro, ſed virtu-
tibus; manus non extendit ad munera, ſed
ad eleemoſynas, in pauperum ſolatium; &
licèt permiſerit ſe ſe vendi cum factus homo
veniſſet judicari; non tamen ſinet ſe emi
cum venerit judicare; licèt permiſerit ſibi
manus ferreis clavis configi, cum veluti reus
penderet medios inter latrones; non tamen
permittet manus ſibi aureis pecuniis illini,
cùm aderit Judex reos puniturus: Hæc ex-
pendens Auguſtinus ait: *Sedebit Judex,* Serm. ult. de verb.
qui ſtetit ſub judice; damnabit veros reos, Dom. c. 7.
qui factus eſt falſus reus. Ipſe veniet, for-
ma illa veniet: Licèt in cruce fuerit homo
Judex, & ipſe veluti reus; in hoc tribunali
erit ipſe Judex, & homo reus, ſeu animus

hominis jam defuncti: & quidem ſolus, & pavidus, cum jam è collapſa corporis domo evaſerit, corpus enim quod animi eſt domicilium mortis ariete quaſſatum corruit, & ſpiritus aliò avolat, ſecum tantùm deferens quidquid boni, vel mali egit, nec illi proderunt congeſtæ opes, acquiſitæ dignitates, delati honores, famulorum catervæ, conſanguineorum phalanges: Joannes enim in ſua Apocalypſi ſolas vidit animas hinc de-
Apocal. cap. 14. v. 13. migrantes, tantùm ſuis fultæ operibus, quæ egerunt: *Opera eorum ſequuntur illos.*

50. Aderunt tamen Angelus tutelaris, & cacodæmon defuncti hominis adverſarius: Angelus enim hominis tutelam, quam à primo illius ortu ſuſcepit ad extremum uſque vitæ non deponit, ſed ſemper pervigil, ac fideliſſimus cuſtos ſuo invigilat clienti: illud tamen luctuoſum erit, & lachrymabile, ſi contigerit, Angelum locum mutare, & adverſario dexteram cedere, ac animam tot annis à ſe defenſam, ac propugnatam cacodæmoni extradere, quid luctuo-
Pſalm. 108. v. 6. & 7. ſius ait David, quàm: *ſi diabolus ſtet à dextris ejus, & cum judicatur exeat condemnatus?* Circumdabunt morientem hoſtes tartarei ſententiam exſpectaturi à ſupremo Judice mox ferendam; & interim in extrema illa lucta diriores erunt eorum impetus, frequentiores inſidiæ, vehementiores aſſultus, ac tentationes, quia ultimæ. Hinc offundent caligines, & tenebras, quibus decumbentem conturbent; nunc lucem malignam inducent, quâ terrorem incutiant; mox gravitatem exaggerabunt flagitiorum, numerū augebunt ſcelerum, ut ad deſperationem inducant morientem, quem omnibus machinis adoriuntur, & modis omnibus aggrediuntur iis tentationibus præſertim, quibus ſciunt pluries ſuccubuiſſe; & quidem ex ea invadent parte, qua imbecillior fuerit. Quid tunc aget infelix peccator, animam efflaturus, quam millenis iniquitatibus deturpaverat, ac ſceleribus ſauciaverat, quid quando Sacerdos Chriſtum ei exhibebit cruci affixum, cujus plagas tot repetitis ſceleribus refricavit, ac irritavit? quid quando ei oſtendetur ſpinea corona, quâ mundi Salvator redimitus ſanguineos imbres è cœleſti capite effudit, cùm ipſe pravis, ac nequiſſimis cogitationibus divinum illud caput truculentiùs cruentavit, diriúſque vulneravit? quid quando cereus accendetur index bonorum operum, quæ ipſe neglexit? Quid quando Dei nomen invocabitur, quod ipſe deſpexit? Quid tunc ſolatij hauriet, qui Dei gratiæ ſemper obſtitit.

51. In quales tunc non erit anguſtias redactus eum aſpiciet, ſupra, gladium divinæ juſtitiæ imminere; infra, ſepulchrum patere; intra, conſcientiam torquere; extra amicos, & agnatos flere, quorum tamen lachrymæ æſtus malignantis febris non valebunt extinguere, nec dolorem lenire, nec mortem momento retardare: & dæmones adſtantes nonniſi terrores incutient, quos experſus præ cæteris fuit Criſorius vir æquè divitiis diffluens, vitiiſque propterea ferè omnibus inquinatus, avaritiâ ſordidus, libidine fœdus, ambitione tumidus, ſuperbia inflatus, arrogantiâ audax, de quo refert D. Grego- Lib. 4. Dial. og. c. 38.
rius: hunc diu bona valetudine mundi indulſiſſe voluptatibus, ſed poſtea morbo tentatum ſenſim ſine ſenſu ad vitæ extrema deductum fuiſſe, & ſub ultimam vitæ horulam in cubiculo, in quo decumbebat, viros plures vidiſſe aterrimos lectum decumbentis, & mox morientis ſepientes, ejúſque animam expectantes, quam ad inferos abriperent: cœpit miſer expalleſcere ad terrum illud ſpectaculum, oculis circumſpicere, manibus contremiſcere, corde palpitare, & toto corpore frigido madere ſudore, filium ſuum nomine Maximum altiori voce in ſubſidium vocare, Maxime, Maxime curre, veni citò; adfuit quidem filius turbatus, & lugens, qui & reliquam convocavit familiam, & licèt fuerint omnes cubiculum ingreſſi: præter tamen Criſorium decumbentem, & morientem, nemo ex adſtantibus avernales vidit Æthyopes: ſed pallor, & tremor infirmi teſtabantur adeſſe intus Spiritus tartareos decumbenti infenſiſſimos, præſertim cùm Criſorius, ne tæterrimas larvas adigeretur aſpicere modò huc, modò illuc volutaretur in lectulo, & in omnem ſe partem miſerè diſtorqueret, nullibi quidquam ſolatij inveniens: quocunque enim ſe vertiſſet, illic oppoſitos aſpiciebat ſtygios nebulones.

Hac circumvallatus obſidione, quale, 52.
& à quo ſolatium æger expoſcet? à Deo? ſed hunc graviter offenderat, & contra ſe iratum deprehendit; à propria conſcientia? ſed hæc adverſatur toties ſauciata; & æternæ damnationis ſententiam à Judice expoſcit, ob tot ſcelera, quæ illi objicit. Ab Angelis, & Cœlitibus? ſed hi pluries non auditi, & ſæpiùs contempti ſuces claudunt, & non audiunt. A familia, & Agnatis? ſed hi non poſſunt quidquam ei ſubſidij præſtare, & ſerum eſt auxilium humanum cùm mors jam ad judicium evocat. Itaque Criſorius anguſtijs undique circumfuſus alta voce ſucclamat, inducias peto, inducias expoſco, ſaltem uſque mane. Terruerunt hæ voces adſtantes quotquot aderant, qui à lachrymis, ſuſpiriis, ac ululatibus non potuerunt ſe continere, nemo adfuit, qui juvaret; nemo qui inducias concederet, & Criſorius vix vocibus illis emiſſis animam infelicem efflavit, quam avernales Æthyopes poſt irrevocabilem Judicis ſententiam illicò da

ad incendia detulerunt gehennalia æternùm torquendam: fuit enim hæc induciarum petitio nimis ſera, licèt non mala; in homine enim graviter infirmo, ut plurimum etiam ipſa pœnitentia eſt infirma, nec modus tunc ampliùs ei ſupereſt diſcutiendæ ut par eſt conſcientiæ: & licèt hæc induciarum petitio, Criſorio non profuerit, nobis tamen prodeſſe debet, ait D. Gregorius. *Conſtat autem quia pro nobis iſta, non pro ſe viderit, ut ejus viſio nobis proficiat, quos adhuc divina patientiâ longanimiter exſpectat. Nam illi tetros ſpiritus ante mortem vidiſſe, & inducias petiiſſe quid profuit, qui easdem inducias, quas petiit, non accepit?* Non eſt, quòd poſſit tunc ante Dei tribunal quisquam tergiverſari, vel peccata obtegere, aut excuſare, patebunt enim ſingula Judici, quem nullus poteſt fallere; conſcientia ea objiciet Reo, & dæmones ipſi ſingula recenſebunt, gravitatem augebunt, imò & plura, quæ Reus non egit ipſi objicient.

Lib. 4. dial. c. 38.

53. Refert Climacus *in ſchola paradiſi*: Quemdam virum pium nomine Stephanum ſolitudinis amantem, & virtutum cultorem plures annos in aſceterio exegiſſe, jejuniis, ciliciis, flagellisque cruentis terram ſui corporis excolentem, quò virtutum flores in ipſo germinarent uberiores, quos propterea etiam frequenti lachrymarum imbre rigaverat. Imò & præ cæteris in cœnobio Monachis profectu exardens inſigniore arctius, ac ſeverius vitæ genus inſtituit, & Anachoreticam vivendi normam ſelegit in loco à cæteris diſsito, ubi auſterè annos plures exegit, quovis deſtitutus humano ſolatio, cum ferè ſeptuaginta millibus paſſuum ab omni hominum habitatione viveret disjunctus, ſoli Deo, & ſibi vacans. Quis enim ſibi proponens piè vivere, & Chriſtianas excolere virtutes, non fugiat hominum frequentias, ubi omnia ſunt plena peccatis, vel peccandi periculis? Quis ſecurus ſit in loco, ubi virtuti nullus eſt locus? ubi exemplis malis, & conſiliis pravis ad ſcelera via aperitur, & ubi inveterata in malis conſuetudo, quædam fit lex, quâ homo exlex potiùs vivit? quaſi quidquid placet, deceat; quidquid delectat, expediat; etenim quæ in populari fremitu, ſtrepitúque forenſi audiuntur, non ſunt niſi adulteria, fraudes, contentiones, injuriæ, furta, rapinæ, homicidia, ubi absque gubernaculo eſt navigatio hujus vitæ; ſine frœno juventus, absque baculo ſenectus, ſine duce cæcitas, & absque ſolatio calamitas. In urbibus enim, & populorum frequentiis reperias cupidinarios, ganeones, lurcones, ſycophantas, & alios hujus furfuris homines, quibus placet, ut ait Flaccus: *Fornix, & uncta popina.* Major enim hominum pars belluarum ritu in terrenarum voluptatum lutum declivi naturæ impetu prona; corpori, & concupiſcentiis carnis obſequens, animíque negligens, ſpiritum trahit inglorium: hinc verba ſcurrilia, fœdentes detractiones, vana colloquia, & plerumque diſſidia, jurgia, quibus diem falluut, tempus prodigunt, & dum ipſis ſalutis dies tranſeunt, neſcientes pereunt: intet epulas ſtomacho oppleti, & vino madentes, uſu plerumque deſtituuntur rationis, hominem exuunt inter bruta dejecti: vel inter roſas, ſeu mundi delicias, inter cantus, & ſpectacula Venere ſordidi, ſomno marcidi, deliciis languidi, corporis lenociniis muliebriter effœminati, acedia, & voluptatibus diffluentes, ſic vivunt, ut nunquam morituri, & ideo vitam perdunt, quia mortis obliviſcuntur. Idque cauſæ fuit Stephano vale ultimum mundo, urbibus, ac populorum frequentiis dicendi, imò etiam in aſceterio reliquis cœnobitis; & anachoreticam vitam, ac ſolitudinem etiam cœnobitarum prætulerit inſtituto.

Gradu 7. poſt med. pag. mihi 121.

Hic igitur ſub extremum vitæ ad priorem reverſus cellulam morbo cœpit tentari, quo ingraveſcente brevi ad ultimum pervenit vitæ. Uno autem ante obitum die viſus eſt ore impalleſcere, dextra, lævâque circumſpicere, frigido ſudore madere, ac veluti rationes anteactæ vitæ exigentibus reſpondere, & audientibus, qui in cellula aderant, dicere: ſic revera eſt hoc ſcelus in ſæculo patravi, ſed ad illud delendum annis pluribus jejunavi, & lachrymas plures effudi, quibus illud abſtergerem. Mox iterùm dixit id non egi ſicut objicitis, ſed mentimini. Poſt pauxillum temporis, iterum: ita eſt: non diffiteor, peccavi, ſed ingemui, flevi, pœnitentiam egi, & ſpero in Deo miſerente. Mox iterum, verè me accuſatis, ſed tot non fuit peccatum circumſtantiis aggravantibus à me perpetratum. Et rurſus: verum dicitis, ſed ſpero miſericordiam, & qui dedit mihi gratiam ad reſipiſcendum, erit etiam pronus ad miſerendum: audiebant adſtantes reſponſa decumbentis, quibus non innoteſcebant verba accuſantium. Et refert Climacus, fuiſſe ſpectaculum illud horrendum, ac terrificum, judicium rigidum, ac inviſibile, in quo etiam non patrata ſcelera objiciebantur, ut facta ab Anachorita ſolitudinis amante, qui annis quadraginta cœnobiticam diſciplinam ſervaverat, virtutes excoluerat, & pietatis ſtudiis excelluerat, & nihilominus dæmones in extrema lucta ſcelera ei objecerunt, quæ vel non egit, vel graviora, quàm egerit. 54.

Quòd verò timendum etiam in hoc judicio, quòd reus ſolus, & pavidus absque alterius ope, & advocati patrocinio objecta ſibi peccata, & ſententiam contra ſe latam audiet. Capitalem in hoc judicio cauſam quilibet perorat ſolus, & quamvis annis plurimis meditetur; quomodo in ſui favorem ſit reſponſurus; plerumque tamen ei obtingit, quòd Lynceſti eveniſſe refert Curtius: *Hiſtor. cap. 1. ſub init.* Qui apud Alexandrum Macedonem delatus ob patrati ſcele- 55.

ris indicia, & in carcere detruſus tertium jam annum cuſtodiretur in vinculis: è custodia tandem eductus, ac juſſus dicere, ſi quid haberet ſuæ cauſæ profuturum, Lynceſtes quamquam toto triennio meditatus fuiſſet propriam defenſionem, hæſitans tamen tunc coram Judice nonniſi paucula ex jis, quæ cogitaverat in ſui defenſionem trepidus protulit; & paulò poſt non ſolùm memoria, ſed meus ipſa ipſum deſtituit. Profectò trepidatio conſcientiæ accuſatio eſt manifeſta, memoria labitur, ubi judicium inſurgit conſcientiæ. Non tres duntaxat anni, ſed interdum etiam octoginta, ſeptuaginta, ſexaginta nobis conceduntur, & tota vita permittitur, ut cauſæ noſtræ defenſionem exactè meditemur; & tamen è carcere hujus corporis educta anima, quamvis memoria non deficiat, ſola tamen conſcientia ſufficit, ut eam prodat, eique objiciat ſcelera, quæ petravit; peccata, quæ commiſit; flagitia, quæ egit: neque quidquam poterit Reus in ſui excuſationem producere, quia anima in hoc judicio conſtituta, tam claré ac diſtinctè videbit, quidquid rectè, perperam geſſit, ut non poſſit, ulla tergiverſatione quidquam eorundem evadere: perinde enim ac Angelus tutelaris omnes illius pias non tantùm actiones, & operationes, ſed etiam ſanctas mentis cogitationes prægtandi veluti ſolio explicato comprehenſa uncu aſpectu legendas exhibebit; ita cacodœmon totam vitiorum ſeriem, peccatotum congeriem, ſcelerum multitudinem uno veluti in aperto volumine deſcriptam objiciet: & in hiſce cathalogis convicta conſcientia, anima pudore ſuffuſa, terrore invaſa quidquam non poterit adſerre, qoô ſua valeat peccata, vel excuſare, vel obtegere, quia propria conſcientia ea exhibebit perſpicua, & tanta com claritate, ut anima rea prorſus convincatur, nec Judex teſtibus indiget, nec vadimonio, defenſione, & appellatione; eſt enim Juriſconſultorum tegula: *In criminibus notorijs non admittitur appellatio:* & hîc cauſa erit liquidiſſima, crimina erunt notiſſima, Judex oculatiſſimus, & cui omnia ſunt clarè perſpicua, cujus aſpectum non poteſt quidquam ſubterfugere, & qui non poteſt falli, nec edoceri, non decipi, nec circumveniri, non flecti, nec trahi, quòd ſi nunc tacet, connivet, diſſimulat, tunc omnia exactiſſimè perſcrutabitur, & de ſingulis judicium ferret, ait enim per ſuum Prophetam: *Cum accepero tempus ego juſtitias judicabo.*
Pſal. 74. v. 3. Quod expendens D. Bernardus ait: *Veniet, qui malè judicata rejudicabit: illicitè jura-*
Epiſt. 1, *ta confutabit: qui faciet judicium injuriam patientibus: qui judicabit in juſtitia pauperes, & arguet in æquitate pro manſuetis terræ. Veniet pro certo, qui per Prophetam minatur in Pſal. cum accepero tempus ego juſtitias judicabo. Quid faciet de injuſtis judicijs, qui ipſas juſtitias judicabit? Veniet inquam veniet dies judicij, ubi plus valebunt pura corda, quàm marſupia plena: quandoquidem Judex ille non fallitur verbis, nec flectitur donis.* Tunc non ſolùm graviſſimas noxas, & quidquid juſtitiæ adverſatur judicabit, verùm etiam ipſas juſtitias, eas actiones, quæ ad normam honeſtatis videbantur à nobis elicitæ: & exprobrabit reo, quòd cùm diſſimulaverit ipſe, ſilverit, pluriès monuerit, gratiam fuerit elargitus, auxilia obtulerit reſipiſcendi, tempus conceſſerit, quo poſſet pœnitentiæ lachrymis peccatorum maculas abſtergere, hæc tamen omnia neglexerit, & vitijs maluerit indulgere, quàm reſipiſcere; & cum Ninivitis quadraginta duntaxat dies dederit ad pœnitentiam agendam, ipſi totidem annos conceſſerit ad mores corrigendos, & ad meliorem frugem transeundum; & quia Dei monitiones, & auxilia reſpuerit, ideo judicium, & ſententiam audiet, qualem demerita, & patrata ſcelera promerentur.

§. VII.

Adeo terribilis erit ſententia ab æterno Judice in reprobos ferenda in judicio, ut omni morte ſit acerbior, quò diſcamus bene agere viventes, ne eam audiamus morientes.

TRiplicis generis eſt ſententia, quæ in hoc tribunali à divino Judice profertur, 56.
prima in eos, qui divina deſtituti gratia mortalitatem exuunt, & in peccato lethali decedunt. In eorum quemlibet, hoc torquebitur fulmen, hæc feretur ſententia. *Diſcede à me maledicte in ignem æternum:* & hæc ſententia horribilis, irrevocabilis erit, & immutabilis. Dari infernum, in quo reprobi omnes tum homines, tum Angeli torquentur, liquet ex illo Iſaiæ: *Quis poterit* Cap. 33.
habitare de vobis cum igne devorante? Quis habitabit cum ardoribus ſempiternis? ubi ait D. Hieronymus expendens verba Iſaiæ: *Deus terret impios exemplo ignis, qui devoravit copias Regis Senacherib breviſſimo tempore:* & David loquens de hoc carcere, in quo detruduntur reprobi æternis torquendi ſupplicijs ait: *Sicut oves in in-* Pſal. 48.
ferno poſiti ſunt mors depaſcet eos, & Pſ. 93. *Niſi quia Dominus adjuvit me paulò minus habitaſſet in inferno anima mea:* & frequentiſſimè in veteri teſtamento hujus carceris infernalis, ac ſuppliciorum fit mentio. Ut etiam in novo teſtamento ubi D. Petrus ait: *Deus Angelis peccantibus non pepercit, &* Epiſt. 2. c. 2.
rudentibus inferni detractos in tartarum tradidit cruciandos. Et in Evangelijs etiam Chriſtus Dominus hujus ſuppliciorum loci meminit, inquiens: *Bonum eſt tibi debilem, vel claudum intrare vitam æter-*

æternam, quàm duas manus, aut duos pedes habentem mitti in gehennam, in ignem æternum, in ignem inextinguibilem; & rurſus: *Eum timete qui poteſt corpus, & animam mittere in gehennam*, Rurſus, *Mortuus eſt*
Apocal. 12. 14. 20. 21. *dives, & ſepultus eſt in inferno*: & D. Joannes deſcribit infernum eſſe locum iræ Dei, torrentem ignis, & ſulphuris, de quo bibunt, qui adoraverunt beſtiam, & potaverunt voluptatem mortiferam in calice Babylonis; & ait ibi eſſe ſtagnum ignis, & ſulphuris, & puteum abyſſi, de quo exit fumus in ſæcula ſæculorum. Et hanc veritatem nobis etiam Eccleſia proponit credendam de fide in ſymbolo Athanaſij, ubi canit: *Qui bona egerunt ibunt in vitam æternam, qui verò mala in ignem æternum*, & ſtatim ſubdit hanc eſſe fidem Catholicam; quæ in plerisque definita fuit Concilijs

57. Quòd ſi locus iſte ſuppliciorum, in quo impij hinc decedentes torquentur non daretur, divinæ derogaretur juſtitiæ, nec Deus diceretur juſtus, ſi tot criminum iliades, tot ſcelerum multitudines, tot peccatorum enormitates, quæ dietim committuntur, impunitæ manerent: & quia perſæpe non puniuntur in hac vita, ubi plerumque hominibus improbis experimur bona contingere usque ad extremum vitæ, æquum fuerat, & juſtitia divina exigebat, ut viri improbi pro ſuis delictis torquerentur in aliquo deſtinato loco ſupplicij, ut cognoſcerent quàm malum, & amarum fuerit, Deum dereliquiſſe, & mundi voluptatibus indulſiſſe, à ſummo bono ſe avertiſſe, & mundi caducis, & fluxis adhæſiſſe. Eſſe autem infernum locum corporeum ſpecialiter deſtinatum ad ſupplicia reproborum, effuſúmque in terræ imis viſceribus profundiſſimis, ubi detinentur tam mali Angeli, quàm reprobi homines liquet:
Eccleſ. 21. *Via peccantium complanata lapidibus, & in fine illorum inferi, & tenebræ, & pœnæ*: & Huſſæus Princeps deſcribit locum hunc horroris, & tenebrarum, ſuppliciorum, & miſeriæ; & eum vocat: *Terram tenebroſam, & opertam mortis caligine, terram miſeriæ, & tenebrarum, ubi umbra mortis, & nullus ordo, ſed ſempiternus horror inhabitat*: & Iſaias hunc locum comminatus fuerat Regi Babylonio inquiens: *Verumtamen ad infernum detraheris usque ad profundum loci*, & Numer. 16. *Diſrupta eſt terra pedibus eorum, & aperiens os ſuum, devoravit illos, deſcenderúntque vivi in infernum operti humo*. Hoc idem innuunt omnia ea ſcripturæ loca, ubi infernus vocatur abyſſus, puteus abyſſi, & profundum lacûs.

58. Quam igitur terribilis, & horrenda erit ſententia illa ab æterno judice in reprobum lata! *Diſcede à me maledicte in ignem æternum*. O decretum metuendum! O repudium horrendum! O ablegatio lachrymis lugenda ſanguineis! O ignis. O æternitas! O nos à ſana mente dejecti, qui hæc maturè non prævidemus? & hæc ſupplicia nunquam finienda ſummis viribus cavere non adnitimur? O ſententiam omnium terribiliſſimam! O decretum omni morte acerbius! hâc ſemel prolatâ ſententiâ conclamatum eſt, nil ampliùs ſupereſt opis, effluxit, elapſum eſt tempus omnis auxilij, in caſſum funduntur preces, effunduntur lachrymæ, quibus Judex nec emollitur, nec flectitur. Conviva ille, qui veſte deſtitutus nuptiali domo fuerat ejectus, nullum ampliùs adinvenit fautorem. Servo deſidi cùm primùm ademptum fuit talentum, nemo pro illo ampliùs hero ſupplicavit. Fatuæ virgines ſemel ſponſi ædibus excluſæ, ſocias, quæ pro ipſis ſponſum deprecatæ fuiſſent non ampliùs invenêre. Dives Evangelicus, Helluo purpuratus in flammis detruſus æternùm torquendus ſuis precibus Abrahamum non potuit ampliùs in ſua vota flectere, nec Lazarum movere, qui ſummis digitis aquæ guttulas ſpargeret in lenimentum ſupplicij. Tunc Angelus tutelaris, qui præſtò ſemper eſſe conſueverat, & clientem ſuum ab imminentibus avertere diſcriminibus poſt latam ab æterno Judice ſententiam: *diſcede à me maledicte in ignem æternum*, ſuo jam ritè officio defunctus illud poterit uſurpare Pilati: *Innocens ego ſum à ſanguine hujus*, non tamen juſti, ſed reprobi; non probi, ſed ſceleſti, quem licèt millies, & centies millies monuerim, ut ſibi caveret, fugeret, omitteret ſcelera, occaſiones malas declinaret, cogitationes impuras excuteret, fœdas libidines abigeret, pravos affectus coërceret: quem licèt millies, & iterum millies hortatus fuerim, ut reſipiſceret, conciones audiret, Sacramenta frequentaret, ſacris intereſſet, noluit audire, & maluit perire; & tunc Diabolus animam ſibi traditam abripiet, ſibi nunquam ampliùs eripiendam. Hæc ſi animo volvarent quotquot fluxis inhiant mundi commodis, ac voluptatum illecebris indolgent, vitia declinarent, deſideris peccandi excuterent, & reſipiſcere ſatagerent, hinc
David: *Intelligite hæc qui obliviſcemini Deum, ne quando rapiat, & non ſit, qui eripiat*. Pſalm 49. v. 0.

Secundi generis ſententia in eos omnes pronuntiatur, qui ut amici Dei, & gratiâ divinâ præditi hanc exuunt mortalitatem: 59.
eorum quivis audiet Judicem ſibi dicentem: *Veni benedicte Patris mei, accipe Regnum, quod tibi paratum eſt ab origine mundi*: & tunc accuſator cacodæmon pudore ſuffuſus ingenti cum dedecore abſcedet, & Angelus tutelaris beatam animam aſſumet felicitatis perpetuæ cohæredem, eámque in cœlum evehet, ait Auguſtinus, cùm anima ſeparatur Lib. de vanit. ſeculi cap. 4.
à corpore, tunc veniunt Angeli, ut perducant illam ante tribunal Judicis: & cùm ubique locorum ſit Judex præſens poſt peculiare Judicium, quod ſtatim fit, cum anima è vinculo ſolvitur corporis; in cœlum deducitur, ubi æterna donatur beatitate, & Angelorum, beatorúmque omnium communi excipietur gratulatione, & tunc dicet anima

cum S. Petro de Alcantara, quam felix, quàm beata fuit mihi pœnitentia, quàm utiles lachrymæ, quàm proficua jejunia, quàm ſalubria cilicia, quàm pretioſæ calamitates, & ærumnæ, quæ hanc mihi promeruêre felicitatem.

60. Tertij generis ſententia eſt, qua anima à Dei conſpectu ad tempus duntaxat arcetur, quo plenè divinæ ſatisfiat juſtitiæ: & per hanc ſententiam anima in locum medium, cœlum inter, & infernum detrudetur, flammis purganda expiatorijs antequam ad claram Dei admittatur viſionem. Dari hunc locum ab inferorum carcere, & cœlo diſtinctum, ubi animæ noxis inquinatæ levioribus, vel quæ nondum promeritas pœnas pro delictis à ſe patratis luerunt, torquentur, donec divinæ ſatisfecerint juſtitiæ, & ſuperſtites noxarum reatus deleverint, ex pluribus evincitur ſcripturis, præſer. ex illo Jean. ubi loquens de cœleſti patria ait: *Jean. 21. v. 27.* *Non intrabit in eam aliquod coinquinatum, aut abominationem faciens* & cùm plures decedant noxis licèt levioribus coinquinati; par eſt, ut priùs flammis expiatorijs ſcoriam ſecernant ab auro, & maculas exuant, ideóque ad tempus cœlo excluduntur, & ſupplicijs torquentur, donec promeritas luerint pœnas, ac divinæ ſatisfecerint juſtitiæ: ſed quia ſpes certa ei ſupereſt cœleſtis beatitudinis participandæ; hac ſe ſe Jobus ſolabatur inquiens cap. 17. v. 12. *Et rurſus poſt tenebras ſpero lucem.*

61. Evincitur itidem locus iſte medius diſtinctus à gehenna, & cœlo, quia commendatur oblatio Judæ Machabæi in ſolatium mortuorum: *Ex 2. Machab. 12.* *Facta collatione duodecim millia dracmas argenti miſit Jeroſolymam offerri pro peccato ſacrificium bene, & religioſè de reſurrectione cogitans (niſi enim eos qui ceciderant reſurrecturos ſperaret, ſuperfluum videretur, & vanum orare pro mortuis) & quia conſiderabat, quod hi, qui cum pietate dormitionem acceperant optimam haberent repoſitam gratiam. Sancta ergo, & ſalubris eſt cogitatio pro defunctis orare, ut à peccatis ſolvantur.* Hunc ſecundum Machabæorum librum eſſe canonicum liquet ex Concilio Carthaginenſi tertio celebrato anno Chriſti 397. In quo interfuit D. Auguſtinus: enumerat enim Concilium, hunc ſecundum librum Machabæorum inter canonicos, ſeu divinitùs inſpiratos, adeò ut D. Auguſtinus *Lib 18 de civit, c. 36.* aſſerat: Machabæorum libros non Judæos, ſed Eccleſiam pro canonicis habere. Acatholici autem fatentur primos antiquos Patres usque ad ætatem D. Auguſtini incluſivè doctrinæ adhæſiſſe, quam Chriſtus edocuit, & Apoſtoli tradiderunt, & ſancti Patres continua ſerie in Eccleſia propagârunt. Hinc Auguſtinus lib. de cura pro mortuis *cap. 1.* ait: *In Machabæorum libris legimus oblatum pro mortuis ſacrificium; ſed & ſi nunquam omnino in ſcripturis veteribus legeretur, non parum tamen eſt univerſæ Eccleſiæ, quæ in hac conſuetudine claret, authoritas; ubi in precibus ſacerdotis, quæ Domino Deo ad ejus altare funduntur, locum ſuum habet etiam commendatio mortuorum:* ex quibus liquet, Eccleſiam ex ſententia Auguſtini habuiſſe ſemper pro canonico hunc ſecundum Machabæorum librum.

Ex novo teſtamento etiam evincitur 62.
dari hunc locum medium diſtinctum ab inferno, & cœlo, & in quo expiatorijs flammis purgantur decedentes ex hac vita coinquinati, vel reatu peccatorum, vel noxis levioribus; ſcribit D. Paulus: *1. ad Corinth c. 3.* *Si quis autem ſuperædificat ſuper fundamentum hoc* (ſcilicet Chriſtum) *aurum argentum lapides pretioſos, lignum, fænum, ſtipulam unius cujusque opus manifeſtum erit. Dies enim Dei declarabit, quia in igne revelabitur, & uniuscujusque opus quale ſit, ignis probabit: ſi cujus opus manſerit, quod ſuperædificavit, mercedem accipiet; ſi cujus opus arſerit, detrimentum patietur, ipſe autem ſalvus erit, ſic tamen quaſi per ignem*, æquiparat Apoſtolus Corinthiorum doctores, alióſque Evangelij præcones architectis, quorum aliqui ſupra fundamentum ab ipſo poſitum aurum, argentum, & lapides pretioſos, ſeu opera ſancta, & præſertim doctrinam ſanam ſine ulla eloquentiæ oſtentatione, inani fuco, vanisque phaleris ſuperædificant: alij verò lignum, fœnum, ſtipulam, ſeu doctrinam curioſam, & inutilem; vel ſanam quidem, ſed fucatam, & phaleratam: & ſubdit, has doctrinas examinandas in die Domini: hoc tamen diſcrimine, ut cujus opus manſerit, ſeu fuerit repertum ſolidum inſtar auri, & argenti accepturus ſit mercedem: cujus verò opus propter vanitatem arſerit inſtar fœni, aut ſtipulæ; is paſſurus ſit detrimentum, ſed futurus ſit ſalvus; quia ſic quaſi per ignem mulctabitur, ſed non in cœlo, cum locus ille non ſit deſtinatus punitioni, nec ſupplicio, ſed præmio; nec in inferno cum inde nemo ſalvus fiat: ergo in loco aliquo tertio, in quo expiatorijs flammis animæ hinc decedentes levioribus noxis coinquinatæ emundantur; ſeu in loco quodam diſtincto à cœlo, & inferorum ergaſtulo. Liquet etiam hæc veritas ex eodem Apoſtolo Paulo ubi ſcribit: *Alioquin quid facient, qui baptizantur pro mortuis, ſi omnino mortui non reſurgant.* *1. Corinth. 15.* Verba illa *baptizari pro mortuis*, ita communiter intelliguntur, ut perinde ſit baptizari pro mortuis, ac ſpontaneas afflictiones ſubire pro defunctis; ac jejunijs, vigilijs, verberibus, cilicijs corpus in ſervitutem redigere, ac carnem menti, & honeſtati ſubjicere: baptizari enim perſæpe ſumitur pro affligi: *Baptiſmo habeo baptizari* Marci 11. *Luc. 12.* *Poteſtis bibere calicem, quem ego bibiturus ſum & baptiſmo quo ego baptizor, baptizari.* Hinc SS. Patres vocant baptiſmum lachrymarum Sacramentum pœnitentiæ, & afflictionis: D. *Serm. de cœna Domini.* Cyprianus ait: *Lachrymis ſe baptizat*: D. *Orat. de Epiph.* Gregorius Nazianzenus: *Quartum, baptiſma*

quod

quod per martyrium & ſanguinem fit, ſcio; ſed ſcio, & quintum lachrymarum, & pœnitentiæ.

63. Si igitur ſalubre eſt eleemoſynas offerre pro mortuis, corporis cruciatus, jejunia, dolores tolerare; clarè conſtat, aliquos non ſtatim poſt mortem cœleſti donari beatitate, neque detrudi in gehennali carcere, ſed expiatorijs flammis purgari in loco medio; alioquin vivorum eleemoſynæ, preces, & afflictiones eis non prodeſſent; quia beati in cœleſti patria noſtra non indigent ope, & jam totum præmium ſunt enacti: detruſis in gehenna non poſſunt prodeſſe, quia non poſſunt inde ampliùs extrahi, nec eorum ſupplicia minui. Dari hunc locum diſtinctum à cœlo, & gehenna, & in quo decedentes noxis coinquinati levioribus, vel etiam cum aliquo reatu pœnæ poſt condonatam culpam purgentur, ratio etiam perſuadet: quia non ſemper remiſſâ culpâ tota etiam remittitur pœna debita pro tali culpa. Præterea quamvis peccata quæ dicuntur venialia non avertant à Deo, exigunt tamen purgari, quia nihil coinquinatum in cœleſtem patriam introducitur.

64. Quamvis Deus condonet lethales noxas, & pœnam æternam, non tamen tenetur pœnam omnem remittere: ſiquidem deprecante Moyſe condonavit Deus populo peccatum idololatriæ, non tamen totam pœnam promeritam ex tali noxa, quapropter *ſubdidit ſe in die ultionis peccatum viſitaturum*; quamvis Natham Propheta dixerit Davidi: *Tranſtulit Dominus peccatum tuum:* ſeu licèt Deus ei condonaverit adulterium perpetratum cum Bethſabæa, adhuc tamen pluribus fuit incommodis afflictus, ac pœnas ſubivit temporales: condonavit quidem illi Deus peccatum, & æternam pœnam ejus pediſſequam, ſed tamen pœnâ temporariâ adhuc illum mulctavit: quòd ſi licitum eſt Regibus, & Principibus terræ pœnam capitis Reis condonare, & eos adhuc ob patrata crimina in perpetuum detrudere carcerem, vel ad triremes condemnare, aut exilium, vel mulctam pecuniariam; cur id nequit à Deo fieri? præſertim cùm oſtendat ſuam miſericordiam in condonandis peccatis; & manifeſtet ſuam juſtitiam in pœnis infligendis ad tempus, pro injurijs ipſi illatis: neque implicatorium eſt, culpam remitti, & pœnam remanere, quâ dimiſſum puniatur peccatum: ſiquidem ex qualibet actuali noxa duplex in delinquente reatus oritur, culpæ unus, alter pœnæ, ut & in Deo duplex jus unum ad condignè odio habendum ipſum peccatorem; aliud ad condignè eundem puniendum juxta gravitatem delicti; hæc autem duo jura cum realiter diſtinguantur, poteſt Deus uni eorum cedere, non alteri: & quamvis in juſtificatione peccatoris per gratiam, Deus cedat juri, quod habet ad eundem mulctandum morte æterna; id non obſtat, quò minùs poſſit ſibi reſervare jus ad pœnam aliquam temporalem infligendam pro patrato delicto jam remiſſo: id enim Reges & Principes præſtant plerumque cum ſuis ſubditis delinquentibus. Et licèt remiſſio peccatorum ſit gratuita, non tamen Deus ſemper gratis condonat omnem pœnam temporalem, ut liquet ex prærecenſitis exemplis judaici populi ob peccatum idololatriæ, & Davidis Regis ob adulterium. Eſt igitur triplicis generis ſententia, quæ in hoc tribunali à divino Judice profertur. Prima in eos, qui divinâ gratiâ deſtituti hinc decedunt, & in quos ſententia intorquetur æternæ damnationis. Secunda in eos, qui divinâ gratiâ ornati, & à quovis reatu, & noxa etiam levi liberi mortalitatem exuunt; & hi cœleſti ſtatim donantur beatitate. Tertia in eos, quibus licèt lethales noxæ fuerint condonatæ; adhuc tamen reatus pœnæ temporalis luendæ illis ineſt; vel levioribus adhuc coinquinantur noxis expiatorio igne purgandis, & delendis cum dicat D. Joannes: *Non intrabit in eam* (ſcilicet in cœleſtem patriam) *aliquod coinquinatum, aut abominationem faciens.* *Apocal. 21. v. 27.*

§. VIII.

Pravis omnibus Affectibus coërcendis nullum frœnum accommodatius refricata ſæpius extremi judicij memoria.

SI extremi judicij recordatio noſtram frequenter memoriam refricaret, non ſineremus mores corrumpi in cœno vitiorum, ſed pravis noſtris affectibus frœnum injiceremus, prava deſideria coërceremus, & æſtus fœdæ concupiſcentiæ priùs extingueremus, quàm aliqua nos turpitudine inficerent, & ſingulas noſtras cogitationes, & actiones ad normam componeremus virtutis; cùm id præſtiterit Philoſophus Ethnicus, qui ſola hujus judicij recordatione nil auſus fuit agere, quod illi objiceretur, ut turpe, is fuit Seneca, qui ait loquens de hoc iudicio: *Non timidè itaque componor ad illum diem, quo remotis ſtrophis, & fucis, de me judicaturus ſum, an tantùm loquar fortia, an ſententiam. Mors de te pronuntiatura eſt. Ita dico diſputationes, & literata colloquia, & ex præceptis Sapientium collecta verba, & eruditus ſermo non oſtendunt verum robur animi, eſt enim oratio etiam timidiſſimis audax. Quid egeris tunc apparebit, cùm animam ages.* Tunc non meminiſſe huius iudicii, & pravos affectus non coërcuiſſe diſplicebit. Incuria & oblivio voluntaria mortis, & huius iudicii, cauſæ eſt nobis, cur vanas imò & noxias foveamus curas, & ſollicitudines; voluptatum illecebris indulgeamus, ac mundi deliciis diffluamus, nec curemus ſtudia virtutum, nec culturam caſtitatis, nec mores corrigere, 65.

Epiſt. 76. prope med.

ac

ac ſi nunquam ſimus ex hac vita diſceſſuri. Sed ut vivimus, ita & morimur.

66. Refert Plinius, olorem morti proximum hilareſcere, & internæ hilaritatis ſigna proditurum externa, alarum flabello applaudere, ac dulci modulamine ſibi epinicion occinere: è converſo Hyænam morituram ingemiſcere, ullulare, ſucclamare. Utriusque diſcriminis cauſam in ſanguinem rejicit Ariſtoteles: cùm ſit Oloris ſanguis deſœcatus, & inſtante morte ad cor concurrat, ait, non eſſe mirum ſi aliquid inde hilaritatis percipiat olor moriturus. Hyænæ verò ſanguinem utpote fœculentum, amarum, infectum, inſtante morte præcordia penetrantem triſtitiam ingenerare. Profectò quali & nos ſanguine vivimus, tali, & morimur, ſi deſœcatus ſit ab omni ſceleris noxa, & vitio vitæ corruptæ gaudium tunc accerſit: ſin verò fœculentus fuerit, corruptus vitijs, pravis æſtuans concupiſcentijs, triſtitiam ingenerat, & ut ait Salomon: *In malitia ſua expelletur impius, ſperat autem juſtus in morte ſua.*

67. Diſplicebit tunc Sacramentorum neglectus, vel quia nonniſi oſcitanter, vel rarò ijsdem fuerimus uſi. Tragædiam non ſiccis genis legendam refert Venerabilis Beda. Inter Aulicos Cœnredi Regis virum fuiſſe industrium, ac cæteris ad Regis obſequia paratiorem, ſed Regi ſuo chariorem, quàm Deo, quem coacervatis ſceleribus non deſinebat offendere: & quamvis moneretur, ut tandem deſiſteret, metámque aliquam flagitijs imponeret, eò quia mors ſimili Echo ſoleat vitæ anteactæ reſpondere, & qualis vita, mors ita; & vitam propterea improbam ſimilem habituram exitum, ni ceſſaret flagitia flagitijs coacervare, ni reſipiſceret, & lachrymis, quas ex patratis ſceleribus maculis contraxerat abſtergeret: mortem eſſe plerumque repentinam, & præmaturam, & ad illam ſequi judicium, & tribunal, in quo rationes reddendæ ſunt, etiam de quovis otioſo verbulo, & impura cogitatione, ſi deſides fuimus in illis excutienda, & multò magis de noxis gravioribus, de ſceleribus, quibus graviſſima infertur huic Judici injuria, ex cujus ſententia dependet tota æternitas, vel in ſupplicijs miſera, vel in cœleſti gaudio beata. Sed Aulicus, quia vitijs incalluerat, hæc veluti ſomnia cum riſu excipiebat. Verùm ne viris nequioribus accenſeretur amico ſuggerenti neminem cum Deo impunè fuiſſe unquam jocatum; pœnitentiam quidem ſpopondit, ſed ſeram; acceſſit morbus, qui humores corrupit in corpore, febriles æſtus accendit in ſanguine, dolores accerſivit in capite, palpitationes excitavit in corde, fueritque propterea adactus ad decumbendum in lecto. Inviſit Rex ipſe ægrotantem, cui & ſuaſit vitæ mutationem, cordis reſipiſcentiam, & morum omnium emendationem, quà divinæ poſſet gratiæ reſtitui. Sed quò blandiùs ſategerat Rex eum hortari ad pœnitentiam, ac veram reſipiſcentiam cum firmo propoſito emendandi vitam, corrigendi mores, & piè vivendi: repoſuit id à ſe acturum, ſed ubi à morbo revaluiſſet, ne ſint in aula dicturi, me mortis metu reſipuiſſe, quod mihi vitio potiùs, & imbecillitati daretur; inſtetit Rex, ut moras omnes rumperet, & non differret in craſtinum reſipiſcentiam, præſertim cum morbus ingraveſceret, febris lethaliùs exardeſceret, & non negligeret propterea occaſionem hanc, & tempus reſipiſcendi: ſed nolens credere quòd lethali morbo jam correptus eſſet, captus cacodœmonis technis, quibus ſolet in exitium morientium ſuadere pœnitentiam in tempus opportunius, tacuit, ſed interim morbi violentia vires acquirit, & mortem ad ſe trahit jam proximam. Redit Rex ægroti valetudinem exploraturus: ſed æger ad Regis ingreſſum in cubiculum ſtatim dixit, ſe fruſtra adiri; nec quidquam ampliùs ſalutis ſperandum eſſe aiebat; ſed Rex credens id eſſe delirium, & ex morbi violentia non eſſe ſui compotem, cúmque adſtantibus dixiſſet, innoxiam eſſe eam decumbentis inſaniam: reſpondit æger, ſe non inſanire, ſed diriſſimè perditiſſima conſcientia excruciari, & ab ea voces illas extorqueri: poſtea brevem hanc inchoavit narratiunculam audientibus, qui aderant: paulò ante aiebat, duo venuſti oris Ephebi me decumbentem inviſere voluerunt, eorum alter libellum parvulum exhibuit legendum, in quo deprehendi quidquid probi à me hactenus actum fuit, ſed perquam exiguum, ut vix ſex, vel ſeptem impleret lineas. Mox agmen cacodœmonum huc irrupit, ex quibus unus volumen craſſum, ſpiſſum, & formidabile legendum mihi objecit, ſed heu me miſerum! ut vidi, ut legi ſcelera mea omnia ſimul perij, quia non ſolùm in illo omnia peccata, quæ exteriùs perpetravi, verùm & ipſas cogitationes pravas, quas mente fovi diſtinctè exaratas inveni, & exhorrui. Tum priores duo Ephæbi cacodœmones allocuti dixerunt; jam veſter eſt, quò vultis, ducite, & illicò evanuerunt; tunc miſer ille dixit: perditus ſum, nulla ampliùs ſpes mihi affulget; non ſolùm circa me, verùm etiam intra me tortores ſentio; heu! heu! actum eſt de me, perij, patent inferi, jam jam eò abripiar, & hiſce dictis animam ſceleribus gravatam, vitijs coinquinatam, pravis moribus corruptam evomuit in gehennalem cloacam: nimirum, quia tempus neglexit reſipiſcendi, quia brevem horruit pœnitentiam in æterna incidit ſupplicia, ut nos, ait Beda, ab ijsdem abriperet, ſi seriò cogitemus, hoc Dei tribunal, in quo reddituri ſumus rationes, non ſolùm de quavis gravi noxa; verùm etiam de omni verbo otioſo, de neglectu in excutiendis ſtatim pravis cogitationibus; hinc monet Syracides: *Non tardes con,*

Lib. 5. Hiſt. Anglis, c. 14.

Eccleſ. c. 2

Ubi concutietur cedrus paradiſi? quid faciet agnus, ubi aries tremit? ſi juſtus vix ſalvabitur, impius ubi apparebit.

18. Tanta erit divinæ juſtitiæ ſeveritas, ut juſtus, & timore concutiatur, & expectatione areſcat, vixque ſtare poſſit coram Judice juſtâ percito irâ, & furore vultûs minas ſpargente, & neces: ſi juſtus vix ſtabit, quomodo non corruet impius? ſi juſtus timebit quomodo toto corpore improbus non contremiſcet? pulchrè Tertullianus elogia divinæ bonitatis, & juſtitiæ texens ait: *Bonitas Dei operata eſt mundum; juſtitia modulata eſt.* Deus enim ſpiritus lucidiſſimus, æternus, ubique præſens, unus in natura, & trinus in perſonis, quo nil perfectius, nil pulchrius, aut jucundius eſſe poteſt, aut excogitari; & ante mundi conſtitutionem ſolus ſibi ſufficientiſſimus ex propria duntaxat bonitate cogitavit de mundo condendo; de civitate electorum conſtruenda, & de reparando per aſſumptam humanitatem à Verbo divino humano genere per peccatū collapſo, & in meliorem revocando ſtatum; rei nullius extra ſe indigus, nec beatior futurus ex creaturarum acceſſione, quia ſummè bonus eſt, diffundere ad extra ſuam voluit bonitatem à creaturis participandam, & alijs à ſe communicandam; ac propterea, ut ait Tertullianus; Bonitas Dei operata eſt mundum, ſeu univerſitatis molem, ut per operum divinorum contemplationem mentes ſuas homines ad ipſius Creatoris cognitionem, venerationem, & amorem concipiendum erigerent, & ſicut bonitas Dei operata eſt mundum, ita & *Juſtitia modulata eſt.*

Lib. 2. adv. Marcion.

19. Sed ſi cœleſtis Nemeſis diſtricto gladio impios punit, ſi juſtitia fulmina intorquet contra reprobos, ſi ſanguinem fundit, & ſtrages ſpargit cruentas, quomodo dicitur modulari? cùm id propriè Muſicæ ſignificet harmoniam, quâ voces diverſæ mutuò ſibi ad concentum correſpondent, ad aures demulcendas, animóſque recreandos: non enim modulatio pœnas ingerit, cùm potiùs ſolatium advehat leniendis laboribus opportunum, & id cauſæ, cur ubique gentium opifices in officinis, in navibus remiges, in campo aratores, in ferendis, trahendisque oneribus operarij cantu aliquo modulato communes ſatagant labores minuere, ac tœdium excutere: eſt enim vox modulata, quæ in ore nata enititur in aëre, recipitur in aure, & animum penetrat, quem ſolatio afficit, quo pacto dicitur eſſe oblivio laborum, lenimentum triſtitiæ, & mœroris oblectamentum: quomodo juſtitia dicitur modulata, ſi non punit, ſed ſolatur? ſi vulnera non infligit, ſed ſanitatem reſtituit; ſi mœrores non advehit, ſed triſtitias excutit, & mores componit, affectus ſedat; & animos ætate perfervidos à quavis turpitudinis eruditione revocatos ad modeſtiam reducit: ſi non terret, ſed delectat; animum non turbat, ſed conciliat; improbos non reprimit, ſed erigit; homines non affligit, ſed mitigat; & reos non ferit, ſed eorum vulneribus medetur? quomodo igitur Tertullianus ait: *Juſtitia modulata eſt?* Ut nimirum furorem, irámque cæleſtis Judicis ſedente in valle Joſaphatæa pro tribunali explicaret. Duo reperiuntur genera muſicæ, & modulationis, unum, quod conſopitos affectus iræ, & furoris in pectoribus noſtris exſuſcitat, provocat, accendit, inflammat; teſtem acceſſitam volo Hiſtoriam, quam de Erico II. Daniæ rege narrat Grammaticus Saxo; *Lib. 12. Rerum Danicarum:* inquiens: Apud Ericum cognomine Bonum Daniæ regem Citharedus quidam fuit haud ignobilis, qui artis ſuæ modulis imperiū mirè in hominum animos exerceret; affectúſque pro libitu excitaret. Rex curioſitate perculſus, continuò hominem juſſit artis ſuæ ſpecimen promere; & torpentes animos ad furorem Martium, ſi poſſet, exitare. Annuit Chitharedus, ſed ne qua nocendi anſa daretur; arma quæque ex aula efferri præcepit, cuſtodeſque in atrio collocari, ut furentes, ſi fortè in inſaniam agerentur, compeſcerent. Tum ille quâ pollebat canendi peritia: primùm inuſitatæ ſeveritatis concentum edidit; quo ſtupore quodam, ac mœrore omnium quotquot aderant mentes cernebantur correptæ; poſtea adeo ſuaves, ac mellitos cantus effudit; ut ſinguli corporis jactatione intemperantem proderent lætitiam. Ubi verò modulis acrioribus cæpit canere ac inſtrumenta pulſare, cæperunt qui aderant fremere, tumultuari, arma, & gladios inclamare; ad tumultum clamaroſum accurrunt cuſtodes, regem cum alijs furentem coërcituri: ſed Rex effractis atrij foribus arrepto gladio quatuor ex aula inflictis vulneribus interemit. Vix tandem pulvinarium, & lectulorum mole oppreſſus contineri potuit: & menti ex integro reſtitutus cauſâ expiandorum homicidiorum Hieroſolimam profectus eſt. Alterum quod eoſdem excitatos, ac effervescentes affectus lenit, mitigat, refrigerat. Quàm pulchrè igitur Tertullianus explicaturus furorem, irámque divini Judicis in extremo illo judicio ait: *Juſtitia modulata eſt:* quatenus iram, ac furorem exſuſcitat, accendit, inflammat in Judice: & quia Judex irâ percitus, & furore inflammatus ſolet plerumque modos puniendi excedere, ne id perperam ſuſpicaretur de Deo Judice, nec putarent homines irati Judicis juſtitiam delictorum merita ſuperare, ſed juſtè meritas damnatorum pœnas pro qualitate criminum modulari: ſcitè aît Tertullianus; *Juſtitia modulata eſt.* Heu quantus tunc erit Dei Judicis furor, cui

DISSERTATIO XXI.

Tametſi natura ob primordiale delictum corrupta, & vitiata prona ſit ad ſcelera, & flagitijs aſſueta: huic tamen delinquendi pronitati frænandæ aptiſſima eſt poſtremi ac univerſalis judicij ſeria perpenſio.

§. I.

In poſtremo univerſali Judicio atratum cœlum contabeſcentes redarguet perduelles; & ſydera cœlo infixa, ſeu ſigilla gratiæ in ſupplicij, & mortis vertentur characteres. Non ſapit, qui non timet, qui mores non corrigit, vitam non emendat, & pravos omnes affectus non compeſcit, ne & ipſe redarguatur damnatus.

1. PRæter judicium particulare, datur & aliud univerſale, quod non minorē incutit hominibus timorem, quódque propterea coërcendæ delinquendi licentiæ, conſuetudini peccandi effrœni, ac previs omnibus coërcendis effectibus frœnum exhibet. Tametſi anima ex conſortio carnis ob primordiele delictum vitiate prona ſit ad ſcelera, & aſſuete flagitijs, huic tamen delinquendi pronitati frœnandæ eptiſſime eſt poſtremi, ec univerſalis judicij ſeria cogitatio; ait D. Hieronymus: *in Matth.* *Quoties diem judicij conſidero, toto corpore contremiſco, ſive comedo, ſive bibo, ſive aliquid aliud facio:* & deſcribens lugubre hujus judicii Theatrum eit: *Judicaturo Domino lugubrem mundum, hic immugiet, & tribus ad tribum pectora ferient.* *Epiſt. ad Heliodorum.* *Potentiſſimi quidam Reges toto corpore palpitabunt: adducetur cum ſuis ſtultus Plato Deſcipulis, tunc Ariſtotelis argumenta non proderunt, quando veniet ille filius paupercula quæſtuariæ judicaturus fines terræ.* Non enim tunc judicandi peccatoris enimum potis erit ſerenare ſuperbe procerum opulentia, nec indemnis Principum licentia, neque argute ſepientum Philoſophia, ſed quisque judicandus ente Judicem pavebit, palpitabit, totisque artubus contremiſcet.

2. Si ſeperet homo de rebus ſuis dum adhuc vivit ſanctiùs diſponeret, mores ſune meliùs componeret, & actiones ſuas ſingulas, nonnihil ad Deum finem ultimum dirigeret, cùm neſciat qua hora evocandus ſit, & hoc unum tantùm certum ſciat, clangulùm furie inſtar per inopinatæ mortis oſtium repiendum ſe eſſe ad ſeverum Dei tribunal; eit Auguſtinus de adventu ſponſi: *Clamor media nocte fuit, quia ſic dies judicij ſubrepit, ut prævideri non valeat, quando veniet.* Dicitur mors eſſe ſubreptio; ne nos in gehennem repiet, nolimus procraſtinare converſionem ad Deum. In hoc univerſali judicio gens omnis humana conveniec, & locus vallis erit Joſaphati, & ejus epparatus lugubris & non ſolùm ad illud citabuntur improbi gehennali detruſi ergeſtulo, ſed etiam beeti: hi ad dextram; alii ad lævam Judicis ſiſtentur in claſſes diſtributi diverſiſſimas: & tunc omnium omnino hominum conſcientiæ pandentur, & libri apertiſſimi dabuntur omnibus legendi; per quod etiam differt hoc judicium à perticulari, in quo unius ſolùm hominis conſcientia patet detecta; tunc, *Erunt ſigna in ſole, & Luna & ſtellis*; etratum cœlum laſcivientem redarguet: & ante tribunal Judicis contabeſcent perduelles, qui in ſympoſiie epulabantur; tunc terrore concutientur gentes omnes, quibus has ſtellas Deus aptavit in ſcutum, quo ſagittam pertunderent volantem per diem, ne flagitiis ſeuciarentur. Non peccaret homo ſi recordaretur adfuturum in ſede Chriſtum: ſed nunc hes ſtellas tertareus Draco è cœlo refixit, non cauda, ſed ore Apocal. 12. v. 4. *Cauda ejus trahebat tertiam partem ſtellarum cæli, & miſit eas in terram, & Draco ſtetit ante mulierem.* Nimirum revellunt impii veluti Draconis cauda è cœlo furoris

teſſeras,

teſſeras, quò licentiùs prolabantur; obliviſcuntur judicii, quo excuſſo fræno, velociùs proruant in flagitia, eludunt divini judicii apparatum, excutiunt memoriam, ut ingerant flagitia. Quis enim voluptatum indulgeret illecebris, ſi videret in ſcenam ſqualoris immutari Theatrum miſericordiæ: totis artubus contremiſceret, ſi ſeriò cogitaret ſydera cœlo infixa, ſeu ſigilla gratiæ ad metum noſtrum proſtare pallentia; & in ſupplicii, mortíſque verti characteres aſtra, quæ cœlo illuceſcentia noſtram in terris fovebant vitam; non poſſet non concuti terrore, ſi cogitaret ipſas pietatis phialas in amaritudinis urceos præ magnitudine in cœlo iræ eſſe couvertendas: tametſi hæc aſſerantur adhuc tamen frœnum non injiciunt, quo pravi coërceantur affectus, & plerumque inde videmus peccandi ſcaturire licentiam; unde coërcendis criminibus aggeres petebantur.

3. Diu torſit Interpretum ingenia, quid per illa verba ſignificetur, quæ Magiſter Chriſtus voluit in ſolemni oratione dietim repeti: *Adveniat Regnum tuum.* Quid ſit (Math. 6. v. 10.) hoc Regnum, quod expetimus Deo advenire; nunquid Deus Rex non eſt? & Regia dignitate potens, & potenti Majeſtate inclitus? quam igitur Regiam maieſtatem, aut anguſtam regnandi peteſtatem Deo cupimus cum in oratione Dominica dietim repetimus? (Lib. de orat. 5.) *Ad veniat Regnum tuum.* Tertullianus non incongruè contendit per hæc verba nos ſeriò poſtulare feſtinationem diei iudicii: ait ipſe *Cùm Regnum Dei, quod adveniat oramus, ad conſummationem ſæculi tendat, optamus maturiùs regnare:* Regia igitur Maieſtas, & auguſtior dignitas in hoc extremo iudicio elucebit in Chriſto, quam quotidianis ipſi votis peroptamus, tanta tunc fulgebit dignitate, ut ad regiæ Maieſtatis glorioſam oſtentationem iudicii ſeverioris diem, in (Math. c. 25. v. 31.) dies poſtulemus. Et revera cum Chtiſtus inducitur orbem indicaturus, Rex appellatur, & dicitur ſeſſurus in ſede Maieſtatis Regio ſub ſolio; & cum ipſe ſciſcitaretur à Principibus Sacerdotum, an verè Chriſtus eſſet, & Dei naturalis filius? ſublimitatem, quam in finali iudicio erit habiturus allegat in confirmationem divinæ Maieſtatis inquiens: *Verumtamen dico vobis amodo videbitis filium hominis ſedentem à dextris virtutis Dei, & venientem in nubibus cæli.*

4. Sed cur Chriſtus teſtem ſuæ divinitatis, ac Regiæ maieſtatis extremi, & horribilis iudicii diem accerſit? cur non potiùs gloriam allegavit reſurrectionis; vel triumphum adduxit glorioſæ in cœlum aſcenſionis; aut ſaltem Taborei montis fulgores; vel conſeſſum nobiliorem ad dextram Dei patris? eſt enim generoſior miſericordiæ exhibitio, quàm iuſtitiæ oſtentatio; & tamen teſtem ſuæ divinitatis ſolùm accerſivit poſtremi iudicii diem, quia tunc adeò glorioſus ſedebit in auguſto Maieſtatis Throno gentes omnes iudicaturus ut omiſſis reliquis gloriæ inſignibus; hæc ſola Majeſtas judiciariæ diei cæteris præferatur Regiæ dignitatis charactsribus, ſcitè Septimius ait: *Duobus* (Apol. c. 20.) *adventibus Chriſti ſignificatis: primo, qui jam expunctus in humilitate conditionis humanæ; ſecundo qui concludendo ſæculo imminet in ſublimitate divinitatis exertæ.* Nimirum, adeò grandis, & præcelſus in rigore juſtitiæ apparebit tunc Chriſtus, ut totam ſuæ divinitatis ſit Majeſtatem oſtenſurus; licèt ſpecimen dederit ſuæ Majeſtatis adoratus à Magis, ſplendidus in Thabore, redivivus è ſepulchro, ac triumphali apparatu in cœlum aſcendens, & ſedens ad dexteram patris; adhuc tamen incrementa ſuæ Majeſtatis erit uberiora exhibiturus in die judicii, glorias duntaxat rigoris, & juſtitiæ oſtenſurus. Quis non timeat Regem gentium, cujus tribunal tantum incutit timoris? *Sedebit ſuper ſedem Majeſtatis ſuæ.* (Matth. 25. v. 31.)

5. Adſciſcitur Angelis Loth criminis expers, & ſupplicij ſecurus, cùm enim Sodomorum cives flammis mulctarentur; fuerunt Angeli Lothum hortati, ut ex urbe ſe ſe cum ſuorum chariſſimis quavis diſruptâ morâ proriperet, cumque obſequeretur ſuaſioni, & ad diſceſſum cuncta diſponeret, illum duo generi exſibilant, quem & ad colligenda vaſa tardiorem efficiunt; ſed inſtant Angeli, urgéntque Lothum, quem cum conjuge, & geminis filiabus extra mœnia educunt, vetántque ſeriò, ne ullus ex comitatu ſubſiſtat, vel retroſpiciat. Lothus verò tum feſtinationis præcepto, tum impendentis ruinæ metu conſternatus *Segorem* ſibi urbeculam depoſcit ad latebras, & ſecuritatem, cæteroquin eodem exitio involvendam: *Eſt civitas hæc juxta, ad quam poſſum fugere, parva, & ſalvabor in ea.* (Geneſ. 19. v. 20.) Impalluit Lothus licèt criminis expers, hæſítque pavidus, quamvis ſupplicij ſecurus, rogavítque Angelos pro aſylo, licèt liliis coronatus: adeo enim ad ſolam ſupplicii comminationem trepidavit, & totis artubus contremuit, ut ipſum quoque reformidaret aſylum: *In monte ſalvum te fac: ne & tu ſimul pereas.* (Genes. 19. v. 17.)

7. Quòd ſi cultor eximius caſtitatis, Angelis circumſeptus, criminis expers trepidat ex ſola ſupplicii comminatione? quid acturi erunt, qui libidinibus immerſi, non liliis præcinguntur, ſed urticis inhorreſcunt? qui non excultæ virtutis olent flore, ſed vitiorum fœditatibus inquinati mephitim exhalant terriſſimam? qui non Sodomis digreſſi Angelis ſociantur, ſed Sodomorum infixi cœno debacchantibus Megæris adſtipulantur? qui non portum quærunt in monte, ſed naufragium præſtolantur in abyſſo? quomodo non exhorrebunt, non in unius duntaxat urbis everſione, ſed in totius naturæ concuſſione? ait Iſaias *Ululate quia propè eſt dies Domini: quaſi vaſtitas à Domino veniet. Propter hoc omnes manus diſſolventur, & omne cor hominis contabeſcet, & contere-* (Cap. 13. v. 6.)

tur, torſiones, & dolores tenebunt, quaſi parturiens dolebunt; unuſquiſque ad proximum ſuum ſtupebit, facies combuſtæ vultus eorum. Ecce quantus terror incuſſus: & tamen Iſaias Medorum duntaxat in Babylonem prænuntiat irruptionem, qui ut multum ſævierint, humani à ſe nihil alienum putabant: & tamen Babylonii eò percelluntur timore, ut eorum facies non exalbeſcant ſolo pavore, ſed nigricent ad ferales advenientis necis umbras: *facies combuſtæ vultus eorum:* exarſerant veluti gehennali igne præcordia præ dolore, quo torquebantur; & fumus tetricitatis ſuperiora occupans capitis mentem turbavit, & eorum facies denigravit, nec toto potuerunt Euphrate conceptos ignes extinguere, nec contractam nigredinem eluere, adeo vel ſolo Medorum aſpectu aruerunt ſtupidi, ut intus igneſcerent in præcordijs.

7. Scimus ſub Samuele Agag non ſolùm impalluiſſe, ſed & toto corpore contremuiſſe, lachrymiſque maduiſſe, eò quia Samuelem minantem aſpexerit, & ad ſe venientem; 1.Reg.15. v.32. *Oblatus eſt ei Agag pinguiſſimus tremens, & dixit Agag: ſiccine ſeparas amara mors.* Nimirum gladius ſacerdotis inter Rationalis ſplendentes gemmulas, & fimbriæ ſonantia tintinnabula evibratus, ita Principem licèt Regno exutum, & catenis einctum timore perculſit, ut quem pudere vitæ debuiſſet, ſiccam tamen exhorruerit, quâ ignominia amputabatur, & teterrimæ ſervitutis vincula ſcindebantur. Qualis pavor erit impios inceſſurus die illa extremi judicii, cùm gladius exeretur, non gemmis ad illecebram temperatus, ſed cometis ad ſtragem, cladémque feralem ingerendam ſtipatus? non gemmarum ſplendore coruſcus, ſed labentium ſtellarum ſubobſcuro perfuſus nitore?

8. Ullulavit, irrugiit, vulnerati in morem leonis Eſau, ubi à jure primogenituræ ſe excidiſſe audivit, & quidem dolo fratris, & arte matris; tunc tota mente turbatus, toto corde exacerbatus, & totis viſceribus exagitatus infremuit, efferbuit, exarſit licèt aſſideret lectulo Iſaaci parentis, à quo & rore cœli aſpergebatur, & verborum mellificio leniebatur, & blanditiarum lenocinio mulcebatur. Geneſ. 27. v.34. *Irrugiit clamore magno & conſternatus ait: Benedic etiam mihi pater mi.* Licèt jure primogeniti careret Eſau, non tamen parentis deſtituebatur amore; nec benedictione fraudabatur, cum non ſulphuri deſtinaretur, ſed cœli rore perfunderetur; non in gehennali carcere torquendus detruderetur, ſed domi deſtinaretur cumulandus ſuis commodis, & deliciis etiam perfundendus, non ſuppliciis cruciandus? Quid fiet die illa cum impio inviſo Judici, exoſo fratribus, non ſolùm à jure delapſo Dei filiationis, verùm & totius cœleſtis hæreditatis, & in gehennali carcere detrudendus; ubi non cœli rore inſpergetur, ſed tartareo ſulphure diſcruciabitur?

9. Scio flente tantùm in templo Eſdra collectum ad eum Iſraelem univerſum ingemuiſſe, nec valuiſſe à fletu ſe temperare; quia nec ſiccis oculis, nec ſine ejulatu ſpectare valuerunt Iſraelitæ, pocillatorem Principis lugentem, & lachrymis madentem. Ecquis præ dolore viſcera non diſcerpet, præ gemitu oculos non corrumpet, præ triſtitia præcordia non diſrumpet? cùm non virum unum flentem, ſed totum humanum genus intuebitur, & concuſſum, & everſum? Quàm utilius, ac ſalubrius eſt, lugere nunc ad ſalutem, quàm ejulare tunc ad ſupplicium! Cur non trepidamus nunc, & totis viſceribus concutimur, ſimùlque & pravos omnes affectus excutimus, ne ad lævam Judicis trahamur die illa?

10. Eſt extremum judicium frœnum concupiſcentiis omnibus, praviſque deſideriis coërcendis aptiſſimum: ſatius eſt cùm tremore judicium illud mente recolere, & mores corrigere, quàm tunc coram toto humano genere erubeſcere. *Poſtquam autem ſenes locuti ſunt, erubuerunt ſervi vehementer: quia nunquam dictus fuerat ſermo hujuſcemodi de Suſanna.* Daniel. cap. 13. v.27. Nimirum terreſit, & conſternitur ſervilis indoles ad alieni criminis ſuſurrum, & ignari ruboris diſcunt famuli infamiâ tantùm rubere herilis luxuriæ: & quomodo clariſſimi generis indoles non corruet timore confracta ad ſuorum ſcelerum evulgationem? quam ut declinaret David in ſcelus proruit homicidii, maluítque innocentis ſanguinem fundere, quàm rubore ſuffuſam oſtendere faciem, patratum cum Berſabea adulterium prodere. Die quodam ex æſtuoſioribus poſt epulas, cùm ſomno indulſiſſet pomeridiano, perceptóque quantum ſatis eſſet ſoporis, in ſolarium domus Regiæ aſcenderat ambulandi pariter, & refrigerantis auræ captandæ causâ. Cumque vidiſſet Betſabeam ſe ad ſalientem fontem contra ſolis æſtus lavantem, incautiùs aliquantum tenudatam, quàm mulierem egregiè caſtam decuiſſet; cœpit vel ex fonte illo flammas haurire impudicitiæ, & mulierem deperire florentem ætate, & formâ venuſtam. Cùm primum oculos in eam conjecit, eam deperiit, & petiit in ipſo caſtitas, eam concupivit, & à ſummo bono ſe avertit, mulieri adhæſurus. Ait ſcriptura: *Accidit, ut ſurgeret David de ſtrato ſuo poſt meridiem.* 2.Reg. c.11. v.2. Ecce quàm proclivis à cibo, & ſomno ad Venerem eſt tranſitus, ſtomachi repletio libidinis eſt fomes, quam otium accerſit, cum juxta Diogenem mulierem deperire, & alienam curiculam concupiſcere negotium ſit otioſorum: ſiquidem quot ſcintillas ejaculatur fornax ardens, totidem prava deſideria, fœdáſque concupiſcentias ſuſcitat mens

otio

otio mareſcens. Et Davidi ſomnus diurnus fuit dœmon meridianus, de quo conqueritur, & liberari expoſcebat : *A ſagit-*
Psalm. 90. *ta volante in die, à negotio perambulante in tenebris : ab incurſu & dæmonio meridiano :* nimirum ſagitta Cupidinis volavit in die, & vulnus inflixit mortiferum cum mulierem deperiit, quam vidit ſe lavantem 2. Reg. cap. 11. *Viditque mulierem ſe lavantem ex adverſo.* Domus Uriæ ex adverſo Regium reſpiciebat palatium.

11. Muliebris venuſtas, ac nuditas inſi-
diofum eſt ſpeculum, quod etiam procul aſpicientes urit, ait Auguſtinus : *De longe*
b Psal. 50. *vidit illam, in qua captus eſt ; ſtetit mulier longè, ſed arſit libido prope.* Eſt enim laſcivus aſpectus flamma quædam, quæ in paleam delapſa momento incendium excitat, quo callitas cinereſcit. Accerſivit mulierem in Regiam David, quæ cùm fuiſſet interpellata de corporis uſuta, & nihil obluctata annuiſſet, adulterii ſcelere ſe fœdavit ; cujus infamia ut tegeretur, evocatur è caſtris Urias fœminæ maritus, quem cùm interrogâſſet de belli fortuna, domum remiſit ad conveniendam uxorem: ſed ratus Urias non decere generoſum militem belli tempore divertere ad uxoriam conſuetudinem, maluit ad fores Regii palatii ea nocte ſomnum capere : quod cum manè intellexiſſet David, ſéque ſuæ ſpei noviſſet fruſtratum, Uriam ad ſe accerſitum redarguit inhumanitatis, eúmque magis urſit, ut domum reverteretur ad uxoriam conſuetudinem, cum qua neceſſariam poſt belli labores quietem caperet, & quò promptiùs amore ſuccenderetur uxoris, ad cœnam detinuit longiùs conſueto protractam, quo Urias ampliores, ac plures exiccaret calices & multo jam vino madidus, ac temulentus jubetur ſe domum conferre, & quietem cum uxore ſumere : ſed Urias iterum ad fores Regias indormivit, regíſque machinamenta eluſit. Quod cùm Davidi innotuiſſet, & quòd eum Uria non poſſet quidquam ad votum efficere, ſcripſit Joabo Rabbatham tunc obſidenti litteras, quibus injunxit, ut Uriam in loco certaminis periculoſiore juberet ſtare præmonitis commilitonibus, ut pugnantem, & in extremo diſcrimine verſantem deſtituerent medios inter hoſtes ; cúmque Joabus perlecta Epiſtola mandatum Regium fuiſſet executus Urias fortiſſimè dimicans cum hoſtibus deſeritur, & confoſſus telo cecidit : nimirum tulit ſecum Urias literas Bellerophontis ſuo pernicioſas latori ; ſicque ſcelus hæſit ſceleri, & fœda libido Davidem egit præcipitem in homicidium innocentis, idque declinaturus lanienam ſuffuſi pudoris : timuit ſiquidem, ne intumeſcente Bethſabeæ utero remugiret in ſuum probrum, qui intus hinnulus alebatur, maluitque propterea alienum ſanguinem effundi, quàm rubore propriæ verecundiæ ſuffundi ; & qui ſpe Regni recuſavit manus in hoſtem protendere, mox ruborem ſuppreſſurus verecundiæ ob patratum adulterium fidiſſimum, eúmque innocentiſſimum jugulat militem, ratus alieno ſanguine proprium poſſe pudorem obtegere, & contractam adulterii maculam delere. David ne haberetur adulter fit Sicarius, & ipſam aſperſionem pudoris alluvione detergit cruoris. Quod ſi David patrati ſceleris non potuit pudorem ferre, quem alieno ſanguine adnixus eſt obtegere ; quanta erit confuſio, quanta verecundia, cum in extremo judicio non unum tantùm, vel alterum ſcelus toti humano generi innoteſcet, ſed flagitia omnia etiam ſola mente concepta toti mundo innoteſcent ?

§. II.

Reprobos, qui pravos ſuos non coërcuerunt affectus, invidia eò torquebit acriùs, quò in judicio univerſali erunt viſuri pauperes, quos habuerunt contemptui ſedere ad dextram Judicis, & cœleſti beatitate donari ; & in ſe iram totam effundi Judicis.

SCio Ananiam præ confuſione, & vere- 12.
cundia, repentinâ morte correptum cecidiſſe exanimem, eò quia D. Petrus alteram partem pretij divenditi agri
ei objecerit : *Anania cur tentavit Satha-* Actor. 5.
nas cor tuum, mentiri te ſpiritui ſancto, & fraudare de pretio agri ? audiens autem Ananias hæc verba cecidit, & expiravit. Nullus fuit hic auditus fragor elementorum, nulla viſa in ſole, luna, & ſtellis, lugubris tragædia, nulla contigit naturæ convulſio, nec judicantis Majeſtas Ananiam perterruit, qui non è ſepulchro prodierat, ſed domo exierat ; qui non dœmonibus ſtipabatur, ſed ſanctis Patribus fulciebatur ; qui non in vallem Joſaphati vocatus fuerat, ſed ad cœtum accerſitus Chriſti Diſcipulorum, ubi nullum in Ananiam convicium jaciebatur, nec ullum parabatur ſupplicium, ſed ſola fraudatæ pecuniæ coram fratribus turpitudo objiciebatur ; & tamen tanta fuit ejus verecundia, ut ſanguis è corde ſubter cutem faciei ſe ſe diſpergens viribus, & ſpiritu præcordia deſtituerit, & ipſe extinctus corruerit quaſi victima pœnitentiæ. Quid erunt acturi, & cogitaturi improbi, cùm in valle Joſaphati erunt viſuri æternum Judicem ſedentem ſuper ſedem Maieſtatis ſuæ, & ſcelera omnia enormiſſima obiicientem, ac redarguentem ? imò & fulmen intorquentem
terribilis ſententiæ : *Ite maledicti in i* Matth. 25.
gnem æternum. Eſurivi enim, & non v. 42.

dediſtis mihi manducare: Ecce quo fulgure
erunt impij perſtringendi, quo fulmine
vulnerandi? Quâ invidiâ diſcruciabuntur
reprobi cùm probos videbunt ad dextram
Judicis locatos; & quos noverant, cum
in mundo viverent pauperes, neglectos,
contemptibiles cœleſti donari beatitate, &
ipſos æternis deſtinari ſupplicijs? Qualis
invidia torquebis Principem, & eos, qui
divitiis affluxerunt, & delicijs diffluxêre,
videntes, quos ipſi habuêre contemptui, &
à ſe pluries excluſiſse, &eisdem opem de-
negâſſe, ad æternam vocari felicitatem in
cœleſti patria, & ipſos in gehennali carcere
detrudi æternùm excruciandos.

13. Non me latet, ſomniatam à Joſepho
fortunæ ſuæ opulentiam ita fratres afflixiſſe,
ut ex invidia, qua intus torquebantur ini-
tis conſiliis ſtatuerint ſomniatorem è vivis
delere; ne ſcilicet ad lautiorem eveheretur
ipſe fortunam, & adigerentur ipſi ſua ei-
dem obſequia exhibere, eùmque adorare
cæteris ſublimiorem: *Hæc ergo cauſa ſom-*
Geneſ. 37. v. 8. *niorum, atque ſermonum invidiæ, & odij*
fomitem miniſtravit. Quòd ſi ſola frater-
næ felicitatis ſuſpicio ita reliquos torſit fra-
tres, ut pietatis, ac humanitatis immemo-
res, ſanguiniſque obliti neceſſitudinis Joſe-
phum ſomniorum evulgatorem veſtibus ex-
uerint, in ciſternam demiſerint, & haſtæ
ſubjecerint, ac pertranſeuntibus vendiderint
Iſmaelitis, eò quia ferre non valuerint Jo-
ſephi præeminentiam, ac felicitatem ſupra
reliquos? quali invidiâ diſcerpentur viſcera
improborum, quali dolore diſcruciabun-
tur præcordia, cùm erunt audituri eorum
ſervos, colonos, & hoſtes evocari ad Re-
gnum, & coronas, & ipſi ad ſupplicia, &
compedes carceris gehennalis; illos eſſe glo-
riâ cooperiendos, & ipſos voracibus incen-
diis cingendos; illos benefica luce perfunden-
dos & ipſos tetro, ac ſulphureo igne crucian-
dos; illos laureolis ornandos, & ipſos flam-
mis excruciandos.

14. Scio unicam puellarum vocem Davidi
epinicion occinentiû ita Saulem perſtrinxiſ-
ſe, ut exinde generum ut hoſtem fuerit exe-
cratus: *Iratus eſt autem Saul nimis, & diſ-*
1 Reg. cap. 18. v. 6. *plicuit in oculis ejus ſermo iſte*; torqueba-
tur vel ipſo modulamine cytharæ Saul, licèt
rerum, regníque potiretur, eo quia puella-
rum chorus epinicion Davidi caneret, quem
& ſibi præferret, cui nonniſi mille, & Da-
vidi decem millia daret. Et quomodo in
valle Joſaphatæa, cum æternus Judex ſede-
bit ſuper ſedem Majeſtatis ſuæ improbi vin-
culis, aſpidibúsque præcincti pati poterunt,
coronari gloriâ; cohoneſtari monilibus,
venuſtari aureis, ac gemmeis torquibus eos,
quos nec alloquio dignabantur, nec aſpe
Sapient 5. v 2 ctu: *videntes turbabuntur timore horribili.*

15. Viderat Iſaias Deum ſedentem ſuper
Cap. 6. v. 1. ſolium excelſum & elevatum. *Vidi Domi-*
num ſedentem ſuper ſolium excelſum, & ele-
vatum. Quærunt Interpretes, cur Deus
gloriam ſuam oſtenſurus ſuper ſolium ex-
celſum, & elevatum ſedens apparuerit,
cùm potiùs ſtare debuiſſet, cùm habitus
ſtantis profectionem indicet: eſt enim ſeſſio
lenimentum laboris, ad quem ſequitur;
ideo igitur vidit Iſaias Dominum ſedentem
ſuper ſolium excelſum, & elevatum, eo quia
plurimum jam laboraverat: ſed in quónam
potuit laborare, cùm nulli ſit Deus labori,
ac defatigationi obnoxius? Petrus Damia- Serm. 52.
nus expendens Iſaiam ait: *Vidi Dominum ſe-*
dentem, Solet quietem labor præcedere, ſta-
tio ſeſſionem, ſed quando laborabit illa Maje-
ſtas, quæ nec afficitur paſſione, nec labore
diſtringitur? Audi quomodo plurimus ei
labor increbuit; cum illum peſſimum præſum-
ptorem de cœlis ad infernum detrudit; & ho-
minem peccato penè ſimili comprehenſum de
paradiſo voluptatis in ærumnoſum emiſit
exilium. Ecce tunc laborare Deus dicitur,
cùm ſeveriùs caſtigat, tunc quaſi actuoſiùs
operatur, cùm delinquentes punit: & quia
in poſtremo, & univerſali judicio impios
puniet, quos ad æterna damnabit ſupplicia,
ideo veluti defatigatum vidit Iſaias ſeden-
tem ſuper ſolium excelſum, & elevatum,
adeò erit ſeverum extremum hoc judicium,
ut æternus Judex, quaſi ex nimio labore,
& activitate in detrudendis impiis in ge-
hennam defatigetur, ſedeátque ad labores
leniendos, hinc D. Paulus ad Hebræos: 10. v. 31.
Horrendum eſt incidere in manus Dei viventis:
& cùm apud Iſaiam iratus Deus intentâſſet 42. v. 14.
rigores juſtitiæ ait: *Diſſipabo, & abſorbe-*
bo ſimul, plures Expoſitores legunt: *An-*
helabam, & inſpirabam, quaſi crebro ſin-
gultu anhelus expiraret, quod eorum eſt
proprium, qui fatigantur: quaſi dicat
Deus; tantam edidi impiorum ſtragem,
tantámque hoſtium cladem effeci, ut ex
defatigatione anhelus videar ſimul expira-
re, & inſpirare (loquitur Iſaias de Deo
humano more ad noſtrum captum, cùm
Deus nulli ſit labori, nec defatigationi ob-
noxius.) Deus igitur in puniendis impijs,
quaſi anhelus, & defatigatus ſedare dicitur,
ac veluti requieſcere ab improbo labore
acerbiſſimæ punitionis. Quapropter Deus
à ſeveriori juſtitia dicitur ſublimis ſedere in
ſolio Majeſtatis ſuæ, & tunc Seraphini glo-
rioſo plauſu occlamant illuſtre illud Triſa-
gium: *Sanctus, Sanctus, Sanctus.* Iſaiæ 6.
Duo Seraphin ſtabant ſuper illud & clamabant
alter ad alterum, & Dicebant Sanctus,
Sanctus, Sanctus Dominus Deus exer-
cituum: plena eſt omnis terra gloriâ ejus.
Nimirum tunc Dei glorâ oppletur terra,
cùm juſtitia miniſtratur, & impij puniun-
tur, pulchrè Tertullianus: *Uſque adeò ju-* Lib. 2. con-
ſtitia plenitudo eſt divinitatis ipſius exhibens tra Marcio-
Deum perfectum. Quis enim boni author, nem c. 11.
niſi qui & exactor?

Cùm igitur ſeverioris juſtitiæ rigores 16.
exercet Deus, tunc ſedere in ſolio excelſo,
& elevato videtur, tunc plaudentes Cheru-
bini

Digitized by Google

biti ſacrum illi occinunt triſagium, & oppletur terra gloriâ ejus, quia exercitium juſtitiæ oſtenſio eſt divinitatis, cujus eſt etiam plenitudo. Quòd ſi eſt Deus miſericors, eſt etiam juſtus, & ſi ſæpe parcit, theſaurizat iram ad diem: *Tacui ſemper ſilui, patiens fui, ſicut parturiens loquar, diſſipabo, & abſorbebo ſimul, deſertos faciam montes, & colles:* tacet plerumque Deus, patiens eſt, ſed tunc theſaurizat iram ad diem iræ, & de patientia læſa rigor erumpit acerbior. Quòd ſi pluries ſcelera punivit, & impios etiam è vivis delevit, id tamen leve fuit, adeò ut videretur patientiam tunc exercuiſſe, ac ſiluiſſe; ut cum urbes Pentapoleos flammis extinxit; cùm civium cadavera in vagum pulverem redegit; cùm Ægyptum pluribus afflixit plagis; cùm in Palæſtina cruentas ſtrages effudit, & pugnaces nubes ad terrarum tractus evertendos, ac vaſtandos fulmina intorsête: quòd ſi hæc ſupplicia fuerunt levia, & potiùs exercitium patientiæ: quid erit, quando in valle Joſaphatæa tonabit, ſicut parturiens? ſi recenſita ſupplicia exercitia ſunt patientiæ Dei, qualis erit furor? Tertullianus expendens verba Iſaiæ ait: *Tacui, ſemper ſilui, patiens fui. Exurge igitur ſeritas, & quaſi de patientia erumpe.* Cenſet Tertullianus, Dei patientiam incentivum eſſe juſtitiæ, & conceptaculum ardentioris iræ, & fomitem acerbioris ſupplicij. In extremo igitur judicio quaſi patiendo defeſſus Deus loquetur, ut parturiens, ignes vibrabit ferales, incendia emittet, quibus montes eliquabit, & colles ſternet impietatis, quibus impij obruentur.

Iſaiæ cap. 42. v. 14.

Lib. de vel. and. virg. cap. 3.

17 Adeo acerbus eſt divinæ juſtitiæ rigor, ut vel ipſa patientia, à ſilentio pertereat. Silet nunc æternus Judex, & vindex ſcelerum; quia deputavit tempus hoc ſuæ miſericordiæ, ac indulgentiæ, veluti munificentiſſimæ, ac prodigæ, ut attributum decet divinæ miſericordiæ: ſed veniet etiam dies divinæ deſtinata juſtitiæ, ac indignationi, in qua effuſus furor coërcitæ indignationis, & repreſſæ per patientiam iræ exundabit in homines impios, cum omnibus in confeſſo ſit, divinam juſtitiam minimè imparem eſſe miſericordiæ. Licèt ſingula Dei attributa paria ſint quoad eminentiam perfectionis; manifeſtatione tamen effectuũ imparia cenſentur; & divini Judicis indignatio in extremo judicio acriùs in impios furere ac iraſci videbitur; quapropter ſcripſit Apoſtolus ad Hebræos; *Horrendum eſt incidere in manus Dei viventis:* Vocat Apoſtolus Deum viventem, quando impios punit, & viros nequam caſtigat, quaſi non ſit tam vivax, & efficax, cum miſeretur, eò quia exercens miſericordiam lenis eſt, & placatus, elementiam ſpirans, & favos diſtillans mellis; cùm verò caſtigat, ac impios punit, tunc iraſcitur, flammas evibrat, fulmina intorquet, & mortis ſententiam profert, & totus Deus exardet in ſceleribus puniendis; proinde vivacior, & efficacior quoad effectus videtur Deus, quando juſto accenſus furore flagitia punit, injuriis impiorum laceſſitus; quàm cùm benefica manu munera elargitur miſericordiæ.

Cap. 10. v. 19.

18. Hanc autem divinæ ultionis vivacitatem exercebit Deus in horribili illa extremi judicij die, quia tunc ait David: *Deus ultionum liberè egit:* ingeminat Propheta ultionum rigorem, exaggeraturus ardorem vindictæ, ac ſupplicii acerbitatem; & quem Deum ultionum nominat, Dominum etiam dicit, quia tunc vel maximè ſupremum ſuum dominium in homines exercebit ſceleſtos, proinde opportunè ſubdit: *Liberè egit:* quia reliqui inferiores Judices nonniſi juxta legum præſcriptum ſupplicia Reis infligunt, nec poſſunt in pœnis inferendis menſuram legum excedere, quibus tenentur conformari. Æternus verò Judex, & vindex ſcelerum, cùm ſit abſolutus creaturarum dominus, *liberè egit*, quia pro ſuo arbitrio rigidè animadvertet in viros impios, qui patratis ſceleribus ad indignationem, & vindictam eum provocârunt. Non tamen libere egit, ut ſolent inter homines, qui tyrannico imperio populos potiùs vexant, quàm regant, & quibus propria eſt vox illa: *ſic volo, ſic jubeo, ſit pro ratione voluntas;* tyranno enim iraſcenti pro lege eſt irata ejus voluntas, cùm ad rei innocentiam non attendat; ſed juxta propriæ iræ arbitriũ pœnas exigat: Deus verò omnem prorſus excludens injuſtitiam, nonniſi juxta exigentiam delictorum pœnas infliget: unde David oſtenſurus divinæ vindictæ ſeveritatem utitur verbis illis: *liberè egit*, quatenus nec clementia, nec miſericordia armatum juſtitiæ brachium detinebunt, quin impios feriat; non quòd ſit Deus modũ in ſuppliciis exceſſurus, ſed quia legem à nullo alio accipit, à quo cohibeatur, cùm ſit ipſe optima regula, à qua veluti exemplaria leges cæteræ dimanant: quo pacto dixit David: *Deus ultionum liberè egit.* O ſeveritatem divini judicii! ò furorem divinæ vindictæ! in quo juſtitiæ exaſperatæ impetus nullo miſericordiæ repagulo coërcebitur, quis non timeat? quis totis artubus non contremiſcat? quis hoc judicium non ſemper paveat? & quovis in loco, omni tempore illud non recogitet, quò frœnum injiciat pravis affectibus; & corruptis moribus corrigendis ſalubre adhibeat alexipharmacum?

19. Metuendum eſt hoc judicium, & quidem omni tempore, eo quia Judicis ſententia nobis incertiſſima ſit, ait enim Syracides: *Omnia in futurum ſervantur incerta:* & D. Bernardus Abbas Claravallenſis licèt culturæ omnium virtutum ſummè addictus, & caſtitatis lilio uſque ad cælitum delicias efflorеſcens, adhuc tamen ſuorum cathalogũ texens erratorum ait: *Lib. de interiori domo:* accuſans

Eccleſ. cap. 9. v. 2.

ſe

ſe ipſum: *Idcirco tædet me vivere; vivere erubeſco, quia parum proficio, mori timeo, quia non ſum paratus.* Cap. 15. prope medium. Quòd ſi vir pientiſſimus ſummis exornatus virtutibus, pietate, & religione inſignis timet hoc judicium? an non metuent, qui non ſolùm in ſtudio virtutum non proficiunt, ſed in dies deteriores fiunt? Si viri Sancti toto corpore contremiſcunt, eò quia neſciunt, an amore digni ſint, vel odio; quomodo impij, & vitiorum cœno immerſi tripudiabunt, & gaudebunt? cùm & ipſe Jobus pertimeſcens poſt tot exantlatos labores, ſuperatos dœmonis aſſultus, toleratas ærumnas, infirmitates, tribulstiones dicat: *Verebar omnia opera mea, ſciens quòd non parceres delinquenti.* Quòd ſi hæc tam ſeria non cogitant impii; in ſe ipſos, in propriam nequitiam cauſam refundant, cùm ſint animo vagi, mobiles, vecordes, ſoluti, qui non patiuntur ſe uni rei præſertim ſacræ alligari, & ſinunt potiùs ſe trahi à voluptatum illiciis, ſæculi inſolentiâ, rerúmque fluxarum blandimentis. Præ cæteris deberent impij hoc judicium expaveſcere cùm redditurı ſint rationem de noxis ſingulis, ſive mente conceptis, ſive exteriòs ad opus deductis, & neſciant, quid futurum ſit.

20. Scimus, in Aula Mauritij Cæſaris fœminam fuiſſe æqua nobilitate, ac virtute illuſtrem, quæ omnibus ſtudiis in id viſa eſt incubuiſſe, ut aliquam hujus judiciariæ ſententiæ præſcire poſſet certitudinem, cùmque hac de re exaratas à ſe epiſtolas ad D. Gregorium Papam direxiſſet, reſcripſit Pontifex: Rem difficilem mihi petis, & tibi inutilem: Sententia, quam juſtus Judex laturus erit, eſt nobis prorſus ignota, nec priùs nobis innoteſcet, quàm ad divinum evocabimur judicium: id reſpondit D. Gregorius fœminæ pietatis ſtudiis addictæ, virtutem culturâ illuſtri, quæ in Aula Mauritij ſpeculum erat ſanctitatis, & reliquis norma religionis: quam igitur ſententiam is erit ſperaturus, qui non virtutes excolit, ſed vitia fovet? non operibus pietatis ſtudet, ſed illecebris voluptatum indulget? qui vitam ſuam tot improbis actionibus fœdat, qui Deum flocci facit, & animam ſuam negligit? Illi ſapiunt, qui ſolertem præparationem, ad hoc judicium præmittunt, quamdio vivimus veluti in nundinis ſpatiamur, emere, vendere, lucrari licet: at cùm tempus aderit judicij, clauduntur nundinæ, & finis ceſſat omnis lucri.

21. Nunc omni tempore, qualibet hora, quovis momento poſſumus plurimum promereri, ac lucrari, & noſtra augere promerita mediante Dei ope, quæ nobis præſto eſt, per exercitia pietatis, per ſtudia virtutum: cum verò evocabimur ad judicium effluxit tempus merendi, & de jis, quæ egimus reddituri erimus rationem: poſſumus quamdiu vitæ tempus nobis ſupereſt pro noxis ſatisfacere, & lachrymis contractas criminum maculas eluere, conſcientiam purgare, precibus ad pietatem Deum flectere, Cœlites in noſtras rogare ſuppetias; profuſis eleemoſynis pauperes præmittere, qui ad ſalutem iter nobis complanent, ac viam ſternant; ſed ſemel vitâ defunctis nil horum ampliùs nobis licebit: ſed quia ſeria cogitatione judicium hoc non volvimus, ideo hæc non prævidemus, vel ſi prævideamus cordi non habemus: ideóque fluxa hujus mundi bonis præferimus æternis; pluris facimus mundi divitias, quàm Dei gratiam; carnis voluptates, quàm animæ virtutes; ideóque fumos colligimus, lachrymas ſuo tempore elicituri; terram corradimus, quâ obruemur; lutum amplectimur, quò inquinamur; honoribus, ac dignitatibus avidiſſimè inhiamus in noſtram perniciem; quæ omnia non ſolùm non proderunt in judicio, ſed oberunt, & impios ad æterna pertrahent ſupplicia, tunc ait Ezechiel: *Cap. 7. v. 19.* de impiis qui pluris fecerunt divitias, quibus inhiârunt, quàm Numinis gratiam, quam neglexerunt: *Argentum eorum foras projicietur, & aurum eorum in ſterquilinium erit. Argentum eorum, & aurum eorum non valebit liberare eos in die furoris Domini.* Exploratum eſt, Aurifices fila ducentes aurea, minima etiam auri ramenta oculis potiùs fugientia, quàm iisdem conſpicua diligentiſſimè colligere, ne quidquam deperdatur, eò quia quævis parſimonia non leviter lucroſa ſit.

§. III.

Plura hominum millia præcipites aguntur in gehennam, qui ſi seriò univerſale judicium mente volviſſent, pœnitentiam non diſtuliſſent, ad cælum conſcendiſſent.

Omne adhibemus ſtudium, ne quidquam lucri de jis amittamus, quæ corpori prodeſſe poſſunt: & quæ 22.
plurimum poſſent animæ adferre commodi negligimus; quaſi majoris ſit pretij corpus corruptibile, eſca vermium, ſentina putredinis, cloaca fœditatum; quàm anima interitui non obnoxia, condita ad Dei imaginem, immortalitate donata, intelligentiâ prædita, libero arbitrio præmunita: an non cæcutimus? ſcitè dixit D. Hieronymus, eſſe nos in minimis cautos, & in maximis negligentes, culicem excutimus, & camelum deglutimus, ideóque ſua nos Chriſtus miſeratione commonet: *Quia ſi cognoviſſes & tu, & quidem in hac die tua, quæ ad pacem tibi, nunc autem abſcondita* Luc. cap. 13. v. 42.

ſunt

ſunt ab oculis ſuis Credibile eſt, plura hominum millia præcipites agi ad inferos, qui ſi ſeriò hoc judicium mente volviſſent, pœnitentiam non diſtuliſſent, & cœlum conſcendiſſent, ait enim D. Gregorius:
Homil. 12. in evangel. *Regni janua lugentibus clauditur, quæ modò quotidiè pœnitentibus aperitur. Nequaquam tunc veniam inveniet, qui modò veniæ tempus perdidit.* Dum tempus ſupereſt clamemus, ploremus, obteſtemur, pulſemus: nos ipſos negligimus, dum tempus præſens prodigimus. Grande in mora periculum eſt, ſi ſponſus venerit, & nobis ſicut virginibus fatuis januam claudet, actum erit de nobis, ait Deus: *Invocabunt*
Proverb. c. 1. v. 28. *me, & non exaudiam.* Quare non potiùs hodie ſatagimus tam ſerium noſtræ ſalutis negotium peragere? ſi in craſtinum illud differimus, quis nobis promittit, eſſe in craſtinum victuros, & Dei gratiam ſuſcepturos, quâ, ut oportet, reſipiſcamus? cur in incertum tanti momenti negotium projicimus? monet nos David: *Hodie ſi vocem*
Pſal. 49. v. 8. *Domini audieritis, nolite obdurare corda veſtra.*

23. Præparemus nos hodie ad judicium, quia fortaſſis cras ſtabimus ante Judicem. Cum Mors per ægritudinem ad noſtras pulſabit fores, nobis tunc objicietur æternitas; & longè alias viribus deſtituti, & ægritudine conſumpti hauriemus de æternitate cogitationes. Tunc intelligemus, quomodo ab uno, eóque ultimo momento pendeat
Numer. cap. 22. v. 24. totius æternitatis momentum, & immenſitas. Balaam Vates vectus aſinâ ad anguſtias devenit duarum maceriarum, cui Angelus obviavit, & nudato gladio intrepidus ſtetit ante ipſum; & cum aſinam urgeret, non tamen ultro proceſſit. In vitæ extremis homo animam acturus inter anguſtias temporis finiendi, & æternitatis inchoandæ deprehenſus, nec effugere, nec digredi, neque deflectere uſpiam poterit; ſiſtet ſe Judici Deo homo reus judicandus. Janua æternitatis nobis aperitur, cùm animam efflamus, & per illam nobis tranſeundum eſt, & ſemel ad illam ingreſſis non patet ampliùs egreſſus. Parum eſſet mori niſi ad mortem ſequeretur judicium, & ad hoc æternitas, vel beata, vel miſera.

24. Lib. 3. hiſt. Gentis Anglor. c. 27. Refert Venerabilis Beda: anno reparatæ ſalutis ſexcenteſimo quarto duos juvenes Ecbertum, & Edilhunum utrumque magnæ ſpei à nobili ſtirpe Anglorum in Scotia aſceterium habitâſſe, & cùm reliqui omnes ſocij vel mortalitate ſublati fuiſſent, vel aliò diſperſi ob graſſantem tunc epidemicam luem; demum & hos duos eundem epidemicum morbum corripuiſſe. Et tunc eorum alter Ecgbertus veritus ne eodem morbo moreretur egreſſus valetudinario, loco reſedit ſibi commodo, ubi ſecum judicium inſtituit, functus tam Judicis, quàm Rei perſona. Ajebat gemens heu me! ad meas jam Libitina fores pulſat, ad Judicem vocor, & quid ero reſponſurus de peccatis meis innumeris? & cùm anteactæ vitæ triſti memoria maculas reſpexiſſet, multis cum lachrymis cœpit enixim Deum rogare, ne priùs à morte ad tribunal judicij abriperetur, quàm omnes vitæ noxas pœnitentiâ eluiſſet, votúmque emiſit, ſi ejuſdem compos fieret nunquam in Britanniam ſolum patrium reverſurum, & quavis hebdomade diem unum, noctémque totam jejunatorũ, nullo prorſus cibo in ſtomachum immiſſo, neque hauſtu inſtillato; & quolibet die præter conſuetas preces totum recitaturum pſalterium. Hoc voto Numini nuncupato madens lachrymis revertitur in valetudinarium, ubi Sodalem invenit ſomno ſopitum, quem ne expergefaceret, & ipſe quieti, & ſomno indulſit. Sed paulò poſt Edilhunus ultro expergefactus, vultúque in ſocium obverſo dixit. O Ecgberte quid feciſti? ſperabam nos unà pariter ad felicem tranſituros æternitatem! ſed ſcito te tui futurum compotem voti, viderat enim Edilhunus, quid Ecgbertus à Deo petijſſet, & proxima nocte mortalitatem exuit. Ecgbertus autem ſuperato morbo priſtinæ fuit ſanitati reſtitutus, vitam protraxit ad nonageſimũ ætatis annum. Sed ita vixit, ut diebus ſingulis ad futurum, quod ſemper metuebat judicium incredibili ſtudio ſe præparaverit; & ut de ipſo loquitur Beda, aſpiciebatur in illo exemplum vivendi, aſſiduitas docendi, authoritas corripiendi, & pietas largiendi admirabilis, cùm non modico Scotorum profectu, & emolumento in ſtudio virtutum: & licèt omnes in eo excultæ florerent virtutes; elucebat tamen præ cæteris ſtudium humilitatis, manſuetudinis, ſimplicitatis, & continentiæ, quas omnes virtutes ſecum ad Dei tribunal traxit, & plenus meritis cœleſti fuit beatitate donatus. Id omnibus viribus totóque pectore agamus, ut per ſtudia virtutum, & exercitia bonorum operum ad judicium nos præparemus, cùm vel ipſi juſti trepidabunt coram Judice, imò & elementa ipſa contremiſcent, & ſydera pallore, & tetricitate
ſuffuſa pavebunt. *Erunt ſigna in ſole, &* Luc. c. 21. v. 25.
luna, & ſtellis, & in terris preſſura gentium, præ confuſione ſonitus maris, & fluctuum, areſcentibus hominibus præ timore, & expectatione, quæ ſupervenient univerſo orbi. Nam virtutes cœlorum movebuntur. Ecce ante æterni Judicis faciem elementa concuſſa; & quamvis innoxia, trepidabunt; ſol obſurabitur; luna, & ſtellæ patientur deliquia, quamvis non deliquerint; & homines areſcent præ timore, & expectatione: non homines impij tantùm, & reprobi areſcent præ timore diſtricti judicij; verùm & juſti præ expectatione.

Pavebunt impij æternùm torquendi gehennalibus ſupplicijs, ubi ferales luent inferni pœnas; timebunt & juſti tametſi Chri- 25.

ſto aſcriti, ejuſque dextræ conſociati, tametſi à ſententia Judicis æternam ſint hæreditatem incepturi: quâ perennibus gaudiis beabuntur: iſti quamvis de propria ſalute certi, adhuc præ expectatione areſcent, & pavebunt, quia tanta erit diſtrictio finalis judicii, tanta ſedentis Judicis pro tribunali Majeſtas, ut à ſpe, & expectatione juſti, virtutum ornatu inſigniti, & beatis adſcribendi exareſcant præ expectatione. Quòd impij præ timore damnandi contremiſcant, id non mirum, cùm objectæ ſibi pœnæ timorem, & pavorem incutiant: ſed quòd etiam juſti, & de ſua beatitate ſecuri ab ipſa ſpe terreantur, & exareſcant præ expectatione, id ſanè indicat quàm terribilis futurus erit irati Judicis vultus, cujus aſpectus etiam beatis timorem incutiet: licèt ſpes animum alat, adipéſque, hic ob ſpem areſcet, & contabeſcet: tanta erit divinæ juſtitiæ ſeveritas, ut vel ipſi juſti, & virtutum cultores ipſa ſpe beatitudinis præmuniti timore concutiantur: & licèt improbis metus aptetur, dicantúrque præ timore areſcere: & probis, ac electis conveniat expectatio, quæ pro ſpe uſurpatur, adhuc omnes timore exareſcent ante æterni Judicis faciem, cujus furorem nec iſti ferent, qui præ expectatione areſcent, ut innuit Augu-
Epiſt. 80. ſtinus inquiens: *Areſcentibus hominibus præ timore, & expectatione. Nunc autem illa mala, quæ tanquam ſumma, & extrema creduntur, utrique regno Chriſti ſcilicet, & Diaboli videmus eſſe communia, pariter quippe his boni affliguntur, & mali*

26. Mali igitur præ timore, & boni præ ſpe, & expectatione contabeſcent, & nollent diu expectare irati judicis furorem, quo timore concutiuntur; imò non ſolùm homines, ſed & elementa, & cœli ſydera delictis vacua præſentiam ſentient Judicis, *erunt ſigna in ſole, luna, & ſtellis.* Nimirum quò mortis ſententia exaretur non ſtylo ferreo ſcribetur in ſilice, ſed in irati Judicis lugubri tribunali cœli characteres delabantur, & expunctis unà cum ſyderibus ſole, & luna: utraque diei, & noctis lampas extinguetur, & nil ampliùs ſpectabitur in cœlo, quàm offuſa caligo, & crux inſtrumentum ſupplicii. Quòd ſi naufragatur in cœlo impius, putas eum nataturum in ſcylla, portúmque nacturum in charybdi? ſi cœlum minas terroréſque ſparget, ſuiſque viduatum luminibus timorem incutiet, ubi aſylum in terris inveniet; qualis non futura erit in terris calamitas, ſi divini Judicis furente vultu, vel ipſa beatitatis regia, cœlum ipſum, etiam cœlitibus in lugubrem mutabitur funeris ſcenam? Quale ſperabunt in terris ſolatium, ſi nox vel in ſole graſſabitur? quæ lippientibus impiis hærebunt caligines? cùm cœli lumina atrata non ampliùs ſplendores ad illicium, ſed tenebras effundent ad terrorem? Non ampliùs Abraham jubebitur cœlum intueri, aut ſtellas ſupputare, cum iſtæ de cœlo ruent, & hoc perinde, ac liber plicabitur occluſus; non ſuos in terras beneficos delegabit ſol radios, ſed ſignum filij hominis in cœlo parebit; nec firmamentum ampliùs erit tot monilibus coruſcum, tot ſyderibus ornatum, tot roſis effloreſcens, quot ſtellis ſplendens: ſed in calvariam mutabitur, & nonniſi lugubres explicabit apparatus; nonniſi cruces oſtendet, ac neces.

Quòd ſi blaſphemi latronis ibi erigeretur patibulum, adhuc ſpes aliqua affulgeret 27.
evadendi ſupplicium, non ampliùs furandi, ſed reſipiſcendi: ſed quia crux ipſa fulgurabit, quæ neque Chriſto Deo, & homini pepercit, & ipſam torſit innocentiam; quis in die illa ſibi de ſua poterit innocentia eblandiri? Quis etiam cum ipſis juſtis non contremiſcet, cùm crux ipſa, quæ nec Deo pepercit in monte Calvariæ, ſupplicium minabitur in valle Joſophatæa degentibus. Non ampliùs Machabæa mulier maſcula virtute loricata natum ſuum erit rogatura, ut oculos in cœlum dirigat, ſuſpiciátque ſtellarum miryades beatitati præludentium; quò ſartaginum flammas, ſyderum temperaret affluxu, & ſpe beatitudinis, acerbitatem ſopiret ſupplicii; *Et erunt ſigna in ſole & luna, & ſtellis, & areſcentibus homini-* Luc. 21. v. 25.
bus præ timore, & expectatione, quæ ſupervenient univerſo orbi: nam virtutes cœlorum movebuntur, & tunc videbunt filium hominis venientem in nube cum poteſtate magna, & Majeſtate: Sed quid peccârunt, in quo deliquerunt, quò redarguuntur ſcelere rutilantium cœlorum aſtra, quæ ſic paveſcent, ad ſeveriorem divini Judicis præſentiam, & exardentem illius vultûs furorem? Si ſydera luce ſua culures accendunt, & quidquid in mundo pulchri nocturna caligine latet compreſſum Sol ſpectabile reddit, hominúmque oculis objicit; ſi è primigeniis aquis formoſiſſimi ſtellarum ignes degeneri partu emeriêre, ut in terris plantas foverent, animantibus faverent, & rerum generationes promoverent; ſi ſunt ſtellæ, vernantes cœli flores, empyrei nitentes gemmæ, cœleſtis Argi oculi vigiles nocturnas excubias in hominis beneficium agentes: ſi ſuas ſtellæ ducentes choreas mira celeritate ſuas conficiunt periodos, ſuas abſolvunt rotationes, ſinè ſenſu laboris, ſinè tædio laſſitudinis, ſine motûs ceſſatione ſemper hilares, & expeditæ ad curſum ſine ulla defatigatione; ſi ſtellæ dierum, & noctium curriculis ordiuntur menſes, texunt annos, quibus & ſeriem conficiunt ſæculorum, cur in extremo judicio coram divino Judice contabeſcent, & præ timore contremiſcentes è ſuis evolſæ ſedibus deorſum corruent? quare ſancti Angeli, qui Poteſtates dicuntur cœlorũ timore perciti commovebuntur? *Quid faciet virga deſerti?* ait D. Gregorius in Moralib.

Ubi

Ubi concutietur cedrus paradiſi? quid faciet agnus, ubi aries tremit? ſi juſtus vix ſalvabitur, impius ubi apparebit.

28. Tanta erit divinæ juſtitiæ ſeveritas, ut juſtus, & timore concutiatur, & expectatione areſcat, vixque ſtare poſſit coram Judice juſtâ percito irâ, & furore vultûs minas ſpargente, & necea: ſi juſtus vix ſtabit, quomodo non corruet impius? ſi juſtus timebit: quomodo toto corpore improbus non contremiſcet? pulchrè Tertullianus elogia divinæ bonitatis, & juſtitiæ texens ait: *Bonitas Dei operata eſt mundum; juſtitia modulata eſt.* Deus enim ſpiritus lucidiſſimus, æternus, ubique præſens, unus in natura, & trinus in perſonis, quo nil perfectius, nil pulchrius, aut jucundius eſſe poteſt, aut excogitari; & ante mundi conſtitutionem ſolus ſibi ſufficientiſſimus ex propria duntaxat bonitate cogitavit de mundo condendo; de civitate electorum conſtruenda, & de reparando per aſſumptam humanitatem à Verbo divino humano genere per peccatū collapſo, & in meliorem revocando ſtatum; rei nullius extra ſe indigus, nec beatior futurus ex creaturarum acceſſione, quia ſummè bonus eſt, diffundere ad extra ſuam voluit bonitatem a creaturis participandam, & alijs a ſe communicandam; ac propterea, ut ait Tertullianus; Bonitas Dei operata eſt mundum, ſeu univerſitatis molem, ut per operum divinorum contemplationem mentes ſuas homines ad ipſius Creatoris cognitionem, venerationem, & amorem concipiendum erigerent, & ſicut bonitas Dei operata eſt mundum, ita & *Juſtitia modulata eſt.*

Lib. 2. adverſ. Marcion.

29. Sed ſi cœleſtis Nemeſis diſtricto gladio impios punit, ſi juſtitia fulmina intorquet contra reprobos, ſi ſanguinem fundit, & ſtrages ſpargit cruentas, quomodo dicitur modulata? cùm id propriè Muſicæ ſignificet harmoniam, quâ voces diverſæ mutuò ſibi ad concentum correſpondent, ad aures demulcendas, animóſque recreandos: non enim modulatio pœnas ingerit, cùm potiùs ſolatium advehat leniendis laboribus opportunum, & id cauſæ, cur ubique gentium opifices in officinis, in navibus remiges, in campo aratores, in ferendis, trahendisque oneribus operarij cantu aliquo modulato communes ſatagant labores minuere, ac tœdium excutere: eſt enim vox modulata, quæ in ore nata enititur in aëre, recipitur in aure, & animum penetrat, quem ſolatio afficit, quo pacto dicitur eſſe oblivio laborum, lenimentum triſtitiæ, & mœroris oblectamentum: quomodo juſtitia dicitur modulata, ſi non punit, ſed ſolatur? ſi vulnera non infligit, ſed ſanitatem reſtituit; ſi mœrores non advehit, ſed triſtitias excutit, & mores componit, affectus ſedat; & animos ætate perferuidos à quavis turpitudinis auditione revocatos ad modeſtiam reducit: ſi non terret, ſed delectat; animum non turbat, ſed conciliat; improbos non reprimit, ſed erigit; homines non affligit, ſed mitigat; & reos non ferit, ſed eorum vulneribus medetur? quomodo igitur Tertullianus ait: *Juſtitia modulata eſt?* Ut nimirum furorem, irámque cæleſtis Judicis ſedente in valle Joſaphatæa pro tribunali explicaret. Duo reperiuntur genera muſicæ, & modulationis, unum, quod conſopitos affectus iræ, & furoris in pectoribus noſtris exſuſcitat, provocat, accendit, inflammat; teſtem accerſitam volo Hiſtoriam, quam de Erico II. Daniæ rege narrat Grammaticus Saxo: *Lib. 12. Rerum Danicarum:* inquiens: Apud Ericum cognomine Bonum Daniæ regem Citharedus quidam fuit haud ignobilis, qui artis ſuæ modulis imperiū mirè in hominum animos exerceret; affectúsque pro libitu excitaret. Rex curioſitate perculſus, continuò hominem juſſit artis ſuæ ſpecimen promere; & torpentes animos ad furorem Martium, ſi poſſet, exitare. Annuit Chitharedus, ſed ne qua nocendi anſa daretur; arma quæque ex aula efferri præcepit, cuſtodeſque in atrio collocari, ut furentes, ſi fortè in inſaniam agerentur, compeſcerent. Tum ille quâ pollebat canendi peritia: primùm inuſitatæ ſeveritatis concentum edidit; quo ſtupore quodam, ac mœrore omnium quotquot aderant mentes cernebantur correptæ; poſtea adeo ſuaves, ac mellitos cantus effudit; ut ſinguli corporis jactatione intemperantem proderent lætitiam. Ubi verò modulis acrioribus cœpit canere ac inſtrumenta pulſare, cæperunt qui aderant fremere, tumultuari, arma, & gladios inclamare; ad tumultum clamaroſum accurrunt cuſtodes, regem cum alijs furentem coërcituri: ſed Rex effractis atrij foribus arrepto gladio quatuor ex aula inflictis vulneribus interemit. Vix tandem pulvinarium, & lectulorum mole oppreſſus contineri potuit: & menti ex integro reſtitutus cauſâ expiandorum homicidiorum Hieroſolimam profectus eſt. Alterum quod eoſdem excitatos, ac efferveſcentes affectus lenit, mitigat, refrigerat. Quàm pulchrè igitur Tertullianus explicaturus furorem, irámque divini Judicis in extremo illo judicio ait: *Juſtitia modulata eſt:* quatenus iram, ac furorem exſuſcitat, accendit, inflammat in Judice: & quia Judex irâ percitus, & furore inflammatus ſolet plerumque modos puniendi excedere, ne id perperam ſuſpicaretur de Deo Judice, nec putarent homines irati Judicis juſtitiam delictorum merita ſuperare, ſed juſtè meritas damnatorum pœnas pro qualitate criminum modulari: ſcitè ait Tertullianus; *Juſtitia modulata eſt.* Heu quantus tunc erit Dei Judicis furor, cui

cautio videbatur adjicienda ne cenſerent Rei, eſſe rigoris exceſſum, quod eſt modulata juſtitia. Sed quid erunt tunc improbi cogitaturi, cùm etiam juſti timore concutientur, vel ex ſola expectatione, non ferentes irati Judicis furorem; imò & ſplendida aſtra tabeſcent, & Angeli commovebuntur.
In Epiſt. *Quid facies*, ait Bernardus *de injuſtis judiciis, qui ipſas juſtitias quoque judicabit?* Angeli, & viri probi, quamvis ex conſcientiæ teſtimonio certi ſint, evaſuros incolumes de ſuorum examine meritorum, adhuc quodam arcano timore commoveri dicuntur, quem, timorem explicans D. Chryſoſtomus ait: *Virtutes cœlorum commovebuntur, quamvis ſibi conſciæ non ſint.* Quia ſeverum verebuntur judicium non ſervili, ſed metu perſiti filiali.

§. IV.

Viri probi quamvis de ſua beatitate ſecuri, ad horrendum tamen ſpectaculum univerſalis judicij ingenti concutientur timore: quia juſtitia nullum dabit miſericordiæ locum.

VElim, cogites, Noëmum ex arca, veluti ex arce ſpectantem communes hominum ſtrages, & humani generis fœda naufragia; cùm jam ſtaret in edito
10. montis vertice ſuis cum inquilinis arca; & undarum vi omnia obruerentur: horribile ſpectaculum objiciebatur Noëmo, qui videbat supernè cœlum aquarum effundere torrentes; infernè terram abyſſus relaxare, aquas incrementa ſubire, altiùs evehi, ut nulla amplius aridæ, mariſque diſcretio appareret, ſed omnia unius fluenti alveo continerentur; non amplius ſcaturigines fontium, nec rivulorum curſus, nec lacuum ſtationes terrarum abluerent tractus, ſed immanibus undis demergerentur univerſa, & tumeſcentibus fluctibus naufraga perirent; non enim germinum ſpecies, arborum vetuſtates, florum colores, herbarum vireta, imò neque urbes, neque planities, neque colles, nec montes, ſecernebantur diſcreti, ſed omnia communi operta aquarum ſepulchro volutabantur in monumentis; & homines diluvii ſagena comprehenſi inter fluctuum vortices rotati, mutuiſque puniti calamitatibus mortis genere ſurripiebantur miſerando. Inſtabat acerrimè diluvium ad altiora quæque ductum, ſecùm à tergo ferens omnia, quibus eadem mors eſſet, & idem tumulus; luctuoſiſſimus Noëmo aſpectus erat ſeminudorum hominum bacchantium ritu huc, illùcque diſcurrentium, & ſua bona, deinde ſuos, poſtremò ſeipſos ab imminente naufragio eripere feſtinantium, & à circumtrementium aquarum magnis undique voluminibus occurrentium præſentiſſima calamitate, ac pernicie ſe ſubtrahere. Verùm quamvis Noëmos ſecurus in arca degeret, æquè ex navigij artificio, ac ex Dei verbo; adhuc tamen totis artubus contremuit ad horrendum ſpectaculum ſibi in cataclyſmo objectum: ait Baſilius Seleucienſis: Orat. 5.
Noemus verò ſolus per omnium gentium ſtragem vita fruebatur inopinata. Nimirum quia timuit naufragij undis ſorberi, tametſi verbo Dei ſecurus diluvioni adeſſet, non ut Reus, ſed ut teſtis, non ut ſupplicium ſubiret, ſed ut inflictas improbis pœnas poſteris nuntiaret, timuit tamen, & exhorruit videns communem hominum ſtragem, & eodem naufragio mundum totum perire. Ita dixerim de ſanctis Angelis, viriſque probis de ſua jam ſecuri beatitate; tametſi detrudi gehennali in carcere non timerent cœleſti jam beatitate donati: ad horrendum tamen ſpectaculum, quo improbi ad lævam locati irrevocabili ſententia ad gehennæ damnantur incendia æternum cruciaturi, etiam ipſi timore concutientur, quia ut ait D. Auguſtinus: *Ille Judex nec gratia prævenitur, nec miſericordiâ flectitur, nec ſatisfactione, vel pœnitentiâ mitigatur. Hîc dum tempus habet, agat anima pro ſe, quamdiu locus eſt miſericordiæ, quia ibi erit locus juſtitiæ.* Lib. de ſymbolo.

Extremum hoc judicium nullum miſericordiæ locum concedet, nullam pietati ſedem, ſed divinæ juſtitiæ totum tribuetur: 11.
at ſi æquitas ſine bonitate in ſævitiam degenerat; & iuſtitia ſine clementia crudelitatem redolet, ait Chryſologus ſerm. 145. *Æquitas ſinè bonitate ſævitia eſt, & juſtitia ſine pietate crudelis.* Si iuſtitia pietatis expers impietatem ſapit, quæ in Deum non cadit, quomodo totum dicetur tunc tribui iuſtitiæ, & nihil miſericordiæ, & pietati? an in extremo iudicio ſævitiei inſimulabitur Deus præ æmulatione meræ iuſtitiæ. Juſtus & ſeverus poteſt Deus eſſe; impius verò, & crudelis neutiquam; Licèt ſeveriſſimè puniat die illa, non tamen ullius poterit ſævitiei inſimulari: unde Baſilius de Elia expetente meram iuſtitiam, & compeſcente miſericordiæ humanitatem ait: *Quid Dei compeſcis humanitatem? quid Domini poteſtatem rapis?* nimirum tanta erit divini iudicii ſeveritas, ut quamvis Judex, nec prece tùnc emolliatur, nec miſericordia flectatur, ſed mera iuſtitia impios puniat; non tamen ſententia, quâ impii æternis addicentur cruciatibus, quidquam redolebit crudelitatis, ſed tantùm meræ iuſtitiæ prodet ſublimitatem. Quinimò non à ſola iuſtitia, verùm & ab ipſa miſericordia, & pietate dicentur reprobi puniri, ut notat Salvianus inquiens: *Cùmque ejus naturæ ſit mens Dei, atque Majeſtas, ut nulla iracundiæ paſſione moveatur, tanta tamen in nobis peccatorum exacerbatio eſt, ut per nos cogatur iraſci (vim ut ita dixerim facimus) pietas ſua, &* Lib. 4 de gubern. Dei.

manus

manus quodammodò inferimus miſericordiæ ſuæ.

32. Quamvis Deus, cujus natura eſt bonitas, pronus ſit ad miſerendum; non tamen miſericordia juſtitiam obliterat: tametſi ſumma felicitas ſit coram Deo ſtare, id tamen verum, ſi qui ſtat, eidem adhæret, & non ſolùm vulnere caret, ſed etiam macula vacat: ideo quisque ſe ipſum perpendat, quónam habitu ſe ad innocentiæ tutelam conſpiciendum Deo exhibeat; & quomodo Deus eidem appareat, agnus ne, an turtur? rores, an flores diffundat? iride coronetur, an ſyderis? apparuit Davidi, ſed audi ſub qua ſpecie;
Pſalm. 17. v. 10. ait: *Inclinavit cælos, & deſcendit, & caligo ſub pedibus ejus. Et intonuit de cælo Dominus: fulgura multiplicavit, & conturbavit eos. Quoniam omnia judicia ejus in conſpectu meo, & juſtitias ejus non repuli à me, & ero immaculatus cum eo:* ideo David immaculatus; ideo Princeps Palæſtinæ agnus innocens; ideo Rex Iſraëlis, purpurâ fulgidus, ſceptro ſplendidus, & diademate nitens; quia in Throno, perinde ac eremo flores excoluit virtutum, pietatis ſtudio ad ſanctitatis faſtigia inſcendit, quia præ oculis Dei judicantis habuit fulgura intorta, & ſagittas in improbos evibratas, *quoniam omnia judicia ejus in conſpectu meo.* Si & nos Dei ita miſericordias irrorantis recordaremur, ut illius juſtitiæ non obliviſceremur tonantis, & fulgura in extremo judicio intorquentis, mores componeremus ad normam virtutum; pravos omnes coërceremus affectus, tædósque concupiſcentiæ æſtus pœnitentiæ lacrymis extingueremus, ne in nos æterni Judicis fulmina intorquerentur die illa.

33. Quòd ſi tonitruum fragore animatus fuit Iſraël ad cædem Philiſthinorum; oportet, ut & nos roboremur timore ad internecionem vitiorum, quibus irretimur: *Intonuit autem Dominus fragore magno in die illa ſuper Philiſthim, & cæſi ſunt à filijs Iſrael.* Non triumphavit populus de proſtratis hoſtibus, quamdiu agnus a Samuele immolabatur; ſed tunc cœpit hoſtes fundere, proſternere, & cruentâ clade debellare, quando tonitrua cœperunt audiri obſtrepentia, & è cœlo minaci fulgura deorſum evibrata terrorem Philiſthiis incuſſere; tunc enim conſternati ceſſerunt victoriam, & acie exceſſerunt. Si oſtenderimus pravis noſtris deſiderijs, libidini æſtuanti, ſuperbiæ intumeſcenti agnum miteſcentem in crucis ara mactatum, vix pravos hos compeſcemus affectus. Sin verò ſubmotâ tantiſper miſericordiâ, telam aperiamus, & ſcenam, tragœdiámque lugubrem extremi judicii ſeria expendamus cogitatione, quia tunc fulmina erumpent ex irati Judicis brachio, gladius prodibit ex ore acutus, non ut lingua ampliùs eblandiatur verborum lenociniis, ſed ut gladii acie vulnera infligat; tunc timore perciti, ſimúlque roborati fortiores ad internecionem pugnabimus vitiorum: *Intonuit Dominus fragore magno in die illa ſuper Philiſthijm, & cæſi ſunt:* pravi affectus ni terreantur, non expugnantur; idque cauſæ, cur extincturus Deus luem, quâ filij Iſrael inficiebantur Prophetam præmonuit, non ut blanda voce demulceret, ſed totis lateribus deterreret, rotóque ore tonaret; *Et dices ad eos, hæc dicit Dominus exercituum, convertimini ad me, ait Dominus exercituum, & convertar ad vos dicit Dominus exercituum, ne ſitis ſicut Patres veſtri, ad quos clamabant Prophetæ priores dicentes: hæc dicit Dominus exercituum.* Repetit Dominum exercituum, ut terrorem incutiat, & populum timore percitum faciliùs flectat in frugem ſaniorem. Zachar. 1. v. 3.

34. Quid? quòd cùm ageretur de DEI templo reſtaurando, & Deus potuiſſet ſe dicere Dominum victimarum, vel Sacerdotum, maluerit ſe Deum aſſerere exercituum? ut nimirum populum illum ab idolis traduceret ad cultum veri Numinis: cùm ageretur de ſceleribus abigendis, de falſo cultu excutiendo, pravisque affectibus coërcendis, cenſuit abſtinendum leni vocabulo; & pluries repetito exercituum apparatu maluit ſe Dominum dicere exercituum, quò belli, & cruentæ cladis recordatione timorem iiſdem incuteret: nimirum conſternatos eos voluit, quo ſanctius timore initiati ad cultum veri Numinis converterentur, & probitatis ſtudio addicti, templum ingrederentur hoſtias litaturi.

35. Scimus Moyſis virgam in Ægypto non fronduiſſe, neque blandimento florum allexiſſe, ſed in anguem efferatam terruiſſe, quò ſcilicet fortiùs è cœnoſo illo famulitio populum extraheret, quem in terram perduceret promiſſionis: ni terror præceſſiſſet ad libertatem populus non proceſſiſſet; ſi timor extremi judicii nos conterreat, tunc à noxis abſtinemus, è cœno extrahimur vitiorum, & per exercitia virtutum ad promiſſam nobis libertatem in cœlis, ad æternam felicitatem perducimur: non virenti, & florente ramo à luto abducitur impius vitiorum; ſed nodoſo baculo, qui ſciat terrere; quia quamdiu timor impium non invadit, putreſcit in fimo. Improborum corda lapidea ſunt, non mollibus flectuntur, ſed durioribus franguntur; quò conterantur ad pœnitentiam, præduris ſunt concutienda, & repetito ferrei mallei vulneranda ictu; & hic ille eſt timor extremi judicij, quò dicitur Deus de lapidibus ſuſcitare filios Abrahæ: *Potens eſt Deus de lapidibus iſtis ſuſcitare filios Abrahæ,* ſeu percuſſione ſilicis ſplendentia elicere ſydera: timor enim & terror, quo impij lapideum cor concutitur etiam ipſum lutum in gemmas vertit; & horrida ſpelæa, in ornatiſſima commutat templa, & lapides rudiores in adamantes pretioſiores; ſi enim quæras, unde tanta vis, ubi tam mira Luc. 3. v. 8.

virtus, quæ ex lapidibus filios ſoſcitet Abra-
Luc. 3, v. 9. hæ; pergit Evangeliſta: *Jam enim ſecures ad
radicem arboris poſita eſt. Omnis ergo ar-
bor non faciens fructum bonum excidetur, &
in ignem mittetur.* Ecce quali inſtromen-
torum apparatu ex lapidibus homines con-
ſtruuntur: ſecures ſunt poſitæ ad radicem
arboris mox cædendæ, & flammis extraden-
dæ, quid ni? excidij metus ad fœcunditatem
ſtimulat ſterileſcentes arbores, quæ ne ſecuri
excidantur ad depromendos fructus excitan-
tur.

36. Timor fœcunditatem invehit ſterilibus,
& ex acervo lapidum filios exſuſcitat Abra-
hæ: filij Abrahæ tunc prophetant, cùm ex la-
pidibus ſuſcitantur, & tota Abrahæ domus,
tunc ſummis ornator virtutibus, cùm ti-
more corripitur; amat enim Deus domos
labentes, & trementes, tremore tamen
ſancto proveniente ex recordatione extre-
mi judicij, quia tremor iſte non excidium
præſagit, ſed ſalutem præſentis; non lapſum
Iſaiæ 66. v. 2. minatur, ſed erectionem prædicit: *Quæ
eſt iſta domus, quam ædificabitis mihi, &
quis iſte locus quietis meæ? Omnia hæc manus
mea fecit, & facta ſunt univerſa iſta dicit
Dominus. Ad quem autem reſpiciam niſi ad
pauperculum, & contritum ſpiritu, & tre-
mentem ſermones meos.* Quòd ſi ita eſt, non
dilaceremus parentis terræ viſcera, è quibus
duriora extrahantur marmora, quibus do-
mus extruenda ſtet firmior, fulgeat orna-
tior, & columnis ſuffulciatur craſſioribus:
non amat Deus domum tam magnificam,
nec tam ſumptuosè conſtructam, tot orna-
mentis opulentiſſimis expolitam, tot colum-
nis excîſis ornatam: neque in ipſa laudat tam
profundè, ac ſolidè fundamenta, erectos
tam ſublimè parietes, nec intus tot atria,
periſtylia, gradationes, conclavia, thala-
mos, antithalamos, foris aperturas, lumi-
na, jugumenta, præcinctiones, faſtigiorum
acroteria, ornamenta coronarum, ſub-
grundationes, projecturas, & reliqua ædi-
ficij membra ad elegantioris architecturæ
extructa amuſſim. Neque amat Deus do-
mum magnificè intus ornatam, in qua pa-
rietes omnes intrinſecus inducto tectorio
lævigantur, feneſtræ, mutuli, & ſuperlimi-
naria oſtiorum inaurantur; conclavia, &
cubicula tapetibus operiuntur; parietes au-
læis veſtiuntur, picturis ornantur elegan-
tioribus, & in quibus aurea conopæa, &
conchiliata periſtromata oculos paſcant in-
tuentium.

37. Non hanc Deus domum amat, ſed la-
bentem, & trementem: non marmora quæ-
renda ſunt ad hujus ſtructuram domûs, ſed
arundines, ſtipulæ, ac ſilicies coacervandi,
quibus hæc domus fulciatur: tunc eſt tu-
tior cum ex hoc tremore eſt minus tuta;
ſi domus noſtra ex recordatione extremi
judicij contremiſcat, tunc firmior ſtat; &
hæc eſt illa domus, quam Sapientia ſibi con-
ſtruxit. *Sapientia ædificavit ſibi domum, exci-
dit columnas ſeptem:* ſunt enim columnæ,
quibus Dei timor fulcitur. Non jacta fun-
damenta, non ſurgentes columnæ domum
muniunt, quò ſtet firmior; ſed timor, &
tremor, quem recordatio extremi judicii
incutit, domum munit, ac firmat: *Et re-* Iſaiæ 11. v.
plebit eum ſpiritus timoris Domini: quia is
tutus eſt, qui timore ſancto repletus totis
artubus contremiſcit; ut domus noſtra tuta
ſit, quati oportet, & ejus columnas arun-
dines eſſe, quæ non omni vehementi, ſed
etiam minimo impendentis diſcriminis ven-
to exagitentur.

Tunc domum Deo extruimus, quando 38.
non in montibus ſuperbiæ, & faſtûs funda-
menta jacimus, ſed arenis ea ſuperimponi-
mus, ut non ad flumina, ventóſque tan-
tùm, ſed etiam ad ſtillicidia & auras intre-
miſcat: tunc feliciùs ſtat, ſi à flatu, ſeu co-
gitatione extremi judicii vacillet. Domum
conſtruxerat Deo David, & quidem ad ſub- 1. Paral. c.
limiorem magnificentiam: *Opus namque* 29. v. 1.
*grande eſt, neque enim homini prepara-
tur habitatio, ſed Deo: ego autem totis vi-
ribus meis præparavi impenſas domus Dei
mei. Tria millia talentorum argenti:* ſed ad Ibidem. 4.
excitandum Numini templum neceſſariæ
non ſunt tot impenſæ, neque opus eſt lapi-
cidinis, neque auro, quo lacunaria illinan-
tur, neque columnis, quibus altaria ful-
ciantur; neque aulæis, quibus parietes ve-
ſtiantur: ſi populus Deum timuerit, jam
conſtructa ſatis, & ornata eſt domus Dei in
corde populi eum timentis.

§. V.

Lugubris extremi Judicii appa-ratus nos terreat, ut ſancto timore per-citi praves quoſque compeſcamus affectus; & per ſtudia probitatis ſatagamus dextram Judicis poſſidere.

Illud non approbo, quòd Salomon Da- 39.
vidis filius perducturus inchoatum à
patre templum ad perfectionem ſubmo-
verit malleos, & ſerras, & ferramenta uni-
verſa ab atrio, ut nullus ictus audiretur, cum
domus Dei extrueretur: tunc enim ſtru-
ctura feliciùs excitatur, cum inſtrumenta pa-
voris truculentiùs proſtant: meliùs fuiſſet,
ſi ubique & in atrio, & in templo malleo-
rum ictus obſtrepuiſſent, ſaxa reſonuiſſent,
& atria fragore tundentium ſilentium abe-
giſſent. *Malleus, & ſecuris, & omne ferra-* 3. Reg. cap. 6, v. 7.
*mentum non ſunt audita in domo, cum ædi-
ficaretur*, ideóque quia ab atrio templi ex-
ulârunt inſtrumenta pavoris, corruit; &
lapis non ſtetit ſuper lapidem; & templum
tot laboribus extructum, tot divitijs orna-
tum à Scribis verſum fuit in ſpeluncam la-
tronum. Vix enim ſtat templum, ubi nul-
lus timoris, malleique ictuum auditur fra-
gor.

gor. Quòd ſi quæras, qoomodo ornanda ſit hæc domus Dei, ut ſtet firmior, ſurgat tutior, & ſplendeat ornatior? Scias non alio ſtare firmiùs fundamento, quàm ſi Dei timore innitatur, eſt enim hic timor hujus Pſalm. 110. v. 10. domus fundamentum: *Initium Sapientiæ timor Domini.* Ornatur verò hæc domus, ſi picturæ, & aulæa reſpondeant fundamento, quia tunc ornant, & muniunt; ſi nimirum in parietibus pingantur ſecures, gladij, acinaces recenti ſanguine madentes, ſi è fornice cometæ fulgurent, in angulis catenæ pendeant, in parietibus tribunalia, patibula, & ſupplicia delineentur; ex arcubus pendeant manicæ, compedes, ungulæ; & ubique inſtrumenta inſpiciantur ſupplicij ad timorem incutiendum; tunc & firmior ſtat domus, & virtutibus ornatur elegantior: ea ſint hujus domûs lumina, quæ cœlum in extremo judicio erit exhibiturum; appareat Sol pullatus, Luna cruentata, ſtellæ ruentes, fulgura emiſſa, rores ſanguinei demiſſi, imbres ſulphurei depluentes, ollæ candentes, & lethales faces cadentes: ſi hiſce luminibus domus funeſtetur, clarior ſplendet, & illuſtrior emicat, cultorâ virtutum, ſtudio pietatis, & ſedes erit Dei, ejúſque templum, de quo ait per ſuum Prophetam Nahum: Cap. 1. v. 3. *Dominus in tempeſtate, & turbine viæ ejus, & nebulæ pulvis pedum ejus. Increpans mare, & exiccans illud, & omnia flumina ad deſertum deducens.*

40\. Ut autem hunc timorem in nobis excitemus, firmiúſque ſtemus proderit crebra recordatione extremi judicij memoriam refricare; Judex enim iratâ facie ſententiam fulminans æternæ damnationis gentes omnes timore replebit. Quòd ſi Iſraelitæ audientes ſtrages ubique ab Holopherne factas timuerunt à facie ejus Jud. cap. 4. v. 2. *Tunc audientes hæc filij Iſrael timuerunt valdè à facie ejus:* nimirum ſuas, & ſuorum cruentas cædes quaſi negligunt, & veluti flocci facientes, tot excidia ab Holopherne patrata, ejus duntaxat iratum vultum exhorreſcunt. Adeo truculenta eſt, & terroribus incutiendis apta potentioris irata facies, ut magis timeatur, quàm ipſum excidium. Cap. 26. v. 9. Job deſcribens Dei magnalia ait: *Qui tenet vultum ſolij ſui*, ſeu qui nunc diſſimulat ſeveritatem vultûs, quo deterrebit reprobos in die ultima, qua ſedebit in auguſtiori divinitatis ſolio gentes omnes judicaturus, ut expendit D. Hieronymus *in comment.* inquiens: *Qui tenet vultum ſolij ſui, ſeu ſententiam judicij ſui reſervat impoſterum.* Jobus igitur ex mente D. Hieronymi acerbiſſimam divini Judicis ſententiam, qua reprobi fulminandi ſunt, & in gehennali detrudendi carcere æternis ſuppliciis excruciandi vocat *vultum Judicis*, quia ejus facies juſto furore percita, & iræ flammis accenſa terrores ſparget, adeo ingentes, ut non ſolùm impii, ſed etiam juſti, licèt de ſua beatitate ſecuri extimeſcant.

S. Chryſologus opportunè ad rem noſtram, obſervat, Jonam Prophetam non Deum declinâſſe, ſed ab ejus facie ſe ſubtraxiſſe: *Non dixit* ait Chryſologus: *Fugio Deum, ſed à facie DEI ego fugio.* Quòd ſi Jonas faciem Dei jubentis, ac eum delegantis ad Ninivitas extimuit, eò quia elato ſupercilio ei injunxerit, ut pœnitentiam Ninivitis indiceret. Qoid intolerabilius poterit homini obtingere, quàm audire à Deo Judice ſimul & vindice, quem recuſare, nec declinare, nec ejus iratam faciem fugere poterit, æternæ damnationis ſententiam, quâ excludetur è cœlo, & addicetur æternis gehennæ ſuppliciis? Hanc autem ſententiam in Chriſti Judicis ſeveriſſima facie legent tunc impij damnandi, qui ab horribili vultu erunt audituri pœnam æternæ damnationis. Quòd ſi placidus Dei vultus delicijs perfundit, ac voluptatibus beatorum mentes; Dei Judicis, & vindicis iratus vultus damnatos dirè terrebit, & graviùs, quàm gehenna ipſa torquebit; ut idem vultus, qui placidus beat, iratus damnet; qui tranquillus arridet, irâ percitus confundat; & qui ſerenus præmia elargitur, furore concitatus ſupplicia & fulmina intorqueat, aiebat propterea David: *Vultus autem Domini ſuper facientes mala.* 41. Jonæ cap. 1. v. 3. ſerm. 33. Pſalm. 33. v. 7.

42\. Hinc Joannes, qui vidit Deum Judicem in valle Joſaphatæa, obſervavit, gladium prodire ex ejus ore, quia tantum incutiet irata Dei facies terroris, ut ipſa ſola impios feriat: neque ludet in cinere Judex, qui ſuppliciis ſuis cœli damnatione proludit; ait per Prophetam. *Hæc dicit Dominus Deus: ecce ego ad te, & ejiciam gladium meum de vagina, & occidam in te juſtum, & impium.* Quid? quòd Deus dicat *ejiciam gladium meum?* an ſuus non fuit gladius, quo pluries perduelles, & exleges vulneravit, cruentavit, interfecit? an tunc ſuo non fuit gladio uſus, aut recondito in theca ferro deſævit; & non tam acie acinacis vulneravit, quàm ſtrepero vaginæ fragore ſceleſtos percuſſit, & nondum gladium de theca eduxit? an non fuit ſuus gladius ille, quo nequiſſimos Onan, & Her interemit? An non ſuus fuit gladius, quo phalanges Senacheribi cruentâ clade proſtravit? Hic cum crudelitatis exemplis Ægyptios, & Æthyopes perterruiſſet, dimicaturus contra Judæos in Palæſtinam ſuum duxit exercitum, & quacunque ferebatur, fœda locorum ubique, & miſeranda erat facies; & ubi copias ſuas propiùs Jeroſolymam admovit: cum terrorem incuſſiſſet populo, potior ejuſdem pars non valuit lachrymas, queſtus, & lamenta continere adverſus Regem Ezechiam, ejúſque Vatem Iſaiam, cuximque poſtulavit pro deditione urbis, ne obſidionis diſcrimina, quæ imminebant, ſubiret civitas; ſed Rex cum Proceribus cilicino habitu, votiſque ardentiſſimis Deo ſupplicavit, cinere caput reſperſit, in pavimen- Ezech. 21. v. 3.

tum

Digitized by Google

tum corpore, & vultu ſe abjecit, turbatores verbis ad tempus accommodatis punivit, imò & minis iræ divinæ propoſitis caſtigavit.

43. Interim dum Jeroſolymis Ezechias cilicio indutus, cinere inſperſus, lachrymis perfuſus Numini ſupplicat, ut obſidionis diſcrimen ab urbe divertat; Aſſyrij ſuis in caſtris extra urbem epulis gravati, & vino madidi, ac profundiſſimum provoluti in ſomnum totis paſſim campis, collibúſque ſparſi ſub tentoriis, & dio aperto ſtertebant, jámque nox adultior cœlum, & terram obtexerat, omnia nocte intempeſta ſilebant: cùm ecce è ſummo cœlo in terras demiſſus à Numine armatus gladio Angelus ſpiſſiſſimas inter tenebras caſtra ingreditur Aſſyriorum, qui momento temporis Barbarorum univerſum cruenta clade delevit exercitum; centum ſcilicet octoginta quinque millia Aſſyriorum brevi tempore interemit. Tametſi modus tam ſubitæ, & atrocis interfectionis non recenſeatur à ſacro Hiſtorico; potuit tamen Angelus ſingulorum cervices maximè ſomno ſtratorum unico ſtatim ictu reſectas in mortem deſtinare: potuit etiam violenter, & quidem ſtatim ſpiritum intercludere; vel compreſſione corda elidere; vel ſuſcitatis, & immiſſis incendiis inteſtinis unico momento temporis Aſſyrios, in cineres, ac favillas redigere ſalvis veſtibus, & armis, retinentibus exteriùs cadaveribus hominum facies: neque hæc cruenta clades tot millium deletorum ante paruit, quàm nocte tota depulſa Sol ex Orizonte emergens diem ſecum veheret, & omnium facies sperire t; & non fuit iſte Dei gladius, qun totum delevit effuſo cruore, necéque accerſitâ Aſſyriorum exercitum? ſinebat Deus Senacheribum victorijs inſolentem varias percurrere Regiones, ac plures ſibi Provincias ſubjicere, gladióne ſuo, an baculo? certè non

Cap. 10. gladio ſuo, cum dicat Iſaias: *Væ Aſſur virga furoris mei, & baculus eſt*, væ tibi Senacheribe, quia ſi te ad plectendos populos flagellum Deus vindex adhibuit, lictorem, ac ſatellitem iræ ſuæ, téque conſtituit baculum ſui furoris ad peccatores contundendos, & impios delendos, cu tamen

Iſaia c. 10. cœpiſti inſoleſcere, & dixiſti: *In fortitudine manus meæ feci, & in Sapientia mea intellexi: & abſtuli terminos populorum, & Principes eorum deprædatus ſum. Nunquid gloriabitur ſecuris contra eum, qui ſecat in ea? aut exaltabitur ſerra contra eum, à quo trahitur? quomodo ſi elevetur virga contra elevantem ſe, & exaltetur baculus, qui utique lignum eſt.*

44 Potentiam, viréſque ſuas jactavit Senacheribus, qui nonniſi inſtrumentum erat divinæ ultionis, & quàm parum ſecuris, ſerra, virga, baculus da ſe moveri poteſt; ita Senacheribus nil valuit ex ſe, niſi ope divina fultus; hinc monet Auguſtinus, ne tartareum timeamus hoſtem, cum non plus poſſit, quàm poteſtatem à Deo acceperit, ait

Auguſtinus: *Noli timere inimicum tantùm facit, quantam acceperit poteſtatem. Eum time, qui quantum vult, tantum facit, & qui injuſtè nihil facit.* Cæterum Deus cum In Pſal. 6

malos punit exercet bonos, quia ut ait idem Auguſtinus: *Deus cùm blanditur pater eſt, & cum cædit pater eſt, blanditur ne deficiamus; cædit ne pereamus: quando bene eſt lauda miſericordiam; quando malè eſt lauda juſtitiam* quandóque etiam impios ſeligit ad probos exercendos, quo pacto flagella Dei fuerunt, ſéque nominârunt Attila, Tamberlanes, Totila, alijque prædones orbis, ebrij ſemper, & ſitientes, & nunquam humano ſanguine ſaturi, quapropter monet nos idem Auguſtinus, ut ærumnas, quas ab Pſalm. 90.

impijs patimur ad Dei referamus flagellum, ait ipſe: *Ad Deum tuum refer flagellum tuum, quia nec Diabolus tibi aliquid faciet, niſi ille permittat, qui deſuper habet poteſtatem, aut ad pœnam, aut ad diſciplinam; ad pœnam impijs; ad diſciplinam filijs? flagellat autem omnem filium, quem recipit.* Pſalm. 31.

§. VI.

Cum Deus impios hîc punit, virgam dumtaxat adhibet, quâ pulveres excutit: ſed in extremo judicio gladium diſtringet evaginatum, quo lethalia vulnera infligat, cædémque æternam cumulet reproborum.

SI Deus eſt, qui cruentas impiorum clades effecit, qui tot millia Aſſyriorum proſtravit; Jezabelem præcipitem è feneſtra egit; Adamum è paradiſo extorrem expulit; Prophetam leoni diſcerpendum objecit; an non tunc gladium ſuum nudavit, è vagina eduxit cruentas clades ſparſurus? quid hoc? David dedecoratur, fugatur, lapidibus obruitur Dei gladio nondum educto? plectitur Pharao, & ejus exercitus mergitur in Erythræo; ruber mare non propria arena, ſed alieno ſanguine, & Dei gladius ſua adhuc in vagina latet reconditus? deletur mundus totus univerſali cataclyſmo, ſummis aquis cum hominibus reptilia quæque merguntur, mors ubique fluctibus innatat, gentes omnes accelerata morte comprimuntur, & mutua calamitate punitæ ſurripiuntur aquis enectæ, & Deus tunc ſuum è vagina gladium non extraxit? Ita planè; quia lenis fuit punitio; non Dei gladius vulnera inflixit, ſed Numinis virga pulveres excuſſit: tunc ſuum nudabit gladium, cum in valle Joſaphatæa aderit Judex, & vindex, tunc ait ipſe: *Ejiciam gladium meum de vagina ſua* ad impios ſententia æternæ damnationis interimendos, ait enim Chriſtus: *Erit tunc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi uſque modo neque fiet, Matth, 24. v. 21.* 4? Ezech. 21. v. 9. Matth. 24. v. 21.

Sed

46. Sed quomodo *qualis non fuit?* ſi funditus ſulphure, ignéque è cœlo pluvio Pentapoleos urbes fnbverſæ, ac combuſtæ periêre? quomodo *qualis non fuit?* ſi in eremo tellus ipſa ſuo diſrupto ſinu Dathanem, & Abironem uno abſorbuit hiatu, æternùm gehennali excruciandos in carcere? quomodo *qualis non fuit?* ſi nocte una intempeſta totus Sennacheribi exercitus enormi, ac cruenta elade perijt deletus: [Eccleſ. 48.] *Dejecit caſtra Aſſyriorum, & contrivit illos Angelus Domini.* Et quomodo: *erit tunc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi?* Ita eſt: tametſi terra aperto hiatu Dathanem, & Abironem abſorbuerit; Angelus diſtricto gladio ſupra centena millia Aſſyriorum deleverit; cataclyſmus viventes omnes extinxerit; mare Erythræum Pharaonem cum toto ſuo exercitu ſubmerſerit; Jezabelem è feneſtra in plateam dejectam rabidi canes voraverint; adhuc tamen nondum DEUS ſuum dicitur gladinm evaginâſſe, quem tunc tantum totum nudabit in valle Joſaphatæa, cum gentes erit judicaturus: [Deut. 32. v. 41.] tunc ait ipſe: *ſi acuero, ut fulgur gladium meum*, ſed quid hoc? an DEI gladius obtuſioris eſt aciei, qui ut ſæviat in impios opus ſit, exacuatur in fulgur? ſi viſus à Joanne tantùm, & non feriens lethalia infligit vulnera, & mortem advehit, quomodo obtuſus erit, ſi in impios vibretur, & fulguret exagitatus: [Apocal. 1. v. 17.] *Et cùm vidiſſem eum cecidi ad pedes tanquam mortuus.* Quid credis, vidiſſe Joannem, cum veluti exanimatus in terram corruit. Vidit ſcilicet Dei gladium: *de Ore ejus*, ait, *gladius utraque parte acutus exibat.*

47. Gladius igitur Dei non infixus, ſed viſus, ſi Joannem ita conterruit, ut ſemianimis corruerit, putas impijs tunc eblanditurum? ſi Joannem terruit, filium ſcilicet tonitrui, caſtitatis cultorem, loricâ virginitatis præmunitum, & quis à vulnere gladii erit immunis? An non improbos æterna morte interficiet? ſi Joannes viſo DEI gladio intermoritur, licèt ſublimioribus contemplationibus aquilas præiret, & culturâ pudoris turtures anteiret; an viveni, qui vitiorum cœno, ſe ſe fœdârunt? ſi cecidit Joannes columna ſanctitatis, an ſtabit improbus, ſentina perverſitatis? ſi is terretur, qui olim navim pro Chriſto dimiſerat, qui recubuerat ſuper pectus Domini in cœna, qui cum exularet pro fide rapiebatur ad divina; gaudebit reprobus, qui deſes in ſinu quievit impudicitiæ? qui ſtudia neglexit virtutum, & extorris aufugit à pietate? Joannes viſo DEI gladio quamvis Angelis ſtiparetur, procubuit exanimatus, & impius ſtabit imperterritus? ſed quinam fuit gladii illius à Joanne viſi capulus? an ſerpens lethalia evomens venena illius aciem adſtringebat? Imò prodibat ex ore DEI, unde favus mella diſtillat; labijs muniebatur, quæ ſponſæ lilia videbantur eblandientia: *de ore ejus gladius utraque parte acutus exibat.*

48. Si igitur id DEI incuſſit timoris Joanni inter favos mellis, & vernantia lilia, ut ſemianimis in terram corruerit: [Ibidem.] *Cecidi ad pedes ejus tanquam mortuus*, qualem non incutiet terrorem in extremo judicio, quando non ampliùs labia, in quibus lilia vernant, ſed manus, è qua fulmina intorquentur, eum vibrabit in æternam impiorum internecionem? Quando vidit Joannes gladium de ore DEI prodeuntem, ludebant tunc in ejus manu ſtellæ veluti lætantes, & ſuas ducentes choreas [Apocal. 1.] *Habebat in dextera ſua ſtellas ſeptem, & de ore ejus gladius utraque parte acutus exibat.* Quòd ſi gladius non acie, ſed ſtellis coruſcus; non ſanguine aſperſus, ſed ſyderibus redimitus, Joannem terret pudicum, ſanctum, & pro fide exulantem, non quidem cruentas cædes ſpargendo, ſed eblandientes radios effundendo; quid in impios aget, qui non caſtitatem coluêre, ſed libidinibus exarſêre; qui non in eremo fame, & ſiti laborârunt, ſed in ſympoſiis, crapulæ, & ebrietati indulſêre? qui Chriſti doctrinam non perceperunt, ſed corrupti mundi falſa didicerunt dogmata, quibus mores corrumpuntur, & virtutum flores radicitus evelluntur? Quid aget tunc gladius iſte in epulantes, immodico vino madidos, in avaros ſordeſcentes, ſuperbos intumeſcentes, adulteros, homicidas, fures, quando ruentibus de cœlo aſtris, non tam gladius erit, quàm fulgur?

49. Vidit Joannes gladium, qui de ore ejus exibat, ſeu è divino vultu, qui ut Sol lucebat in virtute ſua; in die autem ultionis fulgurabit gladius, non ad arridentis ſyderis nitorem, ſed ad lethalem effuſi cruoris cædem; cum Sol non ampliùs ſnnm erit lumen daturus. Vidit Joannes gladinm, ſed quaſi retuſum, & vulneribus infligendis minus aptum, ſed tunc exacuetur in perniciem reproborum. Ecce qualem DEUS intendet in die illa ſtragem, cui gladius in fulmen exacuetur: & licèt carnes devoret, & impios degluriat: [Deut. 32. v. 42.] *Gladius meus devorabit carnes*, adhuc tamen niſi tonet, & fulguret, torpere videtur; ſed ſi carnes devorat, quomodo in aciem exacuitur? mordet dente, qui carnes vorat? non acie ferri ſecat, & vulnus infligit? quomodo ergo, ſi devorat, gladius eſt? Utrumque præſtat, & ferit, & vorat; ferit exiens de ore ejus, quatenus ſententiam æternæ damnationis profert; & vorat, cùm impios in infernum detrudit.

50. Hinc non mirum, ſi maluit Jobus in ſepulchro perſtare abdicatâ immortalitatis, & reſurrectionis pompâ, & cum vermibus degere, cinere coopertus, quam adſta-

re & aſpicere hunc gladium, & ferientem, & vorantem: *Quis mihi tribuat, ut in inferno protegas me, & abſcondas me, donec pertranſeat furor tuus?* ſed cur adeſſe huic judicio timuit, & abſcondi optavit, ſi animo infracto ulcus tulit Sathanæ, ſi impavidus alloquentem ſe Deum è turbine audivit, ſi in ſinu ſuo repoſitum habuit juſtitiæ, & ſpei margaritum? cur timet judicantis DEI præſentiam, & mavult innocens non reſurgere, quàm gladio aſſidere fulguranti? ſi non erat ipſe hoc gladio feriendus, eò quia Sathanam irriſerit cædentem, cur timuit? quia nimirum ærumnæ, quas paſſus fuit; & cacodæmonis aſſultus, quos ſuſtinuit; ſterquilinium, in quo jacuit; morſus vermium, quos toleravit, vernantes fuêre flores, ſi conferantur furori Judicis in valle Joſaphatæa gentes omnes judicantis: ulcus, quo à planta pedum usque ad verticem capitis putruit Jobus ſauciatus, impar eſt vulneri, quod furens, & minans DEI vultus impijs.. infliget; proinde deſiderium Jobum inceſſit mortem ſubeundi potiùs, quàm gladium furoris devorantem carnes, & detrudentem impios in gehennali carcere aſpicere in die illa. Quòd ſi tum cœlum nubibus fœdum ſuas ſpargit minas, fulgur exhorreſcimus, & armatas fulmine nubes timemus, licèt ſit fulgur vapor duntaxat ad modicum parens, & minantes nubes terræ halitus unà congeſti, quid de nobis erit, cùm non nubes, ſed DEUS ipſe ſuum nudabit gladium, & totus igneus furore fulgurabit? *Fluvius igneus, rapidúsque egrediebatur à facie ejus.* Id eſt fluvius, non fluens aquis, ſed furens flammis; non currens ſedatè, ſed fervens flammarum vorticibus; non pellucidis dives laticibus, ſed voracibus exundans ignibus.

Daniel 7. v. 10.

51. Cùm Romæ Tiberis alveum excedit, & ripis altioribus ſuperfuſus innatat plateis; penetrat domus, implet officinas; qui clamores, quales ejulatus, quæ luctuum proluvies, & lugubria non audiuntur lamenta? & tamen exundans fluvius nonniſi plateas irrigat, domus humectat, & pulveres excutit: annon id perinde eſſe dixeris, ac trepidare in illecebra, lugere in gemma, & ejulatus in floribus edere, ſi Tyberim cum eluvione fluvii ignei conferas, qui rapidus à facie Judicis die illa egredietur? ad hanc eluvionem non domus, non colles, imò nec montes editiores ſtabunt, ſed præ timore & ipſi corruent. Quid? quòd Propheta fluvium, non torrentem viderit à facie ejus egredi, cum rapidior delabatur torrens, ac impetu celeriori decurrat, ac ex prærupto-rum montium præcelſis jugis cum ingenti ſtrepitu, & fragore rapidè deorſum feratur defluentibus largis, aſſiduíſque imbribus, & lapſu concitato per cautes, ac prærupta ſaxa, rupéſque aſperas præceps agatur, & eodem propemodum tempore incrementum ſubeat, totúmque alveum impleat, & ſuperatis, disjectiſque aggeribus, quibus coërcebatur, diffluat in finitimos campos, invehátque glaream, lapidéſque exeſos, limúmque, & radicitùs evulſas arbores? ſed licèt ingenti cum ſtrepitu, & fragore rapidè feratur torrens, non tamen quem Propheta vidit fluvium egredientem à facie ejus torrentem eſſe dixit: quia torrens licèt aggeres, & munitiones, quibus coërcetur disrumpat, alveum non ſolùm impleat, ſed etiam ſuperet, & finitimos agros inundet, vaſtétque; tamen furor iſte temporaneus eſt, non perennis, ſi pluviæ ceſſent, miteſcit torrens, & ejus alveus exiccatur; fluvius verò, cum non è pluviis, ſed è pluribus fontibus, qui è terræ intimioribus ſcaturiunt viſceribus coaleſcat, perennat in ſtrage, cùm nunquam exiccetur in fonte. *Fluvius igneus, rapidúsque egrediebatur à facie ejus*, nunquam extinguetur ignis, quia jugiter decurrit fluvius; nullo morietur latice flamma, quia fluminis non torrentis eſt unda; nullo exhaurietur tempore fluvius, quia torris eſt, non torrens.

§. VII.

Quamvis iraſcentis animi affectus ſulphurei ſint, flammas facilè concipiant, & incendia excitent: ſi tamen ad vallem Joſaphatæam ſeria deducantur cogitatione illicò tepent, frigent, & extinguuntur.

Lugubre fuit, nec ſiccis oculis ſpectandum Jeroſolymitanum excidium, quod præceſſit terribilis comarum faculis 52
fulgurans cometes anno integro minacis inſtar gladij cædem urbi cruentam intentans & minitans. Cui prodigio alterum ſucceſſit prima azimorum die, cùm noctè intempeſta circa templum tantum effulſerit ſplendoris, ut meridianam referret ſolis claritatem. Ferunt etiam, agnum in medio templi repertum fuiſſe, cùm ad immolandum bos duceretur. Orientalis itidem porta ænea templi inferioris, quam vix viri viginti movere, & claudere poterant viſa fuit nocte ultrò pateſcere: & aëreos campos ferratos pervagari currus, & armatas acies percurrere, ac claſſicum occinere. Die etiam ipſa Pentecoſtes, cùm noctu ſacerdotes fuiſſent templum ingreſſi ad rem peragendam divinam, vocem è cœlo emiſſam audierunt, quæ diceret, *Migremus hinc.* Et demum fuit etiam homo quidam ruſticus, qui per annos ſeptem, totidémque menſes urbem circumcurſans perpetuò ingeminavit: *væ! væ! Jeroſolymis!* cùmque à Magiſtratu virgis fuiſſet pluries exceptus, flagriſque cæſus, non tamen circuire urbem deſtitit, donec cœperit hæc obſideri, & ipſe ſupra mœnia

nia circumiens cum tandem clamâſſet, væ etiam mihi; lapis à Romanis obſidentibus excuſſus eum peremit. Hæc prodigia quæ obſidionem præceſſerunt, & urbis excidium; eum civibus illis incuſſêre timorem, ut veluti caeci animo ceciderint.

53. Titus Imperator caſtra fuit in Oliveti monte metatus, ubi Chriſtus antea reſpexerat urbem, lachrymáſque effuderat, malorum mox imminentium indices: & tunc incaleſcentibus intus diſſidijs, cives jurgia inter ſe ſe excitârunt, & qui in templum tanquam in munimentum ſe receperant interfecti miserè periêre, omnia confuſa, proclamata, & deſperata erant; ubique ululatus, & clamores aërem replebant, lachrymæ genas rigabant, cùm omnes in luctu jacerent, & ſqualore. Quòd ſi tantùm intulit terroris, & confuſionis urbis obſidio, quam prodigia aliquot præceſſerant: quid erit, quid impijs continget in extremo judicio? cùm mortis ſententiam delabentes è ſummo cœlo ſtellæ, expunctíque ex ſphæris cœleſtibus characteres exarabunt? quando Judex non ampliùs prece flectetur; & veniet manifeſtè judicaturus, qui occultè venerat judicandus? *Tunc* ait Auguſtinus: *Judex nec gratia prævenitur, nec miſericordiâ flectitur, nec pecuniâ corrumpitur, nec ſatisfactione, nec pœnitentiâ mitigatur.* Tunc judicaturo Deo lugubrem flebiliter mundum, horrendum elementa immugient, & univerſale mortalium theatrum inopinato concutietur ſpectaculo; & qui viventes bellorum ſtrepitu fuerunt cæteris terrori, palpitabunt ipſi, & pectora ac corda tundent timore correpti.

Lib. 1. de ſymb.

54. Quod ſi & nos diem illam corde tacito, & mente ſolicita volveremus, cum D. Hieronymo pavidi tremeremus, ſive comedentes, ſive bibentes, & ſive quid aliud agentes, ſemper noſtris videretur auribus tuba illa terribilis inſonare, ac horriſſonè immugire: *ſurgite mortui, venite ad judicium:* hæc fuit tuba illa, quæ Hieronymum licet eremi incolam, culturæ virtutum ſummè addictum, lilio caſtitatis floreſcentem, roſiſque eximiæ charitatis vernantem, jejunijs emaciatum, vigilijs abſumptum perterruit. Verè vox magna ait Chryſoſtomus: *Vox tubæ terribilis, cui omnia obediunt elementa, quæ petras ſcindit, inferos aperit, portas æreas frangit, vincula mortuorum diſrumpit, & de profundo abyſſi animas liberatas corporibus ſuis aſſignat.* Hæc eſt illa tuba, quæ frœnum injicit pravis omnibus affectibus. Obſeſſâ Jeroſolymâ, & urbe, ac templo hoſtiliter dirutis, cùm gens Hebræa duceretur captiva, Sacerdotes divino addicti cultui, ignem, qui in altari ſervabatur accenſus, ne ab hoſtibus raperetur occultârunt: *Accepto igne de altari occultè abſconderunt in valle, ubi erat puteus altus, & ſiccus, & in eo contutati ſunt eum.* Cùmque plures jam fluxiſſent anni, Deus Regi Perſarum hanc dedit mentẽ, ut juberet, in Judæa vaſtatum, & dirutum templũ inſtaurari, ritúſque legitimos Jeroſolymis reparari. Ad id munus obeundum Rex Nehemiam ſacerdotem ſelegit, & in urbem illam direxit, qui Nepotes etiam accerſivit eorum Sacerdotum, qui dudum ſacrum ignem abſconderant, ſed venientes: *non invenerunt ampliùs ignem, ſed aquam craſſam,* cùmque ignis deeſſet, quo altaria adolerent, juſſit eos Nehemias aquam illam craſſam ſibi deferri, & ſuper congeſta ligna aſpergi; mirum ſanè dictu, & viſu, licèt nubibus eſſet tunc aër fœdus, & caligine dies nigreſceret, cùm primum maduêre ligna aqua illa craſſa, nubes atræ diſciſſo ſinu, & in duas partitæ claſſes præcipiti ſe fugæ dederunt, & Sol repentè illuxit, ignémque accendit, ut circumſtantes omnes ingenti perfunderentur lætitia admirantes in prodigio impertitam à Numine ſuo populo gratiam.

1. Corinth. 15.

Machab. 2. v. 19.

55. Ille igitur ignis, qui ultra ſeptingentos annos ignis fuerat, & plura millena ſacrificialia animalia acri incendio devoraverat ſtagnavit in puteo annis ſeptuaginta converſus in aquam craſſam. Quid? quòd ignis propriam dediſcens naturam, propriæque oblitus indolis, æmuli elementi vices ſubivit? igneſcunt iraſcentis animi effrœnes appetitus ira, furor, indignatio, flammas, & incendia intus excitant in ira percitis: at ſi ignis iſte abſcondatur in valle, non ſolùm ardere deſinit, ſed & frigere addiſcit: ſi quæras, quænam ſit hæc vallis, in qua ignis deliteſcit, non credas, aliam fuiſſe, quàm Joſaphatæam, ait Carthuſianus Hugonem ſecutus; expendens ignem acceptum de altari, & occultè abſconditum in valle: *Acceptum ignem de altari abſconderunt in valle, id eſt ſacerdotes, ignem qui ſub altari holocauſtorum jugiter arſit, ſecum ſumpſerunt, & in valle (ut dicitur) Joſaphat abſconderunt.* Ecce reconditus ignis in valle Joſaphatæa, ubi extremi judicii aperietur tragædia, illicò propriæ obliviſcitur naturæ, & ardere deſinit, & in aquam craſſam mira convertitur metamorphoſi, ardores ſuos exuit, & aquæ induit teporem. Tametſi ſulphurei ſint hominis affectus, ardeant ſtatim, flammas, & incendia excitent, cædes ſpargant, & neces; ſi tamen in valle fuerit occultè abſconditus, ſi ſeria cogitatione in valle Joſaphat ad extremum judicium deferantur, miteſcunt illicò, ardere deſinunt, tepere incipiunt, & frigere.

56. Quòd ſi ardores concupiſcentiæ, furoris flammæ, iræ incendia frigent, ſi extremum iiſdem objiciatur judicium, languéntque in aquam craſſam: è converſo, qui frigent affectus, quæ languent deſideria in ſtudiis virtutum, in cultura pietatis, & veluti aqua craſſa tepeſcunt, otióque marceſcunt, in hac valle refricato extremo judicio ſpiritus reſumunt, & quæ languebant deſideria, qui frigebant affectus in cultura virtutum reviviſcunt, & fervere incipiunt, ſuáſque ex-

exercere vires. Hæc enim prodigia in valle Joſaphatæa fiunt, nimirum id meditatio extremi judicij operatur, ut pravi, qui in homine igneſcunt affectus, quibus caſtitas, & pietas eineſcunt, ſtatim frigeant, & torpeſcant in aquam craſſam converſi: qui verò probi languebant, & frigidi veluti ſtagnabant, ardores concipiant, & igneſcere incipiunt ad virtutis nitorem. Fluvius enim igneus, rapidúſque, quem Daniel *c.* 7. viderat erumpere à facie Judicis, ſi probos ſed tabeſcentes affectus accendit, quò ferventiùs, ac feliciùs agant: pravos tamen iraſcentes, ac igneſcentes extinguit.

57. Fluvius eſt igneus, non torrens, quia ſupplicium eſt perpetuum, & quis impiorum non timeat? & ſi timet, quali non torquetur intus ſupplicio? toties damnatur Reus, quoties damnationis memoria mentem ſubit; quòd ſi acerbiſſimum eſt, diu ex alieno judicio pendere; teſtium invidiæ, odio, & æmulationi obnoxium eſſe; quale non torquebitur impius cruciatu Judicis ſupercilium perpendens, ac judicialium miniſtrorum inofficioſitatem? Quid ſit reprobus tunc acturus; ex eo conjici poteſt, quòd viri pientiſſimi, ſtudio Chriſtianæ perfectionis jugiter addicti toto corpore contremuerint, quoties extremi judicii refricata memoria mentem pulſavit. D. Hieronymus excultæ ſanctitatis, & auſterioris pœnitentiæ vivum exemplar totis artubus contremuit, quoties Deus Judex, & vindex gentes omnes judicaturus in ejus mente verſabatur, ait enim. *Ego cunctis peccatorum ſordibus inquinatus diebus, ac noctibus opperior cum tremore reddere noviſſimum quadrantem.* Arſenius, qui juges exiccaturus lachrymas ex oculis ſtrophiolum ſemper in manu geſſit, cum annum ætatis ageret vigeſimum ſupra centeſimum, & morti proximus eſſet; refert Ruffinus Aquileienſis num. 163. quòd indicta judicii hora poſt vitam ſanctè, ac piè actam morbo ingraveſcente, & morte approximante cœperit in lectulo ubi decumbebat non tam vultu lachrymis, quàm toto corpore ſudore madere, adeò ut mirati, qui aderant, ab eo crepiduli petierint, cur in tam uberes ſolveretur lachrymas, & ſudores, & num timeret mortem? quibus reſpoſuit ille, certè timeo, & totis viſceribus contremiſco; & timor, qui nunc viſcera mea conturbat, & exagitat, ſemper in me fuit, & me in hoc aſceterium perduxit vitam profecturus monaſticam: eumque illum Dæmon jam mortalitatem exuiſſe cerneret dixit: Beatus es Arſeni, qui hoc ſancto timore correptus, ſæculi diſcrimina declinâſti, monaſticum inſtitutum ſuſcepiſti, & eodem doctore Chriſtianam didiciſti perfectionem: planxiſti, & noxarum reliquias, ſi quæ ſuperfuêre, eluiſti; qui ſe hic non luget, in perpetuum ſe ipſum deflet.

Tom. 1 epiſt. 1. ad Florent. init.

58. Vir pientiſſimus ac commendatiſſimæ ſanctitatis Hilarion poſtquam in eremo ſeptuaginta annis Deo inſerviiſſet, & octogenarius mortis, & judicij feralem tubam ſuas audierit aures pulſantem, & animam percellentem, tametſi ætate, & ſenio langueſceret, viribus eſſet deſtitutus, quotidianis jejuniis jaceret exhauſtus, modicus calor in venis tepeſceret, ſtoraceo decumbens in lectulo, oculos adaperuit, & turbatam, ac timentem alloquens animam ſuam dixit: *Egredere, quid times? egredere anima mea, quid dubitas? ſeptuaginta prope annis ſervisti Christo, & mortem times?* & hiſce pauculis verbis prolatis, ait D. Hieronymus, ſpiritum exhalâſſe. Agathon licèt ſtuduerit ſemper divinæ obſequi voluntati, divinas leges illæſas ſervare, caſtitatem intemeratam cuſtodire, charitatem cum fratribus exercere, & virtutes reliquas excolere; nihilominus de ipſo refert Ruffinus Aquileienſis. Quòd cum in vitæ extremis jam jam animam traheret, & ſenſim perinde ac cereus extingueretur, per totum triduum adapertos oculos in cœlum defixerit, & cùm adſtantes eum tetigiſſent, ac interrogaſſent, ubinam eſſet, reſpondit: In conſpectu judicii Dei ſto, & cum illi adhuc inſtetiſſent, an timeret; reſpondit ipſe, homo ſum, & unde ſcire poſſum mea opera Deo placuiſſe? cùmque fratres replicâſſent, confide pater, & crede te apud Deum in gratia eſſe: reſpoſuit ille, non confido donec ad Deum venero, & ſententiam audiero in me ferendam, eſt enim judicium Dei omnino aliud ab illo hominum. Num. 161.

59. Abbas Elias referente Palladio licèt annis ſeptuaginta horridam incoluiſſet ſolitudinem, & ejus cibus exiguus fuerit, panis ſiccus cum aliquot olivis, & plerumque integras hebdomades nullo immiſſo in ſtomachum obſonio, nec hauſtu inſtillato, & ſenex diebus ſingulis ultra tres panis uncias, tréſque olivas nil aliud ſumeret, ejúſque cellula ſpelunca fuerit caliginis, & horroris plena; & eâ polleret miraculorum gratiâ, ut valetudinem pluribus reſtituerit, claudis greſſum dederit, cæcis viſum, ſurdis auditum, & annum ætatis jam ageret decimum ſupra centeſimum membris omnibus contremuit, dixitque tria eſſe, quæ timeret, animæ è corpore diſceſſum; inevitabilem neceſſitatem comparendi coram Deo; & ſententiam in ipſum à divino Judice dicendam. D. Bernardus illuſtre ſanctitatis ſpeculum de ſe ipſo aiebat: *Paveo gehennam, paveo Judicis vultum, ipſis quoque Angelicis poteſtatibus tremendum, contremiſco ab ira potentis, à facie furoris ejus, à fragore ruentis mundi, à conflagratione elementorum, à tempeſtate valida, à voce Archangeli, & à verbo aſpero, contremiſco à dentibus beſtiæ infernalis, à ventre inferi, à rugientibus præparatis ad eſcam: horreo vermem rodentem, ignem torrentem, fumum, & vaporem, & ſulphur, & ſpiritum procellarum horreo tenebras exteriores.* Quis dabit capuÿ

Cap. 51.

Serm. 16. in cant. circa medium.

piti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum, ut præveniam fletibus fletum.

60. D. Dominicus referente Surio die quarto Auguſti, cujus oculi veluti gemini fontes jugi, ac uberrimo lachrymarum ſtillicidio fluere conſueverant, migraturos ad Chriſti tribunal hoc iter congruo inſtituturus peregrinantis commeatu in cinere jacuit, & labra tacitus movit ad preces. Quid verò precaretur ab adſtantibus Religioſis non audiebatur, interim tamen tam uberi maduit ſudore, ut fuerit abſtergendus: cumque adſtantes Religioſi clara voce conſuetum illud recitarent: *ſubvenite ſancti Dei, occurrite Angeli Domini ſuſcipientes animam ejus, offerentes eam in conſpectu altiſſimi.* Dominicus placidiſſimè animam ad ſuum Judicem exhalavit: & mox in defuncti corpore reperta eſt catena ferrea, ut verè diceretur ſuccinctus lumbos, & ad profectionem in cœleſtem patriam expeditus illuc migravit. Jubet Chriſtus nos lumbos præcingere, *ſint lumbi veſtri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus veſtris, & vos ſimiles hominibus expectantibus Dominum ſuum, quando revertatur à nuptijs, ut cùm venerit, & pulſaverit, confeſtim aperiant ei.*

61. Moris fuit in Palæſtina, ut æquè viri, ac mulieres; heri, ac ſervi, talaribus, & oblongis uterentur veſtibus, idque cauſa, cur iter facturi veſtem attractam cingulo ſtringerent, ne à laciniis diffluentibus impedirentur, adeo ut cinctus lumborum inceſſum faceret liberiorem. Præcipit igitur nobis Chriſtus, ut quovis abjecto impedimento ſtrenuè exercitijs incumbamus virtutum, & horis ſingulis parati ſimus ad hinc demigrandum, & ad alium orbem proficiſcendum. Tunc autem lumbos præcingimus ſi non diſſoluti, negligentes, & laxi incedimus; ſed caſti, continentes, & jugiter operoſi, adeò ut vinculo divinæ legis pravæ cupiditates, fœdæ libidines, & nequiores affectus ſtringantur, coërceantur, ne inſoleſcant, & diffluant. Non ſolùm jubet nos lumbos præcingere: verùm etiam & lucernas ardentes in manibus tenere; non enim ſufficit fluentes veſtium lacinias ſuccingere; ſed oportet etiam accenſam facem, lucentem cereum manu tenere, & nunquam deponere: eſt autem lucerna ardens, fides, quæ id ſuppeditat luminis, unde quisque ſciat, quos mores, quas actiones Deus à ſe exigat, & quo animo excipienda ſint proſpera, quo toleranda adverſa, quo affectu debeat quisque Deum præ cæteris proſequi: hæc lucerna ita in manibus noſtris ſplendere debet, ut nunquam deponatur, nunquam extinguatur.

62. Non ſufficit, lucernam gerere, niſi hæc ſplendeat; non ſufficit fidem habere, ſi eam non exerceas, ſplendor lucernæ virtutum ſunt exercitia, quibus deſtitutus obtenebreſcit; cavendum ne lucernam gerentes eam non accendamus, ſeu fidem habentes eam non exerceamus. Quòd ſi lucerna arſerit, cave ne eam extinguas lethali noxa; fœtet enim hæc lucerna, quæ propterea excutienda potiùs eſt, ne fœtor fumi, ne turpitudo peccati perversè oleat. Rurſus cum hiſce lucernis expectare jubemur Dominum, quando revertatur à nuptijs, ut cum venerit, & pulſaverit, confeſtim aperiamus ei. Vult enim Chriſtus nos vigiles eſſe, ſervisque ſtrenuis, ac fidelibus ſimiles, qui cum incertum ſit, qua hora ſit herus è convivio nuptiali reverſurus, horis omnibus, momentis ſingulis, ſumma cum patientiâ expectant, januam aperituri pulſanti Domino citra ullam moram. Qui ſegnis eſt famulus lucernam cum lumine in menſa collocat, & ſedens ipſe oculos claudit, caput inclinat, & ad quietem ſe componit, & cum herus fores pulſat, rhonchos ipſe trahit, & ad repetitum pulſum expergefactus vix ſomnolentiam excutit, & difficulter extinctam iterum accendit lucernam hero obviaturus. Servus verò impiger, vigil excubat, lucernam crebrò emungit, patienter expectat ſomnolentiam detergit, & ad primum heri pulſum, vel ſibilum ad januam deſcendit, lumen defert, fores aperit, & hero inſervit.

63. Famuli ſumus cœleſti inſervientes hero, neſcimus, quâ hora venturus ſit: ſi ſapimus, vigilemus; paratam habeamus ſemper lucernam; ſomnum, ſeu deſidiam excutiamus, ut venienti Domino congruis ſtatim occurramus obſequiis. *Venit autem Dominus* ait D. Gregorius: *cùm ad judicium properat; pulſat verò cùm jam per ægritudinis moleſtias eſſe mortem vicinam deſignat.* (Homil. 13. in Evang.) Quòd ſi ſanctitatis cultores, eremi incolæ, pœnitentiæ ſpecula, vigiles ſemper, & trementes expectârunt Judicis adventum, & lucernas jugiter in ſuis manibus accenſas habuerunt, ſi caſtiſſimæ ſolitudinis Angeli judicialem tubam exhorruerunt, quid nobis fiet, qui mediis mundi tumultibus inter vitia volutamur: ſi Arſenius, Hilarius, Agathon, Bernardus, Dominicus, & alii quamplures metu divini judicii tacti contremuerunt, quid erit de nobis, qui non Chriſtianæ perfectionis virtutibus ſtudemus, ſed depravatæ vitæ voluptatibus indulgemus? *Quid ergo facient tabulæ, ſi tremunt columnæ?* ait D. Gregorius: *quomodo virgulta immobilia ſtabunt? ſi hujus pavoris turbine etiam cedri quatiuntur.* (Lib. 14. Dial. c. 7.)

64. Si Iſrael Moabitarum oſculis delinitus, cùm primùm vidit lugentem Eſdram, & diſciſſo pallio in ſqualore jacentem, exanimatus irrugiit: *Sic ergo orante Eſdra, & flente flevit populus fletu multo.* (1. Eſdræ c. 10. v. 1.) Qualis erit gentium conſternatio,

 ubi

natio, ubi non pallio, ſed cœlo conſciſſo Chriſtus ſacerdos, & Pontifex non lugebit, ſed irrugiet; non lachrymis madebit, ſed ira exardeſcet; non fletus fundet, ſed tædas furoris quaſſabit; non oculis Ammonitidum eblandietur, ſed cerallis commordentibus iraſcetur? *Et Dominus de Sion rugiet, & de Jeruſalem dabit vocem ſuam:* Nimirum vocem, quâ reprobos ad gehennales damnabit cruciatus; vocem, quâ æternæ mortis ſententiam proferet; vocem, quâ abyſſus inferni aperiet; ut reprobi omnes uno deglutiantur hiatu. Quòd ſi contabuit populus à Perſis emancipatus, cùm primùm vidit Eſdram lugentem, quomodo non corruent, & trementes non diſſolventur impii Sathanæ mancipati, & extraditi, ubi non flentem, ſed tonantem audient Deum Judicem? Scio irrugiviſſe ingenti clamore, ac vociferâſſe magno ululatu Eſau, quamvis eſſet vir agreſtis, pilloſus, ſylveſtris, eò quia fraudatus fuiſſet patris benedictione, licèt paterna non deſtitutus benignitate; quamvis adhuc ſpes aſſulgeret patrem exoſculandi, & fratris gratiam demerendi, & conſequendi etiam cœli rorem, & terræ pinguedinem: ſed quo non torquebitur dolore, non diſrumpetur angore impius, qui pro cœli rore gehennales promeruit ignes, & non jam parentis oſculo dignandus, ſed Chriſti fulmine percellendus? Scio Heli in terram corruiſſe, animámque efflaſſe ac penè mortuum jacuiſſe, cum primum arcæ audivit jacturam: ſed quomodo ſtabit impius, qui per patrata flagitia Deo, & cœlo excidit.

Joël. 3. v. 16.

65. Refert Joannes Damaſcenus, Regem quempiam aureo curru vectum, ac frequenti ſtipatum ſatellitio plateam quandam pertranſiiſſe; eique obviâſſe viros duos religioſos ex aſceterio egreſſos veſte detrita, & lacera, macie confectos, vultu impalleſcentes. Conjecit Rex pallorem illum, & maciem indicia eſſe coërcitæ concupiſcentiæ, maceratæ carnis, & aſſidui in divinis obſequiis ſtudii; quapropter curru deſiliens, humóque affuſus ſupplici geſtu eos eſt veneratus, deinde conſurgens amico amplexu, & benefico vultu eos urbaniſſimè ſalutavit. Cúmque ægrè id tuliſſent, qui cùm Rege Proceres aderant, ac interpretarentur demiſſionem illam Regia Majeſtate indignam: & nemo adeſſet, qui Regem monere auderet; Regis fratri ſuaſerunt, ut vellet ſuum monere germanum, ne diadema, purpuram, & Sceptrum contumelioſa illa amplius deprimeret ſubmiſſione ad pedes mendicorum. Paruit ſuadentibus frater, monuítque Regem intempeſtivæ abjectionis. Rex tamen tunc nonniſi ſubobſcurum, & ambiguũ mutilis verbis reſponſum dedit, ut frater admonens, quid revera reſponderit conjicere non valuerit. Addit Joannes Damaſcenus moris fuiſſe illic, ut ſi quem Rex eſſet mortis pœnâ mulcaturus ad ipſius ædes præconem præmitteret cum tuba, quò nimirum è mœſtiſſimo tubæ clangore diſceret ſe morti deſtinatum, ac poſtero die ultimum eſſe ſubiturum judicium: hæcque propterea tuba mortis nuncupabatur. Rex igitur accerſito lugubri tubicine juſſit, eum ſub veſperam, ut ad fratris domum ferali tubâ clangeret, mortíſque nuntium ferret. Erat domi Frater Regis poſt cœnam profectus dormitum, cùm ecce feralem audit tubam præ foribus domûs clangentem, mortíſque ſententiam nuntiantem: contremuit Princeps, & noctem totam duxit inſomnem inter familiæ luctus: & poſtera die unà cum conjuge, liberis, & familia lugubri atratus veſte venit ad Regium palatium mortis auditurus ſententiam: aderant Aulæ Proceres, & reliqui ex Regis famulitio; quin affluxerant etiam cives, & alii prænobiles ad inſolens hocce ſpectaculum: cúmque omnium adſtantium vultus mœrore tabeſcerent, oculíque lachrymis innatarent, nec quid aliud, quàm gladius, & mors expectaretur; comparuit Rex, ſicque fratrem colloquitur, Itáne mi Frater iram extimeſcis fratris tui, ut elapſam noctem inſomnis exegeris, ac in luctu jacueris? Itáne fratrem times, cui ſanguinis neceſſitudine illigaris, & eodem nobilitatis ſtemmate copularis? Itáne feralis tubæ clangor te perterruit, ut nullius conſcium facinoris ad ultimum ſubeundum ſupplicium te cenſueris deſtinatum? & cur quæſo mihi vitio vertis, ſi geminos illos Cœnobitas mihi occurſu ſuo divini Judicis adventum nuntiantes ſubmiſſiùs ſalutaverim, cùm illi in aſceterio, jejuniis carnem compeſcant, & ego in aula deliciis diffluam; cùm illi cilicio concupiſcentias coërceant, quibus ego per lenocinia voluptatum indulſi, cùm illi flagellis ſe cruentent, vigiliis ſe emacient, & patientiæ exercitio dura quæque deglutiant, ac digerant; & ego mundi illecebris fruar, commodis omnibus utar, & plurimorum mihi ſim criminum conſcius, quibus meum Judicem læſi. Hanc mi frater tubam formidemus mortis ſempiternæ prænuntiam; tu me monuiſti, quia ægrè tuliſti meam in Cœnobitas illos demiſſionem, quaſi regia Majeſtate indignam: ſed ego ſeriò te moneo, ut non meam reformides tubam, ſed illam æterni Judicis, qui mortem prænuntiat æternam; meum ad fores domûs tuæ tubicinem miſi, non ut te interficerem, ſed inſtruerem. Diſce igitur timere hanc Judicis tubam, quò probè vivas, & mortem non timeas.

§. VIII.

§. VIII.

Præcoquus extremi Judicij timor vulnera præmaturè infligit, quæ impios acriter excruciant, antequam gladio feriantur.

66. QUærunt ſacri Interpretes, cur Prophetæ ante bis mille, & ultra annos, & inſuper quod adhoc ſupereſt uſque ad diem finalis judicij, dixerint, extremum mundi excidium, & poſtremum univerſale judicium, ita eſſe à Deo ſtatutum, ac ſi non multo poſt debuiſſet contingere, cum tamen adhuc perſeveret mundus, & nondum judicium advenerit: ait enim Sophonias: *Juxta eſt dies Domini magnus juxta eſt, & velox nimis: vox diei Domini amara, tribulabitur ibi fortis:* Hunc enim textum Sancti Patres, præſertim Hieronymus, Remigius, Petrus Damianus, & alij diei extremi judicij allegoricè adaptant. Joël itidem ait: *A, à, à, dixi, quia propè eſt dies Domini, quaſi vaſtitas à potente veniet.* Si ſupra jam bis mille effluxerunt anni à tempore, quo Prophetæ finalem judicii diem propè, & juxta eſſe, ſeu non multum diſtare, ſed in proximo imminere edixerunt: quomodo veritati eſt prophetia conſona? An quia adeo ingens, ac magna erit judicii illius afflictio, ut ejus timor etiam prolixiores temporum abbreviet diſtantias? ita cenſet D. Hieronymus inquiens: *Prope eſt dies judicij, vel propter æternitatem, quia ei nihil longum eſt, vel propter pœnæ magnitudinem, quia facienti nunquam longum videtur ſupplicium, quod inferendum eſt.*

Cap. 1. v. 14.

Cap. 1. v. 15.

Hom. 1. Sopon.

67. Sententiam mortis, qui detruſus in carcere ob patrata ſcelera expectat, eam ſemper præ oculis habet præſentem, ac ſi eam audiret, ideòque ſemper timet, & quamvis Judex ſententiam differat, timor tamen reo præſentem exhibet, quia ut ſcitè ait Publius Mim. apud Senecam: *Quotidie damnatur, qui ſemper timet:* Et quis non timeat, cujus flagitia, & vitæ protervè anteactæ ſcelera apud tribunalia diſquiruntur? delicta, qui diſcutit ea prodit, & proditrice diſquiſitione præmaturè condemnat. Licèt Judicis lata ſententia ſemel tantùm reum feriat; qui tamen illam diu timet, toties damnatur, quoties ſententiam timet, & quamvis ſententia adhuc diſtet, præſens eſt damnatio; ideóque rectè Sophonias, & Joël prænuntiârunt propinquum, & non longè diſtans extremum judicium: quia impii ſuorum conſcij ſcelerum, illud timent, jam damnantur à propria conſcientia; ideóque præſens ſemper eſt impiis finale hoc judicium, quia præſens eſt illis conſcientia, quæ eos damnat: *Quotidie damnatur, qui ſemper timet:* & is timet, cujus ſcelera ſcit eſſe certò in tribunali excutienda, & examinanda

68. Vel non longè diſtare edixerunt Prophetæ hunc finalis judicii diem, quia nunquam longè, ſed prope eſt, quod toleratu eſt nobis peracerbum; doloris, & triſtitiæ magnitudo prædicta comminatione, & metu, anticipat ſupplicia ſuſtinenda, & ſenſu præcoquo vulnera præmaturè infligit, quæ reos torquent, antequam gladio feriantur. Scitè Petrus Damianus expendens verba Sophoniæ: *Juxta eſt dies Domini magnus, juxta eſt, & velox nimis:* Eleganter, & acutè ait: *Nunc dum tibi mundus arridet, dum carnis ſanitas fervet, dum proſperitas terrena demulcet, quæ poſt iſta ſequuntur excogita: & jam quaſi tranſactis, quæ præſto ſunt, illud prudentia veſtra ſolerter examinet, quæ præſentibus futura ſuccedunt. Quæcunque ergo tranſitoria ſunt, altiori conſilio jam tranſiiſſe decernite, & velut ludificatoriæ illuſionis ſomnium deputate. Illuc mens veſtra currat, illuc ſolicitos acuminis ſui oculos dirigat, quod poſtquam contigerit tranſire non novit.* (Poſtea appoſitè ad rem noſtram ait:) *Terribilem ultimi judicij diem jam in conſpectu veſtri præſentia ponite, & repentinum tantæ Majeſtatis adventum tremefactis viſceribus retractate. Neque illum diem putetis eſſe longinquum, quem Propheta tanto ante nos ſæculo viſinum, & veluti jam eſſet in limine prædicabat dicens: Juxta eſt dies Domini magnus, & velox nimis.* Scilicet ſeria finalis judicij meditatio ita mentem occupat, ſpiritum terret, ut fluxas mundi voluptates, deliciarum illecebras, concupiſcentiarum lenocinia omnino obliteret, vel excutiat, & abſentet; & ſolùm ipſum finale judicium exhibeat ex timore ut præſens, quod ex veritate adhuc diſtat. Seriò cogitata finalis judicij acerbitas cunctis diſtrictiùs hominibus terrorem incutit, ac gehennæ æterna ſupplicia, & inextinguibilia tartarea in fornace incendia terrore mentem percellunt, quæ temporum diſtantias omnes excludit, & ſupplicium indicat præſens, quod timet abſens. *Quotidie damnatur, qui ſemper timet*, & is timet, cujus ſcelera ſcit eſſe in tribunali diſcutienda. Non ſolum pavida judicij finalis meditatio reos quotidie damnat, tametſi judicium adhuc abſit: ſed etiam præſentia mundi lenocinia, voluptatum illecebras, concupiſcentiæ illicia, quæ ad flagitia viam emolliunt longiùs abigit: ait enim Petrus Damianus: *Quæcunque tranſitoria ſunt altiori conſilio jam tranſiiſſe decernite, & velut ludificatoriæ illuſionis ſomnium deputate.*

Lib. 4. Epiſt. ad Epiſc. epiſt. 57.

69. Salubris igitur eſt finalis judicij meditatio, dum illius horror abbreviatis prolixioribus temporum diſtantiis, & excuſſis mundi blandimentis, carnis lenociniis, voluptatum illiciis, quod adhuc multum diſta-

Digitized by Google

diſtabat univerſale judicium præſens exhibet. Adeo ingens eſt ejus terror, adeo magnus ærumnarum acervus, quem dies illa ſecum adferet, ut Sophonias eum dixerit non multum diſtare, ſed imminere:
Cap. 1. v. 14. *Juxta eſt dies Domini magnus, juxta eſt, & velox nimis:* Nimirum ideo juxta, ideo præſens & velox nimis, quia magnus, quia ingens: quæ enim magna ſunt, & grandiora, licèt multum diſtent, ob tamen ſuam magnitudinem ita noſtris objiciuntur oculis, ut ea videamus perinde ac præſentia: Prophetæ Sophoniæ prope fuit dies ante bis mille,& oltra annos, qui etiam à nobis procul diſtat: quia magnitudo, & prægrandis vaſtitas illius diei mentis imponit oculis ejus præſentiam, & moles calamitatum diſtantias temporum, vel abigit, vel eludit; quapropter dixit Joël: *A, a, a, diei*
Cap. 1, v. 15. *quia propè eſt dies Domini quaſi vaſtitas à potente veniet:* Scilicet ideò prope, quia ærumnarom acervus, quem ſecum advehit vaſtiſſimus eſt, & ejus vaſtitas diſtantiam temporum eludit.

70. Qui eminus ſurgunt editiores montes propria ſe ſe vaſtitate, ac eminentia produnt. Tametſi adhuc multum diſtaret tam procul à Joële, & Sophonia amaritudo finalis judicii; adhuc viſa eſt proxima, eò quia ingens, magna, & vaſtiſſima: quod enim longinquitas detrahebat de apparatu, hoc magnitudo molis ſupplebat in ærumna. Coloſſus eſt, ſi cùm eminus ſit, cominus tamen eſſe putatur. *Et quaſi vaſtitas à potente veniet*: ait Joël. Adeò ingens, magnúsque erit ærumnarum acervus, quem dies illa ſecum trahet, ut Joël nihili fecerit Aſſyriorum ferociam, Perſarum truculentiam, Græcorum immanitatem, Romanorum ſævitiem: & ærumnæ, quas hominibus intulere Joëli fuerunt morſus erucæ, &
Joël. 1 v. 4. locuſtæ: *Reſiduum eruca comedit locuſta:* Oppoſuit calamitates, quas mundo intulerunt Aſſyrij, Perſæ, Græci, & Romani bellorum ſævitie, militúmque incurſionibus, ærumnis, quæ in finali judicio impios opprimet; veluti erucam rugienti leoni; & lucuſtam ſævienti tigridi, vel bruchum ferocienti hydræ. A Perſis conſumpti, & deleti fuerunt Aſſyriii debellatores Iſraëlis: *Et reſiduum locuſta comedit rubigo.*

71. Verùm tot cædes, ſtrages, expilationes urbium, incendia Provinciarum, regnorum everſiones, quibus nil atrocius elementa ſpectârunt; Prophetæ Joëli decreverunt in vermes, & erucas; adeò ingens, & vaſtus erit ærumnarum acervus, quem dies finalis jodicii ad impios obruendos ſecum trahet: O quàm vaſta erit, calamitas illa, cui Chaldæorũ ferocia, Perſarum ſævitia, Græcorum potentia, & Romanorum dominium Erucæ ſunt, & locuſtæ! quod ſi templum direptum, aræ everſæ, urbs exuſta, domus dirutæ, mœnia ſolo æquata, abducti Reges, captivi populi, cruentæ clades morſus ſunt erucæ. Quid perferendum erit, ubi non jam vermiculus errodet, ſed potens devaſtabit; ubi non jam reſiduum locuſtæ rubigo comedet, ſed Deus Judex, & vindex impios ad tartara detrudet æternùm torquendos? Tunc ab omni affectu remotiſſimus erit Judex, & ſi amorem antea fovit, eum excutiet, ac perſonam exuet amici, unde Caſſiodorus: *Elegiſti te per cuncta Judicem totius erroris expertem,* Lib. 1. var. epiſt. 3.
nec invidiâ quemquam deprimens, nec gratia blandiente ſublimans. Quod cùm ubique ſit arduum, tamen ſit in patria glorioſum, ubi neceſſe eſt, aut gratiam parentela provocet, aut odium longæ contentiones exaſperent. Exhibet Caſſiodorus boni Judicia ideam.

Sinunt tamen Judices homines plerúmque ſe corrumpi, vel à ſordeſcente avaritia, vel à voluptate eblandiente, cùm æquè ingenioſus ſit amor, ac avaritia: muliebres enim ſi formæ acceſſerint, Judices amore in ſuas partes facilè trahunt, ſi præces addantur; & aſſuetæ mentiri lachrymæ, edoctæ fallere, ſi quid duritiei ipſis ineſt emolliunt; his artibus reus edoctus plus ſatagit de Judicis benevolentia conciliata, quàm de propriæ cauſæ merito. Deus verò Judex, & Vindex in die illa, nec prece flectitur, nec lachrymis emollitur, nec muneribus dimovetur. Hæc qui ſeriò cogitat, ſatagit nunc per exercitia virtutum, fuſas preces, & culturam pietatis Judicem ſibi propitiare, ut quem timet in finali judicio habere contra ſe furentem, habeat nunc miſerentem, ſibíque faventem. Joannis 5. v. 26. ubi Chriſtus denuntiatur om- Joan. 5. v. 26.
nium univerſalis Judex, habetur: *Neque enim pater judicat quemquam, ſed omne Judicium dedit filio, ut omnes honorificent filium, ſicut honorificant patrem:* Nimirum Pater dedit filio omne judicium non largiendo, ſed generando: non enim voluit nos filio ſuo derogare, cum nobis ipſum det Judicem; ut de conſcientiæ reatu humana indevotio etiam obſequia exhibeat Chriſto, qui in finali judicio erit gentes cunctas judicaturus. 72.

Sana mente eſt deſtitutus, qui flagitiorum reus negligit nunc Judicem ſuum pro- 73.
pitiare; ſcitè Tertullianus ait: *Quale autem* Lib. de Spectaculis cap. 30.
ſpectaculum in proximo eſt adventus Domini, jam indubitati, jam ſuperbi, jam triumphantis, quæ tunc ſpectaculi latitudo? quid admirer? quid rideam? ubi gaudeam? ubi exultem? ſpectans tot ac tantos Reges, qui in cælum recepti nuntiabantur cum ipſo Jove, & ipſis ſuis teſtibus in imis tenebris congemiſcentes? itidem Præſides, perſecutores dominici nominis, ſævioribus, quàm ipſi flammis ſævierunt, inſultantibus contra Chriſtianis, liqueſcentes? quos præterea ſapientes Philoſophos coram Diſcipulis ſuis unà conflagrantibus erubeſcentes, quibus nihil ad Deum pertinere ſuadebant, quibus animas, aut nullas, aut non in priſtina corpora

redi-

redituras affirmabant? Hactenus Tertullianus, qui magis ad rem oostram ſubdit: *Etiam Paëtas non ad Rhadamanti, nec ad Minois, ſed ad inopinati Chriſti tribunal palpitantes.* Dignum expenſione eſt, quòd à Tertulliano in eo ultimi judicii ſpectaculo ij dicantur palpitare ad inopinati Judicis tribunal, quem delinire ac ſibi propitiare neglexerunt; quia nunquam putârunt, fore, ut aliquando omne Mortalium genus eſſet judicaturus: ait Tertullianus: *Ad inopinati Chriſti tribunal palpitantes:* Aderit enim Chriſtus Deus præcelſo inſidens ſolio, valido ſtipatus Angelorum ſatellitio, tartarea cohorte in carnifices Dæmones tributa ad ſuppliciorum obſequelam; aderit Judex rigido ſupercilio timendus, ſimúlque exerta divinitare paveſcendus, & tunc horrendum erit in Dei judicantis manus eos incidere, qui cùm viverent reſipiſcentiæ lachrymis eum neglexerunt ſibi delinire, eúmque habere miſerentem, quem poſtea non ſervili, ſed filiali timore extimeſcerent judicantem.

74. Sed cur Deus ſibi familiares, ſuóque addictos famulatui tantis permittet pavoribus concuti? ſi Judicem ipſum coluerunt ut amicum, cur in judicio metuent ut hoſtem? an quia quæ in hac vita etiâm à juſtis fiunt, nec ſatis ſcrutari, & penetrari poſſint, multò minus quæ in orbe altero, & præſertim in extremo judicio, ubi humanus oculus caligat, eò quis judicia divina abyſsus ſint omnium profundiſſima? Verùm timorem etiam viris pientiſſimis, & Numinis addictis obſequio incutit finale hoc judicium, ut timore concuſſi noxas omnes etiam leviores excutiant, quia ut notat D. Gregorius: *Plerumque de culpis minimis pavor egrediens juſtorum animas purgat.* [Lib. 4. dial. cap. 46.] Proborum animæ ſæpe ſolo noviſſimorum præſertim mortis, & judicij pavore etiam à levioribus emaculantur contagiis, ait enim D. Gregorius: *Quantò quis ſanctius vivit, tantò cautiùs expendit, quàm diſtrictus adveniat æternus Judex, ita ſuum ipſe terminum, quotidiè proſpicit, & ante ſeveritatem tantæ juſtitiæ, quas rationes vitæ ſit poſiturus attendit, & ſi cuncta prava opera, quæ intelligere potuit, devitavit; venturus tamen coram diſtricto Judice illa magis, quæ in ſemetipſo non intelligit pertimeſcit. Quis enim cogitare valeat, quanta mala per momenta temporum ipſis inconſtantibus cogitationum motibus perpetramus? facile eſt enim opera perverſa vitare, ſed nimis difficile eſt, ac illicita cogitatione, cor tergere. Et tamen ſcriptum eſt, væ vobis; qui cogitatis inutile.* [Lib. 24. dial. cap. 5.]

75. Ideò igitur vult Deus ſibi familiares, & per ſtudia virtutum addictos, ad finalis judicii meditationem pavoribus concuti, ut perfectiùs emaculentur, purgatiùs emundentur, excuſſis noxis omnibus etiam levioribus. Idque cauſæ cur Regius Vates modulatè ad rem noſtram occinuerit: *Os meum loquetur Sapientiam, & meditatio cordis mei prudentiam.* [Pſalm. 48.] Sed quænam eſt hæc cordis prudentia, quæ meditatione eruditur? Non credas, aliam fuiſſe, quam finalis judicii meditationem, quæ timorem incuſſit quo noxas etiam leviores David excuſſit, ſubdit David: *Aperiam in pſalterio propoſitionem meam;* vel *ænigma*, ut ex hebræo interpretatur D. Hieronymus. Móxque explicans hoc ænigma ait; Timorem eſſe extremi judicii, ſubdit enim: *Cur timebo in die mala: iniquitas calcanei mei circumdabit me.* [In Pſal. 48. v. 6.] Per diem malam intelligunt ſacri Interpretes noviſſimam judicii diem, quæ in ſcripturis plerumque vocatur dies mala. Sed quænam eſt illa iniquitas calcanei, quæ in die mala extremi judicij erit Davidem circumdatura? eſt ſcilicet iniquitas calcanei morſus ille venenoſi ſerpentis, qui in Protoparentibus adeò poſteros omoes vulneravit venenoſo dente, cùm ipſi pomum vetitum momorderunt, ut eodem vulnere ſaucii naſcamur claudicantes, quia calcanei iniquitate infecti: Pulchrè D. Ambroſius expendens verba Davidis ait: *Alia eſt iniquitas noſtra, alia calcanei noſtri, in quo Adam dente ſerpentis obnoxiam hæreditatem ſucceſſionis humanæ ſuo vulnere dereliquit, ut omnes illo vulnere claudicaremus:* Poſtea nonnullis interjectis ſubdit: *In die enim judicij noſtra in nobis, non alienæ iniquitatis flagitia puniuntur: unde reor, iniquitatem calcanei magis lubricum delinquendi, quàm reatum aliquem noſtri eſſe delicti.* Vocat Ambroſius ioiquitatem calcanei lubricum delinquendi, ſeu fomitem illum peccati, qui ex morſu vetiti mali in terreſtri paradiſo, in poſteros omnes derivatur: vocatur fomes iſte lubricum delinquendi, quo inde ſignificetur, nil eſſe facilius naturæ corruptæ, ac multiplici vulnere ſauciæ ac fomite exagitatæ concupiſcentiæ, quem ex morſu ſerpentis omnes contraximus, quàm pronè in noxam prolabi, pede claudicare, & inceſſu paſſim impingere. Hinc eſt, quòd D. Chriſoſtomus aſſerat: *Magnam quandam, celerémque inclinationem nobis ineſſe, & pondus adeſſe ferens deorſum ad lapſum, & peccatum.* [Lib. 2. de compunct.]

Hanc calcanei iniquitatem timuit Paulus Apoſtolus cùm à Sathana colaphizaretur, & cuperet liberari de corpore mortis hujus, hanc expavit David ob metum judicii finalis. Verùm huic medendo morbo timor eiusdem finalis judicii præſentiſſimum ſuppeditat alexipharmacum: meditatio enim hujus judicii, timorem, horrorémque incutit, qui huic malo medetur, quatenus fœdos concupiſcentiæ æſtus extinguit, pravorum inſolentiam affectuum coërcet, peccati fomitem interſtinguit, prava deſideria compeſcit, & lubricæ 75.

naturæ in ſcelus proclivis frœnum injicit. Pulchrè & pateticè D. Baſilius expendens il- Pſal. 131. lud: *Venite filij audite me, timorem Domini docebo vos;* horrorem pingit hujus extremi judicii inquiens. *Cùm te appetitus invaſerit peccandi, velim cogites horribile Chriſti tribunal, in quo præſidebit Judex in alto, & excelſo throno, adſtabit autem omnis creatura ad glorioſum ejus aſpectum contremiſcens. Adducendi etiam nos ſumus ſinguli; eorum quæ in vita geſſimus rationem reddituri. Mox illis, qui multa mala in vita perpetrârunt, terribiles quidem, & deformes aſſiſtent Angeli igneos vultus præferentes, atque ignem ſpirantes, noctíque vultu ſimiles propter mærorem, odiúmque in humanum genus. Ad hæc cogitata profundum barathrum, & inextricabiles tenebras, & ignem carentem ſplendore, urendique vim habentem: deinde vermiũ genus venenum emittens.* An non horror, qui ex meditatione extremi judicii proſilit, & in viſcera ſerpit, iniquitatem calcanei abigit, ſeu humanas concupiſcentias ſerpentis morſu exulceratas, quas Propheta pavidè timet exarmat, enervat, ac proſternit? ait Baſilius: *Cùm te invaſerit appetitus peccandi velim cogites horribile Chriſti tribunal;* Quia adeo frigeſcentem timorem incutit cogitantibus, ut æſtus extinguat concupiſcentiæ rebellantis, eſt enim timor hujus judicii, qui pravis omnibus affectibus frœnum injicit, carnis deſideria coërcet, & pronitates omnes ad ſcelus compeſcit.

77. Ut in die illa cum Davide os loquatur ſapientiam, & nunc meditatio cordis ſapiat prudentiam, perpendendum eſt ſeriò hoc diſtrictum Dei judicium; & opportuna ad illud præmittenda eſt præparatio, ſeu taliter inſtituenda vita, ut à noxis omnibus ſit aliena. Jacob Patriarcha cum annis quatuordecim Labano ſocero ſerviiſſet monitus à Den fuit, quò in ſuam reverteretur domum, ſuámque patriam repeteret: *Dimitte me* (dixit Jacob Labano ſocero) Geneſ. cap. 30. v. 25. *Juſtum eſt, ut aliquando provideam domui meæ;* Quam prudenter unusquisque noſtrûm licèt juvenis; viribus præmunitus, ſanitate corroboratus diceret cum Jacobo mundi fallaciis, carnis concupiſcentiis, voluptatum illecebris, & vitiis omnibus: *Dimittite me æquum eſt enim, ut aliquando provideam domui meæ:* Ut ea ſeriò perpendam, quæ ad me pertinent, ut circumſpiciam, quid ex hoc orbe efferre liceat, quò me diſponam ad judicium ſubeundum, ad rationem reddendam æterno Judici, quem nemo fallere poteſt, nec ulla noxa ejus ſubterfugere notitiam, & judicium: æquum eſt, ut poſt tot annos à me perperam impenſos in mundi famulatu, in corporis commodis, carnis deliciis, concupiſcentiarum lenociniis; tandem provideam animæ meæ, ne mors inopina me rapiat. Juſtum eſt, ut non diutiùs differam vitæ emendationem, & cordis reſipiſcentiam: dilatio enim, & procraſtinatio duo ſunt bajuli, qui animas in cœno merſas vitiorum, ad gehennæ portant ſepulchrum, non ut in pace quieſcant, ſed ut in tormentis torqueantur, ait Auguſtinus ad fratres in eremo: Serm. 4. *Adeo omnes circa corporis ſalutem procurandam occupantur, ut locus non ſit attendendi ſeriò ad ſalutem animæ. Magis enim attendit infirmus quomodo poſſit à morte liberari, quàm det operam, ut illa ſit bona.*

Plures ita vivunt, ac ſi mortui eſſent, nil 78. vita dignum agentes: & alii, ita ſæcularibus implicantur negotiis, ut vix ſibi & propriæ animæ vivant, & plerumque ſenio confecti, & Libitinæ jam fores pulſanti aſſuecendi, licèt ſeptuagenarii vel octogenarii perinde ac octennes, vel ſeptennes decedunt: talis fuit Similius ſenex, qui oculis tenus negotiis ſepultus Curiæ, ſuo potiùs Principi, quàm ſibi vixerat, hoc perbreve epitaphium ſuo inſculpi ſepulchro juſſit. *Hic jacet Similius vetulus ſeptennis:* Quia cùm jam mors immineret totam perpendens anteactam vitam deprehenderat vix per ſeptem annos ſaluti ſtuduiſſe animæ ſuæ, cùm reliquum totum vitæ ſpatium ſæcularibus curis impenderit. Quot ſunt nunc ſenes capulares, & curveſcentes præ nimio annorum pondere, qui ſi omnes computarent vitæ annos, & quàm paucos ſibi, & Deo vixerint, poſſent epigraphen ſuis apponere tumulis: *Hic jacet ſenex capularis trimulus. Hic ſordeſcit in cinere ſenex octogenarius, qui bimulus deceſſit:* Qui ſibi vivit, ſaltem annis ſingulis ſeriò perpendit, quomodo menſes, hebdomades, dies, & horas impenderit, & in hoc negotio pauculos ſaltem dies ſeligit in hac ſeria cogitatione inſumendos, cum enim totus annus noſter ſit, nobisque à Deo conceſſus in noſtrum emolumentum, æquum eſt, ut computemus, quot ex anteacto anno menſes, & dies nobis, & Deo vixerimus; & quot mundo, ejúsque negotiis, imò & (quod Deus avertat) etiam peccato; quot fuit nobis Deus beneficia impertitus, & quomodo iisdem reſpondimus: ſi annos ſingulos ad calculos reducamus, & noſtras rationes ſubducamus, conſcientiæ tabulas inſpiciamus, & taliter cum Deo creditore ponamus calculum, ut debita noſtra fateamur, nitamúrque ea ſolvere, tunc incipimus nobis vivere, & noſtra agere emolumenta.

Notum eſt illud Amaſis Regis Ægypti 79. qui ſuis injunxit ſubditis, ut quot annis rationem redderent provinciarum, & urbium Præfectis, id eſt de vitæ inſtituto, de opificij emolumento, de artis induſtria, de domo, agro, annona, proventu; & ſi qui lautiùs, quàm cenſus ferret.

ferret, vixiſſent, veluti fures, puniebantur. Eſt hæc anteactæ vitæ diſcuſſio, quæ animi morbis medetur, morum errores corrigit, contractas noxarum maculas abſtergit, totúmque hominem innovatum Deo reſtituit, à quo per peccatum lethale ſe averterat. Id prudentiæ ſerpentis datur, quia ſingulis annis veteres deponat exuvias, ſenectam exuat, & recentem, ac floreſcentem ſibi pellem reconcinnet. Profectò nos ſerpens prudentiâ antecellit, ſi quot annis noſtras negligimus exuvias innovare. Excutienda, ſi ſapimus, eſt cutis hæc craſſiſsima, abigendæ ſunt colubrinæ exuviæ, ut meliores induamus. Etiam accipiter ſingulis annis veteres ſolet plumas exuere, & novas induere, ut vegetior fiat, & unà cum plumis vires inſtauret, unde Job cap. 39. v. 19. ait: *Nunquid per ſapientiam tuam plumeſcit accipiter, expandens alas ſuas ad auſtrum?* Hæc illi etiam à Deo indita eſt prudentia, ut veteres, ac detritas plumas exuat, & novam quaſi redordiatur vitam: appoſitè D. Gregorius ad mores id inflectens ediſſeruit, inquiens. *Quid eſt accipitrem in auſtro plumeſcere, niſi quòd unuſquiſque tactu flatu ſancti Spiritus concaleſcit; & uſum*
Lib. 31. Moral. cap. 19. *vetuſtæ converſationis abjiciens, novi hominis formam ſumit.* Hinc etiam Apoſtolus nos monet, ut veterem exuamus hominem cum ſuis actibus, & novum induamus, ſeu excutiamus, quæ in nobis veteraſcunt vitia, & per exercitia pietatis ſtudeamus virtutibus efflorescere: *Expoliantes vos veterem hominem cum actibus ſuis, & induentes novum. Vetuſtam pennam projicere:* addit Gregorius loc. cit. *eſt inveterata ſtudia doloſæ actionis*
Ad Coloſ. c. 3. v. 9. *amittere; & novam pennam ſumere eſt mitem, ac ſimplicem bene vivendo ſenſum tenere.* Quòd ſi dilapſum annum in cura corporis prodegimus; æquum eſt, ut in emolumentum animæ ſequentem impendamus, ne corpus, quod eſca eſt vermium, fomes putredinis, ſcaturigo corruptionis animæ præferatur, quæ immortalitate donata, nulli que obnoxia corruptioni Dei præfert imaginem.

Jobus futuri providus, non ſibi delegit palatium in urbe, in quo degeret, ſed cellam ſibi elegit, in qua decederet: *In nidulo meo moriar.* Quid? quòd Jobus vir Prin-
10. ceps, divitiis affluens mortis tamen nunquam
Job. c. 29. v. 18.
oblitus, nidulum ſibi conſtruxerit, in quo moreretur? *In nidulo meo moriar:* Quia nimirum quotidiana meditatione, noviſſima mortis, & finalis judicii ſeriò perpendebat: ſicut enim aviculæ nidulos ſibi conſtruunt, ex frequenti congeſtu glebularum, ac ramulorum, & totum opus dirigunt ad novos fœtus; ita Jobus quotidiè prævidit mortem, & judicium mente revolvit. & veluti ſedula hirundo glebulas comportavit ad ſtructuram niduli, in quo demoreretur. Nos edocet Jobus, normam rectè vivendi, quæ alia non eſt niſi frequens meditatio extremi judicii, ut probè moriamur; ſi enim in hac meditatione, hoc in nidulo morimur, vitam ingredimur. Nullum Aſylum tutius, nulla ſecuritas verior, quàm in hoc nidulo, in quo ſi morimur, vivimus. Vix finalis judicij memor in ſcelus ullum delabitur; tantus enim eſt timor, quem etiam juſtis incutit, ut prava omnia excutiat deſideria peccandi: & non ſolùm æternus Judex ſcelera diſcutiet, ſed & bona opera ſcrutabitur, cùm dicat per ſuum Prophetam Sophoniam: *Scrutabor Jeruſalem in lucernis:*
Quæ verba perpendens Bernardus Serm. 55. Cap. 1. v. 12.
exclamat: *Quid in Babylone tutum, ſi in Jeruſalem manet ſcrutinium:* Et nemo eſt, qui potis ſit ab hoc judicio ſe ſubducere; nemo qui poſſit Judicem effugere, cùm potentiſſimus ſit, & ubique præſens: nemo qui poſſit eum fallere, quia omniſcius eſt; nemo qui poſſit illum muneribus corrumpere, quia ditiſſimus eſt; nemo, qui poſſit eum facundia flectere, quia æquiſſimus eſt; nemo, qui ab ejus ſententia appellare poſſit ad aliud tribunal, quia ſupremus eſt omnium Judicum Judex. Quòd ſi hæc ſeriò cogitemus nulla nos prava concupiſcentia ad ſcelus pertrahet, nullum malum deſiderium ad flagitia perducet: hinc ait Baſilius: *Si quando ſenſeris te ab appetitu ad peccatum pertrahi, velim cogites horribile illud, & intolerabile Chriſti tribunal, in quo*
In Pſal. 33.
præſidebit Judex in alto, & excelſo throno; Quia timor ex meditatione hujus finalis judicij incuſſus frœnum injicit pravis omnibus affectibus, & inſurgentes contra honeſtatem appetitus coërcet, concupiſcentiarum æſtus extinguit, & rebellantis carnis impetus omnes compeſcit.

DISSERTATIO XXII.

Timor Gehennalis ignis æſtus refrigerat depravatæ concupiſcentiæ, & flammas extinguit fœdæ libidinis, ac diſtortos quoque iraſcentis animi affectus flexiles efficit, ac corrigit.

§. I.

Metus Gehennæ licentiam delinquendi coërcet, & conſuetudinem peccandi compeſcit.

1. INcuſſus acerbioris mali timor, præſertim ſi imminéat, corporique, vel rei domeſticæ grave poſſit detrimentum adferre, animum retrahit à pravo quoque affectu, & delinquendi licentiam coërcens, conſuetudinem etiam peccandi compeſcit. Si domus libidine æſtuet, moxque exitiale flammarum crepitantium incendium in eadem debaccetur, tecta incendat, laquearia inflammet, parietes diſrumpat, pavimenta abſumat, & mobilia in cineres, favilláſque redigat, eum incutit illic degentibus timorem, ut qui fœda ardebant libidine, incipiant pavido frigere timore, ac excuſſo æſtu concupiſcentiæ ſibi beneficio fugæ conſulere, ne incendium unà cum domo, corpus, & vitam abſumat. Plerunque ſuos in nobis carnis concupiſcentia æſtus excitat, quibus caſtitas cineſit, & reliqua virtutum decora corrumpuntur; iis extinguendis, nil aptius quàm domum gehennalem debacchantibus ardentem incendiis æternùm duraturis ſeria ingredi cogitatione; frigent tunc totius corporis artus, & ob incuſſum timorem contremiſcunt. Non ſolùm gehennalis incendii æternùm perennaturi ſeria perpenſio æſtus omnes laſcivientis concupiſcentiæ extinguit; verùm & pravos quoque affectus corrigit.

2. Quemadmodum haſtilia quædam ſi detorta, & obliquata fuerint, quò priſtinæ reſtituantur rectitudini aduri ſolent, & cuneis adigi, non ut frangantur, ſed quò rectè explicentur: ita ſi affectus in nobis à rectitudine deflectunt, ſi obliquitatem contrahunt; & per diſtortas ſemitas nos trahunt; ad honeſtatis rectitudinem perducuntur, ſi conſideratione hujus gehennalis ignis jugiter perennatori afficiantur; tunc enim incuſſo timore veluti adaſtis cuneis eorum corrigimus nequitiam, emendamus obliquitatem. Quòd ſi duritiem contraxerint, hæc domanda eſt, & hoc gehennali igne coërcenda: eſt enim gehennæ perpenſio frœnum, quo ad flexilem mollitiem congruè attrahantur; neque deſiſtendum donec pervicacia emolleſcat, & ad congruam trahatur honeſtatis rectitudinem: ſicut in curandis corporis morbis peritus Medicus leviora priùs aſſolet alexipharmaca adhibere, quæ ſi non proſint, cibos etiam interdicit, & abſtinentiâ corpus exonerat; diætâ humorum pravam ſuperfluitatem abſumit, deinde ad phlebotomiam venit, venámque ſecat: ita ſi curaodia animi morbis leviora non ſufficiunt remedia, graviora adhibenda ſunt, & & præſertim ſeria gehennalis ſupplicij meditatio: ultima enim ſupplicia plurimum proſunt ſceleribus coërcendis.

Etiam urbis gubernator, quamdiu poteſt, mollibus ſolet remedijs ingenia curare à legum honeſtate deflectentia; qui tamen ſi non ipſe proficiat, & cives non emendentur ad triſtiorem etiam tranſit curationem, quâ monet, & exprobrat, imò & pœnas minatur, fulmina oſtendit intorquenda, cruciatus prædicit infligendos, & tandem extremis ſceleribus extrema imponit ſupplicia, ut à quibus levior, ac blandior medela non extorſit, odinm vitiorum, & pretium non exegit virtutum; ſaltem interminati ſupplicij incuſſus horror licentiam coërceat delinquēdi, ne hæc ultra metas æquitatis proſiliat effrœnis. Licèt cœleſtia Medicus curandis animæ noſtræ ægritudinibus perhumaniter priùs ſe geſſerit, & voluerit ita humanitati adhærere, ut eam etiam aſſumpſerit, nonquam dimiſſurus, licèt plura adhibuerit blandiora pharmaca admonitionum, 3.

non

normam vitæ rectè inſtituendæ, ne per vitioſos affectus morbos contrahamus; nos ſua ope pluries allexerit ad ſtudia virtutum; quia tamen ejus abuſi fuimus clementia, ejus neglexímus documenta, exhibitas non curavimus medelas blandiores, quem medicum habuimus clementem, Judicem experiemur in nos ipſos furentem, nóſque ad æterna ſupplicia detrudentem; cùm exertæ divinitatis in ſolio ſedebit fronte exaſperata, vultu torvo, & facie nonniſi terriculamenta minitante, & horrores ſpargente; tunc enim intimabit damnationis æternæ nunquam revocandam ſententiam, quâ gehennæ cruciatibus infeliciter deſtinabuntur reprobi, & cùm primum eam audituri erunt: ait Evangeliſta Matthæus: *Ibunt hi in ſupplicium æternum:* perpendendum eſt ſeriò verbum illud *ibunt*, non dicit rapientur ad æternos cruciatus, ſed ibunt, quaſi ſpontè, & pedibus ſuis: qui rapitur, vi quadam trahitur. Matth. 25. v. 46.

4. Mirum ſanè, quòd non ſint rapturi, ſeu violenter tracturi ad æternum ſupplicium, ſed ipſimet ſint ultrò illac ituri, cùm Reorum nemo ultrò videatur ad extremum ire ſupplicium; & omnes potiùs violenter ad ipſum rapientur? voluptas enim eſt, quæ allicit, & ad quam ultrò properamus, ad delicias ſpontè imus, quia à tormentis eò citius diffugimus, ſupplicia enim terrent, & ſi immineant ad fugam adigunt. Non dubitàrim auditâ divini Judicis damnationis ſententiâ à tartareis ſatellitibus eſſe reprobos vi trahendos ad infernum, ſed tamen ipſi quaſi ultrò eunt: *Ibunt hi in ſupplicium æternum*; ſed cur eodem vocabulo utitur Evangeliſta in explicando aſcenſu juſtorum ad æternam beatitatem, & deſcenſu impiorum ad ſempiterna ſupplicia: ait enim Matth. *Ibunt hi in ſupplicium æternum: juſti autem in vitam æternam.* An quia adeo terribilis erit divini Judicis vultûs, ut vel ipſi reprobi ultrò ab illo diffugiant, & mitiorem cenſeant ipſam gehennam, quàm horrore illo concuti, & Chriſti iratum vultum videre? An quia Judicis furentis vultus iras minitans, ignes fulgurans, incendia fulminans, intolerabilior ſit ipsâ gehennâ, ad quam ultrò auditâ illicò ſententiâ ibunt reprobi? hinc etiam Job cupiebat in inferno protegi, donec furor Judicis pertranſiret, & funeſtiſſima illa finiretur tragædia: *Quis mihi hoc tribuat, ut in inferno protegas me, & abſcondas me donec pertranſeat furor tuus?* quaſi infernus ipſe protectio quædam ſit à furore divini vultûs, tunc irati, & reprobos ad æterna ſupplicia damnantis: reprobi enim auditâ ſententiâ ultrò infernum eligent: *Ibunt in ſupplicium æternum*, quò citiùs fugiant, quò ſtatim ſe ſubducant à minitante vultu iraſcentis Judicis. Ibidem. Job. 14. v. 13.

5. Ita eſt, qui ut blandus medicus levioribus medelis venerat noſtra curaturus vulnera, reproborum ſceleribus ultima indicet ſupplicia, quæ cùm meditaretur Petrus Damianus toto corpore contremuit, totóque animo expavit, deſcribens enim gehennalem illam Regionem ait: *Regio gehennalis, regio dura, regio extimeſcenda, terra afflictionis, terra oblivionis, terra miſeriarum, terra tenebrarum, terra turbinis, & caliginis, terra maledictionis, & mortis, in qua nullus ordo, ſed ſempiternus horror inhabitat. Totus tremo, atque horreo ad memoriam regionis iſtius, & concuſſa ſunt omnia oſſa mea. Ille eſt ignis, qui non ſuccenditur, vermis qui non moritur, frigus horrendum, ubi fætor intolerabilis exeritur, percutientes mallei reſonant inceſſanter, effuſæ tenebræ cumulatiùs indenſantur: illic confuſio peccatorum, horribilis facies Dæmonum, inextricabilium vinculorum ferrilis multitudo. Ibi fletus, & ſtridor dentium, planctus, & gemitus, & alternantia mala impios ſine pietate diſcerpunt.* Serm. 50. Eſt enim infernus regio mortis, regio dæmonis, ubi nulla affulget ſpes boni, cujus porta eſt deſperatio, aula carcer; tapetes, & aulæa caligines, & tenebræ; menſæ, & ſcrinia vincula, & compedes; fercula ſunt fames, potus diſcrucians ſitis; thalami ignes gehennales; lecti flammæ abſumentes; horrologia, ululatus damnatorum; & toto Dæmonis hæc Regia chaos eſt confuſionis, ubi nullus ordo, ſed ſempiternus horror inhabitat. Imo eſt tenebricoſum ergaſtulum æternis undique ſeris, clauſtris, repagulis, & catenis obſeratum; cui ſupernæ iræ Judicis imminet ſigillum. Quòd ſi ad ſpelæum hoc ſubterraneum crebris meditationibus deſcenderemus viventes, utique pravis omnibus noſtris affectibus frœna injiceremus, fœdæ libidinis æſtus lachrymis extingueremus, & cultura virtutum noſtrum foret exercitium, ne morientes illac præcipitaremus, ubi ignis jugiter ardet, & non conſumitur; urit non adurit, & unà cum frigore rigente aſſociatur ſuppliciis multiplicandis, ſuppetias vel ab ipſis exigens adverſantibus. Ibi vermis immortalis viſcera corrodet, fœtor intolerabilis humores corrumpet, tenebræ palpabiles cæcitatem adducent, & omnia ſuppliciorum genera reprobos diſtorquebunt.

Eſt infernus locus, in quo reprobi, per ſententiam æterni Judicis ſuorum ſcelerum ſunt tam in corpore, quàm in anima pœnas daturi & ſuppliciis luituri, quæ perperam egerunt. Hunc locum, qui infernus dicitur, ſubterraneum eſſe aſſerit ſcriptura: *Dirupta eſt terra ſub pedibus eorum, & aperiens os ſuum devoravit illos, deſcenderúntque in infernum operti humo.* Pſalm. 54. *Veniat mors ſuper illos, & deſcendant in infernum viventes.* Et Apoſtolus ait: *Quod autem aſcendit, quid eſt, niſi quia & deſcendit primùm in inferiores partes terræ.* Vocat Apoſtolus inferos terræ partes inferiores, & ait Chriſtum deſcendiſſe ad inferos, ſeu in imas terræ Regiones: *Sicut fuit Jonas in ventre ceti tribus diebus, & tribus noctibus, ſic erit fi-* 6. Num. 16. ad Ephes. 4. Matth. 12.

lius hominis in corde terræ tribus diebus, & tribus noctibus: dicit Evangeliſta *In corde terræ*, ſeu apud inferos, ad quos deſcendit Chriſtus animas ſanctorum Patrum inde erepturus. Dari locum hunc in imis terræ viſceribus etiam Ethnicos noviſſe fatetur
Lib. de anima cap. 55. Tertullianus inquiens: *Inferos Plato velut gremium terræ deſcribit in Phædone, quo omnes labes mundialium ſordium confluendo, ibidem deſidendo exhalent.* Poſtea ſubdit loquens de Chriſtianis. *Nobis inferi non nuda cavoſitas, nec ſubdivallis aliqua mundi ſentina creduntur, ſed in foſſa terræ & in alto vaſtitas; & in ipſis viſceribus ejus abſtruſa profunditas.* Expendit Tertullianus poſt Platonis placitum Chriſtianorum ſententiam circa inferos, quam & evincit ex præfato Matthæi textu *cap. 12.* ubi filius hominis dicitur triduo fuiſſe in corde terræ, perinde ac Jonas in ventre ceti, pergit Tertullianus & ait: *Siquidem Chriſtum in corde terræ triduum mortis legimus expunctum, id eſt in receſſu intimo, & interno, & in ipſa terra operto, & intra ipſam cavato, & inferioribus adhuc abyſſis ſubſtructo.* Addit hoc poſtremum ut innuat infernum damnatorum, locum eſſe excavatum, ingentémque hiatum terrâ opertum, infra limbum Patrum, ad quem Chriſtus dicitur deſcendiſſe; eos inde erepturus: unde concludit: *Habes Regionem inferûm ſubterraneam credere.* Et in Apologetico redarguens Ethnicos ridentes inferorum pœnas, ait *cap. 47. Si gehennam comminemur, quæ eſt arcani ignis ſubterraneus ad pœnam theſaurus, decachinnamur:* quia ſi ſeriò gehennalia cogitemus ſupplicia æternùm perennatura, ignis ille gehennalis non riſum movet, ſed lachrymas elicit; non ad cachinnos provocat, ſed ad ſingultus; non ad mundi delicias viam ſternit, ſed ad rigidiorem pœnitentiam ſemitas aperit: extinguendis enim laſcivientis concupiſcentiæ æſtibus, pravorum affectuum coërcendæ nequitiæ, & malorum deſideriorum laxitati compeſcendæ, peccandique licentiæ cohibendæ nullum frœnum accommodatius ſeria hujus gehennalis ſupplicij meditatione, ideóque rectè ait Tertullianus, *ſi gehennam comminemur, quæ eſt arcani ignis ſubterraneus ad pœnam theſaurus, decachinnamur,* horror enim ſupplicij æterni neceſſitas quædam eſt emendationis, & laxatæ licentiæ frœnum.

7. Id que cauſæ, cur David in ipſo Pſalmorum auſpicio viros virtutum culturæ addictos notis deſcribens characteribus, ait: *Beatus vir qui non abijt in conſilio impiorum, ſed in lege Domini voluntas ejus, & in lege ejus meditabitur die, ac nocte.* Hæc autem meditatio, quæ in officina orationis virum ad normam ſanctitatis excudit, non eſt mera ſpeculativa contemplatio, fructu expers actionis, ſed quædam in corde actionis exercitatio. *Meditabitur* ait David *die ac nocte in lege Domini,* non ſolo intellectu cogitante, ſed adſcita voluntate, cordis affectus ad honeſtatis ſtudia movente; ſeu meditabitur non cum ſola intellectûs cogitatione, ſed cum pia etiam quadam voluntatis affectione; cum motu quodam voluntario, ſeu ſpontaneo virtutis excolendæ, vitijque abigendi; quod eſt non metu pœnæ, ſed virtutis ſtudio, honeſtatis illicio, ſummíque boni amore rectè agere, Theodoretus in catena Græcorum Patrum expendens verba Davidis *ſed in lege Domini voluntas ejus* ait: *Pulchrè dixit voluntas ejus propter eos qui ex neceſſitate rectè agunt, pœnarum metu. ijs beatis nuncupatis, qui motu proprio bonum eligunt.*

§. II.

Gehennalis loci, & cruciatûs meditatio in officina orationis hominem excudit ad normam ſanctitatis.

ADeò ingens eſt terror, quem timor gehennalis ſupplicij incutit illud meditantibus, ut iſti compeſcentes voluptatum cupidines, ad quas veluti impotenter agebantur, ac coërcentes pravos affectus, à quorum impetu in ſcelera trahebantur, quaſi ex injecta neceſſitate adigantur ad rectè operandum, ad ſtudia pietatis, & ad culturam virtutum impenſiùs exercendam; ait enim Theodoretus: *Propter eos, qui ex neceſſitate rectè agunt pœnarum metu;* quia metus gehennalis ſupplicij neceſſitatem imponit ſeriò illud meditantibus honeſtè agendi, & à lege Domini nunquam deflectendi: unde aiebat David: *Sed in lege Domini voluntas ejus,* quia nimirum, qui meditatur die, ac nocte gehennæ incendia æternum perennatura, voluntatem ſuam à lege Domini non diſtrahit, ſed neceſſitatem quandam ſibi injungit, eam die, ac nocte meditandi, & ad unguem legem totam ſervandi, ne quidquam agat ei diſſonum. Et hæc eſt illa utilis neceſſitas, quæ hominem è cœno extrahit vitiorum, & ad ſtudia adigit virtutum. Quis adeo pervicax, imprudens, & à ſana mente dejectus, qui in ſeria imminentis gehennæ meditatione ſinat, ſe à voluptatum illecebris ad ſcelera pertrahi; & non potiùs pœnarum metu, quamdam ſibi neceſſitatem imponat honeſtè agendi, perpendens, quòd in gehennali carcere omnia ſuppliciorum genera toto impetu ſævient in impios, qui quantum deliciarum, cum viverent, hauſêre; tantum & ſuppliciorum erunt, ac cruciatuum æternùm ſubituri? ait Emiſſenus Homil. 7. ad Monach.
Quòd infectæ peccatis medullæ dignè excuſſis in tenebras exteriores ſævis gehennæ æſtibus ardebunt, & more ferventium ac decoquentium metallorum inextinguibili ardore tota hominis ſubſtantia intus infundetur, & depaſcentibus flammis exteriùs colliqueſcet, & inſperſum illud dudum conſcien-

ſcientijs vitium, & æris, ac plumbi adulterina permixtio inter ſtagna ferventia anhelantis gurgitis exuretur; & impius tranſiturus per vada ignea moram experietur in ſupplicij acerbitate juxta peccati gravitatem. Eſcas ardoribus ſuppeditabunt patrata ſcelera, fomitem miniſtrabunt concupiſcentiæ, quibus voluptatibus indulgentes adhæsêre: & viſcera acrioribus torta doloribus ignis arbiter ita depaſcetur, ut non abſumat; ſed ideo parcat, ut ſemper interimat. Hos cruciatus qui ſeriò expendit, vel ſana eſt mente deſtitutus, vel metu pœnarum neceſſitatem ſibi imponit rectè agendi, & frœnum injicit pravis omnibus affectibus, & ridere dediſcit ſupplicia, quæ æternos eliciunt dolores: *ſi gehennam comminemur*, ait Tertullianus (contra ridentes inferorum pœnas) *quæ eſt arcani ignis ſubterraneus ad pœnam theſaurus decachinnamur.*

9. Eſſe infernum, ſeu ſuppliciorum carcerem, ac patibulum reproborum, quo æternum torquentur in intimioribus terræ viſceribus, ediſſerunt tum ſcripturæ, & revelationes, tum ſancti Patres, ex quibus Hieronymus ait: *Inferiora terræ infernus accipitur, ad quem Dominus noſter Salvator deſcendit:* & paucis interjectis ſubdit: *Quòd autem infernus in inferiore terræ parte ſit, etiam Pſalmiſta teſtatur dicens: Aperta eſt terra, & devoravit Dathan, & operuit ſuper congregationem Abiron*, & rurſus: *Sicut cor eſt in medio animalis, ita infernus in medio terræ eſſe perhibetur.* Et revera nomen ipſum *inferorum*, & modus loquendi, quo utitur ſcriptura cùm dicit, *impios deſcendere ad inferos*, ſatis apertè indicant, infernum in intimioribus terræ viſceribus locum eſſe cavum, opertum caligine, tenebris involutum, & ſupplicijs omnibus repletum ad reprobos æternùm torquendos. Sicut enim beatorum ſedes in ſupremo dicitur eſſe loco, ac nobiliſſimo; ita carcer damnatorum debet eſſe è converſo in loco infimo, ac ignobiliſſimo, quo reprobi æternis excruciandis ſupplicijs longiſſimè à probis, & ſanctis æterna donandi beatitate diſtent; & à ſede beatorum eo majori abſint ſpatio, quo poſſunt, ex quo ſequitur, infernum cavitatem amplam eſſe in mundi centro, ſeu in intimioribus terraquei globi viſceribus: quia niſi eſſe dicatur in terræ centro, non longiſſimè, & ea majori diſtantia, quâ poteſt, à ſede beatorum abeſſet cùm tamen ipſa ratio videatur id expoſtulare.

Hiero. 4. Epiſt. ad Ephes.

In cap. 2. Ione.

10. Non tamen id velim intelligas quaſi infernus ſit ipſum punctum centri, in quod à peripheria, ſeu extima ſuperficie globi terraquei ductæ lineæ in unum coeunt punctum; ſed quod ſit in medio terræ, taliter ut terræ centrum ſit etiam ipſius inferni centrum, ut videtur explicuiſſe D. Chryſoſtomus, qui aſſerit: *Chriſtum deſcendiſſe ad infimas partes terræ poſt quas non eſt aliquid aliud:* quia infra centrum terræ non eſt quid aliud in terræ viſceribus intimius, quodque magis ab extima terraquei globi ſuperficie diſtet. Quòd ſi objicias, Chriſtum neutiquam ad infernum damnatorum deſcendiſſe, ſed ad limbum ſanctorum Patrum, qui ut ait Tertullianus, *inferioribus abyſſis eſt ſuperſtructus*, ſeu inferno damnatorum, id nullum faceſſit negotium, quia ambæ in terræ viſceribus cavitates limborum, & inferni ob vicinitatem inſtar unius cenſentur, quapropter communi inferorum nomine gaudent, & eadem ſubindicantur nomenclatione, dicunturque in terræ meditullio latere ratione majoris, ac celebrioris partis, quapropter D. Hieronymus ait: Infernum eſſe in medio terræ, perinde ac cor in medio dicitur eſſe animalis; cor autem eſt in medio animalis, prout congruentius fieri poteſt. Et ſacer codex huic loquendi modo videtur etiam adhærere, cum aſſerit, Chriſtum fuiſſe in corde terræ ſicut fuit Jonas in ventre ceti: Jonas autem erat in infima ceti cavitate. Præterea quia ſcriptura opponit Chriſti deſcenſum ad inferos aſcenſui in cœlos per terminos extremos: Chriſtus autem ita aſcendit ſuper omnia, ut non poſſet congruè ulteriùs aſcendere; proinde pari pacto ita deſcendit infra omnia, ut ulterius non poſſet.

Homil. ad Ephes.

Ibidem.

Quamobrem dicendum videtur, in terraquei globi meditullio vaſtiſſimam eſſe cavitatem, ſeu carcerem gehennalem; in quo miſerè detinentur & torquentur reprobi hinc decedentes lethali noxa infecti: & in loco illo horroris, & confuſionis damnatorum Princeps is eſt, qui in ſcripturis à fœditate, & truculentia dicitur *draco*, à verſutia, & calliditate *ſerpens*; à nocendi deſiderio *leo rugiens*; à magnitudine, & potentia *Behemot*, ab ira magna *Diabolus*; ubi loci illius incolæ nulla erunt amicitiâ devincti, quia inteſtino odio ſe ſe damnati proſequentur, & abominationi erunt beatis, Angelis, & dæmonibus; omnibúsque creaturis erunt inviſi, exoſi, execrabiles, abominabiles: ſocios quidem ſibi adſciſcent, ſed malitiâ improbos, conditione miſeros, rabie furioſos, malevolentia obſtinatos, deſperatione execrabiles, ſpecie horrificos. Erit quidem ibi ſpatium, ſed oppletum ſupplicijs, plenum patibulis, fœtum ignibus, adeout exclamaverit D. Bernardus: *O regio dura, & gravis! regio extimeſcenda, regio fugienda, terra oblivionis, terra afflictionis terra miſeriarum, in qua nullus ordo, ſed ſempiternus horror inhabitat! locus letifer, in quo ignis ardens, ubi frigus rigens, vermis immortalis, fœtor intolerabilis, mallei percutientes, tenebræ palpabiles, horribiles dæmonum facies! Totus tremo, atque horreo, ad memoriam ipſius Regionis, & concuſſa ſunt omnia oſſa mea.* 11.

Lib. 4. de anima c. 13.

Si quæras, quanta ſit hujus cavitatis in terræ meditullio capacitas, certum eſt, hanc tantam eſſe, ut capere valeat totam 12.

damna-

damnatorum multitudinem, quæ facta ſupputatione hominum, qui nunc in mundo vivunt, ac habita conſideratione ſexaginta ſæculorum, quibus putatur mundus duraturus, videtur quaſi aſcendere ad vicies, vel tricies mille milliones; quæ multitudo loco nequit exiguo concludi. Hanc inferorum amplitudinem cenſet Ribera conjici ex Apoc. Joannis: *Et miſit, qui ſedebat ſuper nubem falcem ſuam in terram, & demeſſa eſt terra, & alius Angelus exivit de templo, quod eſt in cœlo habens, & ipſe falcem acutam. Et alius Angelus exivit de altari, qui habebat poteſtatem ſupra ignem: & clamavit voce magna ad eum, qui habebat falcem acutam dicens: Mitte falcem tuam acutam, & vindemia botros vineæ terræ: quoniam maturæ ſunt uvæ ejus, & miſit Angelus falcem ſuam acutam in terram, & vindemiavit vineam terræ, & miſit in lacum iræ Dei magnum: & calcatus eſt lacus extra civitatem, & exivit ſanguis de lacu uſque ad frænos equorum per ſtadia mille ſexcenta.* Lacus iræ Dei magnus eſt ipſe infernus, ſeu gehennale ſtagnum ignis, & ſulphuris, cujus meminit idem Joannes. Uvæ reprobos ſignificant, qui veluti racemi per vindemiam amputati, ſeu è vivis abraſi in inferno, perinde ac in torculari prementur, ac torquebuntur; quapropter Infernus dicitur torcular vini iræ Dei omnipotentis. *Sanguis* indicat tormenta impiorum apud inferos: *diffuſio* autem *ſanguinis* per ſtadia mille ſexcenta, non videtur aliud commodiùs indicare, quàm ſpatium loci, per quod tormenta, & hominea torquendi ſe extendunt. Conficiunt hujuſmodi ſtadia milliaria italica ducenta, continet enim italicum milliare paſſus mille, ſeu pedum quinque millia

Ex c. 14. Apocal.

Apocal. 19. v. 21. & cap. 20. v. 9.

In Apocal. c. 19. v. 15.

13. Quamobrem inferni ſtructura ita concipi poteſt, ut in terræ meditullio ſit vaſtiſſima cavitas, cujus centrum ſit illud mundi, cujus planities ita extendatur, ut diameter ejus latitudinis ſit centum lancarum, & ambitus trecentarum, in cujus medio ſit ſtagnum peramplum, ac profundiſſimum igne oppletum, ac ſulphure, in quod demerſi reprobi iniquiores torqueantur cruciatibus acerbioribus. Alij verò reprobi, qui cùm paucioribus noxis lethalibus hinc deceſſêre, ſint diſponendi extra tale ſtagnum per totum tamen ambitum horridum, & planitiem illam oppletam caligine, & tenebris cæcutientem. Ita cenſent nonnulli ſacri Interpretes cum Ribera, quorum tamen ſententia nonnullas videtur difficultates pati. Primò quia tam laxa vaſtitas non videtur neceſſaria, & vigeſima pars aſſignati ſpatij videtur ſufficient, tametſi damnati eſſent duplò plures, quia non videtur credibile eos eſſe ita diſponendos, ut per planitiem illam poſſint pedibus inſiſtere, & de loco moveri in locum, ac huc, illúcque prout iiſdem magis libuerit diſcurrere; quin potiùs in unum videntur colligendi, ac congerendi cumulum inſtar carbonum ardentium; ut ſcriptura ſubindicat. Secundò quia mutua damnatorum compreſſio non modicum adfert acerbitati pœnarum incrementum, quia ſicut laxitas mitigationi favet, ita compreſſio ſupplicia auget: & in gehennali illo carcere ſupplicia omnia acerbiſſima erunt. Tertiò quia ſtagnum illud ignis, & ſulphuris totum complectitur infernum, ut conjicitur ex Apocal. ubi de reprobis dicitur: *qui non eſt inventus in libro vitæ ſcriptus, miſſus eſt in ſtagnum ignis.* Quamobrem probabilius eſt, quod cenſent alij, infernum in terræ meditullio eſſe cavitatem, in cujus medio ſit ſtagnum illud ſulphuris ardentis, cujus pluries meminit ſcriptura, & quidem taliter, ut centrum ſtagni, centrum ſit inferni: quòd verò ad illius cavitatis magnitudinem attinet, probabile etiam videtur, non excedere quatuor, vel ſex milliaria italica, hoc enim ſpatium videtur ſufficiens ad omnia damnatorum córpora excipienda.

In cap. 14. Apocal.

Cap. 20. v. 15.

14. Quod verò ad ſupplicia, & inſtrumenta pœnarum attinet, duo pœnarum genera ſtatuuntur, quibus reprobi in gehennali carcere detruſi torquentur: alia enim eſt pœna ſenſûs, & alia damni: hæc privatio eſt æternæ gloriæ, omniúmque bonorum, quibus beati in æternum fruentur: illa verò, ſeu pœna ſenſûs eſt, quæ à cauſis extrinſecis infertur, ut à loci conditione, ab igne, ſulphure, tenebris, fœtore teterrimo, planctu horriſono, ululatu terribili, dœmonum immanitate. Dolores omnes, & afflictiones ab hiſce cauſis immediatè profectæ, ſive in corpore, ſive in anima, ad pœnas ſenſûs pertinent; ut etiam illa animi triſtitia, quæ ex conſideratione horum malorum orietur ex eo præſertim, quòd aſſiduè cogitabunt mala hæc æterna fore, nec ullam ampliùs ſpem affulgere eam declinandi. Quamvis non deſint ex hæreticis, qui putent in gehennali carcere non eſſe verum, ac realem ignem, nec ſulphur, nec tenebras, ſed hæc omnia quorum ſcriptura meminit eſſe intelligenda metaphoricè, & nihil aliud deſignare, quàm miſerum damnatorum ſtatum. Veritas tamen Catholica eſt, ibi adeſſe, verum & corporalem ignem, idque evincitur clarè ex ſcripturis: *Ignis ſuccenſus eſt in furore meo, & ardebit uſque ad inferni noviſſima,* ſeu ut habetur in textu Hebræo *uſque ad voraginem inferiorem* Pſalm. 20. *Pones eos ut clibanum ignis in tempore vultûs tui. Dominus in ira ſua conturbabit eos, & devorabit eos ignis.* Pſalm. 139. *Cadent ſuper eos carbones in ignem deijcies eos, in miſeriis non ſubſiſtent.* Judic. 16. *Dabit ignem, & vermes in carnes eorum, ut urantur, & ſentiant uſque in ſempiternum.* In novo itidem teſtamento fit paſſim mentio hujus realis, ac veri ignis corporei, præſertim Matth. 25 *Ite in ignem æternum, qui paratus eſt Diabolo.* Matth. 13. *Exibunt Angeli, & ſeparabunt malos de medio juſtorum, & mittent eos in*

Deuter. 32.

cami-

caminum ignis, ibi erit fletus, & ſtridor den-
tium, & Luc. 15. Ubi dives purpuratus in
gehennali detruſus carcere ſuos depromens
dolores ait: *Crucior in hac flamma.* Cum
igitur ſcriptura loquens de pœnis, quibus
torquentur improbi in gehenna meminerit
ignis, quem inculcat, & etiam minatur,
perſpicuum eſt, adeſſe ibi verum, & realem
ignem, & non tantùm metaphoricè; quia
quando aliquid in ſcripturis dicitur meta-
phoricè non ſemper eodem modo exprimi-
tur, nec iiſdem verbis: ſed ex uſu ſacræ
ſcripturæ deprehenditur, quòd quando ali-
quid in uno loco dicitur metaphoricè, in
alio proprijs exprimitur verbis.

15. Præterea cùm corpora damnatorum
ſint poſt diem finalis judicij igne exurenda,
nulla poteſt eſſe ratio, cur, non de vero,
Matth.25. & corporali igne intelligenda ſint loca ſa-
cræ ſcripturæ, hinc Chriſtus ait: *Diſcedite*
à me maledicti in ignem æternum, qui para-
tus eſt Diabolo, & Angelis ejus: neque
ex eo quod Diabolus ſit incorporeus ne-
ceſſe eſt, ut ſit etiam ignis inferorum in-
corporeus: quia non datur ulla ſubſtantia
incorporea inſtituta ad urendos ſpiritus;
ſiquidem omnis ſubſtantia eo ipſo quòd eſt
incorporea, ac emerſa à craſſitie materiæ,
intellectu pollet, & naturam participat An-
gelicam: quapropter ignis, qui Matth. 25.
dicitur paratus eſſe Diabolo, & Angelis
ejus, eſt verus, ac corporeus ignis, quia
hic torquendis ſpiritibus inſtrumentum eſt
aptiſſimum; quatenus poteſt igni corpo-
reo ſpiritus alligari, & ex ejus præſentia
eaſdem pati triſtitias, quas anima pati-
tur dum eſt in corpore, quod igne combu-
ritur.

16. Præterea quia homines impij, qui in
carcerem illum gehennalem detruduntur
poſt finale judicium anima conſtabunt, &
corpore; quapropter ipſe ignis, quo tor-
quebuntur, corporeus eſſe debet, non enim
ignis incorporeus torquendis congruit cor-
Matth. 3. poribus: hinc Chriſtus ait; *Omnis ar-*
Matth. 13. *bor, quæ non facit fructum bonum excide-*
tur, & in ignem mittetur, & nonnullis in-
terjectis ſubdit; *congregabit triticum ſuum*
in horreum, paleas autem comburet igne in-
extinguibili. Hoc idem etiam Chriſtus
confirmat inquiens: *Sicut colliguntur zi-*
zania, & igne comburuntur: ſic erit in
conſummatione ſæculi. Mittet filius homi-
nis Angelos ſuos, & colligent de Regno ejus
omnia ſcandala, & eos qui faciunt iniqui-
tatem; & mittent eos in caminum ignis.
Ibi erit fletus, & ſtridor dentium. Per
ſcandala ij intelliguntur, qui alijs anſa fuêre
peccandi, ſive ſuaſu ut mali ſocij, ſive
exemplo, ut viri iniqui, ſive imperio, ut
tyranni, ſive doctrinâ ut corruptores ſcri-
pturæ. Per eos autem, qui faciunt ini-
quitatem ij intelliguntur, qui non alijs,
ſed ſibi tantùm fuêre cauſa peccandi: hi
omnes veluti zizania in faſciculos unà con-
geſti in ignem dejicientur æternùm com-
burendi.

Hoc idem etiam confirmat alia para- 17.
bola ſagenæ miſſæ in mare, & ex omni ge-
nere piſcium congregantis: ſicut piſcato-
res poſtquam ſagenam ad litus traxerint
piſces bonos à malis ſeligunt, & bonos in
vaſa colligunt, malos autem abjiciunt:
Sic erit in conſummatione ſæculi: exibunt
Angeli, & ſeparabunt malos de medio juſto-
rum, & mittent eos in caminum ignis: ibi
erit fletus, & ſtridor dentium. Marci 9.
Si ſcandalizaverit te manus tua abſcinde
illam, bonum eſt tibi debilem introire in vi-
tam, quàm duas manus habentem ire in ge-
hennam, in ignem inextinguibilem, ubi ver-
mis eorum non moritur, & ignis non extin-
guitur. Explicat gehennam per ignem in-
extinguibilem, & ſtatim repetit, & ignis
non extinguitur, nimirum ignem gemi-
nat, quò dilucidiùs exprimat, & intelliga-
mus, verum ibi adeſſe ignem, qui nun-
quam poſſit extingui, ut æternùm ardeat,
urat, & torqueat improbos. Hinc David
Dominus in ira ſua conturbabit eos, & de- Pſalm. 20.
vorabit eos ignis: id eſt devorabit ignis
in infernum detruſos, non quidem ut pe-
reant, ſed ut ab igne undique involvantur,
& abſorbti ab igne videantur.

§. III.

Ignis torquendis impijs in gehennali carcere detruſis peraptum eſt inſtrumentum: urit non comburit; torquet non abſumit, ne in proprio detrimento immunes fiant ab incremento ſupplicij.

ERit ignis torquendis reprobis per- 18.
aptum inſtrumentum, quia eſt ignis
ſuppliciorum ultimum; neque hu-
mana crudelitas in pœnarum inquirendis
acerbitatibus ingenioſa, atrociora igne po-
tuit ſupplicia invenire. Nec priſca tyran-
nis ullos adinvenit cruciatus acerbiores,
quàm vivum hominem ita flammis extra-
dere, ut lentè exuratur, aſſetúrque; ſi-
quidem cruciatuum acerbiſſimum eſt vi-
vum comburi. Quòd ſi tormentorum
eſt terribiliſſimum igne noſtro lentè adu-
ri: quantus non erit cruciatus igne tor-
queri gehennali? cùm noſter ignis cum
infernali collatus teſte Auguſtino pictus eſſe
videatur, & alter verus, Quantum non
experiretur acrioris doloris, qui per flu-
xum unius duntaxat horæ brachium, vel
manum imò vel extremum digitum unius
gracilis cerei igniculo admoveret combu-

rendum? Quòd ſi uberiori flammæ totam manum admoveret, vel etiam brachium atrociſſimos procul dubio foret cruciatus, quamvis noſter ignis Auguſtino videatur pictos eſſe. Et quantus non erit dolor toto corpore non per unam, vel alteram horulam; nec per unum; vel alterum annum, aut ſæculum, ſed per totam æternitatem nullo fine claudendam, nec finiendam, ſemper torqueri, comburi? Si tormentum horribile eſt haud verbis effabile, hominem horis duabus, vel tribus vivum igne torreri; quódnam erit tormentum non duas, vel tres horulas, ſed tota æternitate corpus, & animam ſemper atrociſſimè uri, & nunquam comburi? Quis valeat cogitatione ſatis comprehendere infinitam hanc doloris acerbitatem?

19. Scio, Davidem hanc cogitantem dolorum, ac pœnarum acerbitatem toto ſpiritu, & corpore perhorruiſſe: *Devorabit eos ignis, Dominus in ira ſua conturbabit eos.* Hoc eſt, ignis ita penetrabit corpora damnatorum, ac intima pervadet viſcera, ut hæc videantur igne abſorpta; perinde ac in uſtrina ferrum candens, ita igne imbibitur, non in extima tantùm ſuperficie, ſed intus etiam, ut merus videatur ignis eſſe, tametſi ferrum maneat, ejúsque forma perſeveret: in gehenna enim flamma ita ipſis damnatorum oſſibus, oſſiúmque medullis implicabitur, ut ſolo igne videantur ardere. Hunc ignem gehennalem corporeum eſſe fatentur etiam communiter ſancti Patres, & licèt D. Auguſtinus videatur dubitare de illa flamma, de qua *Luc. 16.* dicitur: *Crucior in hac flamma*, abſolutè tamen definit, gehennalem ignem corporeum eſſe, inquiens: *At gehenna, ſeu ſtagnum ignis, & ſulphuris corporeus ignis erit, & cruciabit corpora damnatorum.* D. Gregorius ait: *Ignem gehennæ corporeum eſſe non ambigo, in quo certum eſt, corpora cruciari.* Si dicas, Damaſcenum cenſuiſſe, hunc gehennæ ignem materialem non eſſe. Ait enim: *Impios & peccatores projiciendos in ignem æternum non materialem, qualis eſt apud nos, ſed qualem novit DEUS.* Verùm inde non infertur, Damaſcenum cenſuiſſe, gehennalem ignem corporeum non eſſe, ſed tantùm non eſſe materialem eo modo, quo noſter ignis, quia ignis gehennalis non indigebit aſſiduè novâ materiâ, quâ alatur, nec conſumet corpora, nec lucebit, neque extingui poterit. Præterea cùm Damaſcenus aſſerat, impios corpore indutos eſſe in ignem gehennalem projiciendos, non potuit ſentire, talem ignem incorporeum eſſe; quia non poteſt intelligi, quomodo corpora projici poſſint in ignem incorporeum, & ab illo uri, & torqueri? Quod incorporeum eſt induit naturam Spiritûs, & eſt indiviſibile; in quod, non intelligitur, quomodò corpora projici poſſint, ut torqueantur.

Pſalm. 20. v. 10.

Lib. 21. de civit. c. 10.

Lib. 4. dialog. cap. 29.

Lib. 4. de fide ortodox. cap. ult.

Eſt igitur ignis ille tartareus corporeus, & materialis perinde ac noſter ignis, qui apud nos eſt, ſed alias induit proprietates, & qualitates: etenim noſter ignis ardet, & ſimul lucet; tartareus verò ut divina ſanxit juſtitia ardet, ſed non lucet, niſi in augmentum ſupplicij, ut qui dum viverent, ſocietatem inière in nequitijs, ſe ſe ſocios etiam eſſe in ſupplicijs agnoſcant, quo pacto adulter adulteram cognoſcet, & contabeſcet, malléque cæcos eſſe, quàm videndo aliena ſupplicia proprium adaugere, ut cenſet Iſidorus inquiens: *Ignis gehennæ lucebit miſeris ad miſeriæ augmentum, & ad damnationem, ut videant impij, unde doleant, & non ad conſolationem, ut videant, unde gaudeant.* 20.

Secundò quia ignis gehennalis ſulphureus eſt, ut liquet ex Iſaia: *Convertentur enim torrentes ejus in picem, & humus ejus in Sulphur*, & David *pluet ſuper eos laqueos, ignis, & ſulphur pars calicis eorum.* Tum quia Sodoma, & finitimæ civitates igne ſulphureo ſubverſæ fuerunt: eſt ſiquidem ſulphur aptiſſimum impijs puniendis tum ob vim igneam, quâ facilè, & vehementer exardeſcit; tum ob tetri odoris acrimoniam, quæ fœtori congruit peccatorum. Quòd ſi referente Plinio moris olim fuit, quò ſulphureo ſuffito domus expiarentur, ac à fœditatibus, quas contraxerant purgarentur; quia peccatores domus ſuas, ſeu animam, & carnem per patrata ſcelera, dum viverent, inquinârunt; conveniens erat, ut DEUS igne ſulphureo has domos quantum fas eſt, expiaret: eſt enim delinquentium ſupplicium genus quoddam expiationis. Et hæc fortaſſis ratio, cur ſulphurea materia bitumine immixta ſub terra lateat, & in intimis ſtabuletur montium ſinibus, ut conjicitur ex thermis, & montibus ardentibus, quos inter claros eſt Æthna in Sicilia, mons etenim eſt cæteris finitimis altior, quem priſci homines, ac Poëtæ à flammarum globis, ſaxiſque ignitis, quæ ſurſum identidem evibrat Vulcani Regiam dixêre. Hic nativo ſulphure, receptóque in viſceribus vento intus exæſtuans, impatientem carceris flammam per hiantis ruinas cacuminis foras eructat, attollítque in ſublime, & plerumque ater fumus per longa volumina cœlum obducit, favillis etiam mixtus. Notus etiam, & ſuis flammis clarus eſt in agro campano Veſuvius, qui interdum & ipſe tonat ruinis, & è ſuo hiatu flammas ejaculatur, ignéſque evomit ſulphure, ac bitumine immixtos, ac deorſum per montis pendices defluentes inſtar cujuſdam torrentis. Thermæ itidem ſulphur ſapiunt, quia & ipſa fulmina, quæ divinæ iræ ſunt 21.

ſym-

Digitized by Google

ſymbola igne conſtant ſulphureo, & ſulphur olent.

22. Tertiò quia ignis, qui apud nos eſt conſumit omnia, quæ afficit; gehennalis verò ita torquet, ut non abſumat; & ita urit, ut non comburat. ut pulchrè expendit Auguſtinus *tom. 5. lib. 21. de civit. cap. 4.* & *cap. 7. ſuit.* ut etiam *cap. 9. & 10.* ait enim: *Si ſalamandra in ignibus vivit, & notiſſimi Siciliæ montes tota diuturnitate temporis, atque vetuſtate usque nunc, & deinceps flammis æſtuant, atque integri perſeverant, ſatis idonei teſtes ſunt, non omne quod ardet abſumi: & anima indicat, non omne quod dolere poteſt, poſſe etiam mori, his docemur, qua ratione hominum ſempiterno ſupplicio puniendorum corpora, & in igne animam non amittant, & ſine detrimento ardeant, & ſine interitu doleant Quis niſi Deus creator omnium dedit mortui pavonis carnibus, ut vel in annum ſolitum aſſervatæ ſint ſacles? Quis paleæ dedit vel tam frigidam vim, ut obrutas nives ſervet; vel tam fervidam, ut poma immatura maturet? jam verò quàm mirum eſt, quod cùm calx extinguitur, tunc accenditur? cur itáque fatere non poſſis Deus, ut & reſurgant corpora mortuorum, & igne æterno crucientur corpora damnatorum.*

23. Perpendens miram hanc gehennalis ignis virtutem Tertullianus vocat hunc ignem theſaurum ad pœnam, eò quia ita propria reſtauret detrimenta, ut in reprobis torquendis nil deperdat propriarum virium, & ut theſaurus ſemper diteſcat, nunquam pauper fiat, ait Tertullianus in Apolog.

Cap. 49. *Si gehennam comminemur, quæ eſt ignis arcani ſubterraneus ad pœnam theſaurus proinde decachinnamur:* utitur theſauri vocabulo, & gehennalem ignem ſubterraneum vocat theſaurum ad pœnam, innuens pœnaliſſimæ exuſtionis perennitatem. Dicitur arcanus ignis ob miriſſimam vim, quâ potitur ad comburenda corpora, & animas damnatorum, & quidem æterna deflagratione absque ullo conſomptionis detrimento. Eſt igitur *gehenna ignis arcani ſubterraneus ad pœnam theſaurus*, quia diteſcens acerbioribus cruciatibus hos abundè refundet in carnem inexpiabilem damnatorum, & in infectas peccatis medullas, quas ſuo æſtu intimè penetrabit; & inſtar ferventium, ac decoquentium metallorum inextinguibili ardore totam hominis ſubſtantiam depaſcentibus flammis, ita pabulum igni ſuppeditabit, ut nil deperdat, quod à cruciatu per defitionem ceſſet. Sed medios inter ignium globolos, ſpiráſque flammarum fumantes; ita damnatorum corpora pabulum ſuppeditabunt incendiis gehennalibus, ut incrementa ſuſcipiant ſuppliciorum, non decrementa propriæ ſubſtantiæ torquendæ experiantur: depaſcet quidem ignis liquentia reproborum corpora, quæ tamen non abſumet, ne in detrimento incrementum ſubeant ſolatij, fiántque à ſupplicio immunia, ſi eſſe deſinant: quàm pulchrè igitur Tertulliano gehenna eſt: *Ignis arcani ſubterraneus ad pœnam theſaurus.* Theſaurus ſcilicet ſemper diteſcens, & jacturas jugi reſtaurans reparatione; quatenus urit, & non comburit; torquet, & non lædit; depaſcitur, & non abſumit: ſervantur quæ hoc igne torquentur corpora, & ſpiritus in ſua manet integritate, ne hac deperdita meliorarentur à cruciatibus immunia.

24. In hoc igitur theſauro ignis arcanus inter ſtagna ferventia gurgitis æſtuantis, propria reparat detrimenta, quia execranda damnatorum corpora non abſumit, quamvis ſæviſſimis ea diſcruciet ardoribus; ſcitè Euſebius ad Monachos: Homil. 1. *Eſtus ardoribus crimina miniſtrabunt, manebit præceptum, & Authoris, & Judicis, ut viſcera doloribus obnoxia, & ſolis cruciatibus conſecrata, ignis arbiter depaſta non devoret, ſed ad hoc non pereat, ut ſemper interimat; ut opus ac ſigmentum in antiquis ſceleribus moriturum, et ad ſola tormenta rediviuum; finem in ipſo conſinio non inveniat; ſed exinanita jamque tolerantiæ virtus ſic pereat, ut reſurgat. Illa enim non caſualis, ſed rationabilis, & pœnalis exuſtio, quia culpam jubetur inquirere, ſubſtantiam neſcit abſumere; flamma illa, non tam reum perſequitur, quàm reatum.* Quàm ſcitè, & eleganter explicat Euſebius hujus arcani ignis naturam hactenus Philoſophis ignotam, urit quidem ignis, ſed ejus uſtio non caſualis, ſed rationabilis culpam inquirit, quam puniat; non ſubſtantiam, quam abſumat; ſi reum torquet, reatum invenit: arcanus certè ignis, cujus exuſtio, ut perennet in ſupplicium ſceleris; ſceleſtos ita torquet, ut non abſumat; ita urit, ut non comburat; quærit in ſceleſto ſcelus, quod inquirendo torqueat, & inveniendo puniat. Depaſcitur in reprobo ignis, & reparans, quod depaſcitur detrimento ſupplicij, incrementa acceſſit diuturnitatis: & quia detrimentum doloris incrementa ſecum trahit durationis, perennat cruciatus citra ignis detrimentum, qui depaſta reparans non abſumit, quia ignis arbiter, & rationabilis exuſtio ardoribus conſecrat infelicia damnatorum corpora.

25. Neque in hoc igne ullas poterit Palladium latebras invenire, ſicut flagrante Troia aſylum in flamma enactum fuiſſe fertur: abdita quæque ſcrutabitur gehennæ ignis, omnia quæret abſconſa; ut quidquid delinquentis hominis vanis perdidit ſuggeſtionibus, rapidâ flammarum popolatione complectatur. Ignis enim inferorum noxis omnibus attemperabitur, & Dei vindicis juſtitia eo, ut flagello utetur: *Pro menſura peccati, erit & plagarum modus:* reſpondebunt ſupplicia delictis, & qui delicijs dum Deut. c. 25. v. 2. viverent, affluere ſtuduerunt, ſupremam in iiſdem quærentes felicitatem, quique plumis mergebantur; flammis obruentur acrioribus

bus, & pro ſceleribus fœdioribus diriùs in orco cruciabuntur captivi: qui mundi gaudijs adhæſêre, luctus dabunt, & lachrymas; & qui concupiſcentijs carnis indulſerunt ſævioribus ſubjicientur tortoris ignis cruciatibus: in gehenna enim nonniſi gemitus, & ululatus aures pulſabunt illic degentium; dolor ſummus, cruciatus æternos animas torquebunt, ſed non extorquebunt à ſupplicio; corpora punient, ſed non abſument.

26. Pulvis tormentarius, quo æternus ignis ſuccenditur, furor eſt irati Judicis, quem cum vivimus per patrata ſcelera pluries irritavimus. Hunc ignem nobis Jeremias oſten-
Cap 17. v. 4 dit inquiens: *Ignem ſuccendiſti in furore meo; usque in æternum ardebit*, & Moyſes cùm vices Dei fungeretur, eundem ignem peren-
Deut 32. v. 22. nantem audivit: *Ignis ſuccenſus eſt in furore meo, & ardebit usque ad inferni noviſſima.* Eſt igitur irati Numinis furor pulvis tormentarius, quo æternus hic ignis ſuccenditur. Tametſi plura Deus, cùm vivimus, diſſimulet, ſcelera noſtra non puniat, ſuam nobis gratiam conferat, quâ reſipiſcamus, ſi tamen ejus abutimur clementia, tandem patientia læſa fit furor, & in furore ignis accenditur gehennalis æternùm arſurus. Et noi ſumus, qui hunc ſuccendimus ignem, quatenus Dei abutentes clementia per patrata ſcelera ejus furorem excitamus, quatenus exleges viventes Dei præcepta flocci fecimus, & protervo pede contrivimus. Idque quia hunc gehennalem ignem rarò, vel nunquam ſeria cogitatione volvimus; & malumus voluptatum illecebris adhæreſcere, quam timore gehennæ delicijs non diffluere, ideóque cùm excutimus è mente noſtra hunc ignem gehennalem, frigemus in ſtudijs virtutum, & torpeſcimus vitiorum cœno immerſi. Qui aſſidua cogitatione æternos gehennæ ignes ſeriò contrectat mundi delicias, & voluptatum illecebras omnes à ſe excutit, & per exercitia virtutum ſatagit ſupplicia illa declinare.

27. Narrat Paſcaſius Diaconus, duodecim Anachoretas ſimul conveniſſe, & pro ſe quemque dixiſſe, quid profectûs in virtutum ſtudijs effecerit: & ubi ſuam quisque ſententiam dixiſſet; ultimus, qui & duodecimus fuit, dixit; vos Patres non humanam, ſed angelicam in terris vitam geritis, & cœleſtem omnes poſſidetis Sapientiam, ideóque proficitis in cultura virtutum: ego verò meas cogito iniquitates, & me indignum hac cœleſti judico Sapientiâ quocunque me vertam, mea ſemper me peccata præcedunt: hæc mentis meæ oculis jugiter obverſantur, quapropter adjudicavi me ipſum in infernum, & intra me dico; morare cùm detruſis in gehennali carcere, talibus enim ſum dignus ſupplicijs. Video ibi pares gemitus, ululatus horribiles, lachrymas inceſſabiles, ſupplicia atrociſſima. Aſpicio quosdam dentibus ſtridentes, alios toto corpore trementes à vertice capitis ad plantas pedum: & jactans me ſuper terram, & amplectens cinerem deprecor Deum, ut mihi miſereatur, méque ob ſuam clementiam è ſuppliciis illis ſubtrahat, quorum aſpectus me totum terret. Video enim mare ignis ebullientis, & in eo plures circumfluentes, ac mugientes inter fluctus ignis, & una voce ſimul clamantes, ac ululantes. In his mentem teneo meam, hominésque dejectos in mare illud igneum frequenter meæ objicio menti. Supplicia illa atrociſſima, flammæ inextinguibiles, lachrymæ inceſſabiles, ululatus horribiles, & tormenta, quibus dejecti in igneo illo mari excruciantur, ſunt, quæ menti jugiter meæ obverſantur, & *facta ſunt mihi* cum Davide *lachrymæ meæ panes die, ac nocte.* Sola gehennalis ignis cogitatio frœnum pravis omnibus affectibus ac deſiderijs non ſolùm injiciebat; ſed & ſtimulos ad virtutum exercitia addebat, in quibus plus cæteris Anachoreta iſte profecerat.

Si viri ſceleſti, qui per patrata flagi- 28.
tia ſe à ſummo Bono averterunt hæc gehennæ ſupplicia paſſim cogitatione recolerent, è vitiorum cœno emergerent, & veræ reſipiſcentiæ lachrymis, quas contraxerant ſcelerum maculas eluere ſatagerent, & dicerent cum Davide: *Factæ ſunt mihi lachrymæ meæ panes die, & nocte.* Si nullo poſſumus chirographo teſtari nobis à DEO fuiſſe noxas condonatas, nec abolitas culpas, cur omni ſtudio non ſatagimus ſaltem reſipiſcentiæ lachrymis eas eluere, ac prorſus obliterare? cur ſoliciti cum Deo non ambulamus, & in virtutum proficimus exercitijs? ideo in vitijs ſordeſcimus, pecunijs inhiamus, & mundi commodis indulgemus, ac ſi poſt hæc omnia ſimus in cœlum aſcenſuri; quia nunquam gehennæ ſupplicia noſtram refricant memoriam, & malumua mundi delicijs indulgere, quàm ſoppliciorum memoriâ mentem funeſtare; ſed ſi non deſcendimus libenter in gehennam viventes; morientes vel inviti illuc detrudimur; ad æternitatem enim velimus, nolimus tendimus, futurorum improvidi, immemores præteritorum; & quia in præſentia proniſſimi, futura negligimus, & ita vivimus, ac ſi anima unà cum corpore foret corruptioni obnoxia, & in morte extingueretur.

§.IV.

§. IV.

Is ſapit, qui æſtuantes concupiſcentias carnis, pravóſque iraſcentis animi appetitus gehennalis ignis refricatâ memoriâ reſtinguere ſatagit, ac igne igni alexipharmacum parare.

129. SI ſapimus, diſcamus pravas noſtras concupiſcentias, depravatos affectus gehennali hoc igne reſtinguere. Medicorum vulgatum eſt effatum, ignem igni remedio eſſe. Si enim digitus, vel manus uſtuletur; remedium viciniſſimum eſt uſtulatum membrum vel ardenti cereo, vel accenſis prunis, viviſque carbonibus admovere, ignis quippe ignem ſui ſimilitudine attrahit, & membrum uſtulatum priſtinæ reſtituit incolumitati. Hanc ob cauſam etiam ſcloperis, ſi domus ardeat, ignis extinguitur, ignis enim ignem excutit: quòd ſi incendia grandiora graſſentur tormentis æneis etiam petuntur, quò flamma violentior edomet, coerceátque lentiorem. Perſæpe pravorum affectuum in nobis flammæ ſuccenduntur, & ſuis ignibus, ſi quid virtutis nobis ineſt abſumunt, præſertim ſi ſuas in nobis flammas excitent ira, & libido: hæ flammæ, quæ in nobis ſtabulantur nullo aptiori coërcentur frœno, nullóque promptiùs extinguuntur remedio, quàm ſi iisdem incendia objiciantur gehennalia: ſi cor noſtrum fœdis ardeat cupiditatibus non ſolùm extinguuntur flammæ, quas in ſe excitavit, verùm & ſtatim friget, & timore contremiſcit ad ſolam gehennalis ignis meditationem: hunc ignem quoties libido ſuos in nobis æſtus accendit, adeamus, & viventes frequenter in infernum deſcendamus, ne mortui in ipſum detrudamur, & in nos ſententia intorqueatur: *Ite maledicti in ignem æternum.*

130. Imò non ſolùm hæc inferorum incendia objicienda ſunt viris nequioribus, mundi addictis voluptatibus, ut ſaltem timore pœnarum exterriti à ſceleribus patrandis retrahantur; verùm etiam viri pientiſſimi virtutum cultores hæc gehennæ ſupplicia ſibi aſſolent paſſim objicere, & ante mentis oculos ſtatuere, non ut formidine pœnæ à peccatis avertantur, cùm jam Numinis amore ab iisdem prorſus abſtineant; ſed ut ex inferorum meditatione aliquid hauriant ſolatii, dum ſpe certa hiſce ſe ſubtractos incendiis cogitant, ex quo oritur gratiarum amantiſſima actio, & divinæ bonitatis ampliſſima deprædicatio. Prodeſt omnibus tam probis, quàm improbis hæc gehennalis incendii meditatio, quæ veluti panacea quædam animi morbis omnibus curandis opportunè adhibetur; juſtis in pharmacum ſervit præſervativum, ne corruant, cùm ſint & ipſi lapſui obnoxii: improbis verò alexipharmacum eſt propriis curandis vulneribus præſentiſſimum. Tametſi videamur nobis rectè ambulare, & Numinis gratiâ præmuniri, & ex frequentia ſacramentorum plurimum hauriamus profectûs; neſcimus tamen, an ad ultimum uſque halitum ſimus perſeveraturi, & an perſeverantiæ gratia ſit nos ad ſepulchrum perductura; non enim licet nobis, noſtrum debitorem Deum appellare; eſt enim gratia, quàm nobis gratis impertitur, & ea ſua in nos benevolentia Deus elargitur; nec ullam nobis dat ſyngrapham, quâ obligationem contrahat eam nobis impertiendi; & ſi Deus eam nobis denegat nullo corroborati munimine, nullo ſuffulti fulcro cadimus, ſimúlque perimus; & ne lapſus iſte ad quem pravorum impetu affectuum trahimur in æternum animæ noſtræ contingat detrimentum, coërcendi ſunt frœno gehennalis ignis frequenter, & ſeriò excogitari pravi omnes affectus, qui poſſunt in nos inſurgere.

Scimus plures in eremo quadraginta, 131 & pluribus annis ſerviiſſe Deo, jejuniis petulantiam carnis compeſcuiſſe, vigilijs in ſervitutem corpus redegiſſe, lachrymis jugiter maduiſſe, in precibus Deo fundendis inſtetiſſe, qui tamen lapſi poſtea fuere, & vitæ inſtitutum ad normam virtutum compoſitum turpi corruperunt epilogo; ut fuit Hero apud Caſſianum, ut alios reticeam, qui poſtquam annis pluribus ſuum impenderunt laborem in lilio caſtitatis excolendo, fœdâ poſtea ſe libidine coinquinârunt. Quò in cælum morientes aſcendamus, opus eſt viventes in infernum deſcendamus; gehennalis ignis eſt prælucens veluti fax, quæ iter ad cœlum præmonſtrat in hujus tenebricoſæ vitæ caliginoſa nocte: ad præſentiam gehennalis ignis non ſolùm rebellantis concupiſcentiæ laſcivientes æſtus extinguuntur; verùm & tota pravorum affectuum nequitia cineſit, & per exercitia virtutum ſemitam percurrimus Chriſtianæ perfectionis. Monet enim gehennalium cruciatuum meditatio fluxum eſſe præſentis vitæ ſtatum, & euro citiùs evaneſcere: monet laborandi, & promerendi tempus nunc eſſe, & ad perbrevem vitæ noſtræ curſum longiſſimas ſequi ſine fine ferias, æternos ſine exitu annos, & ſæcula nullo limite claudenda, nullo termino finienda.

Quòd ſi alicui regnum aliquod promitteretur opulentiſſimum, populis frequentiſſimum, ac divitiis omnibus affluens: ea tamen conditione, ut per annos viginti in lectulo floribus ſtrato, eóque molliſſimo jaceret ſemper reſupinus, neque ad unum, vel alterum ſe latus volveret, fortaſſis ab initio ad hanc deſcenderet conditionem, inciperétque decumbere ſpe illectus regni opulentiſſimi potiundi, Verùm poſt unum, vel alterum dilapſum mentem inciperet tœdio affici, plurimum laborare, & vel inter 132.

flores aculeos experiretur, quibus miſerè
ſaucius diſtorqueretur: & carere mallet re-
gno, quàm ita molliſſimè per annos vigin-
ti jacere. Quòd ſi moleſtiſſimum ei obtin-
geret ita jacere per aliquot annos in lecto
molliſſimo, floribus, plumiſque ſtrato;
quomodo in ebulliente gehennæ ſtagno
flammis utrinque obſeſſus, ac tortus non
per viginti, centum, mille, ſed per totam æ-
ternitatem nunquam finiendam ſtebit?
Quòd ſi nemo ſanæ mentis reperitur, qui
ut opulentiſſimo potiatur regno reſupinus
velit in molliſſimo lectulo jacere, per vigin-
ti annos? an non dementia eſt, & cæca inſa-
nia ob fugitivam voluptatem, ob viliſſima
crepundia, ob divitias congerendas ea per-
petrare ſcelera, quibus ad gehennalis per-
trahatur incendia æternum excruciandus?
ait enim Chriſtus; *Paleas autem comburet*
Matth 3. v. 14. *igni inextinguibili*, id eſt *æternè* ut expen-
dit Hugo, *quia non omnino extinguit, quos
paſcit. Mors depaſcat eos.* detruſi enim in
gehennali carcere licèt arcanâ ignis operâ
perpetuò torqueantur, & urantur, non ta-
men comburuntur; ſi paleæ, quæ pabulum
igni ſuppeditant, abſumantur, ac deſinant,
ignis extinguitur, qui tamdiu ardet, quam-
diu paleas depaſcit; quòd ſi ignis non ex-
tinguitur, nec paleæ ceſſant: in accenſa
gehennæ fornace pabulum flammis ſcelera
miniſtrant damnatorum, quæ cùm nun-
quam ſint ceſſatura, eò quia non detur ibi
locus reſipiſcentiæ, nec lachrymæ poſſint
ampliùs noxarum ſordes eluere; dirè dam-
nati uruntur igne inextinguibili; & licèt ar-
cana ignis operâ perpetuò moriantur vitæ,
vivunt tamen æternam mortem; licèt in
ipſa morte vivant, non tamen ut moriantur,
vivunt, ſed vivunt, ut ſemper moriantur,
ut eleganter obſervat D. Gregorius inqui-
Lib 4. dialog. ens: *Anima illic poſtea bene eſſe perdidit.
Ex qua re ſemper cogitur, & ut mortem ſine
morte, & defectum ſine defectu, & finem ſi-
ne fine patiatur: quatenus ei & mors immor-
talis eſt, & defectus indeficiens, & finis infi-
nitus.*

33. in Pſal. Hoc idem ediſſerit Caſſiodorus ubi agens
de gehennalis incendii æternaturo cruciatu
ait: *Abſumet, ut ſervet; ſervabit, ut cru-
ciet, dabitúrque miſeris vita immortalis, &
vita Servatrix.* Mors non vitæ fœnera-
bit, niſi ut moriatur, & nonniſi æternam
mortem vivat: ſervabit enim, quos tor-
quebit, ut acriùs diſcruciet; & vita miſeris
erit immortalis, quâ perpetuò moriantur:
& hoc eſt ſagax gehennalis ignis ingenium,
incendium ita apparare, ut urat, ſed non
comburat; abſumat, & ſimul ſervet; ut
diutius cruciet, & æternùm torqueat; mor-
tem inferat, quæ vivere nunquam deſinet,
ut perpetuò moriatur, & nunquam mori
deſiſtat. Hæ ſunt antitheſes, quæ ad incre-
menta cruciatuum ſagax, & ingenioſus ge-
hennæ ignis produt, & ob hanc cauſam
Minutius Felix: *In Octavio* aſſerit, Gehen-
næ ignem ſapientiâ pollere, non ad miſe-
ros erudiendos damnatos, ſed ad eoſdem
acriùs excruciandos, ait: *Ille ſapiens ignis
membra urit, & reficit; carpit, & nutrit:
ſicut ignes fulminum corpora tangunt, nec
abſumunt: ita pœnale illud incendium, non
damnis ardentium paſcitur, ſed inexeſa cor-
porum laceratione nutritur.* Ignem gehen-
nalem igneo æquiparat fulmini, quod ple-
rumque corpora tangit integritate non læſa;
vitam haurit, & membra non abſumit;
interimit cute non diſruptâ: gehennalis
ignis dicitur à Minutio urere, & reficere,
quaſi quòd urendo abſumpſit, torquendo
reſtauret, ut reſtauratum iterum urat, &
per juges cruciatus ſemper reſarciat, quod
torquet, ut nunquam deſit, in quod ignis
ſæviat. Idque etiam Tertullianus innuit
in Apologerico ubi hac ſuper re ſic elegan- Cap. 48.
ter fatur: *Noverunt & Philoſophi diverſita-
tem arcani, & publicè ignis: ita longè alius
eſt, qui uſui humano, alius judicio Dei ap-
paret; non enim abſumit, quod exurit, ſed
dum erogat, reparat.* Utitur Tertullia-
nus verbo *erogare* quod propriè ſignificat
in rogum dare, in flammas corpus injicere
abſumendum: ea eſt gehennalis ignis ſagax
natura, & perſpicax ingenium, ut quos e-
rogat damnatos, reparet cruciandos, quos
abſumit reſtauret; ne reparatione neglectâ
torpeat erogatio, & ceſſet cruciatus.

Vorax flamma adeo dirè detruſos in 54.
gehennali carcere excruciat, ut brevi eſſet
tam dirè tortos abſumptura, niſi arcana
ignis violentia per ipſam aduſtionem inſtau-
raret aduſtum, quod argutè etiam innuit
Lactantius Firmianus inquiens: *Idem igitur
divinus ignis unà, eadémque vi, atque po-* Lib. 7. di-
tentia, & cremabit impios, & recreabit, vin. inſtit.
& quantum corporibus abſumet, tantum re- cap. 21.
*ponet, ac ſibi æternum pabulum ſubminiſtra-
bit.* Avarus eſt gehennalis ignis, ne quid,
quem perdat; quod abſumit, reſtaurat;
quod adurit, recreat; quod detrahit, ad-
dit; quòd removet, reponit; ne unquam
ſibi pabulum deſit, ne unquam damnatos
torquere deſinet; ne unquam detruſi in ge-
henali carcere ab ejus ſe ſubducant tortura;
ideóque urendo damnatam ita excruciat cre-
aturam, ut eam recreet, ſeu reparet; ne
pœnalibus deficiat cruciamentis, & ne aſ-
ſumpto igne cinefieret. Quàm potens,
ac induſtrius, ingenioſúſque eſt gehennæ
ignis, qui vires ita depaſcit damnatæ crea-
turæ, ut eas recreet, & ſuas in eam con-
ſumendam, & torquendam vires exerat?
proprias non exereret, ſi alienas non reſtau-
raret; propterea ſibi conſulit, cùm aliena
damna reſarcit: ignis enim quaſi vim ite-
rum creandi habeat, quod ejus activitate
patitur, recreat, quatenus tantundem
quodammodo reponit ad æternum pabulum,
quantum aſſumpſiſſe videtur immanitate
ſuppli-

ſupplicii. O diram! è moleſtiſſimam damnatorum recreationem quovis cruciatu acerbiorem.

35. Cuperent dejecti in gehennale ſtagnum potiùs non eſſe, quàm jugiter, & ſemper perire, & nunquam deſinere. Sed tale eſt ingenium ſagax gehennalis ignis, qui ne ſemel ſoppeditatum ſibi fomitem deperdat, ita urit, ut non comburat; ita conſumit ut reparet; & aliena damna ita reſarcit, ne ſibi deſit, quod depaſcat: hæcque ratio cur Minotius eum dixerit: *Sapientem ignem*, & Euſebius: *Rationabilem exuſtionem*, ac ſi inferni flamma ſapientia vigeret, & ratione polleret. *Homil. 5. de Epiphan.* Scitè Emiſſenus ait: *Tardè nobis diſplicebimus ſub conſpectu ignis æterni, qui interrogabit oſſa, & medullas, & cogitationes noſtras.* Ecce ignis, tametſi ſenſu deſtitutus, ac ſi ratione polleret, & ſapientiâ vigeret, ac pro tribunali ſederet, novúmque in damnatos judicium exerceret intimiores eorundem interrogat cogitationes, de ſcelere intus in mente patrato, quod exteriùs acerbè torqueat, iterúmque damnatom puniat; non ſolùm cogitationes, verùm & oſſa, & medullas interrogabit ignis gehennalis, quia ſolerti examine omnia diſquiret damnatæ creaturæ demerita, quæ acerbiſſimis damnet cruciatibus; hinc *Collat. 15. cap. 10.* Caſſianus: *Ille ignis inextinguibilis, inquiſitor eſt meritorum omnium*: Nimirum rationabilis, ingenioſi, ſapientis, ac ſagacis ignis exuſtio noxas omnes in intimioribus etiam medullis latentes pervadet, ac interrogabit, ut ad futuros, eóſque æternos adhuc condemnet cruciatus. O Judicem in gehennæ tribunali diriſſimum, ac inexorabilem! qui oſſa etiam, & medullas intimiores de patrato ſcelere interrogabit, ne quidquam lateat, quod æternum ſubterſugiat gehennæ ſupplicium! ait *Homil. 1. ad Monach.* Euſebius: *Illa enim non caſualis, ſed rationabilis, & pœnalis exuſtio, quia culpam jubetur inquirere, ſubſtantiam neſcis abſumere*: Nimirum inquirit ignis culpam, etiam in intimioribus oſſium medullis, quam acerbiùs puniat, & juxta demeritorum rationem menſuram ſubminiſtret cruciatuum. Ideóque ſapiens dicitur, & rationabilis gehennæ ignis, cùm ſapienter ſecernat damnatæ creaturæ demerita, quæ congruis puniat cruciamentis, & modus pœnæ modo *Cap. 59. v. 12.* reſpondeat nequitiæ, ait enim Iſaias: *Peccata noſtra reſponderunt nobis*: Eſt enim gehennæ ſupplicium veluti echo culpæ, cui ſapienter, & rationabiliter correſpondet.

36. Unde illi in evangelio ſibi malè conſcij enixim expoſcebant, quò gehennalia declinarent ſupplicia: *Luc. 8. v. 31.* *Et rogaverunt illum, ne imperaret illis, ut in abyſſum irent*: Quæ verba expendens D. Maximus ait: *Statuit autem Deus unicuique manere peccatorum conſonam pœnam gehennæ ignis, propter carnis incendium; ſtridorem dentium propter voluptatem, & crapulam; pervigilem vermem propter obliquum, & malignum cor; caliginem propter ignorantiam, & fallaciam; limbum abyſſi propter ſuperbiam.* An non rationabilis exuſtio pœnas infligit meritis reſpondentes delictorum? an non ſapiens ignis diſcernit inter damnatæ creaturæ merita, quæ congruis caſtiget cruciamentis? Unicuique ſceleri proprium adaptat ſupplicium, ut quæ nequitia diſtinxerat, ſupplicium diſcernendo confundat; & ſapiens pœna patratis aptè reſpondeat ſceleribus, quæ gehennalis incendii ſunt pabula: eſt enim hæc flamma non purgativa, quæ noxas obliteret; ſed afflictiva, quæ ſcelera puniat. An ideo rationabilia gehennæ ignis, quia ſpiritus damnatorum in illo perinde ac in carcere detruſi detinebuntur, intelligátque ignis ſpiritus damnati intellectu? Miſeri enim quos æterni Judicis ſententia à juſtis ſejunxit, & gehennali addixit incendio igne illigati clariùs proprias inſpiciunt miſerias, acerbiore cruciantur dolore.

§. V.

Cui ſalus eſt cordi, ab ejus mente non exulet gehennæ recordatio: hæc veluti prælucens fax, quà ſit rectè eundum oſtendit; & ejus timor frænum injicit pravis omnibus affectibus.

SI ſapis ſatage totis viribus, totóque niſu incendia hæc gehennalia declinare, & ut moriens ab iiſdem te ſubtrahas, dum adhuc vivis, carcerem illum ſuppliciorum frequenter ingredere, & ſæpe cogitando, pœnas illas mente revolve: ſi te ſub terra abdas, omnia tibi diſplicebunt; quæ ſunt ſupra terram: deliciarum illicia, voluptatum illecebræ, mundi blandimenta tibi moleſtiæ erunt, & ut venenoſo angue deteriores effugies, ne venenum inde contrahas, quo æternam ſubeas mortem: qui placidum deliciarum mare viventes enavigant, ſuborta prærnaturæ mortis procella naufragos demergit in gehennale ſtagnum: Quòd ſi æquora trajicientes tribus duntaxat digitis dicuntur à morte diſtare; non arbitreris longiùs viventes in lethali culpa elongari à gehenna: ſi enim hoc uno momento vivere deſinant, altero ſtatim in orco ardere incipiunt, neque totus infernus cùm toto tormentorum ſuorum apparatu plus diſtat ab impio in lethali culpa vivente, niſi temporis puncto.

38. Quòd ſi ſceleſti timore pœnæ ſe abſtinent plerumque à quibusdam patrandis flagitiis, timentes tortorem, qui corpus punire poteſt; quantò magis timere debent tartareos tortores, qui & corpus, & animam æternùm torquebunt. Si impius ad hunc ſuppliciorum carcerem cùm vivit, frequenter deſcenderet mente luſtraturus ignem illum

uren-

urentem, non comburentem, tortores ſerpentibus horridiores, ſupplicia æternùm duratura; non ita torpeſcerent in ſcelere. Cui ſalus eſt cordi, ab ejus mente non exulet recordatio gehennæ; ut enim quis in cœlum aſcendat, proderit, ſi frequenter deſcendat ad terræ centrum: quia per deſcenſum ad inferos, aſcenſus patet ad ſuperos. Timorem enim ſola gehennæ cogitatio incutit, eſtque timor incuſſus, qui frænum injicit pravis omnibus affectibus, & ad virtutum culturam calcaria urget. Eſt enim gehenna cavitas in mundi centro, ad quam ſolis, lunæ, & cæterorum aſtrorum lumen nunquam pertingit: proinde cavitas eſt tenebris, & caligine obſita, carcer furoris, patibulum damnatorum, officina dolorum, laniena cruciatuum, chaos deſperationis, cavea improborum, cloaca ſtoliderum, receptaculum ſceleratorum; in quo rei æternæ mortis bonis omnibus deſtituuntur, omni commodo privantur, omni ſolatio ſpoliantur; & omnibus, quæ formidare poſſunt, malis excruciantur. Et licèt tetra hæc cavitas picea ſit, circumfuſa horribilium tenebrarum caligine; nihil tamen tenebræ officient, quo minus damnati, qui oculos clauſêre in culpa, eoſdem aperiant in pœna, ut videntes propriorum inſtrumenta ſuppliciorum diriùs torqueantur, excrucientur.

39. Eſt gehennæ cavitas caligine, & feralibus umbris circumfuſa, quamvis igne oppleta, quia hic ſuos coërcet ſplendores, quò collectis viribus acriùs comburat: tartareus ſiquidem ignis urit quidem, ſed non illuminat. Deus enim ſubtrahit ſuum concurſum, vel deſtituit ignem vi illuminandi, quo uberior, ac vegetior fiat vis comburendi, quapropter ajebat David: *Vox Domini intercidentis flammam ignis:* (Pſal. 48, v. 24.) Seu ſeparantis innatas geminas in igne proprietates, & relinquentis vim adurendi abſque virtute illuminandi, quò ſolatium lucis abigatur, & ſceleris ſupplicium augeatur. Tametſi ſint in gehenna utrinque denſiſſimæ, imò & palpabiles tenebræ; adhuc tamen damnatæ creaturæ vident, & non vident; quò ex viſu, & viſûs carentia diriùs excrucientur. Vident quidquid horroris, & ſupplicii poteſt ingerere, unde Job: *Vadent, & venient ſuper eos terribiles:* (Cap. 20.) Cùmque ſciant, alia ibi adeſſe, quæ minimè vident, & excuperent ea videre, quò de ſuo metu torquente liberarentur: ait Daniel: *Evigilabunt in opprobrium, ut videant ſemper.* Perinde ac vigiles excubiæ ex præalta ſpecula obſervantes venientem hoſtem ſemper moleſta inquietitudine anguntur, ſivè hoſtiles phalangas videant, ſivè non; ne quid non viſum lateat, & inopinatò appareat, magiſque noceat. Pari pacto detruſi in gehennali carcere jugiter anguntur, non ſolum ob horrifica illa ſpectra, quæ ſe in caligine illa, & tenebricoſa cavitate exhibent ſpectabilia; verùm & ob formidinem eorum, quæ ſuum diffugiunt aſpectum: & ſic ex intimis præcordiis ſemper diſcruciabitur, ac ululabit detruſus in gehennali illo carcere, conſiderans ob nugaciſſimas voluptates, volaticas divitias, larvatas delicias, bona caduca, carnis illicia, larvata mundi ſolatia, in ſupplicia illa nunquam finienda ſe præcipitem egiſſe; perpendens, quòd facile ei fuiſſet ſe à ſuppliciis illis ſubtraxiſſe, ſi larvatis mundi voluptatibus non indulſiſſet, æſtus effrœnis concupiſcentiæ coercuiſſet, & pravos affectus in interitum animæ inſurgentes frœno timoris gehennalis ignis compeſcuiſſet.

40. Tunc lugebit, ſed lachrymæ vi noxas abſtergendi, & ignis ardorem temperandi carebunt, quia ut ait Emiſſenus: *Tardè nobis diſplicebimus ſub conſpectu ignis æterni, qui interrogabit oſſa, medullas, & cogitationes:* (Homil. 8. Epiph.) Qui neglexère viventes in infernum deſcendere, ac mentis ſeria cogitatione luſtrare ſupplicia, quibus miſeri damnati torquentur abſque ulla ſpe inde evadendi, morientes illac præcipites aguntur. Si à ſuppliciis illis gehennalibus nos ſubtrahere cupimus, illa frequenter adeamus, iiſdémque mentis cogitatione adhæreamus. Medii verſamur cœlum inter, & gehennam; inter illam, quæ ſurſum eſt Jeruſalem, & quæ deorſum eſt Babylon. Illic audiunt filij lucis, *Lux perpetua luceat eis.* Hic verò reprobi, ac filii tenebrarum, *Tenebroſus turbo illos poſſideat;* In cœleſti patria fulgebunt juſti quaſi ſplendor firmamenti: in gehennali carcere tenebræ & caligo operient illic degentes, & ſicut Deus in principio, quando creavit cœlum, & terram diviſit tenebras à luce; ita in noviſſimo die filios tenebrarum dividet à filiis lucis: ſi ſapimus utrámque inſpiciamus civitatem Jeruſalem, quæ ſurſum eſt; & Babylonem, quæ deorſum: illam ut poſſideamus; hanc ut effugiamus.

41. Cùm igitur nobis bene eſt, quoties amœna, & pulchra oculis, harmonica auribus, delectabilia gulæ, grata odorandi, ac palpandi ſenſibus ſe ſe ingerunt, ita nobiſcum ratiocinemur: En hæc quæ ſenſus titillant, quæ concupiſcentiæ ſunt illicia mihi placent, ſapiunt, illiciúntque: ſed mellea eſt hæc voluptas, quæ felleam poſt ſe ſuperſtitem relinquit amaritudinem: mellea eſt guttula omnis voluptas, quam hic lambo, & lingo; nec meam potis eſt famem explere, nec ſitim extinguere, méque deſtituit æterna beatorum voluptate, quæ plenum advehit ſolatium, ac veram ingerit voluptatem, qua ne caream fucatis mundi deliciis renuntio. Sin verò malè nobis ſit, vel triſtitia animum premat, in gehennæ ſupplicia oculos demittamus, dicamúſque: Quid eſt, quòd me vellicat, affligit, cruciat, ut me in rabiem agat, iratum inflammet, vel tri-

ſtem

in lethales me dejiciat mœrores? non ſpinæ ſunt, quæ feriunt; ſed muſcæ, quæ cutem vellicant, quidquid enim hîc urit, fabula eſt; & jocus, ſi ea penſemus incendiorum volumina, quæ in gehenna detruſos torquent: umbra ſunt noſtri ignes ad inferorum incendia: quid igitur querelis cœlum impleo, terrámque onero? Quid impatientiam meam, animi imbecillitatem prodo, ſi volitantes muſcæ me tangunt? Scitè Chriſoſtomus ait: *Quando videris aliquid bonum, & magnum in præſenti vita cogita cœlorum regnum, & id nihil eſſe exiſtimabis; quando terribile, cogita gehennam, irridebis? Quando te invaſerit cupiditas corporalis, reputa & ipſius peccati voluptatem quòd nullius ſit pretii, quòd ne habeat quidem voluptatem. Si enim legum, quæ hic ſunt latæ, metus tantam vim habet, ut nos à pravis abducat actionibus, multò magis futurorum memoria ſupplicium immortale, pœna ſempiterna. Si metus regis terreni à tam multis nos abducit malis, quantò magis metus æterni Regis? quomodo ergo non poterimus aſſiduè metum habere? ſi perpetuò audiamus ſcripturas; nam ſi mortuus, ſi ſolùm videatur, animum noſtrum ita reprimit, quanto magis gehenna, & ignis, qui nequit extingui. Si gehennam ſemper cogitemus, non citò in eam incidemus.* Quia ejus timor nobis incuſſus frœnum eſt, quo laxitas morum reſtringitur, & peccandi licentia cohibetur; pravi affectus ne inſoleſcant, compeſcuntur; fœdæ libidines, ne æſtuent, ſopiuntur; prava deſideria, ne inſurgant, comprimuntur.

Homil. 2. in Epiſt. 1. ad Theſſalonicenſes.

42. Quis pravis ſuis adhæret concupiſcentiis? quis carnis illiciis ſinit ſe abripi ſi parata videat ſibi ſupplicia? ſi Phalaridis taurum audiat mugientem; & ſciat ex lata à Judice ſententia eſſe mox in ipſo occludendum; & ad internecionem torquendum? refert Valerius Maximus Phalaridi Agrigentinorum tyranno quempiam Opificem bovem fabricâſſe æneum, quo incluſi ſubditis ignibus longo, & abdito cruciatu bovis inſtar mugirent, & opus teterrimum artis ſuæ primum artificem incluſum torſiſſe. Hos cruciatus infernum diceres extra infernum; ſed infernum mitem, quia non diuturnum; blandum, quia nonniſi per paucas horulas torquet: Quòd ſi ex ſancita lege teneretur quiſpiam hæc in tauro æneo ſubjectis ignibus torrente ſupplicia ſubire, ſi à lege vetitum pomum deglutire auderet; quis à ſana mente ita eſſet dejectus, ut vellet ſatisfacturus propriæ gulæ pomum illud deglutire, ſimúlque pediſſequa ſubire in tauro ſupplicia? quid aliud ſunt carnis illecebræ, mundi deliciæ, voluptatum lenocinia, quàm poma ſodomitica, quæ ſi in extima cute depictam exhibent purpuram, intus fœdè cineraſcunt? nuces ſunt, quas mundus exhibet voluptates; imò ſi mavis roſæ non ſolùm ob brevitatem, verùm etiam, quia ſicut hi flores ſpinis circumſepiuntur, ſic & mundi voluptates ſuis cinguntur ſollicitudinibus, & curis: vix efflorescit roſa, & ſuam manè ſoliorum pompam explicat; & ſtatim poſt meridiem areſcit, & deficit, ut ferè dicantur mundi voluptates avolare, euróque citiùs diffugere.

Lib. 9. c. 2.

Etiam redeunte hyemali poſtliminio vernâ temperie ridere campi perhibentur, quo- 43.
rum tamen riſus fucatus eſt, non verus, volatilis non diuturnus: deſinit enim cùm flores flaveſcunt, germina areſcunt: quia cùm alias non habeat riſus iſte radices, quàm quibus flores nutriuntur, florere diu non poteſt, cùm floribus innitatur; nec mundana voluptas potis eſt mundi delicias perennare; imò mundana non eſſet hæc voluptas, ſi diuturna foret: nequeunt per ſæculum durare, quæ ſæcularia ſunt: vix oriuntur, & ſimul moriuntur: *Lætitia ſæculi*: ait D. Auguſtinus: *Cùm magna expectatione ſperatur, ut veniat, & non poteſt teneri, cùm venerit.* Teneri non poteſt ſæculi voluptas licèt nos ſuos teneat cultores, non ut beet, ſed puniat; non ut ſolatium adſerat, ſed tormenta inferat: quapropter voluptatem mundi damnans Amos Propheta ait: *Væ illis qui lætantur in nihilo*, id eſt in fluxis, ac pereuntibus rebus, quæ cùm primum acceſſerint, fluunt ac citiſſimè abeunt; finiuntque; ſuóſque decipiunt amatores, quos deſerunt. Neque fieri poteſt, ut mundi voluptas diuturna ſit; cùm vel ipſa mundi figura prætereat, & omnia ſint in ipſo inſtabilia & fugacia: ſcitè Joannes Euſebius: *Citò noſtrum exſiccatur gaudium, quod è noſtro nutrire nolumus, malumus de ſcopulis exprimere, malumus allambere extrinſecùs:* Dum nitimur è mundi voluptatibus, ac deliciis gaudium aliquod exprimere, deſtituitur mens verâ lætitiâ; & dum gaudia quærit, ſupplicia invenit; & plerumque momentaneo riſo æternum ſibi fletum mercatur; hac tamen laborant inſania, qui riſu tenentur inani ſcribit S. Petrus Damianus: *Momentaneo riſu perpetuus fletus emitur.*

Tract. 7 in Joan.

Lib. 1. c. 21.

Lib. 5. epiſt. 2.

An non deſipit hic emptor, qui tanto 44.
pretio ſibi pœnas coëmit? An non inſaniæ daudum eſt, æterna deperdere gaudia ob fucatam voluptatem, falſam delectationem, momentaneum gaudium, & æternis ſe mancipare ſuppliciis? fluit pirauſtæ gaudium & in parœmiam effluit, ut gaudere gaudio pirauſtæ, perinde ſit, ac perbrevi, & volatica voluptate flammas accerſere, quibus miſerè cinefiat. Pyrauſtæ haud abſimiles dixeris mundi voluptatibus inhiantes, flammis ſe æternis addicunt, dum ad perbreve tempus circa mundi voluptates veluti circum ſplendentem flammam ludentes, lethales necis umbras nanciſcuntur in ſplendore: & dum ridere videntur amarè lugent; ſi lucet mundi voluptas, luget cor ea imbutum, quòd ſi videatur ridere riſus eſt, ſed ſardonicus, qui mortem adſert, non ridendam, ſed æternùm lugendam, Arctus videtur

pterea præ cæteris metu exalbeſcere, corde compaveſcere, & toto corpore contremiſcere, cúmque nemo ex aſſidentibus menſæ eſſet, qui characteres in pariete exaratos legeret, ac intelligeret; accerſuntur ſtatim Arioli, Haruſpices, Augures, & arcanas litteras legenti prœmia proponuntur, quæ quamvis Haruſpices allicerent, nullus tamen fuit, qui characteres ſciret in ſenſum componere.

48. Balthaſari ſuaſit ejus mater Nitocris nomine, ut Danielem virum Prophetam, & pium advocaret, præſertim cùm apud Genitorem, & fratrem in ſummis fuerit habitus honoribus, ſitque vir, qui ſcientiâ divinandi, ac futura prædicendi cæteris omnibus antecellat. Vocatur igitur Daniel, introducitur, ubi Rex cùm Optimatibus regni ſui, & concubinis menſæ adhuc aderat, & licèt vix agnoſceretur ab oculis vino natantibus, quaſi crapula ejus memoriam exturbaſſet; à vino madidis interrogatur, num eſſet ille Daniel. qui ſecretorum cœleſtium conſcius erat, & cui rerum arcanarum cognitio apud Babylonios multum peperit famæ, & gloriæ: ſpondet ei Balthaſar ſe ipſum honoribus cumulaturum, ſi exaratos in pariete characteres, quos ſui Chaldæi explicare neſcirent, interprætaretur. Sed Daniel negavit, ineſſe ſibi ſapientiam, quam muneribus, vel honoribus, aut dignitatibus extraderet. Obſecuturus tamen Regi promiſit, ſe myſticum expoſiturum ænigma, & ſummam characterum eſſe: *Mane, Thecel, Phares*: Nimirum Deum in ſtatera libráſſe, ac examináſſe acta omnia Balthaſaris, & ſuperante ſcelerum lance, ſceleribus exigentibus ipſum vitâ ejiciendum, & regno; illúdque exteris dividendũ, ac Perſis: quidni ſui præſagus exitii impalluit, totóque corpore contremuit Balthaſar, cùm primùm manum vidit in pariete ſcribentem arcanos illos characteres: *Tunc facies Regis commutata eſt, & cogitationes ejus conturbaverunt eum. & compages renum ejus ſolvebantur, & genua ejus ad ſe invicem collidebantur.* (Dan. 5.) Quid cauſæ tanti terroris in Rege ſui regni ſtipatus optimatibus? Si manus ſcribentis in pariete, manus fuit hominis, cur tantus timor in Rege? ſi ungues fuiſſent leonis, urſi, aut draconis, qui characteres illos in adverſo pariete ſcripſiſſent, timorẽ aliquem temulentis illis, & Regi potuiſſent incutere; ſed quid? quòd unius hominis manus adeo caput perterruit convivarum, ut totis membris contremuerit? ſi manus illa non calamo fuiſſet munita, ſed gladio armata, ſaltem ob ſparſas minas timorem induxiſſet, ſed ſi calamus erat parieti liniendo, non Regi feriendo aptus, cur Balthaſar timuit, & toto corpore contremuit? Quid ſi trigeminam Joabi lanceam; aut rompheam Cherubini ignitam in ſe unum vibrari vidiſſet? ni fallor: non tremuiſſet tantùm, ſed ex incuſſo pavore unà cùm vino animam evomuiſſet.

Quòd ſi Rex tot inter famulorum phalanges, & medius inter ſui regni Optimates extimuit manum unicam hominis ſcribentis; quantum impij in gehenna haurient pavoris, quantum in tenebricoſa conſtituti gehennæ caverna experientur horroris, videntes non unam hominis manum, ſed tot minaces leonum ungues, hiantes draconum fauces, potentes luporum rictus, exertos molloſſorum dentes, ac fumantes horribilium monſtrorum nares? nil in tartareo illo grege oculis objicietur damnatorum, quod horrores non ſpergat, ac terrores non incutiat. Memini cujuſdam Monachi, qui cùm mortalitatem exueret, dœmonem vidit adſtantem, ex cujus aſpectu tanto fuit repentino correptus terrore, ut toto vultu impalluerit, toto corpore contremùerit, & quaſi extra ſe raptus immobilis diu manſerit oculis ſurſum defixis: móxque quaſi ſibi reſtitutus dixit adſtantibus: Fratres mei candidè loquor, & ſinceriſſimè vobis dico, adeo terribilia eſſe monſtra illa tartarea, ut ſi mundus totus igne ſulphureo, ac liquefacto ære bulliente plenus eſſet, & mihi optio daretur eligendi, libentiùs per medios hos ignes tranſire eligerem, quàm oculos in tartarea monſtra ſemel defigere, adeo atrox, horribile eſt, monſtra tartarea aſpicere; & fortaſſis tolerabilior eſſet damnatis gehenna, quàm horum intuitus. 49.

50. Quamvis ſpectabilia ſe præbeant tartarea monſtra ad terrores incutiendos; tetræ etiam erunt gehennali in carcere tenebræ, cùm Jobus vocet infernum. *Terram miſeriæ, & tenebrarum, & opertam mortis caligine, ubi ſempiternus horror inhabitat*: & (Eccleſ. 21.) Syracides: *Via peccantium complanata lapidibus, & in fine illorum inferi, & tenebræ, & pœnæ.* (Matth. 8.) Et Chriſtus etiam de Judæis incredulis dicat: *Filij regni ejicientur in tenebras exteriores, ibi erit fletus, & ſtridor dentium*: Per tenebras exteriores communiter ſancti Patres infernum intelligunt; vocantur tenebræ exteriores, eò quia ſint extra locum convivii, regnúmque Sanctorum. De ſeductoribus etiam dicitur: *Quibus caligo tenebrarum reſervatur.* (2. Petri. 2.) Congruum enim videbatur, eos privari luce corporali, qui ſpirituale lumen, divinam gratiam pluries habuêre contemptui. Ignis igitur Sulphureus parum in tartareo illo ſtagno emittet lucis, & quidem non lætæ ad ſolatium, ſed pallidæ ad mœſtitiam. Notum eſt etiam apud nos, ignem Sulphureum ſuo repercuſſu pallore vultus adſtantium ſuffundere. Tenebræ igitur, ac tetræ caligines noctem ibi perpetuam ſervabunt, de qua ait Job: (Cap. 3. v. 6.) *Noctem illam tenebroſus turbo poſſideat: non computetur in diebus anni, nec numeretur in menſibus. Obſcurent eam tenebræ, & umbra mortis: occupet eam caligo, & involvatur amaritudine.*

51. Quòd ſi hyemis noctes, quia cæteris longiores mœſtitudinem ſecum advehunt, & moleſtijs ægrotantes afficiunt, quantò

magis nox illa æterna moleſtiſſima erit damnatis. Legimus quoſdam fuiſſe, qui nocte una incanuerint, ut præ cæteris Didacus Oſorius, qui à Rege Hiſpaniæ in tetrum carcerem Hiſpali conjectus ex ſolo mœrore nocte totus incanuit. O quàm tetra, ac mœſta erit damnatis nox illa, cui in gehennali cavitate nunquam dies erit ſubſecutura! quàm longa erit nox illa, quam nullus unquam ſequetur dies! quàm horribilis nox erit, quæ tenebris involvetur æternis! Duplices apud inferos tenebræ ſolent aſſignari, aliæ exteriores, quibus corpora damnatorum circumvolventur, aliæ interiores, quibus eorundem mentes viſione beatifica deſtitutæ perpetuò cæcutient. Exteriores tenebræ craſſiores horribiliores erunt illis Ægypti, quæ ſe manibus exhibebant palpandas: & hac una tenebrarum catena impij omnes erunt colligati, hoc uno tetro velamine damnati omnes obvolventur, quia tametſi apud inferos ignis ardeat ad ſupplicium, non tamen ſplendet ad ſolatium, unde Chryſoſto-
Tom. 5. mus: *in priore pareneſi ad Theodor. lapſum. pag. 842.* ait, *Plorabimus omnes triſtiſſimè, flammâ nobis vehementiùs incumbente. Neminem videbimus præter condemnatos nobiſcum, & immanem ſolitudinem. Quis poteſt verbis conſequi, quàm formidabiles pavores à tenebris exorienur, quæ in animis noſtris extabunt? quemadmodum ignis illic non habet vim reſolvendi, ſic nec lucere poteſt: alioquin non eſſent tenebræ. Hujuſmodi igitur pavorem à tenebris, tremorem, ſolitudinem, membrorum attonitum ſtuporem adducere ſufficit una illius temporis ratio.* Imò è tartareis tenebris, ignéque gehennali ſtagnante fumus exiliet ingentea excitaturus
Pſalm. 10. procellas, de quibus David ait: *Ignis & ſulphur, & ſpiritus procellarum pars calicis eorum.* Gehennalis hujus procellæ meminit etiam Apoſtolus Judas in ſua Epiſtola inquiens de reprobis; *Quibus procella tenebrarum ſervata eſt*, hoc eſt cùm ſurſum evehetur à ſummis inferorum partibus extrudetur, quò vehementiùs exardeat ignis ille
Cap. 30. gehennalis, de quo dixerat Iſaias: *Flatus Domini ſuper torrentem ſulphuris ſuccendens eam:* ſcilicet gehennalem flammam, quæ procellis exagitata, acriùs exuret.

52. Ad tenebras interiores, quod attinet, & quibus mens lumine deſtituitur, revocantur illæ privationes æternæ gloriæ, & viſionis beatificæ, omniúmque bonorum, ac gaudiorum, quæ ex clara Dei viſione derivantur in Beatos: & dicuntur hæ interiores tenebræ, ſeu privationes divinæ viſionis, pœna damni, eſtque ſuppliciorum extremum, quo Deus reprobos punit, quia ſicut Deum intueri eſt ipſa beatitudo, ac ſumma Deum intuentium felicitas; ita hac viſione deſtitui maxima eſt damnatorum pœna, quæ geminam ſecum trahit infinitudinem, quia amiſſio eſt boni infiniti, & duratura eſt in infinitum; & ex hac privatione viſionis beatificæ; & amiſſione ſummi boni immenſa quædam ſequetur triſtitia, quam ex ſeria perpenſione reprobi concipient, ac diriſſimè triſtabuntur. Falco avis rapax, quæque à viris Principibus enutritur Ardeis inſequendis, iiſdémque expugnandis, ac proſternendis, inito in aëre certamine ad aucupij delicias: quamdiu hæc avis ſcorteo pileolo oculos habet obtectos, nec anates, nec ardeas circumvolitantes inſectatur: ſed ubi pileolo detracto ardeam quamvis eminus ſurſum volantem ſuſpicit, jam non ampliùs ab aucupe retineri poteſt, lorum, & vincula naturæ impetu, quo ad ardeam inſequendam fertur, diſrumpit: vel ſi à vinculis nequeat ſe expedire, brachium, dum impetu luctatur, venatoris lædit.

Falcones, cùm hic vivimus, imitamur, 53.
oculos gerimus cucullo obtectos, quia tenebris obvolvimur, quibus nulla vi ad Deum rapimur, quem non videmus carnis impediente velamine mentis oculis præpanſo. Ubi verò abjectis corporis exuvijs, ac veluti cucullo, ſeu ſcorteo pileolo per mortem detracto, conſtituta eſt anima in æternitate, ex inſito ſibi impetu, ad Conditorem ſuum rapitur; ut ſummum ſit ipſi ſupplicium ab ejus aſpectu, vel per brevem morulam ſubtrahi: quia ſumma eſt hæc illi felicitas Deum ſummum bonum intueri: aiebat enim David: *Satiabor cùm apparuerit gloria tua.* Pſalm. 16. v. 15.
Quòd ſi ſumma eſt felicitas, Deum videre; maxima eſt miſeriarum, ac calamitatum à Dei aſpectu arceri. Damnum alicui illatum eò cenſetur gravius, quò uberiori deſtituit commodo, privátque utilitate: hinc graviſſima eſt mulcta, quâ quis tota ſpoliatur hæreditate, eò quia pœna ipſi inflicta, bona omnia eidem eripiat; tale dixeris inferorum ſupplicium, quod cùm deſtituat, ac privet Deo, qui eſt ſummum bonum, bona omnia eripit, & in extremam damnatos dejicit egeſtatem.

Quantus non erit dolor eorum, qui 54.
ut divitias congererent, dignitates acquirerent, honoribus afficerentur à ſummo bono ſe averterunt; & ut nucem, vel ſiliquam enanciſcerentur, Regnum amiſerunt gloriæ: idque eſt, quod attonitus perpendens D. Chryſoſtomus ait: *Nam ſi mille dixeris gehennas nihil illius par dices doloris, quem ſuſtinet anima. Intolerabilis gehenna eſt confiteor, & multùm intolerabilis, tamen intolerabilior hæc Regni amiſſio;* excludi à cœleſti patria, deſtitui honore illius gloriæ, quo gaudent beati, exoſum eſſe Deo, ſuppliciorum eſt maximum, quo detruſi in gehennali carcere torquentur. Scimus Evangelicam ficulneam, eò quia probro laboraret ſterilitatis radicitùs avulſam, & exciſam flammis fuiſſe extraditam: *Omnis arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur.* Duplex huic arbori ſupplicium obtigit, excidi, & flammis extradi, cui mitior fuiſſet pœna ignibus uſtulari,
Tom 5. hom. 24 prope finem.
Matth. 3. v. 10.

quam

quàm excindi, ne ab ea frondes ampliùs ſperari poſſent, nec flores: eodem pacto dixeris mitius hominibus ſupplicium obtingere ignibus torqueri, quàm Dei aſpectu deſtitui, & ab ipſius intuitu æternùm excludi: ſicut enim gaudium, quod beati poſſeſſione ſempiterna omnium bonorum percipient ineffabile eſt, & totam explet, ſatiátque beatæ mentis appetitum, cùm dixerit David:
Pſalm. 16. v. 15. *Satiabor cum apparuerit gloria tua:* ita triſtitia, quam damnati percipient ex æterna privatione cœleſtis beatitatis ſumma erit, & ineffabilis; maximè ex perpenſione, quòd facilè bona illa potuiſſent enanciſci, ſi divina auxilia à Deo pluries ipſis ſuppeditata non habuiſſent contemptui, ſi ex corde reſipiſcentes pro patratis ſceleribus Deo ſatisfeciſſent, & lachrymarum fuſu contractas noxas elicuiſſent.

§. VII.

Ex triplici cruciatu, quo impij in gehenna detruſi torquentur, omnium maximum eſt ſummo Bono deſtitui, Dei viſione privari, ab ejus facie excludi, eo quia ſuis indulſerint concupiſcentijs, pravisque ſuis adhæſerint affectibus.

55. TRiplex erit afflictio, quâ damnati torquebuntur, quarum prima eos comprehendet ſummos dolores, quibus totum corpus interiùs excruciabitur, & exteriùs. Secunda eos animi mœrores, & triſtitias, quibus diſcruciabuntur ex conſideratione tantorum malorum, in quæ ſe damnati præcipites egerunt, ut fucatis mundi delicijs fruerentur, larvates voluptates aucuparentur, & per earundem lenocinia rebellantibus indulgerent concupiſcentijs. Tertia eas complectetur triſtitias omnes, quæ ex conſideratione bonorum, quæ amiſerunt, & præſertim ex privatione cœleſtis beatitatis, oriuntur: & hæc afflictio erit, quæ ſupra omnem modum damnatos excruciabit, & ex hac ſequetur deſperatio, furor, & maledictio, quâ ſe ipſos maledicent, eò quia in cauſa fuerint, ut ſe à ſummo Bono averterent fucatis mundi adhæſuri voluptatibus: hinc maledicent parentes, à quibus fuêre geniti; dæmones, qui eos ſeduxerunt, &
56. ſocios, qui ad ſcelus allexêre. Exemplar quodam rude hujus triplicis ſupplicij exhibuerunt Antiochus, & Herodes, qui etiam num viventes vermibus ebullierunt à Deo percuſſi, & tandem Regno ſpoliati; prima pœna fuit corporis, angi doloribus; ſecunda mentis premi triſtitia; tertia omni deſtitui ſolatio, regnóque privari per acceleratam necem: ſed non Regno terreno, ſed cœleſti deſtitui, ſummum erit ſuppliciorum, quapropter enixim David Deum rogaverat, ne à facie ſua excluderetur: *Ne projicias me à facie tua, non avertas faciem tuam à me.* Non tamen credas, Deum eſſe, qui nos projiciat à facie ſua, ſuúmque vultum avertat à nobis: ſed ſcelera noſtra ſunt, quæ nos à Deo avertunt, & à facie ſua projiciunt, qui enim lethali noxa inficitur ſuam à fine ultimo voluntatem avertit; meretúrque propterea eodem fine, ad quem conditus fuerat, excidere. In lethali noxa coinquinatos
feret æternus Judex ſententiam: *Diſcedite à me omnes, qui operamini iniquitatem.* In Matth. c. 7. v. 23.
omni ſiquidem lethali noxa duo ſe exhibent ſpectanda, averſio à ſummo bono, & converſio ad creaturam: quisquis lethaliter peccat à ſuo ſe creatore avertit, & ad creaturam per voluptatem, vel pravum appetitum ſe convertit, cui adhæret: & averſioni à ſummo bono pœna reſpondet damni; ut & converſioni ad creaturam pœna ſenſûs; quæ tametſi multiplex ſit, omnésque comprehendat corporis cruciatus, multum tamen exceditur à pœna damni, quæ deſtituit poſſeſſione ſummi boni.

Fuerunt enim, qui ſub ingenti malo- 57.
rum mole cum Gilimere Vandalorum Rege riſetint, ſed riſus omnis eb orco procul exulat: quia ubi detruſi in carcere gehennali ſummo bono, ſeu Dei deſtituuntur viſione, & ab ejus facie projiciuntur, nullo ſunt ampliùs gaudio capaces, hinc impius Cain graviſſimè conquerebatur, eò quia à facie Dei, à quo per fratricidium receſſerat, expelleretur, *Ecce ejicis me hodie à facie terræ, & à facie tua abſcondar:* acriori torquebatur Cain ſupplicio, eò quia à Dei facie ſe noſceret excluſum, tametſi ſpes affulgeret, ſi reſipiſceret, gratiæ recuperandæ. O quàm acerbum, quàm ſummum erit ſupplicium ejectorum à vultu Dei, à facie Conditoris abſque ulla ſpe reſipiſcendi! Tunc Deus eos derelinquet, ſuámque faciem ab eis abſcondet, & in malorum maximum incident projecti à facie Dei. Geneſ 4. v. 14.

Quòd ſi eſſet aliquis in Regem electus; 58.
& mox ungendus in tenebricoſum ab hoſtibus carcerem detruderetur abſque ſpe ulla inde evadendi, regnúmque enanciſcendi, quali non torqueretur miſer ſupplicio? quanta non angeretur afflictus triſtitiâ? Vidimus Nabuchodonoſorem in Regni ſolio ſedentem, in humanæ gloriæ faſtigio conſtitutum, & mox è culmine honoris extempore præcipitem ruere, in nemus trahi, ad feres ablegari, & belluis in luco aſſociari, qui in regali ſolio reliquos ſupra homines eminuit. Vidimus Regem Sedeciam è culmine gloriæ, ex regali ſolio in carcerem raptari, & non ſolùm commodis omnibus, ac fortunis deſtitui; verùm & oculis privari, & hiſce ſummum erat ſupplicium, meminiſſe ſe felices fuiſſe, bonis omnibus affluxiſſe, & mox omni privari commodo. Pares ijsdem feceris damnatos: hi enim ex

tempore tartarea raptabuntur in antra, qui beatis fuiſſent adſciſcendi, & Reges ungendi, inſtituendi, æterna gloria donandi, cœleſti in patria attollendi: ideóque ſummè triſtabuntur eò quia ſe noverint ſumma deſtituti felicitate, quam facili negotio potuiſſent enanciſci: ſi à cæco ſciſciteris, quid præ cæteris expoſcat, reſpondebit: *Domine ut videam*, ſi quisque ex detruſis in gehennali carcere interrogaretur, quidnam præ cæteris expoſceret, utique id unum enixim rogâret, *ut videam Deum*, locum non cuperet amœniorem, ſuaviorem non deſideraret felicitatem, hoc uno contentus, ſi Deum videret: ſed cum nulla ijsdem ampliùs ſpes affulgeat Deum videndi, hoc ijsdem moleſtiſſimum obtingit.

59. Privatio boni, quod anhelo concupiſcimus deſiderio acriorem ſemper dolorem ingerit; idque nos edocet quotidianum experimentum, ſunt præſertim in aulis Principum, qui omnia moliuntur, nullum non lapidem movent, ut concupitos honores, optatam dignitatem ſint impetraturi, nullis parcunt laboribus, nullisque ſumptibus, & ſpe certa freti, ita ſe gerunt, ita quieſcunt, ac ſi concupitum officium jam ſint enacti. Quòd ſi unus ex inopinato alium præveniat, & pro ſe à Principe diu deſideratam ab altero dignitatem impetret: quali non torquetur alter afflictione, quanta non angitur triſtitia adactus damnum ferre cum pudore. Plerumque hæc triſtitia tanta eſt, ut ex eadem ſcaturiant non ſolùm odia, invidiæ, furores, ſed & cruentæ cædes, exitia irreparabilia, & malorum omnium congeries. Non deſunt, qui licèt non omnia, quæ poſſunt, moliantur, nec eos impendant labores, quos deberent, adhuc tamen quamvis deſides, & pravis ſuis adhæreſcentes affectibus cœleſti ſperant beatitate donari, eò quia ſciant Dei clementiam nullo claudi limite, & ejus miſericordiam ubique exundare, ſed mortalitatem exuentes ſpe æternæ gloriæ acquirendæ ſe pariter expoliatus cognoſcunt, & tunc vel maximè triſtantur cum ſpe omni exciderint, nec æternum poſſint ampliùs ſupplicium effugere. Idque incrementum addet ſupplicio; quia perpendent, ſe plories fuiſſe vocatos ad ſaniorem frugem, & reſipiſcere neglexerunt; pretio Chriſti ſanguinis fuiſſe redemptos à famulatu tartareo, baptiſmi fonte ablutos, & Numinis gratiæ reſtitutos; à Deo centies, & millies invitatos, ut ad ipſum venirent, & per virtutum exercitia gradus, ac ſemitam ad cœleſtem patriam conſtruerent, & ibi Regnum occuparent; & conditore ſuo fruerentur: & ipſi, ut larvatis mundi adhærerent voluptatibus, pravis ſuis indulgerent concupiſcentijs; noluerunt vocanti Deo reſpondere, & maluerunt ſe ſe præcipites in orcum agere: & propterea projecti à facie Dei tenebris involvuntur, & æterno afficiuntur mœrore, quia ut aſſerit Iſaias cap. 32. v. 14. *Tenebræ, & palpatio factæ ſunt ſuper ſpeluncas uſque in æternum*, quia ut ait Syracides: *Via peccantium eſt complanata lapidibus, & in fine illorum inferi, & tenebræ, & pœnæ.* Eccleſ. 21.

60. Eo erunt hæ tenebræ noxiores, quia cœleſti lumine, ac Dei viſione damnatos deſtituent, ſi enim beati ideo cœleſti afficiuntur beatitate, quia Matth. cap. 18 v. 10. *Semper vident faciem Patris*, ita è converſo reprobi ideo extremè torquebuntur, quia à facie Dei projecti, ejus viſione æternùm deſtituentur. Cum paterfamiliâs ad Regias nuptias quosdam invitâſſet, & ibi adinveniſſet aliquem abſque debito veſtium ornatu, illum excluſit è convivio, & juſſit eum à ſua abigi præſentia: *Mittite eum in tenebras exteriores.* Matth 22. v. 13. In textu Hebræo legitur in carcerem, quò tenebræ teterrimæ, ſqualidæ, & formidabiles deſignantur, & in quo detruſi omni deſtituuntur lucis ſolatio Quamvis ſcelerum Rei in tetro dum adhuc vivimus detineamur carcere, mœrorem tamen lenire poſſumus cantu, & ſpe priſtinam enanciſcendi libertatem; & quamvis nos ſumma mœſtitia inceſſerit, adhuc lachrymarum fluxu acerbitatem doloris temperamus. Sed gehennali in carcere nulla audientur Sirenum carmina, nulli aures demulcebunt Charitum lepores, nulla ſpes inde evadendi affulgebit, & omni excuſſa hilaritate profundiſſimo ſuo in mœrore demerſus animus naufragus æternùm jacebit.

61. De Cæſare Hiſtoriarum monumenta produnt, eum tantis fuiſſe mœroribus confectum, ac tanta preſſum mœſtitia, ut nullâ vocum, fidiúmque harmoniâ potuerit exhilarari, nec ullæ umbratiles pugnæ, equeſtres ludi, hilares choreæ lenire triſtitiam valuerint; nec ulla locorum amœnitas internùm temperare dolorem; adeò ut potis non fuerit mundus totus ſuis delicijs, ac voluptatibus mœrentem, preſſúmque triſtitiâ Cæſaris animum ad priſtinam traducere hilaritatem. Ex hoc conjicimus, quàm vana ſint, & inania, mundi gaudia, ac leniendæ triſtitiæ inidonea: quantò magis actum erit de impijs in gehenna mœrentibus; deſtituti enim omni ſolatio perpetuo mœrore triſtabuntur; & tenebræ ipſæ fomenta mœroribus ſuppeditabunt. Prudenter igitur nos monet Iſidorus Peluſiota, ut in æternitatem veluti in ſcopum intenti ſimus, & prudentiam dietim divinis acuamus oraculis, ne ob larvatam mundi voluptatem Deum perdamus, & à ſummo nos bono ſubducamus.

62. Quamvis in mundi ſcena ridentem vultum exhibeat, qui mundi partes agit, non tamen credas, verum eſſe gaudium, quod riſus prodit, nuda eſt oculorum deceptio; tota hujus ſcenæ pulchritudo in eo eſt ſita, ut unum offerat ſpectantibus, & aliud propinet; melleam quidem videtur dulcedi-

nem

nem exhibere, cùm revera fallat, & nonniſi felleum propinet amarorem; & ideo eò miſeria eſt verior, quò lætitia falſior; ſi enim mundi gaudio larvam detrahas, nonniſi luctum invenies, & lachtymas, verè dixit D. Bernardus lib. de grat. & libero arbitrio: *Nulla verior miſeria, quàm falſa lætitia:* miſeros enim facit, & triſtes mundi lætitia, quos enim afficit æternùm gehennæ detrudit in carcere, ubi erit ex dolore fletus, & ex furore ſtridor dentium.

63. Aſſerit D. Bernardus reſipiſcentis lachrymas delicias eſſe Angelorum, ſed fletus gehennæ ſupplicia erunt damnatorum, & mœrori jugem ſuppeditabunt fomitem. Hunc damnatorum fletum Chriſtus ſuis in concionibus ſæpiùs ingeſſit, quò altiùs memoriæ audientium imprimeretur Matth. cap. 13. v. 42. *Ibi erit fletus, & ſtridor dentium*, ſeu ut loquitur D Bernardus, in Pſalm. *qui habitas. Fletus ob ignem qui non extinguitur; ſtridor verò ob vermem, qui non moritur. Planè fletus ex dolore, ſtridor dentium ex furore. Fletum nempe tormentorum immanitas, ſtridorem dentium vehementia ipſa tabeſcentis invidiæ, & obſtinata malignitas extorquebit.* Quòd ſi tempeſtivus luctus roſcidi eſt inſtar imbris, quo ſolatia irrigantur, & germinant; & lenimentum doloris dicuntur lachrymæ eſſe, cùm cecinerit Poëta: *ſedatur lachrymis egeriturque dolor:* fletus tamen damnatorum in gehenna omnis erit ſolatij expers, & ſolum fovebit mœrorem; enutriet triſtitiam, rigabit dolotem, & tormenta omnia ſuum à fletu haurient incrementum; perinde ac flamma oleo nutritur, ac bitumine. Non ſolùm flatus Domini ſicut torrens ſulphuris flammas ſuccendit Iſai. 30. ſed etiam fletus ſupplicia incrementat, & tormenta ingeminat ipſe gemitus damnatorum, licèt abſque lachrymarum effuſione, ut docet D. Thomas. Eò quia in gehenna nulla fiet humorom reſolutio; non ſolùm quia ſine motu cœli, qui tunc erit ceſſaturus nulla poteſt alteratio fieri, ut aſſerit Doctor Angelicus: verùm etiam quia Deus non petmittit corpora diſſolvi, ut jugiter torqueantur.

Ser. 8. in Pſalm.

Diſt. 50. q. 3. art. 3.

64. Quòd ſi in gehenna detruſi unam ſingulis horis lachrymulam funderent: & omnes lachrymarum guttulæ cum cæteris ſubſecuturis aſſervarentur, procul dubio ingens lachrymarum Oceanus ibi inundaret, & non ſolùm cavitatem illam inferorum oppleret, verùm etiam maria omnia ſuperaret, quin & terræ totius ſuperficiem obrueret, & aërem totum ad cœlum uſque impleret cum ſemper aliquid ſubiret incrementi, & abſque ullo detrimento per totam æternitatem ſemper excreſceret: damnati igitur quamvis acerbiſſimè plorent, mœſtiſſimè lugeant, ac ejulent, nulla tamen lachrymarum fundunt ſtillicidia. Neque ad fletum lachrymarum requiritur effuſio, ſed ſufficit illa oris, oculorum, & totius vultûs perturbatio, ac diſſolutio cum ejulatu, ac vociferatione qualem ſolent edere, qui amariſſimè lugent.

Sunt quidam adeò petfractæ frontis adoleſcentes, qui tametſi virgis cædantur, nullam tamen emittunt lachrymulam, veluti callum obduxerint flagellis, & plagis: pari pacto damnati, quorum voluntas eſt obſtinatiſſima vociferantur quidem ullulant, fremunt, rugiunt, & furunt, ſed lachrymarum imbres non fundunt; ſed tantùm confuſiſſimis ejulatibus gehennam replent; & fletus iſte index eſt ſummæ triſtitiæ; ut etiam ſtridor dentium argumentum ſummi doloris, quem ſentient ex igne. Sicut Beati ſummis diffluent delicijs, quas ut ait Apoſtolus: *Nec oculus vidit, nec auris audivit:* ita detruſi in gehenna fletu amariſſimo torquebuntur, & tam lamentabiles queſtus, horrificas vociferationes, & rugitus edent horribiles, ut verè dici poſſit, quòd nemo ſimile quid unquam viderit, nec audierit. 65.

Horridum fuit ſpectaculum non ſiccis oculis ſpectandum, quod Nero ſuis aperuit in hortis, in quibus noctu cœnare conſueverat: inſtructæ erant menſæ onuſtæ ferculis delicatioribus, & utrinque circa ipſas palis ſuffixi lento igne cremabantur Chriſtiani in nocturni luminis uſum; flammas enim ſulphure, & pice, quibus liniebantur, alebant, ut ipſi perinde ac nocturnæ, ac ferales faces arderent, & cœnam illuminarent. Quàm lugubres ejulatus, quàm terribiles clamores tunc audiebantur in feralibus hiſce hortis, ubi ſævities epulabatur lautiùs in hominibus palo ſuffixis, quàm convivæ epulis menſæ appoſitis: verùm hi ejulatus ac clamores lugubres, illa ſupplicia Neronis in hortis flores potiùs fuerunt, & roſæ vernantes, ſi cum terribilibus illis conferanrur ejulatibus, quos damnati in gehenna edent, & luctuoſiſſimis lamentis proprios teſtabuntur cruciatus; quia in cœleſti patria beatitate donati delicijs omnibus diffluent; in gehennali carcere damnati omni ſuppliciorum genere excruciabuntur: idque ſapientiſſimè decrevit Deus, ut quod beatos mirificè oblectabit; ejus oppoſitum damnatos excruciet; & quia omnes exteriores ſenſus in cœlis propria perfundentur voluptate, & aures demulcebit harmonicus concentus, qui animos ita afficit, ut delectet, gratiam conciliet, & delicias perfundat; in gehenna torquebuntur. 66.

Sunt moduli ad muſices harmoniam compoſiti, qui etiam inter nos triſtes erigunt; afflictos ſolantur, iratos placant, inſanos reprimunt, ignavos excitant: ſunt enim hi moduli, qui morbis præſertim animi medentur, dum per ſenſum aurium animus mirificè oblectatur, & reficitur. Quid enim ſuavius poteſt aures demulcere, quàm concentus muſicus ubi auditur vox ſuſpenſa, 67.

mox

mox amputata, in longum producta, diſſiliens, fracta; mox plena, & ſonora, ſemper eadem, & ſemper varia? Et harmonicus concentus efficax illa Suada, quæ moderatrix eſt animorum, quos movet, ſedat, intendit, remittit, perturbat, tranquillat, incitat, & quamvis mentes beatorum nulla afficiantur turbatione, nullo tangantur dolore, quem excitiant muſico hoc concentu, plurimum tamen ex illo hauriunt ſolatij: è contrario apud inferos atrox erit tormentum jugiter audire horribiliſſimos mugitus, terribiles ejulatus, ferales rugitus, amariſſimos planctus, & lethales latratus, ac ſi rabidi canes flammis utrinque cincti catenas, quibus detinentur illigati, diſrumpere luctarentur, & non poſſent.

68. Non erit hæc muſica miſeris illis in gehenna detentis ſolatio, ſed cruciatui; mœrores enim incutiet, quibus mens acriùs turbetur. Nil æquè tam amarè deflebunt infelices illi, quàm turpiſſimam temporis jacturam, tot dies perperam inſumptos; tot hebdomadas, menſes, & annos non ſolùm otioſè, verùm etiam turpiter impenſos. Tunc ejulans dicet damnatus, Heu me miſerum! quia dies menſes, & annos totius meæ vitæ perperam prodegi, ut vitijs indulgerem, pravis meis affectibus ſatisfacerem, concupiſcentijs meis libidines redolentibus adhærerem, mundi voluptates deguſtarem: ſed heu me miſerum! guſtans guſtavi pauxillulum mellis, & nunc cogor abſorbere oceanum fellis: propter ſtillam mundanæ voluptatis carnem titillantis, amiſi, quo potari potuiſſem, torrentem deliciarum: quia labia mea, dum mundi delicias ſitirent, calici admovi Babylonicæ meretricis, ut felleam haurirem dulcedinem; nunc ignis ſulphur, & ſpiritus procellarum eſt pars calicis mei: tranſivit meſſis, finita eſt æſtas, & ego ſalutem non fui conſecutus; & propter cœnum larvatæ voluptatis, cœlum amiſi perennis felicitatis.

Amariſſimè flebunt miſeri in gehenna, 69.
qui tempus perperam prodegerunt, quod impendere debuiſſent in congerendis meritis per ſtudia virtutum, & exercitia bonorum operum, quibus potuiſſent æternam emancipare beatitudinem; quia cùm debuiſſent reſipiſcentiæ lachrymis noxas eluere, maluerunt ridere, & mundi delicijs diffluere; & ideo quia per momentum riſerunt, adiguntur per totam æternitatem lugere: lachrymæ reſipiſcentis roſcidi ſunt imbres, quibus virtutum flores irrigantur, germinant, & ſuaviter olent; pluviæ ſunt, quæ maculas abſtergunt noxarum; imò gementium lachrymæ gemmæ ſunt, quæ flentibus gemmeum texunt diadema, quo gementes in terris coronantur in cœlis. Idque perpendentes orci incolæ amariſſimè lugebunt, diriſſimè cruciabuntur, quia cùm reſipiſcentes exiguo lachrymarum fuſu potuiſſent noxarum maculas detergere, conſcientiam purgare, maluerunt ſemper ridere, ut per totam æternitatem amariſſimè lugerent. Idque perpendens D. Bernardus ait: *Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem* Serm. 16. Cant.
lachrymarum, ut præveniam fletibus fletum, & ſtridorem dentium & manuum, pedúmque dura vincula; & pondus catenarum prementium, ſtringentium, urentium, nec conſumentium.

DIS.

DISSERTATIO XXIII.

Mundi riſus ridentes ſeducit, quia ad gehennales fletus eos perducit: ſolatia ſpondet, & æternos ingerit cruciatus; quos qui timet, neceſſe eſt pravos omnes affectus ad mundi voluptates excutiat.

§. I.

Fletus damnatorum, ſi ſeria mente volvantur, lacrymas eliciunt, quibus non tantùm conſcientiæ ſordes abſterguntur, ſed & gehennæ incendia extinguntur, ne lugentes torqueant.

1. REfert Plutarchus, Antipatrem plura ſcripſiſſe Alexandro Macedoni de matre ſua Olympia, quæ cùm perlegiſſet Rex, nil aliud reſpondit, niſi quòd ex Epiſtola conjiceret, ignorare Antipatrem tantæ eſſe virtutis unicam matris lachrymulam, ut potis ſit, non unam, ſed plurium calumniarum Epiſtolas oblitterare, & calumnias omnes delere. Non ignorant damnati, potuiſſe paucis lachrymulis, ſi verè reſipuiſſent, noxas omnes, quas vitijs indulgentes contraxerant omnino obliterare, & quia id neglexerunt amariſſimè flebunt; eritque propterea in gehenna fletus, & ſtridor dentium ob infandos dolores, acerbiſſimos cruciatus, quia tunc cognoſcent, quàm fallaces fuerint mundi deliciæ, quàm deceptoriæ carnis voluptates, ac falſæ concupiſcentiarum illecebræ, quæ ſub riſus larva nonniſi fletus fovent, & lachrymas; latent enim, ſub larva mundani riſûs lachrymæ. Nec erraveris, ſi mundi lætitiam diſcolori iridi in nube rorida depictæ pariaveris: allicit intuentes diſcolori ſuo arcu iris in atra nube ſplendeſcens, ac arridens: ſed fucatus eſt ejus riſus; quamvis ejus ſpecies, quæ in arcum flectitur, oris videatur curvitatem referre, & colores labra; non tamen qui riſus eſſe videtur, lætitiæ ingerendæ eſt aptus, quia lachrymis gravidus, nonniſi lachrymas parit, dicatúrque propterea iris eſſe riſus plorantis olympi. Cognoſcunt lugentes in orco, mundi figuram fictis coloribus in iride pingi; quia licèt mundi voluptates ſpeciem riſûs præſeferant; lachrymarum tamen imbrem portendunt: exhibent mundi deliciæ nudam duntaxat riſus imaginem, nubes æmulantur iridem exhibentes diſcolorem, & arridentem; intus lachrymis madent, dum foris ridere videntur, adeò ut non incongruè Plutarchus mundi lætitias *ejulantes riſus* appellaverit: ſi enim extimam duntaxat aſpiciamus cutem, riſum exhibent; & gaudia fundunt: ſed ſi larvam ijsdem detrahamus, eáſque intimiùs introſpiciamus, ejulatus ſunt gehennalis fletûs prodromi.

2. Is igitur ſeducitur, qui ſe duci ab extima mundani gaudij ſpecie ſinit, & ideo ſeducitur, quia alienæ carnis cuticula ei arridet, & propria diſplicet anima æterno luctu mulctanda: ſcitè D. Auguſtinus nos monet, ne ſinamus nos ſeduci à mundi voluptatibus, quæ ad æternos nos ducunt cruciatus, inquiens: *Nolite ſeduci gaudio rerum humanarum: flenda in rebus humanis advertite.* In Pſal. 125. Plerique tamen non timent ſeduci, nec moneri quærunt, & ideo ſeducuntur, quia monitione non redarguuntur. Mundi ſolatia non tantùm lachrymas tegunt, ſed in lachrymas deſinunt, quia, ut ait Syracides: *Extrema gaudia luctus occupat*; hoc eſt non afficit tantùm, ſed etiam occupat, ut extremæ ſit dementiæ ijs inhiare gaudijs, quorum extrema luctus occupat æternùm duraturus.

3. Viride lignum flammis admotum, quale ſit mundi gaudium ediſſerit: ſiquidem ſi poſt ſurſum emiſſa tetra fumi volumina incipiat in uno extremo flammas concipere, ac ſplendere: ex altero lachrymas fundit, ac luget; humor enim intus ſub viriditate corticis ſervatus ignis diffugiens voracitatem ad oppoſitum diffluit extremum, nititúrque

per hiantes rimulas ligneum evadere carcerem, & libertate donari; idque cauſæ, cur ſi alterum ex extremis conceptâ flammâ ſplendeat, ac rideat; alterum lugeat, ac illachrymetur imminenti ſibi ruinæ: & ſicut flamma blandimento nitoris riſum æmulatur, ita lachrymæ defluentes luctum, & mœrorem prodant: ſi mundanas voluptates lignum viride dixeris flammis admotum, quid verè ſint addiſces; tametſi ſimulatæ lætitiæ nitorem aliquem videantur præſeferre, quibus alliciant, in lachrymas tamen, & luctus ſemper deſinunt, quia ut monet Cyrillus

In cap. 3. Amos. Alexandrinus, *Deſinunt in lachrymas mundi deliciæ*, & quidem eò amariores, quò videbantur eſſe dulciores; mellis oſtendunt dulcedinem, & fellis propinant amaritudinem: felleus eſt calix, qui oppletus mundi voluptate melleus eſſe videtur: & ſi quid habent dulcedinis, & ſolatij fontium latices æmulantur, qui ſcaturientes, & per varios diffluentes meandros ſitientibus ſunt quidem ſolatio, dulces ſecum aquas vehentes, verùm dum dulces fluunt, floridas oſculantes ripas, currunt ad mare: & nos edocent, omnia mundi gaudia in lachrymas deſinere, ſeu fletum gehennæ; & voluptatum dulcedinem in amaritudinem æterni cruciatus. Huc ſecer-

Lib. de ex termin. mali cap. 19. ſendus Richardus inquiens: *Riſus dolore miſcebitur, & extrema gaudij luctus occupat; eò quòd omnis dulcis aqua in mare deſcendat, & dulcedinem amittat, tranſit enim mundus, & concupiſcentia ejus.*

4. Is citra vitæ diſcrimen, ac periculum naufragij, felix ac tutus hujus vitæ fluctus trajiceret, qui mente ſincera latentes mundani gaudij aquas inſpiceret, nec ſineret ſe per fucatam dulcedinem ad veram pertrahi amaritudinem, nec per fictum riſum ad veras lachrymas. Quin ferendum fortaſſis eſſet, ſi riſus ad ſolum ferret fictum; ſed quod timorem, horroremque lethalem incutit, eſt quòd mundanus riſus ad fletum pertrahit gehennalem, ubi terror, tremor, ejulatus & angor undique oppriment orci incolas, illigis habitatores, quorum fletus nullæ annorum centuriæ, nullæ olympiades, nec luſtra, nec ſæcula, imò nec ſæculorum myriades exhaurient, ut rectè dixerit Jobus,

Cap. 10. Infernum eſſe, *Terram miſeriæ, & tenebrarum opertam mortis caligine, ubi nullus ordo, ſed ſempiternus horror inhabitat.* Quia fletus, & ejulatus ordine confuſiſſimo editi æternùm erunt perſeveraturi, ac ſempiternum incutient horrorem. Quòd ſi doloribus calculi laboranti nox una hyemalis, prolixior integro videtur anno, eò quia dolores, quibus miserè cruciatur, animum affligant, dum corpus lancinant; quot annos, imò & quot ſæcula unicus damnatorum includet annus, cujus nullum poterit momentum deſignari, quod acerbiſſimis ſupplicijs, ac cruciatibus non cumuletur?

5. Refert Joannes Climacus in monaſte-
Gradu 4. de obedient. rijs viſitationis causa obeundis, hominem cœnobitam ſibi obviâſſe, qui jugibus maderet lachrymis: cúmque ab eo ſciſcitaretur, cur tandem fletum non abſtergeret, & quid cauſæ eſſet, quòd jugi lachrymarum defluxu oculos corrumperet? Ille nonnihil cunctatus uberiori fluxu lachrymarum madidus reſpondit: mihi jam dudum perſuaſi mi Pater, non cœnobitis, ſed Chriſto meum exhibuiſſe famulatum; & quia ad focum, & ignem mihi hærendum eſt, ob munus mihi demandatum coquendi cœnobitis fercula, ideo culinam mihi ſelegi, veluti templum, quod adire non mihi ſemper eſt permiſſum; & aſſiduis meditationibus ignes æternos, fletúsque damnatorum nunquam ceſſaturos volvo: & quia miſeris illis, qui lethali culpa infecti ex hac vita decedunt, compatior, non poſſum me à lachrymis temperare, & in id incumbo ſtudij, ut hiſce lachrymis noxas, quas contraxi eluam.

Salubertima eſt meditatio, quâ fletus damnatorum mente volvuntur, ac ſeriò verſantur animo: lachrymas cient damnatorum fletus, quibus ſi ſapimus conſcientiæ ſordes abſtergimus, quia loquens de flentibus in gehenna ait Cyrillus: *Illic ingemiſcunt aſſiduè, nec ullus miſeretur; clamant de profundis, & nemo flectitur: lamentantur, & nullus eripit.* Brevis eſt hujus vitæ riſus, & citò deſinit, ſed ad luctum ducit, qui ſemel inchoatus nullo ampliùs clauditur limite, nullo finitur termino: & ut id ſeriò conſideremus nos monet D. Bernardus inquiens: *Videte ergo ne blandiens præſens proſperitas ſui vobis finem abſcondat, ne lætitia temporalis luctum vobis æternum operiat, quem parit; & pariat, quem operit.* 6.

Ex fœtu qualis ſit mater conjiciamus, ex effectu in notitiam ducamur cauſæ: temporalis riſus æternum parit fletum, æternum parturit dolorem, qui æternas lachrymas enititur; ergo verus non eſt mundi riſus, cùm ad æternum pertrahat fletum. Riſit in mundo Evangelicus dives Luc. 16 ſed è riſu ad fletum deductus fuit gehennalem. 7.
Mortuus eſt autem & dives: & ſepultus eſt in inferno. *Luc. 16. v. 22.* Perpendamus quanto differat ab oceano Ganges diſcrimine: fremit Oceanus procellâ percitus, qui tamen in littore furere dediſcit, & inducias exhibet: Ganges verò auro dives ridet in gurgite, ludítque in ripa. Epuloni leniter affluxerunt opes, dum fluxerunt, & ipſe delicijs diffluxit cùm divitijs affluxit: ſed poſt perbrevem vitæ fluxum byſſum exuit, & flammas induit; riſum depoſuit, & lachrymas fudit; gaudia reliquit, & fletum invenit. Id intereſt diſcriminis mare inter & flumina, quia fluviorum procellæ nonniſi in litore conſurgunt, cum maris tempeſtates in arena diſruptæ diſcant in litore detumeſcere; nimirum exigua arenula frœnum injicit marinæ procellæ naufragia minitanti, & cædes; flumina verò naufragia in litore

appa-

Digitized by Google

apparant, & interitum. Oceanus in litore pugnam interrumpit, & abſolvit; flumen verò in ſabulo ſtrages ſpargit. Quàm noxia igitur ſunt divitis gaudia, quàm lethales mundi riſus! Evangelicus dives riſic indutus byſſo, lautè fuit epulatus; ſed è luxu in epulis ad ſupplicia migravit in fletu; miſerior funere, quàm vitâ felix; ſi tamen felix eſt, qui gulæ delicijs, ac pravis indulget concupiſcentijs: putârim divitem infelicem, non quia ſupplicijs plectitur, ſed quia vitijs adhærendo prævaricatur: licèt miſetrimus cenſeatur epulo gehennali fletu correptus; patinâ tamen, & byſſo ærumnoſior fuit, quia in byſſo à ſummo ſe bono averterat: ſe ipſum lædit, qui ſibi indulget, & qui ſe ficto mancipat riſui; æterni fletus, ac cruciatus fit mancipium; hoſtis Sathanicus, quò nos decipiat, luxum apparat in epulis, mundi nobis exhibet gaudia, ſed ut æterna nobis furripiat. Huc ſpectant tartatei hoſtes, & hoc ſatagunt à nobis exigere: *Dæmones enim* ait S. Laurentius Juſtinianus; *hac potiſſimùm ratione nos tentant, hac de cauſa nobis ſæculi oblectamenta ſuadent, & promittunt, quatenus pro temporali lætitia diripiant conſentientibus æternam.* De diſciplin. monaſt. conver ſ. cap. 3.

8\. Idem riſus, qui in mundo arriſit, fletus gignit, ut tranſeat in inſtrumentum ſupplicij, quòd fuerat occaſio peccandi: idque cauſæ fuit, cur è locuplete Holophernis tentorio gemmis ornato, auróque præfulgente unum Judith conopeum abſtulerit, quo etiam Ducis corpus evolveret: *Abſcidit caput ejus, & abſtulit conopeum ejus è columnis, & evolvit corpus ejus truncum*, & cap. 16. v. 23. *Porrò Judith conopeum, quod ipſa ſuſtulerat de cubili ipſius obtulit in anathema oblivionis.* Sed cur Judith conopeo, quo corpus evolverat, caput involvit, & in Bethuliam detulit? quia nimirum ingreſſa fœmina Holophernis tentoria viderat ipſum in conopeo ſedentem: *Videns itaque Judith Holophernem ſedentem in conopeo, quod erat ex purpura, & auro, & ſmaragdo, & lapidibus pretioſis intextum, adoravit eum*, ſedebat in conopeo Holophernes, cùm oculos in Juditham injiciens captus fuit amore illius, quam deperijt, ſimúlque, perijt; ideóque ejus caput à fœmina amputatum conopeo involvitur, ut cùm caput peccare inchoaverit luxu, & opibus; nunc iiſdem in ſupplicio gemmis irretiretur, & gazis; & quidem noſtro documento, ne ſinamus ab auri cupiditate in cœno nos deprimi criminum; quot enim ſplenduerant in conopeo gemmulæ, totidem in mente Holophernis fœdæ libidinis arſerunt flammæ: facile enim eſt è luxu in libidinem pertrahi. In qualia non erumpetet Tertullianus lamenta, cùm è dracone gemmas erui conquereretur; quando ex ſmaragdo libidinum aſpides prodière; & ex virore gemmulæ, non flores germinârunt, qui Aſſyrium Ducem in cineres redegerunt? Judith. 13. v. 9. Judith. 10. v. 21.

§. II.

Timenda ſunt & declinanda perſonata mundi gaudia, quibus ſi larvam detrahas nonniſi fletus, & ululatus exhibent gehennæ, ad cujus ſupplicia lætantes in mundo pertrahunt.

Fabulati fuêrunt Poëtæ è maris fluctuantis ſpuma ſuum Venerem ortum traxiſſe; ſed veriùs dixiſſent, ſi eam è divite Pactolo natam cecinîſſent, ubi enim divitiæ affluunt, & deliciæ diffluunt: ibi facilè laſcivit Venus, quapropter amico fœdere junguntur libido, & affluentia. Totus fuit Salomon in divitiis congerendis, in auri, argentique acervis cumulandis: *fecitque ut tanta eſſet abundantia argenti in Jeruſalem, quanta & lapidum:* ſed ubi Salomon acervos congeſſit divitiarum, cœpit ipſe à virtutis nitore deficere, & lilium excultæ caſtitatis corrumpere: *Rex autem Salomon adamavit mulieres alienigenas multas:* ubi divitiarum affluentia, ibi Venus laſcivit liberior, & æſtus concupiſcentiæ rubiginem invehit, quâ virtutum rutilantes gemmæ corrumpuntur, idque cauſæ! cur ululaverit Amos Propheta: *Væ vobis, qui dormitis in lectis eburneis, & laſcivitis in ſtratis veſtris:* ubi affluunt in ebore deliciæ, fluunt in laſcivia libidinis fœditates; & quò ſtratum eſt candidius in ebore, eò mens decumbentis eſt fœdior in ſcelere: graſſatur ebur in lectulo immaniùs, quàm in faucibus ferocitet belluæ; rarò enim Elephas dentes in cædem exacuit; cùm ſtratum, ſi ebore muniatur non ſolùm ad illecebram exornetur, verùm etiam ad exitium armetur caſtitatis. Perit enim dives deſperatiùs, ſi in eburnea luxurietur culcitra, quàm ſi à dente conteratur elephantis: ſatiùs eſt ebore feriri, dum in ore ſævit Elephantis furentis; quàm ebore corrumpi, dum ad illecebram in ſtrato candicat Veneris laſcivientis; poteſt enim etiam in ſanguine cædium candere caſtitas, quæ in eboris delicijs corrumpitur, & defloreſcit: ad id nos vitia pertrahunt, ut ferarum dentes nobis ſint nocentiora cum noſtris inſerviuncillecebris, quàm com intra fauces ferarum in noſtrum debacchantur exitium. 9. 3. Reg. c. 10. v. 27. 3. Reg. c. 11. v. 1. Cap. 6. v. 4.

10\. Sed de hiſce laſcivientibus in ebore, ſeu mundi delicijs, conqueritur Amos; eò quia quærentes in delicijs dulcedinem, amaritudinem hauriunt, & ex riſu nonniſi fletum exprimunt, & lachrymas, ait enim: *Quoniam convertiſtis in amaritudinem judicium, & fructum juſtitiæ in abſynthium. Qui lætamini in nihilo, qui dicitis, nunquid non in fortitudine noſtra aſſumpſimus nobis cornua?* Mundi deliciæ tranquillum videntur referre Oceanum, qui ſua malacia blanditur, ut ejus ſinus trajicientes ſuis inſepeliat fluctibus; arridet, ut irrideat, ut incautos urgeat in cautes, fiántque mari- Cap. 6. v. 12.

marini æſtus ludibrium; qui inſanæ libidinis amore æſtuant; plures fefellit perſonata mundanæ voluptatis facies, riſum exhibet, & luctum fovet, quem propinat: detrahamus larvam mundi voluptati; perſonam ridenti gaudio amoveamus, ne à vera dimoveamur nos lætitia: & æterno fletu lugeamus temporalia gaudia, quæ cùm nobis arriſerunt, nos deceperunt, ac irriſerunt: hinc *Tract. 1. de exter. mal. cap. 19.* Richardus Victorinus: *Quid tibi cum bonis perituris, gaudijsque lugendis?* vocat mundi gaudia lugenda, quia æterno fletu planguntur: lugent enim quotquot mundi delicijs diffluentes rident; quia voluptatum lenocinia ijsdem arrident, quos ijs pares feceris, qui choreas in ſtrato ducunt glaciato cum lurida hyems frigidiùs riget, non ſolùm ſtagna, & lacus, verùm & flumina ipſa concreta gelu ſubſiſtunt, alliciúntque tum bruta animalia, tum homines; ſed fallit nonnunquam glacies, & devorat amnis, quos ad ſe allexerat.

11. Fuerunt, qui bacchanalia inſolentiùs acturi choreas glaciato in fluvio inſtituerint ducendas: fuit etiam vir prudens illuc pertranſiens, qui periculi gnarus fluvium ingreſſos monuit, ne glaciei ſiderent, quæ plerumque diſrupta ſepulchrum aperit; & fluvius non ſolùm ſaltitantes, ſed & pertranſeuntes deglutit: ſed ridentes viri monitionem pede cœperunt glaciem quatere, choreis fluvium pulſare, & repetito ſaltu gelu concutere, ac premere, quod tandem crepuit, & aperto hiatu ſaltantes deglutivit. Mundi deliciæ ad choreas nos illiciunt, ſed hæc voluptas glacies eſt fallaciſſima, quæ fragili ſuperficie oculos decipit, neque eidem fidendum: diſrumpitur illicò fraudulenta hæc via, & miſerè ſubmerguntur in glacie inſidioſa, qui ridebant, jocabantur, choreas ducebant, & ſaltabant: & ita ſubmerguntur, ut non ſint ampliùs emerſuri; ſepulti ſemper, & nunquam mortui; morituri nunquam, licèt ſemper morituri: Deus pluries eos monuit, ut pericula caverent, ſed ipſi non audierunt, aures obturârunt, clamavit pluries, ut à tali diſcrimine ſe ſubducerent: ſed ipſi maluerunt à mundi voluptatibus ſeduci: tandem demerſi lamentantur, & *Proverb. 1. v. 24.* plorant, ſed flentes non ampliùs audiuntur, *Vocavi, & renuiſtis, extendi manum meam, & non fuit, qui aſpiceret, deſpexiſtis omne conſilium meum, & increpationes meas neglexiſtis, ego quoque in interitu veſtro ridebo.*

12. An verò præter ignem ſint etiam in gehenna gelu, & glacies, & nives; non deſunt, qui putent, aſperrimum in regione illa mortis rigere etiam frigus, ut impij ex ſtagno ignis, ad ſtagnum transferantur nivis, à quo viciſſim in ſtagnum ignis rapiantur, perpetua viciſſitudine ad uberiora ſuppliciorum incrementa, & nituntur, *cap. 24.* quia ait Job: *Ad nimium calorem tranſeat ab aquis nivium, & uſque ad inferos peccatum illius.* Et ita autumat D. Hieronymus expendens enim verba illa. *Sed potiùs timete eum, qui poteſt & animam & corpus perdere in gehennam:* aſſerit ipſe: geminam eſſe gehennam, inquiens. *Duplicem eſſe gehennam nimij ignis, & frigoris in Job pleniſſimè legimus:* D. Hieronymo adhæret *in Cap. 10 Matth.* Venerabilis Beda in Commentario *Job. c. 24.* ubi ait: *Quaſi duas gehennas Job dicere mihi videtur ignis, & frigoris: per quas Diabolus, & homo impius torquentur.* Tribuitur etiam hoc placitum D. Auguſtino *lib. de triplici habitaculo cap. 2.* ubi ait: *Principalia duo ſunt tormenta in inferno frigus intolerabile, & ignis inextinguibilis.* Et Chriſtus loquens de Gehenna ait: *ibi erit* *Matth. 8.* *fletus, & ſtridor dentium;* tunc dentes ſtrident cum corpus præ nimio frigore contremiſcit.

Verùm putârim nullum in gehenna 13. frigus rigere, quo corpora damnatorum debeant præ frigoris rigore dentibus ſtridere, ut communior Theologorum ſententia autumat. Quia ſcriptura nuſquam ubi de Inferno loquitur, meminit frigoris, ſed tantùm ignis. Quòd ſi in tartareo illo ſpecu ſtagnum adeſſet nivis, vel aquæ gelidæ dives Epulo non rogâſſet Patrem Abraham, ut Lazarum mitteret ſuam refrigeraturum linguam aquæ guttâ, quâ ſperabat fore, ut ſitis æſtus leniretur. Quòd ſi à nimio calore corpora damnatorum ad aquas tranſirent nivium, hæc viſſitudo ſolatio ijsdem potiùs eſſet, quàm ſupplicio: quis enim in medio ignis conſtitutus non toto deſiderio concupiſcat aquæ nivalis ſtagnum ad ardores, quibus acriter torquetur, extinguendos? Videmus etiam bruta animalia ſi igne lædantur ad aquas illicò confugere, naturâ ipſa eos docente, ſolatium tunc expoſcendum à contrario. Rurſus quis dixerit frigus habere vim torquendi perinde ac calor, cùm illud ſtuporem potiùs inducat, adeò ut rigente frigore correpti tam acriter cruciatus non ſentiant, ſicut qui igne torquentur: qui enim præ nimio frigoris rigore moriuntur, atrocitatem cruciatuum minus ſentiunt. Demum ſi apud inferos ſtagnum eſſet nivis, vel aquæ immenſo illo gehennalis ignis calore, cur non incaleſceret? an quia procul diſtaret à ſtagno ignis? Verùm cùm ignis occupet totam ferè centralem inferorum cavitatem cuncta, quæ ibi includuntur ignis calore, vel reperent, vel ferverent.

Quamobrem ad explicanda verba Jobi 14. *cap. 24. ad nimium calorem tranſeat ab aquis nivium,* reſpondent ferè communiter verba illa eſſe imprecationem pœnæ temporalis in adulterum, ait enim: *Maledicta ſit pars ejus in terra, nec ambulet per viam vinearum. Ad nimium calorem tranſeat ab aquis nivium, & uſque ad inferos peccatum illius.* Senſus eſt, ut adulter in pœnam patrati flagitij loca pertranſeat deſerta horrori incutiendo aptiora, quàm ſolatio ingerendo; & ut procul

ab

ab omni amœnitate pratorum, & fertilitate camporum degat in eremo, & ſolitudine ſolis referta vepretis, & ibi uratur æſtu in æſtate, & affligatur hyeme frigore, ac gelu, omnibúſque aëris, & temporum incomodis, & in hiſce ſupplicijs perſeveret afflictus usque ad inferos, ſeu donec illius peccatum pœna plectatur acerbiori in gehenna, & interim pœna adulterij eum torqueat usq; ad ſepulchrũ. Alij ex textu Hebræo exponunt verba Jobi ut legant *æſtus, & calor rapiunt aquas nivis, ſepulchrum peccatores:* nimirum ſicut terra æſtuans, & calor abſumunt aquas nivales; ita & infernus eos, qui voluptatum illecebris indulſerunt, & vitijs adhæſêre: & in hoc ſenſu intelliguntur D. Hieronymus, & V. Cap. 2. Beda. Quod verò ad D. Auguſtinum attinet, qui *in libro de triplici habitaculo*, innuit in inferno frigus eſſe intolerabile, & ignem inextinguibilem; reſpondent plures, librum illum non eſſe D. Auguſtini, eò quia non recenſeatur in indice, & ſtylus valde diſcrepet ab illo D. Auguſtini, præſertim cùm hic de hiſce arcanis nunquam in alijs ſuis tractatibus conſueverit abſolutè pronunciare, cùm Scripturæ videantur parum favere huic gehennali frigori. Ad ultimum deſumptum ex dentium ſtridore, reſpondetur, ſtridorem dentium non ſemper ex nimio oriri frigoris rigore, ſed ut plurimum etiam ex doloris acerbitate: & quia corpora damnatorum acriùs igne torquebuntur præ nimio dolore ſtridebunt dentibus: ſicut enim duæ ſunt partes præcipuæ afflictionis damnatorum, ſumma animi triſtitia ex apprehenſione ſummi boni amiſſi, & tanti mali contracti: & ſummus dolor corporis ex igne profectus, aliíſque externis cauſis: ita duplex hujus afflictionis erit externum ſignum, fletus ſcilicet, & ſtridor dentium; fletus enim mœrorem indicat animi, & dentium ſtridor corporis cruciatus.

§. III.

Vermes in gehenna impios corrodentes mordent ſine dente, inficiunt, & interficiunt ſine veneno. Hos ſi timemus; noxas conſcientiæ lacrymis eluamus reſipiſcentiæ.

15. AN ſint etiam in Orco vermes moleſtiſſimi, & quid per hujusmodi vermes intelligatur. Plures cenſent, adeſſe veros ac proprios vermes corrodentes cor-
Judith, 16. pora damnatorum, eò quia dicatur: *Dominus vindicabit in eis, in die judicij viſitabit illos: dabit enim ignem, & vermes in carnes eorum, ut urantur, & ſentiant usque in ſempiternum*, & ſermo eſt ibi de inimicis
Eccleſ. 7. populi Dei. Syracides itidem horum meminit vermium in gehenna inquiens: *Memento iræ quoniam non tardabit. Humilia valde ſpiritum tuum, quia vindicta carnis impij ignis, & vermes:* & Iſaiæ ult. *Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur.* Verùm probabiliùs cenſent ſancti Patres, non eſſe in gehenna hujusmodi corporales vermes, qui corpora corrodant damnatorum: ſiquidem morſus quisque beſtiarum, & præſertim vermium ſi conferantur cum doloribus, quos ex igne torquente ſentient corpora damnatorum joci ſunt, & luſus, ac parvi momenti, nec proinde videtur neceſſe, viliſſimas has beſtiolas jugi miraculo immortales efficere in acerrimo igne, ut hominem diſcrucient.

Quòd ſi corpora damnatorum ſuppli- 16.
cia ex beſtiarum morſibus forent percipienda, non vermes viderentur ibi aſſerendi, qui cùm exigui ſint moleſtiam tantùm adferunt, non acrem cruciatum inferunt; ſed ſerpentes potiùs & dracones eſſent accerſendi, & rabidi canes, qui dente venenato corpora diſcerperent damnatorum: ſed cùm ignis ſulphureus in avernali ſtagno atrociſſima adferat ſupplicia, ac diriſſimè corpora excruciet, non eſt opus, nec à vermibus, nec à nivibus ſuppetias exigere ad uberiora extorquenda ſupplicia. Quamobrem non corporei ſunt vermes in gehenna, qui corpus corrodant, ſed ſpirituales conſcientiam diſcerpentes: remorſus enim conſcientiæ vermis eſt, qui acriter detruſos in gehennali carcere torquet, & affligit, longè enim truculentior eſt vermis, qui animum in gehenna corrodit, & æternùm vellicat: in hoc ſenſu explicant ſancti Patres verba Chriſti, ubi loquens de damna- Marc. 9.
tis ait: *Vermis eorum non morietur:* quæ verba expendens Beda ait: *Vermis dicit ſeram pœnitentiam, quæ nunquam in tormentis conſcientiam afflictorum mordere ceſſabit, ut ignis ſit pœna extrinſecus ſæviens; dolor vermis interiùs accuſans.* Atrociſſimum erit ſupplicium perpendere, quòd neglexerint propriam ſalutem, dum viverent; pluries oblatas ſibi ſalutis occaſiones reſpuerint, prodegerint inutiliter tempus; vitijs ſe inquinaverint, cùm per exercitia virtutum, earundem honeſtamentis debuiſſent ſe exornare: & conceſſum ſibi tempus acquirendæ beatitatis dilapidaverint, & turpi otio inter ſæculi ludicra ſtultiſſimè conſumpſerint.

Conſcientia igitur hæc omnia propo- 17.
nens atrociſſimè miſeros torquebit damnatos, præſertim perpendentes quòd ob volaticam voluptatem, ob ſtillam mundanarum deliciarum, ob paullulum mellis cogantur abſorbere oceanum fellis, & calicem haurire plenum igne, ſulphure, & ſpiritu procellarum: *Ignis, & ſulphur, & ſpiritus procella* Pſalm. 10. v. 7.
rum pars calicis eorum: & quia apprehendent hæc ſupplicia in æternùm duratura diriùs diſcruciabuntur; præſertim cùm noverint non eſſe totum illud futurum, quod vident, & appetunt magis illud videre, quod cùm non poſſint, mirum in modum torquentur, ut quos tota patientur æternitate cruciatus, ſimul totos quodammodo patiantur. Hæc enim vis eſt imaginativæ

facultatis, ut quoties timor impendentis mali, & imminentis ſupplicij mentem perſtringit totum illum cruciatum, veluti ſibi præſentem ſtatuat & dolores inferentem, & ſæpiùs veliementiores, quàm ſi actualiter torquerent: quo pacto prævius belli timor pejor eſt ipſo bello. Quòd ſi ingens cenſeretur eſſe patri ſupplicium, ſi filio capite plectendo adigeretur ſpectator adeſſe; & longè actior eſſet dolor, quo torqueretur, ſi ipſe pater cogeretur gladium nudare, carnifex eſſe, & filio caput amputare: hæc ludicra ſunt ad illud ſupplicii genus, quo damnati munus carnificis in ſe ipſos exercentes verme conſcientiæ ſe torquebunt, dentibus commordebunt, dilaniabunt, lacerabúntque, & quidem morſibus nunquam ceſſaturis, ſed perpetuis, ait Auguſtinus: *Inter*
In Pſal. 48. *omnes tribulationes humanæ animæ nulla eſt major tribulatio, quàm conſcientia delictorum præſertim poſt peractam hujus vitæ fabulam.*

18. Vermis igitur, cujus morſu detruſi in gehennali ſpecu corrodentur, erit conſcientiæ remorſus, qui ſummo dolore damnatos affliget, quod ex eo etiam conjicitur, quia quoties ſcriptura de pœnis agit inferorum, ferè ſemper ignis, & vermis conjunguntur: quod non fieret, niſi per vermem aliquid magni denotaretur, quod cum igne totum ſupplicium nobis explicet: neque aliud eſt vermis iſte igni adjunctus, quàm læſæ conſcientiæ remorſus, qui vermis nomenclaturâ donatur, quia de putredine naſcitur peccati, & perinde intus animam torquet, ac vermis de carne putreſcente genitus exteriùs membra corporis corrodit: ſupplicium igitur, quod vermis iſte infert in eo conſiſtit, quòd aſſiduè conſcientia patrata ſcelera oculis exhibebit damnatorum, quos propterea accuſabit, condemnabítque eóſque exprobrabit, quòd ab æterna fuerint gloria excluſi, & in gehennales dejecti ignes, quia maluerunt pravis concupiſcentiis adhærere melleas guſtaturi volaticæ voluptatis delicias, quàm per virtutum exercitia ad æternam gloriam ſibi iter ſternere; ideóque propter ſtillam fucatæ voluptatis carni eblandientis, ſenſúmque titillantis, torrentem amiſerint veræ voluptatis, quo potuiſſent æternúm potari; & ut labra calici admoverent Babyloniceæ meretricis, pleno hauſtu cogantur ebibere calicem igne, ſulphure, & ſpiritu procellarum refertum, & propter viliſſimum cœnum cœlum amiſerint; propter momentum voluptatis, æternitatem perdiderint felicitatis.

19. Hinc geminus orietur dolor, qui immenſa acerbitate cor illorum infelicium torquebit, & ut vermis infeſtiſſimus corrodet. Nimirum quod ſua culpa, ſegnitie, ac ſtoltitia neglexerint æternam conſequi ſalutem: & quòd ſe in gehennam vias percurrentes laxitatis præcipites egerint: hæ cogitationes, mœrores, vermes erunt acerbiſſimi, quorum morſus præcipua erunt damnatorum tormenta. Quantùm enim tormentum ſit illud turbatæ conſcientiæ, vel ipſis Idololatris exploratum fuit, cum Quintilianus exclamaverit: *O triſtis recordatio! ò tormentis omnibus gravior conſcientia!* Declamat. 12. §. 38. Sicut in homine nobilior pars eſt animus, ita atrocior eſt dolor, quo animus torquetur. Tametſi omnia ſint in mundo adverſa cœlum repetito tonitru cædes minetur; aër infectione exhalationum humores corrumpat, terra aperto hiatu homines deglutiat; motus terræ quaſſatione terrorem incutiat; mare procellis exacerbatum imminentia apparet naufragia; adhuc tamen nobis ſupereſt ſuffugium ad Deum: & quamvis anguſtiæ nos premant, ærumnæ affligant, infortunia turbent, & nemo ſit, qui nos ſoletur; etiamnum ad Deum nobis patet acceſſus, qui omnes excutit afflictiones, abigit ærumnas, & vero nos afficit ſolatio, quo etiam in preſſuris ærumnarum præ gaudio cor dilaramus, & deliciis in tribulationibus perfundimur: Deus enim ſuæ gratiæ radio atras omnes ærumnarum caligines, nubéſque mœrorum excutit & veri ſolatii ſerenitatem aperit.

Verùm ſi conſcientia fuerit coinquinata, 20.
ſi per patrata ſcelera Deo ſumus exoſi; & ut cœno adhæreamus vitiorum à ſummo bono nos avertimus, nil uſpiam nec inter hortorum vireta, nec inter vernantium florum luſus, nec in eblandiente fortuna, nec in affluentia divitiarum, nec in rebus ullis conditis reperimus ſolatij; mundi deliciæ nobis non ſapiunt, quia à Deo fonte omnium deliciarum per peccata nos avertimus; ideóque quæ mundus nobis exhibet gaudia ſi conſcientia ſit inquinata, & læſa acerba ſunt, & fellea, neque nobis patet via ulla declinandi has animi moleſtias, quia quocunque fugiamus, noſtra nos ſemper ſequitur conſcientia, à qua ſejungi, quamvis velimus, non poſſumus, neque ſolatium ullum experimur, quamdiu conſcientia læſa intus animum torquet; ad Deum profugere, utile foret, ſed hoſtis eſt, quem offendimus; in nobis ipſis quieſcere commodum afferret, ſed ibi conſcientiam experimur carnificem; Cœlites in opem expoſcere bonum eſſet, ſed iſti offenſi preces noſtras non audiunt, nec minus exaudiont. Quòd ſi ſuffugium ſit ad delicias, ac voluptates mundi; hæ conſcientiam magis inquinant, & ſauciant, & ſupplicia geminant, dolores adaugent, quia quò plus conſcientia inquinatur eò ſupplicia augentur atrociora, nec ulla eſt pœna gravior pravâ conſcientiâ, quam impius quocunque ierit poſt ſe ſemper trahit, ſecum ſemper carnificem vehit, quo omni tempore quovis in loco torqueatur, & quidem eò dirиùs, quò conſcientia eſt inquinatior; nil enim miſeriùs, quàm animus malè ſibi conſcius, quia ut ait D. Gregorius: In Pſal. 143.
Inter multiplices humanæ animæ tribulatio-

nes

nes, & innumerabiles afflictionum moleſtias nulla eſt major afflictio, quàm conſcientia delictorum: malitia enim ſi ſemel cor afficit ſuo veneno animum inficit, quem acri dolore excruciat. Et quamvis dum vivimus hos conſcientiæ laniatus, morſúſque lethales eludere plerumque poſſimus ad tempus; ſi mentem abſtrahamus à patratis flagitiis, poſſumus enim arte ſallaci has animi eludere moleſtias, vel eas delinire, ſi curioſum quidquam legamus; ſi in ſylvam fugientes feras venatione inſequamur; ſi ſermones varios cum ſociis miſceamus; ſi largiùs hauſtui indulgeamus: ſiquidem per hilares, comeſſationes, lætas confabulationes, laborioſas, gratáſque venationes, & per ſomnum, quo ſeoſus ſopiuntur, animi angores fallimus, conſcientiæ morſus eludimus: at detruſi in gehenna nulla fallaci arte hos conſcientiæ cruciatus evadent, nec quo profugiant, habebunt; & dies, noctéſque venenata conſcientiæ vipera pectoris intimiora corroder viſcera, *Et vermis eorum non*
Marc. c. 9. v. 44. *moritur.*

21. Plura autem ſunt, ob quæ conſcientiæ læſæ vermis orci corrodit, ac torquet inquilinos; quorum præcipuum eſt, quia mundi quiſquilias, ac voluptatulas prætulerint cæleſti beatitudini, & æternam gloriam amiſerint. Pulticula ex lente pro ævi ſui ſimplicitate veſcebatur Jacob, cum ſuperveniens Eſao defeſſus ex venatione, & famelicus, oculos in coctum illud edulium conjecerit, & lentes fami exſaturandæ præfervidus expetierit: ſed Jacob utpote intentus, in anſam recipiendi juris debiti primogenito, & quod ſibi naſcendi ſorte vindicaverat Eſau, pultem ea conditione conceſſit, ſi ſibi natalem cederet prærogativam; annuit Eſau pruriens in cibum injunctæ ſibi conditioni, gulæ illectus cupiditate, & cùm vili lenticula principatum decoxit familiæ, dignitatem deperdidit ſacerdotii, ac opimiorem amiſit paternæ hæreditatis portionem, & quidquid bonorum cum fauſta patris Iſaaci precatione eidem nectebatur. Quòd ſi gula Protoparentes extorres dejecit è paradiſo, Eſaum excluſit à jure primogenituræ. *Non cibus*, ait D. Gregorius,
Lib. 30. Moral.
Sed appetitus in vitio eſt. Unde & lautiores cibos plerumque ſine culpa ſumimus, & abjectiores non ſine reatu conſcientiæ deguſtamus: & Auguſtinus expendens verba Apoſtoli ad Roman. 14. *Noli propter eſcam deſtruere opus Dei: ait: Non propter porcum, ſed propter pomum mortem primus homo invexit. Et Eſau primatum ſuum non propter gallinam, ſed propter lenticulam perdidit.*

22. Eſau verò licèt homo eſſet rudis, & à feris, quas inſectabatur in ſylvis feritatem hauſiſſet; indigniſſimè tamen tulit jus primogenituræ ſibi præreptum; ut & fauſtam parentis precationem ope matris Jacobo fratri impertitam à patre; *Auditis ſermo-*
Genes. c. 27. v. 34.
nibus patris irrugiit clamore magno, & conſternatus ait: Benedic etiam mihi pater mi. Sed quanto potiore jure irrugient damnati perpendentes ob viliſſimæ voluptatis ferculum, ob fœdam libidinem, quâ ſe inquinârunt, ob fucatas, futiléſque mundi delicias, quas guſtârunt cœleſtem amiſiſſe gloriam, & ſe in orcum præcipites egiſſe: rugient procul dubio reclamante conſcientia, cum cœleſtis Patris benedictionem perdiderint, & jus ad hæreditatem, ac ſpem omnem cœleſtem gloriam enanciſcendi amiſerint; & pro viliſſima lenticula volaticæ voluptatis Regnum vendiderint æternæ gloriæ, abſque ulla ſpe damni reſarciendi, cùm obſeratum ſit ipſis cœlum, obſeratum & tartarum. 23.

Famelicus ſi menſæ adſit epulis refertæ, & ei vetitum ſit quidquam deguſtare, plus eſurit, & acriori torquetur fame, præſertim ſi ipſe ſua ſe culpa paratis privaverit epulis. Non aliter Orci inquilini famem, & ſitim patientur ut canes, & conſcientia ita eos torquebit, ut quidquid oblectare poteſt, cogitare non valeant: & rea conſcientia, perinde ac rabidus canis horrifico latratu, morſúque venenoſo in extremam miſeros illos rabiem aget deſperatiſſimam. Diriſſimè torquebuntur, eò quia ut gulæ deliciis indulgerent, & mundi divitiis inhiarent, jus amiſerunt, ac ſpem omnem cœleſtis gloriæ: dives enim evangelicus, qui epulabatur ſplendidè, luxúque delectabatur in epulis ob viliſſimam lenticulam terrenæ, & gulæ voluptatis, regnum & Luc. 16.
ipſe perdidit cœlorum: *Mortuus eſt autem & dives, & ſepultus eſt in inferno.* Sed etiam divitiis inhiantes, & referti, vitiis indulgentes æternos ſibi in gehenna coëmunt cruciatus; & iiſdem divitiis, quibus vita fovetur, ſupplicia accerſuntur; fiúntque pretium cruciatuum, quæ incitamenta fuerant voluptatum.

Nullam ſcio urbem ita direptam, ex- 24.
pilatam, & everſam, ut Jericho, cùm hoſtes in eam irruentes, exceptâ unâ Rahab cum ſuis domeſticis, nulli pepercerint: Joſuë c. 6. v. 20.
Ceperunt civitatem, & interfecerunt omnia, quæ erant in ea. Pugnavit iratum cœlum in urbem illam ſubrutis mœnibus, muriſque everſis, non vi arietis, ſed fragore tubarum. Ob quale tamen ſcelus tantæ fuerit ruinæ obnoxia infelix civitas, Joſuë ſubticuit. Verùm urbis dirutæ ruinam ſuam traxiſſe originem à divitiis ſimul, & deliciis, quibus inhiaverat, ex eo conjicitur; quia ex ea plurimum auri & argenti poſitum fuerit in tabernaculum: *Omnia ſuccenderunt abſque auro, & argento, & vaſis æneis,* Joſuë c. 6. v. 24.
& ferro, quæ in ærarium Domini conſecrârunt. Nec credas, modicos fuiſſe auri, argentíque acervos: aurum exundâſſe inde conjicitur, quia unus duntaxat gregarius miles Acham nomine, fertur argenti ſiclos

ducen-

ducentos ſurripuiſſe, regulámque auream ſiclorom quinquaginta. Cúmque Joſoe urbis expoſuiſſet opulentiam, ac ærarū redundantes divitias; ſatis innuit, urbem illam pluribus fuiſſe pollutam ſceleribus, quibus ruinam, & everſionem ſibi accerſiverit! raró enim fæx criminum, limúſque ſcelerum deeſt, ubi divitiarum affluentia exundat: & quia divitiæ mundi famulantur deliciis, ac vitiis inſerviunt, quæ fovent, alúntque; pediſſequa divitiarum meritò ſemper eſt pœna: *Mortuus eſt autem & dives, & ſepultus eſt in inferno*: Ideo in inferno ſepultus, quia dives, & non quia divitiis tantùm affluetet, ſed & deliciis diffiueret, & vitiis inquinaretur; divitiis enim facilè vitia aſſociantur, fiúntque & ſupplicia iiſdem finitima.

§. IV.

Divitiis inhiantes, & affluentes, vitiis ſe inquinant nequioribus, quibus pediſſequæ aſſociantur pœnæ, nunquam in gehenna morituræ: quas ſi times, affectus in vitia compeſce.

25\. IGnei angues, tunc in Iſraelem pervicacem immiſſi fuêre, cùm cœleſtis ferculi, itineriſque pertœſus populus in blaſphemias erupit. Sin verò quæras, quandónam cœperit populus ille manna faſtidire, Deúmque adlatrare. Id contigit, cùm primùm didicit intumeſcere poſt profligatum Chananæum, ejúſque urbes direptas, & expilatas: *Exaudivit Dominus preces Iſraël, & tradidit Chananæum, quem ille interfecit, ſubverſis urbibus ejus.* Num. 21. 3. *Et tædere cœpit populum* Populus, qui ante explicatas urbes, ante opimas exuvias ex proſtrato hoſte ereptas Manna veſcebatur; com incœpit divitiis affluere, cœpit & vitiis inquinari, & maledictis, ac blaſphemiis enutriri, adeo finitimum eſt opulentiæ ſcelus; ut quem populum vidiſſes antea in genua provolutum coram Numine, mox divitiis affluentem, & hoſtilibus onuſtum exuviis horreas contra Deum oblatrantem Abliguriendi libido populum inceſſit, & latrandi licentia, ubi partis de proſtrato hoſte ſpoliis cœpit diteſcere: & qui ne muſſare quidem contra Moyſem auſus fuerat, dum per eremi ſentes, & tribulos duceretur, cùm primùm victrices cœpit palmas calcare, tunc & Dei legem incœpit conculcare; & de Deo, ac Moyſe obloqui. *Locutúſque contra Dominum, & Moyſem, & ait. Cur eduxiſti nos de Ægypto ut moreremur in ſolitudine? anima noſtra jam nauſeat ſuper cibo iſto leviſſimo*: Numer. 21. v. 5. Enactæ libertatis populum tœduit poſt victoriam; & divitiis onuſti Iſraëlitæ, vel in triumpho, & libertate Ægyptum repetunt in famulatum; tametſi meminerint ſerviiſſe ibi Pharaoni, ejúſque Præfectis, lutúmque ſubegiſſe, ac damnatos fuiſſe ad clibanos, urbéſque extruendas lateritias, ærumnis obrutos, famulitio contemptos; adhuc tamen poſt delatas de proſtrato Chananæo victorias, Ægypti famulitium præferunt promiſſæ telluris libertati.

26\. Quid cauſæ, quòd poſt triumphos, ærumnarum repetant ſedem? & cæleſtia annona ſolatium allatura, viréſque detritas ex itinere reſtauratura ſtomachum moveat, & nauſeam excitet? *Cur eduxiſti nos de Ægypto ut moreremur in ſolitudine? Anima noſtra jam nauſeat ſuper cibo iſto leviſſimo*; Ideo poſt partam victoriam ſpoliis diteſcentes Ægyptum præferunt terræ promiſſionis, & famularum libertati; quia valorom præſertim aureorum, quæ inde evexerant, dum abirent, meminerunt: ſpe alebantur ditiora ſe rapturos: *Et eduxit eos cum argento, & auro.* Pſal. 104. v. 36. Ea exarſête purpurati metalli ſiti, ut præ auro ferrum non refugerent; nec compedes expaveſcerent, nec ferrea vincula in pede, dumodo ſpes auri ſuffurandi affulgeret in capite; & id cauſæ, cur cœperit populus pervicax manna faſtidire, & cepas Ægypti cæli præferre annunæ, & non ampliùs hymnos Deo occinuerit libertatis vindici; ſed latratus, murmura, & blaſphemias in liberatorem è duro famulitio evomuerit: nimirum peccaverunt Iſraëlitæ, quia divitiis inhiârunt, & vitiis ſe ſe nequioribus inquinârunt, ideóque quia divitiis, & vitiis pediſſequæ aſſociantur pœnæ, ignei angues fuerunt in Iſraelem immiſſi: cùm primùm cœperunt aurum ſitire, incœperunt & manna faſtidire; exorta fuit mannæ nauſea ex fame auri: finitimi ſemper divitiis ſunt cruciatus: *Mortuus eſt autem & dives, & ſepultus eſt in inferno.*

27\. Quin & ipſe ſacer ſponſus ad fores ſponſæ capite doluit, eò quia roſcido maderet imbre antelucano, & petiit ſibi aperiri: *Aperi mihi ſoror mea, quia caput meum plenum eſt rore, & cincinni mei guttis noctium.* Cant. 5. 2. Sed ſi non caput tantùm, verùm & reliqua corporis membra, humeri, brachia, manus, pedes eodem maduêre ſtillicidio, cur genas, & caput, cincinnóſque capillorum guttis noctium ait madere, & uno ſe capite ægrum conqueritur? ideo capite doluit guttis noctium madido, quia finitimæ capiti redundabant divitiæ, licèt enim genæ illius, ſicut areolæ aromatum; cervix tamen auro diteſcebat: *Caput ejus aurum optimum: Comæ ejus ſicut elatæ palmarum.* Cant. 5. 11. Tametſi ſponſi caput pleno non obrueretur flumine, ſed roſcido maderet imbre, doluit tamen ſponſus capite, & conqueritur, quòd rore maderèt antelucano, quia ejus cervix aurea: ubi opes exuberant, ibi dolores & ſupplicia inſurgunt; *Mortuus eſt autem dives,*

dives, & ſepultus in inferno: Quos enim divitiis affluentes mundus reveretur, eos ſcelus guttis noctium excruciat, & in gehenna, ſulphureo igne extorquet; quia fœcundæ ſcelerum parentes, ut plurimum divitiæ ſunt, & delitiæ: nil ſceleri magis exoſum, quàm paupertas; hanc enim ſcelus, quod primùm mundum inquinavit pati non potuit: *Cùmque cognoviſſent ſe eſſe nudos, conſuerunt folia ficûs, & fecerunt ſibi perizomata;* Qui nere nondum didicerant, coëgerunt arbores in textrinam verti, unde erubeſcentibus, ac fugientibus primis hominibus prætextæ pararentur; quia opum cupiditas criminis primogenita, peccati hæreditatem adivit, phaleras quæſitora in plantarũ folijs, quibus Protoparentes verecundiã tegerent, & patratum ſcelus detegerent; ipſa enim perizomata verecundiam cum tegerent, patratum ſcelus prodebant: integumento non indiguiſſent, ſi ſcelere inquinati non fuiſſent.

Geneſ. 3. v. 7.

28. Vix divitiarum affluentis à probro ſejungitur improbi ſceleris. Divitiis cœpit Abraham affluere, ſed cum Sara ejus uxor periculum adivit pudicitiæ. Ex patria enim divino imperio migrare juſſus Abraham, relictâ Chaldeâ profectionem inſtituit in Chananæam, cum parente Thare uxore Sara, & Lotho, ac ex fratre Arane Nepote: ad urbem Haranem appulſus, & jubente Numine quinquennio ibi immoratus, Thari genitori, qui ibi è vivis deceſſit, parentavit; juſtíſque perſolutis ſuo cum comitatu Chananitidem ingreſſus, Sichimis in Samatiæ Metropoli per tempus aliquod conſedit; inde progreſſus in convallem Save altare Numini, in loco ad amœnitatem conſito erexit: iter proſecutus ſuum poſuit tabernaculum geminas inter urbes Bethelem, & Hajam; quarum prima Orientem; hæc Occidentem reſpiciebat. Hic itidem aliâ extructâ arâ, Deóque in vota vocato cum famis neceſſitate urgeretur, in Ægyptum proficiſcitur; ubi Pharao captus venuſtate Saræ, quam cœpit deperire, ſibi uxorem dari petiit.

29. Adducitur igitur in Regiam venuſta mulier, ultimum paſſura pudicitiæ diſcrimen, niſi Deus à tanto eam liberâſſet dedecore; adeo diris cœpit Pharao torqueri doloribus, ut iidem omnem in ipſo pravam extinxerint concupiſcentiam; quibus ut liberaretur, Saram dimiſit, & Abrahamum amplis donatos muneribus: *Aſcendit ergo Abraham de Ægypto ipſe, & uxor ejus, & omnia quæ habebat, & Loth cum eo. Erat autem dives valde in poſſeſſione auri, & argenti:* Nimirum è gyneceo profluxêre divitiæ, ſed pudicitiæ diſcrimen fuit aurifodina, è qua divitiæ emerſerunt: quis erutas è tam limoſo cœno divitias non exhorreat! raptu uxoris fit Abraham dives, & niſi Sara diſcrimen incurriſſet pudicitiæ fœdandæ; Ægyptiaco auro Patriarcha caruiſſet, & divitiis non claruiſſet. *Erat autem dives valde in poſſeſſione auri, & argenti.* Blandè fluunt divitiæ, placent hujus fluminis oſtia, arridet alveus; ſed ſi ſinas te fluxu auri trahi, in lupanar veheris: *Sublata eſt mulier in domum Pharaonis. Abraham verò bene uſi ſunt propter illam.* Ubi cœpit auro pluere in ſinum Saræ, diſcrimen ſubiit pudicitiæ perdendæ: ubi enim divitiæ, ibi vitia inſoleſcunt, & ſupplicia inde ſequuntur: *Mortuus eſt autem & dives, & ſepultus eſt in inferno:* Ubi ex eo torquebuntur damnati acriùs, quia ſuppliciorum pretium divitias ſubſtituerunt, quibus & vitiis adhæſerunt, & æternam gloriam amiſerunt: & hæc perpenſio æternæ gloriæ amiſſæ vermis erit, qui diriùs damnatos excruciabit, ex eo enim, quòd beatorum perpendent gloriam, à qua ipſi excludentur, cruciatus inde experientur atrociſſimos, ut cenſet D. Gregorius inquiens: *Ut peccatores in ſupplicio ampliùs puniantur, etiam eorum vident gloriam, quos contempſerunt, & de illorum etiam pœna torquentur, quos inutiliter agnoverunt.*

Geneſ. 13. v. 2.

Geneſ. 12. v. 15.

Tom. 3. homil 40. in Evangel.

30. Deſperatè plorabunt, cùm ſe viderint paradyſi gaudiis deſtitutos, quibus potiri potuiſſent, ſi divinæ gratiæ annuiſſent; mundi voluptatibus, ac deliciarum illecebris non adhæſiſſent: acerbiſſimè dolebunt, eò quia ſibi ipſis januam obſeraverint cœleſtis gloriæ, ſéque à Beatorum regno excluſerint eò quia in cœno ſe volutaverint vitiorum. Diriſſimè excruciabuntur, quia cum æterna potuiſſent beatitate donari per exercitia virtutum, & ſtudia pietatis, id neglexerunt, & hic erit alius vermis morſus, quo diriſſimè Orci inquilini torquebuntur, ſtudia neglexiſſe virtutum, & noxarum congeſſiſſe cumulos: quotquot enim ſcelera perpetrârunt, hæc conſcientia clarè, ac dilucidè illis objiciet, & non ſolùm commiſſas noxas, verùm & omiſſas occaſiones reſipiſcendi: tunc conſcientia cuique ſuam exprobrabit ſocordiam: quia cùm debuiſſet tempus impendere in templis frequentandis, precibus fundendis, piis operibus exercendis, ſomno, luſibus, & plerumque etiam vitiis prodegerit: ſi ſacris interfuit, non niſi perfunctoriè; ſi conciones audivit, nonniſi oſcitanter; ſi preces fudit, nonniſi ſomnolenter; ideóque vermis conſcientiæ hoc morſu eum corrodet. Objiciet conſcientia veluti è ſyllabo transgreſſiones divinæ legis, jejunia non ſervata, & ut gulæ indulgeret, maluerit ſactas leges pede conterere; adulteria, quibus alienum thorum fœdavit; fœdas libidines, quibus ſe ipſum coinquinavit; pravas cogitationes, quibus mentem corrupit, & hæc recordatio erit diriſſimus morſus, quo Tartari incolæ torquebuntur. Fient enim inſtrumenta pœnarum, quæ fuerant oblectamenta noxarum, & ipſum peccati

oblectamentum objiciet inquinata conſcientia damnato, eóque utetur, ut inſtrumento dolorum.

31. Tunc cognoſcet, quàm dirè, & crudeliter in ſe ipſum ſævierit, cùm voluptatum lenociniis indulſit; tunc enim fores avernalis carceris ſibi aperuit, ſententiam æternæ damnationis ſibi exaravit, & vias divinæ miſericordiæ interclusit: qui enim ſcelus aliquod in ſe concipit, tacitè fatetur, ſe non curare Dei amicitiam, nihili facere ejus gratiam, vili pendere ejus favorem, excitare in ſe ejus odium, divinam juſtitiam irritare, & velle æternis ſuppliciis addici: hæc enim ſequuntur ad lethalem noxam, cui adnectuntur, tanquam culpæ pediſequa: perinde enim eſt lethali ſe noxa inficere, ac Deum ſibi inimicum efficere; ab illo enim ſe avertit, ejus gratiam exuit, auxilia reſpuit, vocationes non audit, & cœno immerſus vitiorum nequit cœlo oculos aperire, & ſimul ſponte ſua, ſe in tartareum baratrum præcipitem agit, unde nec ſuis viribus, neque Angeli auxilio, neque cujusquam alterius ope poſſit emergere: quòd ſi seriò hæc perpenderent, qui larvatis mundi voluptatibus adhæreſcunt, & vitiis indulgent, ut propriis concupiſcentiis ſatisfaciant, utique frœna injicerent pravis affectibus, & à cumulo noxarum ad ſtudia virtutum animum traherent?

32. Quis à ſana mente ita dejectus, qui ſi videret inſtrumenta ſuppliciorum jam parata, ſcilicet vincula, forcipes, catallas, cruces, eculeos, patibula, gladios, mucrones, ſecures, rogos ardentes, craticulas candentes, ſulphur accenſum, plumbum liquatum, fauces leonum, ungulas beſtiarum; & intelligeret, ſe cunctis illis ſuppliciorum inſtrumentis cruciatum iri, ſi volaticæ voluptati, & carnis deliciis adhæreat, mallet omnia illa ſupplicia ſubire, quàm titillanti concupiſcentiæ, non adhærere? Quòd ſi ſupplicia omnia inferorum videret, nullus eſſet capillus in capite, qui præ horrore non erigeretur; nullum eſſet membrum in corpore, quod non contremiſceret; nullus in membro artus, qui non trepidaret: certè fœdos depravatæ concupiſcentiæ æſtus extingueret, voluptatum illicia omnia abigeret, prava deſideria compeſceret, & rebellantium affectuum lethales impetus coërceret, perpendens in inſtrumenta pœnarum tranſire oblectamenta noxarum: qui titillantis carnis concupiſcentiis adhæret in ſe ipſum crudeliter ſævit; nec ullus unquam Nero, vel Decius, aut Diocletianus exertis etiam cunctis crudelitatis viribus, ita ſævi it in alienum corpus: ſicut lethaliter peccans in propriam animam; & hoc potiſſimum miſeros illos in gehennali carcere detruſos affliget; ſibimet per oblectamenta culparum inſtrumenta cudiſſe ſuppliciorum.

Torquebuntur; quia cum ſine rei familiaris diſpendio potuiſſent ſtipem erogare, aliorum miſerijs opitulari, & profuſis eleemoſynis cœlum ſibi coëmere; maluerint potiùs avaritiâ ſordeſcere, quàm operibus miſericordiæ diteſcere. Dolebunt, quia cùm fuerint pluries moniti, & rogati, ut inimicis libenti animo parcerent, & injurias ſibi illatas Chriſtiana oblivione obliterarent, id noluerunt; & humanum ſanguinem ſitire maluerunt, quò perpetua ſiti pœnas luerent. Diſcruciabuntur, quia cùm in rebus adverſis ſibi fuerit patientiæ exercitium commendatum, detrectârunt virtutis ſtudio operam dare. Quòd cùm flagris, cilicijs, jejunijs impetus concupiſcentiæ, & aſſultus libidinis potuiſſent retundere & incorruptum ſervare pudicitiæ candorem, id neglexêre. Quòd cùm ad ſacramenta percipienda invitati, imò & rationibus impulſi fuerint, accedere ad ſacram ſynaxin langueſcentem animam refecturi, noluerunt; nec per ſacræ exhomologeſis lachrymas noxarum ſordes, quas contraxerant peccantes, eluere reſipiſcentes; & pro carnis volatica voluptate; pro larvato, & momentaneo oblectamento viliſſimo pretio immenſas cœli vendiderint voluptates, & quòd caro iiſdem charior fuerit, quàm Beatitudo; ut & cœna, quàm cœlum. 33.

Obiicientur tunc vices omnes, quibus Deus eos vocaverit, monuerit: vellicaverit, allexerit ad ſtudia virtutum, ad exercitia pietatis, ad culturam caſtitatis, & ipſi aures ſuas clauſerunt, monenti Deo parêre detrectârunt; & concionatores eos ad meliorem frugem vocantes nil profecerint; oleum, & operam perdiderint. Acerbiſſimè excruciabuntur, eò quia divinam gratiam toties contempſerint, quâ potuiſſent è cœno emergere vitiorum, & cœlo ſe adſciſcere; & cum jus cœli iiſdem eſſet tranſcriptum, ut cohæredes fieri poſſent Regni cæleſtis, ſe ipſos maluerint exhæredare, quo carnis voluptatulis non deſtituerentur: ajebat Job cap. 29. *Quis nobis tribuat, ut ſimus juxta menſes priſtinos quando lavabam pedes meos butyro, & petra fundebat mihi rivos olei.* Recordabuntur Orci inquilini ſibi divinæ gratiæ butyrum copioſiſſimè fluxiſſe, quo morum aſperitatem, & cordis duritiem lenire potuiſſent, ac emollire, imò & noxas eluere, cùm tamen id neglexerint. Recordabuntur olei rivos è petra divini amoris fluxiſſe; & miſericordiæ fontes è Chriſti corpore ſibi emanâſſe: & hæc beneficia à ſe fuiſſe repudiata, propterea clamabunt cum Jobo: *Quis nobis tribuat, ut ſimus juxta menſes priſtinos, quando poteramus lavare pedes noſtros butyro*, & Chriſtus petra angularis fundebat nobis rivos olei. ſeu 34.

ſun-

ſanguinis ſui, ſed nunc actum eſt de nobis, nec ullum olei ſtillicidium, nec butyri guttula ampliùs fluit, & gehennalis ignis, quo torquemur, fontes exſiccavit miſericordiæ, cujus latices ad nos non perveniunt. Hæcque recordatio diriſſimus erit vermis morſus, quò cor corrodetur damnatorum, ac eorum viſcera intimiora dilacerabuntur; cùm enim facili negotio mediante ope divina, quæ præſto fuit, potuiſſent ſe cœlo aſſerare, maluerunt cœno immergi; & ad æterna pertrahi ſupplicia ob brevem inſaniam, ob larvatam hilaritatem, ob volaticam voluptatem: tunc cognoſcent, quàm cœci, quàm excordes fuerint, cùm oculos cœlo clauſerint, aures Deo obſtruxerint, ut libidine furerent, fœdis concupiſcentiis arderent, & ſe ipſos præcipites agerent in interitum: tunc cognoſcent, quàm citò mundi voluptas avolaverit, carnis illecebra evanuerit, & mundi deliciæ diſparuerint.

§. V.

35. *Id dementiæ dandum indulgentibus ſenſui, mundique commodis, quia plus defatigantur pro ſibi acquirenda gehenna, quàm per æterna gloria obtinenda.*

AN non craſſiſſima eſt cæcitas pluris cœnum, quam cœlum facere? carni indulgere, & æternùm lugere? corpus blandimentis mulcere, & animam in gehenna perdere? & tamen hâc dementiâ laborat potior hominum pars, plures enim reperis, qui in rebus fluxis curandis, in divitiis congerendis, honoribus acquirendis attenti ſunt, aſſidui, induſtrii, vigilantes, ſolertes, acuti, niique prætereunt, quòd poſſit iiſdem prodeſſe: agitur de negotio corporis, de commodis hujus vitæ, de vano honore, & tunc nemo eſt, qui non ſapiat, non invigilet, non agat. Ut corporis membra eleganter tegantur, veſtes texuntur auro intextæ, elaboratiſſimè factæ: ut Domus nobili ornetur ſupellectili aulæa acu phrygia pinguntur, tabellæ eleganti penicillo delineantur; laquearia auro illita ſplendent; ſtatuæ ad ſculpturæ miraculum vivere fingunt in ære, vel marmore; artificioſiſſima horologia ſyderum curſus fideliter indicant, & quota ſit hora lapſa monent. Ad congerendas divitias per fluxa Oceani itinera naufragii adeuntur pericula; aliena litora ſub alio climate luſtrantur, ut inde merces exoticæ transvehantur, & tamen hæc omnia fluxa ſunt, caduca, & quæ temporis momento avolant.

36. Ut ſenſui indulgentes propriæ ſatisfaciant concupiſcentiæ, carniſque blanditiis indulgeant, quales plerumque labores non ſubeunt, vigilias non ſuſtinent, & pericula non adeunt? Ut autem plenum voluptatibus torrentem hauriant, ut æternam enanciſcantur gloriam, ac cœleſti donentur beatitate, viribus deſtituuntur, languent ſpiritu, deficiunt corpore inertes, ſtupidi, deſides, ſupini, ac frigidi ſunt, ſemper ſomnolenti, nunquam vigiles: & non dandum eſt id dementiæ plus defatigari pro acquirenda larvata, ac momentanea carnis voluptate, quàm pro æterna gloria in cœlis obtinenda? Dormimus cœlo, & vigilamus cœno, in quo volutamur, vitiis adhærentes: ſed vermis impiorum non morietur, ſed infandis doloribus eos corrodet. Quia vitiis indulgentes viventes, iiſdem adhærebunt morientes, quia non ipſi vitia, ſed hæc ipſos relinquent: quia ut monet Salvianus: *Qui à malis actibus tantùm morte diſcedit, non relinquit ſcelera, ſed relinquitur à ſceleribus.* Ad Eccl. lib. 2.

Qui ſapit, priùs peccatum deſerit, quàm à peccato deſeratur; relinquit vitia, antequam ab illis relinquatur, ne tunc priùs deſinat animam peccando lædere, cùm ſit illi deſinendum vivere. Si peccator fœtet ut Lazarus vitiis inſepultus, clamet nunc, veniam petat, ſordes excutiat vitiorum, ut à patre miſericordiarum audiat verba illa Chriſti miſerentis, & mortuum reſuſcitantis Joan. 11. *Veni foras.* Si cæcus, ſurdus, & ſomnolentus fuit ad monita Dei vocantis, oculos nunc aperiat, ſatagat aures arrigere, mentem erigere, & omnibus animi viribus ingredi conſcientiæ adita, ſcrutari cordis penetralia, & quicquid noxarum ibi ineſt, exentera, abigere, ut audiat Chriſtum dicentem ſibi: *Veni foras:* non diutius peccatum diſſimulet, nec ſibi blandiatur, ſed agnoſcat, quàm ſit alienus à cœleſti gloria ſi perſeveret cœno immerſus vitiorum, & quam ſit Orco proximus. Si gehennales cruciatus, qui imminent declinare velit, ſufficit, ſi vocanti Deo reſpondeat, ſi dicenti Deo *Veni foras*, ſurgat è ſepulchro peccatorum, egrediatur è caupona Bacchi, è Veneris lupanari, è cœno vitiorum, & verè reſipiſcens, quas noxarum ſordes contraxit lachrymis eluat. Non ſemper exigit Deus à peccatore foras venienti è ſepulchro vitiorum, ut ſe maceret quadragenia eſurialibus diebus: non exigit ab ipſo amictum cilicinum, quo corpus diſcruciet, nec flagella expiatoria, quibus ſanguinem è fracti corporis membris extorqueat; neque inſomnes noctes, quibus in precibus fundendis ſe ipſum fatiget. Neque petit, ut montes aſcendat, alpium juga tranſcendat, pelagi ſinus trajiciat, in antra, & ſpelæa ſe recondat; ſed ut verè reſipiſcat, pœniteat ipſum ſcelerum, & anteactæ vitæ; ſpondeat à noxis omnibus abſtinere, & per virtutum exercitia rectè incedere. Quòd ſi hæc neglexerit perſeveraturus in cœno vitiorum, conſcientiæ vermis dirùs ipſum in gehenna corrodet, quia ut ait D. Bernardus lib. 5. de conſiderat. ad Eugenium: *Hic eſt vermis, qui non moritur,* Cap. 12.

memoria præteritorum. Semel injectus, vel potiùs innatus per peccatum hæſit firmiter nequaquam deinceps avellendus. Nec ceſſat rodere conſcientiam, eâque paſtus, eſca utique inconſumptibili perpetuat vitam. Horreo vermem mordacem, & mortem vivacem, horreo incidere in manus mortis viventis, & vitæ morientis.

38. Quia verò, qui vitijs indulſit per ſenſus omnes noxas hauſit, & voluptates; ideo & reliqui ſenſus proprio torquebuntur ſupplicio, quia ut ait Joannes in Apocalipſi: *Quantum glorificabit ſe, & in delicijs fuit, tantum date illi tormentum, & luctum.* Apocal. 18. v. 7. Unde præter fletum oculorum, ſtridorem dentium, tenebras horrorem incutientes, ignem acriter torquentem, vermem conſcientiæ diriſſimè corrodentem, non deerit ibi fœtor, quo ſua etiam olfactus experiatur ſupplicia; ut quem effuſa florum, muſcique grata ſuavitas demulſerat; tetræ, ac corruptæ mephitis fœtor excruciet: eſt enim gehenna cunctarum infectionum lacuna, omnium ſordium colluvies, & totius fœditatis corruptum ſtagnum; quod domui eſt egeries, urbi cloaca, navi ſentina; id toti orbi eſt gehenna, ſeu vomica, in quam omnia corporum humanorum, quæ à mundi exordio extitere, purgamenta, fæces, & putorem Angeli congeſſerunt: adeo ut nullus in toto orbe fuerit carcer tam ater, ac ſævus; ſicut eſt gehennalis; ſcio tetrum fuiſſe Meſſeniorum ſubterraneum ſpecum; horribilem Perſarum, cui nomeu *Lethe*; terribiles Syracuſarum *Latomias*; ferale Athenienſium *barathrum*, Romanorum *Tullianum*, Cypriorum *Ceramum*, Gilimeris *Auchum*; & hiſce omnibus terribiliorem Actiolini carcerem, quem omne genus infamavit ſuppliciorum: ſed omnes hi carceres, ſi cum gehennali conferantur, horruli ſunt, ridentes viretis, vernantes floſculis, allicientes plantis, arridentes areolis. Eſt enim gehennale ergaſtulum antrum horridum, in quo rediviva, & fœtida damnatorum cadavera, adeò graveolentem emittunt fœtorem, ut nemo ſit, qui ferre valeat: neque in ullis unquam Tyrannorum ergaſtulis, tot tenebantur captivi Rei, quot Deus Judex, & vindex in avernali ſpecu damnatos punit. Eſt hic carcer ſi locum ſpectes profundiſſimus, omni deſtiturus lumine, plenus ſupplicijs, vacuus omni ſolatio: ſi hujus carceris Præfectum quæras crudeliſſimus eſt; ſi inquilinos torquentes ſunt Dæmones, & torti homines in ipſum detruſi: ſi qualitates nonniſi ſqualor, & fœtor locum illum occupat, qui ſi innumerabilem cogites damnatorum multitudinem anguſtiſſimus eſt; ſi diuturnitatem æternus: neque in eo detruſis ullus ampliùs patet egreſſus, obſtructæ ſunt ipſis omnes januæ, nec ſpes ulla inde evadendi eis ampliùs affulget.

36. In hunc ergo carcerem orbis totius colluvies derivatur, eſtque propterea cloaca fœculentiſſima, ergaſtulum graveolentiſſimum, & ſpelæum fœtidiſſimum, ubi intolerabilis fœtor illos acriter torquebit; eſt enim ſenſus odoratus in damnatis acutiſſimus, tum ex ſitu loci, qui cùm ſit teterrimus omni luce deſtitutus, à ſole remotiſſimus, corruptis humoribus undique ſcatens, nil niſi fœtorem intolerabilem exhalare poteſt: tum ex ipſa damnatorum ſocietate, quæ cùm ex ſolis coaleſcat ſceleratis, ac vitiorum ſpurcitijs nonniſi fœtidiſſimam mephitim exhalabit; quia ſingula vitia ſuum habent putorem, quem non ſine faſtidio, cordiſque deliquio ſentient, præſertim cum artificioſa cacodæmonum malitia ad incrementa ſuppliciorum plura adinveniat ad ſenſum hunc odoratûs exacerbandum, unde Chryſoſtomus ait: *Nemo ex ijs, qui liberaliter ſunt educati, hunc in carcerem conjectus non dicet, fœtorem, & jacere in tenebris, & in vinculis eſſe cum homicidis, quavis morte eſſe gravius*; Homil. 8. in Epiſt. ad Hebræos. quapropter fœtor inferorum intolerabilis dicitur, ut mitius ſit quovis ſuppliciorum genere mortem ſubire, quàm huic eſſe fœtori obnoxium.

Quòd ſi ſulphurati unius fœtor nobis videtur intolerabilis; quid ſi jungantur mille, imò & plura centena millia, quàm acrem non exhalarent graveolentiam? & tamen hic fœtor roſarum eſt demulcens odor, ſi cum avernali conferatur fœtore, ait David 40.
Pluet ſuper peccatores laqueos; ignis, & ſulphur, & ſpiritus procellarum pars calicis eorum. Pſal. 10. v. 6. Utitur Regius Vates metaphora pluviæ, quia ſicut deciduæ pluviarum guttæ, in unum cogi non poſſunt numerum ſuis clauſum terminis, ita nec improborum pœnæ; *Pluet* enim inſtar imbris, ſed ſupplicia immaniſſima præcipitabunt in eos. *Pluet laqueos*, quia ignitis vincientur compedibus, ut nullus unquam ex illis captivis poſſit elabi, aut effugere; nullus qui poſſit hæc vincula diſrumpere, parietes perfodere, & inde evadere, ſed *ignis, & ſulphur, & ſpiritus procellarum eſt pars calicis eorum*: quia non igne tantùm urente, & non comburente; torquente, & non conſumente; & ſulphure deliquia ciente, ac ſpiritu procellarum omnia ſus deque vertente, & evertente replebitur totus calix; ſed alia ſuperaccedent millena ſupplicia: ignis enim & ſulphur quædam duntaxat pars eſt calicis eorum Apoc. ait Joannes: *Pars illorum erit in ſtagno ardenti igne, & ſulphure.* Cap. 21. v. 8. Non ait pars illorum erit in torrente, quod pertranſit, in flumine, quod decurrit; ſed in ſtagno, quod immobiles, putreſcentes, ac fœtidas enutrit aquas, & nunquam fluit, nunquam decreſcit, nunquam emittitur, nec ſiccatur; ſed ſibi ſemper ſimillimum erit poſt mille myriades annorum; in hoc ſtagno ardente igne, & ſulphure mergentur quotquot in cœno libidinum, ac vitiorum cum viverent ſe volutârunt: hi poſt mortem ſulphureo hoc natabulo lavabuntur, ignitis hiſce in thermis

enatabunt: quale igitur non erit ſupplicium hac teterrima immergi mephiti? hac in ſtercoraria mergi cloaca? ſordidiſſimo hoc in ergaſtulo jugiter detineri; & corporibus poſt diem judicij damnatorum, ſeu fœtidiſſimis, omnique corrupto cadavere fœtidioribus aſſociari, de hiſce enim prædixerat
Cap.34.v.3. Iſaias: *De cadaveribus eorum aſcendet fœtor.*

41. Quòd ſi caro corrupta, & vermibus ſcatens acceoſia admota prunis fœtorem emittit intolerabilem; qualis erit fœtor, quem avernalis illa mephitis exhalabit? Non enim locus duntaxat gehennæ horribilis erit naribus fœculento ſuo potore; verùm & ipſa corpora damnatorum, omni cloaca, quavis ſentinâ erunt fœtidiora; peſtilentibus enim ac corruptis ſcatebunt humoribus, & igne circumfuſo ebullientia, qualem non exhalabunt teterrimam mephitin? Scimus Regem Antiochum Epiphanem cum Nemeſin in tergo ſentiret, adeo cœpiſſe carnibus corrumpi, ac fœtere vermibus ebullientem, ut ex toto exercitu, nec unus fuerit miles repertus, qui Regis fœtorem ferre poſſet, cum omnes hanc narium peſtem extremè averſarentur: pœnas datorus flagitiorum, quæ pa-
Machab.9. travit, divinam fuit juſtitiam expertus; maledictis enim, & execrationibus admiſcens minas juraverat ſe redacturum Jeroſolymam in cinerarium: & cum currum, quò vehebatur juſſiſſet agitari celeriùs, ægrè peditatu impetum ſequente properantis curſûs, una ex belluis, cæteris Elephantis iracundior cœpit in agmine ferociſſimo cum ſtridore barrire; ad cujus vocem inſuetam terretur Antiochus, exterrentúrque equi regij, qui calcitrantes impatienter repetitâ ſuccuſſione Antiochum è ſede excutiunt, quâ vehebatur; & ſicut corpore erat obeſus, membrorum mole, & corporis pondere gravis alliditur, & lethaliùs artubus contunditur omnibus, adeò ut exanimi ſimilis jaceret humi: & quamvis milites eum erigerent, & Babylonem verſus ſellâ deportaverint geſtatoriâ, cùm tamen ægrè motum illum pateretur, diriſſimis viſcerum excruciabatur tormentis, quibus acriora acceſſere animi ſupplicia.

42. Memoria ei objiciebat tot millia Judæorum injuſtè trucidata, Jeroſolymam flammis abſumptam; Judææ, & Palæſtinæ Regiones devaſtatas, populos interemptos, animalia vi rapta, Sionis arcem per injuriam legitimis ſuis ereptam Dominis, templum orbis totius ſacrarium omni ſcelerum genere violatum, multiplici ſacrilegio contaminatum, direptos theſauros, pollutum altare victimarum, monumenta librorum in divinæ legis contemptum porcino cruore conſpurcata, ſuili pinguedine contaminata, gladijs conſciſſa, & ignibus abſumpta; lychnum in templo ſemper ſplendentem extinctum; & alia plura ſcelera, quorum recordatio mentem torquebat, & patratio ſupplicia accerſerat; quibus corpus Antiochi ſceleratiſſimi pœnas lueret: & ſuper omnia excruciabatur animo, eò quia immanitate plus quàm Scythica juſſerit religioſum ſenem Eleazarum enecari; virgines Numinis cultui addictas præcipitari è muris; in cruces agi, & torqueri extremo ſupplicio rei ſacræ miniſtros, & propter recuſatum porcinæ carnis eſum ſeptem Machabææ fœminæ filios inſueta barbarie trucidari non ob aliam cauſam, niſi quia innocentes erant, divinæ legis cuſtodes, & ſummarum virtutum illuſtres cultores. Ob hæc patrata flagitia ſuper patientiam humanam torquebatur Antiochus, cujus animum profundiſſimus mœror, & horrificarum imaginum perpetua terriculamenta ad amentiam uſque divexabant. Corporis dolores acerbiora ſemper ſubeuntes incrementa exaſperârunt in inteſtinis, in femore & præſertim à tergo enati vermes, & intra cutem ſordes exortæ pediculares. Quæ peſtes intus ſerpentes per viſcera corporia membra dolorifero morſu corruperunt, ut diffluentibus inteſtinis fœtor egrederetur intolerabilis, quem milites, amici, ſatellites fugerent: & ad extremum adeo fuit fœtor intolerabilis, ut & ipſe Antiochus ſe ipſum averſaretur, ac fugeret. Quòd ſi Antiochus pœnas daturus anteactæ vitæ ſceleribus contaminatæ, ob intolerabilem fœtorem ſe ipſum fuerit averſatus, & à ſe fugerit morti obviaturus. Qualis erit fœtor, quem in orco tum damnati, tum Dæmones exhalabunt?

§. VI.

In Gehennali vomica redivivâ, & fœtida damnatorum cadavera tam graveolentem exhalabunt Mephitim, ut eam nequeant impij ferre, fame itidem ac ſiti acerbiſſimè excruciati.

REfert Severus Sulpitius, Cacodæmonem diademate redimitum, ac pur- 43.
purâ prænitentem S. Martino Præſuli Turonenſi apparuiſſe, cúmque interrogâſſe, num ſciret ad quid veniſſet ad ipſum è cœlo Dei filius. Sed Martinus à Deo illicò monitus reſpondit, Chriſtum illo ornatu non conſueviſſe incedere, nec ſpopondiſſe venire; vidiſſe quidem Chriſtum non gemmis nitidum, ſed ſpinis redimitum; non purpura prænitentem, ſed cruore madentem; non ſedentem in purpurea ſella, ſed è cruce pendentem, proinde peregrinum hunc Regem diademate coronatum, & purpurâ prænitentem eſſe illi prorſus ignotum. Vix fari deſiit Martinus, cum illicò evanuit cacodæmon, qui cubiculum tam horribili implevit fœtore, ut Martinus jam apud inferos eſſe arbitraretur, & ſecum ratiocinatus diceret; quòd ſi vel unus duntaxat cacodæmon ſic fœtet, & quantus erit omnium

dœmonum, ac damnatorum hominum fœtor? Non ſolùm Antiochi Epiphanis fœtor, quem corrupta, & diffluentia ejus viſcera exhalârunt, ſed etiam quem reliqui omnes damnati non ſolùm homines, ſed & dœmones emittent, orci inquilinos excruciabit.

44. Ut faciliùs aſſequamur, quàm ſit acerbum hoc fœtoris ſupplicium, proderit tormentum innuere à Mezentio Rege Thyrrhenorum Antiocho haud impari excogitatum. Hic crudelitatis infamia famoſus eò ſævitiei progreſſus eſt, ut plures, non ſecuri, nec cruce, nec rogo interficeret, ſed fœtore jugularet: cadaver hominis vermioans, ac ſemicorruptum vivo corpori, ita aptabat, ut os hominis viventis ori cadaveris putreſcentis, nares naribus, naſus naſo, manus manibus, pectus pectori, venter ventri, & pedes pedibus colligarentur, corpora autem hoc pacto conjuncta in abominabilem locum aliquem jubebat abjici, & ibi tamdiu jacere, quamdiu vivum corpus fœtore cadaveris extingueretur, & à vermibus ab eodem proſilientibus abſumeretur: de quo ſupplicio cecinit Virgilus:

Lib. 8. Æneid.

Mortua quin etiam jungebat corpora vivis.
Componens manibúſque manus, atque oribus ora
(Tormenti genus) & ſanie, tabóque fluentes,
Complexu in miſero, longa ſic morte necabat.

45. Fuit hoc ſupplicium, quo fœtore demortuî vivos jugulavit, horrendum; & tantò crudelius, quantò lentius; quò diuturnius, eò immanius; ſed qualenam erit ſupplicium gehennale, quod ex intolerabili fœtore procedet, qui jugiter exhalabit ex corporibus abominabilibus damnatorum; ex Dœmonibus horrendam mephitim ſpargentibus; ex flammis ſulphureis, exhalationibus tetris, putoribus execrandis, vaporibus putreſcentibus, & ex obſcœniſſimo illo volutabro, ac graveolenti vomica, peſtilenti cloaca, fœtidiſſima colluvie, ubi tartarea monſtra in ſtercoribus ſuis putidis volutabuntur, & computreſcent? Implebitur, quod dixerat Iſaias: *Et erit pro ſuavi odore fœtor:* prædixerat Propheta tempus affore, quando poſt latam à Deo Judice, & vindice ſententiam illam; *Ite maledicti in ignem æternum*, corpora damnatorum in gehenna igne cremabuntur, ſanie diſſolventur, & tabe putreſcent. Quòd ſi Antiochus fœtorem declinaturus ſui corporis ſatiùs duxit morti obviare: quàm gravis, & teter, ac lethalis erit gehennalis fœtor? Patratorum ſcelerum recordatio Antiochum diriſſimè torſit, & fœtorem putreſcentium viſcerum extorſit: *Nunc reminiſcor malorum, quæ feci in Jeruſalem.* Hoc eſt, vermis rodentis conſcientiæ longè acerbiùs Antiochum excruciavit, quam ab iis

Cap. 3.

1 Machab. cap. 6.

torqueretur, quos putredo flagitioſi, ac corrupti corporis foveret.

Conſcientia tot ſceleribus læſa terrores, minas, ac formidines, ſcelerúmque ultrices furias ante oculos mentis exhibebat, ut acriùs torqueretur: facinora enim, & flagitia ſupplicia ſunt impiorum. Cúmque acriùs proprio torqueretur fœtore, cum nec ipſe jam fœtorem ſuum ferre poſſet, tunc in ſe reverſus dixit: *Juſtum eſt ſubditum eſſe Deo, & mortalem non paria Deo ſentire.* Sed quem putas Antiochi arrogantiam depreſſiſſe, inſolentiam repreſſiſſe, & faſtum coërcuiſſe? plagæ fuerunt, à quibus, ſi antea minus ſapuit, rectiùs loqui didicit: ſed reſipiſcentia hæc fuit è lingua tantùm emerſa, non in corde genita: vix plagis contuſus ſe mortalem aſſerit, & fatetur ſe immortalibus imparem: id etiam feræ efferatiores intra caſſes incluſæ, cùm ampliùs in homines ferocire non valent, ediſcunt. Antiochus ex fœtore ſe ſe mortalem, perinde ac olim ex vulnere Alexander ſe hominem eſſe agnovit. Ubi nunc tumidi, ac ſuperbientis Antiochi ſceptrum, ubi diadema, ubi purpura, faſtus, potentia, divitiæ? Adhuc vivens adigitur vermium fieri pabulum; hoc eſt id ante ſepulchrum patitur ſuperbia; quod non niſi poſt fata ſubeundum eſt mortalitati. Ita Deus vindex arrogantiam ulciſcitur intumeſcentium! quot prorepſerunt è putreſcentibus vermes viſceribus; tot divina Nemeſis milites immiſit; ad hominis coërcendam ſuperbiam; quam fœtore, veluti injecto fræno cohibuit; & accommodato ſupplicio punivit. Oh quàm teter, ac gravis erit gehennalis fœtor torquendis damnatis à Deo vindice aptatus! *Totus tremo*, ait Bernardus *de 5. regionibus: atque horreo ad memoriam hujus regionis, & concuſſa ſunt omnia oſſa mea. Locus in quo vermis immortalis, fœtor intolerabilis, malleı percutientes, tenebræ erunt palpabiles.* 46.

Lib. 2. Mach. cap. 9.

Movet nos Avernalis fœtor, ut non ſolùm oculos, aures, & manus; verùm etiam nares in officio contineamus; quòd ſi odoris gravioris impatientes Xenodochia ægrotantium, carceres captivorum, domóſque pauperum averſamur, nóſque propterea redarguat Chriſtus: *Infirmus, & in carcere eram, & non viſitaſtis me*, quomodo Averni fœculentum putorem naribus infenſiſſimum tolerabimus? quomodo patiemur putreſcentibus damnatorum corporibus aſſociari? ſi hæc peſtilentibus humoribus gravata, ignéque circumfuſo ebullientia teterrimam perpetuò mephitim exhalabunt? Væ nobis, qui peregrinis odoribus omnia imbuimus, veſtes, conclavia, lectos, & quidquid crebriùs contingimus exotico priùs odore aliquo inficimus, neque unguentis, & odobalſamis parcimus, ne quid deſit quod nares demulceat; quod libidinem foveat, & ad ſcelus viam emolliat? 47.

Matth. 25. v. 43.

Dele

48. Deleturus olim Deus Pentapoleos civitates, eò quia delicijs difluentes, vitijs indulſerint, ſulphureum ignem è cœlo pluvium miſit: *Dominus pluit ſuper Sodomam, & Gomorrham ſulfur, & ignem à Domino de cœlo, & ſubvertit civitates has, & omnem circa regionem, univerſos habitatores urbium, & cuncta terræ virentia.* Sulfureus ignis, & fœtulentus putor tortores fuerunt libidinis. Mores corruperant Pentapolitæ; Venereis cupiditatibus temperantiam extorrem depulerant; nefandis libidinibus honeſtamenta virtutum abegerant; *Clamor Sodomorum, & Gomorrhæ multiplicatus eſt, & peccatum eorum aggravatum eſt nimis. Deſcendam, & videbo, utrum clamorem, qui venit ad me, opere compleverint? an non eſt ita, ut ſciam.* Quid quòd Deus deſcenderit, ut videret? ſi non poteſt quidquam Dei oculos ſubterfugere, ſi omnia ſunt Deo explorate; cur deſcendiſſe dicitur, ut videret? nimirum deſcendit, non quod ipſi opus fuerit cominus videndi; non ut certior fieret; ſed ut nos verius erudiret, quàm lentè, et prudenter procedendum ſit ad pœnam, ait Seneca: *Veritatem dies aperit, potéſque pœna dilata exigi: exacta revocari non poteſt.* Sæpe ſiniſtro rumori malignites dat initium, credulitas incrementum. Fœdis ſe libidinibus coinquinârunt Pentapolitæ: ſed edax flamma combuſſit, quos carnalis delectatio polluerat.

Geneſ. 19. v. 24.

Gen. 18.

Lib. 2. de ira.

49. Qoia verò impij elimenta non ſumpſerunt ut medicamenta, ſed ut palati, guſtúſque irritamenta, & non ot detritas reficerens vires, abſumptos reſtaurarent ſpiritus, ſed ot ſenſui indulgerent, & ſtomachum exoticis implerent ferculis; torquebuntur etiam rabida fame, ait enim David: *Famem patientur ut canes.* Quòd ſi is miſerrimus eſt, qui fame vellicante cupit quidem edere, ſed quòd edat ei non ſuppeditatur; is longè miſerior, qui ſemper cupit edere, quem rabida fames ſtimular, & intus leneinat, ſed quod edat, nec habet; nec ulla ei ſpes affulget ſolatium aliquod fami ſedandæ obtinendi: eſt hæc fames malorom doriſſimum, quò miſerè qois premitur, ait Quintilianus: *Felix peſtilentia, felix præliorum ſtrages, denique omnis mors facilis, fames aſpera duriſſima neceſſitatum, deformoſiſſima malorum.* Deterius eſt fames malum, quàm ſi peſtis graſſetur, bellorum conflictus ſæviant, ac cruentas effundant ſtrages; febris æſtuet in corpore: hinc extrema fames homines plerumque eò adegit furiarum, ut ſuas ipſi carnes avidiſſimis dentibus diſcerperent, eíſque veſcerentur fami ſedandæ. Idque præſtitiſſe Zenonem Imperatorem antea ſepultum, quàm mortuum ex Ennodio, & Zonara refert Baronius ad annum Chriſti 491. quòd ſi in omni, qua premimur neceſſitate duriſſima eſt femes, quæ à Quintiliano vocatur: *neceſſitatum duriſſima, & malorum deformoſiſſima:* hoc ſupplicio torquebuntur impij, qoibus cùm viverent, nil megis volupe fuit, quam pingui arvina corpus farcire, ſympoſiis indulgere, immodico vino madere, exotica fercula quærere. Hi enim quia fuerunt mancipia ventris, eucupes voluptatum, liguritores, aſoti, qui Sipariticas fuêre cœnas ſubodorati, magíſque ſuſpexerunt palatum, quam cœli palatium, & ſtuduerunt magis venrri, quàm mentis eodem quo deliquerunt ſenſu, miſerè torquebuntur, femem patientur ut canes: quia in cibum, & hauſtum in eſculenta, & poculenta, ſe totos effuderunt, & lautitiárum genus omne fuerunt ſectati, ventris delicijs inhiârunt, patinis avidiſſime adhæſerunt, & guſtum omnem in cupediarum appetitione expleverunt, luxum in epulis quæſierunt, & nil ſtudioſiùs inveſtigârunt, quàm delicatiora fercula, quibus palato eblandirentur; mox detruſi in gehennali carcere femem patientur ut canes.

Pſalm. 58. v. 7.

Declam. 12. §. 21.

Variè eſſolet gula delinquere, cùm nimium cibi, & potûs ingeritur, & ſtomachus ita gravatur, ut plerumque doleat, & reclamet. Sunt etiem ſtomacho ſui clamores, ſunt & indignationes, quibus frequenti ructu clamat, ne tam immodicè gravetur, eò quia præ nimio cibo, & potu obruetur, ſuccumbar, deſtruatur: ſtomachus refocilleri quidem debet, ſed non farciri; cibos eſt quidem ſumendus, ſed ut vires reficientur, non opprimentur: immodicus cibus non eſt ſtomacho ſolatio, ſed perniciei; & quod palato eſt oblectamento, ſtomacho eſt nocumento; quia ut ait Chryſoſtomus prope fin. *Quod neceſſitatem in edendo excedit, id non alimentum, ſed peſtis eſt. Satietas morborum omnium origo.* 50.

In cap. 2. Joan. homil. 21.

Quapropter morti corporis, & enimæ nos gula initiavit, ſiquidem primi homines à Deo conditi in paradiſo terreſtri interdicti pomi eſu poſteros ſuos omnes, antequam gignerent, interfecerunt: & non tantùm gulæ vitium, noxium eſt corpori, ſed etiam animæ: ab hac enim fœculente radice germinant ſtupor mentis, languor cordis, tœdium animi, ſcurrilitas, loquacites, diſſolutio, quin etiam rixæ, contentiones, ut qui vino maduêre immodico, ſanguine coinquinarentur effuſo: ab hoc infecto fonte oritur intellectûs heberudo; voluntatis ad carnis illecebras pronites; memoriæ extinctio, concupiſcentiæ fomes, libidinum æſtus, vitiorum reliquorum fomentum, & virtutum omnium deſtructio. Ab hac putreſcente redice pullulant ægritudines, oritur egeſtas, exilit rei familiaris profuſio, & morborum omnium ferales phalanges inde oriuntur, ut etiam ipſe mors graviori ciborum ſarcinâ acceleretâ, ut paucos dixeris, vel ſebri abſumptos, vel cruditatibus corruptos, vel doloribos excruciatos, vel paralyſi correptos, vel alio morbo infectos, quos gula ad illas non edegerit miſerias, quia ut ſcitè Chryſoſtomus; *ſatietas morborum omnium origo.* 51.

Al-

52. Altera gulæ noxa eſt cibis inhiare delicatioribus, omne indagare lacuum profundum, maris ſinus intimiores penetrare, & conchilia inde eruere; feris, apris, damiſque ſylveſtribus capiendis exercitu canum venaticorum ſylvas percurrere, montes conſcendere; ultra Phalin volucres aucupari delicatiores: etenim gulæ domeſtica, & nota faſtidienti exotica quæque convehuntur, ac è toto orbe epulæ conquiruntur, ut quantò eſt ferculum charius, eò delicatius ſapiat. Alia gulæ noxa eſt ſympoſiis, & convivijs non ſolùm potiorem temporis partem prodigere, ſed & nummorum uberiorem copiam impendere, ſcimus à priſcis hominibus inſtituta fuiſſe convivia; ut à filijs Jobi, ſed nonniſi rarò id contigit, ſemel & iterum in anno; ſed deliciis gulæ ſtudentes tot inſtituunt comeſſationes, quot numerat annus dies; adeò ut etiam cùm jejunant tempore quadrageſimæ, videantur & tunc bacchanalia vivere. Hinc jejuniorum leges temerè transgrediuntur, vel ad proprium arbitrium ſatagunt explicare, & plures, qui ſe jejunos credunt ſtomacho dolent præ nimio cibo; mente vacillant ob immodicum hauſtum, qui plurimorum eſt fons vitiorum, mentem enim inſepelit, rationem perturbat, & æſtus fœdæ concupiſcentiæ excitat. Et hos Chriſtus minatur Luc. cap. 6. v. 25. *Væ vobis, qui ſaturati eſtis, quia eſurietis.* Hoc eſt væ vobis, qui corporis colluvione ſtupidi, ingeſtis ferculis fracti, immodico vino madidi, veluti pingueſcentes oves vicos obambulatis, & omnia ructibus contaminatis, quorum palæſtra eſt culina, gymnaſium eſt triclinium, ollarum ſtrepitus eſt lituus, quorum deliciæ ſunt fercula, & culinarum nidores. *Væ vobis, qui ſaturati eſtis, quia eſurietis.*

53. Non tamen credamus, damnatos ita eſurire, ut omni careant cibo, omnique ſint
Deuter. 32. potu deſtituti, cùm Moyſes exponat eorum cibum, & potum inquiens: *Uvæ eorum uvæ fellis, & botri amariſſimi. Fel draconum vinum eorum, & venenum aſpidum inſanabile.* Et David etiam aſſerat, partem calicis iiſdem propinandi ignem eſſe, & ſulphur,
Pſalm. 10. ac ſpiritum procellarum: *Ignis, & ſulphur, & ſpiritus procellarum pars calicis eorum,* ut nimirum ſceleribus reſpondeant ſupplicia; ſitierunt ebrioſi dulce vinum, generoſa falerna, & ipſis propinabitur fel draconum. Sitierunt, ut biberent aurum; & ipſis liquefactum aurum exhibebitur, ſed in os eorundem infuſum. Sitierunt ſanguinem, & cruentas clades; & inebriabuntur ſanguine ſed venenato draconum: *Fel draconum vinum eorum, & venenum aſpidum inſanabile:* & huic felleo liquori nulla dulcedo mederi poterit.

54. Hiſce ſupplicijs aliud etiam addetur fames ſcilicet, & ſitis cœleſtis gloriæ, à qua cum ſe noverint æternùm excluſos diriſſimè excruciabuntur; nulla enim major fames, nulla acrior ſitis præ illa, quâ quiſque damnatorum avidiſſimè concupiſcit Deo frui, & cœleſti beatitate donari: nulla eſt vis mali, quæ conferri poſſit, cùm ſummi boni, ſeu Dei privatione, in cujus ſpem, & poſſeſſionem fuerat quiſque homo conditus; cujus propterea ſitis, & deſiderium miſeros in gehenna detruſos torquebit, adeò ut etiam ipſius beatitatis, & cœleſtis gloriæ privatione miſeriores fiant. Quæri ſolet, cur in die univerſalis judicij Chriſtus futurus omnium Judex priùs dicatur ſibi adſciſcere prædeſtinatos ad gloriam dicens:
Venite benedicti patris mei poſſidete paratum Matth. 25. v. 34.
vobis Regnum, & poſtea ſententiam ferat ſeveriſſimam contra reprobos, dicatque *Diſcedite à me maledicti in ignem æternum,* cur non priùs impios in gehennam detruſit, quàm juſtos ſibi aſciſceret in cœleſti gloria? Cur priùs probos, & ſanctos voluit cœleſti gloriâ donatos, quàm reprobos ad gehennam deſtinatos? ſi enim prius impios ad æterna detruſiſſet ſupplicia, & poſtea juſtos cœleſti gloriæ pronuntiâſſet addictos, utique divini judicij exitus ſuavior eſſet, & miſericordiæ faveret, cum juſtorum gloria finem eidem imponeret: ita videtur pietas exigere, miſericordia expoſcere: ſed quia ſeverior Dei juſtitia voluit, ut vel ipſa juſtorum gloria impiorum fieret ſupplicium, & proborum felicitas damnatorum augeret cruciatus, prius juſtos accerſivit ad gloriam, quàm reprobos damnaret ad ſupplicia, ut eò acriùs torqueantur, quò audient priùs juſtos gloriâ donari, & inter hos plures adeſſe pauperes, quos cùm viverent, habuerunt contemptui; & ipſos in gehennam detrudi æternùm excruciandos, ut ſcitè adnotavit Euſſenus inquiens: *Omnes ergò reſurrecturi* Homil. 2. in ſymbol.
ſunt, boni, & mali. Juſti ut percipiant, quæ meruerunt; injuſti, ut videant, quid perdiderunt, reportaturi ſecum primam pœnam alienæ beatitudinis conſcientiam.

55. Acrior igitur, ac gravior, imò & prima reproborum pœna hæc erit, noviſſe juſtos cœleſti donari beatitudine, æterna gloria fulciri, & ipſos æternis ſupplicijs addictos illos cum Judice glorioſo, Angelorúmque comitatu feſtivo ſurſum aſcendere, & Regni cœleſtis ſedes occupare; & ipſos à tartareis ſatellitibus ignitis catenis vinciri, & præcipites agi in gehennam æternis ſupplicijs excruciandos abſque ſpe ulla inde evadendi, quaſi Deus eorum penitùs obliviſcatur; ait
Job. *Nudus eſt infernus coram illo* (ſcilicet Deo) *nudum eſt operimentum perditioni,* Cap. 26. v. 6.
quæ verba expendens D. Thomas, quaſi Deus diceretur neſcire damnatos ac eorum prorſus obliviſci ait: *Quaſi dicat ea, quæ in inferno aguntur, conſpicua ſunt coram oculis ejus, & ſecundùm ejus judicium aguntur;* nimirum adeò acerba ſont damnatorum ſupplicia, ac intenſi, & intolerabiles cruciatus, acſi dubium foret, an eorundem conſcius eſſet Deus piiſſimus, & clementiſſimus: ideó-

que

que quò Jobus indicaret ſupplicia illa juſtiſſimi Judicis Dei fuiſſe decreta judicio conſultiſſimo, neceſſarium duxit hac de re homines facere certiores, ne quiſpiam eſſet, qui tantæ acerbitatis iniquus expenſor, crudelitatis putaret tormentum, quod meræ juſtitiæ aſt ſupplicium, quæ ne crederetur à gehenna abeſſe dixit Jobus: *nudus eſt infernus coram illo*, hoc eſt omnia ſupplicia, quibus miserè torquentur impij in gehenna nuda ſunt, ſeu aperta, & perſpicua Deo ea videnti, & ſcienti juxta divinæ juſtitiæ rectiſſimas regolas eſſe inflicta, tametſi duriſſima ſint, acerbiſſima, & æternùm duratura.

56. Nihilominus licèt æquiſſimo Dei judicio hæc damnatorum pœna ſtatuatur, neque Dei lateat ſcientiam, à cujus perſpicacia non poteſt quidquam ſe ſubducere, adhuc tamen quaſi eblandiatur ſuæ miſericordiæ damnatorum cruciatus quodammodo Matth. 25. v. 41. neſcire dicitur, ait enim Chriſtus: *Diſcedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus eſt Diabolo, & Angelis ejus.* Quid? quòd hominum non meminerit, ſed Diaboli, & Angelorum ejus? An quia non propter homines, qui ex fragilitate cecidêre, ſed causâ dœmonum, qui pervicacia, & malitia deliquerunt, gehennam extruxerit, & ſuppliciorum omnium genera ibi congeſſerit? Ita eſt, Dei bonitas, quæ gehennam Diabolos deſtinaverat, cœlum hominibus donaverat: adeo ut non ſit ipſe Deus, qui impios è cœli Regno excludat, ſed ſint ipſi homines, qui per patrata ſcelera per congeſta millena flagitia ſe ipſos è cœli gloria excluſerunt, ſéque præcipites in baratrum egerunt gehennale.

57. Etiam virginibus fatuis clauſam pulſantibus januam, ut ipſis aperiretur, & ad ſponſum ingrederentur, fuit ab ipſo ſponſo reMatth. 25. v. 12. ſponſum: *Neſcio vos*, ſed ſi ſponſus erat omniſcius, ſi omnia ſunt Deo explorata, & aperta, ut non poſſit quidquam ipſum latere, quomodo reſpondit, neſcire pulſantes, ignorare virgines ad ipſum ingredi ſatagentes? nimirum neſcit Dei pietas excluſionem impiorum à cœleſti Regno, & eorundem ſupplicia, quia non fuit ipſe prima origo, cum gehennam Diabolo deſtinaverit, & cœlum hominibus donaverit: ſed quia impij, ſe ipſos voluerunt è Regno cœleſti excludere, ſéque ſupplicijs æternis addicere, ideóque dicitur Dei pietas damnatorum pœnas neſcire, quas juſtitiæ rigor decrevit. Dum igitur clauduntur damnati ferreis repagulis in gehennali carcere abſque ſpe ulla inde evadendi; arcaniori indagine dicitur Deus eos ibi neſcire, ut ſcitè obſervat Emiſſenus inquiens: *Ideo autem Propheta dixit: neque urgeat ſuper me puteus os ſuum; quia cùm ſuſceperit reos, claudetur ſurſum, & aperietur deorſum; dilatabitur in profundum: nullum ſpiramen, nullus liber anhelitus, clauſtris deſuper urgentibus, relinquentur. Detrudentur illuc vale, dicentes rerum naturæ: ultra neſcientur à Deo, qui Deum ſcire noluerunt. morituri vitæ, morte ſine fine victuri.* Detruſos igitur in gehennali carcere dicitur Deus neſcire, quia Dei miſericordia eos cœlo deſtinaverat, & quia ipſi maluerunt fucatis mundi voluptatibus adhærere, & vitijs indulgere, quàm culturæ virtutum ſtudere, ideo divina juſtitia ſupplicijs illis addixit, quæ ſibi ipſis per patrata ſcelera accerſiverunt.

§. VII.

Qui ſeria perpenſione in infernum crebrò deſcendunt viventes, cavent ne illuc ruant morientes; laxam vivendi licentiam coërcent; & pravos quosque affectus hoc fræno compeſcunt.

SI gehennæ ſupplicia ſeriò perpenderent, qui vitijs indulgent, & viventes in infernum deſcenderent, procul dubio laxam coërcerent vitæ licentiam, & pravos omnes affectus compeſcerent, ne æterna ad ſe per vitiorum indulgentiam traherent ſupplicia: qui enim in infernum ſeria, & crebra meditatione ſuppliciorum deſcendunt viventes, cavent, ne illuc ruant morientes: ſi ſeriò perpendant voracitatem flammæ perennaturæ, vermem conſcientiæ jugiter corrodentem, rabidam deſperationem æternùm torquentem, ſi ſint ſui compotes, & nondum à ſana mente ceciderint, fieri nequit, quin vitia declinent, mores corrigant, & lachrymis veræ reſipiſcentiæ, quas contraxerant ſcelerum ſordes, eluant: ſi enim datum eſſet alicui ex detruſis in gehennali carcere ſuas nobis pœnas explicare, horrore concuteremur: inducit Auguſtinus miſeros illos loquentes, & ait in quodam ſermone ad eremitas: *Miſeri præ nimia doloris amaritudine amariſſimè flentes, & præ anguſtia ſpiritus gementes dicent in inferno: Quid profuit nobis ſuperbia noſtra? divitiæ, honores, dignitates, luxuria, curioſitas, & omnes delectationes carnales, quid profuerunt nobis? Ecce omnia tranſierunt quaſi ſomnia, quaſi fumus, & umbra, & quaſi non fuerint, & nos cruciatibus deputati ſumus & ſupplicijs æternis: in inferno nulla eſt redemptio, quoniam ibi gemitus ſunt, & ſuſpiria, non eſt, qui miſereatur, ibi eſt dolor, & planctus, & clamor, & non eſt qui audiat.* Si hæc ſeriò perpenderent, qui mundi inhiant delicijs, qui vitijs indulgent, normam omni ſolicitudine honeſtiùs vivendi ſuſciperent. 58.

Mirabantur olim Thebani, quod Reſpublica Lacedœmoniorum culturâ virtutum effloreſceret, & cives ita in officio continerentur, ut rara in ipſis vitia irreperent: & quia hæc vivendi forma Thebanis placuit, vitia omnia, quæ tunc Thebis graſſabantur, expulſuri, delegârunt Philonium Philoſo- 59.

phum, qui ſingula in Lacedœmonijs obſervaret; leges omnes, & quidquid civici juris eſſer adnotaret, & ſcriptum ſecum redux ferret. Suo Philonius officio functus, cum exactè Lacedœmonios obſervâſſet, eorum leges ſcripſiſſet, & quidquid io urbe viderit adnotaſſet; Thebas redux Senatui exhibuit à ſe in prægrandi folio exararas virgas, laqueos, patibula, flagra, fidiculas, ſeu inſtrumenta tortoria, equuleos, cataſtas, ſecures, roias, cruces, & gladios: eúmque Thebaoi mirarentur, ac hærerent ancipites, quid ſibi vellet Philonius rali ſuppliciorum exhibitione, in has voces erupir Philoſophus: Vos me miſiſtis, ut obſervarem Lacedœmoniorum Rempublicam, & quid præſertim in cauſa eſſet, cur io ea civitate vitia oon graſſarentur, & virrutes io civibus florerent, & cùm ſedulò cuncta obſervâſſem, quo munus meum ritè obirem, tandem depreheodi, hæc ſuppliciorum ioſtrumenta, quæ vobis in hoc folio ſpectabilia exhibeo leges eſſe, quibus cives Lacedœmonij contiocotur in officio, & in ſtudio proficiunt virtutum: nemo apud ipſos eſt impunè vitioſus: ibi virtutibus ſua reſpondent præmia, ut & ſceleribus pœnæ: Lacedœmones igitur exhibitione præmiorum ad culturam alliciuntur virtutum; & cimore ſuppliciorum à ſceleribus patrandis arecotur. Vultis & vos Patres cooſcripti, ut mores Thebaoorum corriganrur; vitia ab urbe ahigaotur; hiſce & vos inſtrumentis utimini ſuppliciorum.

60. Legislator noſter Deus ſuum Sapientiſſimè munus adminiſtrans, oe mores corrumpantur, ne diſciplina corruat, ne cultura virtutum negligatur, non paribula, nec ſecures, nec flagra, oe caraſtas, nec rotas, nec cruces, nec alia ſuppliciorum inſtrumenta materialia nobis exhibet, ut tetrore perculſi mores emendemos; ſed gehennam nobis oſtendit, & rogum jugiter arſurum. Si ſeriò ſupplicia illa perpenderemus gehennalia, mundi delieiis diffluere non curaremus, qoæ larvato riſu nos ſeducunt, & ad æternum nos loctum perducunt: circa mundi illecebras pernicioſus inter homines non graſſaretur error; nec ranti facerent voluptatis illicia, ventris, ac Veneris mancipia; ideo nil in vita corrùpto judicio cenſent præſtabilius eſſe, quàm in sympóſiis, ſcortiſque conſeneſcere; & ſtudia virtutum ne digitorum quidem crepitu digna æſtimant, quia viventes ounqoam in infernum deſcendunt: adeò ut non defuerit procax quidam, qui imprudenter aſſerverit, malle ſe inter mulieres voluptatibus diffluere, quàm inter Philoſophos Sapientiam enanciſci; cui tamen eùm occurriſſet Pythagoras repoſuit; ſibi non adeò mirum videri, eùm & ſues libentiùs in cœno, & luto, quàm in fontalibus, ac pellucidis volutentur laticibus.

61, Si qui fœdis libidinibus Nerones, Caligulas, Heliogabalos, & alia antiqua corruptæ naturæ portenta æmulantur, ſeriò gehennalia perpenderent ſupplicia, ſulphureo hoc in rogo tœdos omoes extinguerent libidinum æſtus, & ad rurpia incitanti concupiſcentiæ frœnum iojicerent, & mores corrigerent: ſi Helluones, qui Vitellium Apicium, aliòſque pares gurgites imitaotur, qui aſſidua vomendl conſuetudine id egêre, ut denis perſæpe, imò & duodenis uoius diei convivijs pares eſſe poſſent, famem perpenderent, quâ in gehennali carcere detruſi corroduntur, eò quia *eorum Deus venter fuevit, & propterea gloria in confuſione ipſorum*, 3. v. 19. ut ſcribit Apoſtolus ad Philippenſes. Seu ut interpretatur Chryſoſtomus, *qui ex impudicitia, & libidine, quæ pudoris, atque ignominiæ mater eſt, impudentiſſimè gloriam aucupantur*; ſymposia, caupanas, ac lupanaria non frequentarent, praviſque omnibus affectibus, ac concupiſcentijs frœna injicerent, ſi ſeriò gehennales perpenderent cruciatus. Suppliciorum æteroitas proba eſt pædagogia, qua edocemur, quàm vana, quàm futilis, & vacua ſit mundi voluptas, quàm fluxa hæc momentanea vita, quæ vix oritur, moritur, quapropter monet Eccleſiaſticus: *Si* Cap. 11. v. 8. *annis multis vixerit homo, & in his omnibus lætatus fuerit, meminiſſe debet, tenebroſi temporis, & dierum multorum; qui cùm venerint, vanitatis arguentur præterita.*

Qui ſapiunt, & viventes in infernum 62.
deſcendunt, ne illuc ruant morientes, perpendunt, quàm vanæ, quàm umbratiles ſiot mondi deliciæ, quibus Auceps Avernalis incautos homines allicit, quos io ſuas pertrahat caſſes: conſpiciont, nihil eſſe præſentis vitæ dies, oculos illuminatæ mentis in conſiderationem figentes æternitatis; quæ ſola præ reliquis omnibus pretium mererur, & quæ ſola vitæ nomen ſibi vendicat, eum reſte Boëtio: *Nil aliud ſit æternitas, quàm interminabilis vitæ ſimul & æterna poſſeſſio.* Lib. 5. de conſ. proſ. 6. Dicitur poſſeſſio vitæ, quo indicatur perfectus quidam habendi modus, per qoem vita non expectatur, ſed poſſidetur; non ſperatur, ſed præſens teoetur; oon habetur in ſpe, ſed poſſidetur in re: neque eſt quævis poſſeſſio, ſed vitæ, quæ perfectio eſt, in cujus propterea poſſeſſione æternitas collocatur, quæ perfectiſſima eſt duratio. Eſt poſſeſſio vitæ ioterminabilis non ſolùm in futurum, ut impoſterum nequeat ullo claudi termino, ullo finiri limite; verùm etiam retrò in præteritum, ut nunquam illa vitæ poſſeſſio potuerit incepiſſe. Eſt itidem hæc poſſeſſio tota ſimul, eò quia non habet partem poſt partem, ſed totam ſuam extentionem collectam in momentum habet, adeò ut in uno impartibili momento ſimul habeat unitum quidquid per infinitos ſæculòrum tractus habet extenſum. Perinde ac Dei immenſitas totam illius magnitodinem, quæ ſine limite in omnem utrinque partem diffunditur, colliit in punctum, in quo non minus habet

loci

Digitized by Google

loci, quàm in ſpatio immenſo; ita æternitas Dei durationem, ſeu vitam, quæ tempori coextenditur infinito in unum momentum, & totum ſimul colligit: ita enim ſe habet æternitas ad punctum temporis, ſicut immenſitas ad punctum loci: ex quo conjicimus, quanta ſit mens, Deus, quàm capax, & infinita. Demum hæc interminabilis vitæ poſſeſſio eſt perfecta, ſeu ab intrinſeco inamiſſibilis, quod enim interitui eſt obnoxium, vel amitti poteſt, non perfectè poſſidetur.

63. Quantus igitur non deberet timor eſſe æternæ damnationis, io qua eſt infiniti, & æterni, ſummiſque booi jactura, & æterni ſupplicij perpeſſio? nulla enim eſt jactura, quæ conferri poſſit, cum jactura infiniti, & æterni boni, quod in æternum fuiſſet poſſidendum; & nullum pœnale malum majus, nullum tormentum gravius ſupplicio gehennali æternùm duraturo; ubi in gehennam detruſi teterrimis cæcutientes tenebris ardenti ſiti æſtuabunt, canina fame corrodentur, conſcientiæ verme diſcruciabuntur, æterno fœtore, horrore, luctu, & comploratione affligentur: quis ſi ſeriò æternitatem in hiſce conſideret ſuppliciis non totis artubus contremiſcat, non toto corpore exhorreſcat? Qois tam fatuus, & à ſana mente dejectus, qui volaticas mundi voluptates, umbratiles honores, fugaces divitias, furatas delicias, larvatas dignitates, ad momentum allicientes vellet cum tanto æternorum diſcrimine aucupari? Quòd ſi gehennæ ſupplitia oonniſi mille eſſent annis duratura, quis mercator ita eſſet peſſimus, qui pro momentaneis delicijs, pro modica voluptate vellet ſuppliciorum ſibi millenos annos coëmere? & quantò craſſior eſſet fatuitas, ſi hæc tormenta centum millium annorum eſſent duratura, vel ſi centuplo diuturniora? & quid ſi per totam æternitatem, quæ nec numero, nec menſura comprehendi poteſt; etenim poſt decem anoorum myriades, poſt centies millena millia myriadum non ſolùm noo aſſignatur finis, ſed nec dum medium, imò nec initium, quòd ſi hiſce adderes tot millenas annorum myriades, quot aër complectitur athomos, quot mare guttulas, quot litora arenulas, quot terra pulveres; & ſingulis reſpondetent decies centies millena millia myriadum, adhuc nec ipſum attingeres medium æternitatis, imò nec initium. Quòd ſi adderes numeros omnes Aritmeticæ qoadratos, & cubicos, quibus implerentur tot foliorum volumina, quot concavum lunæ ſpatium, quà latiſſimè patet, cogitatione fingimus poſſe complecti, necdum primum aſſequeremur æternitatis veſtigium.

64. Cùm igitur certum ſit, gehennæ ſupplicia fore ſempiterna, & æternùm duratura, an non infinita quadam dementia, & craſſiſſima fatuitate eos dixeris laborare, qui at mundi delitijs diffluant, voluptatum illecebris perfunduntur, proprijs concupiſcentijs ſatisfaciant, pravis ſuis affectibus, & deſiderijs indulgeant, peccata peccatis adjiciunt, & certiſſimo æternæ damnationis ſe exponunt diſcrimini? Nulla poteſt dementia turpior excogitari, nulla inſania pernicioſior. *Infernus* ait Hugo Victorinus: *locus eſt ſine menſura profundus, ſine fundo, obſcurus, teter, horribilis, plenus fœtore intolerabili; plenus ardore incompatibili; plenus dolore innumerabili, ibi miſeria, ibi tenebræ, ibi ordo nullus, ibi nulla ſpes boni, nulla deſperatio mali.* Quòd ſi ſpes eſſe dicitur moleſtiarum lenimentum, laborum levamentum, miſeriarum ſolatium, hæc nulla erit io gehenna. Lib. 4. de

Spes duo præſertim expectat fructum rei ſperatæ, & finem laborum, & his duobus veluti geminis ſpongijs quidquid lachrymarum funditur, exiccatur; quidquid ſudoris emittitur, abſtergitur. Quòd ſi adactus ſit quis inſervire alteri, vel diuturnos ſubire labores abſque ſpe ulla mercedis, durriſſimus eſt ei labor, moleſtiſſimus famulatus. Hoc idem captivis in gehennali ergaſtulo continget: *Quærent mortem, & non invenient eam deſiderabunt mori, & mors fugiet ab eis;* ac propterea ait Auguſtinus ſerm. 112. *Habebunt impij in cruciatibus vitam. Sed qui vivunt in tormentis cupiunt (ſi fieri poſſit) finire talem vitam, ſed nemo dat eis interitum, ut nemo auferat cruciatum.* Semel enim clauſâ januâ cœleſtis patriæ ſequitur deſperatio ſalutis obtinendæ, & æternæ pœnæ declinandæ. Illius januæ cardines nullæ convellunt machinæ, illius ſeras nullæ valent vires effringere; & detruſos io Orco, videntes ſibi clauſam eſſe cœli januam, deſperata rabies, ac furor divexabit; & licèt noverint, ſe debitores tantarum pœnarum; quia tamen turbata mens exagitatur, & vi doloris à ſe quaſi dejicitur, & ratio in furorem vertitur, vincitúrque ab ira, quâ perciti & ulcerati ſe conſumere vellent, ideo acti in furores, ac extremam deſperationem canino, & rabido dente carnes proprias diſcerpent, morſibúsque dilacerabunt; contra Deum, quem non vident inſurgent maledictis, blaſphemijs, & convicijs, oculis flammâ micantibus, vultu ſævo, & atroci, ore iras deſpumante, propriam, quâ aguntur, deſperationem indicabunt: eſt propterea deſperatio malorum extremum, cujus eſt mors pediſſequa, qui enim adverſis ſuccumbunt, ſpe omni deſtituti malum imminens declinandi, ad flumina, lacus, vel mare currunt, quò mergantur, vel ferrum quærunt, quod in proprijs condant viſceribus: vel laqueos emunt, quibus ſe ſuſpendant: vel per præcipitia ruant; vel per inflicta vulnera ſe cruentent, donec animam exhalent: vel venenum hauriunt, ut adverſitati, quâ premuntur finem imponant: ſed in gehenna deſperatio nullum poterit ſupplicijs illis terminum præſcribere, quapropter Angelus à Joanne viſus juravit; *per vi-*

65.

Apocal. 9. v. 6.

Apocal. 10, v. 6. *ventem in ſæcula ſæculorum, quia tempus non erit ampliùs*, ſed tempori hujus vitæ ſequitur æternitas: & hoc Angeli immutabile jusjurandum innoteſcet damnatis, qui propterea ſemel audita æterni Judicis ſententia; *Diſcedite à me maledicti in ignem æternum;* hoc horribiliſſimum tonitru in eorum auribus perpetuis inſonabit fragoribus, & ſummâ excruciabuntur triſtitia; eò quia ſe noverint damnatos in ignem æternum absque ſpe ulla evadendi diriſſima illa ſupplicia. Sunt, qui ex imminente graviſſimo aliquo malo, quod non valent declinare, deſperent, ſed ſemel tantùm, quia deſperationem mors excipit: ſed in gehenna momentis ſingulis infelices illi deſperabunt, & eorum deſperatio veluti febris ectica, ac continua eos corrodet, & non abſumet; mortem, & in nihilum redigi percupient, ut à tormentis ſe ſubtrahant, ſed mors fugiet ab eis.

66. Jerem. c. 1. v. 11. & 13. Quæſivit olim ex Jeremia Deus: *Quid tu vides Jeremia?* cui ille; *virgam vigilantem ego video.* At Deus iterum Vatem interrogat: *Quid tu vides?* & tunc Jeremias reſpondit. *Ollam ſuccenſam ego video.* geminæ interrogationi duplici ſatisfecit Propheta ſupplicio, quo pœnas hujus, & alterius vitæ indicaret: ſupplicia, quibus dum adhuc vivimus affligimur, virgæ ſunt, & quidem flexiles, quæ etiam Deum ad veniam flectunt. His enim virgis etiam filios, quos amat, caſtigat, quia non ad necem vulnera infligunt, ſed ad ſanitatem probos mores inſtituunt, & pulveres noxarum excutiunt, quapropter aiebat David Pſalm. 22. v. 4. *Virga tua, & baculus tuus ipſa me conſolata ſunt*, quia ſcilicet ſtimulos addunt ad exercitia virtutum. Monent, ut mores, ſi pravi ſint emendemus; affectus, ſi inſoleſcant, coërceamus; & concupiſcentias, ſi fœdè æſtuent, abigamus; hinc Regius Vates loquens de hac virga, quâ Deus, amat, caſtigat; & qua diverberando pulveres excutit pravorum affectuum, & ad vitæ emendationem admonet; ait: *Virga directionis, virga Regni tui:* eſt ſiquidem virga, quæ dirigit, ut rectè incedamus, & greſſum properemus ad cœleſte Regnum: *Virga directionis, virga Regni tui:* unde verbera, quibus hæc virga nos percutit, indicia ſunt amoris, & vulnera ſanitati præludentia. Secus olla ſuccenſa, quam vidit Jeremias, non directionem, aut ſolatium, ſed perditionem, & exitium, ac deſperationem ſubindicat in gehenna, quæ veluti olla ſuccenſa ebulliet, & in qua corpora damnatorum incluſi torquebuntur, non per diem unum, aut annum, aut ſæculum, ſed in æternum ſine termino, absque ullo fine.

Pſalm 44. v. 8.

§. VIII.

Gebennali detruſis in carcere amariſſimum obtinget volatica mundi adbæſiſſe voluptatulæ, & per lethalem noxam ſe à ſummo Bono averſiſſe, ac æternùm torqueri.

Quæritur, cur una duntaxat lethalis noxa tam atroci, diuturno, & æterno puniatur ſupplicio? in Chriſtiana noſtra religione, quædam ſunt, quæ licèt fide certiſſimè, ac citra omnem hæſitationem credamus, intellectu tamen difficilia ſunt, ut Myſterium Trinitatis: Verbum divinum noſtra indutum humanitate, & Deum hominem fieri: Euchariſtiæ miraculum: mortuorum in vitam reditus: æternitatis ſupplicium; quæ tamen omnia, licèt noſtro captu difficilia, adeo tamen illuſtribus ea Deus miraculis confirmavit, ut nullus ſuperſit ambigendi locus, & ſcripturarum teſtimonia, Conciliorúmque definitiones, ac SS. Patrum aſſerta omnem prorſus dubitationem excutiunt. Etenim decedentes hinc noxa infectos lethali, æterna eſſe ſubituros ſupplicia absque ulla ſpe remiſſionis deſumitur ex Jud. 16. *Dabit ignem, & vermes in carnes eorum, ut urantur, & ſentiant usque in ſempiternum*, ac ſi diceret; væ genti iniquæ! Dominus enim omnipotens vindicabit in eis in gehenna, ubi per totam æternitatem igne torquebuntur, & comburentur, & acriter dolebunt: ſententia ſicut æternùm erit manſura, ita & ignis in æternum torquebit, quem vitare non poterunt, qui in gehennali carcere detruduntur; ibi enim ut ait D. Gregorius: *ſit miſeris mors ſine morte, finis ſine fine, defectus ſine defectu, quia & mors vivit, & finis ſemper incipit, & deſiſtere defectus neſcit:* quamvis per prolixos viarum amphractus, ſemitarúmque longas ambages ſubterranei illius ſpelæi loca illa ſuppliciorum pervagati fuerint; non tamen ad pœnarum extremum, ad ſuppliciorum metam devenire poterunt, quò nil ipſis infelicius eſſe poteſt, nil funeſtius, & atrocius; ita torquert, ut nunquam ad finem deveniendum ſit cruciatûs; ita comburi, ut nunquam abſumendum ſit corpus, quod igne torquetur, nunquam in cineres redigendum, quò æternùm uratur, jugiter excrucietur. Hæc duo ſola vocabula *ſemper, nunquam*, quæ aures jugiter pullabunt damnatorum, feralia erunt illa tonitrua, imò & bina fulmina, quæ è flammeis excuſſa nubibus miſeros illos ferient, hoc eſt, quia cognoſcent ſe eſſe ſemper in orco manſuros, & nunquam in cœlo; ſemper in incendio, & nunquam in refrigerio; ſemper in ſupplicio nunquam in ſolatio; ſemper in tenebris nunquam in luce; ſemper in luctu nunquam in lætitia; ſemper in dolore nunquam in gaudio; ſemper in cruciatu, nunquam in quiete. 67.

Lib. 9 moral. cap 49.

Et

Et quis hæc ſeriò perpendens non lachrymis reſipiſcentiæ genas riget, ut conſcientiæ maculas abſtergat? Ibi infelices illi clarè intelligent, quid ſit per noxam unam lethalem ſe à ſummo Bono avertiſſe, tunc ſentient, quàm perniciosum, & amarum ſit volaticæ mundi voluptatulæ adhæſiſſe, & à ſummo bono receſſiſſe: tunc ſcient, quale ſit malum, unica duntaxat lethalis noxa, quæ perpetuò avertit à Deo, & æterna ad ſe ſupplicia trahit.

68. Sed ſi lethalis noxa, unà cum voluptate & concupiſcentia tranſit, & momentaneum eſt, quod delectat, cur æternum eſt, quod cruciat? ſi ſolo voluntatis aſſenſu lethalis culpa perficitur, cur conſenſus in delectationem tam perbrevis, ac momentaneus ſuppliciis torquetur æternis? Eſt conſenſus actus voluntatis objecto rationi diſſono, & à lege prohibito aſſentientis, quo inde aliquid percipiat oblectamenti, quod illicò, evaneſcit cùm primùm voluntas ad alia diſtrahitur, cur igitur noxa, quæ tam brevi tempore patratur, & deſinit, ſupplicio punitur nnnquam ceſſaturo? D. Gregorius huic ſatisfacturus difficultati, & quæſito, cur peccato mortifero, tam prolixa imò & æterna reſpondeat pœna ait: Quòd tametſi actus peccati re ipſa brevis fuerit, citò perierit, affectus tamen peccantis fuit æternus, quatenus vellet peccans ſi obtingere ei poſſet, ſemper oblectamento peccati affici, & ejus perfrui delectatione, & quia ſi non effectu, affectu tamen oblectamento peccari adhærere ſemper vellet, quantum eſt ei poſſibile, ideo torquetur ſupplicio quantum eſt poſſibile ſemper duraturo, & quia per totam æternitatem poteſt perſeverare; ideo lethalis noxa, quamvis effectu brevis ſit, fugax, & ſtatim evaneſcat; quia tamen affectu peccantis æterna fuit, ſupplicium ſecum trahit ſempiternum, ait D. Gregorius loquens de lethaliter peccante: *Vellet ſine fine vivere, ut poſſet ſine fine peccare: diſtrictus autem Judex corda penſat, & affectus, non facta: ad magnam ergo juſtitiam judicantis pertinet, ut nunquam careant ſupplicio, qui in hac vita nunquam voluerunt carere peccato.*

Lib. 4. Dial. cap. 44.

69. Hæc eſt illa lethalis noxæ peſſima circumſtantia, æterni ignis fomentum, & ſempiterni cruciatûs incrementum non tantùm peccare, ſed cupere in illo perſeverare; hæc enim cupiditas, quâ delinquens veller ſemper ſuavitate, & oblectatione peccati affici, eſt inferorum ſuppliciis digniſſima; cùm Deus non tantùm peccata, quæ facta ſunt reſpiciat, ſed & deſiderium, concupiſcentiam, & ſitim percipiendi oblectamenta peccati, carníſque delicias ſentiendi. Eſt hæc cupiditas perinde ac ſcintilla areſcentes ſuper paleas delapſa, ex cujus neglectu flamma concipitur, quæ non ſolùm paleas depaſcit, verùm creſcit in incendium, quod domûs fornices, trabes, armaria, horrea, ſtabula depaſcit; quin & irrepit incendium in proximas ædes, quas pari voracitate, & ingluvie horrenda abſumit, & non ſolùm ædes attiguas, ſed incrementa ſubiens, & ventorum flatu delata flamma ad partem alterius plateæ omnia devorat, abſumit, totámque civitatem funeſtat, civium domus deſtruit, divitum palatia abſumit, templa abſorbet, & quamdiu pabulum invenit, tamdiu vorat, & vorando creſcit in totius urbis perniciem, civium funus, & omnium exitiale detrimentum; omnia diruit, nunquam ſiſtit; omnia vorat, nunquam ſatur; omnia abſumit, nunquam quieſcit: ecce qualia excitavit exitia ſcintilla unica in paleis neglecta. Ita dixerim lethalem noxam ſcintillæ in eo parem, quia licèt effectu momentanea ſit, & illicò evaneſcat, quia tamen affectus paleas ei ſuppeditat, flammas concipit, incrementum ſubit, & in incendium excreſcit, quod ſibi in gehenna accendit, non tamen in aliorum perniciem, ſed in proprium exitium: & hoc eſt breviſſimo tempore, unico momento, imò & unica cogitatione ſupplicium æternum commereri: id cauſæ, cur fœdæ voluptatis horula, imò & pars horulæ, vel *vaporata libidinum momenta*, ut loquitur Tertullianus, æternitatem ſibi accerſant ſuppliciorum: quia ſcilicet momenta ſunt, quæ deliteſcentem malitiam nullis in gehenna ſuppliciis expiandam ſecum advehunt; non enim detruſi in gehennali carcere noxas, quas contraxerunt, eluunt; nec malitiam, quam, cum viverent indulgendo pravis concupiſcentijs induerant, cùm moriuntur, exuunt; & quia hac mortalitate ſemel exuti gratiâ deſtituuntur, ſine quâ non reſipiſcunt; malitiam, quam contraxerunt, nunquam eluunt; propterea pœnas ſemper luunt, nunquam finiendas.

Ea eſt lethalis noxæ maligna indoles, ut fontem extinguat vitæ ſpiritualis, & charitatem abigar, ac gratiam ſanctificantem excutiat, quæ initium eſt vitæ ſpiritualis, & ſalutis æternæ; & mortem inferat animæ delinquenti. Idque cauſæ, cur damnum invehat irreparabile, mereatúrque pœnam æternam: ſiquidem ex juſtitiæ regulis, quævis lethalis noxa puniri meretur, donec pro ea ſufficiens exhibeatur ſatisfactio, vel donec delinquens ordinem reparet, quem lethaliter delinquendo diſrupit, ac violavit: rectus ſiquidem ordo exigit, ut ſingula ad ſuos fines dirigantur, & homines per charitatem ad Deum convertantur, qui eſt finis ultimus omnium, & quia per lethalem noxam creaturis adhæret, ad quas ſe convertit, & à Deo ſe avertit, hunc ordinem violat non ampliùs reparabilem ſine Dei miſerentis gratia, quam cùm in gehenna detentis non ampliùs Deus largiatur, fit, quòd nullo unquam tempore poſſint hunc à ſe violatum ordinem reparare, neque propterea malitiam culpæ, cum qua deceſſerunt eluere, teneantúrque propterea pœnas æternas luere; tantam enim lethalis noxa malitiam continet, ut pœna æterna juxta leges juſtitiæ 70.

ei reſpondeat. Etenim culpa lethalis aliquam per ſe pœnam meretur, quæ illi ex æquo reſpondeat; & quam Deus omniſcius perfectè cognoſcit; hæc autem pœna tamdiu durat, quamdiu malitia perſeverat: quæ non ceſſat, donec per Dei miſerentis gratiam eluatur: damnati autem in inferno hac gratia æternùm deſtituentur, proinde eorum malitia ſemper perſeverat, & ſupplicium, quod exigit eſt æternum; alioquin ſi temporaneum eſſet, aliquando exhauriretur, & malitia perſeveraret impunita. Idque cauſæ, cur lethalis noxa ſecundùm ſe, ac ratione propriæ malitiæ mereatur pœnam infinitam duratione, ſeu nullo unquam tempore finiendam, nullo unquam termino claudendam.

71. Tunc orti inquilini intelligent, licèt ſerò, quàm amarum ſit, & malum, ſe avertere à Deo; ſeque à ſummo bono ſeparare, eóque privari, cujus poſſeſſio ſumma eſt felicitas, cujus viſio plena beatitudo; id eos acriùs torquebit, quia nunquam erunt Deum viſuri, nunquam ab illa ſuppliciorum fornace exituri; hinc horrebunt, blaſphemabunt, execrabuntur, quem ſummè amandum eſſe noverint. Damnati ſiquidem frendent, indignantur, ringuntur, ferociunt, ſúumque in Deum furorem exonerant, vehementiſſimè dolent; & reſumptis corporibus præ ſuſpiriorum vehementia pectus diſrumpent, carnem immortaliter paſſibilem unguibus diſcerpent, canino, rabido dente dilaniabunt, blaſphemias in creatorem evoment; eò quia ſuppliciis nunquam ceſſaturis eos addixerit.

72. Quia lethalis noxa injuriam Deo infert, ac ſummum bonum lædit; ſummum itidem ad ſe malum attrahit: etenim injuriam Deo infert, quia neglecto creatore finem ſuum in re creata conſtituit, qui lethaliter peccat, quod ſummæ injuriæ eſt Deo, ſurripit enim rationem finis ultimi, quæ Deo debetur, & viliſſimæ tribuitur creaturæ, quæ propterea Deo præfertur, quod etiam idololatriam redolet, quovis graviſſimo ſupplicio punienda. Quoties ſtat homo in deliberatione, ſeu aggreſſu peccati lethalis, veluti medius conſtituitur Deum inter, & cacodœmonem, imò, & quaſi Judex pro alterutra pronunciaturus parte: Deus legem à ſe latam explicat, & unigenitum ſuum filium cruci affixum, vulneribus ſaucium, ſpinis redimitum, & toto corpore cruentatum oſtendit, ut hominem à peccato avertat, ut illi ſuadeat, pravos ſuos coërcere affectus, & rebellantis concupiſcentiæ ſtimulos comprimere: ex parte altera ſtat tartareus hoſtis calicem exhibens Babylonicæ meretricis mundi voluptatibus oppletum, ac carnis deliciis affluentem, quem propinat: & ad bibendum ſuadet, ad peccandum allicit: hinc ſi quiſpiam peccet, pronunciat cacodœmonem ſe præferre Deo; nam averſus a Deo ſtat pro cacodœmone, cui cauſam adjudicat: & hoc quid aliud eſt, quàm ſuaſiones dœmonis præferre monitionibus Dei? in lance una collocatur Deus monens creaturam, ne ſe ab ipſo avertat; & in altera ponitur orcinus hoſtis larvata voluptatulâ alliciens ad peccatum: accedit homo & parvi pendens Dei monitionem, Dœmonis adhæret ſuaſioni, Deum contemnit Dœmoni adhæſurus; prærogativam finis ultimi Deo ſurripit, eam creaturæ daturus, quô non poteſt quidquam horrendius cogitari, quidquam indignius, quia ſupremæ Majeſtati derogatur, quapropter lachrymis madidus, ait Jeremias. *Obſtupeſcite cæli ſuper hoc, & portæ ejus deſolamini vehementer dicit Dominus. Duo enim mala fecit populus meus. Me dereliquerunt fontem aquæ vivæ, & foderunt ſibi ciſternas diſſipatas, quæ continere non valent aquas*, Cap. 2. v. 12. ſeu dereliquerunt fontem limpidiſſimum, ut cœnoſis ſe immergerent ciſternis diſſipatis; deſerverunt latices puriſſimos, ut corruptas biberent paludes; aquam vivam ſalientem in vitam æternam contempſerunt, ut fœdiſſimos voluptatum fluvios deglutirent, qui ad ſtygium devolvuntur cocytum.

Idque fuit, quod Deus olim graviſſimè queſtus dixit per Jeremiam. *Rupiſti vincula mea, & dixiſti: non ſerviam*: id enim agit, qui ſcelus in ſe concipit, vincula diſrumpit charitatis, & gratiæ, quibus Deo illigabatur, & dicit, non ſerviam Deo, ejus monitiones non audiam, ejus præcepta non ſervabo; ſed meis indulgebo concupiſcentiis, diffluam diliciis, afficiar voluptatibus, & hæc eſt iſta graviſſima injuria Deo illata, quæ nullis unquam inferorum ignibus, nulliſque ſæculorum tractibus expiari poteſt: & hæc eſt ratio, cur Deus unicam lethalem noxam, quæ vel momento, ac in inſtanti committitur, æternis ignibus puniat, quia quantò perſona, cui injuria infertur, eſt nobilior; ac ſublimior; tantò injuria eidem illata eſt gravior, & noxa lethalior. Qui ſibi æqualem lædit, noxam quidem contrahit, quam tamen poſſit expiare, ut ſi ruſticellus alteri ejuſdem conditionis alapam impingat; quæ tamen injuria ſi viro equeſtri inferretur, gravior à ruſticello pœna exigeretur: & longè gravior ſi Principi, ſi Regi, ſi Imperatori eandem ruſticus inferret injuriam: ita enim homines judicant, & pœnas infligunt: & cum Deus qui læditur infinitæ ſit dignitatis, & creatura quævis infinitè vilior, quoties hæc auſu temerario per lethalem noxam Dei lædit Majeſtatem, contrahit offenſa hæc Deo illata infinitam gravitatem nullâ temporariâ pœnâ expiandam, ſed æternis ſuppliciis luendam, quapropter Chriſtus de hiſce peccatoribus ait: *Ibunt hi in ſupplicium æternum*. O quàm nefanda eſt ut unius lethalis noxæ atrocitas! quæ Angelos è cœlo excuſſit, & è cœleſti patria extorres

73. (margin, beside "Idque fuit"); Cap. 2. v. 20. (margin, beside "Rupiſti vincula mea"); Matth. cap. 25. v. 46. (margin, beside "Ibunt hi in ſupplicium æternum")

in

Digitized by Google

in geheooam detruſit, ſupplicijs nunquam ceſſaturis cruciandos! noo enim aliud Luciferum, ejúsque Aſſeclas, gratiæ, & virtutum donis cumulatos, naturæ præſidiis ornatos, potentiâ, robore, agilitate, & & celeritate inſtructos è cœlo excluſit, & in gehennalia detruſit ſupplicia æteroùm excruciandos, quàm una lethalis noxa.

74. Tameiſi fuerit Lucifer veluti omnis elegantiæ, ac venuſtatis miraculum, congeſtúmque in ipſum fuerit quidquid oroamenrorum ſpiritualium, quidquid naturæ, & dotium cæteris ineſſet Angelorum ordinibus, in quos ipſe principatu potiebatur; quia tameo inſoleſcentis mentis elatione Numinis ambivit æqualitatem, ſuia oon contentus prærogativis cœpit in factiones exitiales Angelicos ſcindere ſpiritus. Pars tamen melior, ſinceriórque eſt peracriter in Luciferiaoos invecta. Hujus atrocis prælij dux ex parte Luciferianis oppoſita Michaël fuie unus ex Seraphinis, qui deſertores attonans dixit: *Quis ſicut Deus*, & tam fortiter, acritérque pugnavit; non jaculis, nec haſtis, nec gladijs, ſed mutuis odiis, ut tandem Lucifer Numinis decreto è ſummo cœlo in tartarom ſulguris more fuerit præcipitatus æternis excruciandus ſuppliciis, qui momentò priùs concupierat Deus eſſe: & cum incentore corruerunt ejus aſſeclæ, ſcilicèt pars tertia Angelorum Lucifero adhærentium: Michaële in locum Luciferi ſubrogato, Ecce qualia, & quaota unica duntaxat ooxa lethalis damna intulerit? Luciferum cum tertia Angelorum parte è ſummo cœlo deorſum præcipitavit in ima tartari, in gehennali carcere eos detruſit, ſuppliciis æternis, flammis inextinguibilibus, cruciatibus nunquam finiendis per totam
Abdiæ v. 4. æternitatem torquendos. *Qui nedum inter ſydera poſuerunt detracti ſunt*, & non tantùm io terram; verùm etiam io tartareum ſtagnum igoe, & ſolphure jugiter ebulliens. Unica ſuperba cogitatio, una lethalis noxa tot milliones Angelorum, ſpirituúmque oobiliſſimorum, ac Aulæ cœleſtis principum in æſtuantes ignibus voragines præcipites egit, oec ulla ampliùs ſpes illis affulget iode emergendi, nullus pœnitentiæ, nullus miſericordiæ, nullus recuperandæ gratiæ locus ſupereſt; ſed tota æternitas unicam elatæ mentis noxam millenis ſupplicils inexplicabilibus puniet

§. IX.

Unica Protoplaſtorum noxa homines fecit interitui obnoxios, quos gratia immortales effecerat; & ad gehennæ traxit ſupplicia, quos innocentia ad perennem felicitatem pertraxerat.

NOn ſolùm unica duntaxat lethalis noxa Angelos è cœlo excluſit, & in gehennam detruſit, ſed etiam primos homines è paradiſo ejecit, in quo conditi fuerant: etenim pomum unicum leviter admorſum, una divini præcepti transgreſſio Protoplaſtos cum univerſis ſuis poſteris gratia exutos, ionocentiæ veſte ſpoliatos, donis ſupernaturalibus deſtitutos è paradiſo excluſit, eóſque æternùm exulare extorres juſſit additâ fatali ſeotentiâ *moriendum eſt*: obnoxins fecit interitui una lethalis noxa, quos gratia immortales effecerat; nec ſatis fuiſſet morte una defuogi, ſed morte fuiſſent æterna occupati; & æterna ſupplicia immenſum populum, totúmque humanum genus gehennalia ſua traxiſſent in regna, oiſi unigenitus Dei filius hominem miſeratus noſtram humanitatem induiſſet, expiaturus in cruce, quod fuiſſemos æterois ſupplicis luituri in gehenna: periſſemus omnes niſi is mori voluiſſet, qui mori non poteſt. En quot cruciatus, quot tormenta, quot fuoera ſecum trahit unica duntaxat lethalis noxa? pomum unicum leviter admorſum? una divini præcepti transgreſſio? æternis ſupplicijs luendus fuiſſet pomi morſus, oiſi pretio ſui ſanguinis nos Dei filius in cruce è tartareo redemiſſet famulitio. 75.

Quid? quòd unica duntaxat lethalis culpa peccantem agat ad æterna gehennæ ſupplicia præcipitem? quia nimirum infinitè Deo diſplicet, & infioitis acerrimè vindicatur ſuppliciis nunquam expianda. Furit enim Deus vindex cùm in peccatum excandeſcit, hoc eoim excidium totius humanæ geotis accerſivit, cum orbis totus terrarum unius loco ſepulchri fuit, in quo gentes omnes aquis ſepultæ fuerunt, octo exceptis perſonis, quas Arca ab inuodatione diluvij ſervavit incolumes; neque enim tam portentoſi funeris alia extitit cauſa, niſi peccatum præſertim libidinis: hoc enim fuit, quòd toc centeoa millia hominum in procelloſum hoc mare deturbavit, demerſit; peccatum fuit, quod mundo naufrago ſepulchrum in aquis aperuit. Peccatum fuit, quòd Pentapoleos urbes ferali incendio delevit: Schimorum urbem evertit, Beniamitarum viginti quinque millia, Iſraëlitarum quadraginta millia in cruento conflictu interfecit. Furit enim Deus cùm in peccatum excandeſcit, neque in hac parte quidquam diſſimulat, ſed peccati pediſſequam conſtituit pœnam: & licèt plerique 76.

fuſis

fuſis precibus ad veniam Deum flectant,
non tamen à pœna ſubeunda ſe ſubtrahunt:
hanc ſubivit ſacerdos Heli ob neglectam
filiorum punitionem: Saul propter inobe-
dientiam, David ob incontinentiam, Na-
buchdonoſor ob ſuperbiam, Ananias, &
Saphira ob avaritiam.

77. Quinimo licèt leves plerumque viſæ
fuerint noxæ, ſua tamen non evaſêre ſup-
plicia. Acham quia hoſtilium ſpoliorum
aliquid ſubduxit, adactus fuit id morte
Num. cap. 15. v. 32. luere: pauperculus, qui ligna ſabbatho
collegit, lapidibus obruitur. Oza quia
2. Reg. cap. 6. nimium ſolicita manu arcam contrectat,
inopina, & præmatura morte extinctus
Num. c. 21. in humum cadit. Iſraëlitæ contra Moyſem
obmurmurant, & ab ignitis colubris inte-
1. Reg. c. 6. rimuntur. Bethſamitæ quia non reverenti
oculo Arcam ſalutârunt cruenta clade ju-
4. Reg. c. 2. gulantur ſupra quinquaginta millia. Eli-
ſæum irrident parvuli, & eorum quadra-
ginta duo ab urſis dilacerantur. Adeo furit
Deus cùm in peccatum excandeſcit, ut nec
pueris, nec ſacerdotibus, nec principibus, nec
urbibus, nec Regibus parcat, quapropter
ait Oſea. *Pereat Samaria, quoniam ad ama-
ritudinem concitavit Deum ſuum.* Hæc eſt
anima peccatis ſuis Deum concitat ad ama-
ritudinem, ſeu ad iracundiam, ad vindictam.
C. 12. v. 14. ſicut Deus ipſe conqueritur inquiens. *Ad
iracundiam me provocavit Ephraim in ama-
ritudinibus ſuis:* ſeu ut explicat D Hiero-
nymus: *Sceleribus ſuis amarum me fecit,
cùm dulciſſimus eſſem.* Quamvis melleum
ſit Dei mare; unica tamen fellis guttula in
ipſum injecta univerſam illam dulcedinem
permutat: eſt enim fel lethalis noxæ infiniti
amaroris cùm infinitam Dei dulcedinem
amaritudine inficiat, & melleum divinæ
miſericordiæ fontem infinitum; divinæ
ſuavitatis, ac dulcedinis inexhauſtæ pela-
lagus in timendam furoris convertat amari-
tudinem? ideòque cum infinito amarore
ſupplicia ad ſe trahit gehennalia, nunquam
finienda.

78. Nil eſt Deo fœdius, nil magis exo-
ſum culpâ lethali, hæc enim peccantem gra-
tiâ ſpoliat ſupernaturali, quâ nil ornatius
poteſt animæ obtingere; vinculum diſrum-
pit charitatis, quo Deo illigabatur, & ſo-
lutis continentiæ habenis ad cœnoſas vitio-
rum paludes ſtimulat: ſupernaturali ornatu
hominem destituit: & fœditatibus coin-
quinat. Coluber eſt lethalis culpa, ſed
venenum evomens, ſed vulnus infligens le-
thale, cujus turpitudo tanta eſt, ut vel
ipſius gehennæ horrorem ſuperet, ait enim
De ſimilit. cap. 190. D. Anſelmus. *Si hic peccati pudorem, &
illic cernerem inferni horrorem, & neceſſa-
riò uni eorum haberem immergi, priùs me in
infernum, quàm in peccatum me immitterem.
Mallem enim purus à peccato, & innocens
gehennam intrare, quàm peccati ſorde pollu-
tus cælorum regna tenere, cùm conſtet ſolos
malos in inferno torqueri, & ſolos bonos in
cælesti beatitudine foveri.*

Tanta eſt unius duntaxat lethalis noxæ 79.
turpitudo, ut genera omnia miſeriarum,
ac calamitatum ad ſe attrahat, gehennæ car-
cerem aperiat, & peccantem in illo de-
trudat æternùm torquendum: miſeriæ
& calamitates ſunt, ſi maria ſint obſeſſa
pyratis, itinera vaſtata prædonibus, valles
refertæ graſſatoribus, planities camporum
militum incurſionibus infenſæ, urbes ſimul-
tatibus diviſæ, regna bellis attrita, tellus
cruenta clade funeſtata, & tamen hæ cala-
mitates vernantes ſunt flores, ſi ſuppliciis
conferantur gehennalibus, & ut ait Chry-
ſoſtomus. *Nomina calamitatum philoſophan-* Homil. 5. ad popul.
*tibus nomina tantum ſunt, vera autem cala-
mitas eſt Deum offendere*: quia offenſa le-
thalis Deum abjicit, quem creaturæ poſt-
habet: & quia ſummum bonum lædit, infi-
nitæ dignitati injuriam infert, ſupplicia
accerſit infinita quoad extenſionem, ſeu
nunquam ceſſatura, & æternùm perdura-
tura. Scio ex Poëtarum figmentis, Gi-
gantes cœlum affectâſſe, Herculem inferos
penetrâſſe, Jaſonem cum ſociis procelloſi
maris fluctus trajeciſſe decumanos, Icarum
alatum remigio aëreos pervolitâſſe campos;
ſed veriùs ſcio ſuperbos, inſtar gigantum
niti cœlum expugnare, quod per ſolam
humilitatis viam aditur; Dei contem-
tores inferos ridere; avaros Jaſonem æmu-
lantes aureum vellus ſitire, & ſe pelago
committere; ambitioſos omnem captare
auram inanis gloriæ.

Quidquid calamitatis, & ærumna- 80.
rum hominibus obtingit, id non niſi pecca-
tum invexit. Unica Adami noxa quot ho-
minum milliones non egit in extremas mi-
ſerias præcipites? quot damnatorum my-
riades non detruſit in gehennali carcere
æternùm torquendos? illa eſt, quæ ho-
mines omnes, & ſingulos nemine excepto
morti fecit obnoxios; illa fuit, quæ ærum-
nas, quibus premimur; dolores quibus
affligimur; febres, quibus æſtuamus;
ægritudines quibus conſumimur, induxit.
Hæc fuit illa Pandoræ pyxis, ex qua tot ſce-
lerum portenta, tot ſuppliciorum inſtru-
menta, tot cruciatuum lanienæ prodierunt.
Ab hoc putido fonte non degeneres rivuli
ſcaturierunt, bella, peſtes, fames, cala-
mitates, ærumnæ, cruentæ cædes, me-
tuenda funera. In hac officina cuduntur
gladij, quibus ferimur; ſecures quibus
plectimur; equolei, quibus torquemur;
ab hac corrupta radice germinant malorum
omnium agmina, morborum lethales pha-
langes, calamitatum funeſti exercitus, &
tandem mors ipſa, quæ ad æterna nos tra-
hit ſupplicia: quia in pomi interdicti morſu
lethali ſe noxa coinquinârunt Protoplaſti,
minantur in cœlo tonitrua, in hominum
perniciem delabuntur nives, præcipitant
gran-

grandines, exiliunt fulgura, ruunt fulmina, excitantur procellæ, & turbines, quorum omnium cauſa ſunt exhalationes, & vapores è terra ſurſum evecti, nativa levitate; & iterum in terram nativam ſedem repetentes. Profectò peccatum in terris natum cœlum uſq; conſcendit Dei irritaturum iram, ut cœlum in nos armaretur, & in noſtram perniciem fames, bella, peſtes, tempeſtates, ſpiritus procellarum, & malorum omnium agmina, calamitatúmque exercitus emitteret; quia ut ſcitè ait D. Gregorius: *Mala, quæ patimur, mala noſtra meruerunt.*

81. Peccatum nos extorres è paradiſo excluſit, & in hanc ejecit lachrymarum vallem, in hoc nos collocavit mare procelloſum, ubi ventorum impetus, fluctuum agitationes, & quotidiana naufragia noſtram moliuntur perniciem; hinc verè dixit Salomon, *Miſeros facit populos peccatum.* (Prov. c. 14. v. 34.) Ex hac vomica erumpunt pravi omnes affectus, in hac olla ebullit pravarum cupiditatum purulentia; ex hoc camino vitiatæ naturæ fumus erumpit, & fœdæ libidinis ejectantur ſcintillæ. Deliquit Adam, & in ſuo Protoplaſto pœnas luit tota poſteritas; omnéſque plectuntur quod unus deliravit. Fuit Adæ culpa, fatalis illa officina, è qua mortis inſtrumenta omnia carceres, cippi, numellæ, manicæ, equulei, funes, flagra, craticulæ, ſecures, rotæ, ſartaginea, pectinea, cruces, & alia ſexcenta ſuppliciorum inſtrumenta prodière: tota enim hæc feralis tormentorum ſupellex excogitata fuit propter peccatum, ne noxæ graſſarentur impunè; ità enim variatur peccati ſupplicium, ſicut varium eſt ipſum peccatum, quod plures induit formas, quàm Proteus finxerit perſonas; Empedocles transmutationes, Pythagoras tranſmigrationes, & Chaldei varietates; ideóque, ut ſupplicia varietati reſponderent noxarum, varia debuerunt inſtrumenta accerſiri dolorum. O quàm immanis eſt peccatum fera, cum oris hiatu delinquentes deglutiat, rabido dente diſcerpat, & acuto ungue dilaniet: fuit peccatum ſpiritus ille procellarum, qui flores, frondes, fructus, humanarum ſtirpium decuſſit, qui homines naufragos in gehennale demerſit ſtagnum.

82. Eſt peccatum immanis ille coluber, qui virus exhibet lethaliter amabile, toxicum propinat animi medullas corrodens, venenum ſpargit, nullis calamitatum fluctibus obruendum, nullis procellarum undis abſtergendum, nulliſque inferorum incendiis lopiendum. Quòd ſi hæc ſeriò perpenderemus cogitatione, non ita promptè mundanarum voluptatum ſineremus nos illecebris allici, non rapidiſſimi temporis volaticam hilaritatem, non larvatæ lætitiæ momentaneum gaudium cœleſti gloriæ præponeremus: pecuniolam perdimus, & affligimur; non fluit res ad noſtra vota, & triſtamur; & ſi peccantes cœlum amittimus, ridemus: ſcimus lethali noxæ cœleſtis gloriæ jacturam annexam eſſe; ſcimus lethalis culpæ pediſſequam eſſe pœnam, nullo ævo ceſſaturam; & tamen adhuc temerè delinquimus, quia non ſeriò cogitamus, in quæ nos diſcrimina peccatum trahat.

Lacon referente Plutarcho voto ſe obſtrinxerat, de rupe Leucade deorſum ſe præcipitem dare, ſed ubi montis conſcendit faſtigium, ubi formidandam conſpexit altitudinem, ſubito correptus horrore ab auſu illo ſeſe avertit, pedémque revocavit. Cúmque imbecillitatis redargueretur, nō putâbam, reſpoſuit, ad votum illud majore opus eſſe voto. Quòd ſi totus exhorruit Lacon cum ex edita illa rupe in imam voraginem præcipitium conſpexit; quo non concuterentur timore, quo non corriperentur horrore lethaliter peccantes, ſi præcipitium perpenderent in imam gehennæ voraginem, in quam ſe demittunt? ſi conſiderârent ignis, & ſulphuris ſtagnum illud ebulliens, in quo ſe ſe abjiciunt æternis ſuppliciis torquendos. Eatenus peccantes è ſede beatorum ſeſe præcipites agunt in barathrum ſuppliciorum, quia clauſis oculis delinquunt, & non expendentes divinam bonitatem, à qua ſe avertunt, nec infinitam peccati malitiam, nec reſpicientes inextricabiles æternitatis gyros, viam percurrunt iniquitatis, & compreſſis oculis in gehennam ſe abjiciunt abſque ſpe ulla inde evadendi, ſed cum certitudine ibi per totam æternitatem diriſſima ſubeundi ſupplicia; quæ declinâſſent, ſi annos æternos perpendentes deſcendiſſent viventes ſeria cogitatione in infernum; ſi imitati fuiſſent Regium Vatem eum dixit, *annos æternos in mente habui*, (Pſalm. 76. v. 8.) non annos illos, quos ad ſolis curſum dimetimur, qui non ampliùs, quàm ex duodecim menſibus, & duabus ſupra quinquaginta hebdomadibus, ſeu ex trecentis ſexaginta quinque diebus, horiſque ſex coaleſcunt: ſed annos æternos, qui ex pura componuntur æternitate, in qua tametſi ſexcenta millionum millia annorum dilabantur tantundem eſt, ac ſi non effluxiſſent, quia æternitas nullum novit medium: omnem excludit finem, nec annis, nec ſæculis metitur, ſed eadem ſemper perſeverans nulli unquam eſt fluxui, nulliſque fini obnoxia: & hiſce æternis ſuppliciis plectuntur, quotquot lethali noxa decedentes infecti in Orcum delabuntur; quia æquiſſimum eſt, ut qui libertate ſua, qua poteſt à peccato abſtinere, abutitur; eadem in Dei manus incidendo, domúmque æternitatis ingrediendo privetur: & noxa lethalis, quæ malitiam ex parte termini, ſeu Dei offenſi, trahit infinitam, ſupplicio duratione infinito puniatur, ut obſervat D. Gregorius inquiens: *Ad magnam juſtitiam pertinet judicantis, ut nunquam careat ſupplicio, qui nunquam voluit carere peccato.* (4. Dialogi)

83. (marginal number beside "ſtrinxerat" above)

84. Juſtiſſimum, æquúmq; eſt, ut qui creaturis abuſus eſt, per creaturas torqueatur, & qui dæmonum ſuggeſtionibus paruit, ab iiſdem tortoribus crucietur. Idque cauſæ eſt cur unica lethalis noxa ſupplicio puniatur æterno, & peccati ſtipendium ſit mors nunquam moritura; & cur plures maluerint millies mori,

quàm ſemel peccare, ut caſtiſſimus in Ægy-
pto Joſeph, qui maluit vitam perdere, quàm
pudicitiam temerare; & Verecunda Suſanna,
quæ maluit honoris, & famæ læſionem pati,
imò & mortem ſubire, quàm lethali noxa
Cap. 13. v. 23. Deū offendere Daniel. 13. *Melius eſt mihi abs-*
que opere incidere in manus veſtras, quàm pec-
care in conſpectu Domini. Dulcius ei fuiſſet
lapidibus obrui, quám adulterio fœdari;
ſuavius mori, quàm carnis ſpurcitiis inqui-
Ad Rom. c. 8. v. 38. nari: hinc etiam Apoſtolus Paulus nec mor-
te ipſa ſe à Chriſti charitate ſeparandum edi-
xit: *Certus ſum, quia nec mors, nec creatura*
alia poterit nos ſeparare à charitate Dei. D.
Ambroſius Apoſtolum imitatus longè para-
tior etiam fuit, omnia pati, quàm lethali
noxa inquinari; cum enim Ruffinus Theodo-
ſio Imperatori ſpem faceret, flectendi Am-
broſium à ſententia in eum latam ob cædem
Theſſalonicam, repoſuit Imperator, nota eſt
mihi Ambroſij conſtantia; nullo regiæ Ma-
jeſtatis terrore Dei legem transgredietur. D.
Chryſoſtomus itidem Conſtantinopoli mil-
lenas potiùs paratus fuit neces ſubire, quàm
ſemel lethali noxa conſcientiam fœdare.
Eudoxiæ Auguſtæ minas non exhorruit. Imò
D. Anſelmus Antiſtes Cantuarienſis fateri
conſueverat, quòd ſi optio ei daretur, vel
lethali ſe noxa fœdandi, vel æterna incurren-
di gehennæ ſupplicia, mallet in igneum ge-
hennæ ſtagnum ſe mergere, quàm per cul-
pam à Deo ſummo bono ſe avertere. Quin, &
Edmundus in eadē Epiſcopali ſede Succeſſor
intrepidus ajebat, potiùs in ardentem rogum
inſiliero, quàm ullum peccatum ſciens in
Deum commiſero; & revera homo à Deo
averſus, & lethali noxa contaminatus vilior
eſt, ac miſerior Bufone aquis putidis inna-
tante, muſca ſtercora depaſcente, corvo ca-
daveribus inhiante, quia averſi à Deo per pa-
trata ſcelera *pænae*, ut ſcribit Apoſtolus 2.
ad Theſal. cap. 1 v. 9. *Dabunt in interitu*
æternas: à facie Domini, & à gloria virtutis
ejus excluſiſſimi in omni ævo.

§. X.

Lethalis malitia æternas ſecum gehenna pænas trahet pediſſequas. Neque impii lacrymas inter cruciatus elicient, quibus patrata ſcelera eluant.

85. SUppliciis in gehennali carcere detruſi
torquebuntur æternis, quia cùm deceſſe-
rint lethali noxa infecti, & à Deo averſi,
malitiam, quam dum viverent, contraxêre,
mortui non ampliùs eluent, & quia erit
æternùm perſeveratura ob defectum gratiæ
ad reſipiſcendum neceſſariæ, ſuppliciis cru-
ciabuntur nunquam finiendis: neque enim
gehennalibus immerſi incendiis lachrymas
elicient, quibus contractas ſordes eluant.
Tametſi Deus quamdiu vivimus ſuam pec-
cantibus non deneget opem, quâ reſipiſcant,
quamvis millies per patrata ſcelera gratiâ ex-
ciderint, ſi tamen ſemel deceſſerint lethali
noxâ coinquinati omni deſtituuntur gratiâ,
& æternùm perſeverantes à Deo averſi, æter-
nis excruciantur ſuppliciis. Ait Auguſtinus
loquens de impio, *qui deceſſit averſus à Deo:* Lib. 21. de civit. Dei cap. 12.
Factus eſt malo dignus æterno, qui hoc in ſe pe-
remit bonum, quod eſſe poſſet æternum. Cauſa
æterni ſupplicii infinita eſt malitia lethalis
noxæ, quæ cùm bonitatem Dei læſerit infini-
tam, malitiam contrahit infinitam, in quavis
enim lethali culpa duplex aſſignatur malitia,
quarum prima eſt, quia actus à Deo averſus
diſſentaneus eſt rectæ rationi, ejusque regulis
difformis: & altera conſiſtit in injuria Deo ir-
rogata, eò quia peccans eum contempſerit,
eique creaturam prætulerit. Hæc autem ma-
litia voluntaria eſt à Deo averſio, quæ cùm
bonum abjiciat infinitum, pœnâ meretur in-
finitâ puniri. Hinc Propheta horrendam in-
terminans orbi deſolationem ait. *Væ tibi Ba-*
bylon, & Aſia, væ tibi Ægypte, & Syria. Præ- Eſdræ cap. 15. v. 8
cingite vos ſaccis, & ciliciis, plangite filios
veſtros. & dolete, quoniam appropinquavit
contritio veſtra, immiſſus eſt vobis gladius, &
quis eſt, qui avertat illum? immiſſus eſt in vo-
bis ignis, & quis eſt, qui extinguat illum? paucis
interjectis ſubdit: *Exiet ignis ex iracundia*
ejus, & quis eſt, qui extinguat eum? coruſcabit &
quis non timebit? tonabit. & quis non pavebit?

Eſt autem hæc acerbiſſima ultio pœna 86.
peccati, quæ oritur ex iracundia in ultionem
exardeſcente. Id intereſt diſcriminis pœnam
inter, & ultionem, quia pœna cauſâ illius, qui
patitur, infligitur: ultio verò gratiâ ejus, qui
ſcelera ulciſcitur. O quàm ingentia, quàm in-
fanda ſunt damnatorum ſupplicia, quæ ab
ultrice læſi Numinis pluries erumpunt ira-
cundia! non tam ſceleris puniendi cauſâ, quàm
ſui doloris leniendi gratiâ! & tamen adeò
craſsè deſipiunt homines, ut pro volatica
mundi voluptate, pro fucatis carnis deliciis,
quæ plus doloris adferunt, quám invehant
ſolatij æternis immerguntur incendijs, in ge-
hennalem ſe carcerem præcipitant. Quævis
enim lethalis noxa gehennalis ignis æterna-
torum ſupplicium adverſus ſe in propriam
perniciem conflat. Neq; gehennales cruciatus
malitiam excedunt unius noxæ lethalis, quia
cum hæc à ſummo bono avertat ſummum ad
ſe malum trahit ſaltem duratione, quatenus
ſuppliciis punitur æternis, ait Emiſſenus. *Ani-* Homil. 1. ad Monach.
ma damnati arcani ignis perpetuis ardoribus
conſecrata, quantum perdidit pretium; tan-
tum eſt exceptura ſupplicium: hoc eſt, quia per
lethalem noxam ſummum bonum perdidit,
à quo ſe avertit, malorum incurrit extremum,
ad quod ſe ipſam intrudit: quia pretium per-
didit infiniti valoris, ſupplicium invenit æter-
ni cruciatûs; quantum perdidit pretii, tantum
excipit ſupplicij.

Chriſti ſanguis effuſus in pretium 87.
hominis redimendi, & quem impios vola-
ticis adhæſurus voluptatibus neglexit, & im-
pudenter ſuis indulgendo concupiſcentiis
contempſit, erit ſuppliciorum menſura: &
quia pretium noſtræ redemptionis, &
Chriſti ſanguinis infiniti eſt valoris, imme-
nſi eſt pretij, ut hujus pretij infinitati per

noxam

Digitized by Google

noxam lethalem contempti, ac neglecti reſpondeat ſupplicium; debuit ejus ducatio infinitatem trahere, ut qui delinquendo pretium contempſit infinitum, in cruciatu tormentum ſubeat nunquam ceſſatucum, *ut quantum perdidit pretium, tantum ſit impius excepturus ſupplicium*; qui enim filij Dei, ſeu Chriſti ſanguinem in pretium redemptionis noſtræ effuſum per patrata ſcelera contemnit, nec illo utitur ad ſalutem, reus fit infiniti pretij contempti; & quia qood contempſit infinitum eſt, ideo, ut contemptui pœna reſpondeat arcani ignis æternaturo incendio dignè conſecratur. Quis hæc perpendens non toto corpore contremiſcit, & ſecum loquens, ac mente revoluens volaticam mundi voluptatem, fluxas carnis delicias dicat; Tanti non emo æternùm pœnitere.

88\. Deſipit, qui pro mundi temporaria voluptate æternis ſe ſuppliciis addicit: ſi ſerio impius hæc perpenderet, à ſua deſiſteret impietate, mores corrigeret, contractas noxas reſipiſcentiæ lachrymis elueret, & per virtutum exercitia ad cœleſtem beatitatem ſibi viam ſterneret. Sicut obliquata haſtilia igni admota facilè flectuntur, & deperditæ reſtituuntur rectitudini: ita obliquantur mores cum diſtorti per noxas deflectunt à rectitudine, excidunt ab honeſtate: hæc morum obliquitas abigitur, & deperdita rectitudo reſtauratur, ſi delinquens gehennali igni ſeria admoveatur cogitatione. Obduruit cor Pharaonis, & obliquitatem contraxerat nolens Deo parêre in populi dimiſſione; ſed tunc dixit Deus ad Moyſem, & Aaronem: *Tollite plenas manus cineris de camino, & ſpargat illum Moyſes in cœlum coram Pharaone*: quæ verba expendens Procopius ibid. ait: *Religis nobis caminus in memoriam ænigma de camino: ſignificat enim camini fuligo ignis gehennæ pœnam, quam nobis ſcriptura comminatur.* Sed ſi fuligo ignis, ac ignitæ favillæ ænigma repræſentant, & pœnam gehennæ, cur à Deo juſſus eſt Moyſes in cœlum eas ſurſum ſpargere? Si torquendis damnatis ignitæ favillæ deſtinantur, cur non potiùs ad uſtulandam terram fuerunt deorſum dejectæ? vel ſaltem è camino ardentis gehennæ fuligo ſurſum aſcendit? nimirum per manus Moyſis, & Aaronis cinis de camino in cœlum ſpargitur, quò cognoſcat impius, tantum paſſurum ſubtus terram in gehenna ſupplicij, quantum pretii in cœlo perdidit: & quia deperditum pretium in cœlo eſt infinitum; ſupplicium, quod erit impius in gehenna paſſurus erit æternùm duraturum. Symbolicæ igitur minæ incendij gehennalis ſurſum in cœlum mittuntur, ut cognoſcat impius, quantum in terræ centro ſibi accerſat ſupplicij, quod è pretio in cœlis amiſſo ſuam in gehenna ſint tormenta ſuſceptura menſuram: *Tollite plenas manus cineris de camino, & ſpargat Moyſes illum in cœlum: ſignificat enim camini fuligo ignis gehennæ pœnam, quã nobis ſcriptura comminatur.*

Exod. 9. v. 8.

Idem acerba ſunt gehennæ ſupplicia, ut fuligine camini adumbrari tantùm ænigmaticè poſſint, non explicari; quia ut ait Hugo Victorinus: *infernus locus eſt ſine menſura, profundus ſine profundo, plenus ardore incomparabili, plenus fœtore intolerabili, plenus dolore innumerabili, ibi miſeria, ibi tenebræ, ibi ordo nullus, ibi nulla ſpes boni, nulla deſperatio mali.* Adeò gehennalis carcer eſt ſuppliciis, pœníſque refertus, ut vel ipſa deſperatio aliquid poſſet ſolatij adferre, ſi tandem hæc incolis illius gehennalis barathri obtingeret, quæ ſuppliciis ignis remedium afferret; ſed quia à deſperatione immunia ſunt ſupplicia, ſemper cruciant, ac jugiter torquent. 89.

Lib. 4. de Anima.

Hæc plerumque perpendimus, ſed mores non corrigimus; vel ſi promittimus facturos quidquid divina lex à nobis exigit, nonniſi perfunctoriè promiſſis inſiſtimus, & quæ ſanctiſſimè ſpondemus, mox oblivione delemus; niſque exequimur, quo mores emendentur, & pravi affectus coerceantur: perſæpe ejuramus priſtinos mores, & amores obſcœnos; quorum poſtea æſtus non extinguimus, ſed fovemus, pravitatem non dimittimus, ſed admittimus. Videntur conatus noſtri eos montes imitari, magna quæque promittentes, qui tamen ſi parturiant, ridiculum effundunt murem. Magna concipimus, conſilia ardua ſuſcipimus, exercitia ſummarum virtutum nobis proponimus, optimos promittimus mores; ſed nec culturæ incumbimus virtutum; nec quæ propoſuimus, premimus; nec cœpta tenemus, & à ſuſceptis promiſſis deſiſtimus, à rectitudine aberramus, & ſemper ſumus, quales antea fuimus, & plerumque etiam nequiores. Niſi propoſitis inſiſtamus, probíſque conſilijs inhæreamus, ac quæ ſemel benè cœpimus, urgeamus, nihil efficimus; & magna quæ cogitavimus in nihilum abeunt. 90.

Tametſi Chriſti minæ in evangelio nos terreant, Prophetarum vaticinia, & Apoſtolorum ſcripta timorem nobis incutiant, ſurdis tamen videntur canere, clamatur enim, ſed non auditur clamor; minæ ingeruntur, ſed ſpernuntur; & quamvis nobis innoteſcat, Orci ſupplicia æterna eſſe, adhuc mundi voluptatibus hæremus, ac ſi dies noſtri æterni eſſent, cùm dicat Job. *Breves dies ſunt hominis*, adeò vitæ præſentis filum tenue eſt, ut illicò præſcindatur: quòd ſi vitam noſtram aranearum architecturæ paciaveris, neque latum unguem à vero te abſcedere ſinet David inquiens. *Anni noſtri ſicut aranea meditabuntur.* Circinatum ſuum inchoaturus araneus orbem decuſſata paribus intervallis quaterna ſubtegmina dividit, & ſegmenta partitur ſingula vicenis intertexta filis, ac æqoalibus ubique maculis rete abſolvit ſcutulatum; tantique operis lanuginem uterus ſuppediat, ſive ſit corrupta alvi natura ſtato tempore (ut cenſuit Democritus) ſive ſit intus in aranei viſceribus lanigera quædam fertilitas, quæ reti texendo uberem ſuppe- 91.

Cap. 14. v. 5.

Pſ. 89. v. 10.

ditet materiam, quam tam moderato ungue, tam tereti filo, & æquabili diducit ipſo ſe pondere uſus, ut à regulis artis ſuæ nunquam deficiat. Texere in meditullio incipit, & circinato orbe ſubſtegmina adnectens maculas paribus ſemper intervallis, & interdum creſcentibus, & ex anguſto dilatans nodo implicat indiſſolubili. Pedicas celat ſcutulato rete graſſantes. Quid ni totus iſte labor, magnúſque apparatus muſcis irretiendis, ac capiendis inſtituitur: & hæc imago eſt vitæ noſtræ; quam tamen Parcarum tenuiſſimo filio diduci ægrè audimus, & Poëtis iraſcimur, qui annos noſtros ad colum examinant, ut Venuſinus Poëta, qui occinit.

Inter ſpem, curámque, timores inter, & iras,
Omnem crede diem tibi diluxiſſe ſupremam.
Grata ſuperveniet, quæ non ſperabitur hora.

Interrogatus Muſonius, quiſnam optimè diem extremum claudere poſſet, reſpon-
92. dit, *qui poſtremum ſibi diem ſemper inſtare propoſuerit.* Nulla eſt in Parcarum fuſo ſecuritas, nulla in lanificio firmitas, adeo, ut ad aranearum texturam tota ævi noſtri periodus revocetur: *Anni noſtri ſicut aranea meditabuntur:* & cum breves ſint dies hominis æternitati propinquamus; ſeriùs aut citius eam ingrediemur, & neſcimus, quot ab ea paſſibus diſtemus. Et poteſt contingere, quòd hodierna, aut craſtina die tota nos æternitas occupet: & cùm quotidianum id nos experimentum edoceat, adhuc tamen cunctamur, & in re ſummi momenti ludimus. Idque quia nonniſi perfunctoriè, & oſcitantes æternitatem alterius vitæ perpendimus: quamvis ſit æternitas in ore, aurea pulſet noſtras, ejúſque monita mentem ſubeant; non tamen penetrant, nec eidem diutiùs hærent, quia vix ab ullo ſuis æternitas ponderatur momentis. Docemur æternitatem nullo claudi fine, & infinita in ſe comprehendere ſæcula; hæc quidem etiam cogitamus, ſed obiter; quia ſtulti momentaneo hujus vitæ amore rapimur ad fluxa, ac vana hujus vitæ; & ſalubris æternitatis cogitatio negotiis obruitur temporalibus; & æternitas vix animum ingreſſa, vaniſſimis cupiditatibus ſepelitur; & voluptas eſt, quæ ſenſum demulcet, mentem dementat: & ſi quid ſancti, ac ſalubris ei ineſt obliterat; & tamen nonniſi vana eſt profana hujus mundi voluptas; & fluxa, ac momentanea vita præſens, quia ut ait Syracides. *Si annis multis vi-*
Eccleſ. c. 9. v. 8. *xerit homo, & in his omnibus lætatus fuerit, meminiſſe debet tenebroſi temporis, & dierum multorum, qui cùm venerint, vanitatis arguentur præterita.*

Idque cauſæ, cur viri pietati addicti, &
93. culturâ virtutum illuſtres perpendunt, umbram eſſe præſentem vitam, & veluti flatum pertranſeuntis venti, qui vix auditur, ſtatim evaneſcit; & illuminatæ mentis oculos, in conſiderationem figunt æternitatis; quæ ſola pretium meretur; & quam ſi seriò perpenderent homines mundi fluxis non hærerent, ſed toto niſu ſatagerent mores corri- Tom. 5.
gere. Refert Cardinalis Baronius ſe audi- annum
viſſe ab integerrimæ fidei viro Michaële Chriſti. 41.
Mercato, qui de avo ſuo hæc explorata retulit, & plurimum virorum aſſertione firmata etiam fuerunt; nimirum Michaëlem Mercatum ſeniorem Marſilio Ficino viro ingenij acumine, & eruditionum encyclopedia illuſtri, amicitiâ fuiſſe injunctum intimiore, hanc paria etiam philoſophiæ ſtudia foviſſe. Uterque enim delectabatur Philoſophiâ Platonis, cúmque ſermonem inſtituerent, ac diſceptationem inter ſe ſe inchoâſſent de hominis ſtatu poſt obitam mortem, & quænam rerum facies ſit in orbe altero; atque ex Platonis mente, & Chriſtianis dogmatibus deducerent, animam minimè eſſe interitui obnoxiam, & utpote ſpiritualem æternùm duraturam etiam à corpore ſejunctam, donec corruptibile noſtri corporis incorruptibilitatem induat: & ſermonem fuſiùs protraherent; tandem ad eam uterque conventionem deſcendit, ut tactis dextris alter alteri ſanctè ſponderet, ut qui prior naturæ concederet, ſuperſtitem de alterius vitæ ratione, ſi Deo placeret; quam fideliſſimè certiorem redderet. Hoc fuit pactum inter ipſos initum, ac juratum. Poſt verò aliquantum temporis Marſilius Ficinus Florentiam patriam ſuam repetiit æquè Philoſophiæ, ac rebus ſuis domeſticis vacaturus. Interim Michaël Mercatus ſuis etiam addictus ſtudiis ſub auroram muſis amicam, cùm ſurgere conſueviſſet operam daturus Philoſophiæ, quodam mane equitem in proxima platea ad ædium ſuarum oſtium contento curſu properantem, ſimúlque vocem audivit, quæ ſuclamaret: *O Michaël! O Michael vera ſunt illa, vera, veriſſima*, ad notiſſimi amici Marſilij Ficini has voces Michaël Mercatus ſtatim è ſella, & tabula ſurrexit, ad feneſtram cucurrit in ſubjectam plateam proſpecturus, ubi aſpexit Marſilium Ficinum ſibi amicitiâ junctiſſimum equo niveo vectum, & jam reflexo itinere abeuntem; attentóque intuitu deprehendit Marſilium eſſe, quem & vox paulò ante ingeminata manifeſtaverat: & licèt hunc niteretur celeri voce proſequi, ac proprio nomine vocare *Marſili Marſili veniat*; non tamen retroceſſit; ſed eques candidatus moram non ferens oculis ſe ſe ſubduxit, & evanuit, tametſi totam nondum pertranſiſſet plateam. Tunc Mercatus inopinato ſpectaculo attonitus, quid Marſilio contigiſſet anxiè cœpit inquirere; & intellexit Marſilium Florentiæ ea ipſa die, & hora obiiſſe, quâ ad ſuas ædes ſuclamantem audivit, & equo vectum vidit è feneſtra. Ab eo tempore Michaël Mercatus tametſi vir eſſet vitæ integer, ac laudabilis probitatis, omiſſis Philoſophiæ ſtudiis ad culturam tranſiit chriſtianarũ virtutum, & brevi ſingulari effloruit pietate: & à chriſtiana philoſophia clariùs edidicit, quàm fluxa, quàm vanida ſit

præ-

Digitized by Google

præſens vita, quæ aurâ citiùs avolat; & certior factus de ſtatu alterius vitæ, ac animæ immortalitate ſeriò cœpit perpendere, quanta ſit æternitas, quam nulla poteſt menſura comprehendere, adeò ut poſt decem annorum myriades, poſt centies millena myriadum annorum, poſt decies centies millena millia myriadum, adhuc initium æternitatis non poſſit aſſignari: imò nec etiam licèt hiſce enumeratis tot millenas annorum adderes myriades, quot aër continet athomos, quot mare comprehendit guttas, quot terra arenolas complectitur.

94. An non ſi cum interminabili æternitate præſens vita conferatur momentum veriùs, quàm tempus eſſe dixeris? eſt enim æternitas, quæ nullo clauditur fine, & ſi ſemel infelix fuerit, nulla ampliùs ſpes affulget ullius ſolatij. Magiſter Chriſtus ſuos alloquens
Joan. 15. Diſcipulos ait: *Ego ſum vitis, vos palmites; qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum. Si quis in me non manſeris* (per fidem charitate formatam) *mittetur foras, ſicut palmes* (ſcilicet inutilis, & infrugifer) *& areſcet, & colligent eum, & in ignem mittent, & ardet.* Quærunt ſacri Interpretes, cur Magiſter Chriſtus cùm fuerit antea locutus in tempore futuro, poſtea concludat de præſenti *ardet*, cùm potiùs debuiſſet dixiſſe *ardebit*, cum tota periodus omnisque ſententiæ contextus videatur hoc futurum expoſcere? Palmes enim inutilis, ſi à vite amputetur, non ſtatim areſcit, ſed dicitur de futuro areſcet; deinde colligent eum, & in faſciculum colligabunt, & in ignem mittent, & poſtea immiſſus *ardebit*, cur igitur omiſſo futuro ait de præſenti *ardet?* quia nimirum æternitas, ſicut præterito caret, ita & futurum neſcit, ſed tantùm præſens complectitur conſtans, firmum, non fluxum, ſed jugiter permanens; eſt enim æternitas interminabilis vitæ, tota ſimul, & perfecta poſſeſſio: ſemel quòd poſſeſſio eſt tota ſimul, partem non habet poſt partem, ſed omnem ſuam extenſionem collectam habet in momentum præſens, adeò ut in hoc uno momento habeat totum ſimul unitum, & quidquid per infinitos ſæculorum tractus habet extenſum. Hinc D. Au-
Lib. 1 conf. cap. 6. guſtinus de æternitate Dei loquens ait: *Summus enim es, & non mutaris, nec peragitur in te hodiernus dies, & tamen in te peragitur, quia in te ſunt, & iſta omnia, non enim haberent vias tranſeundi, niſi contineres ea; & quoniam anni tui non deficient, anni tui hodiernus dies: & quàm multi jam dies noſtri, & Patrum noſtrorum per hodiernum tuum tranſierunt, & ex illo acceperunt modos, & utcunque extiterunt, & tranſibunt adhuc alij, & accipient, & utcunque exiſtent. Tu autem idem ipſe es, & omnia craſtina, atque ultra, omniáque externa, & retro hodie facies, hodie feciſti.* D. Auguſtinus per *hodie* intelligit, *nunc* æternitatis, quod nunquam eſt craſtinum, nunquam heſternum, nunquam præteritum, nunquam futurum, ſed ſemper hodiernum, ſemper *nunc*, in quo Deus omnia peragit, tam futura, quàm præterita: quapropter in Pſalm. 2. explicans verba *Ego hodie genui te*, ait: *In æternitate nec præteritum quidquam eſt quaſi deſierit, nec futurum, quaſi nondum ſit.* Unde per illud *hodie* de præſenti intelligit æternitatem, quæ eſt tota ſimul, & præſens; cui aſſentitur D. Bernardus *ſerm. 80. in Cant.* ubi ait: *Tempora ſub ea* (ſcilicet natura divina) *tranſeunt, non ei: futura non expectat, præterita non recordatur, præſentia non experitur.* Quod ſi æternitas ſuppliciorum momentaneam hujus vitæ excipiet felicitatem, ut ait Eccleſ. *Meminiſſe debet tenebroſi tem-* Eccleſ. c. 9.
poris, & dierum multorum: qui cum venerint, vanitatis arguentur præterita. Per tenebroſum tempus, & dies multos non obſcurè diuturnitas indicatur tenebrarum, ac ſuppliciorum; quis ob volaticam, ac larvatam voluptatulam velit ſe in orcum detrudere, ac ſupplicia ſubire nunquam finienda? O quàm acerbum, quàm dirum, ac durum quod æternum cruciat! quis æterno par eſſe poteſt cruciatui? quis perpendens ignem gehennalem inextinguibilem, & æternùm urentem, ac torquentem, non toto corpore contremiſcat, non totis artubus exhorreat? quis non malit hîc omni deſtitui gaudio, quavis privari voluptate; imò & calicem ebibere tribulationum, ut gehennalia declinet ſupplicia? ait D. Auguſtinus: *Quis* In Pſalm. 63.
non bibat tribulationis temporalis poculum, metuens ignem gehennalem? Et quis non contemnat dulcedinem ſæculi, inhians dulcedini vitæ æternæ? majore timore minora contemnimus, & majore æternitatis cupiditate omnia temporalia faſtidimus.

§. XI.

Ideo ſera eſt morum emendatio; quia nonniſi perfunctoria eſt gehennalium ſuppliciorum meditatio, quæ vix tremorem nobis oſcitantibus incutit.

SI ſeriò perpenderemus æterna gehennæ ſupplicia, nec fucatæ mundi voluptatulæ, nec larvatæ concupiſcentiarum illecebræ, neque fallaces carnis deliciæ nos ad illicita traherent; ſed horror gehennæ exercitia virtutum nos edoceret, ac melioris vitæ ſuggereret inſtitutum; non longioris deſiderium: vanitas ſiquidem eſt exitialis protractiorem vitam optare, & de vita meliore parum cogitare; flores quærere vanitatis, & fructus negligere honeſtatis; *cogita* ait D. Bernardus de primordijs, & noviſſimis noſtris, *unde veneris, & erubeſce; cogita ubi ſis, & ingemiſce; cogita quò vadas, &* 94.

contremiſce. Ad inferos viam aperiunt, ſterpúntque libido, luxuria, carnis blandimenta, voluptatum illicia; hos tramites qui ingreditur, brevi magnis itineribus ad orcum perveniet; idque Thomas Morus hoc diſticho innuit.

> *Si quis ad infernos properat deſcendere Manes,*
> *Hoc iter accelerant Balnea, Vina, Venus.*

Hæ ſunt voluptates, quas cæcutientes ſitimus; hæ deliciæ, quibus inhiamus, & viam perditionis currimus; hæc ſunt mundi blandimenta, quibus allicimur, quæque ſtare nequeunt, illicò ruunt, & in æternos luctus deſinunt. Scimus, & credimus mundi delicijs affluentes, carnis concupiſcentijs indulgentes, & lethali coinquinatos noxâ decedentes ſupplicijs addici æternis, ſed adhuc obdormimus, nec nos à vitijs ſubtrahimus, nec per ſtudia virtutum ſatagimus ſummo bono adhærere. Plerumque alto gemitu æternitatem ſuſpiramus, & cor pravis deſiderijs ſcatet; ore peccata deteſtamur, & pravas obſcœnáſque cogitationes mente ſovemus; occultas exquimus libidines, & per furtivos meatus à Deo ſummo Bono nos ſubducimus: cœleſtes theſauros appetimus; & interim terræ divitijs inhiamus, & clandeſtinis ſacrificiis Mammonæ litamus: æternos gehennæ ignes videmur expaveſcere; qui tamen non deſiſtimus ira, & invidia, perinde ac Ætna ignibus exardeſcere. Scimus viam, quæ ducit ad cœleſtem patriam arctam eſſe; & tamen non ceſſamus laxas percurrere iniquitatis ſemitas. Scimus Regnum cœlorum vim pati, & non niſi violentos eo potiri; ſed nullam adhibemus violentiam, quâ pravas noſtras coërceamus concupiſcentias, quâ inſoleſcentes compeſcamus libidines, frœnemus vitiatos affectus, ac reprimamus mala deſideria. Nos

Luc. cap. 13. v. 24. monet Chriſtus: *contendite intrare per anguſtam portam: quia multi quærent intrare, & non poterunt*, pugnare nos decet, eluctari, vincere, qui tamen nec pugnamus, nec eluctamur, nec pravis noſtris obſiſtimus affectibus, quos cum potiùs ſequamur, ſalutem non conſequimur; oſcitantes, lentique velut cameli gradimur, ſi ad exercitia vocemur virtutum.

95. Templum ingredimur, concionem audimus, ingemiſcimus, noxis indignamur, peccata deteſtamur, ac nobis etiam iraſcimur: ſed vix è templo egreſſi priſtinam repetimus conſuetudinem, & hilaris oblivio priorem omnem obliterat ſanctitatem; quia ſeriò non emendamur, & non niſi perfunctoriè noſtræ ſalutis negotium inſtituendum ſuſcipimus, deſidiâ torpeſcentes, & otium ex otio ducentes. Exempla Piorum videmus, Divorum res geſtas audimus, & commendamus, non tamen ſequimur, nec imitamur; beatorum gloriam concupiſcimus, ſed viam, quæ illuc ducit non perambulamus, imò ut moleſtijs refertam declinamus. Et hæc eſt cæcitas noſtra, nullis ſat lacrymis lugendam, quia æternitatem ſuppliciorum in gehenna credimus; & tamen toto niſu non ſatagimus viam declinare perditionis; quia nimirum ſolertiores ſumus in rebus futilibus, tranſitorijs, ac vanis, quàm æternis, & fides quâ hæc prælibamus ſomnolenta eſt, ac deſes, ad quam excitandam refert Ludovicus Granata duos fuiſſe veræ non fucatæ *In 3 concione*
amicitiæ vinculo conjunctiſſimos, Theſeum *Adventus.*
unum, Pirithoum alterum dixiſſes, ſeu unum in gemino corpore animum, unum velle, ac nolle; utrumque vitæ fuiſſe probatiſſimæ. Mors tamen quæ nexus omnes etiam Gordio implicatiores ſolvit, hanc diſſolvit amicitiam, & alterum ab altero ſejunxit, quem in alium tranſtulit orbem; non multum tamen effluxit temporis, cum defunctus ſuperſtiti ſe ſpectabilem præbuit, habitu tamen, ac vultu mœſtiſſimo, ac ſi amico anſam daret interrogandi. Timore correptus vivus ad hanc inexpectatam amici defuncti præſentiam, & tam lugubri ſpectaculo perterrefactus hæſit anceps, num deberet defunctum interrogare: tandem ubi animum reſumpſit ab eo ſciſcitatur num beatis eſſet adſcitus; vel quónam loco detineretur? Tunc defunctus altè ingemiſcens flebiles has voces ter clarè ingeminavit, *Nemo credit, Nemo credit, Nemo credit*, cumque vivus quæſiiſſet à defuncto, quidnam illud eſſet, quod nemo crederet, repoſuit ille: Nemo credit, quàm Deus rationes exactè depoſcat, diſtrictè judicet, juſtè ſententiam ferat, & ſeverè puniat: hiſce dictis evanuit; ſed ſuperſtes toto pavore attonitus, ſeriò cœpit ſibi conſulere, ac æterna in gehenna perpendere ſupplicia, ſanctioremque vivendi normam inſtituere, veræ reſipiſcentiæ lacrymis contractas noxas eluere, flagellis ſe cruentare, jejuniis carnem cohibere, & virtutum culturâ efflореſcere ſanctior.

Ideo ſera eſt vitæ noſtræ emendatio; 96.
quia tarda eſt æterni ſupplicij cogitatio. In ore eſt æternitas, ſed in animum non deſcendit; aures ferit gehenna, ſed cor non penetrat; ejus ſupplicia cogitamus, ſed obiter, vix animum ingreſſa, illicò ut moleſtiam ingerentia excutiuntur; ideóque ſalubres gemitus aliarum cogitationum mole obruuntur; & propoſitum emendandæ vitæ vanis cogitationibus ſepelitur; gehennæ ſupplicia credimus, ſed non ſeriò expendimus, quia nullus eſt qui recogitet corde. Deſcendamus in infernum viventes, ne illuc ruamus morientes; ſeu cogitemus crebrò æterna ſupplicia, ut ea declinemus, ſicut Pſalmiſta ait: *Deſcendant in infernum* *Pſalm. 54.*
viventes, ne deſcendant morientes. *Hoc* *v. 16.*

modo

modo (air D. Bernardus ad fratres de monte Dei) *ſæpe cellarum incolæ in infernum deſcendunt ſicut enim aſſiduè contemplando reviſere amant gaudia cæleſtia, ut ardentiùs ea deſiderent : ſic & dolores inferni, ut horreant, & refugiant.* Eſt gehennalium ſuppliciorum meditatio egregius Pædagogus, qui & mores corrigit, & vitam emendat : aiebat
Pſalm. 38. n. 4. David : *Concaluit cor meum intra me, & in meditatione mea exardeſcit ignis*, ubi textus Chaldaicus ait : *Ebulliit cor meum in corpore meo*, ac ſi cor Davidis in meditatione ignis gehennalis non ſolùm æſtuaret, ſed etiam medullitùs ferveret, ac animitùs ebulliret, adeò ut conceptum non poſſet ardorem ferre, ſed tolerando prope deficeret.

Meditatio autem, in qua ignis exar-
97. deſcit, crebra eſt, & anxia mentis agitatio, & cogitatio de auditis conviciis, calumniiſque, ac injuriis, ſibi hoſtiliter illatis ; ſi ſenſum ſpectemus literalem. Siquidem ſenſu myſtico ignis dicitur exardeſcere meditatione rerum divinarum. Deique amore ; vel dolore, ac compunctione propter Deum ; vel metu, & horrore gehennalis incendij, quatenus meditatio gehennalis ignis flammas in corde excitat, quibus cor exardeſcit, & totus homo fervet, conſilio ſcilicet, & deliberatione DEO inſerviendi, vitam emendandi, & per exercitia virtutum ſe ad cœleſtem gloriam promovendi : expendens enim D. Hieronymus verba Regij Vatis opportunè ad rem noſtram exponit ; *Et in meditatione mea incenſus ſum igne*, ac ſi David diceret, dum vivax cogitatio gehennalia incendia mente fovet, verſatque, totus Propheta ex illius incendij meditatione ſufflammatus videtur, & quaſi de gehennæ ſcintillis præmature exardeſcens, motibus æſtuat ſanctioribus, ac deſiderio ebullit proficiſcendi in ſtudio virtutum : *& in meditatione mea incenſus ſum igne*, id eſt, ait
Ibidem. Caſſiodorus : *Non motu inſano, non timore ſervili : ſed conſilio, & deliberatione ; unde fervor tranquillus, manſueta inflammatio, motus inculpabilis, & feſtinatio oritur moderata.*

Refert Joannes Moſcos in *prato ſpiri-*
98. Cap. 145. *tuali* ad Abbatem Alexandrum ſenem religioſiſſimum veniſſe Cœnobitam juvenem, facultatem ut peteret domicilij commutandi, ac alium demigrandi in locum, aiebat enim, locum quem incoleret inamœnum eſſe, aërem craſſioribus exhalationibus infectum, & parum ſanitati accommodatum ; terram ſterileſcentem, ac infœcundam ; proſpectum, qui nec oculos paſceret, nec animum recrearet, ut propterea domicilium illud tœdium ei pareret. Cui pientiſſimus ſenex reposuit : Et hoc quidem ſignum eſt fili mi, luculentum, quòd in tuo illo domicilio, nec cœli delicias, nec tartari flammas nunquam ſeriò cogitaveris : nam ſi hæc animo volveres, mihi crede fili, neque cellula tua tibi tædio eſſet, neque aër inſalubris, neque telluris illius curares ſterilitatem, quin tibi feracior foret ad virtutum culturam, & tu illarum pluribus efflores. Meum eſt conſilium, ut priſtinum tuum repetas tuguriolum, & ſeriò ibi æterna mediteris ſupplicia, quibus in gehenna detruſi torquentur absque ſpe inde evadendi : ſi hoc igne cor tuum exarſerit, ſolatio tibi erunt, quæ aſſeris, tibi tœdio eſſe, & per incrementa virtutum arctam, quæ ad cœlum viam ducit, percurres : reverſus Eremicole ad ſuum domicilium cœpit ſeriò æterna meditari ſupplicia, quibus damnati torquentur, & non ampliùs tœdium ullum ex loco illo hauſit, nec ampliùs tellurem illam excolere curavit, ſed in profectu virtutum animum exercere tantùm ſtuduit : meditatio ſiquidem gehennalis ignis optimus fuit pædagogus, qui eremiculam edocuit, mores corrigere, & præconceptum tœdium excutere : qui enim ſeriò cœlum, qui infernale baratrum attenta mente perpendit, moleſtias, ac miſerias etiam graviſſimas vel non ſentit, vel ſi eas ſentit, in lucrum trahit, paratus plura, eáque graviora perferre, dummodo ſupplicia gehennalia, quæ meditatur evadat.

Idque cauſæ fuit Olympio Abbati te- 99.
ſtante Climacho, ut interroganti qua ratione terram, ac tenebris perpetuò cæcutientem habitaret ſpeluncam, æſtus toleraret acriùs urentes, & cyniphum inter exercitus, & inter muſcarum importuniſſima examina poſſet dies totos perdurare, reſponderit ; à ſe omnia illa æquo, bonóque animo tolerari, ac ſibi delicias videri non incommode, eò quia frequenter incendia meditaretur gehennalia, à quibus fore ſperaret, ut liberaretur ; cyniphes illos libenter ferre, quia vermem horreret immortalem ; nec æſtus ſe acriores curare, quia ignes formidaret æternos. Si hæc ſeriò perpenderent delicatuli, quibus vel ipſæ muſcæ ſunt faſtidio, hujus vitæ incommoda non curarent, & toto niſu ſatagerent per virtutum ſtudia gehennalia declinare ſupplicia, & cœleſti donari beatitate. Hiſce cogitationibus armandus in vitie eſt animus : hæ meditationes ſunt, quæ frœna injiciunt pravis affectibus, fœdas libidines extingunt, inſoleſcentes concupiſcentias compeſcunt ; & quamvis hæ cogitationes nonnihil contineant amaroris, ſalubres tamen ſunt, quia animi morbos diſpellunt, & virtutum promovent culturam. Is gehennæ ſupplicia declinat, qui crebrò, & ſeriò ea meditatur : ait D. Chryſoſto- Homil. 2. in Epiſt. 1. ad Theſſal.
mus : *Si non everſionem timuiſſent Ninivitæ, fuiſſent everſi : Si tempore Noë homines timuiſſent diluvium, non fuiſſent obruti diluvio. Si timuiſſent Sodomitæ incendium, non fuiſſent exuſti. Magnum eſt ma-*

lum

lum minas negligere. Nihil eſt æquè utile ac de gehenna diſſerere. De ea dicatur aſſiduè, ut nunquam in ea incidas; fieri non poteſt, ut anima de gehenna ſolicita citò peccet. Nullus ex iis, qui gehennam habet ante oculos incidet in gehennam. Quia ſcilicet ignis gehennalis meditatio eſt, quæ pravos affectus compeſcit, laſcivientes concupiſcentias extinguit, mores corrigit, vitam emendat, & virtutum promovet ſtudia.

100. Nullus eſt curandis animi morbis doctior medicus, nullus moribus corrigendis Magiſter eruditior hac gehennalis ignis meditatione, quapropter Jeremias lugens ait:
Thren. 1. *De excelſo miſit ignem in oſſibus meis, & erudivit me: expandit rete pedibus meis, convertit me retrorſum: poſuit me deſolatam tota die mærore confectam.* Per hunc ignem in oſſa Prophetæ cœlitùs miſſum intelligi myſticè ignem gehennæ, aſſerunt ſacri Interpretes, & Paraphraſtes Chaldæus ſuffragatur: ſiquidem pro *convertit me retrorſum*, habet, *vertere fecit me deorſum.* Gehennalis ſiquidem ignis per aſſiduam meditationem, piùmque tranquillè horrorem in hominis oſſa immiſſus, ac animæ viſceribus, medulliſque impreſſus vividæ cogitationis ventilabro flammam excitat, ignem incrementat, incendium propagat, quatenus dum mentem deorſum ducit, unde incendia æſtuant gehennæ, hominem ad pœnitentiam perducit, & ad omnem erudit ſanctitatem: & in meditatione æterni ſupplicij perinde ac in pædagogia animus eruditur, ac in ſtudijs proficit virtutum. Pulchrè Paſchaſius expendens verba Jeremiæ. *De excelſo miſit ignem in oſſibus meis, & erudivit me*, ait: *Porrò anima peccatis obnoxia dum pro ſuis iniquitatibus à Domino nonnunquam corripitur (aut pœnaliſſimæ correptionis minas animo tractat) ad ſe introrſus rediens, dum ſalubri dolore compungitur, quaſi de excelſo in ſuis oſſibus, ac ſi medullarum cogitationibus ignem veniſſe non dubitaret, pro quo divinitus attracta caſtigatur, & eruditur diſciplinis divinis. Et quia ſentit retia doctrinarum coram pedibus expanſa, vadit retrorſum abſtinendo ſe ab illicitis; luxum voluptatum priſtinum, & concupiſcentias in lachrymas convertit, & tantò fortiùs conſtringendo ſemet ipſam plangit mærore luctûs confecta nolens illam præſentis vitæ noxiam recipere conſolationem quanto ſceleſtius per varia deſideria ſe diutiùs conſiderat oberràſſe.* O quàm utile eſt hoc Gymnaſium frequentare, in quo præproperè gehennalia perpenduntur incendia! cineſit hoc igne vitium, & ab hac flamma virtus veluti phœnix redivivus reſurgit: in hoc Gymnaſio morum errores corriguntur, vita emendatur, & virtutum ſtudia promoventur; quæ fœdè æſtuabant concupiſcentiæ non ſolùm ſopiuntur, ſed & in lachrymas liqueſcunt reſipiſcentiæ.

Eſt gehenna, in qua ut ait Regius Vates: *Nox nocti indicat ſcientiam*; nimirum 101. Pſalm. 18. v. 3.
avernales tenebræ, & nox æterna ſcientiam indicat nocti. Sicut enim dies felicitatis perpetuæ oſtenſurus eſt beatis, qui opportunè hos vitæ dies ſanctis actionibus expenderunt: ita nox illa horribilis ſempiternam noctem deteget, quam inter vitia ducunt improbi brevi æterna nocte ſepeliendi. Nox eſt, cujus tenebris conſcientiæ canis latrat; nil ampliùs fulget auri, nil ſplendet argenti, voluptas omnis evaneſcit, & ſolæ umbræ terrent, caligines obtuunt, & flammæ ſulphureæ torquent. Tetra eſt hæc nox, lurida, ac nubila omne ſubducens lucis ſolatium: ſed ſi mente volvatur, ſi frequenti perpendatur meditatione, mentem illuminat, ne viam percurramus, quâ ad gehennam itur, ſeu ut peccatum fugiamus; quiſquis enim lethaliter delinquit omne genus miſeriarum, ac calamitatum ſibi ultrò accerſit. Eſt ſiquidem peccatum lethale fons ille putidiſſimus, è cujus ſcaturigine prodeunt miſeriæ omnes, exiliúntque cunctæ ærumnæ, ac calamitates; quapropter aiebat David: *Non eſt ſanitas in* Pſalm. 37. v. 4.
carne mea, non eſt pax oſſibus meis à facie peccatorum meorum. Hinc cœleſtis Medicus non ſolùm utile, ſed & neceſſarium daturus quoad curandos animi morbos conſilium, ait: *Jam noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat.* Quidquid enim mali obtingit homini ſive ſint febres æſtuantes, ſive dolores torquentes, ſive ærumnæ prementes, peſtes graſſantes, bella furentia, ſupplicia excruciantia hæc omnia ab una corrupta peccati radice prodeunt: æquè enim variatur peccati ſupplicium, ſicut varium eſt ipſum peccatum, adeò ut non tot Proteus finxerit perſonas; nec Empedocles transmutationes, nec Pythagoras transmigrationes, ſicut peccatum formas ſubit, & varia ſecum trahit ſupplicia.

Idque etiam cauſæ, cur David iracun- 102.
dos, ſerpentes dixerit, & inſipientes aſpides; Jeremias adulteros equos vocaverit adhinnientes; Ezechiel Pharaonem eſſe Draconem aſſeruerit; Joannes Phariſæos genimina viperarum, Chriſtus impudentes canes, & porcos; & Herodem vulpem appellaverit: quia ſcilicet peccatum homines in bruta transmutat, ac ratione deſtituit, quapropter David ait: *Homo cùm in honore eſſet* Pſalm. 48. v. 13. & 21.
non intellexit comparatus eſt jumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis: quinimò non ſolùm in bruta, ſed in dœmonem etiam peccantem vertit, adeout Chriſtus ſuos al- Joan. cap. 6.
loquens Diſcipulos dixerit. *Ex vobis unus* v. 71.
Diabolus eſt, alluſit ad Judam, qui Magiſtrum ſuum prodere meditabatur: peccatum quod mente conceperat in dœmonem eum transmutaverat, & D. Chryſoſtomus excandeſcens

deſcens in invidum ait: *Nam invidus ipſe Diabolo magis Diabolus eſt.* Imò non ſolùm Diabolus, ſed infernus ipſe dicitur, ait enim Joannes: *Et infernus, & mors miſſi ſunt in ſtagnum ignis*, ſed quomodo infernus in infernum miſſus dicitur; ſi infernus ab inferno non diſtinguitur, quomodo in infernum detruditur? ita eſt infernus eſt, quem lethalis noxa inficit, qui vitam criminibus corrumpit, ac ſceleribus implet, omnia ad ſe ſupplicia ultrò accerſit, & infernus eſt; quia ſicut infernus locus eſt tormentorum, ac cruciatuum, domúsque cacodæmonis; ita impius conſcientiæ ſupplicia, & morſus, diróſque cruciatus experitur: cúmque ſit propterea impius infernus ob conſcientiæ lanienam & diros cruciatus, quos experitur, rectè dicitur in ſtagnum ignis, ſeu in infernum mitti. Ita eſt ait D. Gregorius: *Mala quæ patimur, mala noſtra meruerunt*, quod & indicaverat Syracides inquiens: *Mors, ſanguis, contentio, & romphæa, oppreſſiones, fames, & contritio, & flagella: ſuper iniquos creata ſunt hæc omnia.*

Da. 9. in mo. Joan. Apoc. 20. v. 14.

Peccatum nos è paradiſo excluſit, & in hanc vallem lachrymarum detruſit. Hinc Anſelmus ait: *Aperi oculos anima miſera, & vide quid fuiſti olim, & quid nunc es: quo loco fuiſti tunc, & quo nunc es. Eras ſponſa Altiſſimi, eras templum Dei vivi, eras vas electionis, eras thalamus æterni Regis, eras Thronus veri Salomonis, eras ſedes Sapientiæ, eras ſoror Angelorum, eras hæres cælorum. Ecce cùm omnia hæc fueris quæ dixi, quoties dico eras, eras, toties tibi lachrymandum eſt, dum ſubitam tuam cogitas mutationem: ſponſa Dei facta eſt adultera Diaboli; templum Spiritus ſancti mutatum eſt in ſpeluncam latronum; vas electionis, in vas corruptionis; thalamus Christi in volutabrum porcorum; ſedes Dei in cathedram pestilentiæ; ſoror Angelorum, in ſociam Dæmonum; & quæ inſtar columbæ volitabas per cælum, nunc tanquam ſerpens reptas in terra. Plange itáque ſuper te ò anima miſera; plange quia te plangunt cæli, quia te plangunt Angeli, quia te plangunt omnes ſancti; te plangunt lachrymæ Pauli, te plangunt guttæ ſanguineæ Chriſti Domini, quia peccaſti, & mali illius, quod commiſiſti, pœnitentiam non egiſti.*

De ſimil. cap. 190.

DISSERTATIO XXIV.

Inſoleſcit Audacia proprijs plus æquo fidens viribus; & niſi coerceatur, non ſolùm diſcrimina adit; ſed etiam in ſcelera proruit.

§. I.

Malorum tolerantia niſi fœtus ſit virtutis, nullam induit honeſtatem, nec animi prodit ſublimitatem; ſed vanam & ingloriam ſubindicat temeritatem.

1. AUdacia ſuam trahens nomenclationem ab avidè, ſeu cupidè agendo, plerumque uſurpatur pro ipſa abundantia fiduciæ, & copia fidentiæ, quibus nominibus demonſtratur ea vis animi, quæ nullis exterretur periculis, nulliſque conteritur laboribus, dum res arduas, ac nbrentu perdifficiles aggreditur, & in hoc ſenſu in naturam vitij non degenerat audacia, ſed honeſtamenta potiùs contrahit virtutis, & conditionem ſapit fortitudinis, quæ virtus eſt excellens inter terribilia; & obvias difficultates intrepidè ſuperat. Eſt propterea fortitudo virtutum invictiſſima; quæ licèt pericula non appetat, ut temeraria; non tamen formidat, ut pavida. Hæc illa eſt, quam adverſa non deprimunt, nec proſpera extollunt, nec tormenta terrent, neque mors ipſa licèt ſuppliciorum ſtipata exercitu frangit. Hæc illa, quæ inconcuſſa pectoris firmitate omnes exiccat lachrymas, ſuperat labores, ridet moleſtias, elidit ægritudines, tolerat dolores, nec ſinit ſe minis detorqueri à recto, nec precibus flecti. Hac qui munitur virtute, nulli cedit oneri nullum timet ſupplicium, nullâ terretur difficultate, novercantis, & adverſæ fortunæ

jacula non timet, nec ejus exterretur ſupercilio; quamvis naufragio ſæviat, exilio puniat, ſupplicijs torqueat, tormentis feriat, vulneribus ſauciet, convicijs pungat, calumnijs vulneret, ac ipſo vitæ diſcrimine terreat. Hac præmunitus virtute Mutius Scævola errorem ſuum brachij toſtione eluit; Empedocles Æthnea incendia exploraturus montis hiatum ingreſſus fuit; Anaxarchus conjectus in mortarium, ferreiſque piſtillis contuſus inſultavit Tyranno dicens: tunde, tunde follem Anaxatchi, nam ipſum quidem Anaxarchum non contingis; additque Laërtius, jubente Nicocreonte præcidi Anaxarchi linguam, ipſummet præciſam linguam ſuam in Tyranni faciem expuiſſe. Adeſt etiam exemplum Epicteti, qui cum herus crus torqueret, ſubridens, ac imperterritus, perfringes inquit, & cum ille fregiſſet; nonne prædicebam, inquit, quòd perfringeres. Sunt alia plura Ethnicæ ſuſtinentiæ illuſtria exempla, quæ congerens Tertullianus ait; *Mutius dextram ſuam libens in ara reliquit, ò ſublimitas animi! Empedocles, totum ſe ſe Catanenſium Æthneis incendijs donavit, o vigor mentis! Aliqua Carthaginis conditrix rogo ſe ſecundùm matrimonium dedit, o præconium caſtitatis! Regulus ne unus pro multis hoſtibus viveret, tota corpore cruces patitur, ò virum fortem, & in captivitate victorem! Anaxarchus cùm in exitum Ptiſſanæ pilo contunderetur, tunde, tunde, aiebat, Anaxarchi follem, Anaxarchum enim non tundis, o Philoſophi magnanimitatem, qui tali de ſuo exitu etiam jocabatur! Omitto eos, qui cum gladio proprio, aliòve genere mortis mitiore de laude prætulerunt. Ecce enim & tormentorum certamina coronantur à vobis. Attica meretrix carnifice jam fatigato, poſtremò linguam ſuam comeſtam in faciem Tyranni ſævientis expuit, ut expuerat & vocem, ne conjuratos confiteri poſſet, ſi etiam victa voluiſſet. Zeno Eleates conſultus à Dionyſio quidnam Philoſophia præſtaret, quum reſpondiſſet, contemptum mortis; impaſſibilis flagellis Tyranni objectus ſententiam ſuam ad mortem uſque ſignabat. Certè Laconum flagella, ſub oculis etiam hortantium propinquorum acerbata, tantum honorem tolerantiæ domui conferunt, quantum ſanguinis fuderint. O gloriam licitam quia humanam, cui nec præſumptio perdita, nec perſuaſio deſperata reputatur, in contemptu mortis, & atrocitatis omnimodæ, cui tantum pro patria, pro imperio, pro amicitia pati permiſſum eſt, quantum pro Deo non licet. Et tamen illis omnibus, & ſtatuas defunditis, & imagines inſcribitis, & titulos inciditis in æternitatem, quantum de monumentis poteſtis.*

[In Apolog. cap. 50.]

2. Non tamen quævis malorum tolerantia legitimus eſt fortitudinis fœtus, niſi ob virtutis fiat honeſtatem, fuerunt enim plures præſertim ex Ethnicis, qui facturi ſibi apud poſteros nomen, pericula adierunt, & acriora ſupplicia perpeſſi ſunt; plerumque hiſce paſcitur vana gloria. Cùm ſint homines naturaliter gloriæ cupidi, omnem illicò anſam arripiunt eam ſibi comparandi, etiam inter actus fortitudinis, & ſimiles dixeris ſeptem illis vacis macilentis, & uredine percuſſis, quæ paſcebantur in locis virentibus. [Geneſ. 41.] Idque cauſæ, cur ex tot fortiſſimis Lacedœmoniorum, Athenienſium, & Romanorum Ducibus perpauci fuerint, qui fortitudinis virtutem inanis gloriæ teredine non corruperint, quia ut monet D. Chryſoſtomus; [Homil. 1. ad Theſſal.] Gaudium de tolerantia purè propter honeſtatem, eorum eſt, qui aliquid ſupra naturam enacti ſunt, corpúſque habent, nullis ampliùs paſſionibus obnoxium, cujuſmodi fuerunt SS. Martyres, quos Theodoretus vocat: *pietatis turres*, & *veritatis columnas*; [Serm. 10. de Providant.] obſervátque, eos non ſolùm libenter paſſos, quod inſignem oſtendebat fortitudinem, verùm etiam gaviſos pati, eſtque ſummus fortitudinis vertex.

3. Vir verè fortis ſibi vel maximè cavet, ne in hunc inanis gloriæ lapidem impingat, & ne fumum illum humanæ exiſtimationis in rebus arduis tolerandis pro ſcopo habeat; nil eſt, quod turpiùs virtutis denigret honeſtatem, quàm fumus inanis gloriæ, quo virtus ipſa in vitium degenerat. Vir fortis non agit fortiter, ut inde magni fiat; ſicut ut nec aliqua voluptate perfruatur, vel lucrum reportet temporale, vel damnum à ſe avertat, vel alicui ſuæ gratificetur amaſiæ exemplo illius Galleacei Mantuani, qui Papiæ hybernans, & fortè in ponte obviam habens, quam deperibat puellam, à qua cum audiviſſet, per quandam jocandi ſpeciem: *Amator egregiè, cur è ponte in amnem non decidis mei gratiâ?* & ipſe ſtatim concitato equo ſe in Ticinum præcipitem egit, unde vix natabundus emerſit. Non eſt vir fortis, qui ex ſimilibus cauſis pericula adit, labores ſubit, ardua tolerat, difficilia ſuperat; quia id non eſt arduis ſe objicere ex honeſtate virtutis; ſed ex turpitudine concupiſcentiæ.

4. Veræ, ac germanæ fortitudinis ſpecimina dedêre Chriſtiani Martyres, qui alacres ob fidem propugnandam, ac obteſtandam, ſupplicia, gladios, ſecures, equuleos, rogos tolerârunt, quorum propterea tolerantia opus fuit præſtantis fortitudinis, quam non ſolùm viri, ſed etiam fœminæ, & puellæ molliſſimè educatæ exercuerunt; hæ ſiquidem licèt ſexu imbecilles, cœleſti corroboratæ divinitùs ope, non ſolùm inter ſannas, verùm etiam, quod atrocius eſt, inter gladios, equuleos, rotas, & ad alia ſexcenta ſuppliciorum genera inconcuſſam animi oſtenderunt firmitatem: *Ut cùm adverſo mari*, (ut loquitur Cyprianus libro de laude Martyrii) *moles oppoſita reluctatur, ſæviant licèt fluctus, & revolutum æquor identidem pulſet, tamen hæret immobilis virtus, nec undis circumſpumantibus adoperta ſuccumbit,*

donec

donec per ſcopulos bis digeſta ſe ſupprimat, & ſuperiacens ſaxis in aperta littoris ſpatia victor æquor evadat: ſic inter perſecutionum procellas, tormentorúmque deſpumantes fluctus SS. Martyres omne carnificis ingenium tormentis exquiſitiſſimis ſubeundis caſſum reddiderunt, & ſola conſtantia, quam Tyrannorum objecerunt furori, eorundem rabiem, & conatum fregerunt.

5. Horreret animus ſi ſingula recenſerentur ſuppliciorum genera ab ingenio furibundæ Tyrannidis excogitata in exitium Chriſtianorum, in quos immanium Beſtiarum ultra ipſam mortem ſævijt carnificina: quæ tamen ſupplicia, ac execrabiles corporum lacerationes Chriſtiana fortitudo abſque ullo gemitu pertulit, & inconcuſſa animi firmitate ſuperavit. Hæc fuit illa virtus, quæ vel ipſis tortoribus miraculorum maximum viſa eſt præbuiſſe, cum crudelitas patientiâ vinceretur. Pulchrum ſanè præbuit populis ſpectaculum Chriſtiana fortitudo, cum viſa eſt læta adire ſupplicia, cum doloribus congredi, inter tormenta corporis ſtrepitum mortis, & horrorem carnificis irridere, & libertatem ſuam adverſus Reges, & Principes aſſerere, & ſoli Deo cedere; & tunc ſplendere illuſtriùs, cum acrius corpora flammis urerentur; tunc conſulere integritati, cùm pluribus vulneribus, ſaucia exhiberet corporis membra; tunc ſurgere vegetior ad triumphum, cum viribus deſtituta vita eſt cecidiſſe ſub patibulo. Præcipuus enim fortitudinis actus per invictam exercetur ſuſtinentiam, quia cùm ſit fortitudo virtus, eſt animi potius, quàm corporis ornamentum; & ex honeſtate pati, ac ſupplicia ſuſtinere, munus eſt animi; perinde ac officium corporis eſt aggredi adverſarios, eóſque invadere; adeò ut fortitudo magis per ſuſtinentiam, quàm per aggreſſionem exerceatur, ut cenſet Plato aſſerens, fortiùs eſſe in bello proprium ſanguinem fundere, ne quis vincatur; quàm alienum, ut vincat; quia inhiare cædi, & ſitire humanum ſanguinem ferocitas eſt belluis communis; non fortitudo homini propria; quia hæc honeſtati adhæreſcit, cujus non ſunt feræ capaces.

6. Neque fortes dicuntur Cyclopes, quamvis ex conciſis, diſcerptiſque humanis artubus ſaginati, ac alieno ſanguine ebrij; neque fortes qui gladiatoriis delectantur ſpectaculis, humaníque effuſione cruoris; experimento enim deprehenſum eſt, hos plerumque pavidiſſimos eſſe, ac cæteris imbecilliores. Quis enim timidior, magiſque pavidus Claudio Cæſare? & tamen nemo fuit, qui adeò hiſce delectaretur cruentis ſpectaculis, cùm ſub prandium ſingulari oblectamento, eos conſueverit ſpectare, qui in Theatro dilaniabantur: hoc vitio Commodus Imperator etiam laboraſſe fertur, qui tamen à vera fortitudine deſcivit. Sciunt omnes, quantus fuerit Nero Laniſta; ſed noverunt etiam quantâ extiterit imbecillitate dejectus. Non igitur fortes ſunt, qui humano delectantur ſanguine, ſed qui ardua, & acerba imperterrito animo perferunt, ut præſtiterunt ſancti Martyres, quorum tolerata ſupplicia recenſet Theodoretus, ubi de tormentis à Perſis inflictis Chriſtianorum Primitijs ait: *Audite obſecro qualia nuper facinora Perſæ ſint auſi, quod enim illi crudelitatis genus in Chriſtianos commenti non ſunt? an non illi tergora diripuerunt? non pedes, manúſque abſciderunt? non aures, naréſque obtruncârunt? non foveas, non loculos excavârunt, eóſque uberrim priùs melle perunctos muſcarum copiâ maximâque, & aculeatis crabronibus impleverunt, qui colligatos ſigerent, morſibúſque abſumerent? & tamen cùm tot cruciatus, multóſque etiam plures adverſus Chriſtianos commenti eſſent (mos ſiquidem illis erat verberibus cædere, mutilationibus obtruncare, perdere modis omnibus, & corrumpere) fidei Theſaurum furari certè non potuerunt.* Lib. 9. adverſus Græc.

7. Quamvis viri fortes non ſe temerè malis ingerant; ſi tamen contingant, conſtantes ferunt advenientia: non appetunt formidabilia, quæ tamen ſpernunt; & ibi extolluntur, ubi cæteri deprimuntur: ibi ſtant, ubi alij jacent, nec illos ſubigit dedecus, neque exilium, neque ſupplicium, nec eos exterrent carceres, tormenta; imò nec mors ipſa: ſiquidem omnem luctum, omnéſque moleſtias, ac ſuppliciorum acerbitates propria elidunt magnitudine; neque deſpondent animum, tametſi plura bene cœptis obſiſtant impedimenta, adverſentur difficultates ſuperatu difficiles: nulli cedunt oneri, nulli parcunt labori, ſed in bene cœptis perſiſtunt, donec perficiant; nulla eos vis, nulla potentia, terror nullus minores facit.

8. Nullibi tamen fortitudinis præſtantia illuſtriùs elucet, quam in mortis diſcrimine; arduum ſiquidem eſt, & naturæ ipſi adverſum, animum ad vitæ contemptum perducere, cujus amore ita plerique tenentur, ut nil eâ cenſeant felicius, nil putent pretioſius. Viri tamen fortes præſertim ſi Chriſtiani ſint inter mala non recenſent mortem, præſertim pro Chriſto obitam; quam è cathalogo expungunt malorum; cum eorundem ſit finis, & vitæ nunquam intermorituræ initium. Mors ineluctabilem ſecum trahit neceſſitatem; eam timere viri fortis non eſt, ſed puſillanimi, ac timidi. Is autem mortem non veretur, qui mortem expectat, ad quam ſe parat; nemo lætus eam excipit, niſi qui ſe diu ad illam priùs ſe compoſuit; qui frequenti cogitatione eam ſibi familiarem effecit, ejus non horret acceſſum; quin & alacri animo excipit venientem. Vir fortis omnē pro morte obeunda ſolicitudinem deponit, & ad omne mortis genus paratum ſe exhibet, & ſive gladius vinculum ſcindat, quo anima corpori adnectitur; ſive febris

æſtuans humorem abſumat vitalem; ſive corruptus humor viſcera inficiat, mortem non timet, quia fortitudine loricatus aſſueſcit ex alto runcta deſpicere.

9. Cæterum fortitudo non eſt audacia; quia illa eſt virtus ſpecialis moralis, inducens mediocritatem circa affectus timoris, & audaciæ obſtituros honeſtati deterenti hominem circa pericula, réſque arduas; ex quo liquet, audaciam eſſe potiùs vitium fortitudini oppoſitum, perinde ac timiditas. Dupliciter enim peccari poteſt contra fortitudinem, per defectum, vel per exceſſum, quapropter verſatur fortitudo circa timores, & audacias, & harum affectuum moderationem ſibi proponit inducendam; ſitque propterea is verè fortis, qui & quantum neceſſe eſt timet, nec modum illum transgreditur; & quantum neceſſe eſt audet, nec fines ea in parte à prudentia poſitos tranſilit; ex quo liquet, dupliciter poſſe quempiam ab illo medio, in quo ſita eſt fortitudo deflectere; vel per nimium timorem, vel per nimiam audaciam, ſúntque duo vitia fortitudini oppoſita, quorum primum timiditas; ſecundum temeritas, ſeu audacia nuncupatur; & omiſſa timiditate, de qua ſuperiùs abundè diſſervimus cùm de affectu timoris coërcendo egimus, de ſola hic audacia diſſerendum ſupereſt, quæ niſi coërceatur inſoleſcit, & plus æquò propriis fidens viribus non ſolùm diſcrimina adit, ſed etiam in ſcelera prorruit Sicut timor ad fugam pertinet, ita oppoſita audacia pericula adit, & diſcrimina proſequitur. Motus proſecutivus appetitûs, licèt per ſe feratur in bonum, per accidens tamen, & ratione boni, fertur etiam in malum, quatenus nequit appetitus bonum conſequi, quin malum eidem adnexum ſuperet, & tunc appetitus nonniſi per accidens dicitur in malum ferri, quia primò, & per ſe quivis motus proſecutivus appetitûs fertur in bonum, quod principaliter intendit.

10. Quamobrem audaciam ad eos dixeris actus pertinere, quibus appetitus ratione boni primò & per ſe intenti malorum pericula appetit, & vitæ diſcrimina aggreditur; quapropter docet D. Thomas, audaciam non excitari, niſi in appetitu iraſcente, & verſari tantùm circa bonum, quod ſperatur ſuperato aliquo gravi malo, vel tentato aliquo probabili periculo: tunc appetitus conſecuturus bonum illud ſperatum imminentia negligit pericula, quæ propterea flocci faciens aggreditur, ut iiſdem ſuperatis bonum conſequatur, quod ſperaverat. Conſecutio boni ſperati dupliciter poteſt exiſtimari ardua, & perdifficilis. Primò ratione mediorum, quæ per ſe ſunt difficilia, & ardua, quæ tamen neceſſaria ſunt ad boni ſperati aſſecutionem: & circa tale bonum hiſce circumſeptum mediis verſatur ſpes: ſecundò eſt conſecutio alicujus boni per ardua, & perdifficilis, quatenus aliquod malum, quod tolerare, vel ſuperare oportet, aut grave ſaltem illius periculum conjungitur cum illa aſſecutione boni: & circa hoc bonum aſſociatum tali malo, ac periculo imminenti verſatur audacia; quam propterea cenſuerunt nonnulli, nil aliud eſſe, quàm ſpem firmam, & erectam, arbitrantes eam non diſtingui à ſpe, niſi quatenus ſupra ſpem addit firmitatem.

11. Quæ tamen ſententia ex eo rejicitur, quia tametſi habeat audacia aliquid commune cum ſpe, animi ſcilicet erectionem: diffiteri tamen non poſſumus, audaciam diſtingui à ſpe, cùm utrumque inter affectum id interſit diſcriminis, quòd ſpes ſit potiùs cauſa ipſius audaciæ, & hæc effectus illius, idque cauſæ fuit Philoſopho aſſerendi, audaciam nonniſi cauſaliter dici ſpem, quatenus hæc audaciam ingenerat. Priùs enim exhibetur appetitui bonum arduum, & obtentu difficile, in quod appetitus per actum ſpei fertur, quatenus appetit ejus conſecutionem: & quia huic bono arduo malum aliquod adnectitur, vel imminens ejuſdem periculum: appetitus, qui jam ſperabat conſecutionem talis boni, nihili, vel parvi faciens imminentia pericula, iterum excitatur, ut niſu uberiori contemptis periculis feratur in aſſecutionem ejuſdem boni: & hic ſecundus actus eſt propriè audacia, quæ tanquam effectus ſequitur ad ſpem, quæ propterea eſt veluti radix, ex qua audacia pullulat. Hinc actus audaciæ comparatur ad actum ſpei, perinde ac concluſio ad præmiſſas: quemadmodum intellectus aſſentitur concluſioni, eò quia videat hanc colluſtrari lumine præmiſſarum, ac aſſentitur. concluſioni propter præmiſſas: ita voluntas perceptâ priùs & amatâ per actum ſpei bonitate finis, quamvis eidem, vel mediis ad illud tendentibus adjunctum videat periculum alicujus damni imminentis, non tamen retardatur à proſecutione boni, nec dejicitur de ſpe; ſed per audaciam animosè irruit in periculum, ut bonum aſſequatur concupitum, ac verum ſit, ideo audere, quia ſperat.

12. Exiſtimârunt alii, audaciam carentiam eſſe timoris in aggreſſione eorum, à quibus imminet malum. Verùm hoc etiam placitum ex eo rejicitur, quia dici nequit, audaciam eſſe meram negationem, aut carentiam; cum conſtet, eſſe actum poſitivum, quo appetitus iraſcibilis poſitivè, & magno conniſu fertur in bonum obſeptum periculis mali, & damni; adeò ut appetitus parvi pendens hæc pericula imminentia irruat in illa, ſibi etiam vim faciens, ut ſperatum bonum conſequatur: unde audacia non eſt mera carentia timoris, ſed potiùs volitio intrepidæ, ac generoſæ aggreſſionis, non quòd ipſa actualis aggreſſio, ſit propriè audacia, quia aggreſſio eſt actus externus, & imperatus, qui propterea nequit eſſe formalis ratio audaciæ, quæ eſt actus interior occupatus circa exteriorem illam aggreſſionem.

13. Neque ſatisfacit, quod adferunt alii aſſerentes, audaciam aliud non eſſe, quàm

ipſum

ipſum contemptum periculi, & deſpectionem mali imminentis, neque verſari circa bonum, ſed tantùm ferri in malum, ſeu in ipſum periculum imminens. Non enim hæc ſententia ſatisfacit, quia contemptus, & deſpectio, ſi propriè loquamur, non eſt actus appetitûs, ſed potiùs intellectûs depretiantis rem veluti minus dignam: audacia verò eſt propriè actus appetitûs iraſcentis. Præterea, quia contemnere non eſt odiſſe, nec averſari, ſed potiùs æſtimare, ac profiteri, ſigniſque exterioribus prodere, rem illam, quam contemnimus, nihili à nobis fieri: actus autem hujus æſtimationis non ad appetitum, ſed ad intellectum pertinet, cujus eſt judicare. Tametſi audacia habeat adjunctum periculi contemptum, non tamen formaliter, & in rectô eſt ipſe contemptus periculi; nec verſatur directè, & principaliter circa periculum tanquam circa malum; quia hoc pacto appetitus per audaciam ſuum potiùs refugeret objectum, à quo ſe averteret, quod ea eo falſum deprehenditur, quia per audaciam appetitus iraſcens tendit in bonum, cujus aſſecutionem ſperat, & tantùm per accidens verſatur circa periculum, quatenus nectitur cum bono illo ſperato, adeò, ut objectum audaciæ tantùm extrinſecè ratione periculi amarum appareat, cùm intrinſecè dulcedinem ſapiat ob bonitatem, quam continet.

§. II.

Audacia affectus eſt appetitûs iraſcentis, fertúrque in bonum periculis circumſeptum, ac obtentu difficile.

14. AUdacia propriè affectus eſt appetitûs iraſcibilis, & tendit in bonum, ſive per ſe periculoſum, & obtentu difficile, ſive circumſeptum mediis involventibus pericula alicujus mali, & damni; adeò ut appetitus iraſcibilis non obſtantibus hiſce difficultatibus, ac periculis imminentibus nitatur aſſequi bonum illud, & irrumpat, ac aggrediatur pericula illa, quatenus voluntas prius corroboratur, per illicientiã boni concupiti; & intellectus firmatur in vili æſtimatione, ac contemptu periculorum: quibus extantibus homo audacter, & alacriter irruit in pericula illa obviantia, ut bonum aſſequatur, quod ſperat: adeò ut objectum formale, ac proprium audaciæ ſit bonum non ſimpliciter; ſed, ut obſeptum periculis damnorum, quæ conjunguntur cum ipſo bono, vel cum mediis conducentibus ad ipſum; quia appetitus iraſcibilis per motum audaciæ primariò, & per ſe fertur in bonum arduum; & per accidens in ipſa pericula imminentia damnorum; adeo ut etiam ipſa pericula prout adnexa ipſi bono, quod eſt objectum proprium audaciæ, induant rationem finis, ac appetantur, eò quia inter illa pericula objiciatur appetitui bonitas finis, quam per eadem pericula quærit, ea contemnens, ut inter illa aſſequatur bonum, quod eſt veluti finis totius progreſſus audaciæ: quod tamen intelligendum eſt materialiter: quia bruta, in quorum pleriſque viget audacia non percipiunt formaliter rationem finis, nec medij: quapropter urſa, & leena; ut raptos ſibi a venatoribus catulos recuperent, audacter in eoſdem armatos inſiliunt defixa in humum oculorum acie, ne arma expaveſcant.

15. Quamobrem audacia fertur in bonum non ſimpliciter, ſed ut periculis obſeptum, vel in ſe, vel in mediis, quibus ad bonum ſperatum pertingitur. Unde audacia non fertur in damnum, & malum, ſed duntaxat in periculum damni, & mali: eſt ſiquidem diſcrimen inter damnum, & periculũ damni; quia pericolum propriè non eſt damnum, ſed tantum via ad damnum, ad quod refertur, & quia bonum, quod ſuperato periculo conſequitur, prævalet, ideo appetitus per ſe, & primariò appetit bonum tanquam finem; & per accidens, ac ſecundariò periculum, quatenus annexum eſt ad ipſam aſſecutionem boni. Hinc patet diſcrimen inter audaciam, & ſpem; quia hæc ſperat tantùm bonum, ut finem; audacia verò propter bonum ſperatum connexum cum periculo imminente alicujus mali, tendit etiam in ipſum periculum: nullus ſiquidem eſſet, qui periculum amaret, niſi alicui bono adnexum eſſet. Præterea quia ſpes eſt veluti cauſa audaciæ, quæ veluti effectus conſequitur ad ſpem, perinde, ac concluſio infertur ex premiſſis. Quamobrem audacia eſt vitium extremum, quod per eaceſſum adverſatur fortitudini, & quô nimis audendo delinquitur, hinc Ariſtoteles ait: *Qui* 3 Ethic.
confidendo in terribilibus rebus excedit audax cap. 7.
eſt: qui quidem audax, & arrogans eſſe, & fortitudinis affectator videtur: ſicut enim ille circa ſarmidabiles res ſe gerit; ita hic ipſe videri vult, in quibusque poteſt, illum imitatur. Unde efficitur, ut plerique ex ipſis timidi audaces ſint, in his enim audacter ſe gerentes ſarmidoloſè non ſuſtinent. Cenſet Philoſophus, timidos ſimul, & audaces eſſe, quia qui vehementi rabie corripiuntur, timidi ſunt, quia plerumque ad malum quod imminet declinandum, ſi alia ipſis non ſuppetat via, violentas in ſe manus injiciunt, ſeque proprio ſanguine fœdant. Audaciam in iiſdem etiam produnt auſos temerarij.

16. Addit Philoſophus, audaces initio ferocire, ac præcipites eſſe, quatenus cæco veluti impetu in pericula irruunt: & antequam periculum incurratur admodum fervent, & ejus incurſu tepeſcunt, ac tandem recedunt. Fortes verò è contra initio ſedati ſunt, & adito periculo alacres, ac prompti, ac in perſtando obfirmati. Hinc effectus audaciæ ſunt commotio cordis, &

delatio, quia per hunc affectum confortatur appetitus ad ſuperandum malum, calor itidem, & ſpiritus revocantur ad cor: quapropter in audacibus, quando aggrediuntur periculum aliquod, ſolent ſpiritus, & calor ab exterioribus corporis partibus ſe ſubducere; adeo, ut impalleſcant vultu, frigeant manu: & Ariſtoteles eos (*Problem. 4. ſec. 24.*) aſſerit audaciores eſſe, qui peramplum habent pulmonem, quia hi præ cæteris, ſpiritibus, & ſanguine abundant; & hac ratione cenſet homines potatores, & immodico vino aſſuetos cæteris eſſe audaciores: hinc effectus audaciæ eſt grandia quæque licèt periculis obſepta aggredi. Quapropter meticuloſi hoc deſtituti affectu, vix animum excitant ad aliquid illuſtre agendum. Verùm coërcenda eſt audacia, alioquin ſi laxatis habenis ruat in pericula, effectus procreat admodum lugubres, & damna accerſit exitialia; & plerumque evertit in momento, quæ diuturno tempore parata fuerant.

17. Frœna, quibus audacia coercetur plura ſunt, ut repræſentatio periculi damni imminentis, quia inde reſtringitur calor ille nimius, qui pluribus adeuntibus pericula exitio fuit. Rurſus perpendere propriam imbecillitatem, & quòd vires non ſuppetant ad aſſecutionem boni ardui periculis circumſepti, quod ſperatur. Qui enim audaces ſunt ſupra modum ſolent elatione turgeſcere, ſuáſque vires ploris facere, quàm revera debeant. Hinc Archidamus apud Plutarchum videns filium ſuum in pugna adverſus Athenienſes ſupra vires audaciâ elatum ipſum monuit, quò ſuas vires meliùs perpenderet inquiens: *aut viribus adde, aut audaciæ detrahe*, dicens periculoſam eſſe audaciam, ſi vires ſpiritibus non ſuppetant. Quapropter Chilo dicere conſueverat non eſſe tentanda, quæ fieri non poſſunt, & quædam eſſe quidem honeſta, ac magnifica, ſed nonniſi magno Reipublicæ damno tentari, ſi non perficiantur. Et licèt fortuna dicatur audentes juvare, & timidos repellere id intelligitur de rationabili audacia, quæ eſt juxta vires audentis: recta enim ratio dictat, ut nil temerè, & ultra vires aggrediamur, nemo enim celeriùs opprimitur, quàm qui nimium de ſe præſumit.

18. Oritur audacia à propriæ virtutis nimia exiſtimatione, à contemptu adverſariorum, à præcipiti ingenio, rebúſque gerendis minus exercitato, qui enim prudentiores ſunt, non metuunt, viréſque proprias metiuntur, ac ſolerti indagine perſpiciunt, quid valeant, quidque ferre recuſent. Audaces, cùm graviora, quàm antea conceperant, experti fuerint pericula, effuſo primo impetu ſubſidunt, torpéntque, & tunc ſerò agnoſcunt, quàm ſint incertæ hominum providentiæ, quàm vanæ cogitationes, ipſóſque pœnitet propriæ temeritatis. Audacia enim furore cæca, vecors, & ſui prodiga non vires perpendit hoſtis; ſed præceps, ut fera ruit in ferrum, ac vulnera, & rerum momenta ſolo metitur impetu; hinc duce audaci, ac temerario nihil eſt univerſis infeſtius, nil profligatius; quoties enim audaciam promit, toties cunctos diſcrimini exponit. Id etiam datur audaciæ, quòd eandem vitiis omnia fovent, & exacuunt; Mœchos, adulteros audaces ſi dicas, libido eos excitat, fures, raptores, ſacrilegos, avaritia tenet; ſicarios, latrones, graſſatores inſignis improbitas fovet; homicidas, ac ſitientes humanum ſanguinem, & in omne ſcelus pronos audacia ſtimulat, quæ conſilia omnia inconſulta, turbida, & ſæva, quæ homines propellunt in vada mortis promovet, & exequitur. Cum enim huic vitio ſint ſpiritus inconſulti, ignei, intolerabiles, quorum mentes iiſdem ſunt concuſſæ; hos neceſſe eſt rapidos eſſe, ac fervidos, nec ulla eſt contra iſtos vigilantia ſatis exporrecta.

19. Hinc qui militiæ ſe obſtrinxêre Sacramento, ut plurimum deprehenduntur virtutis caſtra expugnâſſe, & de faſtu turgente de temeritatis audacia gloriam ſibi excudere fortitudinis, & moribus non ſtudent componendis ad normam virtutum, ſed corrumpere adnituntur accerſitis ſceleribus; ait Caſſiodorus. *Qui militaribus officiis aſſueti civilitatem premere dicuntur armati, & ob hoc juſtitiæ parêre deſpiciunt: quoniam ad bella martia ſemper intendunt.* (*1. variar. cap. 11.*) Hoc eſt Marti inſervientes in caſtris, juſtitiæ leges damnatâ audaciâ proterunt, nec morum curant integritati conſulere, quaſi faciliùs opitulante pravitate gloriam conſequantur triumphi: & licèt quandóque ardua tentent de temeritate audaces; quia tamen virtutibus deſtituti à fortitudine deflectunt; & ubi victrices palmas gladio amputare exiſtimaverant, exitium ſibi accerſunt, & vitiis fœdantur, qui à cultura virtutis defecerant: quia, ut ſcitè ait Clemens Alexandrinus. Fidelis, & ſincerus in ſeditionibus, nunquam abſque omni virtute: pugnaces autem, vel in bello mori volunt permulti mercenarij, (*Lib. Strom.*) quorum plerique ferè omnes ſunt audaces, & injuſti, inſolentes, prudentiæ expertes; paucis admodum exceptis. Qui Deo adhærent, & virtutum culturæ ſunt addicti, hi verè in bello fortes ſunt.

20. Demortuo Joſuë de Duce Judæorum eligendo conſulunt Primates dicentes. *Quis aſcendet ante nos contra Chananæum, & erit dux belli?* (*Joſue c. 1.*) quibus oraculum reſpondit cæteris præferendum eſſe Judam: *dixitque dominus: Juda aſcendet*, quæ verba exponendens Abulenſis putat, hanc Tribum præ cæteris ad ineunda certamina deſtinatam fuiſſe, (*Quæſt. 4.*) eò quia in ipſa milites eſſent fortiores, ait ipſe. *Iſta tribus erat cæteris honorabilior, & erant in ea viri fortiſſimi:* ſed ſi quæras, cur Judas fortiſſimus deprædicetur, & præ

alius

aliis ad ineundos conflictus deſtinetur, reſpondet D. Hieronymus in quæſtionibus hebraicis, quia *Juda confeſſio ſive laus interpretatur*. Ideo igitur Judas cæteris fortior in caſtris fuit, quia nō temerario auſu, ſed Numinis confeſſione, & laude præſtantior in hoſtes ruit: quò Deo intimiùs adhæreſceret, pravos quoſque in ſe affectus proſternere didicerat, nec poterat bellicis ſe in certaminibus ſtrenuè non gerere aſſuetus vitia proſternere, & truculentiores virtutis hoſtes debellare. Non audacia victrices palmas colligit in caſtris; ſed triumphales lauros virtus amputat, quibus coronetur ad triumphum. Milites qui culturæ aſſueverunt virtutum, palmas etiam ſibi excoluêre victrices, ac cæteris præferuntur in caſtris virtute bellica commendati.

21. Hinc unus refertur Centorio alijs ad Math. 8. v. 5. pugnam antelatus, quia fide etiam aliis fuerat præſtantior. *Acceſſit ad Deum Centurio rogans eum.* Bellicam obtinuit virtutem, non quia auſu temerario irroit in hoſtes, ſed quia juſtitiæ adhæreſcens aliena non diripuit, quin potiùs diruta ſumptu reſtauravit religioſo, in favorem illius allegabant Judæi. *Dignus eſt, ut hoc illi præſtes, diligit enim gentem noſtram, & ſynagogam ipſe ædificavit nobis.* Dimicabat Centurio fortius virtute animi, quàm robore corporis, ideóque promeruit de fortitudine principatum, quis non temerè fuerat caſtra ingreſſus: ſed hoſtibus virtutem objecerat, qua eorum impetus retunderet, nec refertur ab hoſte victus, ſed militibus commendatur præeſſe, ac imperare Luc. 7. *Dico huic vade, & vadit; & alij veni, & venit.* Ideo imperium exercuit in milites, quia ſibi imperare priùs didicerat; ideo victorias ſibi in caſtris demeſſuit, quia proſternendis priùs aſſueverat in corde pravis ſuis affectibus; ideo hoſtibus erat metuendus, quia virtutibus repe- Serm. 102. riebatur venerandus, ſcitè D. Chryſologus. *Centurio hic Romanus erat; ſed plus erat hic ipſo fructu centeſimo Chriſtianus, & Deo magis militabat iſte, quam ſæculo, & in humano bello fortis, fortior in divinæ pacis cuſtodia permanebat:* nimirum morum ſtudens integritati, ac culturæ aſſuetus virtutum, audaciam inconſultam coërcuit, & bellicam dignitatem de virtute fortitudinis ſibi acquiſivit, cum internæ pacis fœdera promovit, ſeu pravos quoſque affectus coercuit, ac inſurgentes concupiſcentias mentis rationi ſubjecit: *in humano bello fortis, fortior in divinæ pacis cuſtodia permanebat*, hoc eſt, ideo fortis in bello, quia fortior in interna pace cuſtodienda perſeveravit, motúſque omnes temerarios inſurgentis audaciæ, reliquorúmque affectuum compeſcuit.

§. III.

Non militum numerus, nec audax aggreſſus, ſed bellica, & maſcula virtus victrices palmas colligit. Audacia timiditatem prodit, ac puſillanimitatem.

Præceperat Deus Gedeoni exercitum cogere, & ille obſecutus, milites ad plura millia in adverſarios obarmavit; 22. ſed iterum Deus imperavit ut per univerſa caſtra circummiſſo Præcone trepidis, & animo fluctuantibus militiam remitteret, eóſque relaxaret ſacramento: qua diſceſſionis facultate cunctis facta, caſtris exceſſêre militum viginti duo millia, quos Gedeoni ſubmiſerant Gadiræ, quorum poſt diſceſſum; cum decem duntaxat millia militum Gedeoni ſupereſſent, qui centum, & triginta millibus hoſtium opponerentur; & adhuc exiguus hic numerus Numini viſus fuerit nimius, juſſus eſt Gedeon numerum hunc ad alium contractiorem redigere. Experimentum verò, quinam Madianitis proſternendis, delendíſque idonei eſſent ab ipſo ſumitur bibendi ritu. Ducuntur igitur ſub meridiem, quo tempore ſolis calor acriùs ſolet corpora militum adurere, ſitímque in iiſdem accendere, ad fluvium; & plures tam effrœnis bibendi cupiditas tenuit, & ſitis ſtimulavit, ut poplitibus inflexis, & in frontem ore, & corpore proni frigidos latices intemperanter ore hauſerint, iiſque extinguendæ in ſtomachum demiſerint. Trecentorum verò tantum ea fuit ſedandæ ſitis moderatio, ut hauſtam manûs volâ fontanam applicantes ori canina potiùs conſuetudine lambere, quàm bovum more merſo ore glutire deprehenderentur. Et hos trecentos ſolos juſſit Deus ſibi Gedeonem aſciſcere ad hoſtes profligandos. *Dixit Dominus ad Gedeonem, qui linguâ lambuerint aquas ſicut ſolent canes lambere, ſeparabis eos ſeorſim, qui autem curvatis genibus biberint in altera parte erunt.* Judic. 7. v. 5.

23. Repudians igitur Gedeon reliquos milites, qui inflexis poplitibus in aquam ore, & corpore toto proni frigidos latices biberant, trecentos ſelegit, qui manu ad os aquam projicientes biberant, & copiam ſacularum, ac hydriarum nactus ſingulas ſingulis è trecentis cum tubis corneis ferendas dedit, quos & animavit ad ſtrenuè dimicandum omine, quod clam nocte intempeſta captavit cum armigero ſuo Phara cum proximus ſtationibus hoſtium audivit narrari ſomnium à quodam excubitorum de maſſa panis hordeacei è monte Gelbonæo in caſtra Madianitarum devoluta cum ſtrage tabernaculi Prætoriani, cujus ruina hoſtilis exercitûs clades, fuga, interitus portendebatur. Selectos igitur ex diverſo bi-

bendi

bendi ritu milites in tres centurias diviſit, dedítque cuique lagenam ſemiapertam cum face flagrante læva manu geſtandam, tubamque corneam dextra inflandam, & præeunte Gedeone nocte intempeſta ubi ſilentium altius erat, & Madianitæ ſomno ſopiti indormiebant, eorum caſtra dux Gedeon cum ſuis trecentis militibus penetravit, ubi primus ipſe buccina pro fronte caſtorum, claſſicúmque inchoavit, ac obliquè ex lagena facem luridè rutilantem Madianitis objecit: idem præſtitêre reliqui trecenti milites per totum caſtrorum ambitum, hortendum tubis clangentes claſſicum, tœdáſque ſemitectas Madianitarum ingerentes oculis, ac tumultuantes, ingentique clamore ingeminârunt voces illas: *Gladium Domini, gladiúmque Gedeonis* ad clamores, ſubitóſque tumultus excitari Madianitæ, & timore perculſi, ac terrore everſi nil de Gedeone pugnam tunc auſuro cogitantes, tumultuariò veluti ad formidabiles hoſtium copias ſurrexerunt trepidantes, & ſemiſomnes, ſemique nudi hàc, illácque diſcurrentes, & cuncta confundentes, ad horrendum ſpectaculum facularum ex lagenis ſemiapertis rutilantium, horrendoque tubarum clangore præcipiti fugæ ſeſe dederunt, relictis caſtris, tabernaculis, totóque commeatu; quinimò præter ullulatum, clangorem tubarum, luminum horrificam confuſionem, & minaces conclamationes; mutuus lagenarum complodentium colliſus non ſine rauco ſonitu, eum horrorem auribus ingeſſit Madianitarum, ut hi ſubita confuſione capti, & in fugam effuſi in ſe ipſos arma verterent, tela vibrarent, vulnera infligerent, Dei impulſu; adeo, ut cruenta clade plura ceciderint militum millia, & qui fuga evaſerunt in manus inciderunt eorum, qui à Gedeone Numinis juſſu miſſionem acceperant: ſiquidem veluti canes timidi refugium etiam inter hoſtes quæſierunt. Gedeon verò cum ſuis trecentis abjecta à fugientibus Madianitis arma colligens, iiſdem armatus fugientes inſequitur, quorum dorſa inflictis vulneribus cruentavit, & quidquid obvium ſuperfuit Madianitarum trucidavit; inter quos Orebum, & Zebum, quorum alter in petra latitavit, & alter in torculari deprehenſus fuerat.

24. Sed ſi inquiramus, cur Deus præceperit Gedeoni trecentos tantùm ſeligere viros illos, qui non flexo poplite ſe in fluvium injecerunt pleno ore aquas bibituri, ſed qui linguâ hauſtas manu aquas linxerant? reſpondet Origenes *homil. 9. in Judices*: elegiſſe Deum ad victoriam hos paucos, eò quia numerum referrent, & perfectionem exhiberent Trinitatis, quia non numerus militum, ſed virtus eſt, quæ hoſtes proſternit, & victrices demetit palmas, ait Origenes: *Trecenti ſunt ſoli, qui ſacramenti hujus imaginem ferunt: iſti electi, & probati fortes, & ad victoriam conſecrati, qui etiam ipſo numero ſacramenti proſternere, & vincere adverſarios poſſunt: Trecenti enim ſunt, qui tertio centeno multiplicantur, & perfectæ Trinitatis numerum gerunt.* Vel juſſit Deus, Gedeonem cum ſolis trecentis ſelectis militibus, totum aggredi Madianitarum exercitum, ne gloriaretur, ſibique victoriam tribueret. *Ne glorietur contra me Iſraël, & dicat, meis viribus liberatus ſum.* Ad contundendam Hebræorum ſuperbiam trecentos tantùm ex bibendi ritu ſelectos voluit ad proſternendos Madianitas; quia, ut dicitur 1. Reg. cap. 14. *Non eſt difficile Domino ſalvare, vel in multis, vel in paucis*, quapropter etiam Apoſtolus ait, Deum elegiſſe infirma mundi, ut fortia quæque confunderet. *Elegit infirma mundi, ut confundat fortia*, & per rudes piſcatores orbem edomuit, idola evertit, & gentes ad fidem convertit. 1. Cor. 1.

25. Cenſent alij ideo à Deo fuiſſe ſelectos trecentos illos cum Gedeone ad Madianitarum exercitum cruenta clade proſternendum, eò quia culturæ addicti erant temperantiæ, qui non pleno hauſtu lontanas aquas in ſtomachum demiſerint, ſed volâ manûs extractam è fluvio aquam linguâ tantùm linxerint, ut præ cæteris cenſet Procopius inquiens apud gloſſam. *Alij fortitudini lambitionem horum trecentorum tribuunt, item temperantiæ, dicentes: Pulchra virtus temperantia eſt. Sunt trecenti Gedeonis ſocij, qui Madianitas ſubegerunt:* quia temperantiæ ſtuduerunt, in hoſtes irruunt fortes, quaſi temperantia fortitudinem pariat, ipſa enim eſt, quæ frænum injicit vitiis omnibus, & præſertim audaciæ, quæ per exceſſum fortitudini adverſatur: quia igitur temperantia audaciam coërcuit, fortitudinem induxit, quâ trecenti à Gedeone ſelecti temperantiæ ſtudentes in hauſtu frigidæ exercitum Madianitarum fregerunt, fugârunt, ac cruenta clade profligârunt: non numerus, ſed virtus in bello vincit, quapropter fortes in caſtris apud Vigilium ajunt.

Nos numero pauci, ſed bello vivida virtus.

26. Tametſi viginti duo millia virorum collegerit Gedeon ad bellum inchoandum, non tamen omnes fuêre fortes; ſed plures formidoloſi, ac timidi, quos juſſit Deus ab aliis ſeparari. *Qui formidoloſus, & timidus eſt, revertatur; receſſerúntque de monte Galaad, & reverſi ſunt de populo viginti duo millia virorum, & tantum decem millia remanſerunt:* hos juſſit à fortibus ſeparari, ne ſuam aliis efficerent formidinem. *Qui eſt homo formidoloſus, & corde pavido vadat, & revertatur in domum ſuam, ne pavere faciat corda fratrum ſuorum, ſicut ipſe timore perterritus eſt.* Miles timidus lepus

eſt

eſt galeatus, cui nec in victoriam decus, nec in fuga eſt ſcelus; quos enim timor in caſtris occupat, hi fugæ, quàm pugnæ ſemper ſunt aptiores: & degeneres animos timor arguit. Et quamvis decem millia fuerint, qui nullo pavore perculſi ſe ad pugnam inſtruendam paratos exhibuerint, non tamen adhuc omnes victoriæ aptantur: jubentur omnes ad ſitim extinguendam fluvium ingredi, ſed non omnes, qui aquas ebibunt, ſitímque extinguunt, irruunt in hoſtes; ſed pauci duntaxat, qui temperantiâ didicerant audaciam compeſcere; quamvis in decem millibus nullus eſſet formidoloſus, non tamen adhuc omnes fortes; quia non omnes adhuc didicerant audaciam coërcere: plures ſiquidem in aquas ſe projecerunt audaces, & non valentes appetitum temperantiâ frænare toto corpore proni, inflexiſque poplitibus, oréque in fluvium admoto aquam intemperanter biberunt; & quia temperantiæ non aſſueverant, quæ audaciam reprimeret, quâ toto corpore ſe in fluvium dejecerunt, ſe fortitudine nudos probârunt; & à fortium numero excluſi dimittuntur inermes, qui audaciâ videbantur non ſolùm fluvij latices, ſed, & hoſtes ipſos deglutire: qui verò temperantiæ frœno audaciam coërcuerunt, hi fortes deprehenſi Gedeoni aſſuciantur. *Fuit*
Judic. 7. *itaq; numerus, qui manu ad os projiciente lambuerant aquas, trecenti viri; omnis autem reliqua multitudo flexo poplite biberat, & ait Dominus ad Gedeon in trecentis viris qui lambuerunt aquas, liberabo vos, & tradam in manu tua Madiam.* Non plura nomina, ſed plures manus requiruntur in bello: non multitudo, ſed virtus victoriæ præludit.

27. Leonides cum trecentis Lacedœmoniis ſeſe Xerxi objecit ad Termophylas, eúmque fregit, fugavit, vicitque. Viri in bello fortes non ſolùm timiditatem excutiunt, ſed & audaciam abigunt, imò, & mollitiem, intemperantiam, omnémque corporis indulgentiam, quia, ut ſcitè notat Tacitus. *Degenerat à robore, ac virtute miles aſſuetudine voluptatum.* Si quid enim habet ardoris, ac ferociæ id popinis, & commeſſationibus deteritur. Veluti ignavi, ac timidi repudiantur à Deo, qui totos ſeſe in fluvium inclinârunt, quo hauſtu uberiori frigidam ebiberent, ac concupiſcentiæ indulgerent, ſitíque plenius ſatisfacerent: audaciam prodiderunt, cum in fluvium ſeſe totos injecerunt; effrœnémque bibendi cupiditatem, dum toto corpore proni, inflexiſque poplitibus aquam intemperanter biberunt: & quia audaces, & temperantiæ minimè ſtudentes redarguuntur timiditatis, & excluduntur veluti imbelles. *Cumque deſcendiſſet populus ad aquas dixit Dominus ad Gedeon, qui lingua lambuerint aquas ſicut ſolent canes lambere, ſeparabis eos ſeorſim: qui autem curvatis genibus biberint, in altera parte erunt fuit itaque numerus eorum, qui manu ad os projiciente biberunt aquas trecenti viri: Omnis autem reliqua multitudo flexo poplite biberat. Et ait Dominus ad Gedeon in trecentis viris qui lambuerunt aquas liberabo vos, & tradam in manu tua Madiam; omnis autem reliqua multitudo revertatur in locum:* nimirum à bello excluduntur veluti timidi, ac imbelles, qui flexo poplite pleno hauſtu biberant; quia temperantiæ frœno non aſſueverant audaciam, & appetitum compeſcere; ideóque quia audaces, ſe toto corpore in fluvium injecêre; imbecillitatis, ac timiditatis redarguuntur. 28.

Non fortitudinem, ſed puſillanimitatem audacia prodit. David perſecutionibus preſſus, variiſque divexatus afflictionibus ait. *Expectabam eum qui ſalvũ me fecit à puſillanimitate ſpiritûs, & tempeſtate.* Cupiebat David liberari à puſillanimitate ſpiritûs, ſeu ab animo audace, quia affectus iſte eum exagitabat; perinde, ac tempeſtas mare; non enim nomine ſpiritûs ventũ intellexerat David, qui in mare tempeſtates ciere ſolet, ac procellas excitare, ſed animum intellexit Saulis perſecutoris; non enim ventus puſillanimitate dicitur laborare, nec propterea eum expectabat, quô ſalvus fieret à puſillanimitate venti inſurgentis, ſed animi perſequentis ſed ſi David, ab adoleſcentia fortitudini aſſueverat, & cum feris ſylveſtribus conflictus inſtituit, & prima ei certaminum fuere rudimenta; & cum leonibus quaſi cum agnis, & cum urſis quaſi cum oviculis victor luſit, ferociſſimas beſtias, vel caulis imminentes, vel cum præda inde revertentes ultrò prior ipſe velociori perſequebatur curſu, nudiſque comprehenſas manibus, mentóque arrepto, jugulóve interficiebat; ſi Goliathum gigantea ſtatura formidabilem, armiſque robori paribus ferocem, quique truculenta voce Hebræos ad pugnam provocaverat, & conviciis exprobraverat, eò quia nullus eſſet hebræorum, qui auderet cum ipſo congredi in bello, ſolus David inermis, & adhuc adoleſcens proſtravit, ac opprobrium delevit Iſraëlis; cur expectat nunc à puſillanimitate ſpiritûs liberari, & ab animo imbecilli innoxius ſervari? quænam eſt hæc puſillanimitas, ob quam tam anxiè expetit David liberari? ſi ipſe fortitudine loricatus urſos, leones, & gigantes proſtravit, cur nunc animum timet puſillanimum, an ipſe ætate provectus fortitudinẽ exuit, quã adoleſcens induerat, & poſt tot delatas victorias, vitio laborat puſillanimitatis? quæ igitur eſt hæc puſillanimitas?

Non credas, aliam Davidem timuiſſe puſillanimitatem, quàm quæ ab audacia Saulis perſequentis fovebatur: puſillanimus eſt, qui audaciæ furore, ac ſpiritu ducitur, cum eidem non ſuppetat animus frœnum in hunc affectum inijciendi, & audaciam compeſcendi, à qua ſinit ſe abripi, cui non valet obſiſtere, ideóque ajebat David. *Expectabam eum, qui ſalvum me fecit à puſillanimitate ſpiritûs, & tempeſtate,* ſeu ut Pſalterium Ambroſianum exponit: *Expectabam Deum, qui ſalvaret me à puſillanimo, & tempeſtate,* ſcilicet Saulem invidiâ tortum, furore accenſum, audaciâ percitum, & contra ſe armatum, & ſatellitio ho- 29.

hoſtiliter ſtipatum vocat puſillanimum, ut etiam notavit Lorinus, qui expendens verba illa Davidis. *Expectabam Deum, qui ſalvaret me à puſillanimo*, ait: *Verum eſt, Saulem perſecutorem, quantò ſævior erat, tantò timidior, ac puſilli magis animi fuiſſe videtur*: quòd non rarò demonſtravit, idque etiam aliis accidit, ut ſi timidi ſint etiam crudeles. Et ideo ſunt crudeles, quia audaces; eſt enim audacia, quæ in vitia omnia cæco impetu proruit, proinde ſi crudelitas timiditatē prodit, audacia puſillanimitatem redarguit ſpiritûs.

30. Ex invidia Davidem poſt plures delatas de proſtrato hoſte victorias perſequebatur Saul, quia plus ipſi puellæ dediſſent laudis, & commendationis, hoc eſt decem mille, eum Sauli nonniſi mille, qui propterea cœpit furere, & plura contra æquitatem audere, & quia cœpit audacia furere, incepit etiam timore corripi, quia, ut ait Seneca *Qui ſceptra duro ſæviùs imperio regit, timet timentes; metus in authorem redit*, & revera neceſſe eſt, multos timeat, quem multi timent: audacia igitur Saulis furorem accendit, iras inflammavit, & puſillanimitatem invexit, virúmque effecit puſillanimum, à quo propterea liberari optaverat David *Expectabam Deum, qui ſalvaret me à puſillanime*, ſeu Saule, qui ſic impotenter contra me ſerocit, ut dignas puſillanimitate ſtrages edat. Audax neſcius effrœni huic affectui frœnum injicere, propriam prodit puſillanimitatem, cui animus non ſuppetit inſoleſcentem coërcendi affectum audaciæ. Et licèt animus audax, quæ difficiliora ſunt videatur aggredi, non tamen id datur virtuti, quando vires non ſuppetunt, ſed vitio, ac audaciæ prædominanti, ac imbecillitatem indicanti, niſi coërceatur; non enim copia corporibus vitioſi humoris infectis vires adauget, ſed reprimit; & ipſe exceſſus morbus eſt, ac peſtilens abundantia.

In Oedipo act 3.

31. Etiam omnes, quos vecors ira animi ſupra hominis vires extollit altum quidpiam, & ſublime ſe ſperare autumant, cum tamen nil ſolidi iiſdem ſubſit, & in ruinam prona ſint, quæ ſine fundamentis creverunt, Non habet audacia, cui ſubſiſtat, neque firmo innititur fundamento, quia ventoſa eſt, & inanitate opplera; tantum enim abeſt à fortitudine audacia, quantum à fiducia inſolentia, & à ſeveritate crudelitas. Neque fortitudini adſciſcitur audacia, quæ plerumque à metu, & puſillanimitate ſuam trahit originem. Vix ingreſſus fuerat Gethſemani hortum Servator, & illicò nubes timoris, & triſtitiæ, quæ ſerenitatem divinæ frontis, & animi turbaverant ſanguinei ſudoris in imbres ſolvuntur, cum antea nonniſi lachrymarum dederint pluvias, quaſi impendentis mortis gelu ampliùs concretæ ex prærupto corpore ſanguinem effuderint, & unus de duodecim Judas nomine acceſſit. *Et cum eo, turba multa cum gladiis, & fuſtibus*, cùmque veſanæ cohortes in Jeſū veluti famelici, ac rabidi lupi in agnum irruerent, Petrus *Extendens manum exemit gladium ſuum, & percutiens ſervum Principis ſacerdotum amputavit auriculam ejus*. Audax ſane fuit Petrus, cùm ſolus gladium nudaverit, & in totam cohortem irruerit, ac unum de militibus cruentaverit; ſed ſi Petrus tam audax fuit in pharetratam phalangem, militéſque armatos, ut ſolus in ipſos irruerit: quomodo poſtea ſiverit ab una duntaxat ancillula ſe exarmari, & ad infidam adigi negationem: quomodo qui totus exarſit in iras ſub dio frigido, intepuit poſtea in prætorio Pilati prope ignem? quomodo qui armatam non expavit militum cohortem, garrulam poſtea timuit ancillulam? à quónam proceſſit inopinatus iſte Petri metus, dejectæ puſillanimitatis argumentum? cur ab illo ita intepuit amore, cujus æſtum faſſus fuerat non poſſe mortem ſuo gelu extinguere: *etiamſi oportuerit me mori tecum non te negabo*, ut poſtea ad ignem prætorianum inopino riguerit frigore? Dixerim, Petrum in horto Gethſemani plus timuiſſe armatos milites, in quos nudato gladio irruit, quàm inermem in palatio mulierculam: inconſulta in horto audacia timorem acceſſivit, & puſillanimitatem; & quia puſillanimus fuit, gladium exemit ſuum; ni timuiſſet, gladium non exemiſſet.

Matth. 26.

Matth.

Id edocuit Latinus Pacatus in Panegyri ad Theodoſium ſeniorem inquiens: *Dum obſequium interpretor impudentiam, tunc duas res diverſiſſimas junxi metum, & temeritatem*; nimirum audacia metui jungitur, & temeritas puſillanimitati aſciſcitur: quia metus inconſultè excitus, & in anguſto poſitus dum puſillanimitate arctatur evaporat in audaciam, & erumpit in temeritatem, ſicq; propterea metus fons ille, è quo ſcaturiunt audaciæ impetus; & puſillanimitas radix, è qua germinant temeritatis virgulta: ſi arctetur puſillanimitas, ſi metus premarur anguſtiis, in audaciam iſte, illa in temeritatem degenerat; nititúrque periculū, quod timet evadere, ſicq; orta ex pavore audacia, dum ſatagit periculum arcere, ſæpè in temeritatem mira immutatur metamorphoſi, & ut ait Latinus Pacatus, res duas diverſiſſimas nectit metum, & temeritatem, audaciam, & puſillanimitatem. 32.

Plerumque quod ſpecie tenus furor eſſe videtur, & audacia, ſi intimiùs introſpiciatur metus eſt timor, & purus pavor. Tunc tauri ferocire deſinunt, cum timere deſiſtunt; & ferocire incipiunt, ac audere, cum timore percelluntur; quia timor audentiam tunc ingenerat, quâ pericula, quæ imminent, evadere nituntur. Ira & audacia geminæ ſunt ſurores muliebri frequentiùs animo inſidentes, quas obſtetricante puſillanimitate timor ingenerat Sunt quædā exulcerata, & ægra corpora, quæ ad attactus leviſſimos graviſſimè gemunt; ægros dixeris animos, ac muliebres, quos ira inconſulta accendit, & audacia effrœnis ſecum trahit, & utrumq; puerile eſt vitium, quod, & viros quandoq; inficit Viris 33.

Digitized by Google

enim puerilia, ac muliebria ingenia ſunt, quæ
dum audere videntur exteriùs puſillanimita-
tem produnt, quàm interiùs fovent.

§. IV.

Virtuti datur, ac fortitudini, non temeritati, & audacia Juditha facinus, dum caſtra ingreſſa Aſſyriorum Bethuliam obſidentium caput amputavit Holophernis. Ubi virtus hoſtem aggreditur divina præmunitur ope, quâ palmas colligit victrices.

32. OZias Bethuliæ Præfectus populo ad-
nuit urbis dandæ obſidenti Holo-
pherni, niſi intra quinque dies ſuppe-
tiæ adeſſent, quibus viribus uberioribus ob-
ſidentes milites arcerentur, quod cum re-
ſciviſſet Juditha mulier Heroina, Principes,
Judith 8. v. 10. ac Presbyteros urbis quavis diſruptâ morâ
acceſſivit. *Et venerunt ad illam, dixit illis:
quod eſt hoc verbum, in quo conſenſit Ozias,
ut tradat civitatem Aſſyriis, ſi intra quinque
dies non venerit nobis adjutorium?* Tantum
authoritatis fuit in præclara Matronæ vir-
tute ab omni arrogantia, & faſtu alienæ,
ut urbis obſeſſæ Magiſtratum gravi oratione
coarguerit, eò quia certorum præfinitione
dierum non fuit veritus divinæ modum ſta-
tuere providentiæ: videret propterea urbs,
ne diffidentia divinæ bonitati injurioſa Nu-
minis furorem potiùs accenderet, quàm ejus
miſericordiam acceſſeret: & cives hortata
eſt, æquo, bonóque eſſe animo, eò quia tunc
Deus propiùs adſit, cùm longiùs abeſſe vide-
tur; plurimum poſſe apud Deum preces de-
miſſas confitentium reorum, ſuſpitia, fuſae
reſipiſcentium lachrymas, flexas in obſe-
quium cervices, & animos paratos ſupplicia
quæque potiùs perpeti, quàm religionem
prodere. Illuſtria hujus in Deum fiduciæ
dediſſe Abrahamum, Iſaacum, Jacobum,
Moyſem, aliósque virtutum culturâ com-
mendatos viros, qui rerum adverſarum to-
lerantiâ viam ſibi ſtravêre ad ſelicitatem. Ad
mala, quæ imminerent avertenda; nullum
certius ſuppetere remedium, quàm Numinis
enixim opem erogare; mentémque fovere
æquam, ac divino nixam prædio; & urbes
fortiùs defendi Numinis ope, quàm milite
præſidiario, & propugnaculis: exemplo
Majorum pluries comprobatum fuiſſe, Dei
populum exortâ poſſe quidem adverſitatum
procellâ jactari, ſed mergi non poſſe; & ita
ſentire eos præcipuè, par eſſe, quos ſuprema
poteſtas religionis, ac patriæ tuendæ admo-
verat officio: meminiſſent propterea Nu-
minis providentiæ non poſſe limitem præ-
ſcribi, nec diem præfiniri. Rubore vere-
cundiæ ſuffuſi, qui urbis præerant regimini
fiduciam admirati, quâ mulier Deo nitteba-
tur, abierunt: ſed Juditha interim præillu-
ſtrem de hoſtibus meditatur victoriam, &
Bethuliæ liberandæ audax molitur facinus:
præconceptæ deditionis pœnitentiam indicit
civibus, quorum ſpem animoſiùs ad Deum
erigit; ne prævia populi deſperatio, quam
audacter molitur victoriam fœdè corrum-
pat, vel in proſperè deveniſſet; ſcirè enim
ajebat Ennodius in Panegyrico: *Minus di-
ligo proſpera, quæ ſumunt à deſperatione
principium.* Ne igitur Judithæ facinus 33.
ejúsque de proſtrato Holopherne delata vi-
ctoria à metu, vel deſperatione ſuum cen-
ſeretur initium traxiſſe, nititur metum om-
nem è populo excutere, & dejectos animos
in ſpem erigere, & quò illuſtior eſſet vi-
ctoria, non humanas vires, nec hominum
auſus popoſcit, ſed Numinis opem expetiit,
cujus fiducia præmunita hoſtium caſtra pe-
netravit. Non lorica pectus munivit, ſed
lumbos aſpero cilicio ſtrinxit; non corporis
vires lautioribus refecit ferculis, ſed quoti-
dianis pœnè jejuniis emaciavit: precandi
ſtudio ita erat addicta, ut ſuperiorem ædium
partem precibus, lachrymiſque fundendis
ſelegerit, ubi à tumultu hominum, urbiſ-
que ſtrepitu remota, impenſiùs piis vacaret
meditationibus, Deúmque in ſua vota,
ſeu urbis vindicationem flecteret. Mox in
campum proditura excuſsâ vultûs macie,
quam jejunium induxerat; oris venuſtati
nativæ ornatum addidit veſtium elegantio-
rum, ac gemmarũ rariorum, pretium formæ
incrementavit mundo muliebri; mitram
adaptavit capiti, digitos ornavit annulis,
elenchos auribus appoſuit gemmulis rutilan-
tes, & ſandalia pedibus induxit, non ut ipſa
vanitati inſerviret, ſed ut ſpicula in pectus
Holophernis evibraret: quidquid enim ve-
nuſti, ac illicij in fœmina blandiebatur, non
ad æſtus libidinis excitandos, ſed ad Numi-
nis honorem promovendum, & patriæ ſa-
lutem procurandam referebatur. Voluit
quidem muliebri illo ornatu amorem exci-
tare Holophernis, ſed pudicum, & honeſtum
parata ad connubiũ, etiam cum hoſte ineun-
dum, ſi ad veri Dei cultum eum traduceret.
Fuit igitur ornatus hic muliebris belli 34.
ineundi apparatus ad victoriam de obſiden-
tibus hoſtibus Bethuliam reportandam in-
ſtructus; jam ſol ſuo ſepultus in occaſu mor-
tuus Bethuliæ erat, & caſtris Holophernis,
quæ nonniſi tetris obruebantur caliginibus;
jam cæli ſydera ſuas accenderant faces de-
mortuo ſoli parentatura: jam nox adulta erat,
cum Juditha comitante Abra ſua famula ci-
vitatem egreditur frugali præmunita com-
meatu, cúmque die jam illuceſcente in Aſ-
ſyrios incidiſſet ſpeculatores transfugium ſi-
mulavit; ſed ab Aſſyriis perhumaniter ſuſ-
ſcepta adducitur ad Holophernem veluti Im-
peratoris digna connubio ob oris venuſta-
tem, totiúſque corporis Majeſtatem; ſed
quæ, ut præda lectiſſima Holophernis in-
greditur tentorium, mox futura prædatrix
erit egreſſura. Sedebat Dux Aſſyriorum
ſub conopæo purpureo auro nitente, gem-
miſque radiante, coram quo in faciem pro-
ſternitur Juditha, quæ cum primùm cœpit
caput flectere in humum, retia explicuit;

ſtas blanda, verba dulcia, veſtium cultus, & mollities ſexus. Idque Alexandro Macedoni cauſæ fuit, cur venuſtiſſimas Darij filias in bello captivas aſpicere noluerit, & ſuadenti in raram venuſtatem oculos dirigere, reſponderit: non faciam, ne cùm viros vicerim, à mulieribus vincar: tametſi nivea videatur in fœmineo vultu venuſtas ob candorem eblandientem, urit tamen aſpicientem. Hinc Thais apud Apulæium ait: *Diſcede à me miſelle, à foculo diſcede: nam ſi te vel modicè meus igniculus afflaverit, ureris intimè:* Hunc ſenſerat Holophernes ignem, & arſit, ac periit. Primas flammæ ſcintillas per oculos hauſit
Judith c. 9. Holophernes ex ſandalijs Judithæ: *Sandalia ejus rapuerunt oculos ejus.* Tantum poſſunt in muliere pedum involucra, ut ſuprema hominum capita ſibi ſubjiciant; ſiquidem calcei, quibus humum terimus, terram pulſamus, ſordes calcamus, ac humani corporis ignobiliorem partem contegimus, oculos rapuêre Aſſyrij Ducis, ejúſque temerarios auſus coërcuêre: licèt populi, & Magiſtratus ſupplices ad pedes proſternerentur Holophernis, is tamen affectus ſuos, tumentéſque ſpiritus pedibus ſubſtravit mulieris, ac ſandalijs ſubjecit; & caput totius exercitus Aſſyriorum pedibus ceſſit unius mulieris Hebrææ, cujus crepidæ Tyrannum illaqueârunt, ac irretitum vicerunt, proſtrârunt.

39. In ſandalijs Judithæ ſuum invenit Aſſyriorum Prometeus caucaſum, ad quem amoris vinculis illigatus detineretur. Proprium libidinei amoris eſt rebus etiam vilioribus ſe ſe mancipare, ac ſubjicere. Quid capillitio levius? & tamen qui amat, vel uno duntaxat crine colli trahitur, ut ſacer ſponſus uno ſuæ ſponſæ crine. Quid abjectius calceis, qui pædore pedum infecti, luto, & ſordibus conſpurcantur? & tamen Judithæ ſandalijs irretitur, capitúrque Holophernes. Quid textili nebula inanius? & tamen tranſlucidæ mulierum veſtes retia ſunt, quibus homines amor cupidineus aucupatur. Adeo præpotens eſt puer iſte Cupido, ut vel ipſos in bello Martes ſibi fœdo ſubjiciat famulitio, & quos armati exercitus non profligârunt, unus proſternat Cupido: cadántque victi, qui victores ſtetêre. Dixit Vagao
Cap. 12. turpiſſimus leno Judithæ *Non vereatur bona puella introire ad Dominum meum, ut honorificetur ante faciem ejus, ut manducet cum eo, & bibat vinum in jucunditate.* Excutit timorem, audaciam excitaturus, qua pronior ſit ad nutum Aſſyrij Ducis parendum, & ut callidiùs pudicitiæ arcem expugnet vocat Juditham puellam, hoc eſt dignam, aptámque amoribus, quibus ætas puellaris, & venuſtas efflореſcens in prima juventa, ſanguiſque in venis ebulliens non ſolùm favent, ſed & eoſdem fovent. Nec ſimpliciter puellam vocat, licèt vidua eſſet, ac ætatis provectioris, ſed addit *bonam*, quaſi facilem, paratam, & expeditam ad obſequia Aſſyrij. Subdit; *Ad Dominum meum*, ut eam magis alliceret, cum non ad militem gregalem; ſed ad ſupremum totius exercitus Præfectum invitaretur delecta, & ſpe honoris, & præmij ſiſteretur illecta. Addit *ut manducet cum eo, & bibat.* Ecce quàm callidè nebulo iſte Judithæ aggreditur caſtitatem expugnandam! ſciverat ſine Cerere, & Baccho frigere Venerem; & diſtentum epulis ventrem facilè deſpumare in libidinem; & concepto igne exitium intentare caſtitatis, cujus lilium haſce non ſuſtinens flammas cineſcit. Adnectit in jucunditate, quia exitialis eſt ſemper pudicitiæ hilaritas, quæ in conviviis è vino emergit, in quo facilè naufraga perit pudicitia, & caſtitas mergitur.

Sed Juditha quia frœno temperantiæ audaciam coërcuit, licèt menſæ inſederit Holophernis, non tamen alijs de cibis, quàm quos ſecum in ſporrula domo extulerat comedit, addito hauſtu frigidæ; quamvis columba videretur in accipitris unguibus, divinus tamen Spiritus, qui mulierem excitaverat ad facinus ſupra ſexum ſuum moliendum, eidem adhuc adfuit in arena conſiſtenti, victorias daturus Judithæ, quæ non ſolùm ciborum temperantiâ, verùm etiam Dei timore correpta omnem vicit in congreſſu illo audaciam; cui enim propoſitum eſt duce, & cuſtode Dei timore in via mandatorum ejus ambulare, omnes oderit Veneris emiſſarios, ac libidinis inflammatores. 40.
Sed quid? quòd Juditha caſtitatis cultrix, ſanctimoniæ ſpeculum, pietatis exemplum & virtutum omnium viva imago petierit à Deo, ut ſuis poſſet oculis Holophernem irretire? *Capiatur laqueo oculorum ſuorum in* Judith. c. 9
me, & percuties eum ex labijs charitatis meæ: v. 13.
ubi textus græcus legit: *Da mihi labia doloſa.* Si Dux Aſſyrius oculis irretitur, capitúrque venuſtæ mulieris, utique non alio illigatur vinculo, quàm amoris, quem venuſtæ mulieris oculi excitant, & fovent. Sunt enim oculi binæ illæ lampades, quæ amoris faces ſuccendunt; cur igitur caſtitatis ſtudioſa Juditha à Deo petijt, ut laqueo oculorum ſuorum Aſſyrius caperetur? ſi laqueus iſte cupidinei eſt amoris, id perinde fuit ac pravum quidpiam caſtitati noxium à Deo expoſcere; & ſi non licet dolis, fallacijs, ac deceptionibus uti etiam in hoſtes; cur mulier Hebræa ſuppetias exegit à technis amoris, à laqueo oculorum? quamvis mulier intenderet obſeſſam vindicare Bethuliam, quod æquum, juſtúmque erat; non tamen licet mala perpetrare, quò inde bonum aliquod contingat. Si dolum omnéſque doloſos Deus abominatur dicente Regio Vate: *Virum doloſum abominabitur Domi-* Pſalm. 5.
nus. Cur Juditha petijt ſibi dari labia doloſa, quibus Holophernem doloſè caperet, ac interficeret?

Præterea ſi venuſtas muliebris, veſtium elegantia, ornamentorum ſplendor, verba 41.
mellita, oris ſuavitas, oculorum ſerenitas, illicia ſunt impuri amoris, cujus tœdæ exi-

tiales ſemper caſtitati fuêre, cur ſtuduit odorum flagrantia olere, ornamentorum ſplendoribus fulgere, oris ſuavitate placere, vultûs venuſtate allicere, & oculorum fulgore amorem accendere cupidineum? An non hæc lenocinia erant, ac offendicula ad Aſſyrium evertendum? quanta non fuit mulieris audacia cùm in periculum caſtitatis deperdendæ ſe injecerit, cùm Aſſyriorum caſtra ſola, & inermis penetraverit. Verùm ideo pericula omnia, quæ imminerent, feliciter evaſit, quia fiducia in Deum armata Aſſyriorum non timuit exercitum; & licèt audax viſa ſit eorum caſtra ingredi, timor tamen Dei frœnum pravo cuiquam injecerat affectui, & audaciam omnem coërcuerat in fœmina, quam ad omnem compoſuerat modeſtiam. Neque illicitum quidquam expetijt, cum à Deo petijt, ut oculorum ſuorum laqueo irretiretur Holophernes; & labia concupivit doloſa, ut blanda ſermonis ſuavitate promptiùs illiceret, ac irretiret Aſſyrium Ducem. *Da mihi labia doloſa:* duplex enim eſt dolus, pravus unus, alter probus; vultûs venuſtas, oris ſuavitas, ſermonis blandimentum, oculorum ſplendor dona ſunt Dei, quibus exornata natura venuſtior ſplendeſcit, & ex ſe media ſunt ad bonum, malúmve, poſſúntque ad amorem excitare æquè honeſtum, ac flagitioſum: optio in Holopherne erat, utrumque eligendi.

42. Nec Juditha ad ullum improbum incitavit amorem, cum ejus duntaxat ſtuduerit benevolentiæ captandæ; facultas itidem ſuaviter, ac blandè loquendi, animóſque flectendi quædam etiam eſt Suada, quæ faciliùs animos illicit, quos in ſua vota trahit, quamvis hæc omni ſint honeſtate veſtita: etiã Apoſtolus hoc dolo uſus eſt ad Corinthios capiendos inquiens 2. Corinth. 12. *Cum eſſem aſtutus dolo vos cepi.* Capere Juditha ſategit Holophernem dolo bono, qui ad finem dirigebatur honeſtum, non enim quid aliud intenderat, quàm ab Aſſyriorum injuſta obſidione patriam vindicare: quòd verò Aſſyrius Dux Judithæ venuſtatem fomitem ſibi fecerit libidinis, ac in pravitatem deflexerit, effrœni, id debuit propriæ concupiſcentiæ; cultus enim & ornatus Judithæ nullum ſecum vitium traxit; venuſtas ſiquidem à natura inſita delicti eſt expers; eſt enim Dei donum, cujus pulchritudo uberiùs ſplendeſcit in creatura: neque veſtium elegantia in crimen vocari debet, cum ars imitatrix ſit naturæ, & naturali corporis venuſtati plurimum addat incrementi artificium veſtium. Præterea veſtium forma, quâ uſa Juditha fuerat à patrio minimè more abhorruit, neque per talem veſtium cultum ad alium intendebat amorem, quàm caſtum, Aſſyrium Ducem pertrahere.

43. Neque in ullum caſtitatis perdendæ periculum ſe mulier injecit obarmata Dei fiduciâ, ejúſque gratiâ, & auxilio præmunita, Deique timore perducta, cujus ope ſperabat fore, ut omnia vitæ, ac pudicitiæ eſſet diſcrimina evaſura; præſertim cum cœleſti quodam impulſu, ac inſtinctu ſentiret ſe agi ad facinus tam arduum, & quidem audendum ad Numinis honorem, & patriæ incolumitatem. Ubi Dei timor præcedit, tutè audacia incedit. Fluxu ſanguinis laboraverat Evangelica mulier annis jam duodecim, viribus deſtituta, corpore emaciata, & præſertim capite imbecillis: & quamvis omnes ferè ſuas pecunias in medicos erogâſſet, à quibus vel ſanitatem, vel aliquid hauriret ſolatij, nihil profuerunt pharmaca, & fruſtra ars ipſa laboravit, cùm non deſtiterit mulier fluxu ſanguinis laborare. Ad perітiorem igitur cucurrit Medicum, ſcilicet ad Chriſtum illac pertranſeuntem: *Acceſſit retrò, & tetigit fimbriam veſtimenti ejus, & confeſtim ſtetit fluxus ſanguinis ejus. Et ait JESUS: quis eſt qui me tetigit? negantibus autem omnibus &c. videns mulier, quia non latuit, tremens venit, & procidit ante pedes ejus.* Luc. 8. Acceſſit audax, ſed quia tremens procidit ante pedes ejus, metu verecundiæ, ac dorem compeſcuit audaciæ, & pavida trepidatione frœnum injecit affectui, quo venerat ſanitatem conſecutura. Pulchrè D. Chryſologus expendens hujus mulieris trepidationem ait: *arduis languoribus dat crebrò conſilium vis doloris: in deſperatis cauſis eſt ſæpe Magiſtra neceſſitas: invenit ipſa ſibi paſſio medicinam. Hinc eſt, quòd mulier verecundo vulneri qualiter ſubveniret, invenit; ut fidei inſinuaret ſilentio, quod inſinuare publico clamore non poterat. dabat audaciam multam pietas curantis, ſed fiduciam pudendi languoris neceſſitas auferebat. Sic anceps mulier, & fidei trepidante conſilio maluit de fide judicari, quàm de fœdo vulnere ſic perire.* Serm. 35.

Impatiens mulier diuturni languoris, cum fluxu, quo laboraverat, conſilio inito audacter trepida, clandeſtinâ furacitate ſanitatem ſurripuit in tactu fimbriæ veſtimenti, quam in hauſtu plurimi pharmaci minimè invenerat; quia audax, ſimúlque trepida timore frœnum audaciæ impoſuerat, quæ propterea timore ducta ad cœleſtem acceſſit medicum: *Dabat audaciam multam pietas curantis, ſed fiduciam pudendi languoris neceſſitas auferebat. Sic anceps mulier & fidei trepidante conſilio maluit de fide judicari, quàm de fœdo vulnere ſic perire:* quantum occulti languoris pudor eam pavidè continebat, tantum fidei furtivæ animoſitate clanculùm audebat. Pugnabat enim metu audacia, tremens acceſſit, & fidei trepidante conſilio, ſed audacia de fimbriæ tactu victoriam detulit; & deſperatam ſanitatem audacter ſperando acquiſivit. Ubi Dei timor audaciam ducit, hæc ad ſalutem perducit: quia niſi audet niſi quod Deo placet, & animæ prodeſt. 44.

§. V.

Viro forti Dei timore audaciam coërcenti ſi corpus vulneribus frangitur, integritas non læditur: nec adverſa ſunt exitio, ſed virtutis exercitio.

45. VBi Dei timor audaciam coërcet, hæc virtutem induit fortitudinis, cujus munus eſt inducere medjocritatem circa affectus timoris, & audaciæ obſtituros honeſtati decenti hominem circa pericula imminentia, résque arduas; quia in periculis, rebúsque arduis ſuperandis ſpecialis adeſt difficultas, virtus deſiderabatur fortitudinis, quæ voluntatem corroboraret ad obvias illas evincendas difficultates; ſicut enim quæ bona ſunt, & talia nobis videntur, naturæ inſtinctu ea appetimus, & proſequimur, ita eodem inſtinctu declinamus, & metuimus mala nocitura, quamvis perſæpe plus æquo; ac propterea incidamus in graviora: idque cauſæ, cur neceſſaria fuerit virtus, quæ firmiter nos ſtabiliret in ardua, ac terribili materia, cujusmodi eſt imminens mortis periculum: quapropter eò pluris eſt fortitudo æſtimanda, quò ut ait Valerius Maximus: *Enervos animos virtus odiſſe ſolet:* & *fortitudo* teſte Seneca: *monumentum eſt humanæ imbecillitatis inexpugnabile.* Hinc eſt quod hæc virtus præ cæteris incedat loricata ad retundendos fortunæ adverſantis impetus, quod ſi bellico prodeat armata apparatu fortem bellatorem in caſtris conſtituit delatis victorijs inſignem. Non tamen vir fortis cæco impetu irruit temerè in pericula; neque mala aggreditur ardua, ſpecimen duntaxat propriæ daturus virtutis; neque ille ſemper vir fortis, qui mala quæque provocat, ac imperterrito aſpernatur animo, flocci faciens, quæ illi obviant vitæ diſcrimina: ſed ille vir fortis, qui pericula adit quoties, & quatenus oportet; non enim eſt fortitudo inconſulta temeritas, nec periculorum amor, nec formidabilium appetitio; ſed ſcientia eſt rerum perferendarũ, quæ fortiter ſubeundæ ſunt: qui enim ut par eſt mala metuit, ac refugit, & etiam ut decet, mala ipſa contemnit, quæ læto ſuſcipit vultu, ac ſerena tolerat fronte, is verè fortis dicitur: temeritas enim inconſulta, & nullo timoris frœno coërcita audacia eſt audenti exitialis.

Lib. 2. Epiſt. 113.

46. Vir fortis cæco non ſinit ſe impetu rapi; non quò paſſio ducit, ſed quò ratio vehit, illúc fertur: eſt enim prudens, & nonniſi prælucente hujus virtutis face pericula adit, non enim ardua aggreditur, quæ imminent mala, niſi maturè priòs ſingula diſcuſſerit. Et licèt plura viris fortibus præſertim in caſtris obvient, quæ inducias non patiuntur, nec moram conſilij ineundi admittunt; ut verum ſit, gladiatorem in arena conſilium capere: ubi verò rerum vices, & agendorum momenta ad eam non devenerint delabentis temporis anguſtiam, & locus ſuperſit maturè deliberandi, tunc vir fortis unico veluti ſaltu in pericula ſe non injicit, ſed maturè ſingula perpendit, quodque juxta dictamen prudentiæ eligibilius eſt, in illud conſentit.

Cæterum non me latet, fortunam audentibus nonnunquam faviſſe, etiam nullis præmiſſis conſilijs, ut Cereali, cui viſa eſt jugiter fortuna arriſiſſe, etiam ubi conſilia defuerunt, & artes: ſed ſcio etiam eundem non ſemel Romanam Rempublicam ad extremum compuliſſe diſcrimen. Dependet plerumque res bellica à quibusdam circumſtantijs, quæ nonnunquam etiam inconſultè inchoatæ felicem ſibi adnectunt exitum: & è converſo prudenter incepta in perniciem deducunt, ut anceps ſit ſemper Martis alea. Ita Scipio Africanus duabus ex Hiſpania quinqueremibus ad Siphacem trajecit in unius Numidiæ poteſtati ſuam & patriæ ſalutem depoſiturus, de quo propterea dixit Valerius Maximus, quòd exiguo momento maximæ rei caſus fluctuaverit, utrum captivus, an victor Scipio Siphacis fieret. Notâ itidem redarguitur inconſultæ audaciæ illud Cæſaris, cùm impatiens tarditatis, imperatoria Majeſtate ſervili veſte contectâ nocte illuni ſpeculatorio naviculo, ſe, totúmque Imperium periculoſiſſimæ Adriatici freti credidit procellæ. Quid? quòd fortunæ felicitas hos, & alios audaces effecerit in vitæ diſcriminibus obeundis, rebúsque perarduis aggrediendis? Non enim quod uni, vel alteri obtigit, hoc idem certa ſponſione cæteris conceditur omnibus. Dementiæ eſt, paucorum exemplo fidere, cum tot millibus terreamur infortunatiſſimis, quorum temerarij auſus lugubrem fuerunt exitum ſortiti; ut in Flaminio apud Traſimenum lacum: in Varrone apud Cannas ubi quadraginta millia cæde cruenta inconſultè fuerunt audaciæ litata: in C. Manilio & Q. Cæpione adverſus Cimbros, & Teutones, ubi octoginta millia proprio in ſanguine naufragi periêre: in Hoſtilio Mancino contra Numantinos; in Craſſo contra Parthos, ut alia reticeam ſexcenta, quæ facilè occurrerent exempla, & præſertim in ſeditionibus Grachi, Sarturnini & Druſi, quorum exempla frœna deberent auſui collibet temerario injicere, ſi verum eſt, quod dixit ille: *Corrigit præſentem lapſus prioris, ac de reprehenſione antecedentis exempli à mendacio naſcitur ſubſequentis.* 47.

Quòd ſi poſt inita conſilia, præmiſſámque maturam rei diſcuſſionem fortuna non arriſerit, ſed novercali odio in exitium rexerit virum fortem, id eidem ſupererit ſolatij, ſibi non defuiſſe; & vultu hilari, fronte ſerena, ore compoſito, & pectore imperterrito mala excepiſſe, quæ nec arte poterat evadere, nec conſilijs declinare, nec tunc pœnitudo animum torquet, ſi quid præter 48.

cogi-

cogitata attigerit adverſi; quia tunc conſcientia acquieſcit, plurimúmque haurit ſolatij, ſi cogitet ſeciſſe, quod prudentiæ prædocuerant diſcuſſa dictamina; neque grave accidit, quod propriè non vertitur culpæ: hinc vir fortis ſi prudenter inchoatis exitialis ſequatur eventus, in querimonias non erumpit, ſed animum ſupra adverſantem erigit fortunam; quam ſcit non ſemper comitem habere felicitatem. Quamvis vir fortis adverſis prematur, utrinque ærumnis obruatur, nunquam animo cadit, ſed ſtat imperterritus; poſſunt enim viro forti membra ſurridi corporis, artus dilacerari, nunquam tamen ad lapſum poteſt mens pungi, neque animi lædi integritas; ſi frangitur corpus, integritas non læditur animi: quia vir vera præmunitus fortitudine ſolo Deo minor; major eſt, celſiórque quavis fortuna, cujus ridet munera, minásque irridet, & omnia quæ ei obtingunt ſive bona, ſive mala in divinam reſundit providentiam, promeritámque ex patratis flagitijs pœnam, vel virtutis exercitationem, meritíque augmentum; eíque ſolatio eſt adverſis vexari; cùm eum non lateat ſecunda ex adverſis, & adverſa ex ſecundis oriri, ac propterea meliora ſibi promittit: quòd ſi imminentibus obruatur malis, animum imperterritum in ſpem erigit opis divinæ, quâ favente lapidibus deſtinata erepta fuit Suſanna; Petrus carceribus detentus liberatus; & tres pueri in fornacem injecti Babylonijs flammis effecti illuſtriores. Si adverſa procelloſo æquore inſurgant, animo vir fortis non cadit, ſed mentem erigit in ſpem ſubſecuturæ malaciæ: & ſicut maris amarorem nulli fontes propria injecta ad mare dulcedine mutant; ita neque viri fortis mentem res adverſæ.

49. Hinc inter excultos virtutum flores, fortitudinem lilium dixeris: non enim ſolius eſt roſæ ſpinarum ſatellitio ſtipari, & flagrare ſuaviùs; olet etiam inter ſpinas lilium, florétque candidius dumis vallatum, quia viro forti vel ipſi tribuli flores pariunt ſuaviùs olentes. Vir fortis ſibi perſuadet eum florem eſſe cæteris chariorem, qui è nivibus, gelúque triumphans è ſinu rigentis hyemis, quaſi transfuga erumpit. Non ſolùm ex publicis, verùm etiam ex privatis calamitatibus, quæ ad extremas ſolent anguſtias adigere, & ex fluctuantis fortunæ ludibrijs, ſolet vir fortis, veluti ex turbato pelago ſolatia, perinde ac margarita, expiſcari: præſertim ſi fræno timoris Dei audaciæ illam injiciat moderationem, quâ intra limites continetur veræ fortitudinis.

50. Eliphaz Jobum multiplici preſſum calamitate, obrutúmque ærumna alloquens ait: *Ubi eſt timor tuus, fortitudo, & patientia tua, & perfectio viarum tuarum? Recordare obſecro te, quis unquam innocens perijt? aut quando recti deleti ſunt.* Videtur Eliphaz vel in ipſo orationis exordio in contradictoria impegiſſe, eloquentiâ tumidus, ſed Phi- Job. 4.

loſophiâ vacuus: ſiquidem fatetur Jobum timore deſtitutum, cùm dicat *ubi eſt timor tuus?* quaſi eum increpet, eò quia timorem à ſe excuſſerit; eúmque propterea ſatagit in ſpem erigere ſubdens *recordare obſecro, quis unquam innocens perijt? aut quando recti deleti ſunt.* Qui timore incuſſo corripitur, infirmus expalleſcit, pavidus titubat, & debilis corruit; proinde ut erigatur, ſpe indiget, quâ metum exutiat, animúmque fiduciâ corroboret; ſed cum Eliphaz aſſerat in limine orationis, Jobum extra metum poſitum, *ubi eſt timor tuus?* non videbatur indigus ſpei, quâ timorem abjiceret, quo minimè corripiebatur: igitur vel minimè timentem animum non debuiſſet in ſpem erigere, vel quem ſpe corroborat, non debuit timore vacuum edicere: ſiquidem ubi timor non incutitur, non eſt neceſſe ſpes erigatur, qua timor abigatur. Cur igitur Eliphaz Jobum ærumnis obrutum, ſed non timentem, contra minas obarmavit timoris? quia nimirum, putaverat Eliphaz, Jobum Dei timore vacuum, eúmque propterea armare ſategit contra cacodæmonis inſultus. Dei timore nititur præmunire, quò audaciam retundat cacodæmonis; & fortitudine corroboratus impetus eludat inſultantis cacodæmonis, quia ut concinnè ait D. Gregorius: *Sicut in via ſeculi timor debilitatem, ita in via DEI timor, fortitudinem gignit.* Lib. 5. moral. c. 23.

Cenſuit igitur Eliphaz, Jobum Dei deſtitutum timore, quem propterea debilem putavit, ac inermem: *Ubi eſt timor tuus, & fortitudo tua?* & quaſi pediſſequa timoris ſit fortitudo, illo excuſſo, hæc abigatur; putavit Jobum, quia timore, etiam fortitudine deſtitutum, quem proinde ſpei ſategit armatura præmunire, ne ex timoris abſentiâ corruiſſet, quavis deſtitutus fortitudine; quia in via Dei timor fortitudinem gignit, quatenus timor audaciam compeſcit, quam injecto moderamine in fortitudinem erudit: & de imbecillitate audaciæ Dei accedente timore munimen oritur fortitudinis. Suam prodit audacia imbecillitatem, cum malum quod imminet, non timet, & cæco impetu ſuperare adnititur, & inconſulta deliberatione plus, quàm fas ſit in auſua irrumpit temerarios: hanc imbecillitatem tunc corroborat Dei timor, ſi inconſultos, ac temerarios coërceat auſus, & quæ temeritas erat, ac audacia honeſtamentum induit fortitudinis ſublato exceſſu, quo à virtute audacia exorbitat. 51.

Langnebat in Bethania Lazarus, & fratris lethalis morbus pias angebat ſorores, quæ illicò nuntium ad JESUM miſerunt, qui tamen biduo ſubſtitit, & poſtea amici infirmitatem Diſcipulis indicavit, ejúſque etiam in Judæam profectum aliquid infirmo allaturus ſolatij: Dixerunt tunc ei Diſcipuli: *Rabbi nunc quærebant te Judæi lapidare, & iterum vadis illuc?* pericula quæ immine- 52. Joan. 11.

bant, ei objecerunt, ut à tali retraherent profectione, ſed hæc terriculamenta mortis præmatoræ, Chriſti non flexerunt conſtantiam, nec illius intrepidam averterunt beneficentiam, quin potiùs ad profectum in Judæam quavis diſrupta mora eos efficaciùs hortatur: cumque cognoſcerent Apoſtoli deſiderium eſſe Magiſtri in Judæam proficiſcendi, Thomas præ cæteris audax in has erupit voces: *Dixit ergo Thomas, qui dicitur Didimus ad condiſcipulos: Eamus & nos, & moriamur cum eo.* Quid? quòd Thomas præ cæteris audax mortis adit periculum, quam & pro Chriſto ſubire feſtinat? *Eamus & nos, & moriamur cum eo:* appoſitè Baſilius Seleuciensis ait: *Eamus & nos, & moriamur cum eo. Reliquis Thomas erat infirmior, & minus habebat fidei.* Sed ſi reliquis imbecillior, cur præ cæteris audax, & præ reliquis mortem pro Chriſto oppetit? licèt reliqui Diſcipuli nec in fide titubaſſent ſicut Thomas, nec ita imbecilles eſſent, ac infirmi, ſilentio propriam indicant reluctantiam, prodúntque in Judæa timorem, quem Thomas illicò excuſſit. Cur igitur Thomas cæteris imbecillior condiſcipulis præ reliquis magis audet, quibus & calcaria ad profectionem in Judæam admovet? quia nimirum Thomas timore ſæculi antea cæteris infirmior, ac debilior; mox timore Dei corroboratus; quæ audacia viſa eſt timore ſæculi, fortitudo fuit timore Dei, quatenus hic cohibens, quod in audacia ob exceſſum degenerat in vitium, fortitudinem ex audacia refingit: ubi timor ſæculi hominis prodit infirmitatem, ſecum trahit audaciam, ac imbecillitatem temeritatis æmulam: ſed ubi excuſſo timore ſæculi timor ſuccedit Dei infirmitas corroboratur, & quæ audacia erat, honeſtamentum induit ac vires fortitudinis: quid enim tam arduum in ſtadio virtutis, quàm ut quis animam pro amico in diſcrimen offerat? & hanc arduitatem cæteris promptior adnititur aggredi, & ſuperare Thomas: *Eamus & nos, & moriamur cum eo,* quia ubi timor Dei moderamen imponit audaciæ, hæc in fortitudinem recuditur, quâ vir fortis mente alacri, ac fronte ſerena pericula adit: & non ſolùm bonorum jacturam fluxorum, verùm & pleromque mortem ipſam deſpicit imminentem; ad cujus occurſum non paveſcit, dummodo honeſtatis causâ vitæ adeat diſcrimen; ſive in lecto diuturna abſumptus febri deficiat; ſive ſævientis pelagi decumanis obrutus fluctibus è vivis deleatur, ſive alio decedat repentinæ fato Libitinæ, nil honeſtiùs ſe agere putat, quàm ſi pro honeſtate virtutis mortalitatem exuat corporis.

53. Idque cauſæ, cur Hercules apud Senecam cœlum querelis impleverit, cum lethale virus intra venas ſerpens unà cum ſanguine fureret; rabiéque anhelâ artus ureret ſqualentes; eò quia nil præclari, dignique viro forti occurreret præſtandum. Non enim vir fortis omnem imminentis mortis timorem abigit; eſt enim quoddam mortis genus, quod perhorreſcere virum etiam fortem decet; qui propterea ingloriè refugit vitæ diſcrimina, turpémque execratur interitum. Idque etiam cauſæ cur Æneas apud Virgilium Illiacis maluerit in campis olim occubuiſſe, quàm nunc ſubortâ procellâ fluctibus obrui decumanis: quin & Thyeſtes apud Ennium malorum ſummum apprecatus Atreo fratri, quem lethali averſabatur odio, Numen rogavit, ut ingloriam naufragio mortem oppeteret. Ulyſſes etiam apud Homerum *Odiſſ 5.* mœrore confectus imminentem ex maris procella mortem extimeſcit, quia viro forti nil teterius poteſt obtingere, quàm mors ingloria. Hinc Chriſtiana fortitudo etiam de imbecillitate uberiora haurit incrementa, quatenus adverſa ſuſtinens, & inconcuſſa firmitate impetus retundens cacodœmonis, de carnis imbecillitate triumphos cudit. Teſtatur Apoſtolus ſe ut hominem humana pati, ac à rebellantibus paſſionum concupiſcentiis, ac affectuum tyrannide divexari inſtigante Sathana, & colaphizante; & licèt pluries ſupplicaſſet Numini, ut ejus ope à moleſtiis liberaretur, non tamen Deum in ſua flexit vota 2. Corinth. 12. v. 9. & 10. *Propter quod* ait Apoſtolus, *ter Dominum rogavi, ut diſcederet à me, & dixit mihi: ſufficit tibi gratia mea: nam virtus in infirmitate perficitur. Libenter igitur gloriabor in infirmitatibus meis, ut inhabitet in me virtus Chriſti, cùm enim infirmor, tunc potens ſum.* 2. Corinth. 12.

Virtus, ſeu fortitudo in infirmitate perficitur, quia ſuas exerit vires, & hoſtiles retondens impetus de hoſte glorioſiùs triumphat. Quid infirmius, ac imbecillius humanâ carne? in hac tamen infirmitate virtus, ſeu fortitudo perficitur, cùm carnis concupiſcentias, pravarúmque affectionum auſus temerarios coërcet: in noſtra igitur infirmitate virtus Dei perficitur, quatenus ejus gratia vires ſuppeditat, quibus impetentium pravorum affectuum retunduntur impetus, & temerarii coërcentur auſus, ac in officina humanæ carnis ſuos virtus cudit triumphos. Nobis vix innoteſceret divinæ virtutis potentia, niſi humanæ impotentiæ nobis conſtaret imbecillitas indiga Dei opis, ut corroboretur, divinámque manifeſtet potentiam, adeo ut hominis infirmitas Dei viribus corroborata piè ſuperbiat de fortitudinis triumpho in pravis coërcendis affectibus. 54.

Orat. 40.

§. VI.

In id temeritatis devenit inconſulta audacia, ut ea adoriatur, quorum aſſecutioni vires non ſuppetunt, & factu ſunt ei impoſſibilia; & cœno cœlum laceſſat, ac expugnare adnitatur.

55. SI nullo audacia frœno coërceatur non decus induit virtutis, ſed in pertinaciam irruit ſceleris: quia inter peſtes, quæ afflatu primordialis noxæ in humanam ſerpunt naturam, illa etiam exitialis eſt, quæ tenebras menti offundens, cæcitatem homini incutit, ne videat, quod rationi eſt conſonum; ſed in inchoato ſuo propoſito pervicaciter perſiſtat, auſúque etiam temerario in ſemel inchoato ſcelere perſeveret, plus dedecoris putans hauriturum, ſi à propoſito deflectat; quàm decoris, ſi conſilio obſequatur rationis: ſed in opere ita perſiſtere non vitturi conſtantiæ, ſed vitio tribuitur pertinaciæ; quæ effrœnis eſt filia audaciæ, quæ propterea niſi edometur, coërceatur ac frœnetur hominem audentem in omne pertrahit ſcelus. Quinimo in id devenit audaciæ, ut ea etiam adoriatur, quorum aſſecutioni vires non ſuppetunt humanæ; quin & homunciones cœlum ipſum laceſſere, & expugnare auſu tentent temerario. Ex mundo naufrago in univerſo cataclysmo octo duntaxat ſuperſtites de tabula emerſerunt animæ; quibus iterum mundus deaquarum tumulo redivivus ſuum reſumeret decorem, viréſque enanciſceretur in reſtaurata humani generis propagatione; ſed vix homines cœperunt multiplicari varios incolere terræ tractus, ſimúlque in ſocietatem coire; iterum cœpit & malitia ſuboleſcere, & homines mortales ex mundo naufrago ſervatæ reliquiæ inani gloriæ, nomíque immortali in Babellis arce, vel turri exſtruenda inhiàrunt: hoc eſt Noëticæ familiæ poſteri coriphæo Nembroto adeo inſanos foverunt auſus, ut moliri ſubſtructionem turris, cujus faſtigium cœlum pertingeret ſuperbè intentâverint; *Venite faciamus nobis civitatem, & turrim, cujus culmen pertingat in cœlum, & celebremus nomen noſtrum.* O inſanam mortalium audaciam! cœlum ipſum impetunt, & cœno, ſaxis, ac cœmentis conantur ſydera expugnare, de quibus etiam Ovidius cecinit:

[Margin: Gen. 11. — 1. Metamorph.]

Affectâſſe ferunt Regnum cœleſte gigantes,
Altáque congeſtos ſtruxiſſe ad ſydera montes.

56. Sacer textus vocat turris ſtructores terræ filios, quaſi cœno cœlum ſuperare adniterentur. Siquidem initis conſilijs urbem ſtatuerunt in ampliſſima planitie ad ripas Euphratis fluvij in argumentum potentiæ conſtruere. Et quia ſtuduit quisque propriæ gloriæ, nullus fuit, qui ſuas eidem operi inchoando, & perficiendo manus non admoveret. O quàm ingens opus! quod ab omnibus inchoatum hominibus, & poſt fluxum duorum ſupra viginti annorum nondum abſolutum, imperfectum adhuc fuit; licèt ex ejusdem fundamentis primum ſurrexerit orbis miraculum Babylon, in qua turrim erigere adnixi ſunt, quæ cœlo par eſſet, quaſi cœnum cœlo dominari intenderet, & homunciones cœlitibus imperare: effrœnem tamen ædificantium audaciam compeſcuit DEUS, non manuum violentiâ, ſed linguarum diviſione: idioma ſiquidem unum in duo ſupra ſeptuaginta diſectum, ac diviſum, animorum quoque invexit diſcordiam, & turris ſtructores longè latéque diſſipavit, eorúmque temerarios auſus compeſcuit. Procedebat ſuis illa moles incrementis, & annis jam viginti & ultra dictante Nembroto formam turris ſtruendæ, legéſque promulgante, & præcepto unius obtemperantibus omnibus una utentibus lingua, qua humani generis primi propagatores poſteros imbuerunt ſuos; hanc proritatus Deus ex audacia, & arrogantia mortalium turbavit, unóque momento multorum annorum opus, turríſque ſtructuram perturbavit: in tam varia fuit lingua una diſtincta idiomata, ut ex operarijs unus ampliùs alium non intelligeret loquentem, & licèt in iras, furoréſque excandeſceret Nembrotus ad opus ſtructores ſolicitans, pro latere lignum, pro ligno glebam, pro gleba ligones, pro bitumine caſeum, pro calce lac deferebant; & pro bipenni, & malleo panes, & fructus; adeò ut omnia fierent, præter quæ facienda tunc fuiſſent: hac linguarum confuſione hominum compreſſit Deus audaciam: *Deſcendit autem Dominus, ut videret civitatem, & turrim, quam ædificant filij Adam, & dixit: Ecce unus eſt populus, & unum labium omnibus: cœperúntque hoc facere, nec deſiſtent à cogitationibus ſuis, donec eas opere compleant. Venite ergo deſcendamus, & confundamus.* Tanta eſt hominum audacia, & pervicacia, quò ad ejus coërcitionem opus fuerit, Deum conſilium inire, & ex empyrea cœlorum ſede unà cum conſultiſſimo cœlitum Senatu in terram deſcendere, ut per ſe ipſum provideat, quid ad Babellis turrim demoliendam, ſimúlque ædificantium audaciam compeſcendam facto ſit opus: hominum audacia turris ſtructuram ad cœlum usque perduxiſſet, nec ab inchoato deſtitiſſet auſu, niſi Deus deſcendiſſet, & linguarum confuſione temerario eorundem auſui frœnum injeciſſet; ut ſcitè notat Rubertus expendens enim verba illa: *Cœperúntque hoc facere, nec deſiſtent à cogitationibus ſuis, donec eas opere compleant:* ait

[Margin: Geneſ. 11. — In Geneſ. v. 4.]

ipſe

ipſe appoſitè ad rem noſtram ; & infert ex illo antecedente : *Ergo ſi illa facultas mutuæ linguæ ſublata non fuiſſet, cogitationes ſuas opere implere, id eſt turrim tantæ altitudinis quiviſſent extruere, cujus culmen ad cælum pertingeret.* Faſtigium turris ad cœlum usque humana perduxiſſet audacia, quamvis humanæ non ſuppeterent vires, quia niſi humana audacia coërceatur, in ſemel inchoato ſcelere pervicaciter perſiſtit ; & quæ frœno coërcita timoris, honeſtatem induit fortitudinis ; effrœnis ſceleris contrahit pertinaciam : ecce quanto animi ardore, duritie, ac pervicacia in ſemel arrepto propoſito homo audax perſiſtit, *Geneſ. 11.* cùm Deus ipſe humanæ audaciæ pervicaciam exaggeraverit : *Cœperunt hoc facere, nec deſiſtent à cogitationibus ſuis, donec eas opere compleant :* quaſi dicat, quamvis impoſſibile ſit hominibus, ſaxis, & cœmentis ad ſydera ſcandere, & erecta turri terræ commercia cum cœlitibus nectere ; quia tamen ſemel cœperunt audaces turrim conſtruere, cujus culmen in cœlum pertingat, non deſiſtent à cogitationibus ſuis, donec eas opere compleverint, niſi eorum temerarij auſus compeſcantur, eorúmque audaciæ frœnum injiciatur ; quia quæ hominis non coërcetur audacia in ſceleris vel ruit pervicaciam ; vel inchoati delicti pertinaciam fovet : quin & ſupra potentiam admititur operari, ac metas intentat transgredi poſſibilitatis, & ad inſoleſcentem auſum coërcendum ſolertiori divinæ providentiæ cura opus eſt, ut opus quamvis impoſſibile factu, quia tamen ſemel pertinaciter inchoatum, efficaciter impediatur. Hi audaces à ſacro textu Adæ dicuntur filij, ſeu ex Adamo, ſeu terra rubra orti : cùm eſſent in terram cum ſuis operibus redituri, ac ſuam repetituri originem eorum auſus temerarios non fulmine, ſed flatu diverſi ſoni Numen proſtravit : ſic erat hominum audacia deprimenda, à lingua oſtentatrice initium duxit va- *Gen. 11.* niſſimum ædificium : *Venite faciamus nobis civitatem, & turrim, cujus culmen pertingat in cælum.* A lingua veluti è putido fonte peccatum ſcatutijt ; ſed à lingua etiam peccati fluxit ſupplicium ; quia affines initijs ſuis ſunt fines.

57. Si quæras, cur homines in tam temerarios irruperint auſus, non credas ab alio fuiſſe impulſos, quàm ab ipſa inanitate humanæ gloriolæ, quæ filia eſt audaciæ : *Ibidem.* *faciamus nobis civitatem, & turrim cujus culmen pertingat in cælum, & celebremus* *Eccleſ. 2.* *nomen noſtrum.* Celebratio vacui nominis impulſum dederat turri conſtruendæ ſupra nubes : quod opus plenum fuit vanitate, cùm hiſce ædificatoribus dicat Syracides : *Cum me converiſſem ad univerſa opera, quæ fecerant manus meæ, & ad labores, in quibus fruſtra ſudaveram. Vidi in omnibus vanitatem, & afflictionem animi, & nihil permanere ſub ſole.* Et revera nil eſt, quod ſub ſole diu permaneat, quamvis impenſo labore, ac temporis diuturnitate poſitum fuerit : ſi enim quæras humanæ audaciæ monumentum, turrim babylonicam ; imò & humani faſtus famoſa miracula, qualia fuerunt penſiles Semyramidis horti ; Epheſinum Dianæ templum ; faſtigatæ pyramidum Ægyptiarum moles ; Herculis in Gaditano freto lapideæ, ac immanes columnæ. Rhodius ſolis Coloſſus tantæ vaſtitatis, ut utroque pede geminum portûs premeret Iſtmum, & grandioribus navibus ingreſſum aperiret ſuis ſub cruribus ad portûs malaciam ; Cyri Regia ; Mauſuli ſepulchrum, nil invenies niſi ſuperſtitem pulverem, & deleta veſtigia, quibus humanæ audaciæ deprehendas vanitatem.

Urbem percurre Romam aureum Neronis ut luſtres palatium ; amplas Diocletiani thermas ; ſumptuoſa Antonini balnea ; inſignes Caligulæ pontes ; ingentia Pompei amphitheatra, omnia periêre, & nonniſi exigua ſuperſunt rudera à vorace temporis dente exeſa : nimirum mortalia mortalium erant opera, & quæ humana audacia æternitati præſumpſerat conſecrare, veluti umbra evanuerunt. 58. Tametſi plura audeant homines ſui nominis ſtudentes perennitati, ſive in libris ſcribendis noctes ducant inſomnes ; ſive in ædificijs conſtruendis theſauros exhauriant, ſive in præclaris geſtis in bello dandis audaces in hoſtes irruant, quos fuſos ſuperent, vel victos proſternant, hæc tamen quæ audacia dictat, tempus ipſum obliterat, quia ut monet Syracides : *Non enim erit memoria ſapientis, ſimiliter ut ſtulti in perpetuum, & futura tempora oblivione cuncta pariter operient.* *Eccleſ. c.2. v.16.* Quemadmodum temporis diuturnitas plurium, quæ in mundo inſignia fuerunt obliteravit, & ex memoria hominum etiam illuſtriores delevit, qui ante nos homines vixerunt, & plura audentes præſtiterunt : ita quæ nunc nobis in mundo grandia videntur, poſteris nil erunt, quia *futura tempora oblivione cuncta pariter operient* : ubi ſunt ſapientes illi, quos ante Cataclyſmum fuiſſe divinitùs inſtructos nulli eſt dubium ; quorum tamen & Sapientiam, & nomina ignoramus, cum non omnium nomina fuerint ad poſteros propagata. Quis vel centeſimum eorum ſapientum novit, qui ætate Homeri, Solonis, Pythagoræ, ac Platonis ſapientiæ laude floruerunt, & proprium nomen in Ægypto, Chaldæa, Græcia, Latio excultæ ſcientiæ ornârunt honeſtamentis ? quinimò ex ijs, quorum nomina Libitinam effugerunt, non omnia habemus opera : ubi nunc liber Democriti de conſtantia ? ubi florulentus de animi tranquillitate ejuſdem tractatus, quem Seneca egregium vocat ? ubi Panæcij Stoici eadem inſcriptione liber, & alius Hipparchi Pythagorici ? Scimus plures ab Athenæo recenſeri ſapientes, quos eruditio illuſtres effecerat, quorum tamen illuſtria ſcriptorum monumenta ob-

Luciano, *Ampulla inaurata* ſani humoris vacua, & inanitate plene, quæ ſuopte ingenio crepat, & evaneſcit: à Clemente Alexandrino *pictum ſomnium*; & eb aliis ventus efflana ſimul, & inflans, cujus fugacitas perniciſſima eſt, & inflatio perniciosiſſims; & tamen homines ſunt, qui hanc aucupaturi gloriam ardua quæque auſu aggrediuntur temerario. Quis plauſus non horreat theatrales, opitmata non deteſtetur, & lenocinantia auribus verba perinde non faſtidiat, ut ait D. Auguſtinus. *Ac linguis* Epiſt. 56. *humanis ruinoſa gaudia conſtruere?*

63. Quid aliud ſunt illa acquiſita nomina per plura vitæ diſcrimina, quæ audax adivit, & quæ tota obſtupuit antiquitas, ſtupebitque poſteritas, quàm cadavera ſine ſpiritu, oſſa ſine ſucco, cùm qui audaces fueruot in terreſtri conflictu, vel in claſſe maritima non ampliùs ſint, & jam perierint, & ſuperſtes eorum gloriola fumus potiùs ſit, ciendis lachrymis eptior, quàm vero gaudio ingerendo? Nil eſt io terris ſublime, quod finitimæ non ſit obnoxium ruinæ; ubi feſtigium ſurgit, ibi præcipitium patet; & quanto eſt gradus excelſior, tanto eſt, & caſus profuodior; idque experiuntur, quos audacia ad atdua quæque ſtimulat, quo cæteris emineant ſublimiores; plerumque dum editiora conſcendunt io imum detruduntur profundiores: quæ fulmina promptiùs feriunt editiora ſunt culmina; & fortuna illos primùm deijcit, quos comitante eudacia ſublimiores extollit. Quódque deterius adeo ſui eſt eudacia inchoati propoſiti tenax, ut vix ab eo dimoveator, ſed pervicaciter in eodem perſiſtet.

Neque putes, viros tantùm improbos hoc
64. inquineri vitio, cujus turpitudini obnoxij ſunt etiam viri pietate, & prudentia commendati. Præmatura regnandi cupiditate correpius Abſolon, io Davidem Patrem rebellat, & dum Joab Davidiei exercitus Præfectus pugnam init cum Abſolonis copiis, ſedet David in urbe anxia expectatione de victoria ſolicitus. *David autem ſedebat*
2. Reg. cap. 18. v. 24. *inter duas portas: ſpeculator verò, qui erat in faſtigio portæ ſuper murum elevans oculos vidit hominem currentem ſolum; & exclamans indicavit Regi: dixitque Rex ſi ſolus eſt, bonus eſt nuntius in ore ejus.* Non me latet plure à Commentatoribus adinventa, & congeſta fuiſſe, ut hocce Davidis prognoſticon tueantur vero ſimile; neque in eugurio diſquirendo immoror, ſed de augurantis cohærentia quæro: dixit enim David coram frequenti populo *ſi ſolus eſt, bonus eſt nuntius in ore ejus:* poſtea ſacer textus pergens in narratione eudacis Abſolonis in patrem facinoris immediatè ſubdit. *Properante autem illo, & accedente propiùs vidit ſpeculator hominem alterum currentem, & vociferans in culmine ait: Apparet mihi alter homo currens ſolus. Dixitque Rex: & iſte bonus eſt nuntius;* non enim reſpondent ultima primis: neque mutuè hæc duo Davidis præſagie videntur unà cohærere, ols loquor de non admodum auſpicij ſolida conjectura, eum oon ſemper ex ſolitario nuntio potuerit David eventûs conjectati proſperitatem, cùm unus homo Amalecita eidem enuntiaverit populi ſui cruentam ſub Saule cladem 2. Reg. cap. 1. Et Eli ſecerdoti 1. Reg. cap. 4. Unus Beniaminita funeſtam ejusdem populi ſtregem intimaverit: ex quibus liquet, non ſemper ex ſolitario nuntio victoriam conjectari ex inito conflictu prævio, ſed ut in pugnantibus Devidis reſponſis inſiſtam, quomodo cum ſemel dixiſſet, *ſi ſolus eſt, bonus eſt nuntius in ore ejus*, cum & iterum alius acceſſiſſet nuntius immediatè poſt primum, inhærens primæ conjectationi potuit eandem ex ſecundo inferre? ſi primus quia ſolus prognoſticon ſecum vehebat proſperitatis, ac victoriæ; alter, quia non ampliùs ſolus non potuit victoriam prætendere, quæ ex primi ſolitudine conjectabatur illate; imò nec primus ſolus fuit, cùm alter ſtatim eidem ſe adjunxerit, ac duo fuerint nuntij; adeò ut ex neutrius ſolitudine potuerit victoriem inferre, cum neoter prærogativa fuerit ſolitudinis inſignitua, ubi enim duo currunt unus poſt alium non unus tantùm, ſed duo currunt, nec ſolos eſt, qui currit, nec unus tantùm, cùm duo ſiot; ergo utrumque reſponſum ex elterutro redarguitur, David enim io re bellica peritiſſimus priùs coram omni populo dixeret *ſi ſolus eſt, bonus eſt nuntius in ore ejus.* Nimirum bello aſſuetos David militarem hauſerat audaciam, cùm inermis cootra Goliathum ad ſingulare deſcendit certamen, licèt audacia Dei ope virtutem poſtea induerit fortitudinis, O quàm difficulter bellica ſemel imbuti audacia ab inchoato reſiliunt propoſito! David, cùm priùs coram populo dixiſſet, *ſi ſolus eſt, bonus eſt nuntius in ore ejus*, ne ſemel prolatam ſententiam revocaret, aſſertóque priori palam edverſaretur, quamvis poſterior nuntius conjecturem extingueret prioris, in quo de ſingularitete nuntiantis auſpicium captabatur, quod ſecundus nuntius prorſus deleveret; adhuc ex adverſo indicio à priori non reſiliens conjectura, in propoſito perſeverat inchoato, ne videretur perperam conjectáſſe, nunciique unitatem, quam antea feuſtam edixerat, & voluit proſperam aſtruere, ex nuntiorum pluralitate cogeretur deſtruere: pudet virum audacem ab inchoato ſemel propoſito reſilire, quo fit, ut audacia, niſi frœno coërceatur virtutis, vel io ſcelus proruet; vel in ſcelere perſiſtant pervicaces, & audaces.

Hinc militiæ eddicti ſacramento, vel de ipſa 65.
legum violatione ſibi geſtiunt nomen facere, ac temeritatis audaciâ gloriam ſibi excudere fortitudinis, non ſolùm morum ignorantes moderamen; ſed & contra virtutes violentiam affectantes: ſcitè ejebat Caſſiodorus

DISSERTATIO XXV.

Viri fortes deprædicantur non qui audaces vitæ diſcrimina adeunt, ſed qui virtutum culturâ florentes, pravos quosque inſurgentes affectus compeſcunt.

§. I.

Is præ cæteris habetur ſtrenuus, non qui præ reliquis audet, ſed qui præ aliis fortitudine pollet, & excultâ virtute floret.

1. Eſt fortitudo virtus, ſeu animi affectio juſtitiæ legibus obtemperans, non enim eſt fortitudo inconſulta temeritas, nec periculorum amor, nec formidabilium appetitus: ſed eſt ſcientia diſtinguendi quid ſit malum, & quid non ſit. A virtutis cultura non igitur abhorret fortitudo, quæ, & caſtitatem propugnat armata in fœmore, & reliquarum jura virtutum tuetur. Invaſerat Saulem cacodæmon cùm primum à ſtudio ſe averterat pietatis: & licet Dæmon in Saulis corpore veluti in proprio domicilio triumpharet, miríſque artibus fœditatem adniteretur ſuæ tyrannidis occultare, non tamen valuit oculos ſubterfugere intuentium: prudentia ſiquidem de mentis arce dejecta fœdè acies turbaverat oculorum, totúmque vultum, quaſi avernali quodam furore percitum fœdaverat, ac erat non tam viſu horribile, quàm dictu miſerabile, Saulem videre diademate ſplendidè coronatum, & furijs fœdè exagitatum. Adfuit quiſpiam ex famulis, qui Regio, ut mederetur malo, conſilium ſuggeſſit de Davide accerſendo, qui cithsræ pulſu mœrorem excuteret, animúmque leniret exaſperatum, & ſolatiò eſſet Sauli.

Advocavit igitur Saul Davidem adoleſcentem Bethleemitem è cuſtodia gregum, cujus peritiâ fidium, & pſalterij tractatione animi depellerentur mœrores, ac Dæmon ſopiretur exagitator: nec cunctatus fuit David venire, ut harmonico vocis, ac lyræ concentu; ſed validiùs precibus ad Deum fuſis, malignos diſcuteret humores, Regíſque animo priſtinæ reſtituto hilaritati malum genium fugaret. Qui interdum reverſus, cum Saulem variis diſtorqueret moleſtiis; rediit, & David ad ſuam citharam conſuetum è carmine adhibiturus pharmacum: ſiquidem iteratione cantûs à Saule iterum recedebat tartareus inquilinus *Ecce vidi filium Iſai Bethleemitem ſcientem pſallere, & fortiſſimum robore, & virum bellicoſum, prudentem in verbis, & virum pulchrum, & Dominus eſt cum eo.* 1 Reg. cap. 16. v. 18. Dicitur fortiſſimus robore, quia prudentiâ polleret, non enim bellica fortitudo virtute deſtituitur, cùm nonniſi morum foveatur probitate: fuit David virorum fortiſſimus, quando virtutum enituit ſtudio morum probitate ſplenduit: ſcitè Abulenſis. *Hoc dixit ille puer Saulis Zelo bono concitatus: quia viderat David eſſe Magnum cytharistam, & virum omni probitate laudabilem.* Quæſt. 31. in 1. Reg. commendabatur in Davide ſtrenuitas, laudibus excipiebatur fortitudo, quia probitas virtutum culturâ in ipſo effloruit: nimirum, quia virtute fultus, morúmque probitate ornatus, virorum deprædicator fortiſſimus; non enim fortitudo viribus tribuitur robuſtioris corporis, ſed virtuti animi ad probitatem exculti: cæterum quando David defecit à morum probitate, à cultura deſtitit virtutis, à fortitudine etiam excidit, & qui Goliathum proſtraverat adoleſcens, vir robuſtior corpore terga dedit adverſario inſequenti, & turpi fuga non erubuit hoſti cedere, quia cùm virtute fortitudinem à ſe excuſſerat. *Aut ſeptem annis veniet tibi fames in terra tua, aut tribus menſibus fugies adverſarios tuos; & illi te perſequentur.* 2. Reg. cap. 24. v. 15.

Si quæras cur David triumphis illuſtris, ac delatis victoriis clarus, modò fugiat, terga daturus indecorè hoſti inſequenti? cauſa turpis fugæ ſcelus fuit, quo unà cum virtutis decore vires, & ſpiritus excuſſit fortitudinis. Quamdiu David legem cuſtodivit, virtutes excoluit, à ſce- 3.

lere

tûmque telorum, ac lapidum jactus ſpargere, ac horribilem excitare procellam, aerémque totum ruentibus fulminibus, teliſque ignitis opplere in perniciem Pharaonis; adeò, ut ſtrages eſſet virorum, equorum, curruúmque falcatorum, & militarium quadrigarum, & plauſtorum; feriebantur fulminibus æquè pedites, ac equites, ſubvertebantur plauſtra, & currus, & in fruſta diſſiliebant rotæ, ubique neces, ſtrages, & clamor ſuperſtitum, qui Pharaonem ad regreſſum urgêre, cúmque ſtrages exercitûs, victoriæ deſperatio in fugam compuliſſent, hanc interclusncus Deus præcepit Moyſi, ut Virgam ſuam Erythræos ſuper fluctus explicaret, ex qua parte ſe reciperent ſuperſtites Ægyptiorum legiones, fluctibúsque utrinque ſtantibus imperat ad priſtinam ſuam ſedem regreſſum. Id præſtitit Numinis obſecutus imperio Moyſes, & dum Ægyptij per ſicca Erythræi itinera reverterentur paſtoritiam ſuam virgam ſuper mare explicuit, quod illicò priſtinam repetens ſedem, Pharaonem cum toto ſuo ſubmerſit exercitu, ne nuntio quidem tantæ cladis ſuperſtite emergente. Et Erythcæum mare, quod timentibus Iſraëlitis ſecuritatem portûs exhibuit in proprio ſinu; audentibus Ægyptiis naufragium, & exitium apparavit, hinc accerſendus D. Bernardus inquiens: *Accipe quales his ſuis Principibus Pharao præparaverit currus ad perſequendum populum Dei: habet namque malitia currum ſuum rotis quatuor conſiſtentem ſævitia, impatientia, audacia, impudentia: valdè enim velox eſt currus iſte ad effundendum ſanguinem, qui nec innocentiâ ſiſtitur, nec patientiâ retardatur, nec timore frænatur, nec inhibetur pudore.* Serm. 38. in Cant.

7. Malitiæ currus quatuor circumvolvitur rotis, ſævitiâ, impatientiâ, audaciâ, impudentiâ: & ubi audacia ducit, ibi impudentia ad exitium perducit. Pharao audaciâ ferox temerario auſu diſſectos Erythræi vortices ingreditur, ſed exitium invenit, & naufragium, ubi Iraëlitæ timore correpti portûs experiuntur ſecuritatem: pernicioſa eſt ſemper audacia, & exitialis audentibus. Militant vitia indefeſſis conatibus, nóſque periculoſis impetunt adſultibus, & præ cæteris audacia, quâ quæ pericula imminent dejectis in humum oculis adimus: nos enim audacia in periculum impellit, ait Seneca. *Quid ergo non timor retinet? non audacia impellit? non fortitudo immittit, & impetum dat?* Epiſt. 106. vitia nos ſuis impetunt adſultibus, & continuo quatiunt conflictu, & præ cæteris audacia, quæ reliquis audentior pericula deſpicit, in quæ proximiùs irruit.

Non tamen credas, audaciam fortitudinem prodere, cum imbecillitatis ſit potiùs character: languens enim viribus, & corpore imbecillus, inſolentiùs ſæpe audet, quæ imminent adire pericula, ideo vir audax ea adit, quia iiſdem obſiſtere non valet, nec ea evadere, adeò ut ſit audacia imbecillitatis filia, perinde, ac temeritas ignaviæ proles. Vir imbecillus, quia timet, audet; ſitque propterea audacia timoris, & imbecillitatis filia; ſecus vir fortis timet, nè timeat; non enim timor ſemper ignavum arguit, ſed pleruṁque cautum; ſecus audacia indicat animum ad omnia pacatum, ſed perſæpe inertem, ac ſtolidum. Idque cauſæ; cur ſcripſerit Seneca. *Stulti, & amentis eſt, mala non timere; nam qui prudentior eſt hoc timebit magis*, Epiſt. 85. quod in viro audace eſt timor, in viro forti cautio. Aliquot cacodæmonum legiones hominem obſederant, cujus corporis facti inquilini, erroneo dogmati ad alios decipiendos viam aperiunt, mentiuntúrque animas decedentium converſum iri in Dæmones. Huic malo, ut occurreret Chriſtus transfretavit, venitque ad hominem obſeſſum; ſed Dæmones in ejus prodeunt occurſum, & quaſi molientes venienti obſiſtere, obſeſſum excitant ad querimoniam. *Videns autem JEſum à longè cucurrit, & adoravit, & clamans voce magna dixit. Quid mihi, & tibi.* Marc. 5. v. 6. Ecce quàm pallida dæmonis eſt audacia, hoſtem non expectat, proprii ingredientem caſtra, ſed egreditur ipſe, pugnámque præmaturat; laceſſens enim adverſarium contumeliis exaſperat, inquiens: *Veniſti ante tempus torquere nos; quid nobis, & tibi*, quaſi flocci facientes Chriſti virtutem habent hanc contemptui; robúrque oſtentant ipſi invictum; quaſi Chriſti Cacodæmon non paveret acceſſum, nec ad occurſum timeret ipſius; ſed ideo temerarius audet, quia imbecillus timet. *Videns JESUM à longe cucurrit.* Hoc eſt ideò Audax pugnam præmaturat, quia timidus pavet, & de ſua imbecillitate victoriam deſperans, audax ſurgit, & venienti obviat: ſi enim fortis hoſtem expectâſſet, non ſe præmaturè periculis objeciſſet; ſed quia imbecillus timuit, timidus in auſus erupit, & venientem hoſtem provocavit, quem expavit: pulchrè D. Cyrillus apud D. Thomam expendens verba Marci 5. ait: Vide *Dæmonem duplici paſſione diviſum audacia, & timore*: nimirum quem timor in audaciam impulerat; hunc audacia in arrogantiam traxerat, ideóque bifariam diſſectus audacia, & timore, audax venienti obviavit, Chriſto, quem timidus expavit præſentem, & imperantem.

§. II.

Timiditas plura intrepidè audet, ut larvâ fucatæ fortitudinis propriæ ignaviæ contegat turpitudinem.

9. Solet timiditas perſonata incedere, larvámque induere audaciæ, ut ſaltem umbra fortitudinis ignaviam obtegat, quam animo fovet, idque proprium eſſe dixeris cujusvis vitij palliato virtutis honeſtamento propriam contegere turpitudinem: vides ambitioſum, & tumidum humilitatis colore ſuum palliare ambitum; & ſuperbum animi venditare moderationem: quæ turpia ſunt fucis linuntur externis, ne quæ intus ſtabulatur fœditas, oculos exteriùs offendat intuentium: hinc plures imbelles extimo foco audaciam mentiuntur, quibus ſi larvam detrahas, leporibus timidiores deprehendis, & diis Babiloniis ſimiles,
6. v. 3. de quibus Baruch, ait: *videbitis in Babylonia Deos aureos, argenteos, & lapideos, & ligneos in humeris portari, oſtentantes metum gentibus*, & infra addit de ficto, & opere homi[...] cuſo Deo: *Habet etiam in manu gladium, ſecurim, ſe autem de bello, & à latronibus non liberat:* nimirum Deus ex ligno fictus, de imbecillitate factus interiùs fragilis, cui ſi ignem adijcias, cinereſcit; exteriùs oculis intuentium ſe prodit armatum ad terrorem gentibus incutiendum, *oſtentantes metum gentibus*, & tamen bello cedit, flamma modica abſumitur, imò, & imbecilli parvulorum co-
Epiſt. 14. natu infringitur ſcitè: Seneca, ait: *Quod vides accidere pueris hoc nobis quoque majuſculis pueris evenit: illi quos amant, quibus aſſueverunt, cùm quibus ludunt, ſi perſonatos vident, expaveſcunt: non hominibus tantùm; ſed rebus perſona demenda eſt, & reddenda facies ſua, quid mihi gladios, & ignes oſtendis, & turbam carnificum circa ſe frementium? tolle iſtam pompam, ſub qua lates, & ſtultos territes.*

10. Plerumque ceteris timidiores bacchanalia agentes pellem induunt leonis, aut Pantheræ, vel alterius ferocientis belluæ ad terrores, metúsque pueris incutiendos; leones finguntur exteriùs rugientes, cædésque ſpirantes; cum intus lepuſculis ſint timidiores: perinde audacia larvam induit fortitudinis, cujus tamen honeſtamentum à ſe longiùs abigit. Propriumest imbellis, ac timidi plura intrepidè audere, quò larva fucatæ fortitudinis proprij vitij obtegat turpitudinem. Magiſter Chriſtus imminentem ſuam paſſionem ſuos edocturus diſcipulos, & ab eorundem uno ſe tradendum dolens, non quia mori detrectaret, & in ara crucis immolari recuſaret, ſed quia proditoris perditio charitatem urgeret. Tunc metu perculſis cunctis, qui aderant, & interno transfixi dolore, animíque mœrore confecti unus inſurgit Judas, qui auſu temerario Magiſtrum interrogat, quiſnam futurus ſit ille, qui erit eum traditurus. *Reſpondens autem Judas qui tradidit eum, dixit: Nunquid ego ſum Rabbi?* Matth. 26. v. 25. Jam animo conceperat Judas Magiſtro venalem in mercem expoſito negotium proditionis inſtituere, & quia propterea plus cæteris timuit, plus etiam cæteris auſus fuit Chriſtum interrogare, quò de timore credamus audaciam prodiiſſe? Cæteri Apoſtoli, ut ſervuli tota animi ſubmiſſione Dominum interrogaverunt: *Contriſtati valdè cœperunt ſinguli dicere: nunquid ego ſum Domine?* quem reliqui Apoſtoli Dominum vocant, hunc Judas Magiſtrum appellat, ſéque Diſcipulum jactat, quò larvâ diſcipulatûs execrabilem proditionem, quam corde fovebat, animo moliebatur, obtegeret; reliquóſque condiſcipulos accerſitâ illuderet audaciâ; quî enim fieri potuit, ut caput Redemptoris pretium fieret Diſcipuli proditoris, & venalem in mercem auditoris Magiſter cederet? ideóque cum alienum à ſana mente id eſſet, ſategit Judas larvâ diſcipulatûs execrabilem obtegere proditionem, & reliquos diſcipulos audacia, quâ Chriſtum interrogavit illudere, ut notat D. Hieronymus inquiens: *Judas cæteris contriſtatis & re-* Matth 26. *trahentibus manum, & interdicentibus cibos ori ſuo, temeritate, & impudentia, quâ proditurus erat, etiam manum cum Magiſtro mittit in paropſidem: ut audacia bonam conſcientiam mentiretur.*

Ideo cæteris fuit Judas audacior, quia nequitiam corde fovebat: quò ſol occiduus 11. proximiùs vergit in occaſum; eò majores, prolixioréſque umbras è montium faſtigiis in ſubjectas planities, ac valles projicit. Divinum ſolem vergentem ad necis occaſum ſenſerat Judas, cum ejus moliretur proditionem; umbram diſcipulatûs explicuit, quâ exteriùs tegeret execrabilem, quam intus moliebatur proditionem: Chriſtum vocavit non ſolùm Dominum, ſed & Magiſtrum, ut ipſe præ cæteris non tantùm ſervi inſigniatur charactere, ſed & Diſcipuli condecoretur dignitate. Id audaciæ datur; vitium quod in ſe fovet, fucatæ alicujus virtutis larva obtegere. Joſeph à fratribus venditus, & in Ægyptum ductus gravius heri. lis amoris, quàm fraterni odij cogitur diſcrimen naufragii ſuſtinere, erat Joſephus eleganti formâ, ore venuſtus, fronte hilaris, totiúſque corporis habitudine decorus; ideóque ſuæ præ cæteris gratior heræ, cui adoleſcentis pulchritudo fomes fuit amoris impudici; illecta ſiquidem mulier adoleſcentis gratiâ, & venuſtate, liberiùs quàm caſtam deceret, cœpit oculos in ipſum conjicere, & veluti raptis in fomite igniculis occultum, in venis ignem alere; móxque tempus obſervare, quo abſque arbitris poſſet Joſephus ad flagitium invitari, & pertra-

hi:

hi: ſed adoleſcens eximius caſtitatis cultor illicienti mulieri repugnavit, ſategitque impetum fœmineæ libidinis coërcere, ejúſque faces continentiæ veluti undâ extinguere, vel ſaltem ſopire.

12. Verùm licèt ob fidem Deo, & hero debitam fuiſſet flamma ſopienda, hæc tamen arſit acrior, animúmque aduſſit pervicacior; cœpítque iterum, atque iterum mulier impuro intus æſtuans igne, preces admovere, munera polliceri, terrores incutere, blanditias adijcere, ac inſtare quotidie importunè, & oppurtunitatem enacta ægritudinem finxit, quâ amoris ſui morbo medaretur: ſola in lecto decubuit, & ut ſtantem proſternet caſtitatem, Joſephum ad ſe vocavit, quem blanditiis varijs, fucisque, ac præmiorum ſponſione ad ſcelus adnixa eſt pertrahere, & manum etiam injicere recuſanti, qui tamen victoriam in fuga poſitam eſſe ratus, pallio, quod lena prenderat improbis relicto in manibus ſeſe euro citiùs foras proripuit, calumniam potiùs, quàm jacturam ſubiturus caſtitatis. Hinc irritata adoleſcentis verecundiâ, ac modeſtiâ mulier tantum cœpit exitiali odio exardere, quantum priùs cupidineo amore flagrârat, & regredienti marito de ſervo queritur, quem ad internecionem perſequitur: mulier enim aut amat, aut odit, nil eſt tertium; & tunc ſævit acrior, cùm pudor odio admovet ſtimulos, ad maritum igitur in domum redeuntem cùm pallio accurrit, cum lachrymis, & queſtibus hebræum famulum in crimen vocat intentatæ turpitudinis; & teſtem defenſæ integritatis, ne infida eſſet marito pallium oſtendit adoleſcentis, ereptum violento pudoris agreſſori. Apud domeſticos itidem innocentem

Geneſ. 38. v. 14.

Joſephum infamia oneravit. *Vocavit ad ſe homines domûs ſuæ, & ait ad eos: En introduxit virum Hebræum, ut illuderet nobis, ingreſſus eſt ad me, ut coiret mecum.*

13. Licèt retentum pallium adoleſcentis fugientis proderet modeſtiam, & procacitatem accuſaret mulieris, hæc tamen quia audax pallium eripuit fugienti, & detrectanti turpibus aſſentiri, quò propriam obtegeret turpitudinem: ſcitè Philo. *Non animadvertit veſtem quam ab adoleſcente relictam mulier proferebat eſſe iudicium violentiæ, ſed mulieris ipſius, adoleſcentis verò patientiæ.*

Philo libro de Ioſeph.

Tametſi arreptum pallium procacis proderet mulieris incontinentiam; illa tamen excitatis clamoribus; luctibúſque mentiris, continentiæ ſibi procudit audaciſſimè teſtimonium, ut fieret integumentum fœditatis, quod luxuriæ prodebat incitamentum, & incontinentiæ muliebris fuerat argumentum. Quòdque deterius, fidem tunc audacia ſibi fuit enacta, quando cœpit impudentia caſtitatem amittere: addit Philo loco citato, *Reverſo è foro marito honeſtatem, & pudicitiam inceſta ſimulans indignabunda dixit: adduxiſti in noſtras ædes iſtum ſervum hebræum.* Nimirum mariti maluit audax querelas præoccupare, ne ipſe in domum redux pallium criminaretur ablatum: & ut ſe mulier caſtiſſimam venditaret, audaciſſima auxilium petit ab accuſata innocentia. Ecce quanto ſtudio ſategit audacia abrepto adoleſcenti pallio vitij obtegere turpitudinem. Sola deformitas lucem odit.

Pluries mulier aggreſſa fuerat reluctantem adoleſcentem. *Accidit autem*, ait ſacer textus, *quadam die, ut intraret Joſeph domum, & operis quidpiam abſque arbitris faceret: & illa apprehenſa lacinia veſtimenti ejus diceret, dormi mecum. Qui relicto in manu ejus pallio, fugit, & egreſſus eſt foras.* 14.

Geneſ. c. 38

Quamvis audax ſit vitium, latebras tamen quærit; licèt ſe ipſum prodat, dum celat: non ſolùm audax, ſed & ſtudioſum eſt vitium in occaſionibus explorandis ad ruinam, opportuna diſquirit loca, opportunum etiam tempus quærit: quòd ſi virtus ita ſolicita foret de opportunitate ad proventum, ſicut eſt vitium audax, & ſtudioſum de anſa ad ſcelus; triumpharet de proſtrato vitio victrix virtus: ſcitè Oleaſter. *Quis mihi daret, & ſic juſti ſcirent tempus captare ad opera virtutis, quemadmodum otioſi, & peccatores ad peccata ſua. De Juda proditore legimus quæſiiſſe opportunitatem, quomodo JESUM opportunè traderet. Sancti viri ſciunt opportunum tempus ad bona opera quærere.*

In cap 39. Geneſ.

Venus Ægyptia occaſionem exploravit, qua famuli abeſſent, & famulæ, ut adoleſcentem confidentior ad ſcelus pertraheret; ſed infamiam ſuam fatetur vitium, dum latebras quærit, & teſtes ſtudet dedeclinare. Umbrâ ſolitudinis adnixa fuit mulier ſe tegere, quò tutior arderet, & audacior in ſcelus proruerer. Tempus expectavit, quo domeſtici abeſſent, ut caſtitatem audax aggrederetur, & adoleſcentem ad turpia compelleret, De ſole ait D. Gregorius. Quòd dum nubibus, quibus eſt aër fœdus, tegitur, licet non videatur in terra, adhuc tamen in cælo ardet: ait ipſe: *Sol cùm nube tegitur, non videtur in terra, & tamen ardet in cælo.* Quamvis Ægyptia mulier à ſolis nitore longè abeſſet, fœdæ libidinis fœdata caligante turpitudine, nube tamen ſolitudinis velata ab oculis ſe domeſticorum ſubtrahit: ſed tunc ardet acrior, non flammâ cæleſti, ſed æſtu libidinis, incendijs gehennæ.

Homil. 34. in evangel.

§. III.

Audax eſt commercium viri etiam caſtitatis cultoris, ac virtutum addicti ſtudiis cum fœmina; & niſi coërceatur interitui prælndit pudicitiæ.

15. FAlluntur turpitudinis amantes, & laſciviâ amentes, dum loca exquirunt recondita, & obſcura, ne vitium pateat: ſoliſpſe eorum prodit incendia, quò turpitudo omnibus pateat. Scimus ad Moabitidas fœminas nobiliſſimos acceſſiſſe hebræorum, & audaces cubilia iotrâſſe, & proſtibula adiiſſe inverecundos; ſed illicò divina Nemeſis juſſit, eos contra ſolem in
Numer. 25. v. 4. patibulo ſuſpendi. *Et iratus Dominus ait ad Moyſem: tolle cunctos Principes populi, & ſuſpende eos contra ſolem in patibulo.* O quot per ſingulos tetrarum tractus patibula ſurgerent, quot loca erigerentur ſuppliciorum, ſi quotquot nobiles fœminis commiſcentur, patibulo deſtinarentur damnati, ligna in ſylvis deficerent, & artifices in urbibus ad tot erigenda patibula non ſufficerent. Quid? quod contra ſolem juſſerat Deus in patibulo ſuſpendi Principes populi, ſeu ex adverſo ſolis juſſerit Deus fornicarios ſuſpendi? An quia cum latebras quæſierint ad ſceleris patrationem, lucem evaneſcerentur criminis teſtem ad ſupplicium? ut ſciant laſcivientes etiam cum in latibulis delinquunt in ſolis facie ſe peccare, quapro-
c. 13. v. 14. pter nos monet Apoſtolus ad Romanos. *Ut abiiciamus opera tenebrarum: & induamus arma lucis; ſicut in die honeſtè ambulemus.*

16. Opus autem tenebrarum luxuria eſt, quæ latebras quætit, ne ſuam prodat turpitudinem; luxuriæ inquinamento addictos noctuis ſimiles dixeris: quæ diu cæcutiunt, cum tamen ab aliis videantur: caligant ſibi, & in ſua caligine clarè dignoſcuntur; quamvis in latebris ſe vitium abdat, adhuc ſe ipſum prodit: non legimus in ſacro textu à Joſepho revelatam fuiſſe Ægyptiæ Heræ audaciam, & petulantiam, ſed ipſa audax libido ſe prodidit: nimirum flammæ, quas libidineus amor incendit, ſplendent ad ſui infamiam detegendam, teſtes ſuæ turpitudinis; adnixa eſt fugere Ægyptia mulier, cùm impudica laſciviret, & audax ad ſcelus adoleſcentem invitaret, ut nimitum adhuc caſta, & pudica reputaretur: adeò pulchra, & decora eſt pudicitia, ut vel ipſius pudoris hoſtea ſatagant pro viribus virtute condecorari: loquens de fœda libidine Zeno Veronenſis exclamat in tractatu de pudicitia *O novum prodigij genus! odit pudicitiam, & tamen hoc cupit audire, quod ipſa eſt.* Nimirum libidineis inhiantes fœditatibus, quò turpiùs agant, latebras quærunt, quia opinione pudicitiæ ſtudent turpitudinem vitii tegere, & fucum tueri caſtitatis. Sed nulla fœminarum, quamvis pudica, & caſtitatis cultrix, ac à prava ſuſpicione aliena, unquam erit ſioiſtram declinatura famam, ſi cum viro etiam caſtitatis cultore in latebris verſetur.

Io agro pernoctare adacta fuit Ruth mulier, quæ ut tuta nocte illa quieſceret, ad 17.
pedes Booz jam ſomno ſopiti cum ſilentio ſeſe collegit; expergefactus poſtea Booz pluribus fœminam excepit laudibus, eò quia cautè ſciverit juvenum effugere petulantiam: ſed hotis antelucanis juſſit eam in domum regredi, cui & injunxit, ne cuipiam diceret, ſe illuc veniſſe. *Cave ne quis noverit, quòd huc veneris.* Quòd ſi Ruth Ruth. 3. v. 14.
mulier caſtitatis addicta culturæ, & pudicitiæ decore illuſtris, eò quia ad virum acceſſerit conſanguineum mariti jam defuncti, ſeu Booz adiverit, hominem integrum, probè moratum, cavetur ne quis ſciat eam illic pernoctâſſe, quia non fateatur periculoſam eſſe hominis cum muliere ſocietatem, & audax commercium, quod nonniſi in ſcelus proruit. Satagit tamen audacia vitium, 18.
cui aſſociatur obtegere, ne illius turpitudo inſolentiam tedarguat; hinc prodigi filij natu major frater charitatis oblitus fraternæ, ut & paternæ ingratoa largitati, non ſolùm reduei in patrios lares fratri minori non obviavit, nec fraterno reditui gaudio fuit, verùm etiam debito ſe ſubtraxit officio: exivit enim domo mox venienti fratri non obviaturus, ſed ſolus in agro interoum mœrorem digeſturus: neque dubium, quin à patre ad communem fuerit lætitiam vocatus, cùm domeſticos omnes, ac famuli compelli fuetint venire, & reduci in patriam filio adgratulari: & ſolus natu major triſtis in agro remânſit. *Erat autem* Luc. 15. v. 25.
filius ejus ſenior in agro, appoſitè D. Petrus Chryſologus obſervat, Evangeliſtam locum, & occupationem invidi fratris expreſſiſſe, quò conijceremus, non amore, ſed odio; non ex charitate, ſed malignitate; non ex obedientia, ſed ex invidentia fuiſſe ſolitarium in agro immoratum: ait Chryſologus. *Erat in agro terram percolens, ſe deſertans,* Serm. 4.
duritiem ſolvit ceſpitis, perdurat affectum, ſentes eradicat, & gramina; ſtimulos invidiæ non evellit, ſic in ſegete cupiditatis fructum Zeli colligit, & livoris. Se in agrum contulit, cùm 19.
primùm fratrem, qui ſuam abligurit ſubſtantiam audierat redeuntem; non ut fructus colligeret charitatis; quibus jejunum fratrem recrearet, ſed ut vepres invidiæ ſereret, quibus uberem mœroris meſſem colligeret, & ani-

animum mœrentem torqueret. Ecce invi-
dia ſordet,& odio in fratrem correptus fra-
ter degener à paterna pietate domo exivit,
& in agrum ſe contulit, non ut culturæ in-
cumberet virtutum; & gramina, ac ſenti-
ceta evelleret vitiorum, & zizania livoris à
frumento ſejungeret charitatis; ſed quò li-
beriùs invidiam foveret, ac mœrorem: hæc
autem vitia velaturus audaciam accerſivit,
quâ in patrem indignatus conqueritur, quòd
cùm debita ſemper præſtiterit parenti obſe-
quia, nunquam pater filium natu majorem
exhilaraverit, nec tam lautum inſtituerit
Luc. 15. convivium: *Ecce tot annis ſervio tibi, & nunquam mandatum tuum præterivi:* Exag-
gerat audax filius obſequia à ſe patri præſti-
ta, quò negligentiam tegat. & invidentiam
palliet; incuſat patris [illegible] alitatem; re-
darguit pietatem in filiu[illegible] natu minorem,
qui cum meretricibus totam ſuam prodege-
rat ſubſtantiam; conqueritur criminator
paternæ charitatis in filium non merentem,
ut opitulante audaciâ propriam tegat invi-
dentiam, quia ut ſcitè idem Chryſologus.
Serm. 5. *Non facientis verba ſunt; ſed tumentis.* Tu-
met filius natu major, & odio contabeſcit
in fratrem reverſum, audétque in patrem
invehere, quia charitatem exerceret, quam
ipſe excuſſerat; ut ſcilicet de audacia pater-
næ pietatis accuſatrice virtutem venditaret,
& de tumore laborem exaggeraret, ac præ-
ſtita parenti obſequia irremunerata oſtende-
ret. Perſonam induit virtutis audacia, cu-
jus larvâ nititur vitium, quo laborat, te-
gere, ſed plerumque dum nimium audet, eſt
ſibi exitio: audacia ſiquidem ſemper in di-
ſcrimina audentes pertrahit, qui dum ſubli-
mia petunt, deorſum ruunt, ac præcipites
in exitium aguntur.

§. IV.

Audaces voces Roboamum perdidère, qui plures ideo timuit, quia à pluribus timeri voluit: exitialis ſemper audentibus fuit audacia.

30. PLacet teſtem accerſere Roboamum,
quem unum maſculum Salomon è tan-
ta fœminarum colluvie ſuſceperat. Is
defuncto Salomone ſucceſſit in principatu;
non tam regni, quàm ſcelerum hæres; non
enim,ut fert parœmia, ex ſquilla roſa naſci-
tur, neque è turbido, ac ſalito fonte lati-
ces ſcaturiunt dulces, & pellucidi: de Sa-
lomone patre, & Roboamo filio ait Syra-
Eccleſ. 47. cides: *Et finem habuit Salomon cum patri-
bus ſuis, & dereliquit poſt ſe de ſemine ſuo
gentes, ſtultitiam, & imminutum à pruden-
tia Roboam, qui avertit gentem conſilio:*
non fuit in ſcelere filius à patre degener,
quia ſi Salomon millenis fœminarum thala-
mis Regiam fœdavit; Roboamus, quò li-
beriùs libidini indulgeret, laxiúſque laſci-
viret ſeptuaginta octo thori ſocias habuit, ex
quibus octoginta octo genuit liberos. Sa-
lomon ſuis cupiditatibus extorto è paupe-
ribus ſudore, ſanguinéque elicito litavit, ex
quo facies imperij viſa fuit detrita, Jeroſo-
lyma mœrens, ejúſque plateæ ſqualidæ, li-
cèt gemitus ſupprimerentur, vel timore re-
gnantis, vel ſpe regnaturi; Roboamus pa-
tre ſævior, quod reliquum ſupererat ſangui-
nis, exſuxit. Salomon amore corruptus,
ac depravatus mulierum à cultu defecit veri
Numinis, & idola coluit. Roboamus non
melior filius non ſolùm fœminis meretrici-
bus ſe mancipavit, ſed & execranda earun-
dem ſimulacra cœpit venerari, ac ſua idolis
obſequia exhibere: quódque deterius, etiam
populum ad ſacrilegam pertraxit impietatem.
Cum igitur Roboamus defuncto parente
communibus eſſet ſuffragiis Regno ſtabilien-
dus, Jeroboamus nomine populi in comi-
tijs Sichemi congregatis ſupplex rogavit, ut
gens Judaica preſſa oneribus tributorum,
quæ Salomon exegerat pro templi ſtructura,
Regij palatij ædificatione, plurium ur-
bium per Judæam inſtaurationem, ac varia
uxorum fana extruenda, relevaretur, cum
jam penitus exhauſta eſſet. Auditis Jero-
boami nomine populi poſtulatis, triduum
ſtatuit ad deliberandum: & accerſitis ſenio-
ribus, quos ætas, & experientia maturúm-
que judicium commendabant eorum ſen-
tentiam circa populi poſtulata audire vo-
luit.

Senes igitur à Roboamo vocati ſanum da- 31.
turi conſilium ſuaſerunt, ut Regni auſpicia
à clementia, Regem præ cæteris virtutibus
decente, inchoaret; præſertim cùm evacu-
entur æraria Principum, ſi populi pecunijs
deſtituantur: enervatio ſubditorum, exhau-
ritio eſt ærarij Regis, quod evacuatur ſi ſub-
jecti enerventur: conſultius ſemper eſſe, ut
patrem ſe gerere, quàm ut Regem; quem
ſi populi non amant, ut patrem; averſantur
ut Regem; quin & habiturum paratiores
ſubditorum animos non ſolùm ad communia,
& conſueta obſequia, verùm & in juſſa o-
mnia; ſi intelligerent, Principem populo-
rum non inhiare divitijs, & non minùs ſub-
ditorum, quàm proprijs ſtudere commodis:
eſſe populum ad obſequia amore allicien-
dum, non vi trahendum: nullum majus eſſe
principatûs præſidium, quàm ſubditorum
benevolentiam fovere, & amorem ſervare,
quô nulla cuſtodia tutior; neque Principem
feliciùs regnare, ac ſecuriùs quieſcere, quàm
cum amorem ſibi captivavit ſubditorum,
quorum affectus à quovis periculo princi-
pem tuetur, qui propterea in id debet ſtu-
dij incumbere, ut non pecunias è ſubdito-
rum crumenis extrahat, ſed ex eorundem
cordibus affectum rapiat, quo ſubditos ſibi
habeat benevolos, & amantes Principis:
exploratum eſſe, diu ſtare non poſſe princi-

patum, niſi amore innitatur ſubditorum, & Regium dominatum à libera populorum voluntate ſuam traxiſſe originem, & eum indignum ſe principatu prodere, qui cæteris, ut dominetur, violentiâ utitur, & metum incutit; qui infirmus ſemper eſt, ac imbecillus Principis cuſtos, quem fides, & amor populi cuſtodiunt incolumem, tuentúrque illæſum; violentiam Principis in ſubditos plerumque ignes accendere, populo, & ſibi fatales; prætertim ſi crudelitas acceſſerit, qui hoſtes non abigit, ſed accerſit: propterea rogârunt ſenes Roboamum, ut vellet in vota populi ſupplicantis ſuum flectere animum, & tributa plus quàm ferre poſſint, non exigere; cùm onera tributorum, vulnera cenſeantur eſſe animorum, & tunc Principem odia ſerere, cùm fortunas metit ſubditorum: & ſicut is feliciter regnat, qui benignitate, clementiâ, & affabilitate ſubditos allicit, quorum amorem ad ſe trahit; ita exitiale eſt imperium illud, quod nonniſi timorem populo incutit: neceſſe eſt, plures timeat, quem plures timent.

22. Documento præ cæteris poſt Roboamum nobis apud Romanos fuit Caligula, qui cùm in quoslibet rapinis, extorſionibus, ſævitiâ, ac cædibus graſſaretur, monitus ab Antonia Avia, ut exceſſum moderaretur cupiditatis, ſævitiem cnërceret, à cædibus abſtineret, ac populum clementiâ, & affabilitate ad ſui amorem illiceret, reſpondit: *Memento, omnia mihi, & in omnes licere; oderint, dum metuant.* Quin infenſus turbæ ſibi adverſanti fertur exclamâſſe, utinam populus Romanus unam cervicem haberet; quo unico duntaxat ictu diſtricto amputarem gladio. Verùm violenta morte occubuit, perijtque trucidatus Caligula, qui nimium audens, exitium, timore, quem populo incuſſerat, ſibi apparavit.

23. Roboamus tamen noluit conſilio acquieſcere ſeniorum, licèt Salomonis parentis
Prov. 30. effatum ſuggererent: *eum ſanguinem elicere, qui vehementer emungit populum:* ſed juvenes in ſenatum convocavit, quibus cum ſeniorum expoſuiſſet conſilia juſſit, ab ipſis proferri, quid cuilibet conſultiùs videretur: ſed juvenes ſenibus audaciores ſpiritus Roboami elatos magis inflaturi, aſſeruerunt Regiæ Majeſtati indecoram eſſe lenitatem, ut & turpe metu defectionis ad populi arbitrium inflecti; & Principis decus ſemper periclitari, ſi qui timere debent, timeantur: animi Regij eſſe, plebem, ejúsque odium contemnere, floccique facere, ſive oderint, ſive amaverint, dummodo metuant: eſſe timorem frœnum, quo populi coercetur inſolentia; & adhibitis ſuppliciorum calcaribus adigitur ad vota Principis currere: vi & metu extorquenda eſſe, quæ benevolentia, & verbis non obtinentur: & eos frangendos eſſe ſupplicio, quos timor non flectit in vota Principis. Populum ſemper libertati inhiare, & jugi impatientem, onus, pro ut ipſi permittitur, excutere; hancque inſolentiam eſſe injecto timore, ac frœno ſupplicij coërcendam: non ſolùm Regem decere diadema, ſed & galeam, ut quem timet populum, vi cogat, armiſque adigat; citiùs reverentiam ſua ex metu incrementa ſubire, quàm ex amore; & nunquam plores fieri cœlo ſupplices, quàm cum hoc repetito tonitru minas ſpargit; & excuſſis fulminibus prædura ferit, proſternitque turrium faſtigia: eſſe pecuniam belli nervum, Principis fulcrum, qui niſi ærarium habeat opibus inſtructum, facilè corruit, proinde operam eſſe dandam, ut ærarij vacuitas illicò impleatur, neque attendendum eſſe, quibus artibus, ſive lubentibus, ſive invitis ſubditis pecuniæ coacerventur. Inimicam eſſe plebem Principi exigenti tributa, & propterea non emungendam tantùm eſſe, ſed & ſanginem ab ipſa eliciendum; hoſtis enim, quo fit imbecillior, ac viribus deſtituitur, minus eſt timori: ſi ſemel poſſideat Princeps ærarium plenum, currunt è quovis terrarum tractu exteri milites, quibus ſubditorum coërcet inſolentiam, punitque odium.

24. Hiſce à juvenibus auditis, triduóque exacto accerſivit Roboamus ad ſe Jeroboamum, à quo nomine populi poſtulata audieras quoad onerum, tributorúmque remiſſionem: reſpondit, quòd ſi populus ſe putet duriter à Salomone habitum tributorum impoſitione, duriùs impoſterum noverit à ſe tractandum; à Salomone ſcuticis duntaxat fuiſſe populum cæſum, nunc aculeatis Scorpionum flagris à filio in Regno ſucceſſore conciſſum iri. *Sic loqueris ad eos; minimus digitus meus* 3.Reg. c.12.
groſſior eſt dorſo patris mei. Et tunc pater v. 11.
meus poſuit ſuper vos jugum grave: ego autem addam ſuper vos jugum veſtrum: pater meus cecidit vos flagellis, ego autem cædam vos ſcorpionibus. Audax ſanè reſponſum! quod tamen audentem Regem in exitium pertraxit, his verbis populus exaſperatus, & in deſperationem actus jugum excuſſit, & mori pugnando maluit, quàm ſcorpionibus obediendo audaci Principi diſcerpi: ait ſacer textus. *Abijt Iſrael in Tabernacula ſua*, ſed Roboam quamvis minimum digitum craſſiorem haberet dorſo Salomonis patris ſui, non tamen valuit rebelles ſubigere, & licèt eadem fronte, quâ diadema, etiam galeam geſtaret, non tamen armatus populum coërcuit, cui inermis nimio auſu timorem incuſſerat, nec poterat non eſſe manus infirma, quamvis nudato gladio armata, cujus audaciſſima fuerunt verba, juvenúmque conſilia; contingit ſæpe, ut qui verbis ſunt audaciores, ſint manibus imbecilliores, quaſi cordis vigor per verba audacia foras evaporetur ex ore, & jactantia, quæ audaciæ eſt filia inermes audentes faciat.

25. Roboamus nimium audax viriliter intrepidus exiſtimari à populo voluit, ſed ut videretur audax, ac intrepidus à populo rebellante deſertus, quas ex audacia pœnas

pro-

Digitized by Google

promeruit, dedit: quid audacius audiri potuit, cùm dixit, minimum ipſius digitum eſſe groſſiorem, quàm patris lumbi fuerint: quid ad irritandum populum acrius fuit; quàm audire: *Pater meus cecidit vos flagellis, ego autem cædam vos ſcorpionibus:* hæ fuerunt audaces voces, quæ Roboamum perdidêre; inde noveris, exitialem ſemper audentibus fuiſſe audaciam. Irritatus namque audaci æquè, ac ſuperbo reſponſo populus ex indignatione unanimis exclamavit: nil ſibi futurum ampliùs cum Davidis progenie: haberet ipſe templum, quod pater exſtruxerat; ſe impoſterum religioni, ſuiſque fortunis alia via conſulturos: expertus fuit tunc Roboamus, ſenſitque, quantam injeciſſet ſecurim in domum ſuam, ac imperium mox obeundum; receotique vulneri pharmacum adhibiturus, inflictum vulnus magis exaſperavit.

46. Deſtinavit ad leniendum populum, animóſque placandos Adoniram quæſtorem Regium, ſed id perinde fuit, ac ardenti incendio oleum infundere, paleáſque addere, ſeu unguem in ulcere figere: ſiquidem Adonira populo erat inviſus ob violentas exactiones, quibus pecunias extorſerat, ſolóque ejus aſpectu concitati, actique in furorem lapidibus eum obruêrunt; ratúſque Roboamus ſe in ſuo adminiſtro ſaxis impetitum, & veritus ne conceptum ſemel odium in ipſius etiam caput effunderetur, depoſitâ audaciâ, & timore correptus trepidè currum conſcendit, & quanta potuit feſtinatione aufugit: appoſitè D. Hieronymus: *Citò indignatur libertas, ſi opprimitur. Nemo plus impetrat à libero, quàm qui ſervire non cogit. Qui ſcorpionibus cædit, & lumbis patris habere ſe putat digitos craſſiores, citò Regnum manſueti Davidis diſſipat.* Roboamus ſana ſenum conſilia juvenum auſibus poſthabuit, ſed juvenilis audacia, cui adhæſit è Throno eum disjecit, & Jeroſolyma à Seſaco capta expilatur non ſervatis conditionibus, nec pactis deditionis, quæ erant, ut urbs ea conditione cederetur, ut cædibus, incendijs, rapinis Dei præſertim templo parceretur: quibus Seſacus urbem ingreſſus non ſtetit, ſed deprædatus eſt templum, ſacros, regióſque theſauros expilavit, ablatis nominatim clypeis, quos Salomon procudi ex auro curaverat, & pro quibus Roboamus æneos ſubſtituerat: ad quam jacturam ingens civium planctus fuit, & nonniſi querelæ audiebantur, & lamenta, & Roboamus è vivis deceſſit exacta octo & quinquaginta annorum vitæ periodo. Initium ſuo dedit exitio, ac urbis excidio audax juvenum conſilium, cui adhæſit relicto ſenum ſanio-

Reg. 12. lib. 3. Reg.

3. Reg. c. 12. re: *Dereliquit conſilium ſenum, quod dederant ei, & adhibuit adoleſcentes, qui nutriti fuerant cum eo, & aſſiſtebant ei.*

47. Ferox juventus quid aliud ſuggerere poterat quàm ſpiritus audaces, animique ferociam, quâ populum in Regem concitaret furentem, quapropter monet Syracides: *Cum fatuis conſilium non habeas, non enim poterunt diligere, niſi quæ eis placent.* Eccleſ. 8. Principi ſuaſerunt non lenitate populo eblandiri; ſed incuſſo metu, & illum ſuppliciorum minis compeſcere, ac vi in eas pertrahere partes, prout Principi magis placuerit, & ne rebellet ſuggerunt; viribus, & pecunijs deſtituendum eſſe; quæ omnia cum audaciam ſpirarent, & violentiam, in Regis exitium conſpirârunt: non Principis violentia, ſed populorum amor regnum firmat, & Regem tuetur; pecunias extorquere immodicas à populo perinde eſt ac ejus ſanguinem exſugere, viribus deſtituere, & ad extremum adigere deſperationis; quòd cum noviſſet Tiberius Cæſar Æmilium Rectum Ægypti Præfectum acriùs reprehendit, eò quia frequentioribus populum tributis oneraverit, dixitque *tondere pecus, non deglubere:* & Alexander Macedo cuidam ſuggerenti, ut graviora populo imponeret tributa, gravioribúſque eum premeret oneribus, reſpondiſſe fertur: *Olitorem odi, qui radicitùs excindit olera.* Et Cicero in Catone Majore aſſerit, Rempublicam tunc periclitari, & proximam naufragio eſſe; cum temerarij, & audaces homines ad ejus evocantur gubernacula; quapropter Oſorius aſſerit: Ad prudens, Lib. 7. de Regis inſtit. ac rectum Principis regimen neceſſum eſſe, ut conſiliarios ſibi aſciſcat, qui ſint maximo ingenio præditi, bonis artibus exculti, longo rerum uſu periti, ac in Hiſtorijs diligentiſſimè verſati, non tantùm præſentia ſagaciter odorantes, ſed & futura utili providentes conjectura.

Defectu prudentis conſilij; plures periêre Principes, qui ſupra modum audaces juvenum temerarios auſus ſenum prætulêre conſilijs. 48. Talis fuit Crœſus Lydorum Rex, qui nimia felicitate ebrius, ſapientiſſimi Solonis Senis monita contempſit, & juvenibus ipſius potentiæ adulantibus, & cruentas clades ſuadentibus aures aperuit, manúſque dedit: talis Xerxes, qui repudiavit ſana conſilia patrui ſui Ardabani ſenis, cui audax Mardonij juvenia conſilium prætulit. Neque Syracuſis Dionyſius Siciliæ Tyrannus è ſceptro fuiſſet ad ferulam devolutus, ſi ſanis adhæſiſſet Platonis conſilijs: nec Romæ Nero violentas in ſe manus injeciſſet, nec ferro ipſe ſibi pectus diſcerpſiſſet, ſi probis paruiſſet Senecæ conſilijs: ſcitè ait Tacitus: *Adulatio perpetuum malum Principum, quorum plures ſæpius aſſentatio, quàm hoſtis evertit:* cui ſi audacia acceſſerit Principis exitium maturat, ac Regni accerſit everſionem, ut Roboamo obtigit. Non vi & timore eſt populus in vota Principis trahendus, ſed amore & benevolentiâ alliciendus, plerumque violen-

tia,

tia, quos nititur flectere, frangit. Princeps peritum imitetur Navarcum, ut exercitio juſtitiæ clavum Regni rectè ad pacem, ac proſperitatem ſubditorum dirigat; & perinde ac Navarcus navim ad portum; optimos ſeligat nautas, ſeu probos ſibi aſciſcat conſiliarios, quos peritia rerum, ſagacitas ingenij, & præſertim probitas morum, & animi prudentia commendant; qui ſciant ſecundis ventis vela dare, ſeu conſilium, modúmque regendi occaſioni, ac tempori accommodare, utque peritiam artis ſæviente procella, ſeu in populi tumultu oſtendant, ut enim fert parœmia: *Sapientiâ Nauclerus navem torquet, non violentia.*

29. Imperare, qui diu cupit, leniter imperet; navis non violentiâ Nautarum regitur, ſed ſapientiâ & prudentiâ dirigitur Naucleri: exitialis violentia procellæ vim navi ingerit, & eidem fluctibus, ventíſque quaſſatæ, aut in ſcopulis alliſæ, vel undis abſorptæ parat interitum. Tametſi aëris ſerenitas arrideat, maríſque tranquillitas animos exhilaret; timenda ſemper eſt, quæ poteſt procella excitari, nil enim in Oceano ſecurum, ubi vel ipſa malacia plerumque tempeſtate eſt periculoſior: nunquam in auſus debet Princeps violentos erumpere, quibus populi tranquillitatem turbet; quæ enim malacia eſt, in procellam poteſt exaſperari, & brevis felicitas nonnunquam exitu funeſtatur infelici: proſperitatem, qui exoptat minas fortunæ timeat, nil temerè audeat, nil ſupra vires aggrediatur, ne miſerè ſuccumbat.

§. V.

Supra vires qui audent, vanitatis caligine, ac ſuperbiæ nebulis plerunque offuſi, quò ſit eundum non vident; & cæca ducti audacia luctuoſam in cladem miſerè trahuntur.

30. SOlet audacia larvam aſſumere fucatæ prudentiæ, quâ vitium tegat, ſed tunc ſuarum neſcia virium ſe ipſam in luctuoſam injicit cladem, ut Roboamo contigit: ſcitè Seneca: *Ignoravêre vires ſuas & dum ſe tam magnos, quàm audiunt, credunt, attraxêre ſupervacua, & in diſcrimen rerum omnium per ventura bella.* Qui ſupra vires audentes vanitatis caligine, & ſuperbiæ nebulis offuſi, quo eundum ſit non vident, de audacia ruunt, pereúntque miſerrimi. Vir prudens quæ illi vires ſuppetunt fideliſſima expendit lance, ne nimio timore correptus hoſti cedat ignavus, vel nimia elatus audacia in diſcrimina ſe temerè injiciat: ſtare intrepidè debet in acie bellicoſus, non huc, illúcque diſcurrere diſcrimina quæſiturus, quod viro datur audaci, non forti. Qui verò imbecillus eſt, ac viribus deſtitutus, quique animo priùs cadit, quàm ſtet adverſarius, prælio ſe ſubtrahat: ſatiùs námque eſt hoſtiles vices decora fuga fruſtrare, quàm luctuosè ſuccumbere.

6. de benef. cap. 30.

31. Eva dum audax ſerpentem adivit, nil verita, cecidit illuſa; ſi non fuiſſet auſa cum ſerpente ſermones miſcere, ruinæ ſibi, ſuiſque poſteris initium non poſuiſſet. Verno ſub ſydere ingreſſus Chriſtus Gethſemani hortum, noſtram fœcundaturus cordis tellurem, probrúmque abſterſurus ſterilitatis ſanguine pluit, & quidem in dolorum ubertatem à florida prorſus amœnitate degenerem; licèt ſanguinem, quem ex mortis imminentis formidine exſudavit, ſementem fecerit in florem & ſuæ, & noſtræ gloriæ pullulantem: cruciatuum ſiquidem ſuorum funeſtiſſima imagine ſibi objecta; adeo dirus in animo dolor exarſit, ut factus exanimis; cum pares imbribus lachrymarum fundendis, quas dolor exigeret, oculi non eſſent; portentoſam ſanguinis pluviam toto corpore effuderit, noſtræ datorus initium redemptionis, ac lætitiæ. Et cùm cœpiſſet ibi tædere, pavere, & in terram proſterni, ac cum ſpiritu exitum quærente luctari, poſtea ſurrexit, ſuóſque acceſſit Diſcipulos, quos ſomno invenit ſopitos: *Venit ad Diſcipulos ſuos, & invenit eos dormientes, & dicit Petro: ſic non potuiſtis una hora vigilare mecum, vigilate, & orate, ut non intretis in tentationem, Spiritus quidem promptus eſt, caro autem infirma.* Matth. 26. 40.

32. Præ cæteris Petrum monet, ut carnis infirmitatem vigilijs, ac orationibus ſuffulciat, ne tentationibus cedat, hoſtibúſque ſuccumbat. Non mirum ſi dormierint diſcipuli, Solis divini abſentia ſomnum conciliaverat, & quamdiu Chriſtus nobiſcum non eſt, vigilare vix poſſumus; & ut nos excitet è ſomno, neceſſe eſt ad nos revertatur. Quàm bonus fuit Chriſtus paſtor, qui nocte illa videns lupum venientem noctis vigilias ſuo ſuper grege tam exactè cuſtodierit? Acceſſit armata cum cohorte Judas proditor, qui ex Diſcipulo, deſertor factus ſalutem perdidit, cùm Magiſtrum prodidit, cui ſalutem dicere non erubuit, tametſi propriam neglexerit ipſe ſalutem: cùm primùm ad eum acceſſit, ſalutavit, dicens: *Ave Rabbi*, nec ſatis fuit in aures puriſſimas ſpiritum inhalâſſe impuriſſimum: ſed eò proceſſit audacia, ut etiam in os illud, quo divinitas loquitur, & quo reſpirat humanitas, animam inſpiraverit cadaveroſam, cùm oſculum infixit, quod mortem, & ſuam, & Magiſtri oleret. O facinus ab ipſa humanitate ter barbarum! O crudeliſſimo dignam proditore clementiam! oſculo perficit proditionis perfidiam, & armis abuſus amoris, oſculo pacis ſymbolo cruen-

cruentum indicit Magiſtro bellum: credas mortem eſſe ubique timendam, cum etiam in oſculis timeatur; non enim Judas jactu lapidis, vel gladij vibratione, ſed unius oſculi affixione Magiſtrum transfixit, & pacis nomen omen effecit cruenti belli; adeo profanarum fuerat ex fœdo contactu oſculantis proditoris Chriſti guttur, ut venire ad patris oſcula poſtea exhorruerit, niſi priùs felle, & aceto in ara crucis labia abſterſiſſet.

13. Cúmque poſt oſculi affixionem, milites, quos ſibi Judas aſciverat manus in Chriſtum injicerent, Diſcipuli omnes fugerunt Matth. 26. uno excepto Petro: *Tunc Diſcipuli omnes relicto eo fugerunt. Petrus autem ſequebatur eum à longè uſque in atrium Principis Sacerdotum.* Mirum ſanè quod à ſuis fuerit Magiſter Chriſtus Diſcipulis deſertus. An quia piſcatores erant, & ad hamum ſine eſcæ illicio nec piſces currant, nec piſcatores ad maris fluctus accurrunt? quamdiu Chriſtus liber fuit, impertitis beneficijs eos illexit, quos tenerrimè dilexit; mox ab hoſtibus captum, quia quod ſperarent, amplius ipſis non ſupereſſet, fugerunt omnes. Veriùs tamen dixerim, beneficum Magiſtrum aſſuetum favoribus impertiendis excluſiſſe Diſcipulos ab ærumnis, & preſſuris, quos antea ad cœnæ delicias vocaverat; quia igitur Petrus cæteris fortior Magiſtrum non deſeruit, ejus innocentiam propugnaturus nudato gladio militis abſcidit aurem, ſed juſſus illicò fuit gladium in vaginam recondere, quò nos edoceret, decere beneficentiam etiam inter hoſtes, & nunquam vindictam; & qui tortâſſis promptiùs militem toleráſſet elinguem, ſine aure ferre noluit, cui propterea reſtituit, ne ſine aure remaneret homo, ad cujus eruditionem pluviam erat linguarum paraturus.

14. Verùm licèt Petrus imperterritus militi obſtitiſſet, & fuerit Magiſtrum ſecutus, quamvis à longè in atrium uſque Principis Sacerdotum: hîc tamen & ipſe trina negatione cæteris turpius Magiſtrum deſeruit. Quid? quòd Petrus vix atrium ingreſſus Principis memoriam turpi oblivione deleverit ſui Magiſtri mulieri ſciſcitanti reſpondens *non novi hominem?* O quàm longè exulat extorris ab Aula pietas! vix illam Petrus ingreditur, & trino inquinatur ſcelere. Novus tamen in arte mentiendi non valuit ita feliciter eam exercere, quin vel cùm mentiretur veritatem promeret: verè dixit, ſe hominem non noviſſe, cùm ampliùs is non eſſet flagellis cæſus à militibus, quem antea noverat populo benefacientem: ne tamen Petrus diu ſordeſceret in ſcelere, quod in atrio Principis contraxit; lachrymis illicò abſterſit: *exiens foras flevit amarè*, & iterum amare didicit procul ab atrij igne. Sed cur ad ignem atrij ita friguerit Petrus, ut omni excuſſâ amoris flammâ Magiſtrum negaverit? Reſpondet D. Chryſologus *ſerm. 150.* Petrum ſuum negâſſe Magiſtrum, quia una cum cæteris Condiſcipulis aufugere noluit, maluítque quamvis à longè Magiſtrum ſequi in atrium uſque Principis Sacerdotum. Si propriæ carnis expendiſſet infirmitatem, & fuſis precibus propriam imbecillitatem præmuniiſſet in horto, & ignaviâ non dormitâſſet, nec ultra vires auſus fuiſſet; Magiſtrum non negâſſet, quia atrium non fuiſſet ſacerdotis ingreſſus: ſed quia propriam neglexit imbecillitatem perpendere, dormivit in horto, præſumpſit contra Malchum, auſúſque fuit atrium ingredi ſacerdotis, audacia eum ad ſcelus pertraxit, à quo fuga avertiſſet; pulchrè ad rem noſtram Chryſologus ait: *In perſecutione melius eſt fugere, quàm negare. Denique Petrus quia fugere noluit, abnegavit: Joannes ne abnegaret, aufugit.* Scilicet Joannes Petro prudentior, quia & ipſe in horto ſomno indulſerat, non fuit auſus certamen ſubire: at Petrus ideo ancillæ ceſſit voci, quia nimium audax atrium ingreſſus, ſuas non perpenderat vires. Lapſus Petri in atrio, officio fungitur Magiſtri in Schola; nos erudit, viri tantùm fortis eſſe aciem non deſerere, & imbecillis declinare; ille ut loricatâ conſtantiâ vincat; hic ne propriâ imbecillitate ſuccumbat.

Etiam Chriſtus ſuo hoc idem nos edocuit 15. exemplo cùm adhuc infantilibus eſſet faſcijs involutus; quæſivit truculenta Herodis invidia vix natum in terris cœleſtem ſolem extinguere, & in ipſo ortu occaſum aperire: quia Chriſtus infantulus à Magis adoratoribus aurum acceperat, ferrum Herodes acuit ad ejus internecionem. Quàm ægrè, & difficulter cum pace aurum in terris cohæret! quando Magorum munera invidiam excitârunt Herodis, quæ bellum nato puero indixit; vixque cruentam innocentum declinâſſet cladem, niſi cæleſtis nuntius ab æterno Patre in terras delegatus Joſephum præveniſſet: monuiſſétque de puero tollendo, ne ab Herode tolleretur. *Accipe puerum, & matrem ejus, & fuge in Ægyptum, & eſto ibi uſque dum dicam tibi; futurum eſt enim ut Herodes quærat puerum ad perdendum eum.* Matth. 2. v. 13. Annuit Joſephus Angelo monenti, & nulla ratione ad hyemem, brumámque habita, neque ad cæcutientis noctis tenebras cum ſecum deferret divinum ſolem, qui gratiæ ſuæ radijs caligines diſpelleret, & frigus abigeret, in Ægyptum cum puero, & matre ejus profectionem direxit.

Agnovit tunc Ægyptus ex Maris co- 16. mite novum Moyſem, à quo non ampliùs plagas, ſed prodigia ſperaret: fuit enim virga Jeſſe, virgâ Moyſis longè clementior; illa idola proſtravit, ex quorum lapſu religio, & ſalus reſurgeret; iſta tenebras acceſſivit, quibus Ægyptij cæcutirent, & clades ſubirent. Neque debuit ampliùs in ſuis necem primogenitis timere Ægyptus, cùm

intèr ipſus Dei primogenitus fuerit ingreſ-
ſus ſalutem allaturus. Verè mundi horreum
fuit tunc Ægyptus, cùm frumentum electo-
rum cuſtodivit. Abigere ſuis ex aris, &
crocodillos, & cepas debuerant Ægyptij Nu-
minibus litantes lachrymarum, quas cierent,
non exiccarent; cùm verum gaudium parvuli
Chriſti acceſſus fuerit ijsdem auſpicatus. Sed
cur Angelus juſſit Joſephum fugere in Ægy-
ptum, & infantem ſecum deferre, quò pro-
vidâ fugâ furentis Herodis rabiem fruſtra-
ret? Si licèt & pannis obvolutus adhoc o-
mnium fortiſſimus erat, cur timuit, quem
ſolo nutu potuiſſet ſtatim proſternere? Si
adultus poſt fuſas ad Deum Patrem preces in
horto Gethſemani venientibus adverſarijs
occurrit intrepidus; & impavidus armatis, ac
truculentis obviat militibus, cur infans He-
rodem timet furentem, quem potuiſſet com-
peſcere audentem? cur in horto ad hoſtium
non expavit incurſum, & intrepidus eorum
prævenit deſiderium: ſciens enim, ait Joannes,
Joan. 18. v. 4. omnia quæ ventura erant ſuper eum proceſ-
ſit, & dixit eis: *quem quæritis.* Si eâdem
fuerat Chriſtus fortitudine munitus infantu-
lus, ac adulter, cur timet parvulus, & non
expavet adultus? dicamus ad noſtram erudi-
tionem, timuiſſe infantem, & non expaviſſe
adultum, licèt in ipſo nec infantia divinita-
tis minueret vires, nec adderet adoleſcentia:
quia igitur nos ſuis voluit exemplis fortiùs,
quàm verbis inſtruere, nec parvulus voluit
Herodi obſiſtere; nec adulter, ac vir à certa
mine recedere; ſtetit intrepidus vir, qui
infans trepidus furorem declinaturus Hero-
dis aufugit: quia nimirum audaciæ redar-
gui potuiſſet, ſi inermis & infantilibus ad-
huc pannis involutus in campum proſilijſſet
contra Herodem furore percitum præliatu-
rus: ad declinandam igitur audaciæ no-
tam aufugit infans, qui factus vir ad ſpe-
cimina fortitudinis inconcuſſæ danda, non
ſolùm armatos contra ſe milites non fugit,
ſed intrepidus ijsdem obviat, quò nos erudi-
ret; nec imbellibus audendum, nec fortibus
Serm. 151. bellum detrectandum eſſe, ait Chryſologus:
*Eſt & alia cauſa, quòd fugit Chriſtus, quòd in-
fans tempus diſtulit ſuæ paſſionis.* Tamerſi
eadem fortitudo puerum muniret, ac virum,
cum divinitati non poſſet infantia quidquam
detrahere, nec ætas adultior vires addere;
quia tamen adnexam divinitati habuit hu-
manitatem, quæ oculis pateret hominum,
hujus conditione uſus eſt, ut nos doceret au-
dentiam ab imbellibus, ac inermibus excu-
tiendam, & fortitudinem à viris fortibus
intrepidè hoſtibus objiciendam: ſcitè D.
Loc. cit. Chryſologus: *Martyr comprehenſus debet
conſtantiam tenere, non comprehenſus debet
fugere perſequentem, ut & perſecutori in-
dulgeat reſipiſcendi tempus, & ſibi tempus
non auferat ſupplicandi, dicente Domino: ſi
vos perſecuti fuerint in una civitate fugite
in aliam. Perſecutorem qui provocat, facit;
corrigit, qui declinat.*

Supra vires audere perinde eſſe dixe- 37.
ris, ac exitium maturare, & Rempublicam
in diſcrimen ponere: teſtes fuerunt Te-
rentius Varro, & C. Flamminius, hic ad Tra-
ſymenum; ille ad Cannas: ubi enim flocci
faciunt Hannibalis artes; ubi ſe ipſos pa-
rum noſcunt, ſuáſque vires perfunctoriè
perpendunt: ubi ijsdem nimium fidunt,
Rem Romanam pœnè funditus ſubvertunt;
& Servius Cepius Conſul temerè pugnans
contra Cimbros in Italiam irruentes referen-
te Livio Octoginta millia ex ſuis uno con- Lib. 67.
flictu perdidit militibus. Tentanda non
ſunt, quæ fieri nequeunt; quæ enim perfici
non poſſunt, in diſcrimen pertrahunt. Vir
fortis nec animo cadit, nec ſupra vires inſur-
git; talis fuit David, qui cum Goliatho ad
ſingulare deſcenſurus certamen, delatos à ſe
triumphos de proſtratis belluis non exagge-
rat ſuperbus, nec amplicat audax, ſed pru-
dens recenſet; prima enim certaminum ru-
dimenta ei inciderunt contra ſylveſtres feras
ovilium vaſtatrices: quas proſternere opero-
ſum ei non fuit, adeò ut *cum leonibus quaſi
cum agnis*, ut ait Syracides, *& cum urſis quaſi
cum oviculis victor luderet.*

David adhuc adoleſcens ferocientium 38.
in ſylvis non expavens belluarum occurſus,
has vel caulis imminentes, vel inde cum
præda revertentes perniciſſimo perſequitur
curſu, & comprehenſas manibus arrepto
mento, ac jugulo, perinde diſcerpit ac ſi ca-
tellum interimeret: hæc igitur certamina re-
cenſuit David non audax, ſed fortis Sauli æta-
tis objicienti imperitiam, ac nitenti è præ-
lio divertere; licèt David nequiverit ora-
tione pugnam cum Goliatho ſuadere Sauli, ſe
tamen aſſerit belluis ferociſſimis dilaniandis
aſſuetum: *Leonem, & urſum interfeci ego ſer-* 1. Reg. c. 17. v. 36.
*vus tuus: erit igitur & Philiſthæus hic in-
circumciſus quaſi unus ex eis:* tunc Saul licèt
antea imparitatem ei objeciſſet certaminis,
ac inexpertam contra veteranum bellatorem
militiam, armis ex armamentario ſuo de-
promptis jubet adoleſcentem indui, magis id
patientem, quàm optantem, cùm eum Nu-
minis fiducia omni chalybe firmior obar-
maret. Cùm enim ijs corporis munimen-
tis plus ineſſe impedimenti animadverte-
ret, quàm ſubſidij; galeam abjecit, quâ te-
gebatur; ſcutum dimiſit, quo muniebatur;
tur; gladium projecit, quo armabatur:
*Cæpit tentare, ſi armatus poſſet incedere,
non enim habebat conſuetudinem. Dixit-* Ibidem.
*que David ad Saul: non poſſum ſic ince-
dere, quia non uſum habeo.* Exuta igi- 39.
tur cataphracta ruralibus ſe armis munit,
baculo ſcilicet, & pera, funda, & lapi-
dibus, quos de Torrente ſelegerat, &
cum hiſce in pugnam procedit, in qua ex
adverſo gradiebatur Philiſthæus veluti Mars
gradivus cataphractus, qui juvenem in-
ermem intuitus, nullóque pugnæ appara-
tu formidabilem, in quo proſternendo
plus pudoris, quàm gloriæ colligeret,

in,

indignabundus juſſit è conſpectu ſuo faceſſere imbellem canem, niſi protinus mallet pedibus proteri, & corvis dari in eſcam, ſed non minus animi, ac linguæ fuit Davidi in convicijs, minisque retundendis Goliathi; exactâ utrinque verborum velitatione, tandem ad decretorium venitur certamen, ſpectantibus ex una parte Philiſthæis in ſpem indubiæ victoriæ erectis; & ex altera Judæis animum demirantibus adoleſcentis, cui ad victoriæ auſpicium deerant vires, & arma, ac ejus temeritatem damnantibus, eò quia certaminis difficultatem seriò non perpenderit.

40. Noverat David fundâ ſaxo inſtructâ, & dextrè circumrotatâ, poſſe eminùs hoſtem percutere; ne quidquam igitur propriæ detraheret dexteritati, nec fortitudini fundâ & lapide voluit Goliathum adoriri, ad quem proſternendum licèt aptiora fuiſſent ferrea arma, quia tamen jisdem ſe gravari ſenſerat, hæc abjecit ſolâ fundâ lapide inſtructâ contentus. Quid ni jam Goliathus toto corpore cataphractus obviam ſe tulerat ingentem haſtam manu vibrans, cùm David ocyus ſilicem è pera rapit, quem fundæ imponit, libráque ictu tam deſtinato, ut excoſſus mediam Philiſthæi fregerit frontem, cerebróque hæreret fixus: cúmque in terram cecidiſſet percuſſus gigas; David ſuperſtans jacenti caput gladio ex adverſarij vaginâ educto amputavit, quodque in teſſeram delatæ victoriæ ad Saulem detulit. Sed idem David, qui cataphractum non timuit Goliathum, nec ejus expavit gladium, Saulem fugit timidus; cùm enim Saulem furijs exagitatum cantu & ſono demulceret Citharæ; ſemel, & iterum fugam arripuit, & contortam adverſus ſe haſtam fruſtravit, *David* 1. Reg. c. 18. v. 11.
Pſallebat manu ſua ſicut per ſingulos dies, tenebatque Saul lanceam, & miſit eam, putans, quòd configere poſſet David cum pariete, & declinavit David à facie ejus ſecundò.

41. Mirum ſanè, quòd cùm David Gigantem toto corpore cataphractum auſus fuerit laceſſere ad pugnam, & cum ipſo confligere, Saulem poſt telum declinatum trepidè fugiat, cùm intrepidus ſteterit contra Goliathum? Nimirum ducebatur David rectâ ratione, quæ dictavit conflictum contra Goliathum, quò Gigantem proſterneret; & fugam à Saule, ut inſidias declinares; quia illud fortitudini, & fuga prudentiæ dabatur. Saul itaque armatus militat, & David armis diſcinctus citharam pulſat, & cantu furias abigit, ideòque noluit inermis, ne nota redargueretur nimiæ audaciæ, ſtare contra Saulem armatum, qui funda & ſilice munitus fortiter ſtetit contra Goliathum minas ſpargentem, & terrores incutientem: ideo intrepidus, & fortis pugnavit contra Goliathum, quia ijsdem ruralibus armis, quibus feras devicerat, & pugnare aſſueverat contra gigantem proceſſit: & quia inermis chelin pulſavit, cum Saul armatus ejus tentaret internecionem, prudenter aufugit; ne inermis auderet, quod armatus valuiſſet. Proprium eſt viri fortis pericula prævidere, ac ſeria diſcuſſione proprias perpendere vires, ne temeritatis, & audaciæ redarguatur: quamobrem pro temporis opportunitate David, & fugam arripuit, & pugnam inivit; à Saule ſe ſubtraxit, & Goliatho obviavit: Goliathi minas contempſit armatus, & Saulis diſcrimina aufugit inermis; ſcitè D. Chryſoſtomus ait: *David dixit ad eum: tu venis ad me fidens in gladio, ego in Deo, tu terrenis armis dimicas, ego cœleſtibus pugno; tu in lancea, ego in fide, tu in clypeo ego in pace; tu venis ad me in armorum virtute, ego in potentiſſimo adjutore. Denique in te tua arma vertentur, in te tuus gladius exeretur. Dei eſt enim hæc pugna, Dei erit & ipſa victoria.* Homil. de David & Goliath.

Non audaciâ impulſus, ſed Dei fiducia fretus cum funda, & lapide cataphractum toto corpore gigantem adoritur, proſternit, debellat. Quinque ſelegerat David lapides, quorum unico Philiſthæum proſtravit, & bello finem impoſuit; & quia hoſte uno exarmato ad plurium victoriam facilior fit gradus, uno Goliatho cæſo, omnes fuêre Philiſthæi victi: ſed ſi David reliquis trepidantibus imperterrito ſtetit animo, non ſupra vires, nec ſupra dexteritatem fundæ circumrotandæ, & excuſſo lapide ſignum tangendi auſus fuerat; cum enim in ſola Dei fiducia ſpem totam victoriæ poſuiſſet, de hoſte proſtrato inſignem retulit palmam; ſed cum Goliathum proſtrâſſet, cujus tumida præcordia nonniſi Martem videbantur ſpirâſſe; timidum, ac effœminatum poſtea fugit Saulem, à quo Spiritus Domini receſſerat: *Spiritus autem Domini receſſit à Saule*, ſeu Deus Sauli, veluti degeneri filio jam repudiato ſubtraxerat Spiritum principalem Regibus neceſſarium, ſeu Spiritum Sapientiæ, ac fortitudinis, quem Davidi conceſſit; & ab eo tempore nil ampliùs egregij, ac laudabilis effecit facinoris; ſed qualis Rex erat, talis & ejus exercitus; timidus ſcilicet, imbellis, effœminatus, adeò ut una Goliathi vox potis fuerit omnes fugare, totique Saulis exercitui metum incutere: tanti intereſt militiæ ducem fortem eſſe virum hoſtibus proſternendis aſſuetum; hinc rectè aiebat Chambtias Athenienſis Dux, terribiliorem eſſe corvorum exercitum Duce leone; quàm exercitum leonum Duce corvo. 42.
1. Reg. c. 16.

§. VI.

Aliis, qui præeſt tunc propriam tuetur authoritatem, cùm nil temerè audet: ſed exaſperatos animos blando ſatagit lenire ſermone.

43. NUnquam nimia audacia laudi datur exercitûs Duci, nec Principi: quia non debet, qui alijs præeſt, ſubjectorum irritare animos, ſed blando ſedare ſermone, quia ex populi audentia pernicies, & exitium reipublicæ oritur, quapropter ſuæ debet ſuperior nonnunquam dignitati parcere, & offenſus indulgere, ut poteſtas in Principe non ſit ad reportandam infelicem de proſtratis ſubjectis victoriam, ſed ad ſuppeditandam ægrotantibus medelam; congruit plerumque madentia ſanguine vulnera, vel adhuc ardentia auſteritate non refricare, nec aſperis irritate, ſed blanda manu emollire; qui hanc medendi non callet artem, principatui exercendo minus eſt aptus: hinc Sapiens ille, qui ad regimen promovebatur populorum ſe voluit excuſatum; eò
Iſaiæ 3, v. 7. quia medicæ artis ſe noviſſet ignarum: *Non ſum Medicus, nolite conſtituere me Principem populi.* Noverat enim regimini, & ægritudini populorum pernecesſariam eſſe medicinam: & ſicut Medicus vulnera lenite ſatagit, & non irritare, & quamdiu febrilis æſtus exardet, nil applicat; ſed tunc tantùm exhibito pharmaco ægrotantem juvat, poſtquam febris deferbuerit, ne infirmitas recrudeſcat, & febris acrior exardeſcat, & unde ſperabatur auxilium, detrimentum increſcat: ita qui cæteris præeſt in id incumbat ſtudij, ne quid temerè audeat, quò ſibi ſubjectos ad temerarios irritet auſus, ſed temporis expectet opportunitatem, ſcitè Seneca de conſo-
Cap. 1, lat. ad Heruiam ait: *Dolori tuo dum recèns ſæviret, ſciebam occurrendum non eſſe, ne illum ipsâ ſolertiâ irritarem, & accenderem: nam in morbis quoque nihil eſt perniciosius, quàm immatura medicina. Expectabam itáque dum ipſe vires ſuas frangeret, & ad ſuſtinenda remedia morâ mitigatus, tangi ſe, ac tractari pateretur.*

44. Plurimum refert, ne temerè quidquam qui præeſt, audeat, ſed ſciat temporis uti opportunitate; dolor tunc facilioris eſt curationis, cum è prima ſaltem deficit effervescentia: proderit igitur ſuſtinere tantiſper indignationem, quo inflictum vulnus manum patiatur medicantis, ad quod alludens Tertullianus libro de patientia ait: *Superio-*
Cap. 10. *rem ſe in exequenda ultione conſtituit, & remunerans nequam duplicat, quod ſemel factum eſt.* Tunc qui præeſt propriam tuetur authoritatem cum nil temerè audet, nec immaturo remunerat ſupplicio, ſeu non punit delictum immaturè, quia irritatur perſæpe furor ſupplicio, qui lenitate ſopitur.

45. Idque nos Chriſtus edocuit, cum Diſcipulos ſuos ſecum mare trajicere juſſit, Diſcipulis enim navigantibus obdormivit ipſe, ut & præſentia metum depelleret, & ſomnus anſam tribueret navigandi: ſed dormiente Magiſtro ventus è ſomno excitatur, & adſibilans naviculam exagitat; quin & intumeſcentes fluctus timorem incutiunt, & terrores ingeminant; fluctuat navis, ſus déque vehitur, ventis agitata, undis repercuſſa, fluctibus quaſſata, & in ea dirigenda prudentia videbatur Naucleri fatiſcere clavo moderantis; tunc Diſcipuli videntes atra nubium coacervatione abreptum ſibi diem, & tetra offuſi caligine per fluxa æſtuantis pelagi periclitari itinera, & ad naufragium ventorum impetu compelli, in navi placidè dormientem excitant Magiſtrum, perturbati opem efflagitant, quâ imminens declinent naufragij periculum: *Domine ſalva nos perimus*: expergefactus Chriſtus timiditatem increpat Diſcipulorum, eorúmque redarguit diffiden-
tiam: *Et dicit eis JESUS: quid timidi eſtis, modicæ fidei? tunc ſurgens imperavit ventis, & mari, & facta eſt tranquillitas magna.* Matth. 8. v. 26.
Marcus verò, quæ Matthæus ſubticuit verba, expreſſit: *Tace, obmuteſce*, quid? quòd Chriſtus acriùs Diſcipulos increpaverit, quam in mare invexerit? ſugillavit Diſcipulorum diffidentiam, cùm fluctuantis, ac inſoleſcentis maris non redarguerit audaciam: An quia tunc mare ventis laceſſitum exæſtuaret; & quia ventus adhuc fureret, noluit duris, acerbiſque irritare increpationibus, ſed ſola voce lenire, & reprimere? ut ſuos erudiret Diſcipulos, & ſuam ad poſteros eruditionem delegaret Magiſter Chriſtus, ac diſcerent omnes Chriſti Diſcipuli, non eſſe irritandos, quos vel dolor divexat, vel recèns inflictum vulnus excruciat; ſed blanda potiùs voce leniendos eſſe; & ad pharmacum ſumendum ægritudini excutiendæ aptum, flectendos blando vocis lenocinio; ſi ventis Chriſtus imperâſſet, & mari, utique quieviſſent illi, & mare fluctus ſuos tranquillâ abegiſſet malaciâ: noverunt enim creaturæ omnes ſuo promptè ſemper Conditori obedire: ſed quò non verbis tantùm, verùm etiam efficaciùs exemplo nos edoceret, perturbatione furentes, ne in auſus irrumpant temerarios, eſſe manſuetis ſedandos verbis, non duris impellendos increpationibus: & vulnus recèns inflictum ne recrudeſcat atrociùs, non eſſe ungue ſcalpendum, ſed ob obalſamo blandè leniendum: appoſitè Baſilius Seleu-
cienſis: *Tace, obmuteſce, voce eſto contentus, ne flagellorum expectes experientiam.* Orat. 22.

Ea eſt maris indoles, aquarúmque ingenium, increpationem horrere, & ventorum violentiâ acriùs exaſperari, & miteſcere adblandiente aurâ, arridente cœli ſerenitate: blanda adhibuit Chriſtus verba *Tace, obmuteſce*, & illicò ſuum reperiêre Æoli antrum venti, detumuerunt fluctus, evanuit procella, & fuit mare pri- 46.

ſtinæ

ſinæ reſtitutum tranquillitati, & ut eleganter addit Baſilius Selucienſis *modica voce ingens elementum refrænabatur*: nimirum audaciam intumeſcentis elementi, & inſolentiam ventorum horriſſonè adſibilantium, injecto modicæ vocis frœno compeſcuit, malaciam vocavit, quæ illicò vocem ſentiens Dei adfuit obtemperatura, quæ abfuerat à procella excluſa. Licèt olim Moyſes ſuâ percutiens pacatum mare virgâ marinos fluctus, injecto divortio geminam diviſerit in claſſem Erythræi ſinum pertranſeunti Iſraeli faventem: Chriſtus tamen ſuæ non ignarus poteſtatis, quò nos uberiùs erudiret, exaſperatum elementum non virgâ, ſed modica continuit voce; & tumentes fluctus naufragium cymbæ minitantes coërcuit.

47. Audacia ſubditorum irritanda non eſt, ne in auſus erumpat æquè perniciosus audentibus, ac exitiales imperantibus. Ephraitæ Jephte redarguunt, cauſáſque confingunt indignationis: quia non ita blandè, ut Gedeonens fuit allocutus, quos erecto potiùs percuſſit ſupercilio, eorúmque aſperrimè ſuggillavit ſuperbiam. *Quid commerui, ut adverſum me conſurgatis in prælium?* Jud. 12. 14. *Qui tunc vocatis ad ſe cunctis viris Galaad pugnabat contra Ephrain*, additque ſacer textus, *& ceciderunt in illo tempore de Ephrain quadraginta duo millia*: Tametſi Jephte fuerit juſte conqueſtus, vocis tamen exaſperatio cruentam accerſivit cladem: in campum prodiere armati, & audaciores facti cruentam intentârunt cladem, qui blandis fortaſſis verbis deliniti detumuiſſent manſueti: quia Ephrain neglexit audaciam reprimere, & blandioribus loqui verbis cruentam ſibi cladem apparavit, & quadraginta duo millia Ephraitarum pertraxit in exitium.

48. Ad necem à Syriæ Rege quærebatur Eliſeus, fuerat enim Benadadus Rex Syriæ perpetuus Iſraëlitarum hoſtis, quos etiam aperto Marte nitebatur extinguere, præſertim cùm inſtructas Regi Joramo inſidias per Eliſei oculatiſſimam ſagacitatem non ſemel intellexiſſet eluſas; idque cauſæ, cur omnem in ejus caput hoſtilitatem converteret; miſit expeditas peditum turmas, & equitum phalanges, quæ Samariam finitimam regionem, ubi Propheta morabatur cum homine ſuis averſiſſimo conſiliis, facerent ſui juris. Acceſſus militum ingentem oppidanis timorem, ac terrorem incuſſit, extremam metuentibus à Syrio Rege violentiam. In ea trepidatione famulus ad Eliſeum cucurrit, nuntiavítque Oppidum hoſtili violentia obſeſſum. Juſſit Vates famulum bono eſſe animo, & caſtra caſtris adverſantia intueri, ſimúlque montem ei oſtendit plenum curribus, equiſque igneis ſuis cum inſeſſoribus, ſeu Angelis in auxilium contra Syros è cœlo in terras ſubmiſſis: ea viſione corroboratus famulus ultrò cum læto Propheta extra oppidum progreditur, viámque intendit Samariam verſus ab hoſtibus nondum vallatam.

Sed Syri minaces occurrunt, & Eliſeum ſciſcitantur de Eliſeo, qui negat rectam inſiſti viam hominis deprehendendi; quem ſi quærant, non defuturum ipſis ducem. 49. Mirum ſanè dictu! præit Eliſeus, ſequuntur Syri, qui dum procedentes prædæ inhiant, ſubitum objicitur oculis glaucoma; & Eliſeo ductore in urbem deferuntur Samariam: & licèt potuiſſent telis impunè configi, gladiíſque trucidari, pietas tamen obſtitit Eliſei, qui Regi perſuaſit, ut in hoſtes arte non tam humana, quàm divina captos, non exulcerando, ſed benefaciendo, animadverteret: annuit Eliſeo Vati Rex, & quos potuiſſet impunè gladio delere, favoribus demulſit, ac beneficiis cumulavit impertitis; non enim, ut hoſtes, ſed ut hoſpites fuerunt Samariæ excepti, lautóque refecti convivio, & poſtea incolumes dimiſſi. *Dixit Rex Iſraël ad Eliſeum cum vidiſſet eos, numquid percutiam eos Pater mi?* 4. Reg. cap. 6. v. 21. *at ille ait, non percuties: ſed pone panem, & aquam coram eis, ut comedant, & bibant, & vadant ad Dominum ſuum.* Eliſeus non ſolùm audentes adverſarios invicta tulit patientiâ; verùm, & eorundem audaciam cumulis vicit beneficiorum, & copiâ extinxit gratiarum.

50. Sed ſi ſuam Eliſeus in audentes hoſtes clementiam exercuit, furore tamen exarſit in pueros irridentes. Bethlehem Ephramiticæ Tribus Oppidum petebat Eliſæus, cùm obviantes ei pueri perversè linguati illudunt Vati per collium aſſurgentia faſtigia proficiſcenti; & ſenile exibilant calvitium: ea Eliſeus graviter læſus procacitate, acriùſque parentum ſcelere, quibus nec religio curæ erat, nec filiorum educatio cordi; divinam propterea evocavit Nemeſin promerita illudentibus pueris daturam ſupplicia: adfuit illicò Numinis vindicta, & gemini prorumpentes de ſylva urſi duo ſupra quadraginta puerorum corpora ungue dilaniârunt, & in fruſta diſcerpsêre, *cum aſcenderet per viam pueri parvi egreſſi ſunt de civitate, & illudebant ei dicentes: Aſcende calve, aſcende calve: qui cùm reſpexiſſet, vidit eos, & maledixit eis in nomine Domini; egreſſique ſunt duo urſi è ſaltu, & laceraverunt ex eis quadraginta duos pueros.* 4. Reg. 2. v. 23.

51. Quid? quòd Vates, aliàs manſuetus in hoſtes audentes, necémque intentantes; adeo acriter in pueros ſævierit, quibus ob ætatem tenellam fuiſſet offenſa potiùs condonanda, quàm punienda? ſi clementiam voluit Eliſeus ſuam exercere, cur non potiùs in pueros, quos nondum malitia corruperat, quàm in viros militiæ addictos, & aſtu corruptos, & humanū ſanguinē ſitientes & prophetam ad necē quærentes? cur potiùs non coërcuit perſequentium Syrorum audaciam, & puerorum non ſuſtinuit inſolentiam? quia nimirum aſſocianda videbatur audacia

viris militiæ adſtrictis ſacramento: parvuli verò ſupra vires, ſupra ætatem procaciter inſultârunt, qui propterea excuſationem non meruerunt, nec condonationem, quam ſibi milites accerſivêre: quamvis læſus Propheta fuiſſet gravius à militibus, eum quærentibus ad internecionem, quàm à pueris ei illudentibus ad inſolentiam; parvulis tamen digniſſimam intulit pœnam, eò quia eorundem audaciam parvitas exageraret; & cùm pravitas militum viſa ſit minuiſſe temeritatem, hiſce pepercit vates, qui in pueros irâ exarſit. Eliſeus itaque licèt à fortibus prope Samariam, & ab imbellibus in finitimis Bethelis impetitus, vindictam ſumit de inermibus, cum armatos dimittat beneficiis cumulatos. Hinc conjicimus, quàm ſit acerbum ab imbellibus impeti, & ab exiguis divexari; tulit Eliſeus audaciam militum, qui in parvulos ira efferbuit. Non tamen credas innocentiam puerorum Eliſeum, puniviſſe; ſed parentum malitiam in ipſos parvulos animadvertiſſe, ait D. Auguſtinus. *Rem parentibus inſtigantibus feciſſe, pueri contumelioſi eredendi ſunt. & libro ſecundo de Mirabil. c.* 13. ait: *Veniens in Bethel Eliſeus à pueris parvis illudebatur.* Vocat pueros parvos, quia malitiâ nondum didicerant excreſcere; ſed quia parentes non per ſe; ſed per filios parvolos acriùs dolorem exulceraturi inſultaverunt Vati; hic minimè limites transgreſſus patientiæ, quò nos uberiùs erudiret, diſcerptis filiis voluit patres acriori dolore afficere, ac torquere.

Serm. 204. de tempor. apud Gloſſ.

52. Non ſolùm Vates afflatu divini ſpiritus ſunt animati, ſed etiam ope armati, Numini dicata templa ab iniquorum tuentur audaciâ, & debitam in Numen reverentiam conciliant. Exploratum eſt falſorum olim Numinum templa ea fuiſſe ab Ethnicis hominibus veneratione exculta, ut diſcrimina maluerint ſuſtinere vitæ, quàm religionem violare templorum. Fortaſſis novère graviùs ſe in templo periculum experturos, ſi temerario auſu reverentiæ Numini debitæ aliquid intuliſſent nocumenti. De Brenno ſcimus, in templo Apollinis Numini obſecutum fuiſſe, & violentas in ſe manus injeciſſe: ait Valerius Maximus. *Brennus Gallorum Dux Delphis Apollinis templum ingreſſus Dei voluntate in ſe manus vertit*, & promeritas à ſe pœnas exegit, ſic Numine decernente: eò quia templum, quod divinis obſequiis præſtandis dicatum erat, profanis auſus fuerit pedibus conculcare; & audaci greſſu reverendam Numinis deſpicere Majeſtatem.

Lib. de relig. cap. 15.

53. Imò non templis ſolùm debita eſt reverentia, ſed & rebus ipſis ſacris, quibus ſi inferatur injuria, gravem adferunt ruinam, durámque exigunt pœnam, ſiquidem ait Valerius Maximus. *Nec minus efficax ultro contemptæ religionis Eſculapius, qui conſecratum templo ſuo lucum à Turrullio Præfecto Antonij ad naves ei faciendas magna ex parte ſuccisum dolens, inter ipſum nefarium miniſterium devictis partibus Antonij imperio Cæſaris deſtinatum morti Turrullium manifeſtis Numinis ſui viribus eum in lucum, quem violaverat, traxit; effecitque Deus, ut ibi potiſſimùm à militibus Cæſarianis occiſus eodem exitio, & everſis jam arboribus pœnas lueret.*

§. VII.

Temerè audax eſt, qui Numinis templum ingreſſurus ad omnem ſe modeſtiam non componit; idque agit, vel cogitat, quod loci non congruit ſanctitati, & reverentiam non redolet Deo debitam.

Qui audax nimis debitam detrectat Numinum templis, rebúsque ſacris exhibere reverentiam, exitium ſibi maturat. Theodoricus Rex ne debitæ templo reverentiæ videretur oblitus adactus fuit ipſa criminis punitione teſtari, quantus Dei templo ſit honor exhibendus, & quàm auſus temerarius in ipſo damnandus: loquitur Theodoricus Rex apud Caſſiodorum. *Relegatione damnamus, ut ſancto templo reverentiam habuiſſe videamur*, quinimò ipſum templi nomen audaciam cohibet, & temeritatem ita coërcet, ut qui furori ſuo in templo ſtatuit adulari, templum affectaverit ignorare, ne ipſo impeditus vocabulo ab inchoato deſiſteret, timens ſe cunctis prodere execrandum, ſi in templo aliquid fuiſſet auſus; quod minùs decori congrueret: Eſt ſiquidem templum Euſebio *Veneranda, & auguſta virtutum ſchola*, S. Chryſoſtomo *ſpiritualis animæ portus*, S. Ambroſio *ſanctitatis domicilium, & ſacrarium Trinitatis*, & ab aliis dicitur commune vitæ profugium, ara ſanctitatis, atrium felicitatis, victricis Religionis auguſtale, devotionis officina, in qua actus accenduntur charitatis, & opera cunctarum virtutum cuduntur; Numinis palatium, ubi Majeſtas divina ſuo colitur in aræ ſolio, ſacræ adminiſtrantur cæremoniæ; communes funduntur Deo preces, ſacrificia offeruntur, pſalmodiæ audiuntur, reſonant cantus, redolent thura, ſplendet ſacra ſupellex: ibi evangelicæ doctrinæ buccinatores populos erudiunt, & ignorantiæ caligines abigunt: ibi divorum pictæ imagines, vel ſulptæ ſtatuæ nos ad pietatem hortantur, aliæ vaſis ſacris ornatæ ſuadent conſcientiæ munditiem; accenſa ſplendentia lumina nos hortantur, ut nitoribus illuſtremur virtutum; aqua luſtralia, ut ſordes animi abſtergamus: ibi divinæ laudes concinuntur, pia vota depromuntur, oblationes offeruntur: ibi ſolatium invenitur viventium, tranquillitas mortuorum, officina miſerationum, ubi

54.

Lib. 8 var. cap. 17.

filio

filiò prodigo reſipiſcenti obviat amantiſſimus pater, cui & oſculo eblanditur, & vitulum occidit ſaginatum, quo ſacro convivio, Euchariſtico epulo reficiatur.

54. Quis igitur audeat quidquam in ſacris templis agere, vel cogitare, quod loci non congruat ſanctitati, & reverentiam Deo debitam redoleat? Quis templum ingreſſus omnem non deponat veſtium vanitatem, non ſatagat nitere cordis munditie, ſéque ad omnem componat modeſtiam, cum ad Numinis accedat tabernaculum, in quo Deus habitat cum tota cœli pompa, cum toto ſuo ornatu, gratiarúmque ſplendore, & undique ſua circumamictus gloriâ, & Majeſtate; ubi Chriſtus verus Deus, & homo auguſto moratur ſub Euchariſtico conopeo reſpiciens per feneſtras, proſpiciens per cancellos; ubi copiam ſuæ impertitur dulcedinis deliciaturus cum filiis hominum; non niſi igitur ad omnē modeſtiam compoſiti, & virtutum nitoribus ornati templum ingrediamur, & in eo omnem coërceamus temerarium auſum, quo injurij ſimus Deo; ab ipſis Ethnicis pietatē vincimur, & reverentiâ in Numen ſuperamur; ait Seneca. *Intramus templa compoſiti, ad ſacrificium acceſſuri vultum ſubmittimus, togam adducimus in omne argumentum modeſtiæ fingimur.*

Lib. 7. nat. quæſt. c. 30.

55. Laudat Tacitus inolitam apud Suevos conſuetudinem, qui cum nullum haberent fanum, ſed tantùm lucum conſtituiſſent religione ſacrum non auſus quiſpiam fuit illic ingredi, *niſi vinculo ligatus*, ait Tacitus. *De moribus Germanorum, præſertim Suevorum Non niſi vinctus, & niſi ut reus rubore perfuſus verecundiæ, auſus fuerat lucum ingredi Deo ſacrum.* Quotquot igitur fuêre lucum ingreſſi, Deum demiſſo ſupercilio venerabundi coluerunt, & in omnem compoſiti reverentiam Numini ſupplicabant, preces fundebant, quibus Deum in ſua vota flecterent, non enim niſi adorandi causâ auſi fuerunt, lucum illum ingredi: nos Chriſtiani plerumque templum ingredimur non ad modeſtiam compoſiti, ſed auſu temerario inſoleſcentes; non ut fuſis precibus Numini ſupplicemus, ſed ut patratis ſceleribus Deum vindicem irritemus.

56. Quid publiciùs apud Iovenes amaſior, quàm palam in Baſilicis fœminas diſquiti? ingrediuntur ſacra templa non Deum reverituri, ſed Amaſiam quæſituri; quòd ſi accenſo lychno Diogenes virum quæſiturus, forum, hominúmque frequentias luſtrabat; hi non virum, ſed Venerem inventuri templa ingrediuntur, ubi poſtquam ſemiflexo altero genu raptim aram conſalutaverint, ad explorandas puellas petulanter circumeunt, quibus acclinantur, & in eaſdem tum corporis oculos, tum mentis cogitationes defigunt, & cordis deſideria dirigunt; adeo ut doleat chriſtiana Penelope etiam in eccleſia in eos offendere procos, quos domi non ſuſtinuerat: quòd ſi domi texendo, & detexendo, ſeu telam telis objiciens, tela, ac jacula Cupidinis retudit, in eccleſia non valeat ſe ab impuris procis tueri. O tempora perverſa! O mores corruptione deteſtabiles! in ipſo templi limine non Dagonem invenimus obtritum, ſed ſtanti obviamus Veneri, & Philiſthæorum delubris chriſtiana templa profaniora redduntur juvenum obſcœnitatibus; ubi enim in delubris Philiſthæorum Dagon jacet, humi protritus, & ſtat Arca cultum, & venerationem concilians; in plerisque Chriſtianorum templis ſurgit, inſoleſcitque libidinis Dagon, & proſtituitur, ac conteritur pudicitiæ Arca, quæ ad templi parietes alliditur; & licèt in amplo cratere, vel in ipſo limine templi chriſtianis exhibeatur aqua luſtralis, quâ ſordes abſtergant, noxas abluant; tœdas potiùs Cupidinis ibi accendunt, ignésque impuros fovent, quàm ſordes excutiant, fuerítque propterea felicior Suſanna in ſuo fonte, quàm Chriſtiani in eccleſiæ pila; licèt arſerint in fonte inſanientes impuro amore ſenes, facilè tamen fuit pudicæ Suſannæ eorum conatus eludere, mori potiùs paratæ, quàm in fonte illo libidinis tœditate ſe inquinare *Melius eſt mihi absque opere incidere in manus veſtras, quàm peccare in conſpectu Domini:* dixit, *quàm peccare in conſpectu Domini*, quidni ſibi præſentem, & videntem, ac omnia intuentem Deum conſideravit Suſanna, ideóque timuit vindicem ejus manum, cujus arbitrum oculum ſe fallere non poſſe noverat: horruit ad tantum nefas intuita Deum ſibi præſentem, & flagitij ſpectatorem; ſecus quia impuriſſimi lenones, ſenéſque cupidineo æſtu inſanientes; omnem à ſe divinæ præſentiæ cogitationem abegerant, ſuóſque intuitus in humum, ſeu cœnoſam libidinem dejecerant, ſcelus intentârunt ait ſacer textus *Declinaverunt oculos ſuos, ut non viderent cælum, neque recordarentur judiciorum juſtorum.*

Daniel, 13.

Daniel, c. 13.

Chriſtiani ſacra ingrediuntur templa, ubi ſpeciali cultu Dei præſentiam veneramur, & tamen quia Suſannam non imitamur, nec Deum vindicem timemus, ſed ſenes æmulamur libidinem redolentes; oculos claudimus, & omnem divinæ præſentiæ cogitationem è mente excutimus, quò liberiùs in ſcelus ruamus; ſenes licèt oculos habuerint, non tamen viderunt, quia non fuerunt auſi lumina cœlo attollere, unde fulmina timerent, ut quod licitum eis non erat, petulantiùs auderent: crediderunt ſe non videri in viridario arborum ramis contecti, ubi ex inſidiis ad ſcelus velut equus, & mulus adhinnientes aduolârunt ſolicitantes integerrimæ Matronæ pudicitiam, vimque reluctanti inferentes, imò, & capitale ſupplicium minitantes: videre noluerunt cælum, ne viderentur in cœno libidinis merſi: & hæc pediſſequa eſt 57.

pœna

pœnæ animi malè ſibi conſcij, ſcilicet lucem fugere, tenebras quærere: ſenes qui in luſtranda oculis Suſannæ venuſtate Argi erant; ad medicati ſceleris turpitudinem, imminentem vindictam aſpiciendam cæcutiores Tireſiâ fuerunt, quia ut monet Salomon *Via impiorum tenebroſa: neſciunt ubi corruant*: ſeu ut habet textus hebræus. *Via impiorum caligo, neſciunt, in quod impingant*: hancque menti caliginem præ cæteris vitiis fœda offundit libido, quæ dum intus gliſcit, fumum ſpargit, & tetra nebula rectam infuſcat rationem, ne videat, quid agat. Proverb. 4.

58. Idque experti fuerunt etiam Samſon in ſinu Dalilæ; David cùm è ſolario Bethſabeam vidit ſe in fonte lavantem; & Salomon, quem mulieres dementârunt. Quis neget teterrimam eſſe libidinis flammam, ſi quo fonte gehenna compeſcitur, eodem fax laſciviæ in incendium ardet obſcœnitatis? Pleno curſu videmus cervos ad fontes properare aquarum, ut anguium toxica hauſtu frigidæ abigant: nos verò vel ipſos angues ex undis haurimus; videmur templum ingreſſi, frontem aquâ expiare, ut veneno cor inficiamus: & plerumque ea in templis audemus, de quibus in foro erubeſcimus; proinde nequiores ſumus ipſis Ethnicis, quorum templa ipſis frœna fuerunt audaciæ reprimendæ, & cuilibet temerario auſui coercendo aptiſſima.

59. Debere ſacrum templum Chriſtianos arcere à quovis ſcelere, & eorum coercere audaciam, nos edocuit Chriſtus, qui præſentiens ſuam imminere paſſionem, & à Juda proditore, ac militibus armatis quæri ad necem, non templum ingreditur, ſed hortum Gethſemani, ubi prolixius orans in ſanguineam colliqueſcere viſus eſt pluviam, ſanguinea imminentis paſſionis idæa ſanguinem è toto corpore elicuit, & nova quadam ratione non animum per corpus, ſed corpus per animum vulneravit; aſſuetus enim ſanguis ad arcem cordis, veluti præſidiarius miles accurrere, quoties pericula imminent; mox ex eodem corde veluti ex arce diſrupta factis toto corpore hiatibus, foras erumpere adnititur, & membra cruentare; cœpitque pavere, & tœdere ad ſibi objectam imminentis paſſionis lanienam; & nubes illæ timoris, ac triſtitiæ, quæque divinæ frontis ſerenitatem turbaverant mortis impendentis gelu rigidiùs concretæ, non pluvias dedêre lachrymarum, ſed imbrem effuderunt ſanguineum, quò largius auro hocce fuſo pretium eſſet noſtræ redemptionis.

60. Sed ſi Chriſtus timuit armatam cohortem à Juda Proditore ductam, cur potiùs aſylum non quæſivit in templo, ut à periculo horti ſe ſubtraheret? nimirum voluit ab adverſariis comprehendendus hortum petere, ne ſi in templo manſiſſet eorum temeraria præpediretur audacia, eorúmque audax coërceretur invidia. *Tanquam ad latronem exiiſtis cum gladiis, & fuſtibus comprehendere me, Quotidie apud vos ſedebam docens in templo, & non me tenuiſtis; hoc autem totum factum eſt, ut adimplerentur ſcripturæ Prophetarum.* Ne igitur videretur ad paſſionem trahi invitus, non templum ingreditur, quod adire facilè potuiſſet, ſed hortum ingredi maluit, licèt fundendis precibus ad Patrem, locum exhibuiſſet aptiorem, templum, quàm hortus; ſed quia noluit inchoatam venientium hoſtium impedire audaciam, noluit templum ingredi; cùm ſciret ibi ob reverentiam Numini debitam auſos minimè fuiſſe eum comprehendere: *quotidie apud vos ſedebam docens in templo, & non me tenuiſtis.* Veneratio templi frœnum injeciſſet temerariæ militum audaciæ, ideóque ne eorum eſſet manus evaſurus, eorúmque ſucentem invidiam declinaturus, non templum, ſed hortum ingreditur, ubi inſolito repentè metu correptus, ſolutíſque ſudore corporis membris, non gemino tantùm, ſed centenis oculis, tot ſcilicet, quot fuêre in corpore artus, cutíſque meatus, & pori, qui ſanguinem emiſerunt Judæorum fuit perditioni, & Judæ proditioni illachrymatus; licèt ſanguineo hoc imbre veluti cœleſti rore è cœlo deciduo ſimul ſterileſcentem cordis noſtri tellurem irrigaret, ut pro ſentibus & dumis roſas nobis, & lilia germinaret; floréſque cœlo inſerendi ex hiſce cæleſtibus pullularent ſeminibus. Sed ſi Judæi temeraria perfidia authorem vitæ quæſierunt, quem morti traderent, cur non antea in templo eum comprehenderunt, cùm & faciliùs, citiúſque ſuum fuiſſent ſcelus executi, laboribúſque non modicis pepercíſſent, tempúſque redemiſſent, & ab anxiis ſe liberâſſent angoribus? ita eſt, hæc omnia potuiſſent, ſed ea fuit etiam ſceleratioribus Judæis erga Dei templum reverentia, ut vel inſtigante invidiâ, vel ſtimulante furore, vel incitante odio, non fuerint auſi templi violare ſanctitatem: reverentia templo debita frœnum injecerat Judæorum audaciæ, quam compeſcuit, ne in Chriſtum manus injiceret violentas: idque cauſæ, cur mox Chriſtus non ampliùs templum ingrediatur, ubi aſylum reperiiſſet, ſed hortum petat, ne manus evadat perſequentium, & ne templi reverentia eorum compeſcat audaciam. Quærens D. Chryſoſtomus *homil.* 85. *in Matth.* Cur in templo ipſum non tenuerunt, opportunè ad rem noſtram reſpondet. *Non fuiſſent auſi propter turbas: quamobrem etiam exivit à loco, & opportunitate temporis, illis poteſtatem concedens.* 61. Matth. 26. v. 55.

Ne igitur turbæ notam incurrerent irreverentiæ, & populo eſſent opprobrio, & contemptui, licèt ſitientes Judæi Chriſti ſanguinem eſſent invidiâ, & æmulatione phrenetici, invidia, & odio, aliiſque cæcis paſſionibus adurgentibus furentes; non

tamen

tamen auſi fuêre Chriſtum in templo capere, & manus in eum violentas injicere, ne quidquam auderent, quo ſanctitas loci violaretur: ſed quòd non fuerunt auſi Chriſti perſecutores; id temerè audent Chriſtianæ religionis Profeſſores; qui eccleſiarum reverentiam, & ſanctitatem proſtituunt, loci venerationem contaminant, & tabernaculi ſanctitatem ſceleribus, ac libidinibus coinquinant. Auſu temerario audent ad fœminam in eccleſiis accedere, cum qua, humeris, animíſque ſacræ aræ adverſis, profana miſcent colloquia, commercia nectunt in interitum pudicitiæ: & libido rerum omnium prævertens uſum, vel ipſa templa mutat in lupanaria; cum pudicitia ſoleat vel ipſa lupanaria in Odea vertere, ut præſtitit Agnes, quæ in lupanari oravit, ne pudoris ſui lilium flamma corriperet intemperantiæ. Inſtituit religio precarios orbiculos, ut fideles eo fuſis precibus decurrentes cœlum ſibi beneficum conſtituerent; ſed plerumque intemperantia ita in eccleſiis eos verſat, non ut cœlum flectat ad pietatem, ſed ut ab Orco Megæras, reliquáſque furias evocet ad promerita infligenda ſupplicia. Non ſolis ſolùm Machinis petulantia utitur, ut pudorem evertat, ſed precum etiam abutitur teſſeris, ut pietatis larvâ perſonata libido tutius inſoleſcat: & in templo ubi lilium caſtitatis deberet candidius florere cœnoſæ libidinis ſcelere corrumpitur fœdius; & ubi virtus temperantiæ nativis ſuis deberet nitoribus ſplendeſcere, intemperantiæ, & luxuriæ fumo denigrata obſcurior proſternitur; pudet referre, plures in templum ingredi Lucretias, quæ Thaides domum revertuntur, cum nuſquam Tarquinius abſit, cui Cupido quamvis inermis, & diſcinctus ſufficiat. Pudor ſanè, quòd Chriſtiana audacia eò devenerit petulantiæ, ut templa Deo ſacra, perinde, ac meretricum proſtituat lupanaria! Quòd ſi D. Paulus acriter invehit contra ſtructas in eccleſia epulas. *Nunquid domos non habetis ad manducandum, & bibendum? aut eccleſiam Dei contemnitis*, quâ irâ percitus non graſſaretur in audaces illos temerarios, qui non ſacros lychnos accendunt in templis, ſed libidinis ignes excitant, fovéntque: hos Satyros ſcortatores excuſſis è cælo fulminibus è templo abigeret, & inter dumeta, lucóſque eos propelleret: ſi D. Paulus Cererem è templo excludit, verbique ſui gladio in eam animadvertit; nonne in Venerem ad aram laſcivientem toto impetu irrueret, eámque è loco Numini ſacro eijceret, quòd ſi contemnitur eccleſia ex Apoſtolo, ſi bibatur? an non turpiùs fœdatur, ſi nugis dedecoretur, nutibus infametur, ac libidinibus inceſtetur? Ananias, & Sapphira, eò quia auſi fuerint in eccleſia mentiri audaciam præmaturo funere expiârunt, & ſepulti monuerunt ſuis cineribus contumaces, quàm grave fuerit facinus coram Petro mentiri. Quâ fronte templo aſſiſtitur, quando in ipſo inanibus fabulis, verbíſque otioſis inſiſtitur? quando nulla in voluntate inflammatio ad divina, turbidæ mentis cogitationes, imò & laſcivientia deſideria animum intus coinquinant, & libidinoſi nutus exteriùs loci contaminant ſanctitatem, ubi nonniſi lilia deberent pudicitiæ vernare? cum caſta placeant ſuperis, quapropter D. Hieronymus contra Vigilantium *de gloria Martyrum* animi ſui exprimens ſenſum; de puritate, qua debet quiſque templum ingredi, ait: *Quando aliquid mali in animo meo cogitavero, & me nocturnum phantaſma deluſerim: Baſilicas Martyrum intrare non audeo, ita totus, & corpore, & animo pertimeſco.*

1. Corinth. 11. v. 22.

Cap. 4.

§. VIII.

Auſui datur temerario indulgere ſomno in loco Numini ſacro, ubi preces ſunt fundendæ; & Deus ſubmiſſa cervice colendus. Sed qui ad exercitia virtutum pavidi ſumus, in ſcelera audaces prorumimus

62. PAtriarcha Jacob, quia ob præreptum pio dolo fratri ſuo natalium primatum invidiam, & odium Eſau natu majoris contra ſe excitavit; ejúſque iras declinaturus auſpice Deo parentibus bene precantibus proficiſcitur in Meſopotamiam Syriæ Provinciam. Terminus profectionis erat Haram urbs, in qua Labanus ejus avunculus degebat, frater quippe erat Rebeccæ, homo avaritiâ ſordidus, & idolorum cultor, cúmque itineris defatigatus laboribus prope Urbem Luzam deveniſſet ad ſolis occaſum, idoneum ſub dio quieti indulgendæ locum ſelegit, pulvilli loco capiti lapidem ſubjecit prædurum, & corpore humi proſtratus dedit membris quietem, & ecce ſomno ſopito ſcala objicitur è terra in cœlum protenſa tot fœta arcanis myſteriis, quot conſtructa gradibus: commeabant per eam ſurſum, & deorſum Genij cælites, cacumini ſcalæ ſuam Deus Majeſtatem inclinabat; & præſignabatur Meſſias olim naſciturus, in cujus perſona cœlum terræ, & divinitas humanitati erant conjungenda; in ſummo ſiquidem ſcalæ cacumine æterni Verbi Pater, & in imo Jacobus ejuſdem ſecundùm hominem progenitor repræſentabatur; interjecti gradus totam exhibebant Chriſti Genealogiam ab æterno Patre per intermedios homines oriundi; *Vidit in ſomnis ſcalam ſtantem ſuper terram, & cacumen illius tangens terram.* Manè expergefactus Jacobus terrore concutitur, & ſacro perſtrictus terrore ſuam tremefactus confitetur ignorantiam: cum evigilâſſet Jacob de ſomno ait: *Verè Dominus eſt in loco iſto,*

Geneſ. 28. v. 12.

iſto, & ego neſciebam. Pavénsque, quàm terribilis eſt, inquit, locus iſte non eſt hic aliud niſi Domus Dei; & porta cæli. Mox liquida voluptate permulſus lapidem, cui innixo capite indormivit, ſtatuit in modum cippi, quod in mirificæ apparitionis monumentum oleo perunxit, ac Deo ſacravit. Vidimus Jacobum timore perculſum, & ignorantiæ pavore perterritum.

63. Transeamus modò ad eundem, ſed alio in loco cum Deo ipſo colluctantem. In ipſis Chananææ finibus Jacobo è Labano ſocero in patriam redeunti obviant Angeli ejus Provinciæ protectores, qui ad limites usque Regionis comites ſe eidem junxêre; ubi & præſides Chananitidis Genij venientem tanquam præſidiarij milites exceperunt: cumque noctem illam precibus fundendis impendiſſet, ſpectabilem ſub diluculum habuit Angelum tutelarem virili ſpecie ultrò ad luctam provocantem: cúmque urgeretur Jacobus videns neceſſitatem ſibi impoſitam congrediendi cum adverſario intrepidus in arenam deſcendit, manum conſerit, pedem pedi ea virium contentione, niſúque totius corporis, ut videretur palmam homini cedere cœleſtis colluctator: ſed oſtenſurus ſuo Antagoniſtæ quis eſſet, cùm quo certamen iniiſſet, os ei fœmoris luxavit; nervúmque diſtorſit: non tamen huic ſuccubuit intrepida Jacobi virtus dolori, ſed intentiùs recollecta, injectis implicat adverſarium brachiis, & arcto ſtringit complexo, donec aurora conſurgens oſtenderet luctationem illam fuiſſe cum cœleſti Luctatore commiſſam. *Ecce vir luctabatur cum eo usque manè.* Quòd verò colluctatur Deus fuerit, teſtatur ipſe Jacobus inquiens: *Vidi Deum facie ad faciem.* Quid? quòd non ſe Jacobus dicat pavore perculſum, ſacro horrore percitum, & & trepidante timore exagitatum? certè ſi prope Luzam ſcala in ſomno ei objecta timorem incuſſit, quanto acriori hic debuiſſet timore corripi, cum auſus fuerit cum Deo ipſo certamen inire? cur ergo hac in lucta non timuit, ſed audax adverſarium urſit, quem Deum eſſe noverat? non premitur ullo timore, licèt pede, & brachiis premeret ipſe divinum colluctatorem: nimirum non timuit luctator, qui ſomno ſopitus pavore fuerat perculſus, quia luctatus fuerat cum Deo in loco non ſacro, nec cultui divino dicato; ideóque nullus eum timor preſſit: ſecus quia ſomno indulſit eo in loco, in quo futurum prævidit templum, cœpit totus expaveſcere, curisque non modicis angi, cordisque fateri pavorem, dixit enim Jacob *Non eſt hic aliud niſi domus Dei.*

Gen. ſ. 28. v. 4.

64. Dormiiſſe igitur in Dei templo auſui tribuit temerario, totúsque exhorruit, eò quia auſus fuiſſet ſomno indulgere, ubi preces erant Deo fundendæ: non extimuit luctator, quia certamen inivit loco non ſacro: nósque edocuit, quanta Dei eccleſiæ debita ſit reverentia: appoſitè ad rem noſtram Rupertus Abbas, ait: *Notandum, quòd non ipſum Dominum, ſed locum expaveſcit, & terribilem eſſe dicit: quidnam pavoris, vel quid terroris ſecundùm ſe locus ille poterat habere? an quia Dominum in loco illo in ſomnis vidit? nempe & in aliis locis, tam huic, quàm patribus ejus Abrahæ, & Iſaac multoties idem Deus apparuit.* Mox ſatisfaciens dubio ſubdit: *Hic per ſpiritum Prophetiæ dilatato corde quid ſignificaretur hujusmodi ſomnio prævidit, illúmque locum, cujus iſte figura erat, expavit, qui videlicèt locus eccleſia eſt:* nimirum toto animo expavit, totóque corpore contremuit, cùm primùm mentis oculos ad dormitantes in eccleſia injecit, quia licèt Deus ſit in omni loco colendus, ac veneratione perhumili adorandus; ſpecialiùs tamen, ac præcipuè in templo, quia ibi clariùs nobis divina ſe prodit Majeſtas, quam proteſtatur Angelorum frequentia ibi adſtantium; quin & ipſi Dœmones ſola veneratione Deo debita arcentur in templis, qui temerario auſu fuerant in cœlis perduelles debacchati.

Lib. in Gen. c. 23.

65. Audax nimis eſt ſcelus, quod in eccleſia patratur, ſimúlque loci ſanctitas violatur, & veneratio Numini debita contemnitur. Lethali odio Chriſtum perſequebantur Judæi, qui & livoris ſuccenſi flammis manus lapidibus armârunt, quibus in templo tunc diſputantem eum impeterent: *tulerunt lapides, ut jacerent in eum.* ſed Chriſtus cœlica ſe poteſtate ſubtraxit, templóque relicto ab eis ſe ſubduxit: *JESUS autem abſcondit ſe, & exivit de templo.* D. Gregorius in catena D. Thomæ expendens præfatum textum. *Joan. 8.* cenſet, per Chriſti receſſum à Judæis ſignificari homines cœcutientes ob pravum affectum, quo Dei præſentia deſtituuntur, inquiens: *Quid abſcondendo ſe Dominus ſignificat, niſi quòd eis ipſa veritas abſconditur,* ſed cur Chriſtus eo tunc fuit timore perculſus, ut templo exierit, & ab adverſariis ſe ſubduxerit? quænam cauſa fuit tanti timoris, cùm vel uno nutu potuiſſet hoſtes proſternere, & epinicion ſibi occinere? cur ex timore ſe à Judæis ſubtraxit perſequentibus, cùm in horto intrepidus armatorum obviaverit phalangis, qui ejus neci inhiabant? *JESUS itaque ſciens omnia quæ ventura erant ſuper eum, proceſſit & dixit eis: quem quæritis.* Quid? quòd in horto mortem contempſerit, quam in templo expavit? quid? quòd in horto inconcuſſam oſtenderit animi conſtantiam, ſteteritq; intrepidus, & in templo impetitus fugerit timore perculſus & impetentibus non obviaverit? Non credas, fugiſſe

Joan. 8. v. 58.

Joan. 18. v. 4.

fugiſſe è templo Chriſtum, quia Judæos timeret perſequentes; ſed quia ſacrilegum ſcelus in templo à Judæis patrandum expaveſceret; ne loci ſanctitas ſcelere contaminaretur ſacrilego, exivit de templo, quia ſi in templo manſiſſet, obrutus à Judæis lapidibus fuiſſet, & ſanctitas loci violata; ſecus in horto quia ſacer non aderat locus inconcuſſa pectoris firmitate adverſariis obviavit, non lapidibus, ſed gladiis, fuſtibúsque armatis. In ſcelus extra templū qui labitur, ad templū recurrens aſylum invenit; qui verò templum violat, Deum à ſe prorſus videtur fugare, ſibique ſummam aſciſcere calamitatem.

66. Audaces plerumque ſunt homines, ut irruant in ſcelus, qui lepores ſunt timidiſſimi in virtutum ſtadio: audacia incitat ad ſcelus, & à cultura retrahit virtutis; ſi mundi illecebræ, ſi concupiſcentiæ blandimenta, ſi pravorum affectuum illicia ad ſcelus invitent audaces fiunt, ad ſcelera proni, in quæ prono corpore proruunt. Judithæ venuſtate illecti, captíque Aſſyrij in id devênere audaciæ, ut Bethuliam acri premere obſidione auſi fuerint trepidantibus in urbe civibus. *Quis contemnat* Judith. 10. 18. *populum Hebræorum, qui tam decoras mulieres habent, ut non pro his meritò pugnare contra eos debeamus?* Venuſtate illecti fœminæ periculoſum indicunt bellum, audaces adeunt pericula, & intrepidi contemnunt vitæ diſcrimina. Sed ſi audaces illecti à ſcelere Bethuliam aggreſſi fuerunt Aſſyrij; timuérunt, ac trepidarunt Iſraëlitæ, cùm ad exercitium fortitudinis, ad culturam virtutis provocati fuêre à Goliatho ſtante pro Philiſthæis ad certamen ineun- 1. Reg. 17. v. 24. dum. *Omnes Iſraëlitæ cum vidiſſent virum fugerunt à facie ejus timentes eum valde:* nimirum Iſraelitæ ad virtutem inveniuntur imbelles, quando Aſſyrij ad ſcelus illecti conſurgunt audaces, & urbem aggrediuntur; ut miraculo detur ſi in virtutis exercitio audax quis inveniatur.

67. Cum navim inſcenderent Apoſtoli à Magiſtro Chriſto recedebant, curſúque præpoſtero marinos tractus traijciebant, & in contrariam ventorum impetu contendebant ripam, idque poſt patratum panis multiplicati miraculum: ut turbas, quæ in deſerto fuerant Chriſtum ſecutæ dimitteret. Matth. 14. v. 22. *Compulit JESUS Diſcipulos aſcendere in naviculam, & præcedere eum transfretum, donec dimitteret turbas.* Sed quia procul aberat è navicula Chriſtus, excitatur ſæva tempeſtas, quæ fluctuum voluminibus quaſſatam cymbulam in diſcrimen trahunt naufragij; ſibilant venti, ſpiſſantur nubes, cœli ſerenitas tetra caligine obvolvitur; Euri, notique inſoleſcunt, & fluctus ipſi ira perciti, & indignatione tumidi naviculam moliuntur abſorbere. Petrus verò, quod immineret videns periculum ad Chriſtum acceſſurus, portúmque in Magiſtro reperturus contrarium iter arripuit, & audax è navicula in fluctus deſcendit tumentes, quos & intrepido veſtigio, pedéque audaci calcat. *Deſcendens Petrus de navicula ambulabat ſuper aquam, ut veniret* Matth. 14. *ad JESUM*: hanc Petri audaciam admiratus Baſilius Seleucienſis, ait: *Videamus negotiatores, qui mari vitam tuentur, mirò animo dubios perplexóſque: videamus Petrum contra fluctus audentem, & in navicula conterritum*, ecce, ait Baſilius, negotiatores erant Apoſtoli, qui piſcatu, piſciúmque venditione vitam tuebantur, & modò marinis aſſueti fluctibus, cum tempeſtate colluctantur, ſed Petrus eò devenit audaciæ, ut acceſſurus ad Chriſtum imperterrito veſtigio colla calcaverit intumeſcentium fluctuum: nimirum audax fuit, ut virtutem aſſequeretur, & Chriſtum conſequeretur, quod adeo inſolitum, mirúmque eſt, ut nec ipſe Apoſtolorum Princeps citra ſtupens miraculum perfecerit: ſiquidem audere in mari, colluctari cum fluctibus, pugnare cum procellis ad divitias congerendas, merces ab extero, diſſitóque climate transvehendas, ad volaticas dignitates acquirendas, inſuetum non eſt, quin & omnibus commune: ſed cum tempeſtatibus colluctari, procellas contemnere, audere contra marinos fluctus, ut quis ad Chriſtum perveniat, id rariſſimum eſt, nec Petro contigit citra miraculum, quò & tumores fluctuum intrepido pede calcavit, & per fluxa itinera audente greſſu ad Chriſtum properavit: inde edocemur, non ſine miraculo hominem inveniri ad virtutis obſequia audaciorem, quàm ad ſcelerum delitia. Admiratione non vacat, quòd Peterus fuerit in fluctibus audax, dum Chriſto appropinquaret, & timidus in navi, dum fluctuum vortices ſecaret, ait Baſilius: Orat. 24. *Videamus Petrum contra fluctus audentem, & in navicula conterritum*, hoc eſt in Petro Apoſtolorum Principe id miramur, quòd nonniſi rarò in quovis alio poſſumus admirari.

68. Audaces in ſcelera proruimus, qui non niſi timidi manus virtutum culturæ admovemus, móſque iſte vel à primævo mundi exordio inolevit, ac in poſteros irrepſit. Condiderat Deus Protoplaſtes Adamum, & Evam ad imaginem ſuam, quibus, & animum impertiit nulli obnoxium interitui, eóſque inſtruxit, non rerum duntaxat naturalium omnis generis, ſed earum quoque, quæ vires ſuperexcedunt ipſius naturæ ſcientia, & cognitione, donúmque addidit gratiæ, quâ ab ipſo exordio, & cùm primùm eſſe cœperunt, Deo fuerunt grati, familiares, amici, imò & filij per adoptionem; quia juſti, & ſancti per gratiam. Deditque inſuper corpus vividum, robuſtum, vitali ſucco vegetum, ſanitate benevalens, membrorum compage ritè ſtructum, ſenſuum perfectione abſolutum, eximia venuſtate præditum, nulli obnoxium

noxium vulneri, & dolori, aut ægritudini, & ab ipſo interitu immune; iiſdem adjunxit beneficium innocentiæ primigeniæ, ſeu ſpiritum liberum ſui juris, & arbitrij, cui appetitus omnes iraſcibiles, & concupiſcibiles ad nutum obſequebantur, omnéſque cupiditates obtemperabant, eóſque etiam collocavit in loco amœniſſimo in paradiſo recèns condito, in horto omnium florum, fructuúmque ubertate referto, ubi artificioſis ſpatiis diſpoſita erant nemora, plantaria, vireta, pomaria; ubi perpetuo vere ridebant flores, & honeſtæ omnes voluptates arridebant, eſſétque propterea hortus ille recèns implantatus, vivarium deliciarum, & paradiſus in terris amœniſſimè conditus; ubi aëris clementia, cœleſtis auræ placidiſſima temperies, terræ amœnitas, ac jugi virore læta humus, licèt nunquam ſuis autumnis, meſſibúſque caſſa fuiſſet, vérque perpetuum exhibuiſſet. Cúmque interno livore, ac arrodente invidiâ torqueretur cacodæmon, eò quia homines naturâ ſibi inferiores in tanta videret felicitate conſtitutos, & ad eas in cœlo ſedes implendas deſtinatos, à quibus fuerat ipſe cum Aſſeclis deturbatus; quò à tanta eum felicitate deijceret; ſerpentem animal in primis aſtutum, & ſagax ingreſſus, artibus ſibi notis eum effecit vocalem, licèt veriùs loqueretur ipſe cacodæmon ex ſerpentis gutture, quàm eloquentem conſtitueret anguem.

69. Indutus igitur hoſtis tartareus exuviis ſerpentinis anſam hominis perdendi per illas paradiſiacas delicias aucupabatur, & quia viderat Evam ſolam paradiſum perambulantem non longè ab arbore ipſi prohibita ſcientiæ boni, malique genitrice, ibi ſerpens in caudam erectus Evam alloquitur, quam, mira ſermonis illecebra ſibi devincit; & fucatâ eloquentiâ ejus ſibi captat benevolentiam, virúſque lethalis deſiderij excellendi humanum ſupra faſtigium inſtillat; utque gratiùs ſaperet dulcedine pleniſſimæ libertatis exhibet mixtum; pomum porrigit, quod, ut accipiat, ſuadet; ut guſtet, comedátque perſuadet. Mirum ſanè, quòd cum DEUS amplam in omnes arbores, plantáſque, facultatem dederit, & unam duntaxat ſibi arborem reſervaverit, quam Evæ prohibuit ad exercitium obedientiæ, & in teſtimonium obſequij; adeò audax Eva fuerit, ut ſerpentem non horruerit adire, nec cum eodem expaverit ſermones miſcere? quinimo, & ſiverit, ſe ab angue ſuaderi ad Numinis violandum præceptum, auſúque temerario manum extenderit, pomum carpſerit, ori admoverit; dente momorderit, ac degluticum in ſtomachum demiſerit. *Tullit de fructu illius, & comedit; dedítque viro ſuo, qui comedit.* *Gen. 3. v. 6.*

70. Riſit procul dubio, tunc cacodæmon, quòd ob exiguum cibum homines à ſua deturbaverit felicitate, & in imum detruſerit ærumnarum; riſit certè, cùm vidit poſt pomi eſum Protoparentes noſtros receſſus quærere ſylvarum; plantarúmque folia congerere, quibus propriam obtegerent nuditatem, cooperirent ignominiam; eos certè exſibilavit, cum ſpoliatos vidit habitibus ſupernaturalibus gratiarum, & à ſtatu dejectos innocentiæ. Sed miſertus eorum DEUS, voce humaniſſima acceſivit ad ſe Adamum, *Adam ubi es?* tunc timor Adamum, & Evam cœpit; ambo trepidant, totóque corpore contremiſcunt, & præ timore patrocinium inquirunt receſſuum, ac latebrarum: *audivi*, reſpondet Adam Deo eum vocanti, *vocem tuam in paradiſo, & timui*, mirum ſanè quòd Eva trepidet, paveat, totóque corpore contremiſcat ad vocem DEI compellentis accedere, cùm tamen non timuerit ſerpentis vocem, nec expaverit, cùm ipſo ſermones miſcere; ſed audax, & intrepida ipſum adierit, ipſúmque loquentem audierit? Quid? quod Eva audax accedat ad ſerpentem loquentem; & timore correpta à Deo recedat voce humaniſſima eam vocante? nimirum adivit audax, & intrepida ſerpentem, eúmque audivit loquentem, & allicientem, quia ab ipſo ad violationem divini præcepti, ad eſum pomi vetiti vocabatur, invitabatur, alliciebatur: receſſit verò trepida, & pavida à Deo vocante, quia tunc ad reſipiſcendum ad exercitium virtutis vocabatur; ideóque timuit, cum potiùs debuiſſet ſtatim audax acceſſiſſe, & ſerpentem ſibi eſum pomi vetiti ſuadentem extimuiſſe; & ab eodem receſſiſſe, exclamat Chryſologus. *O ſi manus tangens inconceſſa tremuiſſet.* *Serm. 74.*

71. Ecce etiam noſtri Protoparentes in ipſo mundi exordio, in paradiſo voluptatis, in ſtatu innocentiæ, audaces fuêre, ut in ſcelus proruerent; & pavidi, ac trementes ad Dei vocem, ad reſipiſcendum, & virtutem exercendam; qui excuſſo timore auſi fuêre ad ſuaſionem ſerpentis Dei præceptum transgredi; poſtea omni expunctâ laudabili audaciâ Medico volente ſanare, vulnerique inflicto mederi verentur accedere: timore correpti receſſus quæritant, & latebras ad vocem Dei invitantis ad virtutum exercitia; qui auſu temerario, audaciâ inſoleſcente ſerpentem adierunt ſcelus, & præcepti transgreſſionem eis ſuadentem. Appoſitè ad rem noſtram ait Baſilius Seleucienſis. *Terrore perculſi ſe ipſos transgreſſionis accuſatores, ac teſtes exhibentes exilio ſuo ſuffragantur; Deus verò territans inceſſu ſtrepente compellit humaniſſimè.* Quamvis Deus humaniſ- *Orat. 3.*

maniſſimè eos poſt violatum præceptum compellat ad ipſum accedere, timore anguntur, & detrectant vulnerati ad Medicum accedere, qui audaces ad carpendum pomum ad violandum Dei præceptum fuerunt. Ita eſt, & nos Adæ poſteri jure hæreditario hanc ſortimur conditionem, quâ audaces proruimus in ſcelus, & pavidi ad exercitia properamus virtutum.

Redivivus jam ſurrexerat è tumulo Chriſtus, ne ampliùs probrum ſterilitatis infœcundæ objiceremus telluri dolorum Ma-
72 tri, cum mortuorum pepererit primogenitum, quò mors non tantos ampliùs nobis timores incuteret, eámque mitiorem diſceremus impoſterum ſperare; tunc Angelus blandimento ornatus candoris, licèt mulieres demulceret, quas alloquebatur, & ad videndum Chriſti ſepulchrum invitaret; eas deprehendit timore præoccupatas, & trepidantes approximare ſepulchro, opúſque propterea fuerit Angelo, & candoris blandimento, & verborum lenocinio timorem ſedare, pavorem excutere: *Reſpondens autem Angelus dixit mulieribus: nolite timere vos.* Quid?
Matth. 28. v. 5. quòd mulieres timuerint ad Chriſti ſepulchrum accedentes, cùm Phariſæi audacter cucurrerint ad Chriſti tumulum luſtrandum? nimirum audaces advolant, quia ad veritatem reſurrectionis iniquis artibus tumulandam auſu currunt temerario; id eſt audaces proruunt in ſcelus: mulieres verò, quia ad Gloriam reſurrectionis promendam acceſſerant, timore corripiuntur, & pavore arcentur: audaces ſunt Phariſæi, & feſtinato greſſu ſepulchrum adeunt veritatem tumulaturi reſurrectionis; cum mulieres pavidæ, & trementes accedant gloriam teſtificaturæ reſurrectionis. Quam audacter igitur proruunt in ſcelus homines, & quàm pavidè ad ſtudia accedunt virtutis! ſcitè Chryſologus: *Hinc eſt*, ait, *quòd Angelus percellit impios, pios alloquitur, & ſolatur: nolite timere vos, hoc eſt illi timeant, quæ-*
Ser. 75. *rentes non timeant, timeant perſequentes*, cùm potiùs debuiſſent Phariſæi perſequentes expaveſcere divinæ Nemeſis punitionem; & mulieres quærentes potiùs debuiſſent audere cum ad promendam gloriam reſurrectionis properarent: illi tamen perſequentes audent; & iſtæ quærentes timent. Angelus igitur frœnum utrique affectui injecturus, ſatagit, ut nec quærentes timeant, nec perſequentes audeant.

Hi ſunt ſeculi mores, ut homines ad delinquendum inveniantur intrepidi, & ad obſequendum virtuti timidi, & trementes.
73 Siti acriore æſtuabat David, innuitque deſiderium bibendi latices fontis cujuſdam, è quo haurire perdifficile tunc erat, eò quia per conſertos hoſtium cuneos eſſet irrumpendum, & hoſtilia caſtra penetranda, quò ad fontem deveniretur, & concupita a Davide aqua hauriretur. Sed ea fuit trium militum audacia, ut neglectis vitæ periculis, auſu temerario hoſtium caſtra penetraverint, obvios quoſque vel proſtrârunt vulneratos, vel ad fugam coegêre, donec ad fontem pervenirent: *Irruperunt tres fortes caſtra Philiſthinorum, & hauſerunt aquam.* Tametſi centena imminerent vitæ pericula in hoſtium cuneis penetrandis, & ad obvios quoſque ar- 2. Reg. c. 23. v. 16.
cendos; audaciâ tamen ſtimulati in hoſtilia caſtra irruperunt, intrepidi tranſierunt, & concupitam aquam Davidi attulêre; audax ſanè facinus audaciæ dandum temerariæ! ſed ſi tres hos milites redarguuntur audaciæ; timiditatis nota inuritur Jetherus, qui juſſus à Domino hoſtes occidere timuit: *Non eduxit gladium: timebat enim.* Sed quid cauſæ? quod cùm tantam miremur audaciam in tribus illis militibus, tantam in Jethero deprehendamus timiditatem, cùm auſus Judic. 8. v. 20.
ipſe non fuerit gladium de vagina educere, ob timorem, quo tenebatur? cauſa diſcriminis diverſitas fuit materiæ, circa quam verſabantur audacia, & timor: milites ideo audaces in caſtra irruêre hoſtilia, quia Principis ſiti adnitebantur adulari, & ſpe alliciebantur alicujus humani favoris: Jetherus vero idem timuit, quia pro religione tuenda debuit & gladium educere, & vires ſuas exerere: ad obſequia igitur religionis depromenda contremiſcit Jetherus, cujus præcordia palpitant, membra vacillant, oculi caligant, frons turbatur, color vultûs langueſcit, ſuperveniens pallor os, & genas tingit, & tremor artus omnes occupat. Secus quia tres milites honores, & præmia ambiebant ad deliria ambitionis perniciſſimi evolârunt, vitæ diſcrimina contempſerunt, hoſtium cuneos temerarij penetrârunt, & quæ non fuiſſent auſi pro exercitio virtutis, & timuiſſent aggredi; id in obſequium ambitionis adoriri non expaveſcunt; huc accerſendus Joſephus Hebræus: *Cum audiviſſent iſti tres viri*, ait ipſe, *erumpentes per medios hoſtes venerunt in Bethelem, & haurientes aquam per inimica caſtra reverſi ſunt ad Regem obſtu-* Lib. 7. antiq.
peſcentibus Paleſtinis fiduciam, & magnitudi- cap. 12.
nem eorum, qui ſic eos contemnebant: diverſitas igitur materiæ diſcrepantiam illam excitavit affectuum ad virtutis præſtanda obſequia: trepidavit Jetherus, & interno correptus timore non fuit auſus gladium educere, ſuas in hoſtes vires exerere: ad obſequendum verò vitio ambitionis ad gloriolam captandam vanitatis, audent tres illi milites in hoſtium cuneos irrumpere, & hoſtilia caſtra penetrare.

§. IX.

Dignitati inhiantibus plerunque audacia ſuffragatur; & non meritorum dignitas gradum præripit honoris, ſed intruſionis pertinacia.

74. PLeriſque dignitates exambientibus, audacia ſuffragatur, quâ licèt meritis deſtituti ad gradus inſcendunt altiores: eâ enim pertinaciâ dignitatem exambiunt, eò temerario auſu inſtant, ut muſcis moleſtiores, ſemel, & iterum expulſi, adhuc revertantur, & ut audaciâ pollent, nil formidant; ſicut ambitione inflantur, omnia tentant, quô fit, ut nonnunquam ad dignitatem aliqui efferantur non meritorum ſuffragijs, ſed ambitionis moleſtijs, & audaciæ temeritate: & tunc honoris gradum præripit, non meritorum dignitas, ſed intruſionis pertinacia; non virtutis prærogativa, ſed ambitionis moleſtia. Nil præclari egerat Thola, qui tamen ordini aſciſcitur Judicum, recenſetúrque inter Judices populi:
Judic. c. 10. *Judicavit Iſraelem viginti, & tribus annis, mortuúsque eſt.* Obſervat Cajetanus, nullum præclarè geſtum exprimi, quod à Thola prodierit, & nihilominus ait ipſe: *Inter Judices ſupputatur: nullum præclarè geſtum ab hoc recitatur.* Quòd ſi quæras, qua arte hanc ſibi dignitatem comparaverit, reſpondent Interpretes, non alio titulo, quàm intruſionis, nec alio merito, quàm ambitionis fuiſſe Tholam Judicibus adſcitum; ait ſacer textus: *poſt Abimelech ſurrexit Dux in Iſrael Thola*, non dicitur Thola à Deo miſſus, nec à populo electus, ſed ſacer textus ait, eum ſurrexiſſe, quo inde conjiciamus, non tam meritorum ſuffragio elatum ad Judicis dignitatem fuiſſe, quàm arte doloſa, patrocinante vitio ambitionis, ait Cajetanus: Not*anter dicitur, quod ſurrexerit ad differentiam miſſorum à Deo, & electorum à populo: nec deſcribitur modus, quo ambivit officium Judicis*, quia enim ſe ingeſſit impudenter audendo, ideo nec à Deo dicitur miſſus, nec à populo electus.

75. Imperabat Moabitis Balacus, & quia plus præſidij in magicis incantationibus, quàm in militari apparatu, viribúſque bellicis repoſuerat, ex Meſopotamia ad ſe acceſſivit Balaamom Ariolum id temporis celebrem, carminibúſque potentem, cujus operâ hoſtes proſterneret, & victoriam obtineret incruentam, quam ſe proprijs reportaturum armis deſperaverat. Propoſita à Balaci Legatis fuère Balaamo ampla munera, plura auri, argentique pondera, dummodo execrationibus, ac deteſtationibus, ſeu vi magica Hebtæos deleret cruenta clade, vel ſaltem procul à Moabitis abigeret. Allexère promiſſa munera Balaamum, quem & in vota flexère Balaci, ut non ægrè legatos ſequeretur. Sed in ipſa profectione objecit ſe Balaamo cœleſtis genius, qui diſtricto gladio viam intercluſit, prohibuitque jumento, quo Ariolator vehebatur, ulteriùs pergere; erat aſina, quæ Angelum cùm vidiſſet exerto gladio minitantem, ſemel & iterum declinavit à via, quam dum Ariolator inſeſſor repetitis urſiſſet verberibus, ac fategiſſet in rectam reducere ſemitam, illa anguſtijs preſſa, geminas inter macerias, cùm videret hinc obſtare Angelum cum mucrone fulgurantem, & illinc callem in arctum compellere ad murum inſedentis pedem attrivit: ſed ferociùs inde pulſata verberibus ſub plagis concidit, & tunc cœpit Ariolator inclementiùs in aſinam furere, ejúſque latera validiùs fuſte tundere. Prohibuit enim Deus iter Balaamo: *Noli ire cum eis, neque maledicas populo, quia benedictus eſt*, paruit Num. 22. v. 12.
Balaam licèt invitus, & legatos remiſit: ſed Balacus repulſam non paſſus à cœptis non deſtitit, ſed iteratis precibus, largioribúſque munerum ſponſionibus, promiſſis etiam honoribus, & dignitatibus ſtuduit Ariolum in ſua vota flectere, ejúſque cupiditatem, & ambitionem inflammare, & licèt Balaamo qualis eſſet Dei voluntas innotuiſſet, adhuc tamen iterum Balaci recepit legatos, quos & audivit, juſſitque paululum expectare, donec iterum Deum conſuleret. *Obſecro* Num. 22. v. 19.
ut hic maneatis etiam hac nocte, ut ſcire queam quid mihi rurſum reſpondeat Dominus, & tunc facultatem obtinuit ad Balacum accedendi, cùm priùs de non gradiendo imperium ſuſcepiſſet: *Si vocare te venerint ho-* Num. 22. v. 20.
mines iſti, ſurge, & vade cum eis, ita duntaxat, ut quòd tibi præcepero, facias.

Quærit Hugo Cardinalis, cur Bala- 76.
mus fuerit nunc ire permiſſus, cùm antea ne iret ad Balacum, fuerat ab ipſo Deo monitus; & cauſam impertitæ facultatis in audacem refundit pertinaciam, quâ inſtitit Balaamus Deum rogare, ac urgere; adeò ut audaci importunitate licentiam ad Balacum accedendi extorſerit, atque ſi fas dicere eſſet, quaſi ceſſiſſet Deus importunis, ac moleſtiſſimis auſibus Balaami; ait Hugo: *Moleſtus eſt Deo Balaam, qui & improbè extorquet permitti ſibi, ut eat.* Allexerant Ariolatorem promiſſa auri, argentique munera, imò & fortiùs honores & dignitates, ad quas ſpetabat promoveri: quia igitur ambitione tumidus, dignitatibus cupiebat à Balaco inſigniri, & honoribus condecorari; ideo audax DEUM urſit, donec facultatem extorqueret: quia audacia præeunte vitia omnia tentat, & moleſtijs ipſis Deum impetit, ac improbè extorquet, ad quod audacia impellit, ait Hugo: *improbè extorquet permitti ſibi ut eat*, hoc eſt, non impetrat facultatem, ſed extorquet: extorquere autem aliquid eſt, prævia violentia illud ad ſe trahere.

In-

77. Interim hærebat Balacus ſpem inter & timorem, num ariolator eſſet venturus, & cùm de proximo ejus fuiſſet adventu monitus ei obviavit in ipſis fermè ſuis finibus, & quo potuit lautiſſimo apparatu diu concupitum excepit hoſpitem, quem & aureis oneravit promiſſis, rogavitque enixim, quò carmen componeret in execrationem, ac internecionem Hebræorum, & ad id fuerunt aræ excitatæ, ignes accenſi, victimæ immolatæ idolo Baali, & quidem in ijs montium faſtigijs, unde proſpectus in caſtra patebat Iſraelitarum, & nil deerat, niſi ut gens Hebræa ultimo deleretur exitio. Verùm DEUS Balaami linguam, mentémque impulit, ut prorſus contraria loqueretur, quæ Balaco minimè arriderent: non excidium prædixit Hebraicæ gentis, ſed de futura Hebræorum felicitate cum vaticinijs à DEO ſuggeſtis deprompſit; Chriſtum etiam prænuntiavit inſtar ſtellæ matutinæ ex Hebraica gente
Num. c. 24. v. 17. oriturum: *Orietur ſtella ex Jacob, & conſurget virga de Iſrael, & percutiet Duces Moab, vaſtabítque omnes filios Seth.*

78. Sed ariolator adhuc ne ſperatis excideret muneribus, aliam inijt viam, quâ votis annueret Balaci, & genti noceret Hebraicæ; cui cum per auguria, & divinationes non valeret maleficium inferre; conſilium dedit Balaco, quatenus per mulieres Moabiticas, & Madianitidas, quæ cæteris erant venuſtiores, & formâ corporis præſtantiores, ad amorem Hebræos priùs, deinde ad Beelphegoris idoli cultum pellicerent; ita futurum, ut ſuo ſe laqueo irretirent, & iram Numinis irritarent cujus deſtituti præſidio faciliùs eſſent cruenta clade proſternendi. En in quot flagitia, in qualia enormia ſcelera audax ambitio Ariolatorem pertraxit: audaciſſimus fuit in urgenda aſina prohibente profectionem cœleſti genio, in rogando Deum precibus iteratis, & veluti moleſtijs afficiendo, donec facultatem extorqueret, ad Balacum accedendi, ad quem ambitio, & avaritia ſeu munerum cupiditas, & honorum, ac dignitatum deſiderium trahebant: ſed in ſcelus cæteris enormiùs audacia etiam Balaamum impulit, cùm ſuaſit Balaco per mulieres Moabiticas, & Madianitidas Hebraicam gentem ad impuros, profanóſque amores accendere, & inde ad cultum pellicere idolorum, ut Numen irritarent, & ejus præſidio deſtituti faciliùs cruenta clade delerentur. Quid non mortalia cogit pectora audacia, & auri cupiditas, unde minatur D. Jacobus in ſua Epiſtola: *Væ illis, quia in via Cain abierunt, & errore Baalam mercede effuſi ſunt.* Via Caini Dei eſt contemptus, invidia, homicidium, hæreſis, atheismus, deſperatio, damnatio; Balaamum verò ſequuntur, qui toti projecti ſunt in lucrum, qui audaciâ trahuntur in ſcelera: hi ſi quidem in maledicta, & impia conſilia ſe effundunt, ut ſacra, & profana permiſceant, turpique invecta confuſione omnia ſus, déque vertant: qui enim audaciâ ducuntur; nonniſi in ſcelera proruunt non ſine Reipublicæ pernicie.

Idque fuit experta Hebræorum Res- 79.
publica calamitatum concuſſa vorticibus, exitialis procellæ quaſſata fluctibus, cui ut DEUS conſuleret, & aliquo eam ſolatio conſolaretur, ſacerdotem ei conceſſit virtutum cultura eximium, omni ſanctitate excultum, & pietatis ornatu inſignem: Luc. cap. 1. v. 5.
Fuit in diebus Herodis Regis Judææ Sacerdos quidam nomine Zacharias. Quid? quòd Herodes Regia fit dignitate inſignitus: *fuit in diebus Herodis Regis Judææ?* quâ viâ Herodes ad Thronum conſcendit Judææ? conſtat, enim ex Judæa non fuiſſe ſtirpe prognatum; conſtat legitimo non fuiſſe ventre exortum, & tamen regali murice ſplenduit ornatus, & in Throno Judææ radiavit diademate coronatus: doloſa ne arte? an potiùs congeſtis meritis ſibi ad ſceptrum Judææ viam adaperuit? ſi veram cupis cauſam ſcire aſcenſûs Herodis ad Thronum Judææ eam ſuggerit Chryſologus *Serm. 86.* ubi pro meritis temeritatem aſſignat, cœcámque audaciſſimæ ambitionis cupiditatem, adeo ut fulſerit dignitate, non virtute partâ, ſed pertinaciâ acquiſita; non meritorum congeſſione, ſed ambitionis acceſſione
ſcitè Chryſologus: *Uſque ad Herodem* Serm. 1. &.
Judaicæ gentis ſacerdotalis ſanctitas, ſenum gravitas, patrum pietas præſidebat: jus erat lux divina, ambitio nil ſibi, nil temeritas, præſumptio nil valebat: quia gerebatur totum divino ordine, non humano: ſed Herodes veniens ex gente aliena invaſit Regnum, violavit Sacerdotium, confudit ordinem, mutavit mores, ſprevit ſenes, infecit juvenes, tribus miſcuit, delevit ſtemmata, corrupit genus, tulit quidquid erat, & humanæ, & divinæ fundictùs diſciplinæ. Quamdiu ambitio, & audacia Reges non ſtimulârunt Judaicæ gentis, florebat ſanctitas, exculta virebat virtus, ardens charitas ſplendebat, lex erat lux divina; ſed ubi audacia Herodem ad Thronum illum evexit, omnia ſus deque evertit, ſtudia virtutum abegit, culturam pietatis inhibuit, Sacerdotium temeravit, ſacros ordines confudit, mores corrupit, ſanctitatem delevit, & quidquid divinæ, ac humanæ diſciplinæ germinaverat, funditus eradicavit: hæc fuerunt Herodis merita, quæ auſu temerario per patrata ſcelera, legéſque conculcatas ad Thronum Judææ illum evexerunt: cùm primùm Regnum invaſit audax temeritas, om-

nia

nia confuſa, ac inordinata fuerunt, & illicò everſa, & ſacra profanis immixta. Nec uni duntaxat Herodi anteactis ſæculis profuit audacia, ad dignitatem conſequendam; prolixus nimis eſſet cathalogus, ſi eos omnes vellem recenſere, quos audacia ad regale Thronum evexit in perniciem, excidiúmque populorum.

§. X.

Ea laborant audaces cæcitate, ut quo tempore vitiis indulgent; ſuppetias ſibi dari expoſcant à DEO, quem ſceleribus laceſſunt.

80. SUnt etiam, qui divinâ abutentes clementiâ audaciores fiunt, & vitijs indulgentes DEUM cupiunt ſortiri opitulantem. *Turpiſſima vota*, ait Seneca:
Epiſt. 10. *Dijs inſuſurrant*: & adſerens cauſam, ait idem
Epiſt. 116. Stoicus: *Nullum vitium eſt ſine patrocinio*, Idque cauſæ, cur peccatores ut vitium colant patrocinium anhelent, & quidem ea cæcitate, auſúque temerario, ut ab ipſo DEO pro indulgentia vitiorum favorem expetant patrocinij. In id ruerunt amentiæ hi audaces, ut vel eo tempore, quo pro vitijs fuêre ſuffragati, ſuppetias ſibi dari à DEO, quem ſceleribus laceſſebant, expoſcerent. Jeroboamus ſacrilega manu auſus fuerat religionem evertere avitam, ut per acceſſitum idolorum cultum auſu temerario Regni ſui fundamenta ſtabiliret; & quaſi parum fuerit idolis vaniſſimis inſervijſſe, etiam in DEI Prophetam auſus fuit manus injicere violentas: ſed nervi illicò ſolvuntur, & pœna audacis extenſionis, quâ manum in Prophetam injecit, ipſa fuit extenſionis perſeverantia: *Exa-*
3. Reg. c. 13. v. 4. *ruit manus ejus, quam extenderat contra eum, nec valuit retrahere eam ad ſe*: tunc enixim Prophetæ ſupplicat, velit à DEO priſtinam ei ſanitatem impetrare. *Et ait Rex ad virum DEI: Deprecare faciem Domini DEI tui, & ora pro me, ut reſtituatur manus mea mihi.* Non dixit Jeroboamus deprecare faciem Domini DEI mei, ſed Domini DEI tui: ipſa enim exceptione Numinis inficiatur divinitatem, dum anxius Prophetam rogat, ut velit ſuo Numini ſupplicare, cujus ope priſtinæ reſtituatur ſanitati. Ecce quàm temerè audet Jeroboamus, & in quale ſcelus eum pertrahit audacia? Prophetæ ſupplicat, ut DEUM roget, cui nullum ipſe cultum exhibet, quem non fatetur DEUM ſuum eſſe, cùm dicat: *deprecare faciem Domini DEI tui*, cupit priſtinæ reſtitui ſanitati eam dexteram, quæ falſis Numinibus, execrandis idolis, deteſtandum offert ſuffitum; quónam temerario auſu petit eam reſtitui manum ſanitati, quæ thus adolet, quo veri Numinis cultum, & à quo ſanitatem expoſcit, delere nititur? quia nimirum hæc eſt audax hominum ſtultitia Numini ſupplicare, ut velit opitulari, cui per patratum ſcelus injuria infertur, ait Theodoretus: *Cùm eſſet autem Quæſt. 40.
dacter ſtultus ſupplex rogavit Prophetam, ut ſibi ei peteret ab eo, qui miſerat non ſceleris remiſſionem; ſed manûs curationem.*

81. Jeroboamus DEUM ignorabat, ne ipſum coleret; quem tamen ſciebat, ut ſanitatem impetraret: ſciebat ab Idolis exhiberi ſanitatem non poſſe; & nihilominus adeo eorundem cultui addictus erat, ut ad DEUM non erubuerit, & quidem auſu temerario pro ſanitate impetranda, clamare: cùm enim ad thura adolenda, idolisque exhibenda, neceſſaria eſſet dextera, quâ poſſet uti; ideo verum Deum voluit quidem ſalutis habere impertitorem, ſed ab idolis noluit eſſe deſertorem, quibus ut famularetur, ac thura adoleret ſanitatem à verò Numine per Prophetam concupivit ſibi impetrari: & hoc eſt DEUM non in vota ſua flectere, ſed acriùs irritare, & promeritas ab eo pœnas expoſcere. Ad fovendam audaciam clementiâ Numinis abuti, eſt promerita ſibi maturare ſupplicia: qui divinam ſentit clementiam, Numinis beneficium non detorqueat ad ſuffragium impudentiæ; Appoſite Tertullianus: *Plerique nau-* Lib. de pudic.
fragio liberati, exinde repudium, & navi, cap. 7.
& mari dicunt, & DEI beneficium, ſalutem ſuam ſcilicet, memoriâ periculi honorant. Laudo timorem, diligo verecundiam; nolunt iterum divinæ miſericordiæ oneri eſſe, formidant videri inculcare, quod conſecuti ſunt. Bona certè ſollicitudine iterum experiri vitant, quod ſemel didicerunt timere: ita modus temeritatis teſtatio eſt timoris; timor autem hominis DEI honor eſt. Qui fluxos procelloſi pelagi trajecit tractus, & exagitatæ navis periculo naufragij evaſit diſcrimen, & portum appulit; ſi poſtea ſapit declinati periculi memoriâ deſiderium compeſcit iterum enavigandi, & temerario cuique auſui frœnum injicit, quo cupiditatem compeſcat; & iterum navim conſcendere, & fluctus trajicere infidos, maris vortices experiri notâ redarguit audaciæ. Quòd ſi is felix, quem faciunt aliena pericula cautum; is felicior, qui à proprijs diſcriminibus edoctus, quod ſemel expertus ſibi noxium eſt, effugere nititur, ne quid pejus illi contingat.

In gravius trahitur audacia ſcelus ſi in templo, locóque ſacro inſoleſcat; quæ in foro exigua habetur noxa, eadem in Regio patrata palatio coram Procerum 82.

mul-

multitudine, ac Rege præſente graviſſima
eſt culpa ob loci, Principis, ac Procerum
contemptum, & quia ubi graviùs pecca-
tur, ibi ſcelus ſeverius etiam punitur, cùm
deceat, Principum palatijs debitam exhiberi
reverentiam: à fortiori templis, locíſ-
que ſacris, quæ DEO ſunt dicata, ſpeciali
cultu vult Numen à creaturis honorari,
Quæſt. natur. cap. 30. quapropter Ariſtoteles apud Senecam ait:
*Nunquam nos verecundiores eſſe debere,
quàm cùm de Dijs agitur: intramus tem-
pla compoſiti ad ſacrificium acceſſuri, vul-
tum ſubmittimus, togam adducimus, & in
omne argumentum modeſtiæ fingimur.* Quæ
DEI ſunt loca, & templa ſacra quandam
ſpecialiùs exhalant divinitatem, & ipſa
ſtructura, & ſacra ſupellex, quandam præ-
ſeferunt formam, à populari, & prophana
diſtinctam, quandam reconciliantem vene-
rationem, quæ templa ingredientes ad de-
jiciendos in humum oculos, vultum ſub-
mittendum, totúmque corpus componen-
dum ad ſummam non ſolùm modeſtiam,
ſed & ſanctitatem adigit: hinc D. Hie-
ronymus, ſi prava aliqua fuiſſet nocte co-
gitatio in mente etiam ipſo inviro, & re-
pugnante excitata, nocturnúmque phan
taſma eum deluſiſſet, Martyrum Baſilicas
intrare matutino tempore non fuiſſet auſus,
niſi prius expiatus; & revera cùm locum
ſacrum deceat ſanctitudo; nil quod redo-
leat noxæ umbram admitti in ipſo de
bet: ſi nocturnum phantaſma dœmoniaca
deluſione dormientem corruperit; eun-
dem diurna Exhomologeſis priùs expiet;
quàm templum ingrediatur; quia non va-
cat noxa in templo, quod in foro nulla
eſt culpa, decet ſanctè ſancta tractari, &
DEUS graviùs punit, quoa culpa coinqui-
83. nat, dum ſacra peragunt, vel templo im-
morantur.

Refert Gregorius Turonenſis, Diaco-
num quendam mulieroſum ſacram Hiero-
thecam, in qua Venerabile Chriſti corpus
ſervabatur de more ad aram tuliſſe: ſed
indignatus virginis filius flagitioſiſſimis il-
lis tractari manibus, quæ nequitiam, &
multiplex ſcelus operatæ fuerant ipſa Hiero-
theca coram populi frequentia è ſacrilegis
ſe manibus ſubtraxit Diaconi, per aëra evo-
lavit, & divinitùs ad altare contendit,
perterrefactum, ac exanimem relinquens
Diaconum; cui rei ſingularis novitas, &
conſcientiæ vermis intus rodens, & tor-
quens horribilem metum injecit, quia non
patitur DEUS peccantis audaciam in tem-
plo inſoleſcere. Quòd ſi aulam ingreſſu-
rus Principis manus lavat, ſi fortè ſordes
contraxerant, & vultum; veſtémque in-
duit elegantiorem, quam habet, & ſtudet,
ea tantùm ſecum habere, quibus oculis
placeat Principis; quantò mundiores de-
bemus templa ingredi, & omnia priùs abi-
gere, quæ poſſent diſplicere. Superioris

dignitatem teſtatur, qui ejus domum non-
niſi compoſitus ingreditur: quinimò e-
tiam leviſſima irreverentiæ nota gravi per-
ſæpe vindicatur ſupplicio: ait Valerius Ma-
ximus: *creditum eſt, Varronem conſulem* Lib. de relig. cap. 76.
*apud Cannas cum Carthaginenſibus tam in-
feliciter dimicâſſe ob iram Junonis, quòd
cùm ludos circenſes ædilis faceret, in Jovis
optimi Maximi templo eximiâ facie puerum
Hiſtrionem ad excubias tenendas poſuiſſet,*
Tametſi delubrum illud divinitate caruiſ-
ſet; ſatis tamen fuit ad ſupplicium feren-
dum, pœnáſque luendas opinionem irrep-
ſiſſe divinitatis, & puerum modeſtiæ ex-
pertem, libidinis victimam templo ad ex-
cubias fuiſſe conſtitutum: quia Varro au-
ſus fuerat puerum Hiſtrionem ad templi
excubias agendas inducere, pœnas temerarij
auſûs dedit apud Cannas infeliciter caſus.
Ob neglectum Religionis, eò quia Varro
parvi penderat locum etiam falſo Numini
dicatum victus proſternitur: & ſui teme-
rarij auſûs noxam adigitur proprij exerci-
tûs cruore delere; quinimò ſcimus olim
notam ſubijſſe infamiæ, qui Numinum de-
lubris debitam non impenderet reveren-
tiam, & aliquid ibi indecori ageret, ait
Tertullianus contra Valentinianos. *Adi-* Cap. 1.
*tum priùs cruciant, diutiùs initiant, quàm
conſignant: cùm & portas ante quinquen-
nium inſtituunt, ut opinionem ſuſpendio co-
gnitionis ædificent, atque ita tantam maje-
ſtatem exhibere videantur, quantam præ-
ſtruxerunt cupiditatem.* Ex Tertulliano
liquet, Valentinianos templi ſui fores ini-
tiâſſe, ſiparia appendiſſe, & altum ingreſ-
ſuris injunxiſſe ſilentium, ut vel in ipſo
aditu totam adeſſe divinitatem crederent,
ſéque totos ad venerationem compone-
rent.

Quòd ſi deteſtandis delubris tanta im-
84. penditur reverentia, quanta non erit à
Chriſtianis veri Dei templis exhibenda? ſi
umbra ſomniatæ divinitatis tanta ab Ethni-
cis fiebat; quanti non erit cenſendus ve-
rus Sol divinitatis, qui ſub nube deliteſcit
Euchariſtiæ? Supplicia timeat, & exi-
tium, qui audet aliquid indecori ſacro pe-
ragere in templo; vel debitam locis Deo
ſacris denegare reverentiam: hoc ſuppli-
cium expertus fuit Eglon. Cùm is dura
inſuetâ Tyrannide DEI populum oppri-
meret, & non ſolùm per injuſta tributa
lanam tonderet, verùm etiam ſanguinem
eliceret, duriſque ſubigeret laboribus; Ao-
dus anſam ſumpſit liberandi DEI populum
à jugo octodecenni Moabitarum ex oblata
ſibi legatione, quam populi ſuſcipiebant ad
tributa, & munera Egloni Tyranno Moa-
bitarum deferenda: *Miſerunt filij Iſrael* Judic. 3.
per illum munera Eglon Regi Moab. Se- v. 16.
ceſſerat tunc Eglon ex Moabitide in agrum
Jerichontinum, ubi ex Jerichontis ruderi-
bus præmunitum conſtruxerat propugna-

culum, quod à Moyſe urbs palmarum dicitur, cùmque illuc veniſſet Aodus nomine Iſraelitici populi Legatus, cum familiari ſuo comitatu, & tributa ac munera tradidiſſet Egloni, ſuáque functus legatione domum reverteretur, ubi cùm ſocijs pervenit in Galgala urbem, ut religione olim inclytam, ita nunc idolorum ſimulacris ſylveſcentem ſacro percitus zelo, verique Numinis incenſus incitamento ſibi propoſuit, ſimulacra illa evertere; dimiſſiſque ſocijs, famuliſque ſolus ipſe cum puero pediſſequo ad Regem revertitur Eglonem, gladium inſidiarum vetus inſtrumentum clandeſtinè intra veſtes ſecum deferens, cúmque appuliſſet ad Mnabitarum Tyranni palatium petijt ad Eglonem intromitti, eò quia Bajulus eſſet ſecreti cujusdam magni momenti, & cum ſolo Rege communicandi, & illud neceſſitatem ipſi impoſuiſſe ad Regem revertendi, è medio itineris curſu. Non optimates tantùm, ſed & corporis ſui conſueti cuſtodes ſe ſe longiùs ſegregârunt, quàm conſuevíſſent, Regémque incuſtoditum dereliquerunt. Introductus Aodus, retroductiſque poſt ſe foribus exponit Regi, à Galgalorum delubris fuiſſe reverſum, ut arcanum communicaret, quod ad ejus caput pertineret: tunc Eglon ſurrexit è ſede, & Aodus ex illa corporis erectione votis ſuis occaſionem nactus, ſtantem Eglonem adoritur, & nudatum gladium tam valido impetu ejus ventri infigit, ut præter morem non mucro tantùm extremus, nec media ſola ferri lamina; ſed etiam capulus ipſe gladij pinguiſſimam penetraverit Eglonis alvum una cum parte ferientis manûs, cecidit tunc enectus Eglon, qui unà cum ſanguine animam etiam è vulnere evomuit: & Aodus relicto in vulnere ferro fugæ ſe dedit.

85. De Aodo ait Lyra, quòd zelo inflammatus Religionis, cum ante Eglonem tolerare decreviſſet, mox feſtinavit occidere, eò quia viderit ſacrum Galgalorum locum olim DEI Arcæ, ac tabernaculo dicatum, mox conſtructis idolis profanatum, & neglectu Religionis deturpatum; & id, cauſam fuiſſe ut in ſacri loci vindictam flamma exarderet indignationis, & Eglonem inflicto vulnere occideret: *Fecerat Eglon in contemptum loci ſacri &c.* Judic. 3. Ex hoc fuit ſtimulatus Aodus ad revertendum, ut interficeret Regem Eglonem: Aodus perſonam geſſit redemptoris impium Regem muneribus adornantis: ſed licet ſuſtinuerit impietatem Tyranni, non tamen pati potuit ſacri loci contemptum, eò quia locum Galgalorum olim Arcæ, & Tabernaculo dicatum Idolorum profanâſſet ſimulacris: *ex hoc fuit accenſus Aod ad revertendum, ut interficeret Regem Eglon*, eo quia auſus fuerat locum DEI Arcæ ſacrum contemnere, & idolorum profanare ſimulacris: *Fecerat Eglon in contemptum loci ſacri.* Eglon ſi nomen ſpectemus, imo & perſonam imaginem præſefert hominis abdomini indulgentis, ac ventri inſervientis, hoc enim nomen Palæſtinis idem ſonat, ac latinis vitulus, ſeu laſcivus, petulans, & ingluvie demerſus: Judic. 3. *Erat autem Eglon craſſus nimis*, ſed ſi corpore adipatus, & obeſus; mente eò fuit hebetior, quò ventre pinguior; rarò enim ventribus reſpondent ingenia, qui enim toti in patinis ſunt, vel in cyathis, vix cum Marte aliquid valent præclari agere, & minus cum Minerva, niſi valdè pingui, & D. Hieronymus Epiſt *ad Nepotianum* Epiſt 2. quandam apud Græcos refert paræmiam, quæ latinè ſonat *pinguis venter, non gignit mentem tenuem.* Aodus conſpecta multitudine idolorum in Galgalis, ſacróque inflammatus zelo deſiderium concepit divini honoris vindicandi, cui aſſerendo non dubitavit, ſe vitæ involvere periculo, & ſuum pro totius Reipublicæ ſalute caput in diſcrimen dare, ſed Tyrannum interfecit Mnabitarum, qui auſus fuerat locum DEI Arcæ ſacrum contemnere, & ſimulacris profanare idolorum: nimirum proprij ſupplicij eſt impius ſibi artifex: Prov. 22. *Qui ſeminat iniquitatem, metet mala; & virga iræ ſuæ conſummabitur*; revertitur in caput ſævitia, & plagas ſentiunt, qui plagarum fuêre Authores, idque experti fuerunt anteactis temporibus Attila, Totilia, Tamberlanes, qui audaci nomenclatura, ſe DEI flagella dixerunt. Non patitur Deus, loca ſibi ſacra ab impijs haberi contemptui, ſed omnem in ijsdem à nobis exigit reverentiam.

86. Revertebatur Jacob è ſocero ſuo Labano in patriam, cùm ei ſe objecerit cœleſtis luctator, & videns Jacobus neceſſitatem ſibi impoſitam congrediendi cùm adverſario calceatus deſcendit in arenam: *Ecce luctabatur cùm eo uſque mane.* Geneſ. 32. v 24. Verùm cum pecoris cuſtodiam ageret Moyſes ad radices Orebi Montis, qui pars eſt jugi Sinai, Rubum vidit flagrantem quidem, ſed non conflagrantem; flammis ſtipatum, ſed non flammis devoratum; cúmque deſiderio prodigij videndi teneretur, & cominus accederet, DEUS eum prohibuit calceatum propinquare, eíque injunxit ſumma cum reverentia in loco illo conſiſtere: *Solve calceamentum de pedibus tuis, locus enim, in quo ſtas terra ſancta eſt.* Jubetur Moyſes excalceatus accedere ad ſummam compoſitus modeſtiam, & reverentiam, ne mortem incurreret, ut notat Rupertus Abbas: *Moyſes tanquam comburendus appropinquare prohibetur, niſi ſolvat calceamentum de pedibus*, Sed cur jubetur Moyſes excal-

ceatus,

ceatus, & ad omnem compoſitus modeſtiam, ac reverentiam rubo approximari; cùm Jacobus calceatus in arenam deſcenderit congreſſurus cum ipſo DEO? & ea virium contenſione, ut manum manui conſerverit, & pedem pedi, totóque corpore, & membris vim fececerit adverſario, ſuóque Antagoniſtæ? Mors imminet Moyſi, ſi audeat calceatus accedere; & tamen Jacob cum DEO luctaturus calceatus in arenam deſcendit, & mortem non incurrit; diſcriminis cauſam ſuggerit S. Iſidorus apud Lippomanum, inquiens: *Moyſes excalceari jubetur, ne ad Eccleſiam, quæ in rubo ſignificabatur, quaſi ſponſus calceatus accederet.* Moyſi igitur periculum imminebat mortis incurrendæ, ſi calceatus terram illam acceſſiſſet, ubi rubus urebatur, ſed non comburebatur, quia in rubo illo Eccleſia delineabatur: & quia Moyſes calceatus, ſeu minùs reverenter tentaverat ad rubum accedere, periculum mortis incurrendæ ſubijt, ut inde conjiciamus, quanta debeatur locis ſacris reverentia, cum nonniſi excalceatus permittatur ad rubum accedere qui ſuæ flammæ ſplendore Eccleſiam adumbraverat. Quamvis Jacob calceatus, fuerit cum DEO luctatus, nullum tamen incurrit mortis periculum, & Moyſi ad Eccleſiam calceato accedenti mors imminet, quam, niſi calceos detrahat, ſéque ad ſummam modeſtiam, ac reverentiam componat, non evadit.

Tertullianus conferens Ethnicos fœdantes ſuorum Numinum templa cum 87.
Chriſtianis idola ſpernentibus, arbitratur, ſi falſis illis Ethnicorum Numinibus ira ineſſet plus in cultores ſuos exarſuros adorantes, quàm in Chriſtianos contemnentes. & evertentes, ait Tertullianus: *Cæterum ſi adjiciam, quæ non minus conſcientiæ omnium recognoſcunt, in templis adulteria componi, inter aras lenocinia tractari &c. Neſcio plus ne de vobis Dij veſtri, quàm de Chriſtianis querantur.* Licèt Chriſtiani, quibus veritas unius, & veri DEI innoteſcit, Idola gentium, ut figmenta futilia contemnant, imò etiam plerumque in cacabum, ollámque eorum cudant materiam, & Ethnici ſua putantes idola, quæ venerantur divinitate prædita; eorum tamen delubra lenocinijs coninquinant, adulterijs fœdant, laſcivijs conſpurcant: propterea ſi Ethnici, ait Tertullianus, ſuis ab idolis eſſent ſupplicia ſumpturi acriùs punirentur, eò quia magis irreverenter in templo egerint, quàm Chriſtiani, qui divinitatem negaverint: *plus de vobis Dij veſtri, quàm de Chriſtianis querantur.*

Apolog. c. 15.

DISSERTATIO XXVI.

Iræ Tyrannicus Affectus niſi coerceatur diſſidiorum eſt fomes, & excidium accerſit.

§. I.

Nullus eſt in homine Affectus irâ pernicioſior, quique fœdiùs hominem devenuſtet, quem ab homine ſtatim dejicit, & in Megeram turpi metamorphoſi mutat ab Erebo emerſam.

1. PRæ cæteris turbulentioribus in homine affectibus, nullus eſt irâ pernicioſior, nullus qui turpiùs hominem devenuſtet, inficiátque; reliqua vitia à ratione deficiunt, ira verò à ratione ſimul, & ſanitate deſciſcit; alij affectus ſuos habent acceſſus lenes, & incrementa fallentia; ſed ira cæco impetu hominem ab homine ſtatim dejicit, animúmque ab uſu præcipitat rationis; adeò ut nil ſit expeditiùs, quàm ut quisque ſuæ iraſcatur iracundiæ, ſi qualia ſint hujus furentis affectus lineamenta, perpenderit. Dixeris, hunc affectum non unam tantùm ex Erebo emerſam Megeram accenſas quaſſantem tœdas, ignésque ſpargentem exitiales, ſed & dœmonem ipſum, non à Deo immiſſum, ſed ſpontè aſſumptum: quia ſicut dœmon energumenos; ſic ira corpus immutat, & exagitat iraſcentis, ut in toto corpore nullum appareat hominis veſtigium; etenim cùm primùm homo irâ corripitur, ab homine dejicitur, & à ſana mente inſanus deficit, cæcóque impetu animi impotentis abripitur, & illicò apparent furiæ in vultu effrœnes; in convicia, contumelias, & verba incompoſita erumpit lingua; oculi igneſcentes, flammas ejaculantur; frementes crepitant dentes, ex livore ſpumat os, tremunt artus, titubant pedes, jactatur corpus, & in toto homine nonniſi fœda figura furiæ apparet debacchantis.

2. Quòd ſi duo ſibi ſimul iraſcantur, inde jactantur convicia, & non tot echones in locis deſertis voces reciprocant, ſicut iraſcentium mutuæ referuntur contumeliæ: hic objectat ganea, ille ſcorta; hic perfidiam, ille temulentiam; hic ferrum minatur, ille ut patibulo, ſuſpendio interimatur. Talis fuit Amanus, qui iraſcens Mardocheo ob ei denegata obſequia, quæ ſoli Deo debebantur, cruentam cædem molitus fuerat, quâ gentem totam deleret hebraicam. Intèr excubatores Artaxerxis prætorianos præ foribus Regij palatij aderat Mardocheus inſigni in Deum pietate, ac fide in Regem. Hic ex ſomnio ſibi oblato conjectans futuram tempeſtatem, ac procellam Hebrææ genti graviter incubituram, in id incubuit ſtudij, ut Eſther neptis caſtè, ac pudicè educaretur, ut ſi quà ſe offerret occaſio Regis gratiâ publico populi bono uteretur: & præ cæteris monitis illud inſtillavit, quò altiùs menti inhæreret, ut DEI, ſuique populi memor favores Regios, non ad privatam ambitionem, ſed ad communem Hebræi nominis referret ſalutem. Inter Artaxerxis Proceres primus aderat Amanus, uni duntaxat Regi ſecundus, vir ſuperbiâ elatus; ambitione tumidus, & arrogantia intolerabilis; genere erat Amalecita, tametſi maternam ſtirpem à Perſis traheret: & hic apud Aſſuerum omnia poterat; & à Rege Patris etiam nomine compellatus, quod cauſæ fuit, ut vecors excellendi libido hominem occuparet, & ad extorquenda ab hominibus obſequia, quæ ſoli DEO debentur, ſtimularet, excidiúmque comminaretur renuentibus eum cultum illi exhibere, qui ſoli præſtatur Deo.

3. Cúmque ad fores palatij Regij Amanus honorem, & cultum divinum homini elato, & vano præſtare recuſaret, iraſci illico cœpit Amanus, non Mardocheo tantùm, ſed univerſæ etiam Judaicæ ſtirpi, longè, latéque per ſingulas Perſici juris ditiones diffuſæ: ſed ira, quæ hominem ab humano dejecit conſilio in proprium

per-

pertraxit excidium. Extorſerat homo
irâ percitus à Rege edictum ſangninarium,
quod non ſolùm Suſia pendebat toti Ju-
dæorum genti fatale, verùm etiam per
omnem Perſiam, urbéſque omnes, &
oppida, feſtinabant Curſotes cum litteris
Regiis, qui decretoriam Hebræi no-
minis internecionem Magiſtratibus loci
cujusvis denuntiatent : ita eſt; plerumque
lenitas Principis ſcelera fovet Miniſtrorum,
& in hac luctuoſiſſima terum omnium de-
ſperatinee unicum ſupererat toti hebraicæ
genti in Eſthete præſidium. *Ut occiderent,
atque delerent omnes Judæos. Statimque in*
Eſther. 3. v. 14. *Suſam pependit edictum. Rege, & Amano
celebrante convivium.* Tunc Aman ſan-
guinem hebrææ gentis meditabatur effun-
dere, cum vina generoſiora in regio convivio
effundebat ipſe in ſtomachum temulentus;
ac non mitiora finxêre Poëtæ in theattis,
quàm Satrapæ fecetint in aula Artaxerxis?
Semel enim paſtos cadaveribus eqnos audi-
vimus in Orcheſtris; cùm in aula Artaxer-
xis jumeotum unum, ſeu Aman totius
Iſraëlis ſaginaretut excidio ; tunc lautius
epulabatur, cum ſæviùs hebræis iraſceba-
tur; flentibus enim Hebræis deſpumantes
& ira, & Baccho exiccabat calices Tiſipho
ne propinante. Pavonibus veſcebatur non
ut pictam duntaxat, fictámque caudæ pom-
pam, ſeu ſuæ dignitatis poteſtatem expli-
caret; verùm & ut in vulturem converſus
ungues exacueret, quibus innocentes he-
bræorum columbas diſcerperet; in melle
virus excoquebat, ſecures in placentis cu-
debat, vinum perpntabat ſpe ſanguinis ebi-
bendi, & ad id inſanæ crudelitatis Amanum
pertraxit ira, quâ in Mardocheum totám-
que hebræorum gentem exatſerat, ut ro-
gos deſignaret in patinia, roſtra pararet
in menſa, ſupplicia excogitaret in deliciis;
lambebat in illecebris lanienam, ligurie-
bat cæſorum ſaniem in bellariis. *Pepen-*
Eſther. 8. *dit edictum Rege, & Aman celebrante con-
vivium, & cunctis Judæis, qui in urbe
erant flentibus.* Non Pincetnas Amanus
reſpiciebat, ſed litores; nnn ſitim cyatho
reſtinguebat, ſed rabiem proritabat, &
furorem ſanguine Hebræorum mox fun-
dendo fovebat. Sed ira Amani Hebraici
ſanguinis ſitiens proprium accerſivit exci-
dium.

4. In hoc Judææ gentis diſcrimine Eſther
poſt triduanas preces, & corporis afflicta-
tiones, priſtina reſumpta oris venuſtate,
veſtiúmque ornatu ſplendidiſſimo Regem
adivit, ad quam Rex in ſignum benevolen-
tiæ oculum virgæ aureæ direxit; & captus
blandâ ſermonis ſuadâ eò devenit comitatis,
ut invitatus ad epulum ab ea apparandum
condiceret, convivam ſe velle Amanum.
Cúmque Rex noctem duxiſſet inſomnem
juſſit ſuorum ſibi geſtorum hiſtoriam per-
legi, didicitque ex ea capiti ſuo per Eunu-
chos inſidias fuiſſe ſtructas, & indice Mar-
docheo detectas nulla relata in benemeren-
tem, vel gratiâ, vel præmio. Adfuit
ſolito maturiòr regiæ Amanus, qui jam
patibulum erexerat, quo violentâ morte
deleret Mardocheum, de quo tamen pro-
movendo ad honores Rex tunc cogitabat:
accerſitum itaque Amanum interrogavit,
quonám eſſet honoris genere condecoran-
dus homo, quem Rex percuperet ſingula-
riter honorare, cúmque ambitio Amano
ſuggereret, id totum ad ſuæ incrementa di-
gnitatis pertinere, conſilium dedit, non
tam ſuo plenum ignominia, quam Mar-
dochei cumulatum gloriâ, dicens: ſi vis Rex
hominem præclare de te, tuóque regno me-
ritum ſingulari inſignire honore, fac ut
regio indutus ornatu vehatur equo, qui te
inſeſſorem deceat, ac circumducatur per
urbem, ac tenente frænum Satraparum
Principe, inſtárque præconis præclamante:
Sic honorabitur quemcunque voluerit Rex Eſther. 6. 1
honorare.

Annuit Artaxerxes Amani conſilio; 5.
juſſitque Mardocheum in modum Regis
indutum, & diademate, ac aureo torque
fulgentem equo inſidere regio præeunte
Amano, & præconem agente juxta conſi-
lium, quod Regi dederat. Illiſit tunc
Amani tumor in cultri aciem, & cute
diſtupta detumuit, ſpiritus enim ambitio-
nis ſervile obſequium extorſêre. Mardo-
cheus igitur cui Amanus iraſcebatur ad in-
ternecionem regia veſtitus purpurâ equo
inſedit regio, cui à pedibus fuit Amanus
non aliâ indutus purpura, quàm proprio pu-
dore: quot enim erant ſpectantium oculi, to-
tidem illi fuerunt ludibria; quot ſpectantes,
tot tela, quibus confoſſa ambitio proſtrata
jacuit: re peractâ adhuc Amanus ultionis
tabeſcens deſiderio, & irâ exardeſcens te-
triori in Mardocheum, totámque hebrai-
cam gentem, proripuit ſe domum operto
capite ſolem ipſum erubeſcens, & ab ac-
cerſitis amicis conſilium petiit, quâ poſſet
ſpongiâ illati ſibi dedecoris nota abſtergi:
ſed dum conſilia ineuntur accedunt Eunuchi
regij Amanum evocantes ad epulas à Re-
gina inſtructas, qui tametſi præſagus
mali cunctaretur, invitus tandem comparuit.

Mox ſub finem convivij Regina ad
6. omnem compoſita modeſtiam Regi perhu-
militer ſupplicavit tam pro ſuo capite,
quàm totius hebraicæ gentis. Hæc Eſthe-
ris inopina ſupplicatio lachrymis mixta,
verbis modeſtiſſimis compoſita miros in
in Regis animo excitavit motus; ſentiebat
ſe tangi commiſeratione Eſtheris inno-
centis, ſibíque dilectiſſimæ, ut & populi
tam numeroſi, & in ferendis Regio ærario
tributis perutilis. Cœpit animo excande-
ſcere in molitorem tantæ crudelitatis,
ejúſque repoſcere authorem; & ubi intel-
lexit concepti facinoris, & atrociſſimæ

crudelitatis authorem fuiſſe Amanum, ſurrexit indignabundus è convivio, & liberiore aurâ æſtum temperaturus furoris, in hortum triclinio proximum conceſſit, ubi cùm fuiſſet modicè ſpatiatus, forſan de modo ſupplicij ſtatuendi deliberaturus, Amano unicum ſupererat aſylum, & ara ſalutis, clementia ſcilicet Eſtheris, cui, cùm eſſet ſuper lectulum triclinarem reclinata, ſupplex ſeſe adſtravit, & pro impetranda venia à Rege enixim rogavit: ſed ſicut iræ vehementia nullo patiebatur Regem loco conſiſtere, cùm minarum plenus in triclinium fuiſſet reverſus, & Amanum vidiſſet lectulo affuſum Eſtheris Reginæ, correptus ſuſpicione intentati flagitij, juſſit illicò Rex Amanum patibulo ſuſpendi, quod Mardocheo erexerat, & more Perſarum eadem nocte fuit Amanus patibulo ſuſpenſus, in quo etiam decem Amani filij pependêre, fortunis damnatorum fiſco addictis Reginæ.

7. Ecca qualis fuit exitus iræ in Amano qua excanduit in Mardocheum detrectantem obſequia ſoli Deo debita homini præſtare: excidium, quod Amanus moliebatur toti hebraicæ genti, cui ob Mardocheum iraſcebatur in ſe ipſum convertit, & patibulum, quod Mardocheo apparavarat, ſibi, ſuiſque filiis erexit. Nullus in Artaxerxis Aula Amano felicior, cùm ſupra cæteros omnes emineret, ſed cùm primùm cœpit iraſci, in officina proprij furoris cudere ſibi infortunium didicit, & qui proximus erat regio ſolio, fit equi ſtrator; & quem patrem Rex appellaverat, reus fit læſæ Majeſtatis, & proditor proclamatur; quíqua trucibûs oculis minas in omnes vibrabat, non ſuſtinet vultum ferre irati Regis, & qui ferrum jam ſtrinxerat in hebrææ gentis jugulum, adigitur ipſe collum laqueo præbere, & in patibulo ventorum pendere ludibrium. Follis eſt iraſcens ambitio; ventum, quem attrahit, iterum reddit; fax eſt, quæ petit cum fœtore, quia accenſa fuerat cum furore; fumus eſt, qui dum

8. aſcendit, conſumitur.

Inter cæteras igitur hominum peſtes primam occupat ira ſedem, cum præ cæteris interitum moliatur hominis iraſcentis. Quòd ſi quæras, quid ira ſit? reſpondet Ariſtoteles, eſſe appetitionem cum dolore conjunctam ejus, quæ apparet ultionis, propter eam, quæ apparet, deſpicientiam, vel in ſe vel in ſuorum quempiam non convenienter: ſeu eſt ira *appetitus retributivus*, ſi enim Petrus moleſtiam Paulo intulit, iraſcitur hic Petro moleſtiam inferenti, quam cupit repellere, ac in ſuum retorquere authorem. Eſtque propriè ultio reſarciens, ſeu vindicta non qualiſcunque; ſed ut compenſans mœrorem irrogatum, quæ tamen ultio proponi debet, ut poſſibilis, alioquin excitaretur potiùs triſtitia, quàm appetitio vindictæ, & ira; quapropter

2. Rhetor. cap. 2.

Ariſtoteles dixit, eſſe iram appetitionem ultionis apparentis, ſeu quatenus repræſentatur, ut poſſibilis. Hinc cùm iraſcimur adverſus inanimata, hæc perinde nos moleſtiis afficiunt, ac ſi capacia forent inferendi nobis proprium contemptum, conarenturque etiam nobis injuriam inferre; idque cauſæ, cur etiam inanimatis, & inſtrumentis ad vota nobis non inſervientibus iraſcamur; tunc quandam veluti umbram deſpicientiæ nobis ab iiſdem illatam apprehendimus, quibus propterea iraſcimur, ut ſcitè D. Auguſtinus obſervat, ubi ait: *Iram non aliud eſſe, quàm ulciſcendi libidinem Veteres definierunt. Quamvis nonnunquam homo ubi vindictæ nullus eſt ſenſus, etiam rebus inanimis iraſcatur, ut malè ſcribentem ſtylum collidat, vel calamum frangat iratus. Verùm eſt iſta irrationabilior ira quædam veluti ulciſcendi libido, & neſcio quæ; ut ita dixerim, quaſi umbra retributionis, ut qui malè faciunt, mala patiantur.*

Lib. 14. de civit. c. 15.

9. Accuratiùs deſcribit idem Auguſtinus inquiens: *Ira eſt quantum mea fert opinio turbulentus appetitus auferendi ea, quæ facilitatem actionis impediunt. Itaque plerumque non hominibus tantùm, ſed calamo iraſcimur in ſcribendo, eùmque collidimus, atque frangimus. Et aleatores teſſeris; pictores penicillo, & cuique inſtrumento quolibet, ex quo difficultatem ſe pati arbitratur.* Ab hac iræ accenſa fornace tria erumpunt incendia, quæ á D. Damaſceno recenſentur. Quorum primum eſt *fel*, ſeu ira ſubitò excandeſcens, & vocari etiam ſolet impetus; eò quia ſtatim erumpat, illicò enaſcatur, neque protectæ, ac confirmatæ eſt durationis. Secundum eſt *Mania* quæ ex ira oritur permanente, diuturna, quam propterea Nemeſius vocat *Maniam*, à manendo. Tertium eſt *furor*, eſtque ira nunquam conquieſcens, donec ſumatur vindicta, & vocari etiam ſolet inimicitia, eò quia ultioni invigilet, & occaſiones obſervet ultionis inferendæ. Plura ſunt iræ incentiva & præſertim deſpicientia, ſeu contemptus, & triſtitia, quæ ex contemptu concipitur. Iraſcentem quod attinat, oritur in ipſo ira præſertim ex triſtitia concepta ex contemptu; quòd verò ad res alias ſpectat, ſolet ira excitari ex variis incommodis, & injuriis illatis, ex quibus pleraſque recenſet Philoſophus: ſed omnes cauſæ iræ ad hominem pertinentes iraſcentem facilè revocantur ad unam principalem, ſeu deſpicientiam, vel quod in idem recidit ad parvi penſionem alicujus excellentiæ, quapropter ait Plutarchus. *Alij aliis de cauſis in iram incidunt: quibus omnibus hæc accidit opinio, ut ſe contemni, negligíque credant.*

Lib. 2. fidei orthodoxæ c. 16.

Lib. 2. Rhet. cap. 2.

Lib. de ira cohibend.

Idque cauſæ, cur qui majore ſunt excellentiâ præditi, faciliùs, ac vehementiùs in motus iræ irrumpant, & accendantur; ſi noverint ab aliis ſe contemni, quia ægriùs injurias ferunt ſibi illatas: ru- 10.

ſticelli

ſticelli quamvis habeantur contemptui, deſpiciantúrque, vix iraſcuntur, quod in nobilibus, aut dignitate aliqua percellenti conſtitutis non contingit! idque ex eo etiam oritur: quia hi proniores ſunt ad triſtitiam, ex qua ſolet ira enaſci. Hi etiam faciliùs iraſcuntur, quibus res non fluunt ad vota: quia quæ nobis adverſantur proniores nos efficiunt ad triſtitiam, ex qua oritur ira. Idque etiam cauſæ, cur corporis laborantes ægritudine, vel qui gravi aliqua divexantur calamitate cæteris faciliùs iraſcantur. Non tamen dolor ex deſpicientia, & contemptu eſt cauſa effectiva iræ, ſed tantùm determinativa; adeo ut contemptus non ſit cauſa efficiens phyſica, ſed tantùm impulſiva extrinſeca.

11. Contemptus quia provenit ab extrinſeca perſona deſpiciente alterius excellentiam excitat appetitum perſonæ contemptæ ad iram; adeo ut defectus excellentiæ, & dignitatis in perſona inferente injuriam iram adaugeat in alia, cui infertur injuria: tunc enim contemptus creſcit ex ignobilitate perſonæ injuriam irrogantis; acriùs enim iraſcitur vir nobilis ruſticello inferenti ſibi injuriam quàm alteri conſtituto in pari dignitate, ac nobilitate: hinc Dei ira, & indignatio erga hominem peccatorem cenſetur eſſe infinita, eò quia homo peccator infinite diſtet à Deo, ejúſque divinitate, à qua infinitè exceditur in dignitate: eadem de cauſa noxa lethalis gravitatem contrahit infinitam. Cæterum cauſis concurrentibus ad iram accenſentur etiam ſilentium, & receſſus, quamvis hic non ſit niſi cauſa per accidens; ſubmotis cauſis lenitatis, & conciliationis, quæ ponerentur per collocutionem, trite D. Gregorius *Aliquando ira perturbato animo quaſi ex judicio ſilentium indicit, & quo ſe foras per linguam non exprimit, intus deterius ignēſcit; ut iratus quiſque collocutionem ſuam proximo ſubtrahat; & nihil dicendo, quàm ſit averſus dicat:* & paucis interjectis ſubdit: *Plerumque ira per ſilentium clauſa intra mentem vehementiùs æſtuat, & clamoſas tacita voces format, verba ſibi quibus exaſperatur objicit; & quaſi in cauſæ examine poſita duriùs reſpondet, quod Salomon breviter inſinuat dicens:* Præſtolatio impiorum furor. *Sicque fit, ut perturbatus animus majorem ſtrepitum ſui ſilentij ſentiat, eúmque graviùs clauſæ iræ flamma conſummat. Unde bene ante nos quidam ſapiens dixit. Cogitationes iracundi viperæ ſunt generationes, & mentem comedunt matrem ſuam.*

5. Moral. cap. 31.

§. II.

Corpore, & animo imbecilles, qui ſe facilè ab aliis contemni arbitrantur, proniores ſunt ad iram, quæ tamen character videtur eſſe impotentiæ.

Affectui iræ proniores ſunt, qui contemptum faciliùs cognoſcunt, ſibi imaginantur: cujuſmodi ſunt corpore, & animo imbecilles, qui facilè ſe ab aliis contemni arbitrantur. Idque cauſæ cur mulieres, irâ faciliùs exagitentur, pulſentúrque, quàm viri, ut Juvenalis, ait 12.

—— Quoties facit ira nocentem,
Hunc ſexum, & rabie jecur incendente feruntur,
Præcipites ut ſaxa jugis abrupta, quibus mons;
Subtrahitur, clivóque latus pendente recedit.

Satyra 6. de ſexu mulieb.

Studioſi itidem, quique jugiter chartis impalleſcunt, facilè iræ flammas concipiunt; eò quia aſſiduo mentis exercitio puriſſimos abſumunt ſpiritus, atrúmque, ut plurimum ſibi ſanguinem creant, ex quo facilis eſt ad iram prolapſio, quia teter humor cogitationem juvat, ſenſúmque deſpicientiæ: imò non ſolùm illis iraſcuntur, à quibus ſe læſos putant, verùm etiam futuræ injuriæ conſideratione; quæ ſola apprehenditur cogitatione, & ex falſa plerumque imaginatione flammæ excitantur, quibus in iram accenduntur: & ſæpe neſcientes, quibus iraſcantur; iraſcuntur: & ſi aliùs deſit, in quo iraſcentis impetus frangatur, contra ſe ipſos excandeſcunt; adeo ut non ex ſola injuria iraſcenti illata oriatur hic affectus; verùm etiam à rebus inanimatis, ſi ad noſtra non contingant vota. Hinc ex ira perſæpe veſtimenta ſcindimus, vaſa proijcimus, terram quatimus, capillos evellimus, ſi res ad vota non fluant, vel nobis, ut cupimus, non inſerviant; adeò ut in furorem perſæpe nos agant accerſiti famuli, ſi illicò non accedant, parum agiles pueri, æris campanani ſonus, menſa negligentiùs poſita, tracti ſubſellij ſtridor, & alia pleraque, quæ noſtram neque meruerunt, neque ſentiunt iram. Pœnas etiam ſuas ira exigit à brutis animantibus, ut ſi equus ſit refractarius, ac contumax, ſi canis oblatret, ſi aviculæ in cavea perſtrepent, ſi muſcæ ſemel, & iterum abactæ pertinaci volatu iterum manibus inſideant; & ſi culices mordeant, bilem concitant, noſtræque impatientiæ pœnas luunt. Hinc conijcimus; quàm turbulentus, ac impatiens ſit iræ affectus, cùm, iraſcens veluti inſanus à mente dejectus cæco impetu animi impotentis abripiatur, ſitque propterea ira brevis inſania ſui impotens

ſan-

ſanguinis ſitiens; ſuppliciorum avida; decoris oblita; & neceſſitudinis immemor.

Derelinquit decor iraſcentes, quorum in vultu illicò apparent veluti emerſæ ab Orco furiæ, quibus flagrant, micantque oculi, tumeſcunt venæ, horrent capilli, deſpumant labia, trepitant dentes, tremunt artus, titubant pedes, & rabida vocis eruptio colla diſtendit, nec ullus ſit affectus, qui tam inconcinnè hominem devenuſtet: ſiquidem fœdatur vultus, contrahitur frons, ſpumat os, nutat caput, agitantur manus, & totum corpus indecora jactatione huc, illúcque circumfertur; quibus etiam adjiciuntur minaces geſtus, comploſæ manus, pulſata humus, percuſſa facies, evulſi crines, diſciſſa veſtis. Ex iis conjice quale ſit ita intus monſtrum, cujus extra imago tam fœda eſt? Non me latet, finxiſſe Poëtas, tartari Monſtra ſuccincta ſerpentibus, flammis exardentia, ac diro perſtrepentia mugitu: talem dixeris iram in homine, cujus ſpeciem ſi ſpectes turpis eſt, æſtuans, crudelis, ſanguinem ſitiens, ac in rabiem degenerans ferinam: quòd ſi reliqua vitia gaudent in abdito foveri, & ali; ira ſe profert, & in faciem exit, & perinde ac graſſans incendium omnia corripit, lædit, abſumit, neſcia plerumque frœnum pati.

14. Hinc effectus iræ plures ſunt, & teterrimi, quos inter etiam recenſetur quædam delectatio, quæ ab æſtimatione ſperatæ vindictæ oritur: ait enim Philoſophus. *Omnem iram quædam ſequitur voluptas propter ſpem ulciſcendi. Jucundum enim eſt, ſi quis putat ea ſe conſecuturum, quæ expetit; itaque rectè illud de ira dictum eſt, quod de fluente melle dulcior in virorum pectoribus gliſcit; conſequitur enim hæc voluptas, & propter hæc, quæ diximus, & quoniam in ulciſcendi delectatione immorantur.* (*Lib. 2. Rhetor. cap. 2.*) Eſt etiam iræ fœtus fervor ille in corde excitatus quandam præſeferens amaritudinem, eò quia tendat in punitionem contrarij. Idque cauſæ fuit Damaſceno aſſerendi: *Iram ex evaporatione fellis procedere, ac felleam nominari.* (*Lib. 2. fid. orthodox. cap. 26.*) Sunt enim iræ effectus omnes illi corpóris motus, & ſigna, quæ ex fervore iræ cauſantur, & de quibus ait D. Gregorius. *Iræ ſuæ ſtimulis accenſum cor palpitat, corpus tremit, lingua ſe præpedit, facies igneſcit, exaſperantur oculi, & nequaquam cognoſcuntur noti; ore quidem clamorem format: ſed ſenſus quid loquatur, ignorat.* (*Lib. 5. Mor. cap. 31.*) Ut etiam uſum impedire rationis, & hominem deploranda metamorphoſi in beſtiam tranſmutare, adeo ut iraſcentes à natura dejecti hominis, perinde, ac furiæ ab Orco emerſæ nonniſi clades intentent, & exitia: ſi enim luſtrare velles, quæ mundo damna intulit: videres hinc exercituum conflictus, cruentas clades, urbium obſidiones, expilationes, & civium excidia, occiſorum ſurgentem ſtruem, & fuſi ſanguinis defluentes per plateas rivulos; illinc alias civitates ſolo æquatas, integras Provincias funeribus oppletas, & in ipſis ſolitudines ſine habitatore deſertas. Videres incendia, domus, & urbes abſumentia, familias extinctas, venenis infectos fontes: ſacrilego gladio violata templa: hæc enim ſcelera ab ira oriuntur, à qua homines ad flagitia accenduntur.

Imò iraſcentes non ſolùm in alios, 15.
ſed & in ſe ipſos ſæviunt, quia, ut ait Seneca. *Alij nimio fervore rupêre venas, & ſanguinem ſupra vires elatus clamor egeſſit, & luminum ſuffudit aciem in oculos vehementiùs humor egeſtus, & in morbos ægri recidêre. Ajacem in mortem egit furor, & in furorem ira. Iraſcentes omnia per vim gerunt gladiis, & pugnare parati.* (*Lib. 2. de ira cap. 36.*) Appoſitè in iraſcentes calamum acuit D. Baſilius, ubi ait: *Quando ſemel iræ perturbatio mentem præcipitans imperium animæ ſumpſerit, hominem penitus in feram convertit, nec hominem, qui rationis ſit compos, eſſe ſinit, quod enim venenum viris emittentibus erit, hoc idem & furor animæ irritatis, ac perturbatis. Impetu feruntur, inſiliunt, rabie ut canes afficiuntur; pungunt, ut ſcorpii; mordent, ut ſerpentes; novit, & ſcriptura eos, qui hoc vitio tenentur, ferarum appellatione vocare, quibus ſeſe ob perverſitatem ſimiles, & familiares reddiderunt. Nam ut canes, & ſerpentes, & genimina viperarum, & iis ſimilia nominat. Qui enim ad mutua inter ſe ejuſdem generis parati ſunt inferenda incommoda, jure feris, ac venenatis adſcribi poſſunt, quibus ex natura, continuum adverſus homines odium eſt. Effrænes linguæ, ora incuſtodita, incontinentes manus, contumeliæ, probra, accuſationes, verbera, & alia ejuſmodi quæcunque, quis enumerare poterit? iræ ſunt,* 16.
& furoris fructus. (*homil. 10.*)

Anguſtum eſt huic turbulento affectui humanum corpus, cum non ſolum membra omnia occupet, ſed latiùs ſeſe explicet, & brutali impetu foras transfundatur ad cruentas clades; & funeſta exitia ubique ſpargenda. Neque ira unquam ſolitaria incedit, ſed ubi caput extulerit, igneique cordis fumum oſtenderit ei adſociantur vitiorum cohortes, ſintque iræ ſatellites odium exitiale, deſiderium vindictæ, ſitis alieni ſanguinis, & alia plura vitia, quæ ſunt iræ inauſpicata ſoboles. Hinc ira in argumentum ſæpe potentiæ accerſitur, adeo ut videatur ira potentiæ eſſe character: ait enim Seneca. *Iram in ſumma potentia exercent, & argumentum virium exiſtimant, & in Magnis magnæ fortunæ bonis ponunt.* (*Lib. 3. de ira cap. 4.*) Quòd ſi reliqua vitia, ad quóſque viros nequam pertinent, ira potentes præſertim occupat, & quos ambitio ſupra cæteros evehit; adeò ut non ſe ma-

gnos

quos putent, niſi proprias itas in ſervos, familiares, & alios effundant: & quia Deus rariùs iraſcitur, & patienter iniquos tolerat, ſuóſque favores ſingulis impertitur, ſuæ videtur detrahere potentiæ. *Solem ſuum oriri facit ſuper bonos,*

Matth. 5. v. 45.

& malos, & pluit ſuper juſtos, & injuſtos, ſuſtinet enim non ſolùm inſontas, ſed etiam avaros, luxurioſos, malignos, & æquè virtutum cultoribus, ac vitiorum coriphæis florem ſuæ lucis impertit: ſed hæc luminis clementia apud improbos divinæ videtur potentiæ derogare, quaſi ſit minus potens, quia non illicò per inflicta ſupplicia iniquis iraſcatur; adeò ut patientiæ cenſus apud eoſdem in contem-

Lib. de patientia c. 2.

ptum videatur verti virtutis, ſcitè Tertullianus. *Suſtinet ingratiſſimas nationes; ut ſua ſibi patientia detrahat.* Quaſi ſuam imminuat potentiam, eò quia minus in protervos iraſcatur, ſubdit enim Tertullianus: *Plures enim Dominum idcirco non credunt, quia ſæculo iratum tamdiu neſciunt.* Quamvis ſuæ hominibus patientiæ det Deus ſpecimina, dum ingratas nationes ſua exhibentes obſequia artiom ludibria, idoliſque, vel ære conflatis, vel ligno, aut lapide inſculptis, patitur, adhuc ut ait Tertullianus. *Sua ſibi patientia detrahit,* quaſi apud Ethnicos, & vitiis indulgentes, ibi Dominus depretietur, ubi patiens habetur, ſubdit enim Tertullianus. *Plures Dominum idcirco non credunt, quia ſæculo iratum tamdiu neſciunt.* Quaſi ubi iræ non apparet vexillum, ibi pila excutiatur potentiæ, cùm hæc apud homines irâ, & torvitate fulcitur.

17. Eſuriit Chriſtus cùm Jeroſolymam tenderet, cúmque vidiſſet ficum in campo luxuriantem, ac fructuum ſpondentem ubertatem, licèt probro laboraret ſterilitatis; acceſſit Chriſtus ad illam; non quòd ignoraret ejus paupertatem, ac arborem omni deſtitutam fructu, ſed ad noſtram eruditionem; cùm diligenter fructus exploraſſet, nullúmque inveniſ-

Marc. 11. v. 14.

ſet, ficulneam mulctavit. *Jam non amplius in æternum ex te fructum quiſquam manducet*: ſed cur maledictia Chriſtus aſſuetus omnibus benefacere, arborem probro laborantem ſterilitatis punierit? ſcilicet ex eo, quia fructibus eam invenerat deſtitutam, cùm fortaſſis nondum tempus adveniſſet ſuos exhibendi fructus: verùm hæc quæ contigerunt in figura ad noſtram ſpectant eruditionem; quò Apoſtoli ejus agnoſcerent virtutem, & potentiam, iræ ſuæ explicuit vexillum, & ſeveritate ſententiæ arborem exiccavit: quia ſi iratum non vidiſſent, fortaſſis tantam in ipſo potentiam non credidiſſent; ſcitè Theophylactus expendens textum Marci ait: *Quoniam ſæpe miracula fecit benefaciendo hominibus, non viderant autem Diſcipuli potentiam ejus, ſi quem vellet affligere: adeo in arbore inſenſata oſtendit virtutem ſuam.* Suis Magiſter Chriſtus plura lenitatis, ac patientiæ exempla tradiderat Diſcipulis, & ne quidquam, quod ejus detraheret dignitati mente volverent, cúmque non putarent Dominum, punire non potentem, quem noverant manſuetudine ſemper diffluentem, arbori fructibus deſtitutæ, ac ſolâ foliorum pompâ luxurianti iraſcitur, ut quem lenitas, & patientia Magiſtrum oſtenderant, indignatio, & ira Dominum proderent punire potentem; cum ſupercilium, & ira apud homines potentiæ, ac dominationis cenſeantur argumenta, ſcitè S. Cyprianus loquens

Lib. de bono patient.

de Dei potentia acutè ait: *Sæpe miracula fecit benefaciendo hominibus; ſed in arbore inſenſata ſuam virtutem oſtendit puniendo,* nimirum miracula lenitatem, & clementiam, qua favoribus homines cumulavit, oſtendebant; ſed ira quâ in ficulneam exarſit, virtutem, & dominium manifeſtavit in creaturas: patientiæ exercitium humanitatem quodammodo prodit, & quandam demiſſionem, quâ patiens cæteris ſubeſt; ſiquidem æquo animo injurias pati, ingratitudinem ſuſtinere, offenſas ſibi illatas diſſimulare neſciunt Magnates, vel nolunt, qui præſunt: quia ad leviſſima, & fortuita ita inflammantur, & exardeſcunt, ut plerumque etiam in ſævitiem erumpant: & quia juxta hominum opinionem, ſi Deus omnia patientiâ, & dignitate toleraſſet, & nunquam in juſtam exarſiſſet iram, forſan de illius potuiſſent magnitudine ſuſpicari; ideo ne ſuæ detraheret Majeſtati, ſi non homini, ſaltem ficulneæ iraſci voluit, quaſi ſit ira character, quo Dominus à famulo ſecernitur, & Hera diſtinguitur ab Ancilla.

Duos Iſaacus ex Rebecca filios ſuſcepit gemellos majori natu Eſau nomen indidit, & minorem Jacobum vocavit, & licèt eodem editi partu, habitu tamen æquè corporis, ac animi diſſimiles fuêre: ſiquidem major natu naturâ fuit ferocior, ingenio agreſti, à puero ruri aſſuetus, ac venatui addictus. De Eſau, qui difficile fuerat, ingenium ſortitus, & ab origine moribus incultus, & aſper fuerat, dicitur, qui prior egreſſus eſt rufus erat, & totus in modum pellis hiſpidus. Secus Jacobus natu minor erat blandus, ac lenis, fuitque ingenio facilis, moribus elegans, mitioribus addictus ſtudiis, & excolendo animo quàm corpori exercendo magis idoneus: hæcque Jacobi ſuavitas, & lenitas, ut Rebeccæ matris ipſi benevolentiam, & amorem conciliaverat; ita hiſpido alterius genio non parum offendebatur. Non credas, vacare myſterio quòd ſcriptura Eſauum deſcripſerit hiſpidum ad iram pronum, & Jacobum 18.

Geneſ. 25. v. 25.

ſenem: quia cum Eſau fuerit natu major, ſeu prior in lucem editus characterem vel ab ipſa natura, ſibi inditum præcedentiæ, & dominationis prodidit in ingenio agreſti, natura ferociente, & morum aſperitate, quâ pronus ad iras erat; appoſitè Rupertus. *Utriuſque, ſchema, vel habitus prodidit, qui & in utero princeps fuiſſet duelli, & poſt uterum intentator eſſet futurus inimicitiarum, & odij:* ideo Eſau ad iras accendendas, ac inimicitias fovendas pronus fuit, quia prior egreſſus totus hiſpidus: Princeps inter fratres natus, naturam iræ prorſus enactus eſt, & ut ait Rupertus; *quis in utero princeps fuerat duelli habitus prodidit.* Monomachiam materna in alvo matrio veluti in campo inſtituentes gemelli fratres, quis eorum excitator fuerit inimicitiæ, ac princeps in utero duelli ex habitu corporis conijcitur. *Qui prior egreſſus eſt, rufus erat, & totus in modum pellis hiſpidus.* Eſau prior egreſſus in fratrem principabatur contra quem, & certamen inchoavit, quia præpotentes, & qui cæteris præſunt de ſuperbia exulcerati ad leviſſimum tactum exaſperantur, quin & ad tactûs ſuſpicionem in iras exardent, veſtes ſcindunt, crines evellunt, genas diverberant, pedibus vacillant, manibus agitantur, & incondita jactatione totius corporis, huc illùcque circumferuntur, ut qualis ſit intus monſtrum iræ ex fœda arguas externi corporis habitudine, certè nonniſi exitiale monſtrum poteſt intus latere, cujus tam fœdam umbram vultus evibrat: quale incendium difflagret intus in animo ex fumo tam fœdè ora obfuſcante arguitur.

Lib. 7 in Geneſ c. 5.

19. Vix hominem eſſe agnoſcis, quem iracundia occupat, & exagitat: ex mente non conijcies eum hominem, cùm furor amens de ipſius mentis gradu, eum dejecerit: neque ex corpore iraſcentem hominem eſſe conijcies; cum corporis lineamenta iræ impetu occupata fidem non adſtruant. Ubi enim ira graſſatur, totus homo ab homine deijcitur, fœdatur vultus, contrahitur frons, nutat caput, agitantur manus, accenduntur oculi: ira enim mutat vultum, deturpat os, ligat linguam, artus quatit tremulos, manus premit, labia mordet ſpumantia, pectus concutit, pedibus terram pulſat, & cordis anguſtiæ impatiens per ſingula corporis membra foras erumpit. Quòd ſi præſidentium, ac dominantium eſt ira character, oh quàm monſtroſæ, ac ferales ſunt mundi dignitates! quarum ſplendor ab iræ mutuatur flamma, cujus purpura indignatione eſt intexta: de principatu in matris utero decertârunt gemelli fratres Eſau, & Jacobus, & quia palmam ſibi Eſau amputavit, & primus materna ab alvo victoriâ inſignitus egreditur, *rufus erat, & totus in modum pellis hiſpidus,* quia iræ fovendæ pronus, & inimicitiis excitandis, fovendiſque proclivis.

20. Hinc cùm Iſaacus decrepita jam ætate ſenex ferinæ, ſeu ſylveſtris teneretur carnis deſiderio, vocarétque ad ſe Eſauum, eique injungeret, ut venatum exiret, ſibique ex ſylveſtri præda cœnam appararet, Rebecca pro Jacobo ſollicita eum ad ovilem gregem amandat, jubens duos afferre hædulos, quos & pelle ſpoliat, & coctura tam exquiſita apparat, ut facilè crederet Iſaacus ferinam eſſe ad ſe allatam, & ferculi illatorem Jacobum delegavit, qui vultu, collo, manibus, pelliſulis tectus hædinis fratrem ſuum hirſutum mentitur extorſurus à patre ſeneſcente benedictionem, & familiæ principatum. Ecce etiam Jacob, ut primogeniturâ donaretur, aſperitatem induit, & illam ruditatem, quam nunquam intus in animo admiſerat, exteriùs præfefert adſcititiam, ut familiæ enanciſcatur principatum, quaſi Jacob, & ipſe magnus eſſe non potuiſſet, niſi, & ipſe aſper, hirſutus fuiſſet, ac viſus naturam Eſau induiſſe: hinc Caſſiodorus. *Si tranquillitatis noſtræ velis conſiderare rationem, quoddam regiæ domûs famulis præjudicium humilitatis imponis.* Quaſi lenitas Principis deleret præpotentis characterem, quem ira inurit. Gemelli fratres materno collidebantur in utero non ſine gravi puerperæ dolore, & diſcrimine; cum uterque prior luctaretur in lucem exire, quo inde oſtenderetur, eos patres fore duarum gentium, Judæorum ſcilicet, & Idumæorum ſibi exitialibus odiis acerbè adverſantium.

6. variar. cap. 9.

21. Citò ſe indoles prodit, & præſagia ſui ante lucem ſpargit. Eſau qualis futurus eſſet natura illicò præſignavit, quem & rufum effecit, & in modum pilloſæ cutis hiſpidum infecit: èconverſo Jacobum gratia victorem fecit, quamvis nondum certatorem effecerit. Morum igitur aſperitas, ingenium agreſte, naturæ ferocitas, & ad iram pronitas præpotentem ab imbecilli, & herum à famulis diſtinguit. Idque fortaſſis Babyloniis cauſæ fuit, cur ſua ſerpenti obſequia præſtiterint, eúmque nefariis colerent ritibus; *Erat draco magnus, & colebant eum Babylonij* Daniel. 14. 22. Sed cur præ cæteris brutis Babylonij crediderunt Draconem divinitate pollere eum ſua ipſi obſequia præſtiterint? quia ſcilicet Draco viſu, & rictu cæteris belluis eſt terribilior: flammivomis oculis, truci aſpectu, vultu feroci, ſpiris horrendis, ſibilo minaci venena ſpargit, & exitia; in ipſo ſtat jubata cervix, riget criſtatus vertex dehiſcit rictus, & lingua ſeſquipes exerta minatur; corpúſque totum ſquamis varium, & loricatum horret, & caudæ volumen tractu lubrico in mille glomeratur ſpiras,

de

de quo propterea ajebat D. Zeno Veronenſis. *Erectus in morſum ardentibus ſquamis incenſus tumidus ſe ſe anguſt opponit.* Ecce ideo à Babyloniis Nominibus accenſetur draco, ideo ſua eidem exhibent obſequia, cultúmque præſtant, quia ſemper indignatione inflammatus, irâ correptus, & furore flammivomus; quaſi ira, & furor proprij ſint characteres dominatûs, ac præpotentis, cujus propterea iram coërcere eò opus eſt difficilius, quò cæteris iraſcens dominatur præcellior.

§. III.

Ira viri potentis obvia quæque diſrumpens obſtacula, infringénſque repagula, nonniſi hominum cædes urbium clades, & populorum exitia molitur: & iram coërcere viri eſt potentis.

24. Citè Plato ajebat: Nihil adeo ferox, frænorúmque impatiens eſt, ut fortunatus homo, & cauſam inveniens, fortunam indigitat, quæ ei pro lege eſt: inquiens: *Nihil ita eſt petulans, ferox, atque imperio reluctans, atque eſt homo rebus, ut videtur ſecundis fruens.* Cui pro lege eſt voluntas, huic nonniſi effrœnis eſt appetitus: & detractum ſibi de magnitudine, & potentia putat, ſi vel conſilium iram coërceat, vel externa vis temeritatem cohibeat, quapropter ait Thucydides apud Clementem Alexandrinum. *Solent permulti homines, quibus maximè res ſecundæ aliquantiſper evênerint fieri inſolentes:* ſicut enim equus ferox nondum in equari domitus palæſtra, ſeu catadromo circumactus, ac circuitionibus condocefactus fræna non ſuſtinet, nec domitorem patitur; ita nec divites, nec potentes, nec imperantes leges patienter ſoſtinent, nec ipſorum patiuntur refragari potentiæ. Hine Seneca: *Sapiens non potentium iras provocabit; imò declinabit, non aliter, quàm in navigando procellam.*

25. Iram potentium, marini freti procellam eſſe dixeris, ubi inſanientes vortices, fluctúſque decumanis turbulentiores, viros etiam prudentiâ pollentes, hoc iratum trajicientes fretum in turpe naufragium pertrahunt: ubi ſemel ira exardet, ibi obſtacula quæque, & repagula diſrumpuntur, & ibi frequenter habentur cædes, urbium clades, populorum exitia, occiſorum acervi, & unà cum ira plerumque exardent incendia, domos, urbéſque concremantia, & omnia in cinere redigentia, neque enim ira, quas accendit flammas alio annititur humore extinguere, quàm è ſauciis corporibus per inflicta vulnera effuſo ſanguine. In-

Petrarc. de Affectibus 7 III.

vidiâ rabeſcebat, furens æſtuabat irâ in recens natum Redemptorem Mundi Herodes; & irati Regis declinaturus ſupplicia fugiens puer JEſus exulat in Ægypto, quæ licèt plura deberet Herodi; nunc certè cœpit, & omnia debere; cui Deum ipſum debuit; ſuiſque ex aris abigere debuit cepas, & crocodillos, qui Numina fuerant lachrymarum, quas cepæ elicerent, & crocodilli effunderent enectis à ſe parentaturi cadaveribus; Chriſtus enim non ciendis, ſed ſiccandis lachrymis venit.

24. Sed quid? quòd natus Dominus minas iraſcentis declinaturus Herodis in Ægyptum fugit? *Accipe puerum, & matrem ejus, & fuge in Ægyptum:* Angelicus nuntius è ſummo cœlo in terras legatus Joſephum monuit, quatenus quavis diſruptâ morâ in Ægyptum ſecederet. Sed ſi Chriſtus in mundum venit, ut hominum eſſet refugium, cur hominem fugit? ſi erat fortitudo fortium, cur minas timuit Herodis? ſi erat dœmones, & orcum debellaturus, & de morte ipſa triumphos illaturus, cur expavit, ut Herodem fugeret iraſcentem? eum venerit hominem ſalvare reſipiſcentem? miratur D. Chryſologus, Chriſtum verum Deum, & verum hominem, æmulationis vereri temeritatem, ait ipſe: *Perſequente homine Deus fugit; ſæviente terra cœlum trepidat; volitante pulvere, pavore turbantur Angeli, & pavor Patris filio fugiente monſtratur.* Non tamen ſuſpiceris ab homine timuiſſe Deum aliquid pati detrimenti: non timoris hæc fuit fuga, ſed noſtræ inſtructionis documentum; non pavoris effectus, ſed amoris affectus; addit Chryſologus: *Bellicoſus quòd in bello fugit, artis eſt, non timoris: Deus quando fugit hominem, ſacramenti eſt, non pavoris.* Innuit Chryſologus in Chriſti fuga ſacramentum; corticem indicat, ſed nucleum non oſtendit. Et quodnam in hac fuga latet ſacramentum, involvitur myſterium? an fugit Deus, non quia inſequentem paveret, ſed ut iraſcentem foras produceret? an de Rege Herode invidia torto, & irâ correpto, ut in aperto triumpharet, publicámque referret victoriam, in Ægyptum maluit victor fugere, quàm victus iræ ſuccumbere imperantis? pulchrè Theophylactus propalavit hujus fugæ myſterium inquiens: *Fugit Dominus, ut credatur, quod revera homo ſit: nam ſi in manus incidiſſet Herodis, & non fuiſſet occiſus, opinati fuiſſent incarnatum eum apparenter.*

25. Fugam puer JEſus arripuit furorem declinaturus iraſcentis Herodis ad necem eum quærentis; ne præmatura morte tempus anteverteret ſuæ paſſionis, aut ſi mor-

Nnnn 2 tem

Marginal notes: Serm. de tim. — Lib. 4. Strom. — Epiſtola. 14. — Matth. 2. v. 13. — Serm. 61. — Serm. 150. — In Matth. 2.

tem non ſubiret, & iram eluderet furentis Herodis, myſterio detraheret Verbi hominem facti; etenim ſi in manus incidiſſet Herodis, & puer non occubuiſſet, ſed ab Herode comprehenſus ejus eluſiſſet iras, artéſque fruſtrâſſet doloſas, non facilè hominem crediſſent, cui ira furentis Regis ceſſiſſet; ſed ſuſpicio mentes pulſaſſet hominum, verum Deum duntaxat eſſe, & non hominem niſi apparenter, cùm Regis præpotentis iram compeſcere vires exigat humanis ſuperiores, ac longè validiores: quòd ſi Principis, ac præpotentis iram compeſcere vires videtur humanas ſupergredi; inde conijcimus, quàm arduum, ac difficile ſit iras eludere præpotentium, & eorundem compeſcere furorem; cùm qui id præſtat non homo cenſeatur, ſed quid ſupra hominem, ſeu Numen ipſum, non factum homo, ſed ſub hominis ſpectro, ſub larva humanitatis præpotentis iram coërcere: fuga igitur in Ægyptum prodit, hominem eſſe fugientem, quem ſi homines ſciviſſent Herodis furores compeſcentem, Deum ſolum, & non hominem niſi apparenter fuiſſent teſtati: *Fugit Dominus*, ait Theophylactus, *ut credatur, quòd revera homo ſit. Nam ſi in manus incidiſſet Herodis, & non fuiſſet occiſus opinati fuiſſent incarnatum eum apparenter*, hoc eſt nonniſi phantaſtice hominem dixiſſent, ſi frœnum Herodi injeciſſet iraſcenti: & ſi comprehenſus truculentiam potentiæ deſævientis, ac Principis iraſcentia vitâſſet, Deum tantùm homines dixiſſent humana ſpecie apparenter perſonatum: ut igitur homines, qualis erat, eum etiam hominem crederent verum, & non phantaſticum verè fugit in Ægyptum.

26. Quàm arduum eſt præpotentium iras coërcere! cùm id ſoli tribuatur Deo, ſitque opus humanas excedens vires: & revera ſicut è ſana mente dejectos menti reſtituere, & ſtultitiam excutere opus eſt ſolius Dei hominem homini reſtituentis; ita iras præpotentis compeſcere extinguere vires ſuperexcedit humanas: eſt ſiquidem ira brevis inſania, ait Arnobius, *Quid alias eſt iraſci, quàm inſanire, quàm furere?* Quid ſtultius, quid dementius cane in rabiem acto, & irâ percito, qui ſaxum mordet, roditque dente, cùm hominem nec conſequi poſſit, nec mordere? Non credas, minorem eſſe iraſcentis ſtultitiam; cùm quis alteri iraſcitur, eúmque maledictis impetit, ſaxum rodit, ac ſe ipſum lacerat, cum Dæmonem, qui ſaxum jecit, ſeu eum impulit, ut iraſcenti noceret, inſectari non valeat: quid ſtultius pueris, qui ſi ceciderint, lachrymas non exiccant irati, niſi pede, vel virga terra diverberetur. Datur igitur ſtultitiæ probro ira, quâ homo percellitur, ſitque

Lib. contra Gentes.

propterea opus vires excedens naturæ Principem delinire furentem, & ejus iram compeſcere.

27. Idque quò clariùs nobis innoteſceret illuſtres accendit Deus in rubo flammas. Cuſtodem pecoris agebat Moyſes ad radices Orebi Montis, cùm eminùs flammantem vidit rubum, in quo licèt ignis flagraret, non tamen quidquam patiebatur rubus detrimenti, qui licèt ureretur, non tamen combureretur. *Apparuit ei Dominus in flamma ignis de medio rubi: & videbat quòd rubus arderet, & non combureretur.* Quæ planta rubo invalidior? qui fomes flammis enutriendis aptior rubo? & tamen rubus furentis ignis coërcet impetus, quòd cùm animadvertiſſet Moyſes? quaſi eminùs non fideret evidentiæ oculorum accelerato greſſu rubum adivit, quem cominùs videret, & miraculi oculatior fieret teſtis. *Vadam, & videbo viſionem hanc magnam, quare non comburatur rubus.* An deceptorias putavit præſtigias, quæ eminùs ei objiciebantur in planta in medio igne illæſa? id aliquid ſupra naturam eſſe cenſuit, & Numen ibi adeſſe, qui furentis elementi voracitatem coërceret in planta, quæ flammis utrinque obſita non ſolùm cineſieri non eſt viſa, ſed ſuorum pompa foliorum evireſcere. Et revera nonniſi divinæ tribui potuit virtuti voracis elementi furorem coërcere, ait Philo. *Rubus erat frutex ſpinoſus, & invalidus, is nemine ignem admovente ſubitò incenſus, correptúſque totus à radice usque ad cacumen flamma in morem fontis ſcatente manebat integer, & illæſus, quaſi non eſſet incendij materia, ſed ipſe ab igne aleretur. Et in medio promicabat forma quædam pulcherrima nulli viſibili ſimilis divinum ſimulacrum luce fulgens clariſſima, ut ſuſpicari poſſet Dei eſſe imaginem.*

Exod. 3. v. 2.

Lib. de vita Moyſis.

Sed cur Deus adeo humilem ſedem, thronúmque abjectum delegit in rubo? cur id muneris alicui potiùs non demandaverit ex Seraphinis, qui flammas excuteret, earúmque voracitatem coërceret, ne plantæ quidquam inferrent detrimenti? Quòd ſi Deus rubo inſedit, cur potiùs armatorum non apparuit ſtipatus agminibus, ſed rubo flammis impetito, & illæſo? id ad Moyſis eruditionem egit Deus; nimirum ut Moyſes crederet, ibi Deum adeſſe, qui furentis elementi voracitatem coërceret, iráſque, & impetus compeſceret; cùm iras præpotentis coërcere opus ſit adeo arduum, ac perdifficile, ut vires ſuperexcedat humanas, & ſolius Numinis detur virtuti: ne igitur Moyſes myſteriorum adhuc inexpertus hæreret anceps, 28.

&

& vacillaret dubius, in furentis elementi coërcitione ſe prodidit, ut frœnum, quod igni injecerat dubitationem excuteret, & Moyſem edoceret; Deum eſſe, qui ignem, ac potentem ejus flammam frœnaret in rubo, cùm præpotentis iras compeſcere vires videatur excedere creaturæ.

28. Quamvis virga in colubrum mira metamorphoſi fuiſſet tranſmutata, & manus leproſa excuſſa immunditie ægritudinis fuerit inſtantaneè priſtinæ reſtituta ſanitati; adhuc anceps hæſit Moyſes, cujus & fides vacillavit: ut igitur omnem excuteret ſuſpicionem, abigeret dubium, teſtem ſuæ divinitatis in rubo frœnum exhibuit, quo potentioris elementi iræ coërcerentur, cum id vires excedat creaturarum.

29. Vel ſi mavis; ignis in rubo eſt rector populi, cui conſociantur Sapientia ad regendum, & claritas ad illuminandum: rubus ſpinis ſeveritatis, ac juſtitiæ delinquentes punit. Verùm ſi rector populi irâ percitus debacchetur in inferiores, quis niſi Deus potis erit præpotentis hujus iras coërcere? Decet Principem ſpinarum ſeveritate pœnas exigere à noxijs, non verò imbecillioribus iraſci: ſceptrum Principis virga amigdalina eſt, quæ ſi hyeme nudata folijs virge eſt, & terret; cùm primùm tamen incipit cœlum tepeſcere, & aura mitior plantis favere, prior cæteris ornatur floribus, & unde erumpebant vulnera, vireta luxuriant, & flores germinant; ſic rubus virgam edit ſpinis horrentem, ſed ſi modicum præſtoletis è ſpinis roſæ prodibunt; & ſcena hortoris in blandimenta mutabitur voluptatum. Si Princeps in noxios furit, ac promeritas ab ijsdem pœnas exigit; inſontibus ſit ſolatio; nec ſinat ſe ira abripi, ne cæco impetu videatur in omnes furere.

30. Eſt iræ flamma, quæ ubique locorum facilè accenditur, ut etiam in glacie videatur adoleſcere: Jeremiæ ait Deus: *Quid tu vides, & dixi ollam ſuccenſam ego video, & faciem ejus à facie aquilonis.* Ecce etiam in gelu aquilonari, in glacie ſeptentrionali flamma adoleſcit rabiei, ignis ſuccenditur iræ; olla ebullit furoris, nec ulla eſt regio adeo frigida, in qua ira non æſtuet. Etiam Æthna mons undis in radice rigatur marinis flores daturus, & poma, nivibúſque riget in vertice, & tamen flammas eructat e ſinu, ut neſcias, unde tanta vis ignium foras erumpat è monte, cujus coma nivibus candet, cujus caput nivium ſeneſcit canitie, & pedes æquore aluuntur: ecce quàm verè dixerit Jeremias: *Ab aquilone pandetur omne malum*, ſeu ut legunt ſeptuaginta Interpretes *à facie aquilonis exardeſcent mala*, quia exitialis ignis iræ ubique erumpit, & etiam intra algentia pectora debacchatur, quia nullus eſt tam frigeſcentis naturæ, qui furere, ac iraſci non poſſit.

Jer.1.v.13.

Cap.1.v.14.

31. Etiam David mitiſſimus omnium in iras exarſit, cum audivit Amnonem à fratre Abſolone dolo interfectum in convivio, ubi improbus Abſolon non merum, ſed fraternum ſanguinem ſitivit, quem & fudit, non tamen ut biberet, ſed perderet. Exarſit illico David ira, & ſceptrum clementiæ in virgam mutavit indignationis, quâ parricidam percuteret, quem tamen exulare juſſit è Regno patrimonio ſpoliatum. Sed ſi virga Davidica ſpinas depromit ſuas, erit roſas germinatura: tametſi Regius puer extorris erraverit, ac exulaverit, coactus emendicare apud Tholomai filium Ammi ad Regem Geſſur; attamen quæ ſpinis cingebatur virga, mox roſis coronatur: nimirum revocatur primùm ab exilio Abſolon; ſed ſi adhuc à Regia exulat; hæc etiam pœna remittitur; Regiam ingreditur, patrem Davidem adit, cui & reconciliatur: *Vocatúſque eſt Abſolon, & intravit ad Regem. & adoravit ſuper faciem terræ coram eo, oſculatúſque eſt Rex Abſolon.* An non oſculum reconciliationis roſa eſt dilectionis?

2.Reg.c.13.

2. Reg.c.14. v.33.

32. Nonnunquam iraſcuntur quidem homines, ſed in extima duntaxat cute, ut vultu tantùm iraſci videantur, non animo; ſed id iraſci non eſt, ſed iraſcentem ſimulare, & hi exteriùs flagrant, ſurgunt, manus quatiunt, vociferantur, minitantur, cùm tamen intus ſint pleni glacie, frigeántque, nivibus veluti obruti, licèt flammas exteriùs iraſcentes videantur ſpargere; eos ſalamandras potiùs dixeris foris flammis exardentes, & intus in corde frigeſcentes. Etiam rubo, qui in cortice ſpinas præſefert, ſi cortex detrahatur, & furoris excorietur ſuperficies, mollitie candoris eblanditur. Quid ni etiam ipſæ ranæ in cœnoſa coaxantes palude in cœlum latrant, quod tamen mordere non valent; etiam æſtivæ nubes mundo excidium minitantur, cùm tamen intus evanidæ vix rorem demittant: etiam tormenta bellica ferreo deſtituta globo cum exploduntur perſtrepunt, quorum jam furor, & fragor adgratulatio eſt, non excidium; ſalutatio non irritatio; ſi obſtrepunt, plaudunt.

33. At præpotentis ira cum perſtrepit, interimit; dum vires exerit cruentas, clades ſpargit. Hinc Deus cum ſuam exhibet virgam, poſt virgam vigilat, & poſt vigilias ollam oſtendit ebullientem, *Et dixi ollam ſuccenſam ego video*, ubi textus Hebræus eleganter legit *Ollam bullientem ego video.* An non creſcunt eundo inſtrumenta minatum, & in fine ſit ira, eò gravior, quò initio videbatur lenior? Hinc redarguens Deus Davidis lenitatem, qua poſt patratum parricidium oſculatus fuit Abſolonem, eúmque edocens normam regendi populos, ſibique ſubjectos ait: *Reges eos in virga ferrea*, à qua non oſculorum roſas, ſed vul-

Pſalm. 2. v.9.

nerum cædes expectari debent, unde ſubdit, *Et tanquam vas figuli confringes eos*, hinc & Dei olla ita flagrat, ut non ſolùm ferveat, ſed etiam ebullire perhibeatur; quia nil Deo æquè inviſum, quàm juſtitiam ſimulare, & oſcula exhibere: eatenus in lege ſtruthio immundis accenſebatur animalibus, quia cum pennis ſit inſtructus, non tamen per aëra evolat.

§. IV.

Adeo truculentum eſt ira monſtrum, ut huic affectui coërcendo pares non ſint creaturæ vires; ſed Dei omnipotentis requiratur manus auxiliatrix.

34. IGnis iræ, quo præpotentum ebulliunt ollæ, & non ſolùm fervent; difficiliùs extinguitur, & nonniſi cruentas cædes præſagit. Iræ, & libidinis flammæ unà confœderantur in hominum exitium: an non David licèt Principum mitiſſimus Uriæ fudit cruorem, quia Bethſabeæ uſſit amore? Profectò vel è Suſannæ niveo pudore ignis erupit avernalis, quo vel ſenectus conflagravit. Timendus eſt utriúſque affectus ignis exitialis, tum furoris, tum amoris: & niſi initio ſopiatur in cruentas debacchatur clades; & dum natura iræ aſſueſcit, humanitati deſueſcit, & ad adverſantia quæque excandeſcit, & ſuimet oblita feram induit ſævientem: in Magnis, ac præpotentibus ira eò acriùs ſævit, quò illi validius cæteris præſunt; adeo ut ab ijsdem, vel leviſſimæ noxæ ferro, ac flammis, cædibus, ac venenis; urbium cladibus, ac populorum exitijs expientur. An non ob vitrum fortè caſu fractum Pollio famulum tradidit murenis devorandum? An non Alexander ob liberiùs verbum prolatum, ne dicam familiariùs, ſibi amicitiâ devinctiſſimum inter pocula trucidavit? An non Imperatorum peſtis Nero Thraſeam Poëtam, quia nunquam ſibi applauſerat tantæ virtutis impatiens occidit? An non Antoninus Caracalla infenſus ob neſcio quos jocos evocatam in campum juventutem militibus tradidit interficiendam? An non Saul ob panes aliquot per Achimelechum innocenti extraditos Davidi 1. Reg. cap. 21. novem civitates Sacerdotum, ejúſque incolas omnes ad ipſa uſque bruta animalia internecione delevit? Ecquando non ſtulta eſt bilis effervescentia? præſertim in viro Principe, cùm hominum dementet, & ab uſu dejiciat rationis; idque cauſæ, cur hæc animi ægritudo curatu ſit difficillima præſertim in viro Principe, ac præpotente, in quo ira mentem exulcerat, ſenſum hebetat, linguam immutat, oculos incendit, vultum obnubilat, & totum corpus perturbat. Neque pluribus indigemus argumentis, ut iræ exprobretur ſtultitia, cum ipſa ſe ſatis prodat in vultu, habitúque corporis. Alteri qui iraſcitur vix latum unguem à Maniaco videtur diſtare oculis extuberantibus, ac in diverſa diſtortis, genis lividis, capillis erectis, horridiſque, ore contorto, ac ſpumis madente: talis ſpeciei eſt, ipſe aſpectus iraſcentis, de quo ait Seneca: *Linquit decor omnis iratos, ſi capillorum natura vel arte jacentium non informis eſt habitus cum animo, ſubhorreſcunt, tumeſcunt venæ, concutitur crebro ſpiritu pectus, rabida vocis eruptio colla diſtendit; tunc artus trepidi, inquietæ manus, & totius corporis fluctuatio.* Hinc ſicut dementiæ, & maniæ curatio opus eſt Dei non creaturæ; ita & in præpotente iræ coërcitio. Lib. 3. de ira cap. 35.

Idque fortaſſis cauſæ, cur irâ percitus Pharao ob fugam hebraici populi ex Ægypto, & terga fugientium inſecutus non ab Angelo, ſed à Deo ipſo fuerit proſtratus, & ejus audaciæ frœna injecta. Exierant ex Ægypto Hebræi plena ſuffuſi lætitiâ, eò quia à tergo nonaginta trium annorum duriſſimam relinquerent ſervitutem; & à fronte ampliſſimam ſibi libertatis januam adapertam viderent. Proficiſcentium oculos, animóſque nubes recreabat lucida, & denſa, quam in columnæ quoddam altiſſimæ ſimulacrum erectam Angelus moderator ita dirigebat, ut die in quoddam lucis, ac ſpiſſitudinis coiret incrementum; & noctu flammante fulgore populum præiret, cui & rectam oſtenderet ſemitam, quà juſſu DEI eundum erat. Sextus jam à ſuſcepta profectione hebraicæ gentis dies fluebat, cum columnâ nubis antiſtitâ populus ad rubri maris pervenit litus timore concuſſus, eò quia Pharao cum ſuo exercitu tergis hæreret, & fluctus Erythræi maris ulteriorem viderentur profectionem prohibere; ſed tunc Angelus ſe in columna nubis medium inter Hebræorum terga, & Ægyptiorum inſequentium frontem collocavit, illos longè, latéque fuſo lumine antrorſum illuſtravit, quò certo graderentur veſtigio; in Ægyptios verò tergis hærentes Hebræorum tenebras è columnæ dorſo ſparſit, & interpoſitu ſpiſſæ caliginis, ſparſiſque fulgurum terroribus viam præpedivit, cùm Moyſes populum adhortatus ad omnem deponendum timorem, & totam in Deo fiduciam ponendam, manu quâ virgam tenebat Erythræum tetigit, quod in geminum illicò ſe diſcidit latus, viámque aperuit Iſraelitis ſiccam. Sed cum acriùs ad hæc prodigia Pharao iraſceretur Hebræis, eos non deſtitit etiam per Erythræum inſequi. Sed ad Pharaonis iram coërcendam non Angelus, ſed Deus ipſe frœnum injecit iraſcenti Principi Exodi *c. 14. Tollens ſe Angelus Dei, qui præcedebat caſtra Iſrael abijt poſt eos. Jámque advenerat vigilia matutina, & ecce reſpiciens Dominus ſuper caſtra Ægyptiorum per columnam ignis, & nubis interfecit exercitum eorum.* 35.

Cap. 14. v. 19. & 22.

Ecce

36. Ecce cum agitur de ira præpotentis
Pharaonis coërcenda, Angelus caſtra ducit,
& Deus par ſe Ægyptios expugnat, quaſi ad
compeſcendos iraſceutis Pharaonis aſſultus
vires non ſuppeterent Angalo, qui non dici-
tur cum Ægyptijs pugnaſſe, nec aos expu-
gnâſſe, ſed tantùm caſtra Iſrael præceſſiſſe,
adeo ut coërcitio iræ Pharaonis, ejúſque
expugnatio ſoli Deo adſcribatur; quaſi
frœnum iujicera itæ præpotentis vires exce-
dar creaturæ. Ægyptiorum equites, ac pe-
dites animi noſtri ſunt affectus pravi, qui-
bus coercendis opus eſt Dei ope. Pulchrè
Gregorius Nyſſenus in vita Moyſis air:
Ægyptiorum equites, pedites, & currus ſunt
animi paſſiones, quibus ſervitute homo ſub
jicitur. quid enim ab illo Ægyptiorum exer-
citu ira effuſa, voluptas effrænata, dolor
immoderatus, avaritiæ fœditas differt?
Nonne quaſi haſta tremens iræ impetus eſt,
nonne quaſi effrænati equi huc, & illuc cur-
rum trahentes nimiæ voluptates animum ve-
xant; ſuperbiebat Pharau cum Iſraeli iraſce-
Exodi 5. retur ax Ægypto fugienti: *Dixit inimicus*
perſequar, & comprehendam, dividam ſpolia,
implebitur anima mea, evaginabo gladium
meum; interficiet eos manus mea. Sed de-
tumuit faſtus ſuperbiæ tumentes inter ma-
rinos fluctus, & iraſcentis exitiales ignes
aquæ extinxère Erythræi, quia Deus ſua
ope iraſceuti Principi frœnum injecit; *abyſſi*
operuerunt eos, deſcenderunt in profundum
Ibid. 15. *quaſi lapis*; ubi nunc Pharao, ubi ejus per-
vicacia, ubi Thraſonis tumor, cùm diceret;
Quis eſt Dominus, ut audiam vocem ejus, &
dimittam Iſrael? neſcio Dominum, & Iſrael
non dimittam. Qui Dominum laceſſivit
pervicax ejus frœnum ſenſit cùm Iſraelitis
iraſceretur fugieutibus: quàm truculentum
eſt ira monſtrum, cui coërcendo vires non
ſuppetunt creaturæ, ſed Dei opus exigitur.

37. Tametſi creaturæ quandoque fuerit
elementa domuiſſe; Dei tameu fuit ira-
ſcenrem Principem cohibuiſſe, & iræ in
Præpotente excandeſcenti frœna injeciſſe;
quia vano Nabuchodonoſoris ſimulacro di-
vina detrectârunt pueri obſequia exhibere
in fornacem injiciuntur accenſam, flammiſ-
que exrraduntur vorandi; ſed injecti in
fornacem pueri non flammis aduruntur, ſed
purpuræ veſtiuntur ſpleudore; non accen-
ſas prunas experiuntur ad cruciatum, ſed
vernantes roſas ſentiunt ad ſolatium; flam-
ma cingit pueros, non ut interimat, ſed co-
ronet; ſiquidem per flammas, & carbones
ambulabant quaſi per hortum vernanti-
bus roſis amœnum: exitiales ſcilicet excuſſit
Angelus flammas in fornace, quæ cùm non
invenerint reatum culpæ, expromptum
præbuêre obſequium, & non fuerunt auſæ
ſupplicium intorquêre, ne juſtitiam in inſon-
Daniel. 5. v. 48. tibus læderent: *Angelus autem Domini de-*
ſcendit cum Azaria, & ſocijs ejus in forna-
cem, & excuſſit flammam ignis de fornace.
Ecce ad coercendam ignis voracitatem ad
ejus retundendos impetus vires ſuppetunt
Angelo, qui flammas excuſſit, ne quidquam
pueris inferrent detrimenti; quin & Daniel
ope Angelica Leonum ferociam teſtatur
conſupiram: *Miſit Dominus Angelum ſuum,*
qui concluſit ora leonum, ecce elementa, &
feras edomuiſſe creaturæ eſt nonnunquam;
ſed iræ inſaniam coërcuiſſe in præpotente,
divinæ datur potentiæ.

Videamus enim, quomodo ad regiam 38.
delata Sara detrimenta non ſenſerit pudo-
ris: *Venit Deus ad Abimelech per ſomnium* Gen. 20.
nocte, & ait illi: En morieris propter mu- v. 3.
lierem, quam tuliſti: habet enim virum.
Quid? an non opportunior reprimendis
ardoribus, rictibúſque leonum fruſtrandis,
viſus fuiſſet Dei adventus? & nihilomi-
nus ad elementa coërcenda, ad ora ſævien-
tia leonum frœnanda Angelus delegatur;
cur non etiam Abimelecho ſomno ſopito
Angelus mittitur, cùm & dormienti Jo-
ſepho apparuerit? Vel cur Deus in æſtuan-
tem non deſcenderit ipſe fornacem, flam-
marum ſplendoribus, prunarúmque niten-
tibus gemmis pueros, coronaturus? quia
nimirum difficiliùs eſt, magiſque arduum,
præpotentis alicujus inſanientem appeti-
tum, irámque inſoleſcentem coërcere, quàm
elementorum domare furorem. Satis fuit
Angelus ad leonum reprimendam ferociam;
cùm opus Dei neceſſarium fuerit ad regij
appetitûs audaciam cohibendam, irámque
frœnandam, hinc ſcitè Cajetanus ait: *Aptè*
nominatur Deus apparens ad juſtitiam exer-
cendam, inſtruendo, comminando, & præci-
piendo. Cum enim Rex appetitu fureret,
ira excandeſceret, timoris frœno à Deo ipſo
coërcendus erat.

Aſſuetus Joannes Baptiſta in eremi ſe- 39.
ceſſu culturæ lilij caſtitatis, & ſtudio ſum-
marum virtutum; ingreſſus aulam Herodis
libidinis eſt, non paſſus, ſed exoſus pædo-
rem; vocem in aula illa emiſit temperantiæ,
exoticam quidem, quia nondum ei audiendæ
aures aſſueverant; dixit eremi cultor Hero-
di uxore fratris ſui abutenti: *Non licèt tibi*
habere eam, lilium caſtitatis roſam pupugit
libidinis, quam & cruentavit rubore ſuffu-
ſam. Vox aſſueta clamare in deſerto; ſilere
non potuit in aula, ut vitia compeſceret,
& libidini frœna injiceret: eleganter excla-
mat Baſilius Seleucienſis hanc Joannis Ba-
ptiſtæ demiratus libertatem; *O dicendi li-*
bertatem, quæ regiam injuriam non metuit! Orat. 10.
linguam evibrabat, ut olim in utero ſaltum
edebat: tunc ad parturitionem naturam im-
pellebat, & ante parturitionem paſſionis ac-
cuſabat lentitudinem, nunc adulterantem
natura accuſabat. Sed quid vox in aula cum
ſaltu in utero? Regem in aula arguit legis
prævaricatorem, & munus obit vocis redar-
guentis, ſed materno in pectore cum exili-
ret, antequam naſceretur, naturæ jura ſu-
pergreſſus fuerat, & ante parturitionis
tempus, rationis jam partus, & veritatis fit
teſtis.

teſtis. Quomodo igitur linguam evibrat in aula Herodis, ut olim ſaltus edebat in alvo parentis? ſiquidem ſaltus edidiſſe materno in utero naturæ fuit terminos exceſſiſſe: Regem autem redarguiſſe, munus fuiſſe vocis, nemo inficiatur; ſed veritatem in aula Principum deprædicare; vitia apertè redarguere, appetitui inſoleſcenti frœna injicere, & effrœnes præpotentum affectus cohibere id naturæ videtur limites ſuperare, & quid niti ſupra naturæ vires; ideóque rectè Baſilius dicendi libertatem demiratus arguentem Joannem ſibi ipſi naturæ maternis in viſceribus exultanti adæquavit, quia ſicut ſaltus edidiſſe in utero, & choreas duxiſſe matris in alvo naturæ exceſſit, & anteceſſit vires; ita & veritatem dixiſſe in aula ad effrœnes coërcendos affectus, regiámque inſaniam compeſcendam, naturæ tempora viſum eſt perverti ſſe.

40. Eſt igitur ſupra naturæ limites præpotentis indignationem cohibere, & appetitus frœnare inſolentiam; & quia veritas præſertim in aula Principum odium parit, Joannes Baptiſta laſcivientis fœminæ iram, odiúmque in ſe excitavit, & qui à choreis, ſaltúque in utero matris vitam fuerat auſpicatus; choreis ſaltatricis Herodiadis in aula mortem ſibi maturavit; pretium enim ſaltationum puella caput effecit præcurſoris Baptiſtæ: dixiſſes, bene caput petijſſe; cum demens, quia perversè amans, egeret capitè; vel tui totum ingenium in pedes fluxerat, vacuitatem induxerat in caput & defectui inſtaurando, caput expoſtulavit Joannis. Et quia vox erat clamantis in deſerto, huic voci ſilentium tunc Herodias indixit, cùm pretium ſaltationum caput Joannis dixit: nunquid ex Epicurea maluit eſſe Pythagorea? ſed ſe ipſam fefellit, vox iſta licèt in ſilentio poſita epicedium ſaltatrici, epinicium Chriſto, Euchariſtium ſibi, & parænecticum aulæ cecinit, ſi tamen aula fuit, & non caula, quæ talia enutrivit bruta. Non miror, ſi in hac aula Chriſti Prodromus interimitur, non potuit lupa niſi agnum perdere: quòd ſi materna in alvo ſalijt, in aula ſaltu puellæ cecidit, nimirum initijs ſuis affines ſemper ſunt fines, vitam è choreis auſpicatus, in choreis perdidit. Irata fœmina flammas enutrivit iracundiæ, quibus Joannem extingueret, & injecta libidini frœna adureret: ira enim reliquorum eſt fomes vitiorum: eſt hic affectus, qui hominem ab homine dejicit, & à ſolio rationis deturbat, timoréſque efferos ingerit: ait enim Baſilius de ira: *Quando enim ſemel iræ perturbatio mentem præcipitans imperium animæ ſumpſerit, hominem penitus in feram convertit, nec hominem, qui rationis ſit compos, eſſe ſinit: eſt*

Homil. 30. *enim ira*, ait Chryſoſtomus ad popul. *tabes quædam, & tinea mentis noſtræ radicem corrodens*, & in homilia præcedente dixerat, iram corpus corrumpere, ac animam perdere; quia eſt ira humanæ naturæ depravatio, peccati fomes, ad omnia inſtigans delictorum genera; ſiuntque propterea ſcelera omnia, ut loquitur D. Baſilius, iræ appendices.

§. V.

Præ cæteris animi ægritudinibus nocentior eſt ira, cujus æſtus hominem devenuſtat, lumen extinguit rationis, prudentiam eliminat, & omnem abigit decorem.

Nil eſt, quod turpiùs hominem fœdet, ac coinquinet, quàm ira, quâ ſi aliquis exardeat excuſſo quovis decore, videntur in ipſo flagrare oculi, intumeſcere venæ, horrere capilli, ſpumare labia, ſtridere dentes; contrahitur in iraſcente frons, nutat caput, vacillant pedes, agitantur brachia, & totum corpus indecora jactatione hac, illacque circumfertur; ſitque propterea ira peracerbus hominis iraſcentis Tyrannus, & ſpecies quædam ſtultitiæ; cum ratio hominem fugiat iraſcentem, recedátque ab iracundo: & id cauſæ, cur à Philoſophis ira brevis inſania, ſeu à mente dejectio eſſe dicatur, ut innuit Seneca inquiens: *Quidam è ſapientibus viris iram dixerunt brevem inſaniam: æquè enim impotens ſui eſt; decoris oblita, neceſſitudinis immemor, in quod cœpit pertinax & intenta; rationi, conſilijſque præcluſa, vanis agitata cauſis ad diſpectum æqui, veríque inhabilis, ruinis ſimillima, quæ ſuper id, quod oppreſſere franguntur.* Hinc liquet, præ cæteris animi ægritudinibus cæteris noxiorem eſſe iram, quæ ſic rationis, ac prudentiæ lucem tetris inſani ardoris obſcurat vaporibus, fœdat nubibus, ut animi exturbata ſerenitate, imò & homo ab homine dejectus mores induat efferos: *quippe* ait Chryſyppus apud Plutarchum de virtut. moral. *ſuccedentes perturbationes extrudunt ratiocinationes.* Quibus ſi homo deſtituatur cœtui adſciſcitur brutorum, quæ non rationis ductu, ſed paſſionis impetu feruntur; & præcipitanter in exitia aguntur. *Nemo iratus* ait Eurypides apud Stobæum: *quidquam rectè deliberat, multos iracundia magna perdidit mortalium.* 41. Lib. 1. de Ira cap. 1. Cap. [illegible]

Eſt igitur ira rationis naufragium, decoris exitium, honoris detrimentum, gloriæ excidium, & peſtis, quæ totum hominem inficit: imò & mare procellis exaſperatum, quòd nonniſi naufragia minatur. Habet & ira ſuos fluctus, quibus exagitatur, & quidem eò tumidiores, ac nocentiores, quò animum intus turbant: ſi iraſcentis externus habitus totus eſt deformis, in quo tumeſcunt venæ, horreſcunt capilli, ſpumant ora, trepidant artus, & ſingula corporis membra fluctuant, qualem intus 42.

putas

putas eſſe animam, cuius externa imago tam fœda eſt? *Vis tibi demonſtrem animam ſpumantem, & immundam*, ait Chryſoſtomus: *cogita iraſcentes, & ebrios ex ira.* Fluctuat iracundia, iratíque animus fluctibus, & ipſe agitatur decumanis tumidioribus: dum ira feruefcit, ejúſque agitatur æſtu, Virgilius 4. Æneid. *Magnóque irarum fluctuat æſtu.* Eſt ira in homine iraſcente, perinde, ac in mundo mare procellis percitum: turbatur ventis aqua; & cogitationibus à prudentia alienis commovetur iracundus, qui imprudentibus perturbatur cogitationibus; in quibus tamen non ſiſtit; ſed verba etiam evomit imprudentiæ ſordibus infecta, nec minùs irâ percitus ſordeſcit, ac aquâ commota, & mare æſtuans inficitur. Quò aqua eſt commotior, eò & lutulentior, ac impurior; & qui alteri iraſcitur, quò majori agitatur æſtu iracundiæ, eò fœdatur turpior ait Chryſoſtomus: *In ſe ipſum enim qui iraſcitur non eſt poſſibile manere purum; quemadmodum neque pelagus, quod fluctibus movetur.*

Homil. 20. ad popul.

Homil. 15 in ep. ad. Apoſt.

43. Quòd ſi turbido fonti mentem dixeris iracundi ſimilem, tibi ſuccinentem invenies S. Nilum orat. de ira, ubi ait: *Iracundi mens fons eſt turbidus, ſordidus, ac inutilis*, & revera non poteſt hic fons non eſſe impurus, à quo tot ſcelera ſcaturiunt, ait enim Philo libro quòd Deus ſit immortalis: *Ira eſt peccatorum fons*, à quo ſcelera diffluunt omnia, quapropter ait idem Philo lib. 2. allegor. *Iracundorum ferè nemo verax eſt*; Ecce mendacium ab iræ fonte, putidus diffluit rivulus: injuſtitia ab eodem dimanat fonte, ut notat Seneca lib. 1. de ira cap. 16. *Qui ira ſibi indulget, ex libidine judicat*: quia ut ſubdit Caſſiodorus, *Iniquum nimis eſt, quod delectat iratum*. Ab hoc putido fonte fœtidiſſimi diffluunt rivuli, rixarum, jurgiorum, contumeliarum, cladium, ac funerum: diffluunt enim ab hac ſcaturigine vindictæ lethales, cædes cruentæ, exitia deploranda. A mente æſtu iræ percita omnis turbulentas, & exitiales expecta cogitationes; quæ nonniſi verba ſuggerunt turbata, contumelioſa, minas, & cædes ſpirantia, ut ſcitè adnotavit Anſelmus parians mentem turbatam aquæ commotæ inquiens: *Ut aqua commota radium commotum: ſic & mens turbata verbum reddit turbatum, ut & omne exterius.* Imò non putido fonti tantùm, ſed & torrenti pleno alveo decurrenti iræ impetus veriùs pariaverim, cùm ira non minus, quàm torrens omnia obruat, & mihi accinit D. Baſilius inquiens: *Quemadmodum torrentes ad curva loca decurrentes ſecum obvia quæque trahunt; ſic, & iratorum impetus violenti, & ſuſtabiles omnia ſimiliter percurrunt, atque obruunt.*

Lib. 4. Epiſt. 5.

Lib. ſimilit. cap. 93.

Homil. de ira.

44. Vides poſt delapſas è cœlo pluvias è curveſcentibus montibus in ſubjectas valles acervari aquas, & per declivia locorum auctis viribus præcipiti curſu cieri, deorſúmque devolvi, & obvia quæque rapere, exundare, evertere, ac perdere. Pari pacto iracundia inferveſcens mentem non ſolùm obruit ſuo æſtu, ſed & ſecum in præceps trahit: idque cauſæ, cur irâ perciti ſpumam ex ore emittunt, quia ira ſe intus non capiens foras enititur erumpere Oſee: *Tranſire fecit Samaria Regem ſuum ſuper faciem aquæ*, ſeu ut habet textus Hebræus, *Quaſi ſpumam*, adeo ut vix à ſpuma oris, ira diſtet cordis. Imò non æſtus tantùm aquæ eſſe dicitur ira, ſed & ebrietas quædam, quâ iraſcens intus non ſolùm turbatur temulentus, ſed etiam ab uſu dejicitur rationis, ait Chryſoſtomus: *Ebrietas quædam eſt ira, imò verò difficilior ebrietate, & dæmone miſerabilior.*

Cap. 10. v. 7.

Homil. 30. ad popul.

45. Quòd ſi cauſam quæras, hanc tibi indicat D. Baſilius inquiens: *Neque enſis acies, neque ignis, neque horrendum aliquid animum irâ intumeſcentem, ac furentem ſatie compeſcere valebit; non magis, quàm à dæmonibus detenti, à quibus irati nihil nec forma, nec animi affectu differunt.* Quapropter Eurypides in Medea vocat iram morbum gravem, & incurabilem; & eò eſt hic morbus curatu difficilior, quò in viris Principibus inſoleſcit ferventior, cujusvis pharmaci impatiens, eóſque dementat, & ab uſu dejicit rationis. Notum quod de Xerxe Perſarum Rege fertur, tantò luculentius vaniſſimæ ſtoliditatis exemplum, quantò minùs decet Reges, ac Principes deſipere. Cùm intellexiſſet Xerxes, claſſem, quam expugnandæ Græciæ apparaverat ingenti ſumptu, pertinacíque labore, in mari Helleſpontico ſævâ fuiſſe tempeſtate diſruptam, ac magna ſui parte periiſſe: ita irâ æſtuavit, ac furore excanduit in pelagus, ut perinde ac herus cùm ſuo iraſcitur famulo, juſſit, Helleſpontum pœnas naufragii dare: miſítque propterea, qui Helleſpontо veluti reo vinciendo par compedum injicerent; fœda inſuper ſtigmata inurerent, & colaphos, ac trecenta verbera infligerent, & ad uberius inſaniæ incrementum, voluit in pœnis infligendis hæc verba proferri; O aqua amara, Dominus hanc tibi pœnam irrogat, eò quia ejus claſſem læſiſti. Ecce ad quam inſaniam, ac dementiam pertraxit ira Xerxem: voluit Helleſpontum pœnas dare naufragii, quaſi in maris fuiſſet poteſtate frœna injicere ventis, Æolum in ſuo occludere antro, nubes excutere: ſcitè dixit Thucydides: *Ira animum ſubiens inſaniam gignit*: & etiam Principum capita dementat. Iraſcitur Saul Jonathæ filio ſuo; *Et arripuit Saul lanceam, ut percuteret eum, & intellexit Jonathas, quod definitum eſſet à patre ſuo, ut interficeret David*: quia Jonathas blandè, & leniter Saulem patrem monuit, ne Davidem occideret innocentem dicens: *Quare morietur? quid fecit?* eo ex-

Homil. de ira.

1. Reg. c. 20. v. 33.

excandeſcentis iræ æſtu fuit Saul correptus, ut propriam ſuam uxorem matrem Jonathæ dehoneſtaverit, & arrepta lancea in Jonatham ipſum irruerit, quem inflicto vulnere interimeret: *arripuit Saul lanceam, ut percuteret eum.* An non ob uſu ceciderat Saul rationis, ac furens inſaniebat, cùm & uxoris manifeſtaverit ignominiam, & in proprium filium lanceâ ſævierit? quia ait Cajetanus: *Juxta textum Hebræum habetur, & jaculatus eſt Saul lancea contra eum, ut percuteret eum, in tantum exarſit furorem, ut etiam filium percutere attentaverit.*

46. Quòd ſi truculentus eſt hic affectus, dum quas intus flammas concipit, exteriùs ejaculatur; adhuc funeſtior eſt, ac deterior dum lentè procedit, & abſcondit abſtruſas intimis pectoribus iras, hinc aiebat Cap. 20. Eurypides apud Stobæum: *Convenit iram quoque non retinere immortalem, quicunque Sapientiam intelligit.* Ira exarſêre filij Jacobi in Joſephum eorum fratrem. Flammas iræ, & livori ſubjecerat cauſa multiplex; exulcerabat enim fraternos animos incuſatio criminis peſſimi, cujus ipſi ad parentem à Joſepho erant delati: tum imagines quædam adoleſcenti per ſomnium objectæ; quas ipſe de ſua alios metiens innocentia puerili aperuerat candore, dum fratribus narravit, ſe per quietem vidiſſe, & ſe, & fratres colligere in campo manipulos, ſuúmque ex illis manipulum ſtetiſſe erectum, vilúmque adorari à fraternis manipulis circumſtantibus: hiſce enim auditis cœperunt fratres in Joſephum irâ accendi, Genes. 37. v. 8. eique iraſci, ac dicere: *Nunquid Rex noſter eris?* ſed Joſephus aliud iterum ſomnium refert, quo videbatur ſibi à ſyderibus adorari: tunc fratres ora ſilentio continuerunt, nec flammas conceptæ intus iræ fuêre ampliùs exteriùs ejaculati: ſed hæc ira intus abſtruſa in pectore nocentior Joſepho fuit, ait Philo: Lib. de Joſeph. *Concitatis contra unum pluribus fratribus, qui tanto odio eum proſequebantur, quantâ pater benevolentiâ; tegentes tamen id, & diſpenſantes in tempus aliud: unde magis augebatur in dies; nam affectus, qui premuntur, ut per verba expirent, graviores redduntur.*

47. Amandaverat fortaſſis filium ſuum Joſephum ad fratres paſcendis gregibus occupatos exploratum, quid agerent, & quibus in paſcuis greges cuſtodirent. Paterno imperio obſecutus filius per colles, & montes inſcendit quæſiturus fratres, ſed inventurus carnifices. Vix enim eminus fuerunt fratres Joſephum intuiti ad ipſos venientem cœperunt illicò de cruenta illius cæde deliberare, & ſomniatorem (tali enim nomenclatura per convicium fratrem appellabant) interficere; utque Jacobo patri patratum ſcelus tegerent, óſque occluderent, à feris diſcerptum dicere ſtatuunt. Iniquo tamen conſilio, quod ira præconcepta ſuggeſſerat; ſe oppoſuit Ruben ex fratribus unus, qui ſuaſit alijs abſtinere à fratris ſanguine fundendo; & vellent potiùs eum in proximam abjicere ciſternam fame necandum; cui conſilio utpote mitiori cùm annuerent reliqui fratres, verſicolore prætextâ Joſephum exuerunt, qui tametſi precibus, lachrymis, queſtibus, & obſecrationibus inſtaret, ut ei parcerent, & nunc etiam ſingulos, & modò univerſos per Dei clementiam, per communis parentis ſenectutem deprecaretur, perinde fuit ac ſurdis canere; adeo dura fuit ira intus in fratrum pectoribus abſtruſa, ut nec frigidus Joſephi pavor, nec blandus rogantis decor, potis fuerit flectere ad pietatem, ſed ab iraſcentibus, ac invidis per funes in profundam demittitur ciſternam fame interimendus. Quòd ſi pater cognoviſſet reliquos fratres in Joſephum iratos, minimè ad ipſos eum delegâſſet; ſed quia ira abſtruſa tantùm in pectore fuit, & patri non innotuit, violentam Joſephi cædem ſuggeſſit; hinc aiebat Arianus apud Stobæum: *Cavendum eſt à remiſſo illorum ingenio, ut quod ſit deterius, quod magno iracundiæ niſu intenſum, hoc enim ſtatim ultione ſaturatur. Illud verò in multum temporis extenditur; quemadmodum exilis febricula.* Cap. 20.

48. Si furor mentem occupat, ſi ira ſuas in pectore flammas accendit, tutus eſt nemo: quidquid dixeris, probaveris, vel improbaveris crimen erit. Sunt irati occulti, quique iracundiæ flammas exteriùs non emittunt, hoſtes, qui nonniſi beneficio fugæ vincuntur, ut nos monet Salomon: *Noli eſſe amicus homini iracundo, neque ambules cum viro furioſo:* Prov. 22. v. 24. ſiquidem flammis circumſepiri, nec fumo inſici, ſoli datur miraculo: hinc de ſe fidere non fuit auſus Jacob in conſortio Eſau ad iracundiam proclivis. Cedere tempori prudentiæ datur; ſed irato ce[illegible] pietati; ſi ſpiret ira ſanguinem, tegi neſcit, vixque vitari poteſt niſi recedendo. hinc etiam Apoſtolus nos docet, iratos declinare: ad Romanos: *Non vosmetipſos defendentes charisſimi, ſed date locum iræ.* 12. v. 19. Tametſi fratres ſint, & ſanguinis teneantur neceſſitudine, qui irâ exardent, fugiendi ſunt, ſi enim furor tonet, & ira ſuas ejaculetur flammas abſcedendum eſt, quia ut monet Seneca, *quos verus amor tenuit, tenebit ira magnis agitata cauſis, gratiam rapuit, cecinitque bellum.*

49. Neque indecorum eſt cedere iracundo, ſicut nemo dixerit inverecundum à cacodæmone recedere. David licèt ſpiritu ſublimis, fortitudine monitus, virtute magnanimus, Saulem tamen ſæpius fugit iraſcentem; & tamen nullam dicitur notam incurriſſe timiditatis: quinimò non minus ſtrenuus fuit, cum Saulem fugeret, quàm cum Goliathum proſterneret. Saulem dœmon invaſerat: *Invaſit eum ſpiritus Domini malus.* 1. Reg. c. 18. Dicitur dœmon malus Spiritus, quo inde conjiciamus ira percitum à cacodæmone videri obſeſſum, imò & poſſeſſum. Quòd ſi ita eſt, quæ erit Ignominia à Diabolo recedere, vel ab eo, in quo reſidet malignus

Spiritus?

Spiritus? ſi à fratre ira exagitato receſſiſſet Abel, non periiſſet in campo. Impensè amabant Jacobum tum Iſaac pater, tum Rebecca mater, cúmque noviſſent Eſavum irâ in fratrem exardentem, quò Jacobum ab imminente necis periculo ſubtraherent, jubent è domo exire, & in aliam ſecedere Regionem: eſt ſiquidem ira inteſtinus dœmon; & iratus maniaco haud diſſimilis: quem dœmon occupat, vides interdum oculis inflammatis, & in diverſa diſtortis, genis liveſcentibus, capillis erectis, ore contorto, labijs ſpumantibus; & talis tibi objicitur iraſcentis aſpectus, qui propterea fugam tibi ſuadet, ſi ſapis: quia ſi ſemel ſuas ira flammas ſuccenderit difficulter eas extingues; adeò ut vitijs quæ ſola morte decedunt, iracundiâ accenſeatur, ſitque propterea ſemel iratus ſemper timendus.

50. In meliorem jam receptus frugem Jonas Propheta, cum elapſo jam quadrageſimo die non viderit Ninivem ſubverti, affligitur, & iraſcitur: [Jonæ 4. v. 1.] *Afflictus eſt Jonas afflictione magna, & iratus eſt.* Nimirum qui antea reis iraſcebatur, nunc & contra inſontes excandeſcit, ut conjicias, quàm difficulter vel in Propheta ira, quas ſemel flammas accenderat, ſopiat, vel extinguat. Iracundus tunc tantùm furorem exuit, quando & vitam. Ab urbe fugit Jonas aperto ſe recipit in campo, & ad virentis hederæ umbram ſedens quieſcit: ſed à virulento vermis morſu exroſâ hederæ medullâ incipit planta deficere, folijs devenuſtari, & tota exareſcere. Quid ni? iraſcitur iterum Jonas contra hederam, eò quia tam citò exaruerit, quaſi quietem ſibi invidiſſet, indigueritque propterea a Deo reprehendi: [Num. 9.] *Putáſne bene iraſceris tu ſuper hedera* cui Jonas: *Bene iraſcor ego uſque ad mortem*; ecce ſola mors flammas extinguit, quas ira ſemel concepit. Quis igitur non fugiat hominem ira percitum, quem mors curat? quis ſaltem metu periculi, ſyrtes non ſatagit iracundiæ effugere, & charybdis vortices in æſtu iræ declinare? [ſerm. 161.] *Cogitet homo,* ait Chryſologus, *cordis mala, carnis vitia, voluptatum fluctus, deſideriorum procellas, naufragia criminum, irarum ſcopulos:* Malaciam cordis noſtri fluctus infeſtant irarum, & mentium noſtrarum naves ingenti diſcrimini obnoxiæ enavigant, ſi hiſce quatiantur fluctibus, qui deponendi ſunt, ac coërcendi; ne noſtræ mergantur carinæ. Si iratum cor noſtrum velut mare fluctuat, non tumeſcant ventorum impetu vela noſtra, non rixentur cogitationes; ſed deſideria portûs, pacíſque malaciam exoptent, & aquâ manſuetudinis adnitamur accenſæ iræ flammas extinguere: perinde ac ferrum candens in frigidos injectum latices, quem contraxerat ignem, exuit; ira pacati animi manſuetudo iraſcentis viri flammas extinguit.

§. VI.

Adeò noxia eſt iræ malignitas, ut non alijs tantùm, ſed & ſibi ipſi adverſetur, ſitque ſibi abominationi: ideo coërcenda eſt, ne in exitium nos trahat.

SI omnis ira mala eſt, certè vitium redolet, & ſanè flagitioſiſſimum, cum ad naufragia impellat medias inter fluctantes procellas, adeo ut nos monuerit Apoſtolus, ut exitiales iræ flammas omnino fugiamus ad Epheſios 4. v. 31. *Omnis ira, & indignatio, & clamor tollatur à vobis,* ſed ſi omnis ira ideo fugienda, quia mala: quomodo David nobis iram ſuadet Pſalm. 4. v. 5. *Iraſcimini, & nolite peccare:* etenim ſi iraſcimur citra piaculum, ergo non omnis ira mala eſt, ſed aliqua, quæ virtutis cohoneſtetur decore, ut notat D. Auguſtinus: [In prædict. Pſalm.] Quæ igitur eſt hæc ira, quæ non in exitialem ſuccenditur virij flammam, ſed in virtutem floreſcit honeſtatis? ſi enim ſalubriter jubemur iraſci citra peccatum, *iraſcimini, & nolite peccare,* jam non omnis ira deteſtabilis eſt. Si quæras quænam ſit hæc ira, quæ naturam induit virtutis, non credas, aliam eſſe, niſi quæ in ipſam iram armatur: ſi ira in iram deſæviat, eámque victrix proſternat ſalubris eſt ira, quæ de vitio triumphat: hæcque ira eſt, cujus ſtudium nobis David ſuadet: pulchrè Peluſiota: [Lib. 2. ep iſt. 239.] *Iraſcimini, & nolite peccare; id eſt iraſcimini huic affectui.* Talis eſt execranda iræ malitia, ut ſibi etiam adverſetur, ſitque ſibi abominationi. 51.

Reliqua vitia nulli adverſantur vitio, ſed duntaxat virtuti; quia virtus vitio tantùm opponitur, & vitium virtuti adverſatur, ut caſtitas laſciviæ, temperantia gulæ, juſtitia injuſtitiæ: non enim luxuria libidini opponitur, nec gulæ intemperantia, & nihilominus ira iræ opponitur: nimirum adeo deteſtabilis eſt ira, ut Deus iram armet in iram, & aliquam permittat iracundiam naturam induere virtutis, eam ſcilicet, quâ ira proſternitur, & adverſus iracundiam irruit, quam vincat, deleátque. Adeo pertinax, & ferax eſt ira vitium, ut vires eam proſternendi non ſuppetant manſuetudini, patientiæ, & mititati; niſi Deus etiam ipſam iram adverſus iram armâſſet. Tunc igitur piè iraſcimur, & citra piaculum iracundiæ flammas accendimus, quin virtus cineſiat, quando in noſtras inſurgimus iras, cùm adnitimur iraſcentes noſtras iras abigere, & noſtræ iraſcimur iracundiæ: *iraſcimini, & nolite peccare: id eſt iraſcimini huic affectui,* ſalubris eſt ira, ſi ad iram evertendam accendatur, eſt enim hæc ira iram proſternens, quæ merita contrahit patientiæ, & manſuetudinis; & plerumque faſtigium inſcendit virtutis. Utinam ita potentes irâ eſſemus, ut nunquam niſi iræ iraſcere- 52.

mur, & flammâ noſtræ iracundiæ ad ſolam,
iræ internecionem exardeſceret, & emica-
ret; ſed quoniam id paucorum eſt, & optan-
dum magis, quàm ſperandum, conſultiùs,
ut Syracidem audiamus monentem, ne ſi-
Eccleſ. c. 7. v. 10. mus proni ad iraſcendum; *Ne ſis velox ad*
iraſcendum, quæ verba expendens D. Gre-
Lib. moral. cap. 35. gorius ait: *Solerter animus ante actionis ſuæ*
primordia cuncta debet adverſa meditari, ut
ſemper hæc cogitans, thorace patientiæ muni-
tus, & quidquid acciderit, providus ſuperet,
& quidquid non acceſſerit lucrum putet.

53. Si ira animum invadit, frœnum eſt
ei illicò injiciendum, ut coërceatur, ac pro-
ſtrata vincatur. Ira in malorum vindicta
rectum rationis ſequatur, quod præeat, di-
ctamen; ut veluti ancillatura juſtitiæ, ejus
ſit pediſſequa, & non ante faciem Domini
laſciva animum inſiliat, & hoc eſt, quod mo-
net Syracides, *ne ſis velox ad iraſcendum*.
Hoc qui à ſe impetrat, ut remoram furori
injiciat, & frœno iram compeſcat, jam de
ſuperato animo ſuo, & ira proſtrata palmas
demetit, & triumphos celebrat. Tales
feruntur fuiſſe nonnulli, quorum animi mo-
derationem commendavit antiquitas, & de
Epiſt. 9. ad Salvian. quibus meminerunt D. Ambroſius lib. 1.
offic. cap. 21. & D. Hieronymus: ait Am-
broſius: *Ferunt gentiles (ut in majus omnia*
extollere ſolent) Architæ Tarentini Philoſo-
phi dictum, qui villico ſuo dixiſſe fertur.
O te infelicem! jam te verberibus enecâſſem,
niſi iratus eſſem. Sed quid hoc? ſi cum Da-
vide conferatur, qui dexteram etiam ar-
matam in indignatione compreſſit? cùm e-
nim Semei acerbiſſimis illum maledictis in-
ceſſeret, jámque Abiſai totus in ejus necem
2. Reg. c. 16. v. 9. exæſtuans diceret: *Quare maledicit canis hic*
mortuus Domino meo Regi, vadam, & am-
putabo caput ejus Manſuetiſſima oratione
animum ſuum compoſuit. Niſi ira iræ ira-
ſcatur, nitatúrque iram proſternere in ira-
ſcentem deſævit.

54. Ut ira gladius ſit, iram feriat, non ira-
ſcentem cruentet; tunc juſtè ſævit, ſi in
iram deſævit. Quòd ſi non iram proſter-
nat, ſed rationem, ac mentem dementet,
qui gladius fuiſſet in iram, fit fulmen in
iraſcentem, in quo omnia ſus déque ever-
tit, ut vel ipſum hominem ab homine deji-
ciat, imò putat D. Bernardus, elementa cun-
cta pugnas inter ſe ſe ineuntia in homine
Serm. 56. convenire iracundo, ac luctari, ait ipſe: *In*
oculis eſt ignis; in lingua, quæ vocem for-
mat aër; in manibus, quarum proprius eſt
tactus, terra. Vel ſi mavis, in iraſcentis lin-
gua ignis ardet, ſi enim æſtuat in corde
ira, flammas per os ejaculatur, iraſcentis
enim verba nonniſi rixas, diſſidia, & ini-
micitias accendunt; quis igitur neget ignita
iraſcentis verba jurgijs accendendis per-
apta? aërem putârim è naribus perflare,
cùm hominem ab homine dejiciens men-
tem naribus foras perflat, cum non am-
pliùs ut homo rationis compos agat, ſed in-
ſtar leenæ irruat in quoſque effrœnis: aquam
cenſerem amarore infectam in oculis ebul-
lire; & terram in manibus tremere. Quòd
ſi cor iraſcentis intimiùs penetres, mare
procellis percitum ibi deprehendes, ait e-
nim Iſaias: *Cor impij quaſi mare fervens,*
quod quieſcere non poteſt. Per mare ait
Paulinus *cor intellige iracundum.* Mare eſt
cor iraſcentis iræ æſtu exagitatum, paſſio-
nibus, & affectibus, quaſi ventis commo-
tum; cogitationibus, veluti fluctibus decu-
manis tumidioribus perturbatum, quod-
que vel litora ſorbere contendat, ſeu re-
pugnantes præſumat deglutire. Quòd ſi
ira obcæcat, ſi pectus urit, ſi cor inflat,
ergo nemo licèt innocens ſecurus vivit, eſt
enim ira adeò prava animi ægritudo, ut ei
curandæ nonniſi cruenta clades, idonea
inveniatur: ira ſiquidem in ſola vindicta
remedium quærit; & in hoc virulentæ vi-
peræ haud abſimilis, quæ effuſo recreatur
veneno, dixit Rebecca ad filium ſuum Ja-
cobum: *Ecce Eſau frater tuus minatur, ut* Geneſ. c. 27. v. 42.
occidat te, ubi ait Cajetanus *Juxta Hebræum*
habetur: frater tuus conſolatur te, ut occi-
dat te. Irâ percitus Eſau contra Jacobum
fratrem ſuum ob ſurrepta ei primogenitu-
ræ jura, iræ ſuæ ſolatium, ſuique mœro-
ris lenimentum, & morbi pharmacum cen-
ſuit Jacobi fratris necem: inter mœrentis
animi anguſtias, id erat ei ſolatio cogitare
de fratre occidendo poſt parentis obitum,
plenámque de eo vindictam ſumere: *Ve-* Ibidem.
nient dies luctûs patris mei, & occidam
Jacob fratrem meum. Ecce homo iratus
ab homine dejectus, à ratione alienus,
cùm ſolatium exigat ex vulnere fratris,
& pharmacum ſatagat invenire in vin-
dicta.

Quòd ſi irâ percitum ſtulto pariave- 55.
ris, neque latum unguem te à vero ab-
ſcedere ſinit Syracides; *Ira in ſinu ſtulti re-* Eccleſ. c. 7. v. 10.
quieſcit. Quòd ſi typum hominis ſtulti-
tiâ laborantis non vidiſti, oculos in ira per-
citum injice, hunc videbis flagrantem ocu-
lis, quaſſatum labijs, horrentem capillis,
ſtridentem dentibus, tumeſcentem venis,
ſpumantem ore, fœdatum vultu, contra-
ctum fronte, nutantem capite, vacillan-
tem pede, agitatum brachijs, & toto cor-
pore indecorum; ſtultitiâ laborantem, ſi-
múlque furentem ſi ita pinxeris ſtulti æquè,
ac irati typum exhibes delineatum: Jeremias
Deum rogans ait: *Corripe me Domine; ve-* Cap. 10. v. 24.
rumtamen in judicio, & non in furore, ne
fortè ad nihilum redigas me. Sed cur ſup-
plicium Propheta non timet, ſi ſuam à
DEI judicio originem trahat; timeat
verò, ſi à furore oriatur? quia nimi-
rum quod à lumine judicij ſupplicium re-
gitur, moderatione temperatur; quod
verò à furore naſcitur, nullo coërcetur
frœno, & deſævit truculentiùs; unde
concludit Cyrillus. *Horribile eſt ergo*
in furore corrigi. Quòd ſi Propheta

Dei

Dei metuit furorem, qui potis non eſt lumen divinæ mentis obſcurare, nec benignitatem exaſperare: quantò fortiùs, magiſque timendum à furore hominum, in quibus ira mentem excæcat, & lumen infuſcat rationis, imò, & hominem dementat? *Quid enim aliud eſt in homine iraſci*, ait D. Ambroſius *quàm inſanire, & furere?* Quòd ſi ab homine inſaniente, & furiis exagitato ullum ſperas moderationis regimen, non credas, niſi hoc ab iraſcente derivatum iri; moderationem neſcit, qui irâ percellitur, quia ut ait D. Gregorius. *Plus ſemper ira in vindicta exigit, quàm injuriam accepit.* Ira iraſcentem excæcat: ne juſtitiæ videat æquitatem; nec legum ſervare normas dignoſcit; ſed ſatiari alieno ſanguine, quem ſitit anhelus, deſiderat: hinc ajebat Caſſiodorus. *Iniquum eſt, quod delectat iratum: furentes juſta non ſentiunt.* Non tamen credas, iraſcentem ſola laborare phreneſi, furoriſque inſania exagitari, omnibus enim animi ægritudinibus dixeris obnoxium, ait Job *Homo natus de muliere brevi vivens tempore, repletur multis miſeriis*, ubi ſeptuaginta Interpretes legunt; quaſi periode ſit irâ exardeſcere, ac omnibus calamitatibus, ac miſeriis repleri; ſummarium eſt enim ira omnium, ac compendium cunctarum miſeriarum: imò perinde eſt iracundia furere, ac à Dæmone torqueri.

Lib. 1. ad verſus gent.

Lib. 28 Moral. c. 17.

Lib. 4. variis

Cap. 14.

56. Saul ſpiritu immondo exagitatus tunc fuit, cùm ira exarſit in Davidem; cùm telum vibrabat, tunc Diabolus eum miſerè excruciabat. Quòd ſi hominem plebeum dedecet, quantò magis virum Principem? obſcurat ſuis ira flammis quidquid præclari à viris Principibus actum eſt. De Alexandro Macedone ait Valerius Maximus *Alexandrum iracundiâ ſuâ propemodum cœlo diripuit.* Victorias ſibi Alexander comparaverat, quibus ad ſydera usque nomen evexerat ſydereis ſcribendum characteribus. Verùm ira quâ exarſit è cœlo nomen delevit, ejúsque famam deturpavit, quaſi erubuerit cœlum furentem Principem ſinu complecti ſuo. Adeò exarſit Alexander irâ, ut ab humanitate defecerit, in barbariem delapſus: ait Cyrillus Alexandrinus: *Barbari ſemper ad iram præcipites ſunt.* Irâ exarſit Ægyptia hera in Joſephum, eò quia ſceleri fuerat reluctatus, & illicò in barbariem delapſa profanum, quo arſerat, amorem, in odium vertit exitiale, & in exitium innocentis fuit debacchata: ira enim ex amore nata ſævior ſemper furit, ait D. Gregorius. *Radices ſpinarum molles ſunt; ſed tamen ex ipſa mollitie prodeunt, ut pungant.* In mollitie perinde, ac in cote ſua exacuunt ſpinæ acumina, hoc eſt, ex mollitie ſuas haurit iracundia flammas, quibus ſæviùs debacchetur. Ferunt androdramatem lapidem eſſe pondere ac duritia inſignem, argenteum præſeferentem nitorem, quadratum, & teſſellis ſimilem, & è collo ſuſpenſum, vel digito inſertum vim habere ad compeſcendos iracundiæ motus; ſed tametſi Ægyptia Hera eſſet hoc lapide deſtituta, ſi caſtitate floruiſſet, non in inſanam iram exarſiſſet; perinde, ac Megæra, vel Tiſiphone.

Lib. 9. c. 3.

Lib. 3. Mor.

57. Niſi ira iræ iraſcatur, ſemper noxia eſt, ac iraſcenti exitialis: quò igitur iraſcamur citra piaculū, nonniſi iræ nobis licet iraſci, & tunc brevis eſt ira, quæ de proſtrata ira triumphat, non enim ſinit ira iram ſurgere, quam profligat, quo pacto ait Apoſtolus. *Iraſcimini, & nolite peccare, ſol non occidat ſuper iracundiam veſtram*, hoc eſt non ſit ira diuturnior, ſed quæ iræ iraſcatur, quam illicò proſternat. Sed ſi ira in iram conſurgens virtutis condecoratur honeſtate, cur à diuturnitate depravatur? An non quò diuturnius eſt virtutis exercitium, eò uberius eſt meriti incrementum, illuſtrior gloria? Vel igitur ira, quæ iræ iraſcitur, vitium eſt, & perperam ad iraſcendum nos David hortatur. *Iraſcimini, & nolite peccare:* vel virtus eſt, quæ in vitium inſurgens de proſtrata ira triumphat; & tunc diuturniorem in ira morā non debet Apoſtolus nobis inhibere: neque David nobis injungere, ne ultra ſolis occaſum ira noſtra protrahatur. *Sol non occidat ſuper iracundiam veſtram:* vult Apoſtolus priùs in iraſcente iram extingui, quàm ſol occidat; ſed cur, ſi ira iræ iraſcens virtus eſt, ejus diuturnitas noxia eſſe dicitur? ſi virtus, quò diuturnior, eò cumulatis meritis ditior? ſcitè Caſſiodorus. *Si noxium eſt ſuper iracundiam noſtram occidere ſolem juſtitiæ, & irati confeſtim locum Diabolo damus in corde noſtro, quomodo ſuperiùs præcepit, ut iraſcamur, dicens: Iraſcimini, & nolite peccare?* Scilicet ira tunc licita, tunc virtutis cohoneſtatur decore, ſi magnanima, ac bellicoſa, ita iræ iraſcatur, ut illicò eam proſternat: de ſubita enim victoria, & de proſtrato ſine mora adverſario fortitudinem prodit, & honeſtamentum haurit virtutis: ſin verò ſegnior pugnet, & tardiùs iram expugnet, deturpatur, & in vitium ſegnitiæ tranſit, quæ ſolertiâ honeſtatem contrahit virtutis.

ad Epheſ. 4. v. 26.

Pſal. 4. v. 5.

Lib. 8. c. 10.

58. Ira igitur, quæ iræ iraſcitur virtus eſt, ſi illicò iram proſternat, cui iraſcitur: degenerat verò in vitium, ſi non excuſſa quavis ſegnitie diu immoretur iraſcenti: *ſol non occidat ſuper iracundiam veſtram.* Imò hæc ira, quæ iræ iraſcitur, & quam primo impetu, & aſſultu proſternit non ſolùm honeſtatem induit virtutis, ſed ipſarum virtutum ſit fœcunda parens; ait enim D. Baſilius homil. de ira. *Ira forti-*

Lib. 3. Mor.

titudinem, patientiámque, ac conſtantiam parit. Sed quæ iræ cum patientia connexio? ira ſiquidem ardor eſt, ac furor impatiens, affectus perturbatus, turbulentus, clamoroſus; cum patientia tranquilla ſit, ſerena, mitis, clemens, muta: ira cædes minatur, & mala; quæ patientia æquo animo, & læta fronte ſuſtinet; ira jurgia excitat, diſſidia accendit, inimicitias fovet; & patientia adnititur diſſidentia capita componere, inimicitias extinguere, jurgia propulſare; quæ igitur cohærentia iræ cum patientia, quam ira habet cum patientia cognationem? cum illa flammas accendat, quas ſpargit; & iſta velut gelu torpeſcens frigeat ad adverſa quæque, quibus non commovetur, ac ſi eam non tangerent: ira non patitur vexari, cùm patientia ærumnas, convicia, & injurias ſereno vultu, ac tranquilla fronte toleret? tunc ira fœcunda eſt virtutum parens, quando vitiis iraſcitur, in quorum perniciem igneſcit, ſuáſque exitiales ſpargit flammas: tunc enim propulſatis vitiis virtutes accerſit, quarum fit propterea mater, in quo ſenſu ait Baſilius. *Ira fortitudinem, patientiámque, ac conſtantiam parit*: neque credas ſævam eſſe iram, cùm in vitiorum perniciem igneſcit: clemens tunc eſt, ajebat Athalericus Rex apud Caſſiodorum. *Clementer iraſcimur quando ſola vitia damnamus*; crudeli deſævit ignavia, qui ferlato gladio vitia permittit impunè graſſari, viréſque ſceleribus inſpirat. Cæterum quæ in perniciem non inſurgit ira vitiorum, perniciſior eſt ipſa reliquis vitiis, & non mater eſt patientiæ; ſed huic aſciſcitur ſocia, & in auxiliatricem hanc ſibi accerſit, ut ſævius furere poſſit armis ſimulatæ virtutis; vitijque diſſimulari: ſiquidem quæ intus in corde ardet ira, exteriùs animi diſſimulat iracundiam, & mentitur patientiam, ut crudelius in adverſarium irruat, & lethaliùs feriat: muta enim impatientia, & ira patiens clades ſemper meditantur atrociores. Lib. 9. var. cap. 18.

DISSERTATIO XXVII.

Adeo grave eſt ira ſcelus, ut divinæ mulctetur judicio, niſi ejus pronitas ad vindictam illicò compeſcatur.

§. I.

Nil ira Reipublicæ nocentius; exitiales ſunt ejus motus, qui niſi coerceantur, diſſidia excitant, odia fovent, tumultus evocant, flammáſque accendunt exitiales, etiam inter primos in mundo fratres.

1. EA eſt protervæ iræ indoles, ut ſubdolè adverſatiam ſibi patientiam armet in auxilium crudelioris vindictæ. Cavendum eſt ab iræ diſſimulatione, quæ enim officioſa eſſe videtur patientia, ſævitia eſt exitioſa. Quòd ſi quæras, quàm grave ſit iræ ſcelus; ex mulcta, quâ punitur conijce: Judicem huc advoco ipſam veritatem, Chriſtum Dominum, cujus ſententia nonniſi juſtitiam, & æquitatem ſapit, ait ipſe. *Qui iraſcitur fratri ſuo reus erit judicio*, & licèt id aliqui intelligant *temerè, & ſine cauſa*, ut aliqui græci Codices legunt; communiter tamen hæc interpretatio rejicitur, cùm nemo exiſtimet ſe ſine cauſa iraſci. Quia adeo fœdum, ac turbulentum eſt iræ vitium, ut ipſam corrumpat rationem, mentem perturbet, & judicium extinguat. Id intereſt diſcriminis rationem inter, & iram, ait Seneca. *Quia ratio id judicari vult, quod æquum eſt: ira id æquum videri vult, quod judicavit*, Lib. 1. de ira cap. ſed quódnam eſt judicium, cui fit iraſcens obnoxius? *qui iraſcitur fratri ſuo reus erit judicio*, hoc eſt ait Cajetanus *reus erit Judicio non humano, ſed divino.* Ecce quam durum ſupplicium gravi reſpondet iræ ſceleri? cùm toto Dei fiat reus judicio? neque ſacrilegus indignè, ac impura conſcientia

ſcientia Euchariſticum ſumens epulum, fœdánsque Myſteria diviniora, alia videtur pœna mulctari, cùm ſcribat Apoſtolus. *Qui enim manducat, & bibit indignè judicium ſibi manducat; & bibit non dijudicans corpus Domini.* Quid terribilius divino judicio, quod timorem incuſſit etiam viris pientiſſimis, & virtutum culturâ clarioribus? David enim totus timore percitus Deum enixim rogavit, ne hujus judicij ſupplicium experiretur. *Non intres in judicium cum ſervo tuo*: ſatagit ſolicitior David, ut Dei declinet judicium, quàm ut gehennæ evadat ſupplicia, & nihilominus *qui fratri ſuo iraſcitur reus erit judicio*, ut ex mulctæ acerbitate, culpæ diſcamus malitiam.

2. Graviori erat ira mulctanda ſupplicio, quò ejus pronitas ad vindictam, coërceretur, cùm ob frivolas cauſas excandeſcat; ſuáſque flammas accendat, ſpargátque exitiales, & non niſi cruentas clades moliatur, diſſentiones foveat, odia nutriat, tumultus excitet; ſitque propterea à conſortio arcendus proborum, & à contubernio excludendus piorum, qui ſeditioſos non valet iræ motus compeſcere: neque quidquam eſt, quod nocentiùs in republica tranquillitatem perturbet, concordiam diſſoluat, pacem inquietet, quàm civium ira; quæ niſi coërceatur, omnia ſua deque permiſcet. Id ſiquidem iraſcenti proprium, jurgia excitare, diſſentiones fovere, tumultus evocare, verbis temerariis alios pungere, conviciis laceſcere, contumeliis vulnerare. Neque viro irato quidquam magis volupe, quàm vincula diſrumpere charitatis, & in alios deſævire;
Lib. 4. Epiſt. 10. quapropter ajebat Caſſiodorus: *Iniquum quippe nimis eſt, quod iratum delectat.* Quòd ſi reliquis vitiis ſpes aliqua ineſt ſalutis; ira tamen adeò tetra, & rabida ſemper eſt, ut cum alteri nocet, vitam propriam exponat diſcrimini, & irâ percitus monitis ſalubribus aures claudit, ne quid ei prodeſſe poſſit, audiat.

3. Viderat Cainus fratris Abelis ſacrificium gratum Deo obtigiſſe, & cœleſti etiam condecoratum dignatione: & ſicut pronus erat ad iram Cainus mente exoculatus irâ exarſit, Geneſ 4. v 5. *Iratus eſt Cain vehementer, & concidit vultus ejus.* Hoc eſt furore inſanivit ſtatim toto vultu turbatus, cœpitque ex ira horrere capillis, ſtridere dentibus, flagrare oculis, deſpumare labiis, & toto vultu fœdari, contracta fronte, nutante capite, *Iratus eſt Cain vehementer, concidit vultus ejus* Quòd ſi reliqui in homine pravi affectus poſſunt prudenti cautela corde occultari; iracundia ſe ipſam vultu ſtatim prodit, ait Seneca
Lib. 1. de ira cap 1. *Cætera vitia licet abſcondere, & in abdito alere, ira ſe profert, & in faciem exit, quandóque major eſt, ſeu efferveſcit manifeſtiùs.* Et cauſam adſerens impotentiam adducit iraſcentis, loquens enim de ira, ait: *Impotens ſui eſt decoris oblita, neceſſitudinum immemor, in quod cœpit pertinax, & intenta rationi, conſiliisque præcluſa vanis agitata cauſis ad diſpectum æqui, utrique inhabilis, ruinis ſimillima, quæ ſuper id, quod oppreſſêre franguntur;* quia pronus ad iram fuerat, reliqua etiam fovit vitia: ſuperbiebat titulo inflatus primogenitura, cùm tamen niſi ornetur virtute, ſit potiùs dedecori; eò usque inſoleſcebat, ut quantum animi cupidinibus libuiſſet, tantum iiſdem indulgeret: contumax fuit ad parentum monita, ingenium habuit aſperum, intractabile, fallere doctum, & præ cæteris vitiis irâ exarſit, & odio contabuit, in Abelem fratrem natu minorem, cui indoles erat comis, placida, manſueta, placabilis, cujus obſervantia in fratrem magna erat, reverentia in parentes ingens, & religio in Deum ſingularis, cui quoties per victimas ſupplicaverat, quidquid pinguioris, ac melioris in gregibus, ac frugibus poſſideret in ſacrificium lætus offerebat; cùm è converſo Cainus perfunctorius duntaxat in cultu Numinis eſſet, cui & deteriora offerebat, melioribus in proprias delicias reſervatis: idque cauſæ, cur Deus cœleſti dignatione Abelis ſacrificia honoraret, & non illa Caini; qui propterea exoculatâ irâ exarſit in fratrem Abelem. Irato tamen Caino occurrit Deus, & ſatagit pientiſſimus vulneri mederi iraſcentis Caini. *Dixit* Geneſ. 4. *Dominus ad eum, quare iratus es? & cur concidit facies tua? nonne ſi bene egeris recipies: ſin autem malè, ſtatim in foribus peccatum aderit.*

Hæc Numinis manſuetudo debuiſſet 4.
frœna iraſcenti Caino injeciſſe, eúmque ad ſaniorem frugem reduxiſſe: ſed acriori percitus irâ cædem molitur cruentam, & non ſolùm exardeſcit irâ in fratrem, ſed etiam mœrore, odio, & invidiâ contabeſcit, quos omnes pravos affectus vultûs triſtitia, frontiſque dejectione prodit: reſipiſcere neglexit, & ſibi Numinis favorem paribus demereri officiis, & nihil profecit divina monitio in obdurato pectore, Ira cæcutiens, & orbata oculis ad reſipiſcendum eſt, oculatior ad ulciſcendum: cædem Cainus certiùs peracturus, prætexens amicitiam, Abelem nil adverſi ſuſpicantem in campum allicit ſpatiatum; ubi cùm inter eundum varios miſcerent de Deo ſermones; & cum Cainus multa in authorem naturæ criminaretur, legéſque divinæ gubernationis, ac ordinem inſectaretur; & è contra Abel partes propugnaturus ſui Conditoris Zelo, & fervore inſtaret contra Cainum, hic ratus inveniſſe anſam fratricidij patrandi ferali inſtrumento, vel nodoſo fuſte caput Abelis totis viribus percuſſit, deinde pectus donec

nec

nec geminatis plagis finem diſputationi, & vitæ imponeret Abelis; *Dixitque Cain ad Abel fratrem ſuum egrediamur foras, cúmque eſſent in agro, conſurrexit Cain ad verſus fratrem ſuum Abel, & interfecit eum.* (Geneſ. 4.) Caini genitores tametſi ſerpentinis circumventi fraudibus, & ambitionis ardoribus inflammati oculos clauſerint decepti à ſerpente, & illecti ad eſum pomi vetiti; aures tamen ſemper habuerunt apertas ad Dei vocem aſcultandam: dixit enim Adam. *Vocem tuam audivi in paradiſo, & timui.* Tametſi vox Dei auribus etiam inſonuiſſet Caini iraſcentis in fratrem, non tamen aures aperuit, ut ſalubria Dei miſerentis audiret monita; & medici volentis iræ vulneri mederi, pharmacum reſpuit: quia nimirum adeo exitiali exarſerat ira, ut ad Dei voces ſurdus eſſet, & fraternæ charitatis oblitus; *Iratus eſt Cain vehementer*: (Geneſ. 4.) propterea ait Lyra *Ex admonitione Domini non fuit motus ad contritionem, ſed magis incepit machinari ad fratris innocentis occiſionem.*

5. Si ita intus ſtabuletur in animo non ſolùm mentem intus perturbat, rationem extinguit, ſed etiam exteros ſenſus pervertit; oculos, & aures claudit, ne exempla videat piorum, nec ſalubria audiat monita inſtruentium. Ira igitur malum eſt vetuſtum, invidiæ fomes, ſæculorum venenum, cauſa primi funeris. Ita enim fuit, quæ prima in mundo cæde fraternam cruentavit vitam, & mortem per vulnerum hiatus introduxit: flamma cœlitus delapſa in Abelis ſacrificium, ejúſque depaſcens victimas livorem excitavit, & iram ſuccendit in Caini pectore; qui cœpit exardere furore, excandeſcere irâ in fratrem Deo gratum, quem & occidit, ut Deum irritaret. Ira enim fomes eſt reliquorum vitiorum, mortis mater, prima peccati janua, malorum putida radix, doloris initium, calamitatis parens, ignominiæ principium. Interrogavit Deus Cainum. *Cur concidit facies tua?* (Geneſ. 4.) ſcilicet priùſquam in ſcelus irrumperet, & ad fratricidium manus appararet, jam undabat felle pectus, genas inficiebat pallor, mœror frontem obnubilabat, tremor labia movebat, erátq; ſtridor in dentibus, palpitatio in corde, tremor in pedibus, macies in torpore, & tabificum in viſceribus venenum; ſiquidem quod ligno vermis, rubigo ferro, veſtimento tinea, hoc ira, & invidia fuêre in animo Caini, vidit iſte flammam cœlitus delapſam, victimas depaſcere Abelis; & unde concipere debuiſſet ſcintillas pietatis, flammas arripuit livoris, & & odij, torquetúrque fratris felicitate, ſuſpirat, fremit, cœdem anhelat, & primos morti aditus adaperuit, ut per inflicta fratri vulnera mundum ingrederetur ſuoque iure in reliquos homines uteretur.

Aſpidis naturam dixeris iram induere, cui ſi noxam intuleris, vel ſoclam intæmeria; adeo dirè iraſcitur, ut furoris non remittat æſtus, quin vindictam inflicto vulnere exegerit ab interfectore: tanta enim eſt huic ſerpenti ultionis cura, ut nocentem perſequi non deſiſtat, donec ſuo infecerit veneno; quem propterea in quantovis hominum agmine agnitum infeſtat, & niſi fluviis arceatur, aut præceleri fuga ejus ira eludatur, omnia permeat ſpatia, ſuperat difficultates, ſubit diſcrimina, donec ſuum lethali vulnere læſorem ſauciaverit! (6.) cujus venenum adeo eſt præſens, & efficax, ut nullum ſit morſis remedium, niſi ut partes læſæ illicò amputentur. Naſcitur ut placet Lucano parvus hic ſerpens in Africa; quem ſola avaritia in Europam invexit, ait ipſe. *Aſpis caloris egens gelidum non tranſit in orbem Sponte ſuâ; Nilóque tenus metitur arenas. Sed quis erit nobis lucri pudor? inde petuntur Libycæ mortes, & fecimus aſpida merces.* (Lib. 9.) Id etiam de aſpide proditur, ut aures obturet ſuas, ne audiat, quæ vindictam poſſent præpedire, eúmque iraſcentem detinere à lethali vulnere per morſum infligendo.

§. II.

Illatæ injuriæ defenſio iraſcentem magis exaſperat, & inflictum vulnus acriùs refricat: huic medendo, lingua gratioſa, & verba blanda opportunum ſuppeditant pharmacum.

IRa percitus in vindictam proruit, auréſque claudit, ne monita ab ultione retrahentia audiat; & quia hoc iræ ingenium noverat Abigail, cum in id incumberet ſtudij, ut iram ſedaret Davidis, eniximè eidem ſupplicavit, ne ſuas ſalubribus conſiliis aures denegaret. (7.) *Loquatur obſecro ancilla tua in auribus tuis, & audi verba famulæ tuæ.* Rogavit ſupplex, ne aures denegaret, noverat enim, irâ percitos auribus ut plurimum carêre, ne monita audiant, quibus miteſcere adigantur: (1. Reg. 25.) ſcitè Abulenſis. *Timebat Abigail, quòd videns proponi verba ex parte ejus non pateretur illa audire ideo rogavit, ut audire vellet*: (Quæſt. 7.) ſtuduit opportuna humilitate, & adoratione iram Davidis compeſcere, ejúſque animum ad veniam flectere, quem noverat ad ultionem inflammatum; ſategit priùs furorem abigere, iram ſedare, ut ſibi reſtitutus David, ac ſaniori menti, pertinaciter non fureret; ſed animo pacato, ac mente tranquilla aures daret patienter verbis Abigailis; quæ non ignoraverat, exoculatam iram, adeò fœdè ſenſus omnes iraſcentis pervertere, ut in ipſo oculi videant, nec aures audiant. Quò Abigail iram ſedaret Davidis, ejus priùs popoſcit aures, quatenus per blanda verba eum mulceret, & intus in animo iræ flam-

mas

mas aquâ extingueret blandæ, humiliſque ſuadæ, & poſtea delinquentis eſſet delictum expoſicuca Davidi non ampliùs iraſcenti, ſed ſanæ menti reſtituto: aperta enim, & ingenua criminis confeſſio reatum imminuit, & ad veniam læſoa flectit.

9. Morabatur non procul à monte Carmello Nebal Abigailis maritus, qui licèt divitiis afflueret, motibus tamen eret eggreſtibus, à vita quavis humaniore remotus. Contigit, eum Domi ſuæ convivium inſtruxiſſe lautum tempore tonſuræ ovium. Uſurus David (qui declinaturus Saulis Regis iram, & odium in viciniæ ſe contolerat partes) opportunitate convivalis hileritatis, miſit ex ſolitudine Pharanis, ubi tunc deliteſcebat, decem ex ſois, qui ſportulas, ac ſtipem peterent à Nabale ob militē egenum, qui mercedem pco defenſione pecoris exigere potuiſſet: qui enim Davidi erant milites adſcripti, quamvis obærati, & ex rapto vivere aſſueti, nullam gregi Nabalis noxam intulerant; quin & ab illo latrocinantium Arabum everterant incurſiones. Miſit igitur David rogatum, ut vellet Nabal merentibus petita mittere obſonia, quibus famem ſolarentur, & vires collabentes ex diuturna divagatione reficerent. Quamvis modeſtie rogantium non avarum duntaxat pectus debuiſſet inflectere, ſed & lapideum cor emollire; Nabal tamen nil ſuæ detrahens duritiei, & aſperitati, verbis ruſticitatem redolentibus rogatores cejecit; non ſolùm ſtipe militari vacuas, ſed & convicitis oneratos; reſpondit ſiquidem Nebal vir agreſtis, quid mihi negotii cum Davide Iſai filio, & ſociis erronibus ab ira domino. rum pcofugis? eóſque dimiſit pec vias ſuas alias ſuppetias quæſituros in ſylvis, & excuſſuros quercus, nolle ſe commeatum malè feriatis ventribus præbere.

10. Cúmque hæc Nabalis reſponſa Davidi relate fuiſſent, juſtas ferventiùs exarſit in iras; & ſicuc læſa patientia fit furor; juſſit illicò quadringentos milites armis inſtructos in domum Nabalis irruere relictis ad ſarcinas remanentibus, juravitque David ſe occiſurum totam Nabalis familiam, ne cane quidē ad januæ cuſtodiam ſuperſtite relicto. Ice percitus David nil mente volvebat niſi cruentas cædes, funeſta exitia, & atrocitati minarum reſpondiſſet eventus, niſi Abigailis prudentia iræ reſtinxiſſet æſtum: ex famulis quiſpiam fuit, qui conſcius eorum, quæ militibus Nabal reſponderat, mulieri nuntiavit, quæ militarem placature furorem ſolicita conſtituit, cum muneribus venienti Davidi obviare; & vulneti, quod avaritia inflixerat mariti, ſua mederi lenitate, ac liberalitate. Quavis igitur diſruptâ morâ, omnique excuſſà cunctatione ducentos compoſuit panes, duos vini cados, quinque coctos arietes, farinæ quinque modios, ſportulas centum uvæ paſſæ, ficuúmque, fiſcinas ducentas, totámque annonam jumentis impoſuit, juſſitque famuloa greſſum ea, qua poſſent majori celeritate maturare: ipſámque præcederenc confeſtim ſecuturam. Sola enim Abigail inſalutato marito domo exivit, ne homo verſipellis, ac aſper ſuæ moras inijceret profectioni, ſed venienti David ſuis cum militibus eſſet ſtatim obviatura.

Ad Carmeli montis radices vidit mulier Davidem cum ſuis armatis venientem, neces, ac funera ſpirantem, quæ ocyus è ſuo deſiliic jumento, humiliſque accedens ad Davidem mellitis verbis eum imprimis demulſit, irámque præconceptam lenivit, ejúſque gratiam ſibi comparavit, dein errorem confeſſe mariti eum deſcripſit hominem bardum, vecordem, ebrietati deditum, honeſti expertem, ac propterea contemptu digniorem, quàm ira regia: ſe verò longé abfuiſſe à culpa mariti, eò quia longè diſtaret à Domo, quòd ſi adfuiſſet, cùm milites fuerunt domum ingreſſi, ſibi neuciquam defuiſſet, & ad votum Devidis omnia conceſſiſſet, & cùm intellexit fuiſſe vacuos dimiſſos milites; commeatum, & annonam ipſam per ſe ſtatim apparâſſe, & per ſe etiam militibus tuliſſe; & interim amplas ſe Deo debere gratias; & gratulationem Davidi, qui divinitus prohibitus ſit, cum noxio innocentem fundere ſanguinem; exoptare ſe votis omnibus, ut hoſtes quoſque ſibi ſubijceret in præmium clementiæ, & condonatæ familiæ Nabilis injuriæ. Hæc Abigailis verba effuſæ fuerunt pluviæ: quæ iracundiæ flammas in Davide extinxerunt, & ad lenitatem, & clementiam cor ejus emolliverunt: David enim unà cùm ira omnem ulciſceudi abjecit cupiditatem, & acceptis muneribus Abigailem dimiſit cùm ſignificatione remiſſæ injuriæ. 11

Abigail igitur iram delinitura Davidis ad ejus pedes advoluta Nabalis culpam non occultavit, ſed aperuit. *In me ſit Domine hæc iniquitas*, ac ſi diceret: ingenuè admiſſam confiteor culpam, quam nullis tergiverſationibus obtego, nulliſque imminoo excuſationibus, qui enim ingenuè delictum fatetur, emollit iram, & faciliùs veniam aſſequitur: quia Abigail delictum mariti confeſſa fuit, ipſa confeſſione iram delinivit Davidis. 12 1. Reg. cap. 25. Appoſitè ad rem noſtram Abulenſis. *In me ſit Domine mi hæc iniquitas: quaſi diceret, fateor, quòd peccaverit graviter Nabal, ſed oro, quòd iſta iniquitas ſit in me.* Quæſt. 7. Ecce duplici pharmaco vulneri Davidi à Nabalo inflicto medetur: primum ſuit Davidi ſupplicâſſe, ut benignas vellet verbis ſuis aures extradere, quòd fuit vulnus delinire; deinde mariti culpam confitetur, & vulnus claudit, ſanátque: ſicut illatæ injuriæ defenſio iraſcentem magis exaſperat, injectiſque igniculis acriùs inflammat, ita humilis delicti confeſſio accenſæ iræ flammas veluti aqua ſuperfuſa extinguit, ait Syracides. Eccleſ. c. 6. *Verbum dulce multiplicat amicos, & mitigat inimicos.* Id contigit in Abigaile,

gaile, quæ blandis verbis iram deliniuit Davidis, ne in totam deſæviret Nabalis familiam mox crudeli ferro perituram, niſi labia gratioſæ fœminæ favos diſtillâſſent, qui amatorem Davidis pectoris edulcâſſent: Cant. 4. de muliere prudente dicitur ut, de ſponſa: *Favus diſtillans labia tua mel, & lac ſub lingua tua.*

13. Quòd ſi lactis dulcedine ferales dicuntur fulminum reſtingui ignes; Abigail lacte dulcis ſermonis, & candore confeſſionis Davidis extinxit furorem, repreſſit iram. Obtulit priùs læta fronte, vultúque hilari, manúque laxa munera, quæ Nabal vir ejus avaritiâ ſordidus, agreſtis verbo, moribus rudis negaverat; & non ſolùm blando eloquio, oblatisque muneribus iram ſopivit, ſed & Davidis benevolentiam ſibi conciliavit, poſtea humilis ſe demiſit, in terram proſtravit, culpam fuit confeſſa, & veniam deprecata: & hac animi demiſſione, ac modeſtia mariti exterſit ſuperbiam, ejúſque contumelioſum reſponſum delevit, quod Davidem acerbè irritaverat. Demum ſuas attulit cauſas quibus oſtendit, quam noxia futura fuiſſet Davidi ira, & vindicta; & quàm ſalutaris, ac proficua condonatio injuriæ, ejúſque obliteratio: hac eloquij ſuavitate, ac verborum dulcedine Davidis, & ſociorum exaſperatos animos mirè demulſit, ac placavit: lingua enim gratioſa, & comis miram vim obtinet, ad exaſperatos animos deliniendos, ac iræ flammas extinguendas: morum enim comitas, & ſermonis affabilitas animos conciliat, flectítque exulceratos ad veniam: perinde ac ferrei globi è tormentis excuſſi bellicis ſaccis lanâ fartis impunè excipiuntur; ita ſermo mollis impetum retundit furoris, & iræ coërcet æſtum, ait Salomon. *Reſponſio mollis frangit iram, ſermo durus ſuſcitat furorem.* Prioris documentum præclarum dedit Abigail, & poſterioris Nabal, quod explicans D. Chryſoſtomus homil. de Saule, & Davide ait: *Sicut ſi inſufflet in ſcintillam ignis excitas incendium; ſi inſpuis extinguis*: idem contingit in proximi inimicitia, ac ira: ſi inflatos, ac vecordes ingeras ſermones, ignes excitas; ſi mites & blandos iram extinguis. Juraverat David, ſe Nabalem occiſurum cum tot familia, quod jusjurandum à furore profectum fuerat iræ; cum nullo jure in tot innoxia capita ſævire licuiſſet: hinc ait D. Auguſtinus in hunc locum: *David juravit temerè, ſed non implevit jurationem majore pietate.*

Proverb. cap. 15.

14. Quid? quòd homines tam proni ſint ad iram, & tam præcipites ad vindictam, ut ſtatim cruentas clades minentur, funeſtas cædes jurent? An quia ſtulta quædam hominum animis perſuaſio inſedet, eſſe iram indicium generoſi animi, eámque magnos, & magna profeſſos præ cæteris decere; noverintque ſemper addiſcere non poſſe viros magnanimos, quidquam eximium audere hoc virtutis incitamento deſtitutos? ſed craſsè hallucinantur, non ira virtutem inſtruit, ſed deſtruit, vitium enim virtuti obeſt, non opitulatur; Magnos non decet ira, ſed comitas; non furor, ſed clementia; qui cæteris imbecilliores ſunt, hi etiam ad iram procliviores, ut infantes, ſenes, ægri, ac fœminæ, & generatim omne naturâ invalidum, hoc querulum eſt; ſecus prægrandis animi eſt, placidum eſſe, ac clementiæ & lenitati ſtudere; injurias, & offenſiones ſupernè deſpicere. Muliebre eſt in ira furere, ut & ferarum, canúmque mordere, ac vulnera infligere. Regem non decet inexorabilis ira: non enim multum ſupra eum eminet, cui iraſcens ſe exæquat. Tametſi apes pro corporis exiguitate pugnaciſſimæ ſint, pronæ ad iram, & iratæ ad aculeos in inflicto vulnere relinquendos: earum tamen Rex aculeo eſt deſtitutus, & in ipſo voluit natura, Principes edocere, eos clementiam decere, non iram; lenitatem non furorem; adeo ut quanto illis authoritas, & poteſtas nocendi eſt major, tanto voluntas damni inferendi ſit minor. Pulchrè Seneca. *Quòd ſi Deus placabilis, & æquus delicta potentium non ſtatim fulminibus perſequitur; quantò æquius eſt, hominem hominibus præpoſitum miti animo exercere imperium, & cogitare, utrum mundi ſtatus gratior oculis, pulchriórque ſit ſereno, & puro die, an cum fragoribus crebris omnia quatiuntur, & ignes hinc, atque illinc micant? atqui non eſt alia facies quieti, moderatíque imperij quàm ſereni cœli, & nitentis.* Exiguos ira exagitat, non magnos movet.

Lib. 1. de clement. c. 5.

§. III.

Id iratis cognatum, ex quavis levicula ſuſpicionum conjectura in alios cauſam refundere indignationis, & mentem præproperè ſuis adhæreſcere ſuſpicionibus, ut Jonæ obtigit Prophetæ.

QUia verò imbecilles, & exigui ob leves quáſque cauſas exardeſcunt in iras, fit, quòd iracundus frivolas etiam obtendat iræ cauſas. Quo tempore Sardanapalus libidinũ omnium fœdiſſimum mancipium Aſſyrij Imperij ſceptrum in urbe Ninive tractaret, datum è cœlo, ac demandatum negotium fuit Jonæ Prophetæ, ut urbem adiret Niniven, & civibus illis, eò quia vitiis indulgerent exemplo capitis, & ad extrema prolapſi jam eſſent flagitiorum, excidium denunciaret. Veritus Jonas ne ſcelerum pœnitudo, & civium reſipiſcentia fulmen ex armata Numinis dexterâ excuteret, & ipſe vanus territator haberetur populo, & ludibrio, non Niniven profectus fuit, ſed Joppem mediterranei maris portum in Palæſtina, ubi conſcenſa navi marinos fluctus traijcit Tharſum verſus, quæ id temporis urbs erat Ciliciæ illuſtris, 15.

ſed fugitivum Prophetam inſecuntur ipſa elementa fugientis contumaciam coërcitura: venti, & procellæ in hominis pugnârunt pertinaciam, nubes undique obductæ tenebris cœperunt diem abripere, lucem extinguere, aërem turbare; & venti laxatis habenis diſcurrentes per aëra mare ipſum concitârunt; quod cœpit & ipſum furere, exagitari, & navis, quâ Jonas vehebetur decumenis concuti fluctibus: cúmque diſcrimen immineret naufragii, & nautæ ad officia trepidantes vela ſubducerent tempeſtati, & quidquid navigio onerofum videbatur in undas proijcerent. Jonas malè ſibi conſcius in ima navi latebras quærit, mœrore pariter, ac ſopore oppreſſus: cúmque tempeſtas acriùs debaccharetur, mittuntur à Nautis ſortes; victime inquiritur irato Neptuno ſacrificanda inter fluctus; nomen Jonæ ex urna educitur, qui funeſtè in mare proijcitur alieno tumulandus elemento; ſed in naufragio portûs invenit malaciam: res mirâ! cœpit ſtatim mare detumeſcere, fluctus compeſcere, cœlum tranquillari; & aër priſtinæ reſtitui ſerenitati.

16. Jonam verò in mare projectum prægrandis marina bellua quaſi divinæ non minus clementiæ, quàm juſtitiæ ſatelles excepit, eúmque deglutivit, ut vindex; ſervavit ut cuſtos. Triduo belluæ alvo veluti vivo in carcere circumvectus eſt, priùs ſepultus, quàm mortuus: triduo dilepſo cetus remenſo ad litore Joppes itinere hoſpitem ſuum revomuit incolumem in terram; qui jam è ſiniſtris eventibus doctior factus etiam iteratis Dei monitis obſequentior, iter in Aſſyriam arripuit, & ad urbem Niniven contendit, everſionem Ninivitis prædicaturus. Sed cur Jonas Dei Propheta, Divinæ immenſitatis, ac omnipotentiæ bene conſcius á facie Dei eufugere fuit euſus? Jona c. 3. *Et ſurrexit Jonas, ut fugeret in Tharſis à facie Domini.* Quare Jonas non fuit illicò Deo obſequutus imperanti? cur cæleſtes minas urbi detrectavit peccatrici intimare? An quia fuit tunc Jonas nimio inflammatus zelo, ac ira, & priùs voluit urbem ſuppliciis afflictam, ac pœnas ſcelerum luentem, quàm reſipiſcentem, & promeritas pœnas avertentem? An fugam inſtituit, quo urbs peccatrix flagella non effugeret? pulchrè S. Baſilius Seleucienſis idinnuit, dicens: *Verſabat* nat. 8. *ſiquidem anima cogitationes, quibus latentem Dei benevolentiam inveſtigaret. Si ſupplicia inquit de Ninivitis eſſent ſumenda gaudens, utique obſequerer imperio, adminiſter eſſem pœnæ impiorum, odi enim civitatem impiorum, ſedem impiorum execror, civitatem criminum, officinam ſcelerum odi, populum luxûs opificem, à temperantia alienum, cupiditati obſequentem. Nam ejuſmodi populus armatam in Deum linguam gerit, urbs eſt idolorum amans, dæmonum ſerva, ignara creatoris.* Et paucis interjectis ſubdit: *Novi Dei hominum amantiſſimi artes, iram ſimulat, ſtudet eos ante exolvere pœna, quàm experiantur. Ego verò everſionem proclamans mendax vates inveniar: ex duobus hiſce malis mœrore conficiar, & mendax videbor, & immueam urbem ab infortunio ſervatam videbo.*

Ninivitis iraſcebatur ob patrata ſcelera, eò quia vitiis indulgerent, ſceleribus ſe inquinarent, & quia timuit, quòd ſi ad pœnitentiam eos traxiſſet, fuiſſétque ſupplicia comminatus, facilè promeritas declinâſſent pœnas, ideóque quò urbs ſceleribus fœda vitiis inquinata puniretur, fugit à facie Domini, ſed adactus à fuga reverti, & urbem Niniven ingreſſus imminentis excidii præco fuit, urbis plateas perambulavit irati Numinis ſupplicia exaggerans, terrorem populo incuſſit, adeo ut minacis Oraculi fama ad Sardanapali Regis aures deferretur, qui tametſi luxui eſſet addictus, mundi deliciis aſſuetus, carnis concupiſcentiis indulgeret, ac omni ſcelere perditiſſimus eſſet, territus tamen denuntiatione imminentis excidij, regia deponit inſignia, purpuram cum ſacco mutat cilicino, diadema abijcit, & cinerem capiti inſpergit; aureum proijcit ſceptrum, & arrepto ſaxo pectus tundit. Regis reſipiſcentia Proceres commovet, & toti populo pœnitentiam fortiùs ſuadet exemplo, quàm verbo: indixerunt Ninivitæ jejunium, ut quidquid gula peccaverat, voluntaria expiarent inedia: ſericæ, & pretioſæ veſtes in hiſpida mutantur cilicia; in cineres capitum ornamenta; in funes, & catenes veſtium elegantiæ; in obſecrationes lugubres laſciva cantica; in ploratus amariſſimos laſcivientes aſpectus; ut quæ fuerant deliciarum fomenta, inſtrumenta fierent ſuppliciorum: audiebantur ubique flebiles ſcelerum deteſtationes; ſupplices dolentium preces, & vindices corporum macerationes placando Numini adhibebantur: triduana inedia, ac ſiti non ſexus ſolùm, & ætas omnis, ſed & jumenta itidem ac pecora affligebantur, quam communem afflictionem excepit etiam quadragintadiale jejunium ſolo pane, & aqua ſolvendum ſub veſperam.

Pœnitentiæ cineres Numinis iras ſopiverunt, quas & lachrymæ reſipiſcentium extinxerunt; clamores lugentium Deum ad veniam flexerunt: pœnitentium enim ſtudia ad irati Numinis immutandum decretum vim habuere; vertitur enim in miſericordiam vindicta; ſuppliciorum minis clementiæ ſubſequitur indulgentia, & criminum condonationem extorquet confeſſio culpæ: proditur ſcelus, quod & lachrymis abſtergitur, & pœnæ reatus deletur: ſuſpiria pœnitentis populi ſententiam mitigant æterni Judicis, quem ad veniam lachrymæ emolliunt; ut & arida jejuniis ora, conſperſa pulvere capita, impalleſcentes abſtinentiâ vultus, & horrida ciliciis membra in vota flectunt reſipiſcentium. Quadraginta 18.

jam dies effluxerant, quos ex divino oraculo fatales Ninivitis crediderat Jonas, qui propterea egreditur ex urbe ſuis cum incolis mox peritura; faſtigium proximi collis inſcendit, oculos, & intuitus in urbem dirigit, ſpectaturus, ſi non totale excidium, ſaltem ruinam urbis. Sedétque ibi ſub umbraculo à ſe extemporaneè excitato, præſtolaturus ignes, qui è ſummo cœlo ruerent deorſum in perniciem civitatis, vel ſaltem lapidum, grandinúmque procellas, quibus Ninivitæ percuſſi Numinis minas experirentur: ſed licèt fuerit diu præſtolatus hæc ſupplicia, nullam tamen lapidum, vèl grandinum procellam vidit è cœlo in Niniven prolabi, nec ullum fulminis jactum, idque cauſæ fuit, cur ægrè cœperit ipſe triſtari, ac vehementer dolere, ſuas comminationes in irritum cecidiſſe; maluiſſet enim excidium urbis nocentis, ne fides periret vaticinantis, cœpitque iraſci & conqueri; quò autem Deus ægritudini mederetur Prophetæ mœrentis, & iraſcentis, eò quia Dei potiùs clementiam, quàm iram viderit Ninivitis favere, hederam produxit foliorum pompa virentem, quæ tuguriolo supernè aperto textili cœpit fronde inſerpere, & ſuis folijs torrentis ſolis radios tempeſtivè arcere, & herbacea umbella Jonam à ſyderis defendere ardore.

19. Videbatur Propheta hoc ſub frondoſo tentorio ſuaviter quieſcere, ira ſopiri, & faſtidium, animique deliquium in quoddam abijſſe ſolatium. Sed quia quod citò viret, vernat, ac floret; citiùs etiam defloreſcit, ac areſcit; unica beſtiola totam hanc Jonæ jucunditatem turbavit, excuſſitque ſolatium. Umbella hederacea vix una die tectum præſtiterat Prophetæ ſedenti, & quieſcenti, cùm ad Dei imperium vermiculus prorepit, qui repetito, crebróque perpetim abroſu plantæ radicem errodit, ſimúlque hederæ virorem, ac Jonæ extinguit voluptatem, & tota illa frondea Prophetæ caſula marcet flaccidà, & ultrò ruit caduca, & exortus poſtero die Sol acriùs exæſtuat, & Propheta ad moleſtias delicatior, quàm ad clementiam pronior conqueritur abreptũ ſibi umbraculũ, eò quia per denudatam tegmine caſulam ſuos immitteus Sol urentes radios tales moleſtias inquilino ingereret, ut vitæ pertæſus, Deíque patientiæ; cuperet ipſe ombra fieri, & emori.

Jona 4. v. 9. *Percuſſit Sol ſuper caput Jonæ, & æſtuabat, & petivit animæ ſuæ ut moreretur; & dixit: melius eſt mihi mori, quàm vivere.* Tunc Deus ſuam depromens vocem quærit ex fatiſcente, ac perturbato Propheta, num crederet ſuæ perturbationi, & iræ cauſam ſubeſſe, tantæ indignationi reſpondentem.

Jona 4. v. 10. *Et dixit Dominus ad Jonam: putáſne bene iraſceris tu ſuper hedera:* areſcenti iraſcebatur Jonas hederæ, eò quia ſuis vireſcentibus folijs non ampliùs ſolares æſtus arceret à ſua caſula: quid ni reſpondit Propheta Deo interroganti, meritò ſe iraſci beſtiæ ſuas depaſcenti delicias, ſuum abigenti ſolatium;

Et dixit Jonas bene iraſcor ego usque ad mortem. Ibidem.

20. Quis credidiſſet, Prophetam tam futilem, levémque cauſam produxiſſe ſuæ iræ? frivola enim fuit iraſcendi cauſa, cum indignationis ſuæ flammas excitaverit in vermiculum radices herbaceæ umbellæ abrodentis: imò in adeò graves exarſit ipſe iras, ut mori cupierit: *Benè iraſcor ego usque ad mortem.* Tunc Deus: tu iraſceris, & ægrè fers jacturam fluxæ herbulæ, quam nec plantaſti, nec rigaſti, nec in ejus cultura ullum impendiſti laborem; nec ullum fudiſti ſudorem, quo hederam rigares: iraſceris in areſcentem, eò quia vix nata ſimul vivere, & virere deſierit: & ego radicitùs evellam ac evertam Ninivem civitatem plenam populo, cùm preces fuderit, ut ad veniam me flecteret? lachrymas effuderit, quibus iram meam extingueret? jejunio corporis membra punivit, cilicijs carnes edomuit, ſaxis pectus percuſſit, ut mea declinaret ſupplicia; ideóque non ampliùs iraſcor urbi Ninive, in qua licèt reorum ingens ſit multitudo, plures adhuc in ipſa enumerantur innocentes, nullius ſceleris labe contaminati; imò plus quàm centies vicies mille numerantur animæ, quibus ob ætatis infirmitatem nullum rectique praviqùe eſt diſcrimen. Quid ergo tam acriter tu iraſceris plantæ, dejectioni umbratilis folij? *Tu doles ſuper hederam, in qua non laboràſti, nec feciſti creſcere, & ego non parcam Ninive civitati magnæ?* Jona 4. v. 11. Non in ſeipſum Jonas cauſam ſuæ refudit iræ, ſed in areſcentem plantam eam rejecit; id enim iratis cognatum, ex quavis levicula ſuſpicionum conjectura in alios cauſam rejicere indignationis, & iræ; ac mente proterva ſuis tenaciſſimè adhæreſcere ſuſpicionibus, quapropter reſpondit Jonas Deo; *Benè iraſcor usque ad mortem,* ſed retorſit Deus: *Tu doles ſuper hederam, in qua non laboraſti; & ego non parcam Ninive?* quòd ex levi cauſa exarſerit in iras Jonas appoſitè ediſſerit Theophylactus inquiens: *Quoniam enim Jonas faſſus eſſet ſe ſe adeò perturbatum, ut vel mortem expetat: te, inquit Deus, Judice utar. Reputa ergo tecum, num jure propter cucurbitam doleas, cui non fuiſti cultor. Me verò noluiſti ulla miſeratione tangi erga talem, tantámque urbem, quæ eſſe ſuum à me receperat. Admirare igitur benignitatem meam atque clementiam.* In cap. 4. Jonæ.

21. Jonas igitur bene iraſci ſe putat usque ad mortem, non ob aliam cauſam, niſi quia Deus extemporaneam hederam, ſeu ut alij explicant, frondeſcentem cucurbitam fecerit exareſcere, & urbi pœnitenti reſipiſcenti, ac lachrymas fundenti expetitam indulſerit veniam. Ecce quas frivolas ſuæ indignationis obtendunt iraſcentes cauſas, ſi alia ipſis non ſuppetat, etiam in Dei clementiam cauſam refundunt iraſcendi, & Numinis ad clementiam pronioris, quàm ad ſupplicia infligenda incuſant pietatem, ut propriam

exeu-

excuſent iracundiam. Ecce qualis in iræ
officina cuduntur ſcelera, quæ Dei etiam im-
petunt clementiam; nimirum adeo ſe ipſam
ira ſuccendit & alijs ſuccenſat, adeo pro-
clivis eſt ad indignationis concipiendas
flammas, ut ſi alia non ſuppetat iraſcendi
cauſa, futiles, vanáſque obtendat ſuſpicio-
nes, quæ ſi etiam deſint, in ipſam Dei cle-
mentiam cauſam rejicit iraſcendi, adeo ut
ſcitè dixerit D. Chryſologus de dœmone:
Serm. 16. *Ut iram nutriat, cauſas colorat; ut pietatem
violet affectibus dat querelas*, quod & Jonæ
non abs re dixeris congruere, eò quia duo
fuêre iræ Jonæ fomenta, vermiculus crebro
abroſu hederaceum tuguriolum extempo-
raneè extructum exiccans; & Dei clementia
reſipiſcentibus parcens Ninivitis, & utráque
cauſa frivola fuit, & utramque viſus eſt
obtendiſſe, ne ſine cauſa ceoſeretur iraſci.
Iratus fuit Jonas, contabuit, mœrore con-
fectus fuit eò quia Numinis clementiæ re-
fragari non valuit; & Deus permiſerit à
lachrymis Ninivitarum reſipiſcentiom ſe e-
molliri ad veniam. Appoſitè D. Baſilius Se-
Orat. 12. leucienſis: *Jonæ verò gravis erat, & acerba
eorum ſalus. eminus enim ſedens civitatis ever-
ſionem ſpeculabundus obſervabat. Ut autem
Dei clementiam regnare vidit, luget ſinistri lu-
ctum, & Ninivitarum ſancta dejectio perve-
nit ad Prophetam. Et afflictus eſt, inquit,
Jonas afflictione magna, & iratus eſt. & oravit
ad Dominum, & dixit: obſecro Domine,
nunquid non eſt hoc verbum meum, cum adhuc
eſſem in terra mea propter hoc præoccupavi,
ut fugerem in Tharſis: ſcio, quia tu Deus
clemens, patiens, & multæ miſerationis, &
ignoſcens ſuper malitia. Et nunc Domine
tolle quæſo animam meam. Hæc eſt occaſio
fugæ meæ, tua humanitate cognita Prophetæ
partes recuſabam: ſciebam, quòd paucis pec-
catorum lachrymulis indignari deſinas, com-
moto non credebam, innatam tibi commiſera-
tionem animo reputans.*

21. Non ſola Dei pronitas ad veniam, ejúſ-
que clementia cauſa fuit Jonæ iraſcendi, ſed
etiam vermiculus, eò quia ſuo abroſu ex-
temporarium deſtruxerit tuguriolum, in
quo ab æſtu ſolis quieſcebat profectus: Jonæ
cap. 4. *Et afflictus eſt Jonas afflictione magna,
& iratus eſt.* Cauſa hujus afflictionis, & iræ
Dei clementia, & vermiculi abroſio fuit,
ſcio quia tu Deus clemens, & miſericors es.
Animus præſagit, me fruſtra minas ſpar-
ſurum, nec reſponſura minis ſupplicia à me
prænuntiata; pronior tu es ad veniam, quàm
ad pœnas infligendas; reſipiſcentium lachry-
mis emolliris ad veniam: mendacij ego ac-
cuſabor. *Et egreſſus eſt Jonas è civitate,
& ſedit contra orientem civitatem, & fecit
ſibi umbraculum.* Nimirum voluntas pro-
pria urbem deſerit, quia nullibi quieſcit, &
ut commodiùs urbis ſpectet excidium Pro-
pheta, caſulam ſibi conſtituit, quam de re-
pente vireſcens hedera in formam tecti ex-
plicata obtegit, ne æſtuantes ſolis radij,
quieſcentem intus Prophetam diverberent,
ſed cùm fruſtra excidium expectaret, exaruit
hedera; ſeu cucurbita, ut alij interpretantur,
quæ caput inquilini inumbraverat; & Sol
ſublato integumento æſtuoſior Prophetam
ferit ſedentem, qui exardens in iram ob de-
jectionem umbratilis folij mortem ipſam
expetit: *Petivit animæ ſuæ, ut moreretur, &* Jona 4.
dixit: meliùs eſt mihi mori, quàm vivere.
Et interrogatus, num æqua iraſcendi cauſa
ei ſuppeteret, audacter reſpondit: *Bene
iraſcor ego uſque ad mortem*: Caoſam æquam
iraſcendi cenſuit Jonas Numinis clementiam,
quâ Niniviris pepercit: *exeandui Jonas,
quia non eſt factum ei, ſicut cogitabat.* Sed
cur Jonas tam ægrè, ac indignè tulit Dei mi-
ſerationem, & patientiam? An ignoravit
Dei proprium eſſe miſereri, & parcere?
Non eſt Deus ut homo, qui vix læſus illicò
ferit, & injurijs affectus, vulnera infligit:
Deus cujus natura eſt bonitas laceſſitus non
iraſcitur, nec iojurijs affectus illicò punit,
quin locum det reſipiſcentiæ; cur potiùs
Propheta ſuum ad cœli placitum non com-
poſuit arbitrium? quod verò hederacea ca-
ſula vermis abroſu flaccida aruerit, & ca-
duca corruerit inde conjicimus, quàm per-
breves ſint mundi lætitiæ, quàm inania ſo-
latia. Hederacea hæc caſula duplicem ha-
buit hoſtem ſolem unum, vermem alterum;
hic plantæ radices corrupit; ille luxurian-
tia aduſſit folia, quæ illicò aruêre, & uno
die tota umbroſa Prophetæ voluptas eva-
nuit.

Quòd ſi ſeria cogitatione orbem to- 23.
tum pervagemur plenum hiſce umbraculis
eum deprehendimus; an non umbratilis eſt
quævis mundi lætitia, quæ ſtatim velut
umbra fugit. Mundi voluptates umbra-
cula ſunt hederacea; vireſcunt hæc ali-
quanto tempore, ſed ijsdem proximum
ſemper imminet exitium. Principis niti-
tur ille favoribus, ſed quamdiu? volupta-
tibus diffluunt alij, carnis adhærent concu-
piſcentijs ſibi plenè ſatisfaciunt, ſed quam-
diu? affluunt alij divitijs, dignitatibus in-
ſigniuntur, honoribus afficiuntur, ſed quam-
diu? alios Lucullianæ menſæ, dapéſque
Apicij ſaginant, ſed quamdiu? umbracula
ſunt iſta hederacea, quæ vermiculus mortis
abrodit. *Et paravit Deus vermem, &* Ibidem.
*aſcenſu diluculi in craſtinum, & percuſſit he-
deram, & exaruit.* Ubíque parati ſunt ver-
mes noſtram expectantes in ſepulchro eſcam,
quâ ſaginentur, & quamvis iraſcamur cum
Jona, velimus, nolimus areſcunt hæc
mundi umbracula, quia ad ſepulchra
evocamur.

§. IV.

Iræ ingenium eſt mentem turbare, lumen excutere rationis, & nulla ſuppetente cauſa, vanóque, vel levi prætextu debacchari truculentiùs in imbecilliores.

24. FAcultatem à Deo cacodœmon impetraverat ſæviendi in Jobi corpus, quod maxima, quâ potuit vi horrendo ulcere afflixit, &morborum omnium immani cohorte exulceravit, nolla membrorum parte à calce ad verticem incolumi relicta. Sunt enim qui ſævientium morborum genera quaruor recenſeant ſupra viginti, quibus Orcinus tortor in patientiſſimi Jobi deſævijt corpus, per intervalla tamen temporis, ut ex diuturnitate dolorom præcipitem ageret in deſperstionsm; vitam tamen ne adimeret cruciatibus cœleſti intsrdicto fuerat Acherontico tortori inhibitum; initio ulcus tetrum putreſcens, ac vermibus ſcatens cœpit per ſingulos corporis artus ſerpere, miſerè depaſcsns membra, & crudelirsr exedsns carnes; cui acceſſit ſacer ignis, ſeu flamma psr poplites, & tibias graſſans, cui etiam aſſociatur cancer, qui corpus totum tumori objecit; & pure corrupit, cujus pediſſequa fuit crebra animi defsctio, quâ exanimo cadaveri ſimilior, quàm viventi crederetur: mox lepra non cutem duntaxat extimam, ſed intima etiam oſſa penetravit, ſanguinem infecit, mœrores excitavit, ſomnia terrifica peperit; podagra itidem pedes, ut & chiragra manus torſit, & arthritis in artus ſingulos totius corporis horribiles excitavic cruciatus, cúmque corpus totum, & ſingula in corpote membra pure ſcaterent, in ijsdem etiam vermes ebullierunt. Tabes itidem purulenta nares, aurss, os, gingivas corruperat, & exinde acerbi dentium dolores, capitis cruciatus cum cordis palpitatione ac tremore exorti miſerè Jobum afflixêre, ut etiam putredo viſcerum, nephritis, vel exulceratio renum, & alia plura morborum geneta, quæ intus in Jobi viſcera ſæviebant; adeò ut Huſſæos Princeps Jobus ſpectrum potiùs eſſe videretur, quàm homo, cujus aſpectus oculis horrorem ingerebat, & fœtor in nates intolerabilem mephytin exhalsbat, cenſeretúrque Jobus potiùs pus merum, & vomica vermium, quàm homo, à quo propterea veluti è corrupto cadavere cuncti fugiebant, domeſtici præſertim, cum integro ſeptennio eam morborum congeriem ſoſtinuerit, & non ſolùm Achsronticus hoſtis eom in corpore torſsrit, verùm etism in illius bona, & ſubſtantiam deſævierit, adeo ut Princeps nuper opulentiſſimus jam jam ad incitas redigeretur, & ab omnibus deſertus, metúque contagionis proprijs etiam proſcriptus ædibus, vivum veluti funus à veſpilionibus publicom efferretur in fimetum extra urbis portas, ac vili quidem centunculo ei conceſſo, quo pus extergeret, fuèritque propterea pro ſtrophiolo, vel ſpongia uſus teſtola, temerè in fimetum abjecta: tot igitur acerbis malis excruciatus rot morborum generibus gravatus, totque calamitatum acsrvis preſſus, ac attonitus, mœſtus in hss erupit lugubres voces inquiens: *Pereat dies, in qua natus ſum, & nox, in qua dictum eſt conceptus eſt homo, noctem illam tenebroſus turbo poſſideat, non computetur in diebus anni: ſit nox illa ſolitaria, nec laude digna. Obtenebrentur ſtellæ caligine ejus: expectet lucem, & non videat, nec ortum ſurgentis auroræ.* *Job. 3. v. 3. & ſeqq.*

25. Sed cur Jobus patentiæ ſpeculum, virtutis exemplar diris tam acerbis excandeſcit in noctem illam, qua fuit conceptus: cur ſi in Acheronticum tortorem nullo inſurrexit convicio, ſi nullam in tot deſævientes morbos effudit indignationem, cur nocti duntsxat iraſcitur, eique malè precatur, in qua conceptos ipſe fuerat? Quid mali Jobo ingeſſit nox illa, quæ prima ei dedit hominis rudimenta? cauſam, cur fuerit nocti illi iratus adfert Jobus ipſe ſubdens: *Quia non concluſit oſtia ventris, qui portavit me, nec abſtulit mala ab oculis meis.* Ex hac cauſa à Jobo allata infert D. Chryſoſtomus apud Cajetanum, irâ tunc Jobum exarſiſſe, ac præ nimia mœſtitudine diei nativitatis ſuæ, noctíque ſuæ conceptionis iraſci incepiſſe, non quòd nox illa fuerit ipſi noxia, vel damnum aliquod eidem intulerit, ſed ut frivolas quas iraſcentes cauſas obtendunt ſuæ iræ depromerer. Iræ ingsnium eſt mentem turbare, lumen excutere rationis, ut etiam nolla ſuppetente cauſa, vel vano duntaxat agitata prætextu debacchetur truculentior: neſcit plerumque pronus ad iram, cur iraſcatur; & cui iraſcatur ignorat. *In cap. 3. Job.*

26. Hinc Jobus quia vir erat in terra Hus ſecundùm cor Dei, & rara eſt virtus inter ſceleratos ſine ſcelere, ne à ſemita deflecteret virtutis omnem iram intra creaturas inſenſibiles coërcet, ne ulli homini ſit noxius, nec Deo injurius, cujus voluntati fuit ſemper obſecutus, ac dixerit Job: *Dominus dedit, Dominus abſtulit; ſicut Domino placuit, ita factum eſt, ſit nomen Domini benedictum*, fueritque propterea veluti tuba ductilis, quæ ærumnis contuſa, ventiſque inflata adverſantis fortunæ ſonitus emiſerit, qui Deo non diſplicerent, appoſitè D. Auguſtinus; *tuba ductilis erat Job, quando repentè percuſſus tantis damnis tunſione illa tantæ tribulationis tacta ſonuit: Dominus dedit, Dominus abſtulit.* O quàm gratus fuit, dulciſque ſonus iſte inconcuſſæ patientiæ, qui divinas demulſit aures, & homines erudivit ad fortiter toleranda adverſantia! ſcitè Origenes expendens ejus verba: *Dominus dedit, Dominus abſtulit*, ait, *dedit ſua, & iterum abſtulit ſua; ergo nihil amiſi, nullum paſſus ſum detrimentum: meritò poſtquam uſus ſum reddidi mutuanti ea mihi, gratias agens omne* *Cap. 1. v. 21.* *In Pſal. 97.* *In cap. 1. Job.*

quod

Digitized by Google

quod placuerit Deo bonum & juſtum eſt placuit
illi ut daret? bene placuit. Placuit illi iei-
dem ut auferret, juſtè placuit, ſic oportet,
omnes Chriſtianos dicere, facere, cogitare.
Sed cur Jobus in noctem illam per ſe inno-
xiam acerbiùs excanduit, voluitque illam tot
ſcommatibus dirè impetere? ſine cauſa non
iraſcimur; quid cauſæ Jobo dedit nox illa, in
qua genitus fuit, ut tam acerbè eidem ira-
ſceretur, cur tot eam contumeliis onerave-
rit? Ecce cauſam ſuæ iræ in noctem illam
Cap. 3. v. 10. refert Jobus inquiens de nocte illa: *Quia*
non concluſit oſtia ventris, qui portavit me.

27. Sed ſi diſquiramus cauſam iſtam, nil præ-
ſefert, quo debuerit Jobus eidem iraſci:
non enim nox illa, quæ ſicut luce, ita & vi-
ribus deſtituebatur, potis fuit, ad ventrem
matris claudendum, ne Jobum in lucem ede-
ret. Quid potuit nox illa, quò Jobi ſe op-
poneret generationi? an marem cohibere
potuit, ne ad fœminam accederet? ſi nox illa
quid actum fuerit inter conjuges, nec in-
telligere, nec impedire valuit, cur tam acer-
bè iraſcitur nocti illi? Appoſitè Olympia-
dorus in catena in Job expendens hanc iræ
cauſam ait: *Pereat dies, in qua natus ſum, &*
nox in qua dictum eſt conceptus eſt homo &c.
quia non concluſit oſtia ventris matris meæ,
ſeu quia non prohibuit ortum meum: atqui
non in noctis erat poteſtate id facere, ut is
ex utero non egrederetur. Ærumnis itaque
impetitus, ac calamitatibus preſſus, morbo-
rúmque angoribus agitatus iram noſtram
urgente gravi paſſione repræſentat, ac ira-
torum æmulatur ingenium, cùm ob cauſas
futiles, nulliúſque ponderis plerumque ira-
ſcamur; idque ratio ait Chryſoſtomus, cur
Jobus in noctem illam ſenſibus, ac viribus
deſtitutam ſibi protſus innocuam tam acer-
bè excanduerit, quo inde diſceremus nos
iram noſtram compeſcere, ſimúlque eru-
beſcere cum tam graviter plerumque ob le-
viſſimas cauſas iraſcamur: aſſignat ſtudiò
Jobus cauſam, cur noctem illam duriùs in-
cuſaverit inquiens, *quia non concluſit oſtia*
ventris matris meæ: atqui non in noctis erat
poteſtate id facere, ait Olympiodorus, *ut is*
ex utero non egrederetur. Ecce quàm fri-
volas cauſas noſtra perſæpe iracundia allegat:
malè ſuſpicax ira in noctem fuit debacchata,
eò quia id non impedierit, quod præſtare
non potuit.

28. Tale eſt iræ ingenium, cauſas iraſcendi
ſibi cudit, & quidem in officina propriæ ira-
cundiæ, cum exteriùs nullæ ei cauſæ ſuppe-
tant iraſcendi: ſenſus, viréſque impertitur,
ſenſu omni deſtitutis, ac viribus, ut ea va-
leant & cognoſcere, & impedire, quæ nec
cognoſcere, nec impedire poſſunt; adeò ri-
xoſa eſt ira, ut ad diſſidia excitanda, tranquil-
litatem turbandam, pacem abigendam cauſas
quærat, quas, ubi non invenit, ſibi fingit;
non enim poterat nox illa manus obſtetricis
obire; nec eſſe obici nativitati, aut gene-
rationi Jobi. Ita eſt, qui iræ exagitantur
æſtro, rabioſæ paſſionis ingenio impoſſibi-
lia fingunt, quò anſam adinveniant iraſcen-
di. Non tamen, quæ in noſtram Jobus edo-
cuit eruditionem, in ejus ſunt culpam detor-
quenda: cum fuerit Jobus ſummarum ſem-
per addictus culturæ virtutum, & de ipſo di-
catur Iob. 2. *In omnibus his non peccavit Iob* Cap. 2.
labijs ſuis: vir enim fuit inconcuſſæ fortitu-
dinis, inflexilis patientiæ; & ſicut flumina,
& amnes maris non dicuntur ſaporem im-
mutare; ita nec rerum adverſantium impe-
tus virum fortem vertit, nec ejus virtu-
tem evertit; manet enim virtus inconcuſſa,
ac immota, premitque pedibus fortunam,
honores, ac divitias deſpicit, & ſola ſibi
ipſi merces, & præmium eſt, ut ſcitè cecinit
Claudianus:

Ipſa quidem virtus pretium ſibi ſolá-
que lata
Fortunæ ſecura uitet, nec faſcibus ul-
lis
Erigitur: plauſúve petit clareſcere vulgi:
Nil opis externæ cupiens, nil indiga
laudis.
Divitijs animoſa ſuis, immotáque cun-
ctis
Cladibus, ex alta mortalia diſpicit
arce.

Quid fortius voce illa Iobi 13. *Etiam* 29.
ſi occiderit me, in ipſo ſperabo hoc eſt, tametſi
Deus hic mecum agat, ut deſertus ſim ab
omnibus, qui ſanguinis neceſſitudine mihi
ſunt devincti, ſive rejectus ab ijs, qui vinculo
amicitiæ mihi adhæſerunt, ſive deſtitutus
videar omni gratia, & opprobrium factus
omnium, adhuc in Domino ſperabo: ſi to-
tus in me malorum irruat exercitus, de-
bacchentur in meam perniciem omnes adver-
ſantis fortunæ procellæ, fulminet in caput
meum cœlum, aperiantur ſubtus pedes meos
abyſſi profundiſſimæ; viréſque omnes ſuas
in me tartara exerant, ego tamen in Do-
mino ſperabo.

Quinimò non ſolùm frivolas, ac fu- 30.
tiles iracundia cauſas obtendit iraſcendi, ſed
plerúmque tametſi nullæ ei ſuppetant, nec
factæ, nec fictæ, adhuc iraſcitur etiam in
innoxios, & impotentes, cum nequeat in for-
tes; eò quia potentes ei obſiſtant. Injuria
impetitur quis ab hero, in quem cùm ſævire
nequeat, ejus iraſcitur equo, vel cani. Eſt
Princeps interdum alteri injurius, & quia
Principem lædere nequit, infenſus eſt inno-
cuis ſuis ſubditis. Vetus parœmia eſt:
Quidquid delirant Reges, plectuntur Achivi:
imbecilliores enim ut plurimùm ſcopus ſunt,
in quem ira præpotentum excandeſcit, &
furoris collimant ſagittæ, eſtque puſillus
grex victima feritatis, hoſtia iracundiæ, &
excandeſcentis iræ materia, in quam ſuas
exerit vires, nec ſuas aliter præconceptas
iræ flammas extinguit, quàm innocuo ſan-
guine, quem & furor ſitit, & fundere eſt

ei

Digitized by Google

ei volupe, hinc ait Tertullianus: *Sed Scytharum Dianam, aut Gallorum Mercurium, aut Afrorum Saturnum hominum victima placari apud ſæculum licuit.* [Adverſus Gnoſt. cap. 7.] Quòd ſi quæras qualis fuerit hujuſmodi placationis victima ait ipſe: [In Apolog. cap. 9.] *Infantes penes Africam Saturno immolabantur palam.* Exardebat interdum irâ Saturnus, & furore perculſus agitabatur, utque eorum erat opinio; cúmque non poſſent vindictam, neque ab æquali exigere, neque à potentiore expetere, ſanguine parvulorum flammam nitebantur extinguere iraſcentis, ſolvebátque exiguus, quod magnus deliquerat: eleganter Lactantius: [Lib. 1. c. 21.] *Teſcenius Feſtus in libris Hiſtoriarum per Satyram refert Carthaginenſes Saturno humanas hoſtias ſolitos immolare, & cum victi eſſent ab Agatocle Rege Siculorum, iratum ſibi Deum putâviſſe. Itaque ut diligentius piaculum ſolverent, nobilium filios immolâſſe fertur*, cruentam paſſi cladem, Numiníque placando ſtudentes parvulos immolabant innocuos, quaſi iræ extinguendæ præpotentum nullus aptior ſit humor, innocentum ſanguine.

31\. Principatu fuerat Cainus potitus inter Adæ poſteros, eò qnia prior natus, cúmque vel minoris fratris exemplo, vel naturæ ipſius conſilio ſacrificium Numini in proteſtationem Majeſtatis offerre inſtituiſſet; quia tamen virtutem religionis vitio corruperat avaritiæ; non benevolum, ſed offenſum ſibi effecit Denm. Pérfunctorius ſiquidem Cainus in cultu Numinis, animóque infructuoſus, nonniſi fructus ſpiritu carentes obtulit, & quidem deteriores, reſervatis in proprium uſum melioribus; cùm è converſo Abel quidquid melinris ineſſet gregibus, ac frugibus ſincera Deo dicaret religione; idque cauſæ, cur ſuper Abelis victimas, ejúſque religionem omni victima præſtantiorem Dei favor è cœlo deſcenderit, ſeu ſuper immolata ab Abele, priùs quàm humana manu ignis ſubderetur; flamma è ſummo cœlo delapſa oblatas abſumeret victimas; cúmque id oblatis à Caino minimè obtingeret in fraternæ felicitatis invidiam, ac clandeſtinam deteſtationem lapſus fuit; ne quidquam aliud animo volveret niſi cruentam fratris necem: [Genes. 4. v. 5.] *Ad Cain, & munera illius non reſpexit Deus, propterea iratus eſt Cain vehementer, & concidit vultus ejus*; quia Deus ſuum impertitus fuit ſacrificio Abelis favorem, quo deſtituebantur oblata à Caino, cœpit hic irâ excandeſcere, & in Deum ipſum flammis exardere indignationis: nimirum urebatur dolore non reſipiſcentiæ, ſed repulſæ, non ut ſacrificia corrigeret, manúque laxiore Numini litaret, ſed ut fratris ſanguinem funderet. Quòd ſi reſipiſcentiam, ſacrificij loco obtuliſſet, retractatione impietatis errorem correxiſſet, & contractam noxam abſterſiſſet; verùm quia cœpit irâ excandeſcere, & flamma, quam furor in corde accenderat, ſurſum in mentem evaporabat, turbidáſque excitans cogitationes necem moliebatur Abelis, in quem odio, & invidia etiam tabeſcebat cædem certiùs peracturus, ſtuduit ſceleri amicitiam prætexere, & Abelem innocentem, nilque ſiniſtri ſuſpicantem in campum pertraxit, & interemit: [Geneſ. 4.] *Conſurrexit Cain adverſus fratrem ſuum Abel, & interfecit eum.* Ecce quia non potuit in potentiorem, cùm vires ei non ſuppeterent inſurgendi contra Deum, occidit inferiorem: & in imbecilliorem iræ flammas evomuit, quas acuere in potentiorem, & Omnipotentem non potuit; pulchrè Baſilius Seleucienſis, *Erat, ut apparet Cainus immanſueta bellua: labitur ipſe, & gliſcit ira, neque moram perturbatio patiebatur, ſed maturat cædem parturiens voluntas; quæ flamma invidentiæ accenſa cædem parit.*

32\. Exarſerat irâ in Deum Cainus, & livor fraternæ felicitatis non fomitem duntaxat conceptæ iræ ſuppeditabat, ſed & ſtimulos addebat ad fraternam cædem: cùm enim in Deum ſerocire iratus Cain non poſſet; in fratrem ſævijt imbecillem, & innocuum. Flamma cœlitùs depaſcens Abelis victimas in Caino fratre, iram in Deum, & livorem excitaverat in Abelem; exarſit irâ in innocentiam à Deo honoratam, fratrem occidit imbecillem, quia in Deum Omnipotentem, non potuit quidquam, in quem & manus ſacrilegas injeciſſet, ſi potuiſſet: ſed ira in præpotentes concepta imbecilles adurit, ac interficit. Ira itaque malorum fuit origo, mortis mater, vitiorum radix, doloris initium, calamitatis parens, ignominiæ principium, ſtimulus lethalis, flamma mortifera, mucro recnnditus, exitiale cordis incendium, infeſtus inteſtinorum ignis; [Genes. 4.] *Iratus eſt Cain vehementer, & concidit vultus ejus.* Quia cùm ira æſtuaret, priùs quàm fraterno ſanguine manus maderet, fluctuabat felle pectus, ſedebat in ore pallor, labia exagitabat tremor; & ſtridor in dentibus, macies in corpore, ac tabificum in viſceribus venenum quàm dirum intus ira ſupplicium ingereret innuebant: uſſit Cainum ignis de cœlo demiſſus in oblatas ab Abele victimas; & unde concipere debuiſſet pietatis ſcintillas, flammas accendit iræ in Deum, livoris, & odij in fratrem, torquetúrque fratris felicitate, cujus & cædem anhelat, & primos morti aditus per inflicta fratri vulnera adaperuit, ut mundum ingreſſa in omnes homines graſſaretur, & nemini parceret. Ira igitur in Caino accenſa, veluti immanſueta bellua, licèt in Deum fremeret, quem lædere non potuit, fratrem minorem perdidit innocentem.

§. V.

§. V.

Ira doloris origo, calamitatis parens, ignominiæ initium, exitiale cordis incendium, quia in præpotentes ſævire nequit, imbecilles ferire ſatagit.

33. QUæ nequit in præpotentes ira ſævire, ferire ſatagit imbecilles, ac innocuos, ut præſtitit ſuæ iraſcens aſinæ Balaamus. Proſtratis, deletiſque tribus Regibus Arade Chananæorum, Ogo Baſanitarum, & Sehone Amorrhæorum, ac eorum Provincijs everſis, urbibúſque expilatis, ac occupatis ab exercitu Hebræorum, timor finitimas regiones invaſit, & terror ingens populos reliquos concuſſit: & quia fulmen belli in Moabitas cudi videbatur, eò quia Iſraelitæ eſſent caſtra coram ipſis metati; Balacus, qui id temporis Moabitis præerat, plus præſidij è Magiris arbitratus poſſe incantationibus haurire, quàm è militibus belli Sacramento conductis, acceſſivit è Meſopotamia Balaamum Ariolum tunc famoſum, ac incantationibus potentem; ſi forte ejus operâ poſſet victoriam conſequi incruentam, quam proprio milite ſe ſe reportaturum deſperaverat. Per Legatos igitur amplam ſpopondit Balaamo pecuniarum ſummam, ſi ſuis carminibus, ac incantationibus Hebræos, vel funderet, vel deleret, vel procul ſaltem fugaret à Moabitis. Illectus Balaam promiſſis muneribus votis annuit Balaci, ad quem illicò ſe contulit reduces ſecutus Legatos. Sed cum à ſuſcepto itinere, Balaci receſſiſſent Legati, objecit ſe Balaamo cœleſtis Spiritus, qui diſtricto gladio viam interclusit, & ſe obicem poſuit jumento, quo Ariolator vehebatur, quod cùm videret Angelum exerto gladio minitantem, progredi detrectavit, & licèt inſeſſor repetitis verberibus conaretur aſinam in ſemitam reducere, ipſa in anguſtias redacta, geminas inter macerias, & obſtante Angeli mucrone in arctum callis pavida compellitur attrito etiam ad murum ſedentis pede, qui irâ ferociùs exardens in aſinam, repetitis eam verberibus pulſavit, donec ſub plagis caderet, & tunc Balaamus adhuc cœpit inclementiùs furere, & fuſte beſtiæ latera validiùs tundere, donec indignatio vocem excitaret aſinæ, cujus lingua ab Angelo mota in hæc erupit verba: *Quid*
Num. c.22. v. 28. *feci tibi, cur percutis me, ecce jam tertiò? reſpondit Balaam, quia commeruiſti, & illuſiſti mihi, utinam haberem gladium, ut te percuterem:* ecce ſubjugale brutum animal viam proſequi ab Angelo prohibebatur, & deterritum ſiſtere adigebatur:
Num. 22. v. 23. *Cernens aſina Angelum ſtantem in via evaginato gladio avertit ſe de itinere.* Balaam verò promiſſis ſibi à Balaco muneribus inhians, & animadvertens, ſe ab inchoato itinere retardari, irâ excandeſcens in aſinam, repetitis innocens jumentum cæcidit verberibus: *Quam cum verberaret Balaam, & vellet ad ſemitam reducere, ſtetit Angelus in anguſtijs duarum maceriarum,* & aſina innocens pœnas luit, quas iraſcens herus in imbecilliorem, minúſque potentem ei obſiſtere aſinam irrogavit. Num. 22. v. 24.

34. Si enim ſupplicij hujus, quo aſinam affecit, cauſam diſquiramus, nullam aliam deprchendimus fuiſſe, niſi quia Balaamus à potentiore impeditus, ac retardatus fuerit, ne iter ſuum proſequeretur. Angelus fuit, qui Balaamo potentior progreſſum inhibuit in inchoato itinere; ſed cùm non poſſet Balaamus præpotentem, & iter impedientem percutere, repetitis verberibus innocentem percuſſit iratus aſinam, geſtiens dolorem proprium lenire pulſati verberibus jumenti dolore, & alloquens aſinam dixit: *Utinam haberem gladium, ut te percuterem.* Quam ſævum herum irâ percitum fuit aſina experta, cujus cupiditatibus, ut inſerviret, plures & labores ſuſtinuit, & verbera toleravit! quòd ſi armatus inceſſiſſet Balaamus, aſinam cruentâſſet, proprióque mactâſſet furori. Appoſitè Philo Hebræus: *Gratia maxima conditoris, qui ſciens imprudentiæ rabiem, non dedit tanquam furenti gladium.* Lib.2. alleg. Certè vitæ Deus conſuluit aſinæ, dum inermem permiſit Balaamum proficiſci, quòd ſi armatus inceſſiſſet, iræ conceptæ flammam nonniſi innocui jumenti cruenta cæde extinxiſſet: nimirum pœnas luunt imbecilles, & minus potentes; dum iraſcens potentiores nequit adigere ad pœnas, quas furor exigit dandas. Quòd ſi fomentum, quo exarſit ira Balaami diſquiramus, non putes aliud fuiſſe, quàm ſordeſcentem avaritiam, quâ oblatis ſibi inhiabat muneribus, ait enim Syracides: *Avaro nihil eſt ſceleſtius: nihil iniquius, quàm amare pecuniam: hic enim & animam ſuam venalem habet,* Eccleſ. c. 10. quapropter avaritiâ ſordeſcentes minatur D. Iacobus in ſua Epiſtola inquiens: *Væ illis, quia in via Cain abierunt, & errore Balaam mercede effuſi ſunt.*

35. Si quæras, quænam ſit hæc via Cain, non putes aliam eſſe, quàm Dei contemptum, iram in Deum, & hominem præconceptam; livorem invidiæ, ſcelus homicidij, labem hæreſis, cæcitatem atheiſmi, vitam vagam, deſperationem, & damnationem. Balaamum verò ſequuntur, qui toti projecti ſunt in lucrum, divitijs inhiantes. Si petas, qualiſnam fuerit hic Angelus, qui diſtricto gladio Balaami aſinæ greſſum inhibuit? credibile eſt, fuiſſe Michaëlem Judaici populi protectorem, de cujus internecione tunc agebatur, ſi magicis incantationibus dementatus in manus iraſcentis Balaci incidiſſet. Sed cur ad Balaami retundendam pervicaciam, aſinæ voce uti Deus voluit? An quia congruè bruta Balaami

laami mens per brutum debuit edoceri? An quia ut ſimul erudiretur, ac puniretur vanitas Auguris, ruditum aſinæ, & garritum avium, quaſi omina futurorum obſervantis? Cæterum ea eſt iræ indoles, ut ab imbecillioribus pœnas exigat, quas nequit à potentioribus extorquere.

36. Mare cùm ſuis Diſcipulis trajecerat Magiſter Chriſtus, & in Regiouem appulerat Geraſenorum, cúmque Chriſtus è navi ad litus deſcenderet, ſtatim occurrit ei de monumentis homo, quem Diabolus ſua invaſerat tyrannide, & ut vitam morte experiretur acerbiorem, fœtidis amandârat ſepulchris: dœmoniaco huic domicilium in monumentis erat, neque viaculis, ferreíſque catenis potuit quiſpiam eum vincire, cum ſæpè compedibus, catenîſque vinctus, compedes dirupiſſet, & catenas comminuiſſet, & nullus erat, qui poſſet eum coërcere, & ſemper die, ac nocte in monumentis degebat, vel in montibus, ubi ſaxis pectus ſuum tundebat. Miſertus hominis Chriſtus, à cacodœmonum violentijs voluit eum eripere; & ut fas erat duris verberibus caſtigavit obſidentem dæmonem, qui dirè excruciatum ſe fatetur: *Ne me torqueas. Dicebat enim illi; Exi ſpiritus immunde ab homine. Et interrogabat eum. Quod tibi nomen eſt? & dicit ei, Legio mihi nomen eſt, quia multi ſumus.* Precantúrque quatenus in porcorum gregem poſſent introire; *Et deprecabantur eum ſpiritus dicentes: Mitte nos in porcos, ut in eos introeamus.* Ira cacodœmonis facultatem obtinuit porcos ingrediendi, & tunc præcipitato grege conceptam iram dœmones fedârunt; cujus flammas exitiales, cùm non poſſent in Chriſtum evomere, eas in imbellem gregem fuêre ejaculati: *Et exeuntes Spiritus immundi, introjerunt in porcos, & magno impetu grex præcipitatus eſt in mare, ad duo millia, & ſuffocati ſunt in mare, qui autem paſcebant eos, fugerunt, & nuntiaverunt in civitatem, & in agros.* Sed cur gregem aliàs invalidum, ac imbecillem dœmones ſuffocârunt in mare, cùm obnixè facultatem petierint gregem illum ingrediendi? reſpondet D. Chryſoſtomus: Dœmones ex ira, quâ in Chriſtum exardebant gregem illum porcorum præcipitâſſe in mare, ac ſuffocâſſe, quia cùm non poſſent, quidquam damni Chriſto inferre, quo clade aliqua furorem, & iram lenirent, gregem illum in mare ſuffocârunt. Quia expulſi depulſorem lædere non poterant, neque re-cruciare; gregem adoriuntur invalidum; & quam conceperant rabiem gregis præcipitio ſolari ſtudent, & alieni gregis ſubmerſione extinguere; ſcitè D. Chryſoſtomus in catena apud D. Thomam expendens hunc locum Marci 5 ait: *Multò peiora vellent hominibus infligere, ſi poſſent, virtute non impediti divina; & quia in hominibus hanc demonſtrationem fieri ejus pietas non ferebat; ipſos in porcos intrare permiſit; ut in illis virtus, & furor Dæmonum videatur.*

Marc. 5. v. 8.

Marc 5. v. 12.

Marc. 5. v. 13.

Præconceptæ iræ furor ubi pœnas, & cruciatus nequivit à depulſore exigere, ſuas exitiales flammas ejaculari voluit in imbecilles, ac impotentes; quorum clade aliquid ira ſolatij ſumeret: pœnas quas ira à præpotente nequit exigere; ab imbecilliori ſatagit extorquere: ubi non potuit ira dœmoniaca vindictam ab homine, neque à Chriſto depulſore expetere, ſumpſit à præcipitato, ac ſuffocato grege, quò invalidi, ac impotentis præcipitium, ſolatium fieret iraſcentis: nimirum grex impotens, & invalidus, iræ pœnas ferre adigitur, quas ira inferre præpotenti nequivit: ſi enim potuiſſet cacodœmon, utique & in ipſum Chriſtum auſu temerario irruiſſet, ac conceptum lethale odium effudiſſet virulentiſſimè: ſed quia nocere non valuit depulſori; ſtuduit pœnas exigere ab imbecilliore; ut marini fluctus, qui præcipitatum gregem ſuffocârunt, inſanum iraſcentium dœmonum furorem ſopirent, irámque ſuis extinguerent undis. 37.

Cædes ſemper ira ſitit, quarum effuſo ſanguine propriam ſoletur ſitim, quem ſi à præpotente nequit elicere, ab imbecilliori extorquet. A conſtantia deſciſſerat in cœlis Lucifer, licèt in ipſum fuiſſet congeſtum quidquid ornamentorum ſpiritualium, & naturæ, ac gratiæ dotium cæteri Angelici Spiritus poſſiderent, quibus principatu ipſe præerat: ſed huic nimia obfuit felicitas, & ejus defectionis cauſam ira fecit, quâ exarſit; eò quia iniquiſſimè tulerit hominis dignitatem in æqualem gloriæ cum Angelis poſſeſſionem venturam, ut cenſent plures: ex hac enim ira aliorum vitiorum veluti ex ardente fornace proſilierunt flammæ, præſertim invidiæ, ſuperbiæ, arrogantiæ, quâ ſimilem Altiſſimo, & parem incomparabili Deo dici voluit ab alijs rebellantibus ſpiritibus, qui in factiones cœlum ſciderunt: pars enim eorum melior, ac ſincerior in luciferianos feliciter invecta, Duce Michaele uno ex Seraphinis Luciferum è cœlo detruſit in imum terrarum: *Qui nidum inter ſydera poſuerunt detracti ſunt*, & Iſaias interrogans Luciferum ait: *Quomodo cecidiſti de cœlo Lucifer, qui mane oriebaris plenus ſapientiâ, & perfectus decore*, ſcilicet è miraculo pulchritudinis, & typo elegantiæ momento deformatur in deterrimum, ac fœdiſſimum cacodœmonem. Sed ſi è cœlo detruſus Lucifer in imum agitur præceps terrarum, heu! quot clades cruentæ, quot ſtrages funereæ terricolis imminent: *Væ terræ, & mari: quia deſcendit Diabolus ad vos habens iram magnam:* quia devicti rebellantes Spiritus cum Lucifero, ac in imum detruſi terrarum, quam furoris nutriebant in cœlis iræ flammam, cùm non poſſent in cœlites effundere; in homines utpote imbecilliores, 38.

Abdia v. 4.

Iſaia 14.

Apocal. 12. v. 17.

as impotentes ejaculabantur, væ terræ, væ parvulis impotentibus, quos dæmoniaca ira vexabit, & indignatio torquebit.

39. Non deſcendit Diabolus è cœlo in imum terrarum, ſed abactus ruit. Quid expectandum ab inſano iraſcentium ſpirituum furore, quàm parvulorum excidium, imbecillium ſtragem, minùſque potentum funeream eladem? Appoſitè D. Ambroſius expendens præfata Joannis verba ait. *Videns Diabolus ſe maximam multitudinem electorum amiſiſſe, & inter anguſtias cordium reproborum eſſe concluſum, perſecutus eſt mulierem, id eſt Eccleſiam, concitavit enim Imperatores Romanorum, omnémque multitudinem impiorum ad perſequendum populum Dei.* Nimirum ubi è cœlo ejecti rebellantes Spiritus in imum fuerunt terrarum detruſi, ubi cœlites ferire nequiverunt, omne eorundem ſtudium fuit, parvulorum calamitate, ac imbecillium infirmitate iræ ſuæ furorem ſedare, & mulieris deſertæ virtutem ſuâ exercere ſævitie; cum draco è cœlo dejectus terram evertere ſatagat & perſecutiones in imbecilles excitare. Sed imbecilla non eſt Eccleſiæ virtus, ejus vinci victoria eſt.

Apocal. 12.

40. Quòd ſi veſana rabies cœpit in Stephanum ferocire, non tamen valuit ipſum à mentis dejicere tranquillitate; ſiquidem etiam perſequentes *viderunt faciem ejus tanquam faciem Angeli*: abundantia enim cordis, & tranquillitas mentis in decus tranſiit corporis, & quæ intus in pectore latebant ornamenta, exteriùs in ſpeculo frontis irradiabant: & Stephanus in ipſa colluctatione pugnantis, ſpeciem jam præſeferebat reſurgentis: cum Deus coruſco Angeli nitore vultum circumfuderit Protomartyris. Quòd ſi ira DEUS condecorat Stephanum moriturum, quantò magis honore eum afficiet æternùm victurum? ſcilicet talem ſpeciem vultu in terris habitator induerat, qualem empyreæ ſedis jam inhabitandæ indicat venoſtas, ideòque ineffabili circumfuſus, oppletúſque exultatione, ait: *Ecce video cœlos apertos*: quàm læto animo incunctanter ſuum offert ſanguinem, cum præ oculis Regem videat ſuum ſuadentem ad pugnam, & allicientem ad præmium: *Et filium hominis ſtantem à dextris Dei.* Ecce ſpectantis intuitus conſtantiam corroborat pugnantis, vidit Stephanus cœlos apertos; & bellum fronte ſerena, lætóque animo adit *Actor. 7. Et ejicientes eum extra civitatem lapidabant.* Quid quòd ita inſaniat Judaica malitia, ut in eum, quem vultu videt angelico nitentem, adeo atrociter ferociat? Hujus certaminis encomium eleganter deſcribit Emiſſenus inquiens: *Judæi ergo illo ſpiritu ebrij, quo dudum clamabant crucifige, in necem ſacri teſtis incumbunt. Beatus, qui cœlectis illius agonis proximo pediſſequus intervallo, reliquias excipere furoris emeruit, quo paulò ante ſævien e mundo Salvator occubuit. Beatus qui fumantem adhuc Dominici victimam ſanguinis primus honoravit recenti ſacrificio paſſionis.* Parum fuiſſet præilluſtri gloriæ Protomartyris, ſi privata duntaxat odia in eum exercuiſſent Judæi, vel ob aliquam cantùm ſpecialem virtutem, vel ob fidei defenſionem, vel propter Evangelij promulgationem, vel ob aliam cauſam, quæ ſolet martyres laureare: niſi ipſius reliquias furoris, quem contra Chriſtum nuper conceperant in ſacrum martyrem fuiſſent ejaculati. Tantus fuit iraſcentium Judæorum furor, ut nec Dominica paſſione, nec cruce, nec Salvatoris nece exhauſtus fuerit; aliquot adhuc ſuperſtites adfuere reliquiæ, quas, cum in Chriſtum jam mortuum nequeant effundere, in ejus famulum Stephanum ſævientes ſpargunt, & cum non poſſint præpotentem mulctare pœnâ, imbecillem torquent acerbo ſupplicio, quò idem Judæorum furor, qui fuit officina paſſionis in Chriſto; fieret faber triumphi in Stephano; & coronam cuderet, cui ira lapides, quavis gemmâ pretioſires ſuppeditaverat. De ira, ac furore Judæorum triumphavit Stephanus, cum fumantem adhuc Dominicæ victimam paſſionis recenti ſacrificio Martyrij primus fuit proſequutus, & prærogativam emeruit, quâ Chriſto patienti ſubrogaretur vicarius, ac primus fieret laureatus, qui in ſanguinis effuſione pro Chriſto cæteros præceſſerat purpuratos.

Actor. 7.

Homil. de S. Stephano.

§. VI.

Adeo noxium eſt iræ poculum, ut judicium, mentémque exiccet eorum, qui illud hauriunt, & exiccant irâ ebrij.

41. Noxium eſt iræ poculum; cum ebrios reddat quos corripit; judicium, mentémque ſibi exiccent quotquot hoc poculum ſiccant: *Judæi ergo illo ſpiritu ebrij, quo dudum clamabant crucifige, in necem ſacri teſtis incumbunt:* non vino, ſed irâ ebrij, iracundiâ temulenti irruerunt in Chriſtum Dominum, quem Duce Judâ proditore vinciunt; adfuit enim mercator perditiſſimus cum ſacrilego emptorum ſatellitio, & amoris ſyngrapha, ſeu pacis ſymbolo, oſculo ſcilicet impiæ proditionis inſtituit mercaturam: nimirum prodiga fuit hac vice avaritia, cùm inexhauſtum unica effuſione ærarium liguriverit: etenim mercator non melior, quàm Apoſtolus; depeculator propriæ ſalutis, ubi debuerat etiam alienam lucrari, quò viliùs Deum venderet, ignorantes ejus pretium adivit, à quibus propterea flagris, ac verberibus malè fuit pulſatus; ad primam enim emiſſam vocem impudentiſſima miniſtri dextera alapam divino vultui, ſedique gloriæ impegit; & tamen non aruit manus, quia fortaſſis ad contactum vitæ

vitæ revixit. Mox nudatur, & nuda illa virginei corporis membra columnæ illigantur, rubet præ pudore facies; nudantur, & ciclopum lacerti, & iraſcentes vincto Domino, virgis dextras obarmant, & verberum vulnera, ac vibices in omne corpus inuruntur abſque ulla flagellorum intermiſſione; ſed ictus plurimi, veluti grandines uno feruntur impetu; infliguntur plagæ, quæ ſanguine madent, & oleo non foventur; quin aliæ conſciſſa cute accedentibus priores acriùs recrudeſcunt, neque plagarum numeri ad legis revocantur præſcriptum, ſed ira, furor, & rabies, jus ſibi ad arbitrium faciunt, adeo ut innatent divino ſanguine pavimenta, & totum Chriſti corpus inflictis plagis ſciſſum ſanguine madeſcat: O facinus! ò ſpectaculum non ſiccis oculis ſpectandum! cædebatur virginale illud corpus, ſolvebatur templum illud non manufactum, defluebat ad terras multiplici quaſi è fonte ſanguis, cùm quo ſimul & vires deficiebant; O ſpectaculum ſanguineo luctu ſpectandum! videre mundi columnam, quâ cœli ipſi ſtant ſuffulti, in terris ſaxo illigatam, verberibus contritam, ut veluti ad ſcopulum illiſa vita proprio immerſa ſanguine naufragetur.

42. Quamvis tempeſtas illa verberum crudeliſſima totum ſpecioſi corporis decorem ſanguine deleverit, non tamen Judæorum extinguitur ira, ſed inde acrior accenditur, & à virgis ad ſpinas tranſit, & poſt quam defeſſa fuit in virgis, cœpit ſævire vepribus, & ſacrum verticem inaudito tormenti genere excruciare; regium enim caput non auro præcingitur, nec gemmis illuminatur, ſed dumetis obruitur horrentibus, ſpinis circumſepitur ad ſanguinis effuſionem, quò novum crudelitatis inventum gloriam adferret carnificum iracundiæ, & tormento patientis Chriſti ludibrium. E dumis enim denſato ſpinarum agmine horrentibus diadema contexitur, & divino, regióque capiti infigitur, adjectâ humeris purpurâ, inſertâque dextræ arundine, ut Rex magnus per ludibrium perſonam ageret in ſcena regiam. Audierant iraſcentes Judæi affectati regni reum eſſe, propterea regiis voluerunt eum inſignibus ornare, Regémque, ſed ſcenicum ſalutare: ſiquidem tanquam actorea in fabula conquiſitâ ad hanc rem hiſtrionica purpurâ Regem induunt; cui pro ſceptro arundinem dant in manu, & pro corona ſertum è ſpinis horridum capiti imponunt; & flos campi non ampliùs albeſcit in lilium, ſed purpuraſcit in roſam ſpinis circumſeptam: neque decuit Hoſtiarum Reginæ ſolemnem deeſſe coronæ gloriam; ex acutiſſimis ſpinis implicitum ſertum per vim delicatiſſimo illi capiti adigitur infigi, ut ex eodem ſucco, quo tingebatur purpura, flores etiam purpuraſcerent, & nativæ roſæ divinam veſtirent ſtirpem. Nec mirum ſi flos campi malè cultus in ſpinas progerminaverit; Regi enim dolorum Rex fructicum voluit aſſociari, quo omnes in uno recrearentur. Ferunt plerique aridiſſimos illos ſentes Chriſti inſertos vertici vitâ illicò ſenſiſſe, cùm primùm ſuas in vitæ capite radices egerunt, ac ſacroſancto illo ſanguine rigatos germinâſſe in flores, adeo ut adoleverint in frondes; nec mirum ſi revireſcere cœperunt rubi, qui roſas etiam diviniſſimi ſanguinis profudêre; ſcilicet Verbum Dei, ſi inter ſpinas cecidit, non aruit; ſed fœcundum ſemen flores nobis protulit; fructus etiam daturum in cœleſti gloria. Ter felices, beatáſque dixiſſes ſpinas illas, quæ cum hactenus ad inſidias humanorum pedum humi reperent, nunc aſſurrexêre ad coronam divino capiti texendam, & purpureas depromendas roſas in ſanguineis guttis, quas è cœleſti illo vertice elicuerunt. Quòd ſi Ethnici ſpinarum effinxerint Deum, iraſcentes Judæi fecerunt: ſed ſi cœli Regem coronant ſpinæ; coronantur & ipſæ non ſolùm floribus, ſed & fructibus, quò inciperemus & nos de ſpinis uvas colligere, cum vepres inoculentur in vite.

Sed non hic Judaica ira finem ſuo impoſuit furori. Chriſtus flagellis cæſus ſpineo redimitus ſerto, & toto corpore ſciſſus, ac cruentatus, ducitur viribus deſtitutus, ac ſemivivus ad ferale Calvariæ faſtigium, ac immane crucis pondus portandum defeſſo imponitur, ut ſupplicij ſui priùs ſarcina obruatur, quàm cruciatu; jubetúrque innocentiſſima victima ſui deferre inſtrumentum ſupplicij, ita grave, ac oneroſum, ut licet tribus digitis totam terræ appendat, fulciátque molem, homero non valeat ſuſtinere, ac trabali ſuo ſceptro laboret miſerabiliter caducus; ſcilicet, ut nos erigeret, cadit Chriſtus crucis onere preſſus, vel potiùs urgente noſtrorum onere ſcelerum. Properavit nihilominus ad Calvariam, ſeu ad montem myrrhæ, & thuris, eò quia ſolam tunc amaritiem habuit in delicijs, quo æternam nobis propinaret dulcedinem: mox cùm ſuorum aſcendiſſet culmen votorum, regnaturus à ligno Deus attollitur in crucem, ubi diducuntur brachia, luxantur artus, fodiuntur manus, traiciuntur pedes, & ipſe pendulus, vulneribus confoſſus, toto corpore ſaucius, ſanguine membris omnibus madidus relinquitur cruci affixus; ubi per tres fermè horas acerbiſſimus cruciatus eum tenuit in colle infami, & medius ſiſtitur inter Siccarios, cruciatibus, probris, & angoribus ſatur. Ecce in quot ſcelera, in qualem crudelitatem, quantámque ſævitiam iracundia prorupit, quâ Judæi Chriſto iraſcebantur. Noxium iracundiæ poculum hauſerunt, & præ æſtu ebrij ac temulenti effecti cæco impetu morti tradiderunt authorem vitæ: *væ vobis!* exclamat S. Joannes Damaſcenus: *Temulenti eſtis non à vino, ſed iracundiâ, & quidem animæ temulentia, quæ de ſtatu ſobrietatis eam exturbavit non ſecus ac vinum. Iraſcentem aliquem tibi animo propone, quemadmodum videlicet ex hoc* *Lib. 3. Para cap. 8.*

affectu temulentiam contrahat, ſui ipſius compos non eſt.

44. Temulentiam, quam immodicus vini hauſtus inducit, eandem iracundia ingenerat, imò & graviora emergunt ſcelera ex iræ ebrietate, quàm ex vini temulentia. Quòd ſi temulentia fomentum dicitur eſſe libidinis, incentivum inſaniæ, venenum ſapientiæ: ira etiam dicitur ſenſus hominum immutare, imò & hominem ab homine deijcere, dementare; ſiquidem hauſto immodico ebrij equis adhinnientibus haud abſimiles cohibere ſe nequeunt, quin beſtiales excitentur in libidines, vocem vel amittunt, vel tremulam emittunt, ac diſtractam; colore variantur, oculis igneſcunt, ore anhelant, naribus fremunt, furore ardeſcunt, & ſenſu excidunt.

45. Quòd ſi dixeris ab hoc putido temulentiæ fonte rivulos ſcaturire malorum omnium, quibus vino madentes torquentur, néque latum unguem à verò diſcedes; ſiquidem è temulentia oritur phreneſis pericuſoſa, cruditas exitialis, vomitus frequens, calculi pœna gravis. Ab hoc fonte ſcaturiunt vanæ imagines, ingreſſus titubans, viſus incertus, adeo ut nutet cum facie ſterra; vigilantes ſomnient litigent dormientes: cœnas cum prandiis copulantes bibones ventrem diſrumpunt, ſenſus depravant, & immodico vini hauſtu, & ciborum onere vitæ navem fluctibus obruunt temulentiæ. Similia credas pernicioſa mala veluti flammas erumpere ex ardente iracundiæ fornace. Ebrietatis, & iræ nexum ex Apoſtoli verbis infert D. Chryſoſtomus inquiens: *Nihil adeo, & concupiſcentiam, & iram inflammat ut ebrietas, & vinolentia, atque adeo cùm primum dixiſſet non in comeſſationibus, & ebrietatibus, tunc ſubjunxit, non cubilibus, ac laſcivijs, non contentione, ac æmulatione.* Habet & iracundia ſua pocula, quæ exiccat, & ſiccando inebriatur, & ebria ebrios reddit, quos invadit, quapropter cecinit Poëta.

In Epiſt. ad Rom. anor. homil. 24

Immemor ira ſui, & quo rapit impetus illuc.
Ebria diſcurrit, cùm ſe ſuccóſque flagellat.

46. Et D. Baſilius iratum ab ebrio non ſecernens, quaſi idem ſit iram bibere, ac meri hauſtu madere; ait ipſe. *Conſidera mihi hominem iratum, quomodo affectione ebrius eſt, & non eſt ſui Dominus, ignorat ſe ipſum, ignorat præſentes.* Ita eſt iracundia mentem efficit temulentam, pluſque infert damni, quàm vinum, ſi utrumque immodicè ebibatur, ut innuit S. Iſidorus Peluſiota inquiens: *Quemadmodum vinum ſi ultra ſocietatem infunditur omnes ſenſuum meatus ac cerebri membranas implet, mentémque in dementiam convertit; ad eundem modum iracundia extra metas ſuas proſiliens mentem temulentam reddit.* Hoc eſt mentem minimè ſui compotem, cùm perinde iracundiâ, ac ebrietas hominem ab uſu deijciat rationis, neque aliud eſt iraſci, quàm inſanire, quàm furere, quàm in ultionis ferri libidinem, & in alterius doloris crucem efferati pectoris alienatione debacchari: hinc ex iraſcentium oculis ſcintillæ emicant, flammæ æſtuant, & anhelum pectus ſpiritum emittit ex ore, verbíſque ardentibus, licèt inalbeſcant labia ex iracundiæ ſiccitate. Exitus autem iræ furor eſt, & furoris finis cruenta clades; quapropter monet Syracides, ut nolimus iraſcenti aſſociari: *Noli eſſe amicus homini iracundo, neque ambules cum viro furioſo, ne fortè diſcas ſemitas ejus, & ſumas ſcandalum animæ tuæ.*

homil. 1. de jejunio.

Lib. 1. epiſt. 429.

47. Impelluntur iracondi ad ea, quæ ſemel acta nullam ampliùs admittunt emendationem, nulliſque lachrymis, aut pænitudine elui poſſunt: ſcelus enim eſt poſt enectum ſocium mœror; & lachrymæ, quæ funduntur, non hominis ſunt, ſed crocodilli; & ſicut crudelitas, ita & iracundia hominem præſertim Principem dedecet; imperia ſiquidem crudelia, magis acerba ſunt, quàm diuturna; & qui à multis vult timeri, neceſſe eſt multos timeat: & ſicut iracundiæ, ac iræ non coërcitæ pediſſequa eſt ſævitia: ita niſi ira compeſcatur, vix ſævities declinatur. Edocuit id Sylla, qui quatuor legionibus, & quinque Præneſtinorum militum millibus cum iraſceretur ſpe ſalutis datâ, exarmavit, & poſtea interfici juſſit cruenta clade propriæ ſatisfacturus iræ. Scio vulgatum, ac frequens fuiſſe apud Tiberium effatum: *Oderint, dum metuant*; nimirum quia cùm paſſim populo iraſceretur, nec ſuam didicerit iram cohibere, in ſævitiam trahebatur, quâ odium populi in ſe excitavit, & acriùs etiam irritavit, cùm interdixerit, ne capite damnatos propinqui lugerent, & ne lachrymis foverent lenimentum illud, quo dolor ſolet miteſcere! ut enim ait Pacatus *eſt aliquod calamitatum lenimentum dediſſe lachrymas malis, pectúſque laxâſſe ſuſpiriis, nulla major eſt pœna, quàm eſſe miſerum, nec videri.*

48. Fuerunt etiam, qui inter pocula non vinum tantùm, ſed & iram bibentes ſævitia menſam fœdârunt, idque egit Marius, qui inter epulas lætis manibus caput Marci Antonij aliquandiu tenuit, & clariſſimi Oratoris ſanguine menſam conſtupravit. Idem ira præſtitit in Claudio, qui nuptias initurus cum Agrippina, quinque ſupra triginta Senatores, ac trecentos Romanos ex equeſtri ordine, unà, eadémque die nuptiarum occidi juſſit. In Caligula, qui parentes filiorum ſuppliciis intereſſe adigebat; nec temerè in quemquam, niſi crebris ictibus, & minutis animadverti paſſus eſt, ut ſic torquerentur, ut ſe mori ſentirent,

titent, & ex diuturnitate ſupplicij mortis acerbitatem diutiùs expecirentur; multóſque propterea beſtiarum more quadrupedes cavea coercuetit, vel medios ſerra ſecuerit, & adeo irâ excanduit Caligula; adeò crudelitati aſſuevit, ut unam populo Romano fuerit cervicem imprecatus, quam unico gladij impetu amputâſſet. Pronus ad iram fuit Domitianus, ſed de illo ait Suetonius, quòd inveſtigato novo quæſtionis genere immiſſo per obſcœna igne plurimos ſuſtuletit. Hannibal itidem iracundus audiit, ſed de illo ait Valerius, quòd captivos oneribus, & itinere feſſos infima pedum parte ſucciſſa reliquetit. Mitridates fuit irâ percitus, ſed is unâ duntaxat epiſtola octoginta Romanorum millia interfecit.

49. Sævit non coercita ira, quæ ubi habenas laxat, nonniſi exempla imprimit crudelitatis: & etiam in patruos, fratres, ſorores, nepotes, uxores, & filios ſævit. Id enim præſtitêre ad iram proniores, quàm ad clementiam Tiberios, Neco, Caracala, Commodus, & alij naturæ potiùs portentis, quàm hominum accerſendi cathalogo: quin & in pattem ipſum ſæviit Tullia Romana oxor Tarquinij, quæ virum ſalutatura Regem ſopra cruentum patrem vecta carpento conſternatos ferrut equos egiſſe: & de Nerone ait Suetonius: *Cùm matrem veneno ter tentâſſet, lacunaria, quæ noctu ſuper dormientem laxatâ machinâ decinderent paravit. Hoc conſilio parum celato ſolutilem navem, cujus naufragio periret commentus eſt. Sed ut nando evaſiſſe comperit, occidi juſſit. Narratur ad interfectæ cadaver accurriſſe, contrectâſſe membra, alia vituperâſſe, alia laudâſſe, ſitique interim oborta ſanguinem bibiſſe.* Infelix mater ex pronitate ad iracundiam filij ſævientis in propriam matrem; idque prædixit cum dixit *occidat, dum imperet.* Profectò imperavit filius, & matrem occidit.

50. Venenum in ira latere aſſeruit S. Nilus, qui vipeream ſerpentium naturam in iracundia deprehendens, fetæ eam patiavit virus evomenti: ait ipſe. *Iracundæ cogitationes tanquam fœtus viperarum; cor, unde iſtæ ſunt, exedunt.* Proditum eſt, eam eſſe viperæ indolem, ut matri, à qua vitam ſuſcipit, mortem inferat: idque præſtitit Nero irâ correptus. Imò non ſolùm in alios, ſed & in ſe ipſam ſævit ira, quæ totum hominem torquet, appoſitè S. Chryſoſtomus. *Nullus leo, nulla ſic vipera viſcera queunt laniare, ut hominis iracundia ferreis quibusdam unguibus univerſa confodiens. Neque ſolummodo corpori nocet, ſed ipſius etiam corrumpit animæ ſanitatem.* Et homil. 30. ad popul. ait: *Satiùs eſt anguem, vel viperam in corde tuo latere, quàm iram, & rancorem; illa namque nos repente relinquunt, ira autem ſemper remanet, dentes infigens, infundens venenum, graves adducens cogitationes.* Imò ſi alia

Orat. 4.

Homil 4. in Matth.

vitia ſtatis duntaxat temporibus debacchantur, ira jugiter excandeſcit, & cum pueris non ſolùm adoleſcit, ſed etiam in matris uterû rixas inchoat.

Probro laborabat ſterilitatis Rebecca uxor Iſaaci, qui propterea Deum enixim rogavit, ut fœcunditatem ſuæ vellet uxori impertiri. *Deprecatúſque eſt Iſaac Dominum pro uxore ſua, eò quòd eſſet ſterilis, qui exaudivit eum, & dedit conceptum Rebeccæ.* Non Medicos conſuluit, non adivit balnea, nec ſuccos uxori propinavit, nec pharmaca quæſivit, ſed preces ad Deum fudit, quem in ſua flexit vota; Prodigus enim fuit in ſua miſericordia, fœcunditatem Rebeccæ impertivit, quæ geminatum concepit fœtum. *Sed collidebantur in utero ejus parvuli, quæ ait: ſi ſic mihi futurum erat, quid neceſſe fuit concipere?* priùs ex quadam innata ira enatum fuit diſſidium inter Eſau, & Jacobum fratres, quàm nati eſſent; luxuria pubertatem expectat; ſuperbia adoleſcit in juvene; intumeſcit in viro, & avaritia raro ſenectutem anteverit, & ſola ira priùs enaſcitur, quàm iraſcentes naſcantur: ſola ira ſeparat, quos Deus conjunxit, uterum matris convertit in aciem, imbelles armat, fratres in hoſtes vertit, & priùs ferocire cogit, quàm vagire ediſcant. Minor ne major præcedat, pedem ejus comprehendit. *Sed collidebantur in utero ejus parvuli.* 51.

Geneſ. 25.

Geneſ. 25. c. 25.

§. VII.

Ira exitiali ſuo igne, quò ſuccenditur, & furit, vinculum fœderis, amoriſque conjugalis diſrumpit, incendit, abſumit.

SEparat ira, quos Deus conjunxit. Vinculum eſt conjugium, quo Deus marem, & fœminam ſimul conjungit, ſed ita perſæpe ſacrum hocce vinculum diſrumpit; & licèt Deus maritum inter, & uxorem pacem, & concordiam enutrire ſemper ſtuduerit, ac fovere; non tamen caſu obtigit, quòd ditare Abrahamum per uxorem voluerit, per quam in diſcrimina fuerat conjectus, ut nimirum pax inter eos eſſet; ut opportunè notat Oleaſter in Geneſ. inquiens: *Abraham erat dives valde. Vide ſanctorum viciſſitudines. Modò divites, modò pauperes, & qualiter ſciunt deficere, & abundare: conſidera etiam quomodo Deus voluerit uxoris medio maritum ditare, ut pax eſſet inter eos.* Rara enim eſt concordia maritum inter & uxorem ad iræ pronam. Officium eſt mulieris verborum lenociniis iraſcenti vico frœna injicere, ut conjuges concordes, ac unanimes harmoniam inſtituant Deo gratam: ut in concentu harmonico plures inter ſe voces, ac inæquales ita attemperantur, ut ſuavem efficiant 52.

In cap. 13.

in cap. 13.

har-

harmoniam; non aliter conjuges adinviſem moribus, & religione, animorúmque conſenſu debent convenire, ut gratus ab iiſdem audiatur concentus: ubi Apoſtolus latinè ait: *Deſpondi vos uni viro virginem caſtam exhibere Chriſto*, (*4. Corinth.*) græcè legitur, *Modulavi vos uni viro*, quod ad morum, ac animorum refertur harmoniam; innuit enim Apoſtolus conjugibus fidei primùm pernecesſarium eſſe concentum; & harmoniam; deinde morum, ac animorum; adeo ut ita religione conveniant, ut animis non diſcrepent, nec moribus diſſideant, alioquin ab harmonico deficiunt concentu, & diſcordantes facilè ira accenduntur, & jurgiis, diſſidiiſque diſiunguntur.

53. Idque fortaſſis cauſæ, cur conſueverint priſci homines in nuptiis ſacra inſtituere, ut Deus eas fortunaret, ut innuit Achilles Tatius. Qui verò Junoni nuptiarum præſidi ſacra inſtituebant, moris erat, (*Lib. 2. de Clitoph. & Leucip.*) ut fel ab hoſtiis eximerent, quò nimirum innuerent, bilem, omnémque felleam iram à conjugibus eſſe amovendam, & à nuptiis debere prorſus exulare litigiorum amaritiem. Innuit hunc ritum Cœlius Rodiginus inquiens: *Junoni nuptiali rem divinam cum facerent, è victima fel exemptum poſt aram abjicere moris fuit receptiſſimi, innuente (opinor) ejus quiſquis fuit author, bilem prorſus, irámque à conjugali ſequeſtrandam jucunditate. Ut enim viri, ſic, & matronæ auſteritas utilitatis plurimum, amarulentum nihil interfuſum habere congruenter debet.* (*Lib. 28. lect. antiq. c. 21.*) Ita Cœlius hunc recenſet morem, quem ex Plutarcho reſcripſit, qui ejusdem meminit conſuetudinis, ubi ait: *Qui præſidi nuptiarum ſacra faciunt Junoni, non adolent cum reliqua hoſtia fel, ſed eximunt, projiciúntque apud altare*: (*Lib. de præſ. connub.*) qua re innuit legislator nunquam oportere bilem, vel iram matrimonio adeſſe; hinc cecinit Poeta.

Junoni libans, cui vincla jugalia parent,
Fel removet, quoties hoſtia cæſa cadit.
Cur hoc? conjugio bilis pellatur ut omni,
Semper, & à caſto ſit procul ira thoro.

54. Quòd ſi ſua Ethnici conjugia à bile, & felle voluerunt aliena, quanto magis Chriſtianorum matrimonia decet ſine ira eſſe, felleiſque diſſidiis, quia quò pacatiora ſunt, eò & ſanctiora, ac Deo gratiora, qui charitatis, paciſque amans, hanc promovet. Idque fortaſſis cauſæ, cur ſub ſponſæ lingua favum mellis ſponſus fateatur deprehendiſſe, & mellis pluries, fellis nuſpiam meminerit. (*Cant. 4. v. 11.*) *Favus diſtillans labia tua ſponſa, & mel, & lac ſub lingua tua*, mellis meminit, & lactis, quia utrumque ſuam prodit dulcedinem, qua omnem propellit amarorem. Fel verò nunquam in ore ſponſæ repertum fuiſſe legitur: quia nimirum vox ſponſæ, vox amoris, & charitatis fuit, propterea ſuavis, ac dulcis, & ſermo ejus placidus, ac lenis nullam iræ admittebat amaritiem, nullúmque diſſidii fel. Et apud Romanos tanto ſtudio à conjugibus arcebantur diſſidia, ac jurgia, quæ ira excitat, ut hac de cauſa Deam inſtituerint conjugibus placandis acceſſitam, quam à munere, quo fungeretur Viriplacam nuncupârunt, de qua eleganter Valerius Maximus. *Quoties Romæ inter virum, & uxorem aliquid jurgij intereſſerat, in ſacellum Deo Viriplacæ, quod eſt in palatio, veniebant, & ibi invicem locuti, quæ voluebant, contentione animorum depoſita revertebantur. Dea nomen hoc à placandis viris aſſecuta fertur: veneranda quidem, & neſcio, an præcipuis, & exquiſitis ſacrificiis colenda: utpote quotidianæ, ac domeſticæ pacis cuſtos, in pari jugo charitatis ipſa ſui appellatione virorum Majeſtati debitum à fæminis reddens honorem.* (*Lib. 2. c. 1.*) Moris etiam fuit, quo poſt Hymenæum cornices etiam invocarentur, eò quia concordiæ ſymbolum præſeferrent, & omen conjugalis concordiæ, ut refert Ælianus apud Gyraldum inquiens: *In nuptiis olim veteres audio poſt Hymenæum cornicem invocare ſolitos fuiſſe: hócque concordiæ ſignum dariis, qui liberorum quærendorum cauſa conveniſſent*, eò quia cornices concordiæ haberentur fautores, & Claudianus de nuptiis Honorij, & Mariæ cecinit:

Tu feſtas Hymenæe faces, tu gratia flores.
Erige, tu geminas concordia necte coronas.

Hæc autem corona Hymenæo danda ex Amaraci erat floribus intexta, ut innuit Catullus: *Cinge tempora floribus ſuaveolentis amaraci.* Adhibiti fuêre huic coronæ ornatui flores amaraci, quia, ut refert Plinius. (*Lib. 21. c. 24.*) Solet Amaracus ſcorpionibus adverſari, quo inde conijceremus, omne iræ venenum debere à nuptiis abeſſe, & fraudem ſcorpionis, qui ſi capite blanditur, caudâ lethale infligit vulnus, & venenum ſpargit. Decet mulierem aquam ſecum ſemper deferre lenitatis, qua iram extinguat mariti, quoties hic ira exardeſcit: ne jurgia vinculum diſrumpant concordiæ, alinquin niſi ira coerceatur, fluctuat iratum conjugij mare, & niſi alter conjux vela demittat, cedátque, imminet conjugali concordiæ naufragium. Conjugia, ſi ira non compeſcatur, conjurgia fiunt, & in nuptiarum freto conjuges irarum fluctibus exagitati undis periclitantur contentionum, quapropter feſtivè cecinit Paſcaſius.

Si

Si mala ſæpe ſuo cum conjuge litigat uxor.
Litigiúmque ſimul, conjugiúmque ligat,
Aptius hic poterat conjurgia dicere nobis,
Qui voluit quondam dicere conjugia.

58. Tam arcto inter ſeſe vir, & uxor vinculo uniuntur conjugali, ut vix videantur diſcriminari; videatúrque idem præſtare uxor, ac vir, tametſi duo ſint. Joſeph ſomno ſopitus viderat ſe à ſole, & luna ac ſtellis adorari, ſcilicet à Patre, matre, ac fratribus, ut Ipſimet fuēre ſomnium interpretati. Quòd pater, & fratres Joſephum in Ægypto adoraverint, nulli eſt dubium. Sed quomodo mater dicitur Joſephum adoràſſe, cùm ante abſolutam profectionem in Ægyptum jam obierit? quia ſcilicet mulier in viro adorante adoravit, & ipſa; cum ob vinculum conjugale, ob maritalem concordiam unum ſint vir, & mulier; ideo quod unus præſtat, hoc idem, & alter præſtare videtur, ut appoſitè ad rem noſtram expendit D. Chryſoſtomus inquiens: *Hac accepta poteſtate Joſeph famis tempore bene de omnibus merebatur, de inquilinis, de indigenis, & de amicis, de inimicis, de peregrinis venit ejus pater in Ægyptum, adorat eum, & cùm patre mater, licet enim in itinere mortem obierit, cùm veniret: at in viro tamen adoravit; vir enim, & uxor una ſunt caro. Veniunt & undecim ejus fratres ipſum adorant, & viſio eſt impleta, quam viderat, putabam enim inquit ſolem. & lunam, & undecim ſtellas adorare me.* Si ſua conjugij mare potiatur malacia, nullum inter fluctus diſcrimen, in una omnes quieſcunt tranquillitate, & idem eſt uni, ac alteri: at ſi ita jurgiorum procellam excitet, ſuis, & ipſum agitatur tempeſtatibus, ſuos depromit æſtus, nec vorticibus caret, ultimum minatur exitium. Tametſi pacatiſſimum ſit mare hoc, & lenitudine ſua curſum oculis eripiat; ſi tamen ira diſſidiorum excitet ventos; conſævit ſtatim, & in procellas exaſperatur, quod quieſcebat elementum; & domus ipſa velut navis fluctibus acta, in qua diſſideat gubernator, periclitatur, ne in ſcopulum illiſa naufraga pereat, quia ut ſcitè notat D. Chryſoſtomus. *Quando domi inter maritum, & uxorem fuerit diſſidium, non meliùs ſe habebit domus, quàm navis agitata tempeſtate, diſſidente gubernatore ab eo, qui regit proram.* Non enim ab hoc diſſidio aliud poteſt expectari, quàm exitiale naufragium; arcendæ itaque ſunt rixarum, ac jurgiorum cauſæ, ne fluctus inſurgant decumanis deteriores: in perniciem totius navis, ſeu domûs; coercenda eſt ira, quæ ventos aſſolet diſſidiorum excitare: alioquin ſi efferari, ac iracundiâ excandeſcere animos vir, & uxor patiantur, licet in portu quieſcant, illicò æſtus experiuntur procellæ: hos fluctus compeſcere ſtuduit Chriſtus, cui mare; & venti obediunt, cùm enim Matth. 10. dicat. *Veni ſeparare hominem adverſus patrem ſuum, & filiam adverſus matrem ſuam, & nurum adverſus ſocrum.* Quaſi viri, & uxoris oblitus, nullam ingerit utriúſque mentionem; cur non addit, ſe quoque veniſſe, ut uxorem à viris ſepararet, & viros ab uxoribus? An quia arctior inter conjuges ſit nexus, & vinculum fortius, cùm dicatur. *Relinquet homo patrem ſuum, & matrem, & adhærebit uxori ſuæ, & erunt duo in carne una:* cùm caro una ex utroque fiat conjuge, difficulter ſejungi poſſunt, qui maritali vinculo copulantur.

Hom. de Joſeph. in tom. 4.

Gen. 37.

Homil. 19 in epiſt. 9. ad Corinth. cap. 7.

Geneſ. 2. v. 24.

59. Verùm ad rem noſtram dixerim; ideo ab hac conſanguineorum ſeparatione mulierem, ac virum fuiſſe à Chriſto exemptos, ne quidquam diſſidij inter eos oriretur, & ne aliqua litigij daretur occaſio: vult enim Deus concordiam, & pacem inter conjuges vigere, quæ nunquam abſcindatur, proinde vult, omnem iraſcendi anſam à conjugibus arceri, huc accerſendus Rupertus, ubi ait. *Notandum quòd cùm cæteras affinitates dixerit filium adverſus patrem, & filiam adverſus Matrem, & nurum adverſus ſocrum, non dixerit virum adverſus uxorem ſive uxorem adverſus virum ne videlicet evangelica puritas occaſionem adulterij dare videretur:* nimirum ſeparationis non meminit virum inter, & uxorem, ut ſicut utriúſque eſt una caro, ita & unus animus, quam unionem nulla tollerent diſſidia, nulla diſrumperent jurgia. Idque cauſæ cur rerum conditor Deus ex viri coſta voluerit mulierem plaſmare, & quidem ſomno ſopito viro. Potuiſſet æquè fœminam, ac virum ex terræ limo effingere, ſed id non præſtitit, ut ipſa effectionis concordia inſolubilem doceret conjugij charitatem, ac mutuam ſtatim in eorundē animis insereret benevolentiam: appoſitè Theodoretus quærens cur ex latere Adæ mulierem formaverit, reſpondet: *Volebat Creator naturæ ad concordiam conducere unumquodque genus: hac de cauſa ipſum Adam de terra formavit: ex eo verò mulierem, ut eandem in illis eſſe naturam, demonſtraret, & naturalem quandam benevolentiam mutuam in illis inſereret.* Suæ igitur obliviſcuntur conjuges conditionis, ſi ab hac diſcedant benevolentia, & per fomenta irarum jurgia ſinunt in mente inſeri. Ex coſta igitur viri fœminam Deus ædificavit, ut conjugij promoveret charitatem, concordiam foveret, & unitatem conjugum ſervaret, ſed cur ſomno ſopito viro fœminam condidit? *Immiſit ergo Dominus ſoporem in Adam, cùmque obdormiſſet, tulit unam de coſtis ejus, & replevit carnem pro ea, & ædificavit Dominus Deus coſtam, quam tulerat de Adam in mulierem.* Ecce ſomno corripitur Adam,

Lib. 5. de operib Spiritus S. & lib. 2. de concil. cap. 21.

Quæſt. 30. in Geneſ.

Geneſ. 2. v. 21.

ex

ex cujus corpore erat coſta extrahenda, quâ mulier formaretur. Non putes id caſu accidiſſe, ſed Dei obtigiſſe conſilio, quò plures hujus rei cauſæ ſuppeterent explicandæ, inter quas ea ad rem noſtram opportuna: Voluit è viro ſopore correpto coſtam evellere, ne in mulieris formatione ullum Adam dolorem ſentiret, ut infenſus poſtea uxori non eſſet, memor doloris, quem fuiſſet in ejus formatione expertus: voluit ergo è viro ſomno ſopito coſtam extrahere, ut omnem odij anſam amputaret, omnémque irarum fomitem abigeret: bene noluit Adam in mulieris ædificatione ullius preſſura doloris torqueri, ne memoria cruciatûs fomes fieret irarum, & quæ mulieris ædificatio igniculum erat charitatis, fomentum fieret rixarum, & perverſitatis, ut rem verſat D. Chryſoſtomus inquiens: *Ne ſentiendo dolorem mulieri ex ſe formatæ poſtea doloris memor infenſus fieret, tanto illum ſomno oppreſſit, ut quaſi gravedine quadam correptus nullum rei, quæ fiebat ſenſum caperet.* Omnis irarum fomes eliminandus eſt à conjugibus, qui ſi ſibi iraſcantur, jurgia accerſunt, & procellas excitant, navis rei domeſticæ periclitatur: hinc rixoſos conjuges perſtrinxerat Poëta. Homil. 15. in Geneſ.

Perditus es, conjunx tua perdita: moribus ambo.
Nequitia vestis improbitate pares.
Cum ſit idem ingenium vobis mirabile dictu.
Tanta quod in veſtro jurgia conjugio.

Et alius cujuſdam Cauſidici de muliere rixoſa ait.

Quàm bene conveniunt ſociati Mallus, & Iſſa.
Litigat ille fori, litigat iſta domi.

60. Ut perpetua inter conjuges pax vigeat, nullæ excitentur iræ, quæ diſſidia pariunt, quibus tranquillitatem interturbant, & vinculum diſrumpunt charitatis. Dura, & aſpera verba inter conjuges non audiantur: ſunt enim exitiale venenum pacis conjugalis, & amoris nuptialis. Sara Abrahami uxor, & jam ſenio confecta gignendis filiis ineptam ſe putans dixit: Geneſ. 18. *Poſtquam conſenui, & dominus meus vetulus eſt voluptati operam dabo?* ſed Angelus arguens poſtea Saram apud virum ſuum Abrahamum, dixit: *quare riſit uxor tua Sara dicens, num ego paritura ſum anus?* perpendendum eſt, Angelum plenam non protuliſſe Saræ ſententiam, illúdque ſtudio omiſiſſe; quod fomentum potuiſſet irarum ſuppeditare Abrahamo, è quò potuiſſet offendi: reticuit igitur verba illa Saræ. *Et Dominus meus vetulus eſt*, quia facilè verbis illis potuiſſet Abrahamus offendi, & ut omnem excluderet iræ anſam, omnéque jurgiorum fomentum abigeret, verba omiſit, quæ ad iram potuiſſent Abrahamum provocare, ut diſcant conjuges cauſas omnes irarum, ac jurgiorum excindere, ac fomitem abigere jurgiorum.

§. VIII.

Sicut dementis, ac dejecti ab uſu rationis eſt cum ſuperiore contendere, ita puſilli, ac infirmi inferioribus iraſci.

NOn ſolùm conjuges, verùm, & qui aliis præſunt, neceſſe eſt ab ira abſtineant, ait Seneca. *Ergo ira abſtinendum eſt, ſive par eſt, qui laceſſendus eſt, ſive inferior: nam cum pari contendere anceps eſt, cum ſuperiore furioſum, cum inferiore ſordidum.* Sicut enim dementis eſt, ac ab uſu rationis dejecti cùm ſuperiore contendere; ita infirmi, ac puſilli eſt inferiori iraſci. Quòd ſi interdum audacia iram excitet, & inſolentia excandeſcentiam acuat; adhuc ut Olympi vertex nubes excedit; ita & in dignitatis faſtigio locatus neceſſe eſt iras nubium ſuperet inter ſe decertantium, earúmque ſit ſuperior minis; ut tonitrua eum non terreant, nec fulmina feriant; qui ſinit ſe ab ira abripi flammas accendit, & ſibi noxias, & interioribus exitiales; ſi nubes non ſolùm tonitru minas ſpargant, verùm & concepto igne inferioribus iraſcantur, fulmina ejaculantur, quorum excuſſione proprium dilacerant ſinum, & inferiora feriunt, quatiúntque. Fugienda à Principe eſt ira, hæc enim fulmina cudit, quæ in proprium ruunt iraſcentis caput. Inferioribus, qui iraſcuntur, facilè in eoſdem ſæviunt, nullo coercente armatam iræ manum; & hi cum timentur irati; neceſſe eſt timeant, quibus iraſcuntur, ac in perpetua ſolicitudine vitam trahant. Eh quid durius; quid moleſtius, ac triſtius, quàm die, noctéque metu torqueri? Quid incommodius, quàm armis perpetuò in tutelam cingi, & cognoſcere metum ab iis oriri, unde debuerat ſecuritas ſperari? An non maximum eſt hoc infelicitatis genus? id cum noviſſet Saturninus Imperator, dixiſſe fatetur Vopiſcus: *Gladij, & tela noſtris cervicibus impendent, imminent haſtæ undique ſpicula, ipſi cuſtodes timentur, ipſi comites formidantur. Non cibus pro voluptate, non iter pro authoritate, non bella pro judicio, non arma pro ſtudio.* Et Saluſtius animadvertens, hanc in Principe iraſcente, ac ſæviente in ſubditos 61. Lib. 2. de ira cap. 34.

ditos infelicitatem, quã pluribus ſe diſcriminibus exponit, ac adigitur eos timere, à quibus timetur, ait: *Cuncta imperia crudelia, magis acerba, quàm diuturna arbitror. Neque quemquam à multis metuendum eſſe, quin ad eum ex multis formido tendat. Eam vitam bellum æternum, & anceps gerere; quoniam neque adverſus, neque à tergo, aut lateribus tutus ſit ſemper in metu, aut periculis ſtipetur.* En ad quas anguſtias ira non coërcita, & in ſævitiem erumpens Principem ducit, & in quæ diſcrimina eum pertrahit.

62. Id pluribus firmat Cicero exemplis inquiens. *Quid enim cenſemus ſuperiorem illum Dionyſium? quo cruciatu timoris angi ſolitum, qui cultros metuens tonſorios, candenti carbone ſibi adurebat capillum? Quid Alexandrum Pheræum, quo animo vixiſſe arbitramur? qui (ut ſcriptum legimus) cum uxorem Theben admodum diligeret, tamen ad eam ex epulis in cubiculum veniens, barbarum, & eum quidem, ut ſcriptum eſt, compunctum notis Thriciis, diſtricto gladio jubebat anteire: præmittebátque de ſtipatoribus ſuis, qui perſcrutarentur arculas muliebres, & ne quod in veſtimentis occultaretur telum exquirerent. O miſerum qui fideliorem & barbarum, & alienigenam, & ſtigmaticum putares, quàm conjugem! Nec eum fefellit opinio: ab ea eſt enim ipſe, propter pellicatûs ſuſpicionem, interfectus. Nec verò ulla vis imperii tanta eſt, quæ premente metu poſſit eſſe diuturna. Teſtis eſt Phalaris, cujus eſt præter cæteros nobilitata crudelitas, qui non ex inſidiis interiit, ut is, quem modò dixi, Alexander: non à paucis, ut hic noſter: ſed in quem univerſa Agrigentinorum multitudo impetum fecit. Quid Macedones nónne Demetrium reliquerunt, univerſique ſe ad Pyrrhum contulerunt? quid Lacedæmonios injuſtè imperantes, nónne repentè omnes ferè ſocij deſeruerunt, ſpectatoréſque ſe otioſos præbuerunt Leuctricæ calamitatis? Externa libentiùs in re tali, quàm domeſtica recordor. Verumtamen quamdiu imperium populi Romani beneficiis tenebatur, non injuriis, bella, aut pro ſociis, aut de imperio gerebantur: exitus erant bellorum, aut mites, aut neceſſarij: Regum, populorum, nationum; portus erat, & refugium Senatus. Noſtri autem Magiſtratus, Imperatoréſque ex una hac re maximam laudem capere ſtudebant, ſi provincias, ſi ſocios æquitate, & fide defendiſſent. Itaque illud patrocinium orbis terræ veriùs, quàm imperium poterat nominari. Senſim hanc diſciplinam minuebamus, poſt verò Syllæ victoriam penitus amiſimus, deſitum eſt enim videri in ſocios quidquam iniquum cùm extitiſſet in cives tanta crudelitas.* Hactenus Cicero.

63. Ferro, & ultione irritata plebs in ſuum ſævit Principem, nec modum ſervat ſemel commota, neque potis eſt, quas iracundiæ flammas concepit extinguere ſine ſanguinis fuſione, abſque Principis è throno excluſione: more non fluminum, ſed torrentis rapitur, & obvia quæque evertit; nec prudentia tunc ſperanda, cum nec cineribus parcat, nec nominibus ſaxo inſculptis; in mutos enim lapides, in tecta inanimata, in imagines ſævit innoxias, & nil adeò ſanctum, à quo coercitas manus retrahat. Hinc illa habentur Iſraelis verba. *Quæ nobis pars in David? vel quæ hæreditas in filio Iſai?* In has contemptûs voces prorupit populus, quia audierat à Roboamo eidem iraſcente: *Pater meus cæcidit vos flagellis; ego autem cædam vos ſcorpionibus.* Non conceptas à populo iracundiæ flammas ſopivit Roboamus hiſce verbis; ſed paleas accenſam injecit in fornacem; ignem addidit igni: *& tunc receſſit Iſrael à domo David uſque in præſentem diem, neque ſecutus eſt quiſquam domum David præter Tribum Juda ſolam.* 3. Reg. c. 12.

Non imperantis, ſed iraſcentis, ac dementis fuêre verba à Roboamo prolata: excelſi enim, ac regij animi eſt, nunquam in verborum prorumpere accerbitates, nunquam ab impetu ſinere ſe rapi iracundiæ, nunquam populum exaſperare, & contra ſe irritare, ſed potiùs benevolum ſibi efficere, ut amore potiùs regatur, quàm timore trahatur; ſi quid exſperatum eſt in ipſo blandis ſaltem verbis leniendum eſt exemplo Titi, cujus apud Suetonium aurea ſunt verba: *Non oportet quemquam à ſermone Principis triſtem diſcedere.* Malè ſemper vim ſuam fuit Princeps expertus, quoties contumeliis populũ laceſſivit: neſcit contemptus amare, odiſſe didicit, & odium fovere; aſſuevit ferro acuendo etiam Principi exitiali, in quo minùs prudentiæ, quò plùs iracundiæ: non enim ſimul cohærent ira, & prudentia, cùm illa plurimum habeat temeritatis multùm, que fatuitatis, definiatúrque ira *brevis inſania*: prudentia verò gravitatem exigit, & animum à quavis paſſione vacuum. Si igitur Princeps ſui oblitus in iras exarſit, verborúmque acrimoniam inſurrexit; mitioribus molliat, quòd ſcrioribus exaſperavit, imò & beneficijs leniat: ſiquidem ſedandis animorum procellis, ac paſſionum tempeſtatibus peridonea ſemper fuêre oblata munera, quæ nunquam deeſſe Principi poſſunt. Quòd ſi ſe ad iram pronum noverit, manſuetudini ſtudeat, & iræ fomites exercitio ſuffocet clementiæ. Neſcit ignis ſævire ſi in aquam incidat: neque dura feriunt, ſi in pulvillum mollem delabantur, benè tamen ſilex à ſilice repercuſſus flammas emittit, & ſcintillæ é duris exiliunt. Noxia ſemper, & exitialis eſt ira, cujus ingenium eſt jurgia accendere, & diſſidia fovere, ac cruentis delectari cladibus. Irâ exarſit Alexander, & ira ſtimulante tres inſignes victorias, totidem amicorum injuſtis cædibus, victor, perdidit, cùm Lyſimachum leoni objecit, Clitum haſtâ trajecit, Caliſtenem mori juſſit, 64.

ſit,

ſit, & de Sylla ait Valerius, quod animi concitatione nimia, ac immoderato vocis impetu, convulſo pectore ſpiritum cruore, ac minis miſtum evomuit. Puteolis. Magni animi eſt ſe pacatum, placidum, tranquillum exhibere, illatáſque ſibi injurias contemnere: è contra animi puſilli, ac muliebris eſt, ſtatim fugere, ac mordere, ſi non dentibus, ſaltem verbis. Hæc ſæva, & inexorabilis ira Principes non decet, non enim multum ſupra
Lib. 1. de clem., c. 7. eum eminet, cui ſe iraſcendo exæquat. Cœleſtia corpora æquabili motu, ac jugi ſilentio ſemper moventur, & in unoquoque genere magna ſunt quietiora. Quin & Deus ipſe mitiſſimus eſt. *Quòd ſi Deus placabilis, & æquus*, ait Seneca. *Delicta potentium non ſtatim fulminibus perſequitur; quanto æquius eſt, hominem hominibus præpoſitum miti animo exercere imperium, & cogitare, utrum mundi ſtatus gratior oculis, pulchriórque ſit ſereno, & puro die, an cum fragoribus crebris omnia quatiuntur, & ignis hinc atque illinc micant? atqui non eſt alia facies quieti, moderatíque imperij, quàm ſereni, & nitentis cæli.*

65. Decet Principem iras cohibere non accendere, morbo iracundiæ lenimento clementiæ mederi. Blanda verba ſunt, quæ iracundiæ leniunt aſperitatem. Oportet, Principem Medicum agere, & alexi-
Iſai. 3. v. 7. pharmaca opportuna animorum morbis curandis apponere; hinc prudens ille, qui ad regimen populi accerſebatur ſe excuſatum voluit, eò quia artem medicam non calleret. *Non ſum Medicus, & in domo mea non eſt panis* dum oblato ſibi Principatui renuntiat, eò quia medicæ peritiæ ſe cognoſcat ignarum, apertè edocet, ſuperiorem, tunc ſuo fungi officio, ſi periti medici munus ſciat obire: quis ſicut Medicus æſtu malignantis febris deliranti, ac convicia jacienti non iraſcitur, quin potiùs tunc ſtudioſiùs blanditur, nec inter-
Lib. de ira cap. 14. mittit febri ſedandæ opportuna adhibere remedia, quibus & malignantes æſtus extinguat, & deliria depellat: ita ſuperior, perinde ac Medicus neceſſe eſt irâ abſtineat, ut morbis medeatur ſubditorum: ait Seneca. *Corrigendus eſt itaque, qui peccat, & admonitione, & vi, & molliter, & asperè, meliórque tam ſibi, quàm aliis faciendus, non ſine caſtigatione; ſed ſine ira: quis enim cui mederetur, iraſcitur.*

§. IX.

Verba blanda, & oratio mollis plurimum habent efficacia ad animos irâ exaſperatos leniendos: & prudentis eſt, principis etiam cum laudabili propria authoritatis detrimento ſubditorum iracundiam ſilentio, & diſſimulatione compeſcere.

NOn ſuperiori tantùm congruit iracundiam coërcere, verùm, & ſubditis indignationi occurrere, & aliquando verba præterire ſuperioris, ne ad iram provocetur, ut feliciter præſtiterunt Galaaditæ. Contrita ſæpe bellorum calamitatibus Hebræorum pervicacia, quæ è vitiata radice, ut herba mala repullulavit, quoties Deus juſtæ ſuæ iræ retrahebat fulmina; quæ quoties Deus evibrabat timore pœnæ ductus populus, ac terrore ſupplicij inflexus promittebat facienda ſibi imperata; & mox cum fulmen ſubtraheret, à promiſſis ſolvendis deficiebat: cúmque Ammonitarum armis toto vicennio opprimerentur, ac extrema expectarent excidia ingenti luctu, ac clamore Deum invocârunt, & ad ſuppetias ferendas vocârunt, & reconciliato Numine cœperunt de humanis auxiliis cogitare, ac de ſtrenuo belli duce deligendo deliberare, & quia nullus eis viſus fuerat potior Jephta Galaadita ex Tribu Gaad, quem fratres, quòd è concubina ſuſceptus eſſet, ex hæreditate paterna, & domo depulêre: Bellica enim virtute illuſtris erat; & ob frequentes de Ammonitis, ac de Philiſthæis relatas victorias, & prædas timendus ab hoſtibus. Non recuſato igitur itineris labore perrexerunt Principes, ut eam illi Provinciam injungerent, ac propriæ communíque ſaluti conſulerent. Jephte igitur adſcitus, enixímque rogatus, ut vellet exercitui præeſſe, & milites ducere; non abſque ſupercilio, ſe indecorè expulſum non ſolùm è paterna hæreditate, verùm etiam è propria excluſum domo objecit; ſuggillavítque non abſque indignatione, ſe extorrē in exilium ſine cauſa miſſum. *Nónne vos eſtis, qui odiſtis me, & ejeciſtis de domo patris mei? & nunc veniſtis ad me neceſſitate compulſi.* Tametſi Judic. c. 11. v. 7.
hæc Jephre verba Principes Galaad ad reſpondendum excitaverint, & ad jurgium aliquod ex ira proveniendum: nihilominus maluerunt ſilentio Jephte iram extinguere, ejúſque exaſperatum animum blandioribus lenire verbis; *dixerúntque Principes Galaad ad Jephte: Ob hanc igitur cauſam nunc ad te venimus, ut proficiſcaris nobiſcum*: non reſpondent verbis iraſcentis Jephre, nec cauſæ mœninerunt, ob quam eum à paterna hæreditate excluſerant, & è domo expulerant, ne antiquum vulnus refricarent,

& exaſperatum ulcus fomitem iraſcenti ſuppeditaret; quæ potuiſſent ad iram Jephte provocare prorſus reticuerunt, ut ſilentio iracundiam ſopirent; & tantùm verborum illicio, ac adblandiente ſermone, cauſam exponunt, cur ad ipſum acceſſerint: ſed cur Principes Galaad non ſe excuſârunt, & culpam in fratres refuderint: potuiſſent enim reſpondere à fratribus interpellatos fuiſſe, ac legibus compulſos: ſed quia excuſatio fomentum iræ ſuppeditâſſet, ne Jephte accenderent iracundiam, omnem reticuère excuſationis ſpeciem, & tantùm negotium expoſuère, quo communi ſaluti conſulerent. Tametſi opportunis reſponſionibus potuiſſent Jephte ſatisfacere, attamen ne fortè iracundiam accenderent, ac imminenti periculo differrent medellam, quaſi verba illa non audiviſſent, nil reſponderunt: appoſitè Abulenſis. *Quæritur, quare Seniores Galaad non ſe excuſaverunt de hoc crimine ejectionis Jephte: quia poterant ſe excuſare rationabiliter ſi ipſi non fuerunt participes, quamquam eſſent de eadem terra. Etiam dato, quòd eſſent Judices poterant ſe excuſare, ſi jure hoc exigente fecerunt.* Et reſpondet huic quæſito Abulenſis ſubdens: *Reſpondendum, quòd iſti Seniores noluerunt ſe excuſare, quamquam poſſent, eò quòd excuſando ſe loquerentur contra Jephte, & in hoc moverent eum ad iram.* Si enim reſpondiſſent, ſéque excuſaſſent, utique inculcandum ipſdem erat, ideo Jephte expulſum fuiſſe, ac impeditum, ne paternam adiret hæreditatem, eò quia Spurius eſſet, ex concubina ſuſceptus, proinde nullo jure fuiſſe ei hæreditatem debitam, & expulſionem ab eadem domo paterna legibus fuiſſe conformem: hæc vera fuiſſet reſponſio, quâ Principes Galaad, ſeu ſeniores ritè ſatisfeciſſent Jephte: ſed quia hæc reſponſio ejus animum acriùs exulcerâſſet, ac iræ accenſæ uberiorem ſuppeditâſſet fomitem; maluerunt ſilentio authoritati detrahere, quàm producta reſponſione antiquum refricare vulnus, & cauſam differre univerſalis ſalutis.

In cap. 11. Judic. q. 13.

67. Prudentis eſt Principis, etiam cum laudabili propriæ authoritatis detrimento neceſſitati conſulere populi, & iracundiam ſilentio, ac diſſimulatione compeſcere. Hanc politiam ipſe Jephte à ſenioribus edoctus exercuit. Cùm enim furentes Ephraitæ ipſum laceſſerent, ac niterentur adoriri, domúmque ardentibus rogis, ac flammis extradere, donec tota in cineres ſolveretur. *Incendemus domum tuam*, non irâ exarſit Jephte, nec dura illis objecit, ne acriùs exaſperâret exulceratos animos, ſed blandioribus verbis mellito ſermone ſtuduit eorum delinire acerbitatem, & iram ſopire. *Vocavi vos, ut præberetis mihi auxilium, & facere noluiſtis;* & paucis interjectis ſubdit, *quaſi ſupplex rogans veniam; quid commerui, ut adverſum me ſurgatis in prælium?* nullam ſe belli cauſam dediſſe ſignificat, ut iraſcentes animos deliniat, & furorem coërceat, ut notat Abulenſis inquiens: *Non tenebatur Jephte reſpondere verba tam mollia, quia poterat dicere. Nolui vocare vos; quia non tenebar, vel quia non eratis populus meus, ſed quia vidi vos iratos nimis: ut non daret occaſionem bello, & effuſioni ſanguinis, tacuit ab iis, & reſpondit verba mollia.* Ne furentes aſperitate verborum irritaret, maluit benignitate, ac lenitudine ſermonis eorum compeſcere iracundiam, & emollire duritiem. plurimum habet oratio mollis efficaciæ ad excitatas iracundiæ flammas ſopiendas, & prædura corda mollienda: etenim ſaxa, & calybem lenta ſolvunt ſtillicidia; & vis blandæ orationis efficacior eſt; exaſperatas enim mentes ſolo ſanguine ſatiandas lenit, & mollit: teſtem accerſo Abigailem, quæ verborum lenitudine Davidis ſedavit iracundiam, imò non homines tantum, ſed & ipſæ feræ ſylvis innutritæ verborum quadam dulcedine præventæ innatæ ſibi obliviſcuntur feritatis. Scimus leonem cum tota ſua jubarum pompa delicium ceſſiſſe Reginæ, quæ ſuavium verborum lenocinio ſcivit, feram cicurare. Quin imò etiam blanda oratio mores efferatos cicurat, & hominum mentes duritiei aſſuetas emollit, flectítque quò magis libuerit. Id præſtitit Menenius Agrippa, cujus blanda dictione, ac mellifico ſermone dulcoratus populus è ſacro monte revocatus, patribus, à quibus ſeceſſerat, amicè iterum ſe junxit: perijſſet, & ſua in ſepulta origine Roma jacuiſſet, niſi M. Valerius blanda efficacia dictionis ſubveniſſet labenti, & populum Patribus, urbem ſibi reſtituiſſet verborum lenitudine, ſermonis illicio? An non M. Antonius ſola orationis ſuavitate diſtrictos in ſe militum gladios coërcuit, ſuíſque vacuos reddidit vaginis? Quid? an non Scipio mellea ſola eloquentia, dulcíque ſermone militares ſeditiones compeſcuit, ac rebellantium tumultus coërcuit? Quid? An non Germanicus mellea oratione militum diſſidia compoſuit, & animos diſſidentium blando ſermone delinitos amicè reconciliavit?

Jud. 2. v. 2.

Quæſt. 15.

Princeps, & qui aliis præeſt, ita juſtitiæ adhæreat, ut clementiam non deponat; non tamen hanc ita ſoveat, ut illius obliviſcatur, utramque tueri virtutem regium eſt, ſed in clementiam pronior ſit: David enim decantaturus Dei laudes ejus commendat lenitudinem, clementiam, & ſuavitatem. *Quoniam tu Deus ſuavis, & mitis, & multæ miſericordiæ*, non pudeat hominem Principem Deum imitari, hoc doctore deflectere nequit à rectitudine, errat enim, qui ab illius lenitatis recedit, firmiùs ſtant 68.

Pſal. 75.

regna

Regna, & Imperia clementiâ innixa Principis: lenitas, & benignitas fulcra ſunt, quibus populi tutiùs ſuſtentantur, ac reguntur: de Tito ait Eutropius, convictos adverſum ſe conjurationis, ita dimiſiſſe, ut in eadem familiaritate, qua antea, eos habuerit; contentus enim fuit patritios monuiſſe, ut à conjuratione deſiſterent. Dignum eſt, quò altiùs menti cujusvis Principis imprimatur aureum illud effatum Alfonſi Aragonum Regis: *Malo multos clementia ſervare, quàm paucos ſententiâ perdere.* Hac virtute lenitatis claruerunt L. Paullus, qui captivum Perſem Regem conantem ad genua procumbere dextrâ levavit, ſuóque lateri ſedere juſſit: Pompeius Magnus, qui Tigranem benignis verbis recreatum, diadema, quod abjecerat capiti reponere juſſit, inquiens: *Pulchriùs eſſe, Reges facere, quàm perdere*: Julius Cæſar, qui audita Catonis morte indoluit, & ejus liberis incolume ſervatum voluit patrimonium: Antigonus, qui Pyrrhi oſſa urnâ incluſit aureâ, & deportanda Heleno illius filio ad Alexandrum fratrem in Epirum tradidit.

69. Humanitatis dulcedo etiam aſperiora barbarorum ingenia dulcoravit, & animos feritate morum efferatos delinivit. Non tamen qui præeſt, ita lenitudini adhæreſcat, ut omne ſuppliciorum videatur à ſe inſtrumentum abjeciſſe ad coërcenda vitia, ad puniendа delicta. Puniat delinquentes, ſed iiſdem non iraſcatur. Plato famulum ſortitus moribus corruptiſſimum, & edacitate inutilem, ita de ejus pœna egit, ut noluerit eidem iraſci: ita tamen iracundiam compreſſit, ut juſtam pœnam intulerit; accerſitum voluit Speuſippum Nepotem, cui injunxit lurconem ſervum virgis excipere, ut inflictâ pœnâ muneri ſatisfaceret Heri, & aliena utens opera notam effugeret iracundiæ: ait Plutarchus de liberis inſtituendis: *Plato ſervo edaci, atque perdito ſuccenſens, vocato ſororis filio Speuſippo, Abi, inquit, atque hunc cæde, ego enim admodum irâ flagro.* Deponenda priùs eſt ira, quam in delinquentem ſuereſ; non expedit hominem legibus refragantem impunitum relinquere; ſed neque convenit irâ in punitione excandeſcere: cedendum eſt iracundiæ fervori, ne iræ ardor prudentiæ detrahat, & adverſantium linguas ad calumniam exacuat: decet Medicum ſine ira ægritudini mederi decumbentis.

70. Eo quadraginta dierum intervallo, quo Moyſes Iſraelitici populi ductor Dei conſuetudine in Sinai montis jugo utebatur, populus ad radicem montis cœpit à cultu Numinis deficere, adeo ut Ducis abſentia occaſio fuerit ſceleris, ac nefandæ ſuperſtitionis licentiæ; cui frœnum injicere non valuit ſuſceptarum memoria gratiarum largè è cœleſti ſinu fluentium, nec fœdus cum Deo initum, nec pacti ſacroſancti ratio; proruunt omnes, exceptis Levitis, in ſacrilegum nefas, cùm pauci tantùm delinquentis populi reſtiterint impietati, Aaron frater Moyſis, & imperij conſors plus æquo timidior importunis, ac nefarijs poſtulationibus ſe flecti in vota populi à vero Numinis cultu deficientis paſſus fuit, ut ex pretioſis inaurium ornamentis certatim oblatis vitulum integrum, vel ſaltem caput vitulinum ex puro puto auro conflaret. Injecto in ignem auro idolum effinxit ad exemplar ſimulacri Ægyptij, quod bovinâ fictum formâ, Apidis, Serapidis, Oſiridis nomine ab ea gente colitur; & quidem urgente celeritatem operis, ac juvante cacodæmone. Illicò enim fuit idolum ad vota populi conſtructum, & in ſublimi loco erectum, quò faciliùs à toto populo aſpiceretur, cui illicò curvârunt genua, poſuerunt aram, adoleverunt thura, mactârunt victimas, tanquam vindici libertatis, Numinique aſſertori. Cogitat Deus de pœnis exigendis à protervo populo, & dum de ſupplicio infligendo deliberat, dimitti à Moyſe petit, ut ejus excandeſcat furor: ſine ira de ſupplicio agendum declarat. *Cerno quòd populus iſte* Exodi 32. v. 9. *duræ ſit cervicis: dimitte me, ut iraſcatur furor meus contra eos, & deleam eos.* Verùm dum Deus dimitti monet, detineri admonet; non ad ſuam indigentiam, ſed ad noſtram eruditionem; ne quispiam irâ correptus, & iracundiâ accenſus ſtatim pœnas exigat à delinquente: ſuſpectum enim eſt, quod ab irato ſupplicium infligitur, tametſi nulla Deum paſſio pulſet, nos tamen erudit, cùm iratus petit à Moyſe dimitti, ſeu potiùs rogari, ne efferveſcente ira pœnas expoſceret, unde Moyſes: *Cur Domine iraſcitur furor tuus contra populum tuum?* non tam ſatagit Moyſes de irati Numinis avertendo ſupplicio, quàm de excitatæ indignationis flamma ſopienda. Inflicta quidem fuit pœna, ſed ad noſtram eruditionem poſtquam Numinis ira deferbuit, & placatus eſt Dominus.

Tum Moyſes de montis jugo in ſubje- 71.
ctam deſcendit planitiem geminas decalogi tabulas manu geſtans comitante Joſua, qui audito vociferantis populi tumultu, dixit, non eſt hic clamor pugnam poſcentium, ſed tripudia agentium; quòd cum propior factus ſuis ipſe ocolis vidiſſet, auribúsque hauſiſſet portentoſam prævaricati populi dementiam, quâ ab impio ſacrificio ad reliqua corruerat flagitia, laſcivias, epulas, petulantes choreas, cantúsque profanos, ut omnes tractus illi ſacrilegis perſonarent vocibus. Moyſes in deteſtationem execrandi ſceleris lapideas, quas à Deo tabulas acceperat allidit ad ſaxum, ac in plures confregit partes indignos reputans cœleſti munere nefandos idololatras. Móxque accedens ad vitulum aureum, metallum igne diſſolvit, maſſámque auream in pulveres redegit, quos & in aquas ſparſit jugi miraculo è petra Horeba ſcaturientes, & cùm alij latices ſiti populi extinguendæ non ſuppeterent adiguntur Hebræi, vel inviti ſuum ſimul ſcelus, & pœnam ſceleris ebibere; epota enim aqua cor-

pora inflavit delinquentium, quibus & languida tabe necem attulit; neque hic ſupplicium quievit; Moyſes enim divini honoris acerrimus vindex, in aditu ſtans caſtrorum dixit populo; ſi quiſpiam ex vobis Domini eſt, jungatur mihi, cui illicò ſe junxêre Levitæ gladijs, ut juſſi erant, armeti, & alij, qui thura adolere vitulo detrectârunt, hi igitur præcipiente Moyſe diſtrictis gladijs per media irruunt caſtra, & obvios quoſque aurium deſtitutos elenchis (ſignum enim erat idololatriæ, eò quia aurea ornemenia ſuppeditaverint ad vitulum conflandum) abſque ullo diſcrimine feriunt, trucidant, interficiunt, & quidem cæde tantò expeditiore, quantò timidiùs, improviſiùsque in nudatum ferrum incorrebant indulgentes epulis, ludis, ac choreis, occubuerintque propterea ea ſtrage ſupra viginti tria millia, quorum ſanguine decuit vitulum expiari, quem impietas ſacrilega concupierat, & timiditas ignava conflaverat, & proterva temulentia
Exod. 32. divinis affecerat honoribus: *Cum appropinquâſſet ad caſtra vidit vitulum, & choros, iratúsque valde projecit de manu tabulas, & confregit eas ad radicem montis, arripiénsque vitulum, quem fecerant, combuſſit, & contrivit usque ad pulverem.* Deleto vitulo Levitas, & alios, qui ſacrilego cultui non adhæſerant, juſſit, ut de ſceleſtis dignam expeterent vindictam, ſepoſitis etiam amicitiæ, ſanguiniſque neceſſitudinis obſtaculis, & io omnes ſacrilegos indiſcriminatim ſævirent:
Ibidem. *Ite, & redite de porta usque ad portam per medium caſtrorum, & occidat unuſquiſque fratrem, & amicum, & proximum ſuum.*

72. Moyſes igitur tametſi per ſe ipſum manibúſque proprijs vitulum contriverit, non tamen in ſacrilegos vituli cultores ſævijt per ſe, ſed tantùm per alios juſſit eos interfici, quamvis honori detur maximo pro religione munus obire carnificis. Cur igitur qui vitulum ex puro puto euro conflatum contrivit, ac io pulveres redegit, ſacrilegos ejus adoratores, non etiam per ſe ipſum interfecit? quia nimirum tunc Moyſes à pœnis exigendis, & infligendis per ſe ipſum abſtinuit; quia irâ percitus noluit iraſcens pœnas infligere per ſe ipſum, ſed per alios, quos ira non inflammabat, ne vitio verteretur iraſcenti, quod juſtitiæ dabatur punienti: appoſitè D. Ambroſius ait loquens de Moyſe: *Idololatriæ indignitate percitus fregit tabulas Moyſes. & comminuit vituli caput, atque in pulverem redegit, ut omnia impietatis aboleret veſtigia.* Homines noluit conterere; ſed vitulum conflatum ex auro; & in bovinum caput excanduit, quia iracundia, quæ vitio tantùm iraſcitur, virtuti non culpæ datur iraſcentis, quapropter dixit Regius Pſaltes: *Iraſcimini, & nolite peccare* ſi ita potentes irâ eſſemus, ut nunquam niſi ex cauſa, & ad virtutis augmentum ira noſtra efferveſceret, emicaret in nobis virtus illuſtrior: aliena opera uſus eſt ad mulctam hominum Moyſes, ne ſcelus graſſaretur impunitum, & ne ſupplicium fieret calumniæ obnoxium.

Mirum ſanè, quòd cùm Hebræi inter 73.
tonitrua, ac cœli nubili fulgure legem acceperint, ſéque ad parendum expeditos obtulerint, illicò tamen defecerint? an quia ad leges divinas cuſtodiendas nunquam attentiores ſumus, quàm cum fulmina calamitatum, & minarum tonitrua nobis terrores incutiunt, & timores? ſi cœlum multiplici tonitru cœdes minetur, ſi fulmina cudat, tum arrectis adſtamus auribus, & ad divina obſequia nos exhibemus paratiſſimos, qui poſtea frigemus cùm primùm ſuſpicimus cœlum priſtinæ reſtitutum ſerenitati. *Sedit populus manducare, & bibere, & ſurrexerunt ludere*, ò nefanda ſceleſtiſſimorum hominum vecordia! quia vitium vitio viam emollit ab impio ſacrificio ad reliqua pergunt flagitia, ad laſcivas epulas, libidinoſas choreas, profanos cantus, temulentos hauſtus, nefarios luſus. *Epulas* ait D. Gregorius: *Comitatur* Lib. 1. moral. cap. 8.
voluptas: nam cum corpus in refectionis delectatione reſolvitur, cor ad inane gaudium relaxatur. Eſt quippe gulæ filia inepta, & impura lætitia. Quia ſicut ſine Cerere, & Baccho Venus friget, ita ventris ſaturitas fomentum eſt libidinis. *Projecit de manu tabulas, &* Exod. 32.
confregit eas. Pulchrè D. Baſilius expendens hanc tabularum fractionem ait: *Tabulas Dei digito ſcriptas, quas jejunium accepit, ebrietas contrivit: cùm indignum judicaret Propheta ebrioſo populo leges à Deo ferri.* Irâ inflammatus Moyſes Levitas in protervos et ſacrilegos armavit: *Occidat unuſquiſque fra-* Ibidem.
trem, & amicum, & proximum ſuum. Moyſes licèt manſuetiſſimus omnium irâ excanduit injuriam Deo illatam ulturus: ſcitè D. Gregorius: *Moyſes intus ignibus amoris, foris* Paſtor. c. 23.
accenſus eſt zelo ſeveritatis: utrobique legatus fortis cauſam populi apud Deum precibus, cauſam Dei apud populum gladijs allegavit. Intus amans divinæ iræ ſupplicando obſtitit: foris ſæviens culpam feriendo conſumpſit. Compeſcuit iram Moyſes, ſimúlque injuriam vindicavit Deo illatam, cùm ſacrilegos non proprio diſtricto gladio, ſed Levitarum ope interemit, indicaturus probitati ſe conſulere, non paſſioni; qui enim irâ perciti irruunt in ſupplicia, quibus alios puniunt, furori potiùs videntur ſatisfacere, quàm virtuti juſtitiæ, ſcitè ait Seneca: *Non* Lib. 1. de ira cap. 15.
ira, ſed ratio eſt à ſanis inutilia ſecernere. Nihil minus, quàm iraſci punientem decet, cum eò magis ad emendationem pœna proficiat, ſi judicio lata eſt. Inde eſt, quòd Socrates ſervo ait: cæderem te, niſi iraſcerer: ad monitionem ſervi in tempus ſanius diſtulit: illo tempore ſe admonuit.

§. X.

Morbis animi curandis præſertim iræ plura exhibentur alexipharmaca; quibus iraſcens æſtus ſopit, quibus excandeſcit, & priſtinæ reſtituitur manſuetudini.

74. IRæ coërcendæ pleraque frœna, ut & manſuetudinis parandæ incentiva exhibet Seneca *tribus de ira libris*, & Plutarchus *libro de manſuetudine, & iræ frænatione*: ab alijs varie etiam ſuppeditantur alexipharmaca huic animi ægritudini curandæ perapta. Primum iræ compeſcendæ remedium perquàm opportunum eſt turpitudinem, ac deformitatem iraſcentis aſpicere. Hoc pharmaco ut auditores ſui uterentur, monere conſueverat Plato: eis ſuadebat, ut iratoa ſe in ſpeculo contemplarentur; nam cùm faciem ſuam furibundam per omnia phreneticeo ſimilem viderent, eo perterriti dedecore impoſterum ab ira ſe temperarent; & Seneca *initio primi libri de ira.* Novaum laudat, eò quia turbulentum hunc præcipuè affectum pertimuerit. Siquidem præ cæteris animi paſſionibus, ac ægritudinibus eſt ira turbulentior; cæteris enim aliquid ſemper ineſt placidi, ira verò tota commovetur, & ab impetu doloria trahitur ad arma, ſupplicia, & ſangninis fuſionem, fervet enim cupiditate vindictæ, nec curat ſe ipſum lædere, dummodo alteri noceat, ſitque propterea ex conſenſu Sapientum hic affectus iræ, *brevis, ac temporaria inſania.* Cato enim apud Plutarchum iratum ab inſano nonniſi tempore diſtare edixit, quod etiam ex Philemone Poëte retulit Stobæus: eſt iraſcentis vultus adeo deformis, ut contra naturam eſſe videatur, ait enim Seneca: *Æquè ira, ac inſania impotens ſui eſt, decoris oblita, neceſſitudinum immemor, in quod cœpit pertinax, & intenta, rationi, conſilijsque præcluſa, vanis agitata cauſis ad diſpectum æqui, veríque inhabilis, ruinis ſimillima, quæ ſuper id, quod oppreſſere, franguntur.*

Serm. 20. Init. 1. lib. de ira.

75. Poſtea per inſignem hypotypoſin delineans extimum irati habitum, & deſcribens fœdum, deformémque ejus vultum; ex cujus aſpectu ad iram proni frœnum huic effectui injiciant, nec ſinant in tam fœdam rapi turpitudinem, à quovis decore alienam; & ab omni humanitate ſejunctam, utpote quæ hominem ab homine dejicit; eleganter ſubdit conferens iraſcentem cum inſano, ut ſcias, non eſſe ſanos, quos ira poſſedit, *ipſum illorum habitum intuere. Nam ut furentium certa indicia ſunt, audax, & minax vultus, triſtis frons, torva facies, citatus gradus, inquietæ manus, color verſus, creba & vehementiùs acta ſuſpiria; ita iraſcentium eadem ſigna ſunt. Flagrant, & micant oculi, multus ore toto rubor exæſtuante ab imis præcordijs ſanguine, labia quatiuntur, dentes comprimuntur, horrent, & ſubriguntur capilli, ſpiritus coactus, ac ſtridens articulorum ſe ipſos torquentium ſonus, gemitus, mugitúsque, & parum explanatis vocibus, ſermo præruptus, & comploſæ ſæpiùs manus, & pulſata humus pedibus, & totum concitum corpus, magnáſque minas agens, fœda viſu, & horrenda facies depravantium ſe, atque intumeſcentium. Neſcias utrum magis deteſtabile vitium ſit, an deforme. Cætera licet abſcondere, & in abdito alere. Ira ſe profert, & in faciem exit quantóque major eſt, hoc effervеſcit manifeſtiùs.* Ecce quàm deformis, & horrenda eſt irati facies; ſed non ſolùm truci illo aſpectu, & horrenda ſpecie hominem in monſtra vertit, & de naturali ſtatu dimovet, ac efferare eum belluis edocet; verùm, ut fera innutrita ſylvis, vel una ex furijs ex Erebo emerſa debacchatur in perniciem hominum: ſcitè Seneca. Jam verò ſi effectus, damnaque intueri velis, nulla peſtis humano generi pluris ſtetit. Videbis cædes, ac venena, & reorum mutuas ſordes, & urbium clades, & totarum exitia gentium, & Principum ſub civili haſta capita venalia, & ſubjectaa tectia facee, nec intra mœnia coercitos ignes, ſed ingentia ſpatia regionum hoſtili flamma relucentia. Aſpice nobiliſſimarum civitatum fundamenta vix notabilia: has ira dejecit. Aſpice ſolitudines per multa miliaria ſine habitatione deſertas; has ira exhauſit. Aſpice tot memoriæ proditoa duces, mala exempla fati; alium ira in cubili ſuo confodit; alium inter ſacra menſæ ira percuſſit: alium inter leges, celebriſque ſpectaculum fori lancinavit: alium filij parricidio dare ſanguinem juſſit: alium in cruces membra dividere. Et adhuc ſingulorum ſupplicia narro. Quin ſi tibi libuerit, relictis, in quos ira viritim exarſit, aſpice cæſas gladio conciones, & plebem immiſſo milite contrucidatam, & in perniciem promiſcuam, totos populos capitis damna paſſos. Hactenus Seneca.

Lib. 1. de ira cap. 2.

Ex ſpecie extima iraſcentis conjicimus, quale ſit intus monſtrum, quod in animo ſtabulatur, & furit: monſtrum enim aliquod intus neceſſe eſt latere, cujus tam horribilem umbram vultus foras evibrat. Hujus turbulentiſſimi affectus flammas gehennalibus ſimiles eſſe dixeris, quarum fumus ita fœdè vultum obfuſcat, ora denigrat, & totum hominem deformat, ut vix hominem eſſe agnoſcas, quem ira inflammat, & exagitat; inſanus furor amens eſt affectus de gradu mentis iraſcentem dejicit, quem non vides legibus ferri rationis, ſed agi præcipitem, & ruere cum impetu, & plena omnia eſſe in illo temeritatis. Certè ex extima corporis ſpecie non agnoſces hominem eſſe, quem ira poſſidet; nullum enim corporis lineamentum fidem facit ineſſe iraſcenti humanitatem, cum ira hanc excutiat, prudentiam extinguat, vim conſilij infringat, & totam corrumpat hominis formam, quippe oculos inflammat, vultum devenuſtat, frontem turbat, linguam ligat, tremulos artua quatit, 76.

pectus

pectus tundit, labia mordet, manus premit, pedibus ſupplodit, adeo ut dixerit Socrates, iraſcentem plus ſibi nocere, quàm cui iraſcitur, duo enim ſunt mala in iraſcente, damnum proprium, & ſcelus alienum, quod vindicare nititur, quorum neutrum reſarcire valet, cum damnum proprium non tollatur alieno, nec ſcelus alienum deleatur damno proprio, quin potiùs acriùs irritetur.

Lib. de cohib. ira paulo poſt init.

77. Secundum huic ægritudini curandæ pharmacum eſt mora, & quies: ſi irâ pereitus nil tentet facto, aut verbo, ſed prorſus quieſcat, donec iræ fervor per ſe remittatur, ac ſedetur; ut enim incendium extinguitur, ſi materia non addatur, ita & ira ſopitur, ſi ei fomes detrahatur, ait Plutarchus: *Irâ vehementius incitantur hi, qui faciunt aut dicunt, & qui ſunt occupati, proinde quieſcere optimum eſt, aut fugere, aut occultari, ſe ſeque ad ſilentium velut in portum recipere, quemadmodum ſolent, qui ſenſerunt epilepſiam oborientem.* Agnovit hujus pharmaci efficaciam Athenodorus Stoicus Auguſti Cæſaris in Philoſophia Præceptor, ut eſt apud Suidam, & Aurelium Victorem in Theodoſio. Is ſiquidem miſſione honeſta domum revertens muneris loco hortatus eſt Diſcipulum, ut ira inſurgente nihil proferret, niſi recitatis, prius quatuor, & viginti græcis elementis, ut beneficio moræ furor deferveſceret, & ſibi iratos reſtitutus non cæco ageret impetu, ſed duce ratione ad normam virtutis ſe componeret. Non enim ira ut reliqua vitia animum ſolicitat iraſcentis, ſed abducit, & præcipitem agit, exagitátque ſibi impotentem, quò non ſolùm in deſtinata; verùm & in occurrentia quæque deſæviat, cætera vitia animos duntaxat impellunt; ſed ira præcipitat. Alia vitia à ratione hominem dejiciunt, ſed ira à ratione, & ſanitate deſciſcit, quapropter Simplicius huic coërcendo vitiorum monſtro frœnum edocet à mora, & quiete, ſeu ſilentio eſſe ſumendum

In Enchirid. cap. 27.

inquiens; *Spatium ipſe tibi præbeas rei conſiderandæ, cujúſnam modi ſit. Nam ſi temporis aliquid, & moræ impetraris, repentinum objectum te non commovebit, ſed ſimul interim tranquillus eris, ſimul ſpatium habebis, principia doctrinæ promendi, & diſtinguendi utrum ille caſus in noſtra poteſtate ſit, an non. Quòd ſi in noſtra poteſtate non eſſe inveneris, adjunges, neque bonum, neque malum noſtrum eſſe, & penes te eſſe, eô pro bono uti, & fructum inde capere magno animo eum deſpiciendo. Ne autem aſſentiare plurimum tibi conferet tacendi conſuetudo, ſi quid tale acciderit, donec æſtum animi deferbuiſſe intellexeris, & canem tuum internum latrare deſiiſſe. Fertur enim & Socrates, ſiquando commotus eſſet vehementius prorſus ſacuiſſe.* Præſentiſſimum igitur curandæ iræ ægritudini pharmacum eſt dilatio, & mora, cujus beneficio primus ejus fervor relangueſcit, & illa caligo, quæ mentem premit, excutitur è mente, ut hæc priſtinæ reſtituatur ſerenitati; ſi non hora, ſaltem dies conceptæ iræ fervorem extinguit, & proderit tunc iræ damna perpendere, ut & iraſcentis vultum, quòd ſi iratis profuit ſpeculum aſpexiſſe, hanc recolere ſpeciem perinde eſt, ac frigidam iræ flammæ injicere, idque cauſæ, cur Zeno iraſcenti adoleſcenti, qui eum convenerat, ſpeculum obtulerit, in quo ſe inſpiceret, ſimúlque per modicum temporis perpenderet, quàm turpis ſit iræ facies.

78. Tertium ſubſidium ad iram coërcendam deſumitur ex contemptu: opportunum enim erit in illo ſilentij portu eniti, quò in nobis opinionem minuamus æſtimatæ injuriæ; idque fiet, ſi flocci, parvique aliorum dicta fecerimus, & præſertim ſi humilitas ſuperbiam excluſerit, ſi enim ex animo ſuperbiam diſcutimus vix ulla nobis occaſio obviabit iraſcendi: convicia, & contumeliæ prout à nobis apprehenduntur, moleſtiam ingenerant, & iræ motus excitant effrœnes: & is non pungitur convicijs, non movetur ignominiâ, non tangitur contumelijs, qui animi demiſſione ſuis didicit paſſionibus moderari. Qui vacuam ab humana fraude mentem circumfert, propriámque ſedulò perpendit utilitatem; omnem exuit ſuperbiam, reprimit tumorem, excutit arrogantiam, & nihili facit irrogatam ſibi contumeliam, quin fraudem ducet honorem, ſi inde anſam ſumpſerit ſe ipſum vano inflandi tumore. Temperanda eſt cupiditas, qua hominibus placere ſatagimus, magnique ab ijſdem æſtimari cupimus. Dein danda eſt opera, ut ipſam etiam abjiciamus cogitationem ſciendi, quid alij de nobis ſentiant, vel loquantur: plerumque quoſdam fingimus perperam de nobis loqui, nóſque, & noſtra dicta, vel facta obſervare; qui tamen de nobis nec cogitârunt. Aliena verba, & cogitationes nil noſtræ adjiciunt virtuti, nilque detrahunt de malitia: & ſatiùs ſemper eſt, bonos eſſe, quàm videri.

79. Optimum igitur curandæ iræ pharmacum eſt, omne prævenire illius irritamentum, & quæ iram excitant ſpernere, ipſíſque obſiſtere principijs: alioquin ſi ſemel furere ira didicerit, effrœnis aget, quantum volet, non quantum tu ei permiſeris, ſi hoſtis, qui pertinaci obſidione arcem vallavit per diſrupti muri hiatum toto impetu intus ingreditur, leges ampliùs ab obſeſſis non accipit. Obſiſtendum eſt iræ initijs, ne ejus furor arcem ſubeat mentis noſtræ, præſertim ſilentij, & patientiæ præſidio: acerbitas enim verborum fomenta ſuppeditat ad iram. Mitiganda, & lenienda eſt effrœnis loquendi licentia, quæ abjecti, & imbecillis animi argumentum eſt, ut in fœminis, quæ viris ſunt loquaciores, & in verborum acerbitates, iráſque proniores; nil prudentiæ adeo adverſum, quàm loquendi licentiæ frœna laxare; nimia verborum profuſio loquentis prodit imprudentiam; ſunt, qui tanta verborum mutuò ſe interficientium celeritate loquuntur,

Digitized by Google

tur, ut putes, verba à poſterioribus hoſtili veluti urgente ferro propelli, audiáſque eos indignari, quòd primæ non protulerint verba, & præceſſerint illa ſocij, quaſi de primatu pugnentia, & ex alto delabentia præcipitio invicem ſe protruderent moræ impetientia. Nil prudentis, niſique ſani in tanta verborum profuſione poteſt mens linguæ ſuppeditare; neque inhibere, ne paſſim elabetur aliquid inconcinnum, temerarium, imprudens, ac fatuum. Citatior dictio fulmen æmulatur, quod nullo diſcrimine cæco impetu in obvia quæque fertur, idque iraſcentium præſertim mulierum ingenium eſſe arbitreris, quibus dixiſſe, & convicia efutiiſſe ſatis eſſe videtur. Hinc Homerus Principem optavit, qui parcus eſſet in verbis, eò quia in multis facilis ſit lapſus, & pœnitentia ſera, quam nec ars, nec ſubſequens ampliùs emendet prudentia. Fuit illud in Auguſto laude dignum, quia nunquam Senatui, nunquam populo fuerit locutus, niſi præmeditatò, de quo eit Suetonius: *Neque in ſenatu, neque apud populum, neque apud milites locutus eſt unquam, niſi meditata, & compoſita oratione: quamvis non deſiceret ad ſubita extemporanea facultate.*

83. Non igitur convicia ſunt convicijs retundenda, nec contumeliæ contumelijs retorquendæ; id enim perinde eſt, ac fomitem iræ adjicere incendio, quod ſilentio, & lenitate extinguitur. Viri magni eſt, non ſinere ſe abripi irâ. Pars ſuperior mundi, quò ſyderibus eſt proximior, eò & ordinatior, ec ſerenior, cum nec in nubem cogatur, nec in tempeſtatem impellatur, ſed omni careat tumultu; inferiora, & terris proximiora ſunt, in quibus fulmina cuduntur, tonitrua reboant, fulgetra exiliunt, & nubee invicem colliſæ fulminant. Perinde homo quò per exercitia virtutum fit Deo proximior, ac ſublimior, eò eſt magis compoſitus, ac quietus, & veluti in tranquilla locatus ſtatione; deſpicit veluti infra ſe ea mala, quibus ira contrahitur, & licentiam loquendi coërcet; ſciens in multiloquio parum eſſe prudentiæ, & iratum male ſua profuſione verborum graviora facere: ſicut enim aves viſco captæ, dum viſcum trepidentes nituntur excutere plumis omnibus illinunt; perinde quævis indignatio ſuum proficit in tormentum, & quò per plura verba adnititur illatam ſibi injuriam propulſare, eò turpiùs irê propriâ læditur; non hominis, ſed canis iraſcentis eſt injectum contra ſe ſaxum mordere. Satiùs tunc ed iram avertendam eſt, non quæ lingua conviciantis valuit effutire, ac inconſultò fari, conſiderare, ſed quid deceat virum cordatom loqui, qui non debet ſinere ut aliena perverſitas proptiam obducat ſerenitatem, & aliene malitia à ſtatu eum dejiciat tranquillitatis. Injuria non iam nobis, quàm ei, qui illam infert, turpis, pernicioſa, ac ruinoſa eſt, & ex hac expenſione oritur potiùs miſericordia in conviciantem, & noſtra compeſcitur ira, ut monet D. Chryſoſtomus inquiens: *Si enim nec laboranti, neque timido quiſquam iraſcitur, ſed his morbis affecti ſui miſericordiam, & lacbrymas movent; certè neque injuriam facientes iraſci, ſed compati convenit; cùm ſit hujus animus miſerabilior, utpote multò magis æger.* *Homil. 47. in Joan.*

84. Hinc alind compeſcendæ iræ ſubſidium eſt contemnere, floccique facere verba detrahentium, & convicia obloquentium: ſicut enim fortiſſimum virtutis arietem hominum eſſe ſermones adnotavit Chryſoſtomus; ita ad iram coërcendam proderit non curare, quid elij obloquantur; & Plutarchus monet, eum, qui ob injuriam aliquam iraſcitur debere imitari Diogenem, cui cùm diceretur: *Hi te derident Diogenes*: repoſuit; *ego verò non derideor*, quia nimirum non putabat ad ſe pertinere, & nihili aliorum verba faciebat, quæ cùm corpus non læderent, nec ejus tangebant animum: imbecillis, ac infirmi eſt animi verbis vinci, quæ nonniſi aërem diverberant. Divitijs affluens non conqueritur, ſi pauper vocetur, ſed potiùs ridet, quia peupertatem novit ad ſe non pertinere: ſi nos convicia, contumeliàs, ſcommata rideamus, argumentum damus, quòd falſò reprehendimur, & per ſilentium, & patientiam alienam confundimus malitiam. Pulchrè Cyprianus de bono patientiæ. *Si nobis Dominus, & Deus Pater eſt, ſectemur patientiam Dei pariter, & Patris, quia & ſervos oportet eſſe obſequentes, & filios non decet eſſe degeneres. Qualis verò in Deo, & quanta patientia, quod in contumeliam ſuæ Majeſtatis inſtituta ab hominibus profana templa, & ſacrilega, patientiſſimè ſuſtinens ſuper bonos, & malos æqualiter diem naſci præcipit, & lumen ſuum oriri? & cum imbribus terram rigat, nemo à beneficijs ejus excluditur. Omnibus promiſcuè videmus tempora obſequi, elementa famulari, ſpirare ventos, fontes fluere, grandeſcere meſſium copiam, fructus miteſcere vinearum.* Quid? quòd Deus tot improbos homines cum ſufferat; tu cæteris deterior unum ferre nequeas? Quid? quòd cum tuam non poſſis malitiam corrigere, putes alienam poſſe delere? Si plurium es noxarum reus, quicquid tibi infertur injuriæ, nihil eſt comparatione gehennæ, quam mereris. Si vis ut Deus tuas tibi noxas dimittat, neceſſe eſt ut & tu alienas dimittas: *Si dimiſeritis, & ego dimittam vobis*: dande eſt alienis vitijs venia, ut detur, & tuis. *Lib. de ira cohib. post med.*

85. Quintum iræ amuletum eſt, cupiditatē, quâ plurimi ab hominibus æſtimari cupimus, coërcere; tollende ex animo eſt ſuſpicio, quâ putamus non magni ab alijs fieri; imò & eſſe ijsdem contemptui. Vana qui gloria paſcitur, aurámque aucupatur popularem, in iras exardet ſi à pertranſeunte putet ſe parum perhumaniter ſalutari; ſi alius inchoatum ſermonem cito abrumpat; ſi illius vultus averſior viſus fuerit; nec plura alia de-

erunt ſuſpicioni argumenta; cum enim creduli ſimus ad malum; potior injuriarum pars ex vitio oritur perverſæ noſtræ interpretationis, ad qoam avertendam ſimplicitas neceſſaria eſt, ac benigna rerum æſtimatio; rerúmque ſupervacanearum abdicario: qui enim paucis, ac ſimplicibus rebue aſſueſcit eſſe contentus, nec plura ſupervacanea deſiderat, is raro iraſcitur; & cum ſibi materiam ſubtraxerit iraſcendi, mentem tranquilla jam in ſtatione fixam tenet.

86. Sextum eſt, conſortium declinare iracundorum hominum, prout ſieri poteſt abſque charitatis detrimento; aliorum enim iracundia facilè in nobis iram excitat; non ſecus ac flamma ſtipulæ conſociata flammam

Prov. 15. accendit. *Vir iracundus provocat rixas*, & Proverb. 21. *melius eſt habitare in terra deſerta, quàm cum muliere rixoſa, & iracunda* Proverb. 22. *Noli eſſe amicus homini iracundo, neque ambules cum homine furioſo; ne forte diſcas ſemitas ejus, & ſumas ſcandalum animæ tuæ* Eccleſ. 8. v. 4. *Non litiges cum homine linguato, & non ſtrues in ignem illius ligna.* Si enim ſilicem ſilici, ferrum ferro incuſſeris, quid aliud expectes, quàm ignem? ferreo globo è tormentie excuſſo bellicis lanam objice, & totum retundes impetum; ita dura mollibus perimes. Nil eſt, quod magis frangat iram, & animum exaſperatum delinat, cicurétque, quàm blanda molliſque converſatio; & è converſo nil acriùs iram accendit, quàm iracundi ad iram provocatio: unde Chryſoſtomus. *Feræ potius, quàm homini iracundo cohabitandum*

Homil. 29. ad populum Antiochen. *eſt: nam cum ſemel manſuefacta fuerit, ſuam ſervat legem: hunc autem quotieſcunque mitigaveris; rurſus efferatur.* Quòd ſi ejus non poſſis conſuetudinem declinare, diſcas ſaltem ejus compati infirmitati, cum tibi eſt moleſtus, vel convicia, aut ſcommota in te jacit, vel damnum aliquod infert. Quoties aliorum offendimur impudentia, ne iiſdem iraſcamur, proderit ſeriò perpendere, fieri non poſſe, ut nulli ſint in mundo impudentes, ac mali, qui eatenus à Deo tolerantur, ut reſipiſcant; vel ut probis materiem ſuppeditent virtutis exercendæ, ac per illius culturam uberiorem colligant meritorum ſegetem.

87. Septimum curandæ ægtitudini iraſcentis animi alexipharmacum eſt lenitudo, ac manſoetudo, cujus dignitas tanta eſt, ut iram frangat, non alienam tantòm, ſed & propriam. *Eſt manſuetudo*, ait Joannes Climacus, *furentium frenum, iraſcentium expultrix, magiſtra gaudij, imitatrix Chriſti, cælitum proprietas, ſcutum adverſus amaritudinem, ſeu animi acerbitatem.* Manſuetudo iraſcenti, & convicianti non iraſcitur, ſed eblanditur; lædentem non lædit, nec nocenti ullam immittit injuriam; ſed immiſſam remittit:

In ſolil. 2. *Magna eſt virtus* ait Iſidorus *ſi non lædas, à quo læſus es, Magna eſt fortitudo, ſi etiam læſus remittas.* Tunc enim iræ fomenta reprimuntur manſuetudinis frœno; nil enim iræ coercendæ manſuetudine aptius, hac duce nec citra, nec ultra recti limitea truculento iræ affectu deflectimus. Vir mitis iracundiæ procelloſo mari veluti ſcopulus ſupereminet, fluctúſque impingentes diſſolvit. Hinc ait Servator coacto humani generie cœtui, Math. 11. Venite omnes, & diſcite à me non mundum condere, cœlos dilatare, ſtellas accendere, ſolem illuminare, elementa partiri, flores pingere diſcolores, plantas ornare folijs, arbores locupletare fructibus, ſenſus dare animantibus, infirmos curare, leproſos mundare, cæcis lumen reſtituere, mortuos revocare ad vitam. Sed quid Magiſter Chriſtus vult, ut ab eo diſcamus? certè manſuetudinem, quâ iræ impetum retundamus: *Diſcite à me, quia mitis ſum, &* Math. 11.

humilis corde: hæc non modò prima, ſed tota eſt diſciplina, tota enim Chriſti vita, nonniſi aureum quoddam manſuetudinis fuit exercitium. Ad hoc redegiſſe videtur omnes theſauros Sapientiæ, & ſcientiæ ſuæ, ut ab eo diſcamus mites eſſe; idqoe exemplo fortiùs ſuo, quàm verbis nos edocuit: etenim ſi nobis proponamue Chriſtum unà cum ſuis Apoſtolis in medio Judæorum, veluti ſcopum, in qoem omnia maledicentiæ tela, malevolentiæ jacula, ſpicula odij, invidiæ ſagittæ ex eorum pravitate, perinde ac ex pharetra, ex illorũ ſceleratis actibus, velut arcubus intorquebantur, deprehendimus fuiſſe qoidem, *veluti ſignum, cui contradicitur*, ſed manſue- Luc. cap. 2.

tudine iræ impetus irritos fecit: ſola manſuetudine adverſa quæque ſuperavit; ſi arſerunt in illum invidiâ cives; ſi cognati improbè urſerunt, ut ſe mundo manifeſtaret; ſi Apoſtolorum votum fuit, ut illicò ſe probaret, proderétque Meſſiam; ſi infima plebs fuit illum ſecuta non tam cauſa melioris diſcendæ frugis, quàm gratiâ accipiendæ opis; ſi imperiti capere non potuerunt, qua ratione ſe Dei filium diceret; ſi doctiores inſidias ſtruxére ejue doctrinis, ut caperent eum in ſermone, ſola menſuetudine has technas evaſit, & improbos adverſariorum coërcuit affectus, repreſſit iracundiam, quos cum de ſceleribus admoneret in irae accendebantur; ſi noxae eis remitteret obmurmurabant; ſi gratiam eis impertiebat, blaſphemiam interpretabantur; ſi dœmones expellebat, ſéque eorum juratum hoſtem profitebatur, id fieri aiebant potiùs ex familiari, ac clandeſtino utrorumque commercio; ſi Samariam ingredi cupit beneficia Samatitis impertiturus, ab incolie ut Judæorum amicue excluditur; ſi revertebatur in Judæam, Judæi, ut Samaritanum odio proſequebantur; ſi de regno ac regia dignitate ſermonem inſtituebat: veluti ſeditionum concitator accuſabatur; ſi omnia miraculorum genera coram ipſis perpetravit, pro animi libidine alia exigebant dicentes ſe fidem non habituros in factis, niſi alia ab ipſdem petita, & prout ipſis magis liberet, adhuc faceret; & quamvis in id Chriſtus incubuerit

ſtudij,

Digitized by Google

ſtudij, ut omnibus prodeſſet, obeſſet nulli, ſingulis benefaceret, & neminem læderet, adhuc homines toti fuerunt, ut illi omnia mala majora, quæ poſſent, imò & mortem ipſam inferrent; quæ omnia licèt ſuffeciſſent ad mitiſſimum quemque animum exacerbandum; eâdem tamen manſuetudine eorum convicia, oblocutiones, contumelias, odia, & iras compeſcuit.

88. Imò fuit Chriſto animus tam pacatus, & tranquillus in ſingulis illis obtrectationibus, ac ſi nulla polleret in obloquentes authoritate, & quaſi poteſtate careret, quâ ſuam tueretur authoritatem: ſiquidem nulli unquam manum admovit, niſi ut beneficia præſtaret, & nullus fuerit, cui gratiam ipſe non contulerit. Quinimò ſuadentibus Diſcipulis, ut evocaret è cœlo ignem ad puniendam hominum audaciam, eos reprehendit indicans ſpiritum hunc alienum eſſe à ſuo, &
Luc.6,v.59 *ſe non veniſſe animas perdere, ſed ſalvare.*
Idque cauſæ, cur ſponſa, cui manſuetudo ſponſi innotuerat nil avidiùs concupierit, quàm perfundi ejus dulcedine, & oſculum
Cant. 1. oris ſui: *Oſculetur me oſculo oris ſui:* ſed cur non ore, ſed oſculo concupiſcit ſponſa, ut ſponſus eam oſculetur? an quia in primo limine, & acceſſu tanta debent homines humanitate excipi, tanta allici teneritudine, ut minus delicatè videatur ſponſus oſculatus ſponſam, ſi eam ore fuerit oſculatus? an quia vel ipſa labiorum teneritudo reſipiſcenti, ac ad meliorem frugem redeunti aſpera eſſe videatur? nimirum ori oſcula ſupponi debent, quò delicatiùs, ac molliùs reſipiſcentes tractentur.

89. Etiam filius prodigus ad patrem redux oſculi blandimento excipitur reſipiſcens, licèt totam ſuam abligurierit ſubſtantiam; quia homo ita Deo renaſcitur, ſicut in mundo naſcitur, & quemadmodum natum infantem toleramus, vagientem patimur, ſordeſcentem purgamus, eſurientem nutrimus non cinere, ſed lacte; ita quos pravi affectus in ſcelera traxêre, ad ſtudia virtutum illicio manſuetudinis perducendi ſunt. Reſpexit JESUS Petrum lapſum, cui tamen nec cineres, nec cilicia, nec catenas, nec ſaccum oſtendit, imò nec verbo ullo cenſuit ad pœnitentiam revocandum; vocavit Lazarum è ſepulchro, quem ſatiùs duxit ex hiatu extrahere ſola voce, quàm manu; adeo diſcrimini eſt obnoxium tangere illum, qui ſuſcitatur, & è morte peccati reſurgit ad vitam gratiæ: ſcilicet quod præſtare manus debuerat, id ſola vox præſtitit, & munere oſculandi, quod labia obeunt, oſcula ipſa funguntur Cant. 1. *Oſculetur me oſculo oris ſui:* non ore, ſed oſculo ſacer ſponſus animam oſculatur, quò clanculum, & abſque ullo ſtrepitu ad ſaniorem frugem, qui ſeà ſponſo cœleſti avertebant, trahantur: & quia oris oſculum quamvis delicatè blandiatur, adhuc labiorum colliſu perſtrepit, ideo noluit ſponſa, ut ſponſus eam ore oſcularetur, ſed oſculo oris, *oſculetur me oſculo oris ſui*, adeò mitis eſt ſponſus, adeo ad ſe accedentes allicit oſculi dulcedine, ut eos non tangat, ſentiántque reſipiſcentes oſculum tantùm oris eblandientis, non tactum manus ponientis.

Nil fortiùs manſuetudine protervos 90.
flectit, & pervicaces emollit, irámque ſopit; reſponſio enim mollis iram frangit, non alienam duntaxat, ſed & propriam reſpondentis malè laceſſiti, ut notat D. Ambroſius 1. de offic. cap. 21.
inquiens: *Si te contumacia reſpondentis moverit, & perverſitas impulerit ad indignationem, ſi non potueris mitigare mentem reprime linguam tuam. Sic enim ſcriptum eſt* Cohibe linguam tuam à malo, & labia tua ne loquantur dolum. *Deinde*, inquire pacem, & ſequere eam. *Pacem illam ſancti Job vide. & quamprimùm ſedato animum. Si non prævalueris, frænos linguæ impone tuæ deinde reconciliationis ſtudium non prætermittas. Hæc Oratores ſæculi de noſtris uſurpata in ſuis poſuêre libris.* Et mox. *Non conſideres quid ab alijs de te referatur, locum ſerva, ſimplicitatem & puritatem tui pectoris cuſtodi. Noli reſpondere irato ad iracundiam ejus. Citò culpa culpam excuſit. Si lapides teras, nónne ignis erumpit? Ferunt Gentiles, ut in majus omnia verbis extollere ſolent, Archytæ Tarentini dictum Philoſophi, quòd ad villicum ſuum dixerit, ò te infelicem, quàm te affictarem, niſi iratus eſſem. Sed etiam David armatam dexteram in indignatione compreſſerat.*

Sicut incenſa bilis fomentum eſt iræ; 91.
ita ſi bilis extinguatur ſequitur iræ ſedatio: extinguitur autem, vel refrigeratur bilis accommodato ad id cibo, aut potione, vel aſpectu amœno, aëris temperie, ſoli elegantia, & præſertim honeſta quadam animi relaxatione, qua diſtrahitur animus ab injuria ſibi illata, & ab ijs avertitur, quæ iram alere, ſeu potiùs parere conſueſcunt: quibus ſi addatur hominum manſuetorum convictus, retunduntur ab eorum manſuetudine impetus iraſcentis; cum nil magis frangat iram, animúmque cicuret, quàm blanda, molliſque converſatio, ſicut è converſo nil faciliùs iram accendit, quàm convictus iracundorum. Furebat iracundiâ immeritâ Saul in Davidem poſt delatam de proſtrato Philiſthæo victoriam: *Et factus eſt Spiritus Domini malus in Saul, ſedebat autem in domo ſua,* 2. Reg. c. 19, v. 9.
& tenebat lanceam: porrò David pſallebat manu ſua, niſuſque eſt Saul configere David lancea in pariete, & declinavit David à facie Saul. Sed Saul adhuc odij, invidiæ, ac iracundiæ furijs inſtigatus, iterum fit dœmonis domicilium, & iteratò acceſſit ad ſe Davidem, qui lyræ concentu maligni Spiritus impetus coërceret; ſed ſimul modum excogitat, ut hominem de ſe, regnóque ſuo optimè meritum è medio tollat. Epinicion ſiquidem à puellarum choris Davidi cantatum ulcus fuit in pectore livido Saulis, quódque poſt cæſum Goliathum ſe ſe aperuit; cùm enim

Saul ab Orcino ſpiritu divexatus fuiſſet, ite-
rato David adipſum adductus fuit, quò malo
genio citharæ ſuavitate depulſo, priſtinæ in-
ſanientem regem reſtitueret malaciæ; ſed
Saul conatus eſt ſecundò lanceâ transverbe-
rare pſallentem; & ſcelus peregiſſet crudele;
niſi David ſubita capitis declinatione ictum
fruſtráſſet, ejúsque impetum in proximum
deflexiſſet parietem.

92. Saul igitur furore percitus, mente alie-
natus exitium rependit pharmacum ægritu-
dini curandæ exhibenti. Sed David non
ſuccenſet Sauli irato, & contra ſe ferocienti;
quique pretium medicinæ cædem obtulit:
ſed Davidis manſuetudo adhuc Saulis non
fregit proterviam, cacodæmonem tamen
moleſtias ingerentem coëgit miteſcere, adeò
ut lenis Davidis manſuetudo vincula, & com-
pedes illi injecerit, ne in Saulem fureret, quia
Gradu 24. manſuetudo, ut ait Joannes Climachus: *eſt
vinculum, ac nodus dæmonum*, nimirum in-
humanus Saulis furor fuit veluti ſymbolum,
quo dæmonem accerſivit, ut illius corpus
occuparet; ſed manſuetudo Davidis vincula,
& nodos injecit dæmoni, quem iracundia
Saulis evocaverat. Pulchrè ſanctus Grego
Orat. in Baſilium. rius Nazianzenus ait: *Davidis præcipuum
decus, & ornamentum eſt manſuetudo, & ante
regiam dignitatem vis citharæ malum ſpiri-
tum incantans*, mox David furorem decli-
naturus Saulis cautè fugit, & in Engaddi
montis ſpelæo cum ſuis latitat ſexcentis pro-
fugus, ubi à Saule cingebatur tribus milli-
bus fortiſſimorum bellatorum obſeſſus: ſpe
læum fortè naturæ levandæ causâ ingreſſus
Saul; ſuasêre commilitones Davidi, ut obla-
tam ſibi occaſionem Saulis interficiendi non
dimitteret ſuis elabi è manibus; ſed ſuis
tandem perſecutionibus, ac miſerijs finem
imponeret; & facinus auderet pulcherri-
mum, quo uno jugulato omnium ſaluti con-
ſuleret. His vocibus concitatus, ſuóque im-
petu animatus David tacitus adſerpit ad Sau-
lem hoſti exitiali necem illaturus, ſed mox
conſilij pœnitens, ſatis habuit partem chla
mydis regiæ non ſentienti Sauli excindere,
ratus nefas in eum ſævire, quem Deus ipſe ad
imperij faſtigium ſua provexerat electione.
Egreſſo mox è ſpelæo Saule, David quoque
in apertum progreſſus Regem inclamat, qui
cùm ad agnitam vocem ſe convertiſſet pri-
mò ſubmiſſa veneratione inſenſi Principis
animum ſtuduit delinire; mox modeſtè con-
queri, quòd cum ne juſtæ quidem ultioni in-
dulgere voluerit, injuſtis ab eo ſimultatibus,
& odijs infeſtetur; oſtenditque præciſæ chla-
mydis laciniam beneficæ manſuetudinis ſym-
bolum: tunc inopinatam Davidis manſue-
tudinem, ac lenitatem admiratus Saul excla-
mavit: *Jura mihi in Domino, ne deleas ſemen* *1. Reg. c. 24. v. 21.*
*meum poſt me, neque auferas nomen meum de
domo patris mei, & juravit David Sauli.*

Ecce, quibus armis tandem David fu- 93.
rorem iraſcentis Saulis evicit: manſuetudo
fuit, quæ Saulis odium, invidiam, iracundiam
aliáſque furentis animi Megæras ſævientes,
ac debacchantes proſtravit; Saul victus à
manſuetudine Davidis eidem ſe ſubmittit,
eique ſupplicat, ne nomen velit ſuum delere
de domo patris ſui. Inimicis expugnandis,
ac proſternendis potentior eſt manſuetudo
benefica, quàm vis bellica. Eſt manſuetudo
frigidus, ac beneficus latex, quo æſtus extin-
guitur animi iraſcentis. Saul victus à Davide
non armorum impetu, ſed manſuetudinis
blandimento Jusjurandum à victore exegit
benefico, non quòd diffideret mitiſſimæ Da-
vidis indoli, manſuetiſque ejus moribus, ſed
ut ſuam oſtenderet hoſtilem pervicaciam:
appoſitè D. Chryſoſtomus homil. 2. de Da-
vid, & Saule expendens verba illa: *Jura* *ibidem.*
mihi in Domino, ait ad rem noſtram: *Rex
privatum rogat: qui diademate cinctus eſt,
ſupplicem agit; pro filijs ſuis obſecrat exulem;
& hoc ipſum arguit virtutem Davidis, quòd
hoſtis auſus ſit, hæc ab hoſte petere. Nam
quod jusjurandum exigit, non eo facit quòd
diffidat Davidis moribus, ſed quòd reputet,
quod malis illum affeciſſet Jura mihi te non
aboliturum ſemen meum poſt me: hoſtem filijs
ſuis reliquit tutorem, ſuasque proles in illius
deponit manus, dum his verbis filiorum ac
Davidis manus apprehendens, Deum seque-
ſtrum inducit.* Cum tantam Saul in Davide
manſuetudinem agnoviſſet, conjecit ob ſin-
gularem hanc virtutem promotum iri ad
Thronum Iſraelis, quem propterea tutorem
ſelegit filijs ſuis; & chariora pignora ultrò
hoſti concredidit mitiſſimo, ratus Davidis
manſuetudine poſſe filios tueri à quovis ad-
verſario, cùm expertus eſſet ſuam viciſſe ho-
ſtilem iracundiam; Scitè Chryſoſtomus:
Saul egreſſus eſt è ſpelunca, egreſſus eſt autem *Eadem Homil. 2.*
*poſt illum, & David liberis oculis cælum in-
tuens; at tunc temporis magis exultans, quàm
cùm Goliathum dejeciſſet, ac barbari caput
amputáſſet: ſiquidem hæc illâ præſtantior e-
rat victoria, hæc magnificentiora ſpolia, hæc
præda illuſtrior, hoc glorioſius trophæum.
Itaque redijt non barbari illius caput geſtans,
ſed animi commotionem ſuperatam, ſed
iram enervatam.*

DIS-

DISSERTATIO XXVIII.

Is rectè incedit, qui ſpem inter, & metum ritè procedit.

§. I.

Extrema quæque in animi præſertim iraſcentis non coercitis Affectibus, nonniſi perniciem ſpondent, & exitium ſecum trahunt.

1. Pythagoras eruditione multijugus, ac ſcientiarum encyclopediâ toto orbe illuſtris, ne doctrina, quam ſuos edocere diſcipulos conſueverat, ad plebeiorum perveniret intelligentiam ſymbolorum obvolvebat involucris; & præ cæteris iſtud tradidit ſub ænigmatis cujusdam ſymbolo: *ſtateram ne transſilias*: ſeu ſis libripens, æquilibrij amans, ne ad alterum deflectas extremorum: innuit medium humanas inter paſſiones eſſe tenendum, ac terendum, ut ſit homo frugi, ac virtutis eximius cultor; media enim gaudet virtus ſede, à qua ſi quiſpiam recedat, neceſſe eſt conterminum vitium accedat: tritum eſt illud Horatij. Lib. 1. ſatyr.

Eſt modus in rebus, ſunt certi denique fines
Quos ultra, citraque nequit conſiſtere rectum.

2. Eſt enim virtus ex Philoſopho mediocritas duorum vitiorum, alterius ſecundùm exceſſum, alterius ſecundùm defectum ratione ad nos ſervata, adeout hac mediocritate non ſervata, nil boni, nilque honeſti poſſit nobis obtingere; ſicut eadem obſervata, nil poſſit ad bene, beatéque vivendum ſubtrahi; medium deſerentibus id obtingit, quod Icaro Dedali filio; qui unà cum Patre Cretâ fugiens, aliſúmque fretus fiduciâ, cum ultra patris juſſa medium deſereret iter, altiúsque quam par eſſet evolaret, urente ſolis ardore cera, quâ pennæ continebantur, cœpit paulatim liqueſcere, & ab alis diffluere; & ipſe decidit in mare, quod eſt inter Samum, & Myconum, quodque ab ejus nomine Icarium dictum eſſe commenti ſunt Poëtæ, unde cecinit Ovidius. 1. Triſtium.

Dum petit infirmis nimium ſublimia pennis.
Icarus, Icariis nomina fecit aquis.

3. Extrema quæque præſertim in animi tum iraſcentis, tum concupiſcentis pravis non coërcitis affectibus perniciem ſemper ſecum aduehunt; adeout vel ipſa inſperata lætitia plures è vita excuſſerit, ut Rodeium Diagoram; qui cum tres filios eodem die in ludis Olympicis victores audiret, præ gaudii exceſſu è vivis miserè deceſſit. Extrema declinat virtus, & medio gaudet, quapropter definitur à Philoſopho habitus electivus, tenens medium quoad nos, adeóque geometricum, non arithmeticum; neq; illud medium quod in definitione virtutis moralis dicitur tale quoad nos, deſignat ſolam convenientiam, quâ virtus nobis eſt proficua, & congrua: ſiquidem Philoſophus diſcriminat medium rei à medio quoad nos, ait enim Angeſtus ex mente Philoſophi. *Unusquisque ſcientiæ alicujus particeps exceſſum, & defectum fugiens medium quærit, atque eligit, ac medium quidem non rei, ſed quod quantum ad nos medium eſt.* c 11. Mor. Quapropter eſt virtus mediocritas, ſeu medium non qualecumque, ſed geometricum, ſeu quoad nos; & hanc Philoſophi doctrinam, ac definitionem virtutis approbans Seneca, ait: *Cùm ſit utrinque virtutis modus æquè peccat, quod excedit, quàm quod deficit.* B eneſic. c. 16. Et lib. de vita beata id in ipſum repetens, ait: *In virtute non eſt verendum ne quid nimium ſit, quia ipſa eſt modus.* Cap. 13.

4. Si igitur ab hoc medio inter utrumq; extremum virtus deflectat, & alterutri addicatur extremo, à venuſtate deficit virtutis, & vitij contrahit turpitudinem. Hinc Plato

Google

apud Apulæium virtutes vocavit ſummitatec ſimul, & medietates dixit ſummitates eſſe, quatenus vitiorum ordini è regione oppoſitæ longè eminent, eſt enim virtus, quæ ſuns erigit cultores, ut ſupra reliquos emineant homines; vocavit itidem virtutes medietates, eò quia in meditullio quodam vitiorom ſitæ ſint, ut liberalitas in medio utriusque oppoſiti vitii, avaritiæ, & prodigalitatis; hæc enim ſecundùm exceſſum à virtute deflectit liberalitatis, & avaritia ſecundùm defectum, in quo ſenſu dicitur virtus eſſe mediocritas duorum vitiorum alterius ſecundùm exceſſum, & alterius ſecundùm defectum ratione ad nos ſervata, & hanc qui excedit mediocritatem à ratione deficit virtutis, & ut ait Epictetut: *Si quis modum exceeſſerit, jucundiſſima quaque injucunda fient.* Hinc notum illud Cleobuli, qui unus fuit ex ſeptem Græciæ ſapientibus, *modus optimus*, ſeu ut alii explicant, *ne quid nimis, ne quid minus*, quia utrumque virtus reſpuit. Neque diſſentiunt SS. Patres, qui hanc de medio doctrinam luculenter ediſſerunt, præſertim D. Hieronymus in Epitaphio Aulæ, ait enim ſub finem. *Difficile eſt modum tenere in omnibus*, Poſtea ex Philoſophi ſententia ſubdit. *Modus virtus eſt, vitium nimietas reputatur.*

5. Illæ igitur humanæ actiones honeſtatem induunt virtutis, quæ modum hunc ſervant; & illæ ad vitia vergunt, quæ modum hunc excedunt, vel ab eodem deficiunt. Hinc Gregorius Nyſſenus expendens verba illa: *omnia tempus habent*: ſeu ut ipſe interpretatur menſuram, & mediocritatem, (*Homil. 6. in Eccleſia.*) appoſitè ad rem noſtram ait. *Quis neſcit virtutem eſſe menſuram, quâ metimur medium eorum, quæ juxta eam conſiderantur? non poteſt eſſe virtus, cui vel deeſt, vel cui excedit conveniens menſura, ut in magnè & excelſi animi virtute, cujus quod deficit quidem eſt timiditas, quod exſuperat autem eſt audacia.* Sicut corporeæ venuſtatis ſpecies membrorum eſt accommodata proportio, quâ omnia corporis membra ſibi pulchrè reſpondent, ita pulchritudinis ſpiritualis norma in ipſo modo, ſeu mediocritate, qua rectitudini rationis humani actus reſpondent, conſiſtit; extrema in vitium degenerant, qui enim divitiis inhiat, pronus in tenacitatem eſt, & facilè in avaritiam labitur, & qui liberalitatem ſine modo affectat in prodigalitatem cadit: ne igitur ad vitia deflectamus, medium virtutis tenendum eſt; exceſſus enim, & defectus à recta via abducunt, & ad vitia perducunt, quapropter D. Bernardus laudans Philoſophi effatum, *ne quid nimis, ne quid minus* ediſſerit hunc modum, ſeu meditullium inter utrumque extremum, medullam eſſe virtutum inquiens: (*Lib. 5. de conſiderat. cap. 8.*) *Quid enim tam infectia quàm modus? Alioquin ſi quid extra modum relinquit, non planè cuique tribuit, quod ſuum eſt, quod tamen ſuum ipſius eſt facere. Quid tam rurſum temperantiæ, quæ non aliunde profectò temperantia eſt, niſi quòd nil immoderatum admittit? ſed puto fatebere etiam, non minus eſſe Fortitudinis, cùm vel maximè ipſa ſit, quæ ab irruentibus vitiis, & quaſi hinc inde ſuffocare conantibus, purum illud potenter eruit, & vindicat in quoddam ſtabile fundamentum boni, ſedémque virtutis. Ergo modum tenere Juſtitia eſt, temperantia eſt, Fortitudo eſt. Sed vide ne in hoc differant, ut Juſtitiæ quidem in affectu res ſit, à Fortitudine autem efficacia ejus. Porrò poſſeſſio ejus atque uſus, apud temperantiam*

Non tamen hoc medium, in quo eſt, 6.
virtus ſita, intelligendum eſt formaliter, ſed tantùm objectivè, & effectivè; non enim virtus eſt formaliter ipſum medium inter extrema, quaſi ex ipſis componatur; ſed eſt in medio objectivè, & effectivè, quatenus qui ex habito operatur virtutis, non excedit, neque deficit operando, ſed in ipſo meditullio perſeverat juxta præſcriptum rectæ rationis: ſicut enim in itinere rectum dicitur, quod non deflectit à medio, nec vergit ad alterutrum extremum, ſed breviori ſpatio per medium fertur ad terminum, perinde in moralibus illud rectum eſſe dicitur, quod nec hàc, nec illàc deflectit, ſed in medio ſiſtit, in quo ſenſu intelligitur oraculum Sapientis: *non declines ad dexteram, neque ſiniſtram*, regia enim via, per quam tutò ingredimur, media eſt; adeo ut deflectiones virtutum in vitia deſinant.

Neque ita in medio virtus ſedet deſes, 7.
& otioſa, eſt enim virtus actuoſa, non deſidioſa; ex habitibus quidam ſunt veluti emortui, alii verò ſuaptè natura actuoſi, quos inter recenſetur virtus moralis, quæ propterea habitus dicitur electivos: tametſi tutis munus ſit animam quaſi amicire, & exornare, & Gregorius Niſſenus vir- (*Lib de of' hom. cap*) virtutem vocet animæ purpuram, cultúmque regium, non tamen exiſtimandum eſt, hæc ornamenta nuda eſſe, ac otioſa, ſed ut ſuum retineant decus, neceſſe eſt, progrediantur ad opus. Virtus enim niſi ſuas exerat vires, & in actum erumpat, dignitate excidit, & gradu virtutis.

Idque cauſæ Auguſtino fuit redar- 8.
guendi Julianum, eò quia virtutem probro poſſe ſterilitatis laborare effutiverit; eſt virtus, ſi otio torpeſcat, liræ perſimilis, quæ niſi pulſetur, nullum edit harmonicum ſonum; eſt veluti gladius, qui ſi nunquam vagina eximatur palmas, & victrices lauros non demetit: eſt veluti navis, quæ licèt ad profectionem adornata, ad marinos fluctus trajiciendos parata, niſi vela det ventis, vel remigio agatur in portu ſemper conſiſtit, ait enim Philo. *Quòd quieſcit, & ceſſat immotum, imperfectum bonum eſt; nam mala quieſcere expedit, bona verò mo-*

veris

veri; quid enim prodeſt ceſſare bonum tubicinem, aut Citharistam, aut in univerſum quemcunque artificem ſuam artem non exercere? nam ſine actione ſola contemplatio ſcientibus ad nihil eſt utilis. Nec enim Pancratiaſta, pugilve, aut luctator ex arena protruſus ullum fructum è ſtudio ſuo referet; neque abſolutus curſor, ſi corripiatur à podagra. Non igitur ſi virtus eſt, probro laborat ſterilitatis; fœcunda eſt virtus bonorũ operum. D. Ambroſius edocens virtuti propriam eſſe fœcunditatem, & vitio ſterilitatẽ; virtuti pulchritudinem, & vitio turpitudinẽ ait: *Speciosa fucunditas eſt bonorum operum. Contraria enim ſpecioſitati ſterilitas: quoniam qui pravatur ſpecie, vel decore in eo eſt malum: quod autem malum hoc ſterile, & & infœcundum. Cujus rei quod evidentius judicium, quàm natura eſt? terra enim quæ bona eſt, eadem fertilis, & fœcunda, quæ autem mala, ea jejuna, atque ſterilis, quæ verò fertilis, hæc decora. Quid enim pleno agro pulchrius, cum ſeges fluctuat, cùm poma rutilant, vel cum uvarum ſerta dependent, aut baccis onuſta olea curueſcit, vel viridanti gramine montium vertices, & vallium humilia veſtiuntur?*

Lib. de Iſa. cap. 7.

§. II.

Virtus medio gaudet, omnémque corrigit obliquitatem, ne ad extrema deflectat: & ita ſpe alitur, ut metu corripiatur, ac tuta ſpem inter, & metum procedat,

ID virtus operatur, ut errores corrigat, & obliquata rectificet, ne ſuo ipſa abſcedat è medio: ſicut quædam haſtilia detorta, ut corrigamus igni admovemus, & adurimus; imò & adactis cuneis, non ut frangantur, ſed explicentur, elidimus: ita beneficio virtutis ingenia vitio depravata corrigimus domanda: eſt curuitiei dura pervicacia non tantùm leviter ad flexilem congruè mollitiem trahenda, ſed donec exuta obliquitate vitij, rectitudinem induat virtutis: exercenda eſt hominis pervicacia, donec recta ratio detortas tum iraſcentis, tum concupiſcentis animi paſſiones compeſcat, & motus utriúſque ad virtutis trahat obſequium, ne io extrema deflectant vitiorum, ſed io medio conſiſtant virtutis, quod ſine exercitio, & aliqua vexatiooe non contingit: non enim eſt arbor fortis, ac ſolida, niſi io quam ventus frequens incurſat; ab ipſa enim vexatione addiſcit firmiùs radices figere, quibus propriæ conſulat indemnitati: & illæ ſuot arbores cæteris fragiliores, quæ vel in aprico adoleverunt colle, vel humore deſtitutæ non niſi in prima telluris ſuperficie radices fixerunt: virtus tunc in homioe feliciùs vigeſcit, cùm firmiùs ſuas in eodem radices egit, & humanas paſſiones ad ſuum traxit obſequium.

10. Virtus ſimplex eſt, & ſincera, abſque mixtura vitij, & nequitiæ lenocinio; ſed plerumque ingenioſa hominis malitia adnitur pallio virtutis vitium ipſum obregere, & tunc fucata eſt virtus, & perſonata probitas, quæ oculos deludit, virtutem mentititur: ſiquidem, quæ probitas putatur mera eſt nequitia: quò fit, ut homines ſtudio addicti pietatis non minùs à veris vitiis, quàm à palliata hac virtute ſibi caveant: ſunt enim qui nimia ſpe freti divina abutuntur miſericordia, & excuſſo timore delinquendi licentiam ſibi arrogant ſpe innutritâ veniæ obtinendæ: & ſpes tunc ſpecie fucatæ virtutis à timore ſejuncta in vitium degenerat, & quæ illex ad ſanctitatem eſſe debet, ſcandalum fit ad vitia coacervanda non coërcenda: ad id allusit Chriſtus inquiens: *Si oculus tuus dexter ſcandalizat te, erue eum, & projice abs te, & ſi dextera manus tua ſcandalizat te abſcinde eam, & projice abs te.* Sed ſi ſcandalum vitij turpitudinem ſecom trahit, cur non potiùs oculo tribuitur ſiniſtro, manúſque dicitur eſſe ſiniſtra? ſi dextera eſt manus, rectè operatur; ſi dexter eſt oculus, ſiniſtrè nequit aſpicere, proinde nec ſcandalum ingerere, ſi quod dextrum eſt, idem & bonum: ſi probi in judicio univerſali erunt dexteram occupaturi Judicis, & ſiniſtram reprobi, cur non potiùs manui; oculóque ſiniſtro ſcandalum tribuitur? cùm ſit improbitas ſiniſtræ, quæ ſcandalizat, & probitas dexteræ, quæ potiùs ædificat. Sed pro dolor! plerumque etiam ipſa dextera, ipſa virtus, & probitas perinde, ac larva vitio inſervit, quod obtegit, & ſcandalum parturit: utimur plerumque virtutis ſubſidio, quò ad vitia fiat via mollior, & paratior.

Matth. 5. v. 29.

11. Mentita probitas, & fucata virtus ad vitium propellit, & quæ dextera eſſe debet in ſiniſtræ deflectit improbitatem, & ſcandalum ingerit: talis eſt ſpes nimia, quæ à timore diſſociata, veluti jugo excuſſo, & frœno abjecto in ſcelera erumpit. Ita alliciamur ſpe, ut ſimul metu corripiamur; inter ſpem enim, & metum incedentes tutò ambulamus; & ſi hiſce duobus muniatur virtus fulcris ſtat ſecurior: ex amicis ærumnoſi Jobi quiſpiam fuit, qui aliquid allaturus ſolatij dixit in fimeto jacenti. *Si ſubverterit omnia, vel in unum coarctaverit, quis contradicet ei?* & cap. 9. v. 12. *Quis dicere poteſt, cur ita facis?* eſt enim Deus, qui mundum condidit, ac deſpoticum in creaturas omnes jus exercens cœlum, & terram miſcere prout ipſi magis libuerit poteſt, & elementa omnia ſus deque vertere, ac creaturas omnes evertere, nec poſſit quiſpiam ei dicere, *cur ita facis?* proinde licèt mox faveat, ejúſque bonitas ſpem noſtram foveat, debet, & ejus juſtitia probum nobis timorem incutere, ut in-

Job. c. 11. v. 10.

ter ſpem, & metum rectè incedamus: ſi cœlum arrideat, ſi ex voto omnia fluont, & dies nulla fœdus nube lætior nobis illucet, adeò ut ſuavi voluptate permulſi bonum nobis ſit tanta donari proſperitate; extempora tamen ſerenitas cœli obſtrepente tonitru vertitur in procellam, & ubi ſol beneficos ſuos ad nos dimittebat radios; iraſcens cœlum, quæ in nubium officina fulmina cudit in noſtram avibrat perniciem, & ubi dies arridebat ſerena, tetra caligo mœrores ſpergit. Etiam Apoſtolus Paulus raptus fuit uſque ad tertium cœlum, ubi etiam endivit arcana Dei, & prægustare cœleſtis beatitetis dulcedina, ſe ampliùs hominem non noverat in homina limites ſupergreſſus humanitatis; & tamen mox veluti ad otcum detruſus, & è ſummo cœlo in imum ptotrnſus gehennæ ajebat ad Romanos. *Sentio aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ*, & David cujus ſpem adeo in ſolo Deo fixerat, ut nullam ampliùs confuſionẽ vereatur, ac dixerit. *In te Domine ſperavi non confundar in æternum*. Nihilominus paulò poſt conqueſtus dixit. *Projectus ſum à facie oculorum tuorum*. Quaſi ſpes exeruerit, & tolo timore correptus à Deo ſe excluſum deprehenderet; vult enim Deus, ut ite ſpe foveamur, ut ſimul timore cotripiamur, quo tutiores inter ſpem, & metum procedamus.

Cap. 7. v. 23.

Pſal 30.

Pſ 30. v. 23.

12. Placent lilia, quæ in labiis vernant cœleſtis ſponſi, eò quia delicias ſpondent, & ſpem excitant cœleſtis veris jucunditatem enanciſcendi, ſed ſimul timorem incutiunt myrrhæ amaritudine, quam lilia diſtillant. *Labia ejus lilia diſtillantia myrrham primam.* Sed cur in labiis florent lilia, & non potiùs in pectore in ſinûs ornatum? An quia nullibi caſtitas vernat ſuevior, quàm in verbis pudicis? perinde in pudicis colloquiis adolaſcit caſtites, ac per turpia verba fœdatur pudor, & probi corrumpuntur mores? ſed ſi lilia in labiis florent, cur myrrham ſtillant? an quia ruendæ virginitati nil aptius myrrhæ amaritudine, & mortificatione, & caſtitas non deliciis, ſed ciliciis delectatur, quibus ſervatur? Ideóq; licèt flos ſit, non tamen flores germinat? ſed cur myrrham diſtillat? an quia labia diſtillantia myrrham demutantur in lilia? verùm putârim, ideo lilia, quæ in labiis vernant ſponſi myrrham diſtillare; ut ſi flos blendimento candoris in ſpem erigit, myrrhæ amaritudo timoram incutiat, quò inter ſpem & metum rectè procedamus; nec ita deliciarum aſſueſcamus dulcedini, ut myrrhæ, ſeu amaritudinis obliviſcamur. Sponſe myrrham propioavit, ſed per lilia: *labia ejus lilia diſtillantia myrrham primam*, ut floris illicium, ac ſpes deliciarum à timore noo ſejungeretur ſubſecuturæ amaritudinis, ſpem deliciarum lilia nutriunt, ſed quia myrrham diſtillant, timorem etiam incutiunt, ut diſcant ſacri verbi præcones

Cant. 5.

ita fideles in ſpem erigere cœleſtis beatitudinis, ut ſimul timorem ijsdem incutiant æterni cruciatûs, ut inter ſpem, & metum tuti ambulent.

13. Debat tamen myrrha diſtillara, & quidem guttatim, ne tenellæ adhuc plantulæ nimia obruantur alluvione; tunc myrrha ſue amaritudine viria corrigit, quæ deliciarum dulcedo ingeſſerat, ſi è lilio diſtillet; nimirum ſi vir probus virtutum, & præſertim caſtitatis culturæ eddictus timorem excitet, qnie tunc labia diſtillantia myrrham lilla ſunt; fluit tunc myrrhæ ſtillicidium ex oris Concionatoris in pectus auditorum, quia ſi Concionatot vir probus fuerit, ac vitæ innocentiâ commeodatus, & ſtudio virtutum illuſtris, ei credit populus, & quidquid fatur eudientibus ſapit. Verùm ubi textus vulgatus habat *myrrham primam* ſeptuaginta Interpretes vertunt *myrrham plenam*, quaſi perinde ſit myrrha plena, ac myrrhe tranſiens, quie ſi in concionatore mortificatio abuedaverit, expediriùs ad euditores defluet: ſed ſi myrrha ait plena, cur ex pleoitudine non uberrim, & copioſè, ſed guttatim ſtillat? an quia quo quis ſeverior in ſe eſt, eò erga cæteros ſit blandior? Verùm myrrhæ amaritudo, quia ſtillet, & fluit tranſit unà cum præſenti vite; ſed lilia, quæ florent in labiis æternùm verneat, ne myrrham faſtidiamus pertranſauntem, ſed lilium amemus, quod nunquam ereſcer, & æternùm florebit. Quàm longè diſtant labia mundi à lebiis cæleſtis ſpooſi; ex ore mundi mella fluunt deliciarum; ſed labia ejus gledius ſunt, & ſi oſculum figit, vulnus infligit; ſi labiis blandirur, gladio interimit; mella fundit ore, ut minus cautos pelliciat ad labia gladio obarmata, quo feriat. Cœleſtis verò ſponſus myrrham eliquat labiis, quæ flores fervent; propterea copiebat ſponſa oſculum ſponſi. *Oſculetur me oſculo oris ſui*. Sed ſi ſponſi labia myrrhem diſtillant, & amaritudinem ſpargunt, quales ſponſa io labiis ſponſi delicias optat, quæ à dulcedine deficiunt? ſed licèt labia myrrham diſtillent, edhuc lilia ſunt, ideóque per myrrham, & lilia, per cruciatus amaritudinis, & florum delicias; ſeu per blandimenta ſpei, & terriculamenta timoris ad cœleſtis ſponſi delicias pervenire cupiebat; non exhorruit amaritudinem, quæ viam ſterneret ad flores; haurire myrrham non recuſavit, quæ liliis condiebatur: cùm flore ſpes viret, ac varnat, & cum myrrha timor alitur, qui amaritudine animum perfundit, & inde labia cœleſtis ſponſi nobis loquuntur, docéntque tantam ad cœleſtes delicias viam eſſe mediam inter vernantes flores ſpei, & myrrham timoris, cujus amaritudinam ita timeamus, ut nimiam ſpei fiduciam corrigamus.

Cant. 1. v. 1.

14. Etiam ſponſa deſiderio, & ſpe cùm tæneretur ſui ſponſi, eum quæſivit inter timores nocturnos. *Per noctes quæſivi quem dili-*

Cant. 3.

diligit anima mea, quò inter ſpem, & metum rectè procederet, & quæſitum inveniret. Cant. 3. v. 4. *Inveni, quem diligit anima mea: tenui eum, nec dimittam donec introducam illum in domum matris meæ, & in cubiculum genitricis meæ*: ita ſponſa ſpem fovit, ut timorem non abigeret, ſed ut inter ſpem, & metum Cant. 5. v. 2. tutior incederet, non fidit ſoli ſpei, à qua ſibi cavit. Adfuit Sponſus ad fores ſponſæ nocte intempeſta, & ad januam pulſavit, ut ſibi aperiretur. *Vox dilecti mei pulſantis Aperi mihi ſoror mea amica mea, columba* Cant. 5. v. 4. *mea, immaculata mea; quia caput meum plenum eſt rore, & cincinni mei guttis noctium.* Cùm primùm voces ſponſi aures pulſârunt ſponſæ jacentis in lecto indubiè vocem agnovit ſponſi, quem avidè expectaverat, & in cujus acceſſu plurimum ſperaverat: & tamen non ſtatim ſurgit, non currit ad januam, fores non aperit, ſed potiùs ſe ex- Cant. 3. cuſat, eò quia in lecto jaceret ſpoliata. *Expoliavi me tunica mea, quomodo induar illâ? lavi pedes meos, quomodo inquinabo illos?*

15. Quid? quòd ſponſa ſordes contrahere timeat, pedéſque fœdare ad ſponſum accedens, ad quem venire non debuerat aliis paſſibus, quàm pietatis, & amoris? ſi charitas ſordes abigit, ſi pietas pulveres excutit, ad quid ſponſa fœdari veretur properans ad ſponſum, cujus ſola præſentia, mundantur quotquot mundi ſordes deturpârunt? noluit illico properare ad ſponſum, ne ſola ſpe, & deſiderio ducta à recto deflecteret, & ut tutior incederet nocturnum timorem voluit priùs in ſe excitare, ut ſpem inter, & metum procedens tutior ad ſponſum accederet: ſcitè D. Auguſtinus exclamat: Tractat. 47. in Joan. *O admirabile ſacramentum! O grande myſterium! ergone times inquinare pedes, veniendo ad eum, qui lavit ſuorum Diſcipulorum pedes; timet certè, quia per terram venit ad eum*, non latebat ſponſam, fores ſponſo aperiri amoris, ac virtutis eſſe opus, ſed quia toto deſiderio, ac ſpe in ſponſum ferebatur maluit timorem acceſſere, ut ſecurior ſpem inter, & timorem ad ſponſum accederet, *Timet* ait Auguſtinus, *quia per terram venit ad eum*, quamdiu enim pedibus terram terimus, neceſſe eſt, timeamus; quia ubique latent inſidiæ, ubique tartareus auceps ſua expandit retia, nec ſola ſpe tutè incedimus, niſi alterum itineris noſtri extremum metus occupaverit.

16. Hinc cœleſtis ſponſus, qui myrrham ſuis diſtillat è labiis; manus exornat gemmis. *Labia ejus lilia diſtillantia myrrham primam, manus illius tornatiles, aureæ,* Cant. 5. v. 13. *plenæ hyacinthis*, nimirum ſi ſponſus amareſcit in verbis, quæ ex labiis profluunt; diteſcit in operibus, quæ ex manibus prodeunt, quia alliciens ſpe gemmarum; terret metu myrrhæ, & amaritudinis: ſed ſi amaritudo myrrhæ è labiis diſtillat, citò profluit, & evaneſcit; gemmæ verò quia in dextera ſplendent æternùm erunt manſuræ. Et id diſcriminis cœleſtem inter ſponſum, & mundum intereſt; quia in mundi labiis hyacinthi proſtant, ſed myrrha intra manûs digitos latitat; ſervat enim amaritudinem, quâ mella loquitur, & ſpondet.

17. Rurſus manus ſponſi aureæ ſunt, quia hyacinthis plenæ, is ſiquidem in operibus aureus eſt, qui cœleſtia meditatur, & ſperat: quàm bene cæleſtis ſponſus ſpem fovet manu gemmis diteſcente, qui timorem incutit labiis myrrham diſtillantibus: quia ad cæleſtes divitias non pervenimus, niſi incedentes inter ſpem, & metum: has enim inter geminas rupes tranſeundum eſt. Incutit metum Eccleſiaſtes inquiens; *Sunt* Cap. 9. *juſti, atque ſapientes, & opera eorum in manu Dei, & tamen neſcit homo utrum amore, an odio dignus ſit*, hinc non immeritò timor inſurgit, de quo D. Hieronymus ait: *ſcire volui, quos Deus diligeret, & quos odiſſet; & inveni juſtorum quidem opera in manu Dei, & tamen utrum amentur à Deo, an non, nunc eos ſcire non poſſum, & in ambiguo fluctuo, utrum ad probationem ſuſtineant, an ad ſupplicium; in futuro igitur ſciam.* Quòd ſi neſcit homo, quamvis ſtudio addictus virtutum, num amore, vel odio dignus ſit, quis toto corpore non contremiſcat? quis pavore totis viſceribus non frigeat? ne tamen ſolo timore ſinamus nos duci; ſpem excitat D. Auguſtinus inquiens. *Eſt* in Pſal. 149. *quidem modus in conſcientia gloriandi, ut noveris fidem tuam eſſe ſinceram, noveris eſſe ſpem tuam certam, noveris charitatem tuam ſine ſimulatione.* In eandem ſpem erigens D. Cyprianus pulchrè ait: *Viget apud nos ſpei robur, & inter ipſas ſæculi labentis ruinas erecta mens, & de Deo ſemper anima ſecura.*

18. Verùm tametſi veniam ſpoponderit Deus delictorum reſipiſcentibus; num verè quis reſipuerit, certò ſciri niſi Deo revelante nequit; ut quamvis pœnitentiam agentes, & lachrymis ſordes, quas contraximus abſtergentes, adhuc inter timorem ſemper, & & metum incederemus: non carpit quis roſas, nec flores legit verna temperie, niſi timere, & præſtolari didicerit in hyeme; non appellit portum, qui marinos timores non ſuſtinet, & impetus non eludit procellarum. Quos Deus ſpe ad ſe illexit, per timorem voluit ad ſe accedere. Idque cauſæ, cur priſci homines conſueverint Numinum fana in ſylvis conſtruere, ut nimirum qui beneficia ſperarent à Numine, quod colerent, diſcerent per umbriferos ſylvarum timores ſpes ſuas ad Numen deferre; & inter ſpem, & metum incedentes ad optatum votorum finem pervenirent. Hinc Nabuchodonoſor, ut ſolus à turbis coleretur populorum, præceperat Holopherni omnes excidi lucos, ſylváſque radicitùs evelli. *Nam & civitates eorum deſtruxit, & lucos*

cos earum excidit. Præceperat enim ei Nabuchodonoſor, ut omnes Deos terræ exterminaret, videlicet ut ipſe ſolus diceretur Deus ab his nationibus, quæ potuiſſent Holophernis potentiâ ſubjugari. [Judith c. 3. v. 13.] Lucos juſſit excidi cultum deleturus Numinum, quorum profana fana in ſylvis ſurgebant erecta; ut accedentibus ſpe beneficii à Numine obtinendi umbrarum horrores metum incuterent, & ambulantes inter ſpem, & metum voti ſui compotes fierent. Hanc tamen Perſarum ſævitiem deplorat Herodotus [Lib. 7.] eò quia poſtquam hibita ſervitute, ac ultronea ſubmiſſione ſe eis dedititios dederunt Thebani, adhuc ex eis multos interemerunt, plures probroſis inuſſerunt ſtygmatibus, aliiſque infeſtârunt opprobriis; quin & in mortuos renitente natura ſævierunt: ſiquidem jam pridem defuncti Leonidæ corpus ſuſtulerunt in crucem, ſpem veniæ vel ipſis Manibus in ſepulchro adimentes, quamvis ex Platonis [Lib. 5. de legib.] effato *Illiberale ſit putare eſſe hoſtem defuncti corpus.* Quod verò extremum attigit nequitiæ fuit; nec dedititiis civitatibus frui; nec eas ſervare; ſed funditùs evertere, ſylvas ſtirpitùs evellere, lucos excidere, nemora depopulari; arbores abſcindere. Sed quid innocuæ plantæ peccaverunt, quid flagitii nemora perpetrârunt, quid florens, virénſque tellus deliquit, ut ferro mereretur ſauciari Aſſyriorum? An quia luci intertexti urbium pomœriis commune ſoſtinuerunt excidium? id enim videtur indicari ex conjunctione lucorum, cum civitatibus: unde Plutarchus [in Prob.] *Cur quod impenditur in ſpectacula, Lucar vocant? An quod multæ ſint ſylvæ circa urbem dicata Diis, quas appellant lucos?* & Virgilius ad id alluſit.

[1. Æneid.] *Lucus in urbe fuit mediâ lætiſſimus umbrâ.*

·19 Excîdit autem Holophernes opacatos lucos, ſylváſque umbroſas, ne ulla Numina, [Judith c. 3.] minàſque Deorum timere putaretur. *Præceperat enim illi Nabuchodonoſor Rex, ut omnes Deos terræ exterminaret*: Dii ſiquidem Gentium dœmonia, oracula dabant ex arboribus, in luco opacato metū incutiente ſperantibus Numina flectere in ſua vota, quò inter ſpem, & metum optata enanciſcerentur, fieréntque voti compotes: hæcque cauſa, cur nemorum receſſus ſelegerint Ethnici ſua deprecaturi Numina, ut liquet ex Ovidio [Lib. 7. Metamorphos.] & Virgilius cecinit: *Lucóſque ſub atra conſulit Albunea*: Inter ſpem igitur Numina per fuſas preces, vel oblata ſacrificia flectendi in propria vota; & timorem, quem ſylvarum umbroſi receſſus incutiebant ſupplicaturi Numini incedebant; unde Claudianus de raptu Proſerpinæ: [7. Æneid.] *inde timor, Numénque loco.* Cauſa igitur, cur Ethnici Numina inter Nemora coluerint, hæc fuit, ut timorem ex tenebroſis, denſiſque latibulis excitarent in ſperante ab iiſdem beneficium aliquod; ſcitè Statius 4. Theſ.

Nec caret umbra Deo: nemori Latonia cultrix.

Additur: hanc picea, cedrique, & robore in omni.

Effictam ſanctis occultat ſylva tenebris.

§. III.

Quod vireſcit ſpei germen niſi gelidi, ac nebuloſi timoris imbre rigetur, illicò exareſcit; ſitque ſuppliciorum incitamentum, quod doloris erat lenimentum.

SPes, quam in Numinis propitiam clementiam concipimus niſi gelidi timoris imbre rigetur, illicò exareſcit, & 20 ſuppliciorum fit magnes; id expertus eſt Balthaſar poſtremus Babyloniorum Rex. Is feſtivas idolis ſuis ferias acturus, ludos, choreas, convivia inſtituit, ac ſi eſſent Babylonii bachanalia acturi, & victuri, cum nil ſobrium, nilque providum eſſet. Rex enim bibonum anteſignanus optimates ſuos laxioribus provocabat poculis, ac ſi helluando pugnaret, & hoſtem in menſa, veluti in Martis expugnaret campo: immodico madidus vino, ac temulentus ſacra jubet adferri vaſa vino ſpumantia, & in honorem deorum Chaldeorum exſiccanda. Circumeunt profanas inter manus dicata Deo cymbia, ſerviúntque haræ, ceu porcorum ſtabulo, quæ jam pridem aræ inſervierant: ſed dum maximè fervet convivalis luxuria; dum avidiùs in epulis dapſilibus ſeſe convivæ ingurgitant; Balthaſar in adverſum parietem auro illitum oculos injicit, quaſi evaporatam ab exhalantibus ferculis nubem ampliùs ſuſtinere non valeret; ſed ecce videt in pariete digitos ignotæ manûs ſcribentis ex adverſo luminis, menſam ebriam, & crapuloſam illuſtrantis. *In eadem hora apparuerunt digiti quaſi manus hominis ſcribentis contra candelabrum in ſuperficie parietis aulæ Regiæ.* [Daniel 5. v. 5.]

Mox terror ingens ſpectantes invaſit 21. convivas, & præſertim Balthaſarem, in quem feralis dirigebatur ſcriptura: ita eſt, mundi gaudium luctus occupat, & terrenæ lætitiæ affinis ſemper eſt triſtitia: habent tragœdiæ plerumque initia jucunda, exitus verò ſemper triſtes. Initium hilaritatis dedit convivium, & quidem ſplendidiſſimum, in quo præter ingentem fœminarum turbam Proceres accubuêre milleni: ubi propterea uſque ad temulentiam, & natantem vino ventrem calices ſiccabantur, ac omnia tripudiantium, & ebrioſorum vocibus perſtrepebant: illi ſeſe mutuò ad exhaurienda pocula, quà in regium obſequium, quà in Numinum cultum provocabant; iſti in Jovis honorem, alij in Martis cultum, & quidē cum exploſione Judæorum Numinis, cui ſacris ſuis illudebant in vaſis: quin ad Regis, Procerúmque exemplum

tota

tota civitas in epulas itidem, ac lætitiam effuſa erat.

22. Verùm ad objectos ſibi in pariete characteres ignotæ manûs ſcribentis cœpit Balthaſar metu impalleſcere, corpore, totiſque artubus contremiſcere; hæſit vox faucibus; & dentes dentibus colliſi, capilli ſtantes oculi fugientes Balthaſaris pavorem apertè indicârunt. *Tunc facies Regis commutata eſt,*
Daniel. 5. v. 6. *& cogitationes ejus conturbabant eum, & compages renum ejus ad ſe invicem collidebantur*, & quaſi frigido ſudoris imbre algebant corporis extrema, & intra procelloſos vini fluctus cor ipſum naufragium videbatur ſobire. O quàm efficax fuit vis digitorum, qui in alto parietis vertice ſcribentes in menſa inſtructa, epuliſque dapſilibus Regis viſcera dirè lacerârunt! quòd ſi ſola ignotæ manus ſcriptura potis fuit animum diripere Balthaſaris, metúmque ei iocotere, quo toto corpore contremiſceret; quid acturus erit, cum ejus audiet interpretationem? ait Theodoretus: *Si digitorum ſcribentium ſpecies, ita perterruit Balthaſarem, ut etiam articulorum compages diſſolverentur; quid non ſuſtinuiſſet Deo infenſo, ſi fulmina conſpexiſſet; aut Angelos torvè intuentes.*

23. Accerſivit Rex Ariolas, Haruſpices, & Augures, quibus præmia propoſuit, ſi arcana ſcripturæ aperirent, ſed eum nullus eſſet, qui ſenſum componeret characterum: id Nitocris Balthaſaris mater conſilij ſuggeſſit, ut Daniel vocaretur, qui tunc apud genitorē, fratrémque ſumis habebatur in honoribus, eò quia cœleſtium eſſet conſcius ſecretorum; & divinandi ſcientiâ cæteris antecelleret. Aulam introivit Daniel, quamvis vix ab oculis vino natantibus agnoſceretur, cum crapula memoriam omnem, vel excuſſerit, vel deleverit: propterea interrogatur; num is eſſet, quem rerum arcanarū cognitio celebrem in aula Babylonica effecerat: Rex ſpondet ei honores, porpuram, & dignitates; ſi exaratos ab incognita manu in pariete characteres explicaret, quos Chaldæi non valuerunt interpretari: negavit tunc Daniel venalem ſibi ſapientiam eſſe muneribus: vellet tamen deſiderio Regis obſequi, ac parêre præcepto, ac myſticum in pariete exaratum ænigma exponere: præmonuit. que litteras illas occulta ſcriptas manu neutiquam oculorum eſſe Ludibrium, ſed latam à Deo ſententiam, & decretum ſupplicium pro tot patratis ſacrilegiis in direptione templi, ob tot flagitia in profanatione vaſorum, quæ Numinis inſerviebant altari. Summam igitur ſcripturæ hanc eſſe *Mane, Thecel, Phares:* hoc eſt, *Mane numeravit Deus regnum tuum, & complevit illud. Thecel appenſus es in ſtatera. & inventus es minus habens. Phares regnum tuum Medis, & Perſis diviſum eſt.*

24. Edixit interpres Daniel annos Regis ab eo emenſos ſub cujus nutu decurrunt, & temporum vices, & vitæ hominis momenta numerata fuiſſe, acta diſcuſſa, ac veluti in ſtatera librata, ponderis autem injuſti deprehenſa, ſuperante flagitiorum lance; ideóque ſceleribus ita exigentibus ipſum vitâ ejiciendum, & regno excludendum; illúdque Medis, ac Perſis eſſe dividendum. Tametſi interitûs eſſet, & extremi ſupplicij ſententia, immoto tamen corpore, & velutì reſerenata fronte, ac inconcuſſa pectoris firmitate eam Balthaſar audivit, plenóque ſpiritu exaratas in pariete minas accepit. Quid? quòd quem characteres nudi, & ſimplices à manu ignota in pariete exarati turbaverant; lata mortis ſententia timorem excutiat turbationis, nebulas abigat, ac mentē veluti ſereneret? Quinimò ac ſi aliquid proſperi fuiſſet Daniel interpretatus jubente Rege purpurâ induitur, torque aurea ornatur, & cum poteſtate ſupremi Adminiſtri tertius in toto regno proclamatur: ſed quid cauſæ, quòd quem ſcriptura incuſſerat timorem, ejus interpretatio, tametſi mortis ſententiam declaret, excutiat? dicitur Balthaſari Dei vindicis juſſu mortis ſententiam exaratam fuiſſe in pariete, & nihilominus eluit timorem Balthaſae, & priſtinæ hilaritatis accerſit ſerenitatem, ſatagitque Danielem purpura honorare, & torque ornare pretioſo: quia nimirum ſpem conceperat fore, ut ope Danielis eſſet veniam conſecuturus; ſed quia hæc ſpes gelidi timoris non fuit irrigata imbre, illicò exaruit, & ſi timorem Balthaſar excuſſit, ſupplicium non evaſit; quia inter ſpem, & metum non inceſſit, plúſque ignotam ſibi manum ſcribentis extimuit, quam Dei vindicis extremi ſupplicij ſententiam, appoſitè Gloſſa ibid. ait: *Non mirum ſi quamvis audiens triſtia premium ſolverit cum ventura, quæ audierat non ſtatim credidit: Dei enim Prophetam honorando, ſe putavit veniam promereri, non tamen obtenuit, quia ſacrilegium majus fuit, quàm veneratio hominis Dei.* Tametſi ſpem conciperet, Deum placatum iri, & quòd eſſet veniam conſecuturus, quia tamen ita ſperavit, ut timorem excuſſerit, ſupplicium necis minimè evaſit, quia non inceſſit ſpem inter & metum: ſola enim ſpes nimia ingenerat fiduciam, quæ in temeritatem degenerat, nulla eſt impietas major, quàm ob Dei pietatem Deum non vereri, & ob hominis impietatem hominem revereri.

Credidit Balthaſar Numinis manum nullo eſſe armatam telo, proinde Deum metuendum non eſſe cenſuit, & quaſi Epicureus Deum inermem fecit, ut innuit Seneca inquiens: *Tu denique Epicure Deum inermem facis: omnia illi tela omnem detraxiſti potentiam; & ne cuiquam metuendus eſſet, projeciſti ipſum extra mundum,* ſeu extra ſphæram timoris, extra limites pavoris; adeo præ temeritate ſpei Deus beneficus putatur, ut extra objectum metûs dejiciatur; & hæc inſolens eſt audacia, quæ extremum accerſit ſupplicium. Deus eſt qui numerat ſtillas pluvia- 25.

Lib. 4. de benef. c. 19

pluviarum, ſecernit Oceani guttulas, dividit arborum folia, partitur areoæ grana, & temporis momenta annos Imperij Balthaſaris duos ſupra viginti numeravit, ejuſque actiones, cogitationes, & verba ad trutinam appendit juſtitiæ ſuæ; & cùm in lancem unam veniſſent vitia, & flagitia; & in alteram virtutes, hæcque deprehenſa fuerit minus habens, & altera magis præponderaret, licèt ope Danielis ſpem obtinendæ veniæ conciperet, quia tamen timorem à ſe excuſſit hoſtili Perſarum acinace interemptus cecidit. *Eadem nocte interfectus eſt Balthaſar Rex Chaldeus. Et Darius Medus ſucceſſit in regnum annos natus ſexaginta duos.* hæc enim verba licèt paucula grandem tamen referunt cataſtrophem: quid enim triſtius? menſæ priùs vino natantes mox ſanguine madent: ubi tripudiantium chori ſuas duxerunt choreas, mox in orbes feruntur ſtrages funerum: ubi priùs hilaritas convivij riſus excitabat, mox funeris acerbitas omnia replet triſtitia: ubi cantus blandè per aures in animum ſe inſinuabant demulcendum; jam nonniſi luctus reſonant; nonniſi cum ſanguine lachrymæ funduntur; nec aliæ audiuntur voces, quàm clamores occidentium, & ejulatus morientium: ubi convivia, & epulæ exultaverant, crudelitas, & trucidatio ſæviunt; & ubi convivantes ſaltus, tripudia, & cantus dedêre, nunc armati militis ſævitia nonniſi excidia imprimit in inflictis vulneribus, Perſicis enim gladijs vulnerantur, trajiciuntur, & interimuntur convivæ, imò & Babylon ipſa ſuſdéque evertitur, incenduntur palatia, ruunt ſublimes culmine turres, & civitas tota in buſtum, tumulum, ac lapidum concidit acervum, quam tragœdiam in proſcœnium duxit Jeremias: *Suſcitabo ſuper Regem Babylonis, & ſuper gentem illam in ſolitudines ſempiternas; acuite ſagittas, implete pharetras, quoniam ſuſcitavit Dominus ſpiritum Regum Medorum; & contra Babylonem mens ejus eſt, ut perdat eum, quoniam ultio Domini eſt, ultio templi ſui*, & paucis interjectis: *Et erit Babylon in tumulos habitatio Draconum ſtupor, & ſibilus, eò quòd non ſit habitator*, cui ſuccinit Iſaias cap. 21. *Cecidit Babylon, & omnia ſculptilia Deorum contrita ſunt in terram.*

Daniel. 5. — Jeremiæ. cap. 51.

26. Spes veniæ, quam Balthaſar conceperat, quia imbre timoris irrigata non fuit, exaruit, & nullum præter ſupplicium ei fructum attulit: timor enim eſt, qui ſpei aſſociatus ab imminenti liberat diſcrimine; imò eſt timor ad divina luſtranda, & prægustanda oculorum collyrium; eſt fax prælucens, viámque præſignans ſalutis; qui enim ſpem inter, & metum procedit, tutè incedit: eſt hæc ſpei, & metus confœderatio, quæ tartareos quoque impetus retundit, & de proſtrata viriis victoris præſidio glorioſè triumphat; Quia in ſpeculo ſpei, & timoris tota ſe chriſtianæ vitæ perfectio exhibet inſpicienda; imò & ipſa divinæ Majeſtatis forma; ut reſiliente ſpecie cœleſtis charitatis, ardorem veluti ex gelida metus chryſtallo reſilientem homo percipiat. Timor enim Dei ſpei conſociatus hominem ad cœleſtia evehit, ac in mentes traducit immortales. Sunt ſpes, & metus veluti duo bajuli, qui incedentes ſpem inter, & metum tutò ferunt, atque ſperantes ſimul, & timentes fulciunt, ne cadant.

27. Holophernis iras, mináſque truces timuerunt Iſraelitæ, ſed quia in ope etiam ſpectârunt Dei, quem reverentes, & pavidi timebant, ſpe illecti, & timore conciti confeſtim migrârunt in templum, ubi quaſi pædagogo timore, & ſpe promotrice in Dei ſe agnitionem transmiſerunt. *Timor, & horror invaſit ſenſus eorum, ne hoc faceret in Jeruſalem, & templo Domini, quod fecerat cæteris civitatibus, & templis earum.* Sed cur non timent fortunarum diſpendium, ſobolis orbitatem; ſtigmata ſerviliter inuſta, cenſúſque prædivitis jacturam? quia totam ſpem in eo collocaverant, quem timebant, ſeu in Deo, qui ex anguſtiis eos ſemper eripuerat; & Divini timoris ſtimulus ad templum eos recta perduxerat, non ad temporalia detorſerat. qui enim ſpem inter, ac metum ita procedit ad Deum ſemper accedit: templum, ſeu Dei cultus, & Dei timor quadam ſemper copulantur neceſſitudine. Dei aula templum eſt Numinis ædificium timor: ubi Dei timor adoleſcit, ibi Deus inhabitat; quòd ſi odor divinitatis ſacris evaporatur in precum, ac ſpei ſuffitibus; Dei agnitio in thymiaterio divini timoris ſpirat. In calculo bonorum Dei principalior cenſus Divinus computatur timor, veluti divinitatis aſſecla; imò & ſpecies; ut dum Deus ſe amari concupiſcit, non timeri, ſuam veluti ſatagat divinitatem occultare, ne ſi pateat, timorem incutiat: hæc fortaſſis induendæ carnis, noſtræque mortalitatis aſſumendæ origo fuit; cum ad amorem ſui vellet frigeſcentem mundum allicere, ac inflammare; ne quos amore pelliceret, timore terreret, ſuam noſtra humanitate voluit divinitatem obtegere; quia Dei Majeſtas tanta eſt, ut ſola ejus cognitio timorem incutiat, ſcitè Chryſol. *videns Deus mundum labefactari timore continuò agit, ut eum amore revocet, invitet gratia, charitate teneat, & ſtringat affectu.*

Judic. cap. 4. v. 2. — Serm. c. 47.

28. Imò Dei notitiam à ſe abigit, qui Dei timorem in ſe non fovet. Hinc ad Abimelech, quem Deus ob ereptam Saram mortis deſtinaverat ſupplicio, dixit Abraham Geneſ. 20. v. 11. *cogitavi mecum dicens: Forſan non eſt timor Dei in loco iſto, & interficient me propter uxorem meam.* Quid? quòd inter Idolorum cultores, quos vera Deitas latebat, anceps hæſerit Abraham, num timor Dei eſſet? quod ſub cognitionem non cadit, timorem non incutit; id enim timetur, quod aliquid poteſt nocumenti inferre; cur igitur eùm Abraham non ignoraret veram Dei notitiam, ac veritatem idolorum

illos

illos latere cultores, dubitaverit, num Deum timerent? quem enim ignoraverant, timere non poterant. Hanc difficultatem ſolvunt ſeptuaginta Interpretes, qui pro timore legunt pietatem, & religionem: quaſi perinde ſit Deum timere, ac eum colere; nec à vero Dei' timore divelli poſſit verus Dei cultus. Non hæſit anceps Abraham, an gentes illæ cùm inſervirent idolis à noxa arcerentur. ſed dubitavit, cuinam Numini coltum exhiberent, veróne, an idolis? appoſitè Lippomanus, *Mirificè commendantur hîc ſeptuaginta Interpretes qui timorem Dei verterunt, pietatem, Deique venerationem, & cultum; declarantes nihil eſſe aliud, Deum in ſacris litteris timere; quàm apud gentes Deum venerari, piéque colere, ut eorum occurrerent calumnijs, qui putarent ſuperſtitioſos, quòd hi timere Deum dicantur, eò quòd ſuperſtitio ſit vanus Deorum metus, eúmque reformidare, qui minimè ſit noxius; itaque timere Deum, nihil aliud eſt, quàm Deum colere.* Cùm dubitaverit, num populi illi Deum timerent, anceps hæſit, num verum Deum colerent, quia ea eſt divini timoris natura, ut pietatem inſpiret, & cultum dedoceat idolorum, ſpem excitet ſalutis, cui gaudet adſociari, ut Dei cultor ſpem inter & metum tutè incedat.

29. Hanc mediam viam ſpem inter, & timorem perambulavit David, cùm enim dixiſſet: *In te Domine ſperavi*, & Pſalm. 4. v. 9. Pſalm. 30.
In pace in id ipſum dormiam, & requieſcam, quoniam tu Domine ſingulariter in ſpe conſtituiſti me. & Pſalm. 60. v. 5. *Quia factus es ſpes mea, turris fortitudinis à facie inimici*, & Pſalm. 61. v. 9. *Spes mea in Deo eſt, Deus ſpes mea*, poſtea Pſalm. 118. v. 120. ne ſpes ſejuncta eſſet à timore, ſed ſpem inter, & metum tutè incederet, Deum enixim rogavit, licèt jam timore correptus, ut jaculo timoris membra ſui corporis configeret: *confige timore tuo carnes meas, à judicijs enim tuis timui*: ſed ſi timor animo inhæret, à quo procedit, cur efflagitat David, ut timore carnea ejus configantur; cur petit, ut timor veluti clavus injectus animo, etiam corpus figat, & corpoream molem perforans, compages itidem, & medullas trajiciat uſque ad animam clavorum cuſpide transfigendam? cur rogat, ut incuſſus à Deo timor ſubintret, & viſcera omnia, præcordiorúmque receſſus intimiores penetret? an ut corpus, & animus hoc uno, eodémque clavo tranfixi firmiùs, ac immobiliùs Deo adhæreant, à quo timore confixa corporis membra ſejungi non poſſint? ſcitè Genebrardus. *Transfige carnes meas timore tuo tanquam clavis, ut caro tibi vivat perfora, & penetra, timor ejus altè intret in cor tuum.* Ideo expoſcebat David ſperans in Deo timore configi corporis ſui membra omnia, quò immobiliùs Deo adhæreret, & ne ullum corporis ſui membrum à media virtutis via deflecteret, & vitio indulgeret. Timor enim pedes compeſcit, ne ad lupanaria pergant; manus coërcet à furto; oculos arcet a concupiſcentijs; carnem frœnat, ne inſoleſcat libidine; ſuperbiæ præſumptionem depellit; petulantiam expungit; temeritatem obliterat; & modeſtiam fovet, verecundiam promovet. Hinc Tertullianus loquens de hoc ſancto timore ai[illegible]t. *Timor hominis Dei honor eſt*, Lib. de pœnit. cap. 7.
quia timens Deum humanam ſatetur imbecillitatem, & poteſtatem adorat cœleſtem. Præmiſerat Tertullianus: *Hæc enim prima audientis intinctio eſt, metus integer.* Vocat Dei timorem metum integrum; quia Cap. 6.
vitæ integritatem, & morum promovet candorem: & ſicut pictores niſi parietes dealbent, nequeunt colores inſerere; eò quia prævia hæc dolatio præambula ſit, & neceſſaria ad picturam formandam diſpoſitio: perinde niſi metus integer animum diſponat, ac veluti intingat, Dei effigies in eodem non pingitur. Hinc idem Tertullianus ait: Lib. de cultu fœminar. c. 2.
Timor fundamentum ſalutis eſt: præſumptio impedimentum timoris: utilius ergo, ſi ſperemus nos poſſe delinquere: ſperando enim timebimus, timendo cavebimus, cavendo ſalvi erimus.

§. IV.

Plena eſt periculis ſpes, ac diſcriminibus cincta, niſi ſacro timori conſocietur. Is probè agit, qui ſperans, nunquam metum à ſe abigit.

IS viam ſibi ſternit ſalotis, qui medius ambulat ſpem inter & timorem: plena eſt 30.
periculis ſola ſpes, ſi metu ſit deſtituta; tota verò ſi timori conſocietur: qui enim tantùm ſperat, ſibi fidit, nec ſibi cavet; nec ſolicitus invigilat, & dum imprudenter ſibi de ſecuritate plaudit, faciliùs præceps corruit. Idque cauſæ, cur David, tametſi à Deo conſtitutus in ſpe: *Quoniam tu Domine ſingulariter in ſpe conſtituſti me* tutum Pſalm. 4.
ſe non cenſuit, donec Dei timore membra ſingula corporis configerentur: *Confige timore tuo carnes meas*, quaſi dicat ſecurus Pſalm. 118.
non ſum, licèt plenus ſpe, niſi timor, quem in animo verſo in carnem meam deducatur, & inſtar acuti clavi carnes meas transfigat, ut aptè expendit Euthymius inquiens: *Dum judicia tua lego in animo quidem timore corripior, ipſum tamen corpus hujuſmodi timore non caſtigatur; tu igitur confige & ipſum corpus hoc timore.* Sed ſi jam timuit, & timor altiùs animo inſedit, cur expoſcit etiam carnem timoris clavo configi, *confige timore tuo carnes meas, à judicijs enim tuis timui*, Imò quia jam timuit, adhuc timere ſolicitat, & timore, quo animus concutiebatur, timorem efflagitat, quo carnes configantur: timere judicia Dei ad animum pertinet Dei judicia cogitantem, & perſcrutantem, caro

autem meditatione non diſquirit. Timor igitur in Davide animum deprimebat, & veluti infixis clavis Deo nectebat, & ut eodem clavo, ejus caro Deo adhæreret, popoſcit eodem timore carnes transfigi, ne per illecebrarum lubrica flueret, & mundi illecta voluptatibus à cultu Dei ſejungeretur.
Ibidem. Appoſitè D. Auguſtinus: *Quid ſibi vult, quod cùm dixiſſet confige clavis à timore tuo carnes meas, addidit à Judicijs enim tuis timui? Quid eſt, confige à timore tuo, timui enim; ſi enim jam timuerat, vel timebat, cur adhuc ut à timore ſuo Deus crucifigeret carnes ſuas, orabat? An addi ſibi volebat timorem, ut tantùm timeret, quantum ſufficeret crucifigendis ſuis carnibus? id eſt concupiſcentijs, affectibúſque carnalibus, tanquam diceret perfice in me timorem tuum timui enim à judicijs tuis.*

31. Licèt timor animo inhæreat, cujus eſt fœtus, perficitur tamen ſi transfuſus in corporis membra animi tum iraſcentis, tum concupiſcentis depravatas configat affectiones, carnales concupiſcentias, vana deſideria excutiat, amorem venereum extinguat, exitialia odia abigat, infeſtantes triſtitias obliteret, inſanas iracundias frœnet, & reliquis inſoleſcentibus paſſionibus frœnum injiciat; quo pacto Dei timor perficitur, cùm Dei timore corpus configitur; & veluti laxato ſpatio, timor animo inhærens ad carnem deſcendit, & ejus membra configit, quia tunc totus homo ſpe, & metu præmunitus firmior ſtat; & in eo cor, & caro exultant in Deum vivum.

32. Niſi velimus dicere, timorem ut, & ſpem animo quidem hærere, & tunc carnem, & oſſa non habere; & nihilominùs, quo expoſcebat David timore configi carnes ſuas, animi fuiſſe, non corporis timorem, eò quia carnalibus cogitationibus, vel ipſe Spiritus fit caro; & anima illecebroſis diſtenta deſiderijs, quaſi palpitantibus vitiorum venis molleſcit, ac obeſâ aruinâ pravorum deſideriorum pingueſcit, & Spiritus in fluidam exundat materiam: has igitur carnes, quæ ex indulgentia vitiorum in ſpiritum defluxerant transfigi timore petijt, ut quidquid animi, & ſpiritus eſt, id Dei referat effigiem, quæ in ſolo imprimitur animo. Pulchrè D. Ambroſius expendens verba David. *Et fortaſſe ſunt carnes quædam animæ, ſicut corpus eſt animæ; carnes animæ ſunt carnales cogitationes. Configat has carnes timor Domini & judiciorum ejus, & ſervituti redigat: quòd ſi carnes iſtæ rejiciunt clavos divini timoris; haud dubiè dicitur: non permanebit Spiritus meus in his hominibus, quoniam carnes ſunt, niſi igitur affigantur cruci hæ carnes, & configantur clavis à timore Domini non permanebit in his Spiritus Dei.* Sed cum clavorum meminiſſet Ambroſius, quos Dominicus timor percutit, illicò Calvarium conſcendit, dominicam adit crucem, in qua Deus regnavit à ligno, quia quas acumine ſacer timor carnes perforat, eaſdem veluti in ſpiritum translatas ſurſum elevat; hoc eſt à clavis timoris, à ligno paſſionis ad Regnum cœlorum.

Timor igitur carnes configit timentis, ut jam totus vivat in amore Dei miſerentis; hinc à Regno excluſus fuit latro, qui Dei timorem à ſe excuſſerat, in cujus irreverentiam inſiliens probus latro dixit: *Neque tu times Deum, qui in eadem damnatione es.* Excuſſo enim Dei timore in damnationem ſe injecit, à qua beneficio timoris alter ſe avertit: cùm enim timor DEI è Chriſti cruce erumpens in omnes ſibi vicinos debuiſſet effluere, nec in cruce alij clavi, quàm timoris infigi; nequam tamen latro, quia noluit hiſce timoris clavis configi, & Deo affigi, ſe ipſum perdidit, Secus probus latro, quia Dei timorem non abegit, ſalutem propriam egit, & Dominum faſſus eſt, *Dixitque, Domine memento mei, cum veneris in Regnum tuum:* unde non eſt cur miretur Chryſoſtomus, qui latronem alloquens ait: *Crucifixum aſpicis, & Dominum profiteris! condemnati vides figuram, & Regis prædicas dignitatem! mille malis imbutus poſtulas juſtitiæ fontem reminiſci tuæ nequitiæ!* In crucis gymnaſio optimo fuit probus latro uſus pædagogo, Dei ſcilicet timore; proinde non mirum ſi momento temporis adeo profecerit, ut faſtigium Chriſtianæ attigerit Diſciplinæ, & Deum faſſus fuerit in ligno pendentem, & ſalutem humani generis agentem, Regnúmque cœlorum crucis clave hominibus aperientem. 33.

Luc. 23.

Ea eſt divini timoris indoles, ut cum carnem ſuo perforat acumine, intra ejus foramina Dei rimetur Majeſtatem, & ſalutem inveniat, ubi perditio imminebat. Hinc Samuel ſalutis populorum ſtudioſus horriſonam excitavit procellam, quâ populo Dei timorem incuteret: noverat enim Dei timorem ſalutis eſſe tutamentum & primarium ſalvationis fontem; *Et timuit omnis populus timens Dominum:* ſed dum timore concutiuntur populi, adnititur timorem excutere; *noluit timere*; ſed cur nunc timorem depellit, qui ad eundem incutiendum procellam excitaverat? quia nimirum ut expendit Cajetanus, Timori voluit de timore ſubvenire, Docuit Deum timere, & eodem timore pericula propulſare, ut timentes ſperarent, & ſperantes timerent, ac incedentes inter ſpem, & metum, tuti procederent, & ſecuritatem ſibi adſciſcerent, ſola enim ſpes ſecuritatem non accerſit, niſi eidem timor acceſſerit. 34.

1. Reg. c. 12.

Idque cauſæ cur ſub ipſo mundi exordio ſerpens, ut cùm primis hominibus totum humanum genus perderet, in id incubuit ſtudij, ut timorem excuteret à protoparentibus, quibus Deus ad ſalutem incuſſerat: commodavit ſerpens linguam cacodœmoni ad confuſionem invehendam, & ad 35.

per-

by Google

perditionem inducendam, cùm enim Deus
ſalubrem mortis timorem primis homini-
bus objeciſſet, quos à transgreſſione præ-
cepti arceret; doloſus cacodæmon ſub men-
tita ſerpentis ſpecie pietatem ſimulans, &
odium fovens truculentiſſimum, ad mulie-
rem acceſſit, quam cum noviſſet metu mor-
tis arceri ab eſu ſibi interdictæ arboris: me-
Geneſ. 3. tum hunc ſategit excutere, mortíſque peri-
culum omnino delere: *Dixit ſerpens ad
mulierem: nequaquam morte moriemini.*
Ecce quem Deus protoparentibus mortis
timorem incuſſit, ut ſtarent; cacodæmon
excuſſit, ut cadarent. Hunc autem timo-
rem excuſſurus ſerpens ſubter arborem in
caudam, pedéſque erectus, vel arboris ra-
mis circumvolutus, veluti homo hominem,
& ſoror ſororem affatur; & Evæ mira ſer-
monis illecebrâ ſibi benevolentiam captat,
& timore excuſſo virus peſtiferæ cupidita-
tis, & excellendi ſupra humanum faſtigium
inſtillat dulcedine libertàtis pleniſſimæ mix-
tum: *Nequaquam moriemini eritis ſicut Dij.*
36. Finxit blandiſſimè loquens mulieris
commodum, & excellentiam procurare, ſed
dum mellitis verbis pietatem mentitur, o-
dium fovet lethale, & virus propinat exi-
tiale: latitat perſæpe in cordis latebris, ani-
mique receſſibus intimis doloſa intentio ar-
tificioſæ benevolentiæ larva contecta, ac
contrarijs perſonata fucis: oris enim men-
titur extima ſpecies, & oculorum fallit aſ-
pectus: ſed niſi cacodæmon incuſſum à
Deo primis parentibus mortis timorem ex-
cuſſiſſet, minimè primi homines defeciſſent;
ſed dum mortis periculum, & timorem im-
minuit, lethale odium incrementavit; &
mortem invexit, quam non timendam e-
dixit. Id intereſt diſcriminis inter Deum,
& hoſtem tartareum, quia Deus timorem
mortis incutit, ne homo moriatur; Dæ-
mon verò timorem excutit, ut non timen-
tes interimat. Geneſ. 4. v. 7. alloquens Deus
Cainum triſtitiâ exulceratum ait: *Nonne
Lib. 4. in Geneſ. c. 4. ſi bene egeris recipies, ſin autem malè ſtatim
in foribus peccatum aderit?* objicit pœnam
ſceleris pediſſequam, ut timorem incu-
tiat, furorem coërceat, & turbatum ani-
mum ſedet; hoc eſt Deus ut humanæ ſalutis,
hominiſque amans, metum ſupplicij incutit;
quod imminet periculum, declarat; & ti-
morem improbis coërcendis affectibus ap-
tum frœnum adhibet, ne homo præceps
ruat; ſed ſpem inter, & metum ſecurus in-
cedat: ſecus hoſtis tartareus in id incumbit
ſtudij, ut omnem abigat Dei timorem, omne
diſrumpat injectum depravatæ paſſioni
frœnum, & viam laxet ad ſcelera proclivem:
ſcitè Rupertus: *Percunctando vocat illum,
mitis ad miſericordiam, ad conſcientiam
ſuam, invitat eum ad cor ſuum, ut videat
Lib. 4. in ipſe, quid cogitet: bonum ſcilicet, an ma-
Geneſ. c. 3. lum? Ampliùs autem ſubjungendo, nonne ſi
bene egeris recipies? forti illum inſectione
pulſat, ut vultum ſuum ſublevet à terra, ut
mentis oculos ſuſtollat à terra, ſcilicet ut
trabem de oculo ſuo ejiciat. & procul aſpiciat,
videátque prudenter quid magis expediat,
quid eventurum ſit; quis finis, quis fructus
ſuccedat: ſi malum quod cogitatione deli-
berat, opere perficiat.* Deus incuſſo timore
frœnum injicit depravatis affectibus, ne hi
hominem perdant: dæmon autem timorem
abigit, ut frœno diſrupto hominem in ſce-
lera rapiat, ac infeliciter perdat. Deus
veram prodit cum homine amicitiam; dum
imminentia oſtendit pericula, & impetus
coërcet paſſionum, ne iſtæ hominem in præ-
cipitium trahant: ſecus cacodæmon fraudu-
lentus probatur, & ſubdolus, dum excuſſo
timore eminentias ſpondet dignitatum, ut
profundiùs præcipitet in barathrum iniqui-
tatum.
Qui Dei timorem à ſe abigit, ſpem 37.
etiam libertatis à ſe projicit, & amandat;
quia ſine gelidi timoris imbre ſpei vigor o-
mnis exareſcit, & deflectens homo à medio
itinere, ſpem inter & timorem, fœde ruit in
ſcelera, & ab humanitate dediſcens bruti
induit naturam, & ignobili vitij jugo cogi-
tur collum ſubmittere: quòd ſi quævis ſer-
vitus amaritudinem propinat, ea eſt reli-
quis amarior, ac uberioribus deflenda la-
chrymis, quâ homo duriſſimo peccati jugo
ita miserè premitur, ut vincula deſperet dis-
rumpere, jugúmque frangere: appoſitè Se-
neca: *Libertas eſt animum opponere injurijs, Lib de conſt. ſapientis. cap. 19.
& eum facere ſe, ex quo ſolo ſibi gaudenda
veniant; exteriora deducere à ſe, ne inquieta
agenda ſit vita, omnium riſus, omnium lin-
guas timenti.* Quòd ſi libertate non gau-
det, qui vitijs non obſiſtit, & pravis ſe non
opponit affectibus; in quod abjectum non
dejicitur famulitium, qui nec opponere ſe
vitijs ſatagit; & omne ſpei ſolatium à ſe ex-
pungit? id autem præſtat, qui excuſſo ti-
more in omne prorumpit ſcelus, omníque
indulget vitio.
Herodes ambitionis vernula, morúm- 38.
que peſtis cum audiviſſet Deum in terris na-
tum, & Regem Regum ab hominibus ado-
rari fluctibus cœpit acerrimi timoris quaſſa-
ri, & obrui: *Audiens autem Herodes Rex
turbatus eſt, & omnis Jeroſolyma cum illo.* Matth. 2. v. 3.
Quid? quod Jeroſolyma audiens ſalutem
ſibi appropinquare extimeſcat, & adven-
tum ſui Salvatoris perhorreſcat? quia ni-
mirum jam dudum Dei timorem excuſſe-
rat Jeroſolyma, quò liberiùs vitijs indul-
geret, & peccatorum fluctibus obruta ocu-
los à cœlo averterat ſordibus defixa terrenis;
hinc cùm primùm Chriſtum veniſſe audit,
Judicem timet punientem, quem non ſpera-
verat miſerentem; fuit timor ille ſpe deſti-
tutus; fuit timor, non qui frœnum injice-
ret concupiſcentijs, praviſque affectibus,
ſed qui ſupplicia noluiſſet, nec peccandi li-
centiam ſibi adimi; talibus enim fuit ſce-
lerum aggeribus illigata civitas ob Dei ti-
morem jam pridem excuſſum, ut non cre-
dede-

didetit futuram ſibi veniam, cujus ſpe deſtituta duriſſimam tantùm extimuit mulctam; & cum audit Chriſtum veniſſeæ, quitatis veretur vindicem, & ſcelerum extimeſcit Judicem: huc accerſendus Chryſologus: *Devotus miles poſt conflictum, poſt victoriam præſentiam Regis optat, ut præmijs ſudores, & vulnera remuneratione compenſet; ſic ad palmam ſuam cupit venire Chriſtum, qui bella mundi indeſeſſa virtute proſternit: ſic Chriſtum venire non vult, qui ſuperatus illecebris ſæculi de pœna trepidat, de venia nil præſumit.* Urbs quæ ſæculi illecebris, & mundi voluptatibus, ut indulgeret omnem à ſe Dei timorem excuſſerat; ſpem etiam obtinendæ veniæ à ſe abegerat; proinde Judicem timet accedentem, quem non ſperat habere miſerentem; ſed veretur experiri mulctantem: quos ſcelera à Dei evelſunt timore, à ſpe etiam retrahunt veniæ obtinendæ, quò fœdiùs ſceleribus inſordeſcant.

Serm. 158.

39. Lethali ægritudine correptus fuerat Lazarus, cujus ſorores Chriſto periculum ſtatim denuntiant ægroti; qui tamen pedes non ſolicitavit, iter non inſtituit, ut ægrotantem Lazarum priſtinæ reſtitueret ſanitati, & ſororum lachrymas abſtergeret, mœrores abigeret; ſed permiſit, ut mors ſuo gelu Lazarum extingueret, & ſepulchri fœtor etiam accedentes ad ipſum arceret: triduum jam defluxerat cum ſorores ſolaturus, acceſſit JESUS; cui difficile non erat mœrorem in gaudium, dolorem in ſolatium, mortem in vitam, & ſepulchrum in cunam commutare; vocat Chriſtus Lazarum in ſepulchro quatriduanum, ut ſurgeret, & foras è ſepulchralibus umbris ad lucis veniret uſuram Joan. 11. *Lazare veni foras.* Judæi verò adſtantes, dum audiunt Chriſti amicum ad vitam revocari, accerſitis triſtitiæ nubibus per oculos in pluvias liqueſcunt lachrymarum, & mœrentis animi pavorem repetitis ſingultibus confitentur: *Maria cùm veniſſet ubi erat JESUS videns eum, cecidit ad pedes ejus, & dicit ei, Domine ſi fuiſſes hic non eſſet mortuus frater meus. JESUS ergo ut vidit eam plorantem, & Judæos, qui venerant cum ea plorantes, infremuit ſpiritu, & turbavit ſe ipſum.* Quid? quòd Chriſtus Lazarum è mortuis revocaturus infremuerit, ſéque ipſum turbaverit? quia ſcilicet Judæi cum peccandi licentiâ omnem à ſe Dei timorem excuſſiſſent; ſpem, quam cùm timore etiam abegerant, eo miraculo non revocaverint, & in ſpem veniæ revocato Dei timore animum non erexerint; flebant Judæi conſcientiâ repercuſſi, ac deſperatione poſſeſſi; idque cauſæ, cur Chriſtus infremuerit, ſéque turbaverit, quia cum vidiſſet quatriduanum Lazarum in ſepulchro fœtentem vocis ſuæ illicò parêre imperio, ac vitæ reſtitui, noverat perfidos Judæos deſperatione obſtinari, ac ſceleribus magis obdureſcere: *Flebant Judæi,* ait

Joan. 11. v. 32.

Chryſologus *& conditionis ſuæ memores, & futuræ vitæ deſperatione poſſeſſi*, cùm non ſperarent beneficio veniæ priſtinæ reſtitui gratiæ; ſed duriſſimis condemnari ſupplicijs, flebant vitæ deſperatione poſſeſſi: & dum poſt excuſſum Dei timorem collum ſubſiderunt culpæ, ſpem omnem projecerunt veniæ, & in eam ſe ſe calamitatem injecêre, ut inextricabilia crederent vincula, quibus detinebantur. Serm. 64.

Iter ad vitam ſibi eripit, qui ſpem inter, & timorem non ambulat. Inter invictos Machabæos ſtrenuus fuit Eleazarus, hic licèt ſenio confectus, canitie venerandus, flagris tunditur, vulneribus ſauciatur, plagis ſcatet, ſanguinem fundit, & ſuppliciorum procellâ atteritur: verùm ac ſi purpuram indueret, cum puro ſanguine madéret; gemmis ſe ornaret cum vulneribus ſauciaretur; & veneranda ſenectus annorum ſulcis exarata, non ſanguine, ſed roſcido imbre irrigaretur, animo ſereno, fronte læta, & in ſpem erectus propter Dei timorem, quaſi non ſupplicijs torqueretur, ſed delicijs perfunderetur ſpem inter & timorem jucunda voce ſic Deum exorat: *Domine, qui habes ſanctam ſcientiam manifeſtè tu ſcis, quia cùm à morte poſſem liberari duros corporis ſuſtineo dolores; ſecundùm animam verò propter timorem tuum libenter hæc patior.* Quid? quòd utriuſque meminerit portionis, ac cum corpori verberibus luxato, vulneribus ſaucio, ſanguine cruentato arroget ſuſtinentiam; animæ tamen tribuat paſſionem; cùm potiùs è converſo ſuſtinentia animi, corporis prodat paſſionem? quia nimirum ſpem inter & timorem perſiſtens, utramque portionem corporis, & animæ eadem ſecuritate firmaverat, ob quam, ſuſtinentiam animi corpori adſcribit, & corporis paſſionem animo tribuit; quaſi ſpes, & timor ſimul conſociati utramque in homine portionem indiſtinctâ affeciſſent ſecuritate: ſcitè D. Ambroſius: *In moriendo tormentis factus eſt cæteris magiſterium perſeverantiæ, qui electus erat ad infirmitatis exemplum. Beatus igitur, in quo non potuerunt tormenta rationem vincere. An non beatus, qui potuit virtute animæ victor eſſe pœnarum, pietatiſque remigio ſervare integram in tantis fluctibus paſſionem?* ſed ideo procelloſis tormentorum fluctus evaſit, quia ſpem inter & timorem ſtetit, ne animo, vel corpore caderet; fultus erat ſpe, quia *electus ad infirmitatis exemplum*, ut loquitur Ambroſius, ideo munitus timore, quia Deum rogans aiebat *propter timorem tuum libenter hæc patior.* 40.

2. Machab. 6. v. 30.

Lib. de Jacob cap. 10.

Timor Dei ſpei adſociatus ſecuritatem firmat, quæ à patribus in filios diffunditur, totam ſtirpem ſervaturus: hinc Abrahamo perinde fuit filium genuiſſe, ac timorem peperiſſe, ac per traducem genitalis originis quaſi gentilitium ſtemma ſpei, & timoris indolem immiſiſſe, aiebat ad Labanum 41.

Geneſ. 31. v. 42. tum ſocerum Jacob: *Niſi Deus patris mei Abraham, & timor Iſaac affuiſſet mihi: forſitan modò nudum me dimiſiſſes, afflictionem meam, & laborem manuum mearum reſpexit Deus, & arguit te heri.* Sed quid cauſæ? quòd Jacob ſibi artoget patris ſui Iſaac timorem, quo Deum proſequebatur, & ob hujus merita ſe à Labani tendiculis liberatum fateatur? Dinumerat Jacob generationis gradus per ſucceſſivam timoris propagationem è patribus in filios, & fatetur eundem Dei timorem, quem ab Abrahamo hæreditario jure poſſederat Iſaac; eundem ab Iſaac fuiſſe ad ſe traductum; & quia Abraham, & Iſaac ſpem inter, & timorem proceſſerunt, tutè inceſſerunt; à periculis, quæ imminerent, ſemper erepti: quid ni hic idem nexus ſpei, & timoris Jacobum è tendiculis eripuit Labani, nec humano trepidavit pavore, quem divinus timor muniebat, & ſpes ſuper pericula omnia erigebat; ubi enim Dei timor, & ſpes æquali junguntur germanitate, non ſinunt homines in gemina lance locatos periclitari; quia ubi timor, & ſpes ſimul copulantur, ibi virtus ſtat ſecurior. Sed ſi ſacræ ſcripturæ ſtylo dicitur: *DEUS Abraham, Deus Iſaac, & Deus Jacob*, cur hic diſpari eloquio dicitur Deus Abraham; & timor Iſaac? An ut ſingularem timoris Dei agnoſcamus prærogativam; cùm idem ſenſus in diſpari perſeveret eloquio? Dei enim timor, quaſi Deus ipſe eſſe diceretur, Dei locum occupat: timor enim Iſaac eſt Deus, quem timuit, ut notat Lyra inquiens: *Deus Abraham, & timor Iſaac id eſt Deus, quem timuit.* Nimirum qui Deus Abraham vocatur, dum in ſobolem transfunditur, timor dicitur, quaſi vi generationis, dum Dei cultum, agnitionem, ac reverentiam Abraham Iſaaco filio inderet, validum imprimeret Dei timorem; adeo ut qui Deus in Abraham erat, in Iſaac filio timor probaretur; quia ubi timor Dei, & ſpes, ibi tutus patet ad Deum acceſſus.

§. V.

Quodvis excidij periculum, ac imminens ſupplicij diſcrimen tutus declinat, qui ſpem inter & metum incedit; & hoc gemino ſuffultus fulcro ſtat intrepidus.

42. Nocturnæ ſe quieti commiſerat Abrahamus, cùm vocem è cœlo delapſam ſuis audit auribus inſonantem, quâ jubetur tollere filium, quem è Sara jam ſeneſcente ſuſceperat, unicum totius domûs gaudium, ac ſingulare parentum delicium; cùmque manibus ſuis jugulatum, hoſtiam Deo immolare eo in monte, quem cœleſtis Genius eſſet deſignaturus. Fuit id non filij tantùm, ſed & parentis quoque jugulum petere, ſed Abraham æquè ſpe fretus in Deo ac ejus munitus timore, prius voluit naturam exuere, quàm obſequium abjicere, ſatiſque ei fuit imperâſſe ut illicò manum adjiceret operi, & pedes paráſſet itineri: nimirum qualis fuit Religio credentis, ſperantis, & timentis; tale etiam fuit obſequium obtemperantis; nil cunctatur in negotio naturæ ipſi repugnante, horis ſurgit antelucanis, ſeque profectioni accingit nulla mentione uxori facta de filij immolatione; ne Sara lamentis, & lachrymis moram injiceret feſtinanti: paratis pro ſacrificio inſtituendo neceſſarijs, comitem ſecum adjungit Iſaacum filium, & duos ex famulis; cùmque poſt triduanum iter ad collem pro immolatione deſignatum perveniſſet: gladium diſtringit Abraham in unicæ ſobolis innocuo jugulo cruentandum, ſpoliatum brachium erigit, diſtricto gladio armatum, jamque ictum vibrat in genuflexi filij nudatum collum, cum Aliger cœleſtis adeſt, qui impetum ſiſtit brachij, & voce geminata compellit ictum coërcere, & illæſum ſervare filium: *Et ecce Angelus Domini de cælo clamavit dicens Abraham, Abraham, qui reſpondit adſum. Dixitque ei non extendas manum tuam ſuper puerum, nec facies illi quidquam. Nunc cognovi, quòd timeas Dominum, & non pepercisti unigenito filio tuo propter me*: ſicque puer, quem in pectore mactaverat obedientia, & timore carnifice in animi ſuggeſto jugulaverat, quaſi redivivus nova producitur regeneratione, & quem obedientia immolationi deſtinaverat, timor à morte eripuit, & ſpes quam ſemper in Deum foverat indemnem ſervavit: *nunc cognovi quòd timeas Deum*; quia Deum timuit, in quem ſemper ſperaverat; tametſi viſa fuerit mors ſuo gelu ſpem in filio vireſcentem decoxiſſe, timoris tamen roſcidus imber areſcentem ita rigavit ſpem, ut in florem adoleſceret lætiorem: & Iſaac veluti fœcundo divini timoris imbre reſperſus renaſcitur. Idque fortaſſis cauſæ, cur timor Iſaac pro Deo Iſaac, vel pro ipſo Iſaac ſumatur, quia Abrahami manum jam fermè in ſuum cadentem collum non pertimuit, nec humano metu perculſus, ſed ſpe fretus, & Dei timore munitus obſequium Deo debitum propriæ vitæ prætulit diſcrimini: Intrepidus fuit filius, nudatum collum in Dei obſequium flectens; uterque ſpe in Deo fretus, uterque divino fultus timore ſpem inter & metum ſtetit, ideòque neuter cecidit, quia uterque fultus timore ſterit; non enim de parricidiali timent flagitio damnari, qui Dei nutui obſecuti ſpem inter, & timorem procedunt, apposite S Zeno: *Intrepidus ad miniſterium immolationis armatur, nec puerum mors vicina contriſtat, nec trepidatio fidem prodit infirmam. Sub hac immolantis, immolandique conſtantia abſolvi meruit, dum humanum ex ſe deponit timorem, & divinum induit, ac ſepe in Deum fulcitur.*

Geneſ. 22. v. 11.

Serm. 2. de Abraham.

43. Quodvis excidij periculum, ac imminens ſupplicij diſcrimen tutus declinat, qui inter ſpem, & metum incedit; his enim duobus fulcris ſuffultus ſtat intrepidus, & hiſce duobus Ninivitarum Monarcha Niniven munivit, ne corrueret. Ninivitis dominabatur Sardanapalus

palus vitijs ferè omnibus fœdè inſerviens, libidinum omnium vile mancipium; hic imperij Aſyrii Thronum in urbe Ninive erexerat, ubi cùm divitjis afflueret, delicijs etiam diffluebat, mundi illecebris, voluptatum lenociniis, epularum luxui, concupiſcentiarum indulgentiæ unicè addictus. Claruit tunc vaticinijs Jonas, cui Deus iojunxit ut Nioiveo proficiſceretur, & civibus illis ad extremum flagitiorum prolapſis imminens denuntiaret excidium Jon. cap. 1. *Et factum eſt verbum Domini ad Jonam filium Amathi dicens: ſurge & vade in Niniven civitatem grandem, & prædica in ea, quia aſcendit malitia ejus coram me.* Verùm Jonas veritus, ne ſcelerum pœnitudo fulmen à Deo vindice mox vibrandum falleret, ac declinaret, & minas prædicationis irritas faceret, non Niniven, ſed Joppen ivit, ubi conſcenſa navi Tharſum verſus vela dedit ventis.

44. Sed ſequitur fugientem Jonam ultor Deus, qui ventos excitat, procellàſque maris commovet in pertinaciam Prophetæ detrectantis jubenti Numini parêre; jam conglobantur nubes, ſerenitatem abripiuot, tenebras offundunt, diem involuunt, aërem turbant, & excitatis fluctibus concuſſa, ac quaſſata ad naufragium huc, illúcque agitatur navis; ſed Jonas in cymbæ carinæ latebras quærit, ubi mœrore æquè, ac ſopore opprimitur: cúmque dormiente Propheta maris procella acriùs fureret, & jamiam imminens eſſet naufragii diſcrimen, mittuntur ſortes à Nautis, quis eorum eſſet io mare projiciendus; Jonæ nomen ex urna educitur, qui è ſomno excitatus io mare projicitur cœleſtis iræ piaculũ. Mirum dictu! vix excepêre fluctus Jonam, & tempeſtas cœpit miteſcere, fluctus detumeſcunt, venti quieſcunt, nubes diſſipantur, cœli ſerenitas aperitur, mare tranquillatur: oon tamen fluctus maris dejectum Jonam ioteremerunt, ſed prægrandis marina bellua quaſi ſatelles divinæ clementiæ, & juſtitiæ Prophetam incolumem ſervavit; quia ſi eum deglutivit, ut vindex; ſervavit, ut cuſtos; & quidem per integrum triduum, poſt cuius defluxum cetus remenſo itinere ad litora Joppes Jonam vivum, & incolumem reſtituit terræ; ubi ſuo è periculo edoctus, & iteratis Numinis obſecutus monitis iter in Aſſyriam arripuit, & ad urbem Ninivem contendit triduano itinere, cuius plateas preco imminentis excidii perambulavit: *Et cœpit Jonas introire civitatem itinere diei unius, & clamavit, & dixit, adhuc quadraginta dies, & Ninive ſubvertetur.* (Jonæ 3. v. 4.)

45. Minacis Jonæ fama, & imminens urbis excidium ad Sardanapali Regis defertur aures, qui quamvis aſſuetus eſſet deliciis, vitiis indulgeret, perditiſſimus eſſet luxu, ac io cœno carnalium voluptatum merſus; territos tamen denuntiatione imminentis excidii, Regalia illicò depoſuit inſignia, Regiam purpuram cum cilicino ſacco mutavit, aureum diadema proiecit, & cinerem capiti inſperſit, non ampliùs deliciis diffluit, ſed cruciatibus torquetur; non luxu tripudiat, ſed luctu mœret; non vino fit temulentus, ſed lachrymis madet; & Regis exemplum ſecuti Proceres, & populi perverſæ anteactæ vitæ pœnas à ſemetipſis exigunt. Ubique flebiles audiuntur ſcelerum deteſtationes, ſupplices dolentium preces, triſtiâ mœrentium lamenta, & ſinguli ſive nobilitate illuſtres, ſive dignitate præcellentes, ſive ætate, & ſexu imbecilles, vindices corporum macerationes cœleſti Numini placando adhibent; triduanâ inediâ, & ſiti, non tantùm utriúſque ſexus, & omnis ætatis homines, verùm & ipſa iumenta, & pecora affliguntur; quam afflictionem excepit quadragintadiale ieiunium pane duntaxat, & frigida oonniſi poſt ſolis occaſum ſolvendum.

Quid? quòd Sardanapalus vir mundi deliciis addictus, & ſenſuum voluptatibus aſſuetus indulgere, mox cinere inſpergitur, lachrymis madet, & cilicio indutus nititur Dei flagellum à ſe, & à Ninive tota avertere? quia optimè noverat, Deum iuſtum eſſe, & miſericordem proinde non ſolùm timendum, ut Judicem; ſed etiam in eo ſperandum ut clementem: proinde incedendum eſſe inter ſpem, & metum, ut iotimati à Jona excidii declinetur periculum: igitur ſuos alloquens Rex populos dixit: adhuc ſtat incolumis Ninive, ſuis innixa fundamentis; video vos reſipiſcentes, & lachrymarum fluxu patrata ſcelera eluere, ex corde dolere, vitia conterere, eò quia timor intimatæ ſubverſionis urbis vos occupat: ut igitur tutè procedamus, neceſſe eſt, ſpem inter, & timorem incedamus; nimius timor noxius eſſe poteſt, ut & nimia præſumptio Dei accerſere flagellum: ſecurum iter eſt medium ſpem inter, & metum, ſi in hoc inſiſtamus civitas non corruet, & optatam veniam erimus impetraturi: eleganter S. Ephræmus in Jonam Prophetam inducens Sardanapalum Regem loquentem cum populo pœnitentiam agente ob intimatum excidium ait: *Notum quippe eſt nobis, rectum Domini judicium atque benignitas. Metuamus ejus juſtum judicium, & honorem ipſius miſericordiæ duplicatum deferamus. Nam inter miſericordiam, & juſtitiam noſtra pœnitentia nequaquam infructuoſa manebit:* ſi io Deo ſperamus miſerente, Deum timeamus ut Judicem punientem manere igitur ioter miſericordiam, & iuſtitiam perinde eſt ac ſtare ioter ſpem, & metum, mediúmque occupare utriusque extremi. 46.

Tantæ fuit efficaciæ pœnitentia Ninivitarum ſpem inter & timorem peracta, ut irati Numinis immutaverit decretum, fueritque vindicta in miſericordiam verſa; ſucceſſerit ſuppliciorum minis criminum condonatio, abſterſerint lugentium lachrymæ peccantium ſcelera, abegerit confeſſio culpæ, promeritæ pœnæ ſupplicium, & divini tribunalis ſententiam ſuſpiria, & planctus obliteraverint; & arida ieiuniis ora, conſperſa pulvere capita, horreſcentia ciliciis membra, emaciata abſtinentiis corpora Dei iram à Ninive averterunt; & pœnitentia binis ſuffulta columnis ſpei, & timoris Niniven ſuſtinuit, ne caderet. Dixit Deus per ſuum Prophetam Jonam: *Adhuc quadraginta dies, & Ninive ſubvertetur.* Q 47.

fuc-

Digitized by Google

formidandam denuntiationem, quæ potis fuit ad reſipiſcendum Ninivitas pertrahere: ſed eundem clamorem ad unumquemque noſtrum percellendum paſſim in ſecris litteris eudimus. *Joan. 1. cap. 2. Tranſit mundus, & concupiſcentia ejus, Chariſſimi noviſſima hora eſt:* clamat Apoſtolus Paulus *tempus*
2. Corinth. cap. 7. *breve eſt:* clamet Apocalypticus Angelus:
Cap. 10. *Poſt hoc tempus non erit ampliùs tempus.* Clamat Chriſtus ipſe, Judéxque omnium ſupremus *Videte, vigilate, orate, quia neſcitis neque diem, neque horam, quando filius hominis venturus eſt*, ſcilicet ut ſperantes ſemper timeamus, & inter ſpem, & metum procedentes, tutè incedamus: hinc D. Hierony-
Epiſt. ad Florentinum. mus eit: *Ego ita ſpero ſalutem conſequi, ut cunctis diebus, ac noctibus cogitem cumtremore reddere noviſſimum quadrantem.* Ninivitæ audito per Dei Præconem Jonam urbis excidio, ita timuerunt, ut etiam veniam
Jonæ c. 3. ſpereverint: *Et crediderunt viri Ninivitæ in Deum, & prædicaverunt jejunium, & veſtiti ſunt ſaccis à majore uſque ad minorem.*

48. Non ſolùm crediderunt Ninivitæ Deum Hebræorum verum, & unicum eſſe mundi hujus conditorem, rectorem, & judicem, omniúmque malefactorum vindicem; ſed etiam eſſe miſericordem, clementem, & placabilem erga genus humanum, paratúmque ad ignoſcendum, ſi pro veniæ rogetur; ideóque Ninivitæ ſi timuerunt Deum ut Judicem; in eum adhuc ſperârunt, ut clementem, & miſerentem: ſed non ſolùm ſperarunt & timuerunt, ac crediderunt, ſed fidei adjunxerunt opera, ut ſpem inter, & metum deſides non hærerent, otio marceſcentes; ideóque indixerunt jejunium, & ſcelerum pœnas à ſe ipſis exegêre, quidquid enim gula pecceverat, voluntaria inedia expiavit; quidquid luxûs, & mollitiei ſericæ, & pretioſæ veſtes induxerunt, id horrida cilicia excuſſêre; capitis ornamenta, mentíſque detortas cogitationes ſperſi cineres ſopiverunt: laſcivos cantus, lugubres ploratus abſterſerunt, & inſtrumenta omnia deliciarum in ſcelerum tranſiêre ſupplicia. Æquiſſimus Judex eſt Deus, ſed ſimul clementiſſimus Princeps, & benigniſſimus Pater, ut ſi eum, timeamus ut Judicem, in eundem ſperemus ut patrem, & inter ſpem, & timorem procedentes, tuti incedamus.

49. Quærit Angelicus Doctor 2. 2. *q. 19. a. 1.* num Deus timeri poſſit, eò quià timor ſpei opponatur, & quia ſpem noſtram in Deo conſtituimus non videtur, quomodo à
2. Rhetor. nobis timeri poſſit, præſertim cùm doceat Philoſophus; ea à nobis timeri, à quibus nobis male proveniunt: hæc autem nequeunt à Deo in nos derivari: mala enim, quæ nos torquent ſuam à Deo non trahunt originem, ſed à fonte ſcaturiunt noſtræ malitiæ, idque cauſæ, cur dicat Deus per Oſeam:
Cap. 13. v. 9. *Perditio tua ex te Iſrael, ex me auxilium tuum.* Quapropter non videtur quomodo ſit Deus à nobis timendus; cùm nonniſi bonitatem ſpiret, quâ ad ſperandum nos excitat. Bonus igitur eſt Dominus, & amabilis valde, & bonitatis ejus non eſt finis, adeo, ut non ſit bonus hoc, vel illo modo, in hoc vel illo genere, ſed abſolutè, & ſimpliciter ſit bonus ſine principio, abſque fine, ſitque divina bonitas pelagus totius bonitatis, nullo coërcitum limite, nullóque clauſum litore, hoc eſt ſine modo, abſque menſura, omne anticipans bonum, & totam complectens unicè bonitatem, à qua creaturæ dulcedinem ſugunt bonitatis, cujus ſunt participes: eſt enim Deus totius bonitatis ipſa origo, à qua creaturæ hauriunt, quidquid boni in iiſdem derivetur, ſintque propterea miſeri, qui extra Deum per rerum infimarum multiplices claſſes, ac multitudinem inextricabilem, per tumultus creaturarum, per lenimenta deliciarum dulcedinem quærunt bonitatis, quem delibent: miſeri ſunt, qui extra Deum, divitias, voluptates, honores, & dignitates quærunt, & quidem etiam cum æternæ ſalutis diſcrimine. Bona omnia vere, & fontalia in ſolo Deo comprehenduntur, in quo & auri decus, & gemmarum nitor, & florum pulchritudo, & latifundiorum fructus, hortorum amœnitas, oppidorum opulentia, urbium decora, Regnorum gloria, & quidquid in hiſce eſt ſuave, glorioſum, honorificum, amabile, in totum, puriſſimè, affluenter abſque ullo viciſſitudinis aut defectus periculo in Deo continetur, in quo ſunt omnes deliciæ, voluptates, & illicia, omnes amœnitates, & ſolatia, omnis felicitas, gaudium, & beatitudo: ab ejus enim bonitate dulcia ſuam dulcedinem; lucida ſuum nitorem; pulchra ſuam venuſtatem; plantæ ſuum virorem; animantia ſuum vigorem; & rationabilia ſuam notionem trahunt: eſt Deus totius bonitatis in creaturas propagatæ fontalis origo primarium exemplar, & finis ultimus: eſt enim adeo efficax divina bonitas, & ſuperabundans; ut in creaturas ſe diffundat, quæ ſingulæ, ſi ſuum bonum appetunt, in quod toto niſu, omnique conatu feruntur; non videtur homo, quomodo poſſit Deum timere, in quem toto conatu per ſpem fertur velut in ſuum proprium bonum, à quo allicitur, & in quod ſperet.

Nihilominus Deum timendum eſſe ab 50.
homine ediſſerit Angelicus doctor, & evincit ex illo Jeremiæ. *Quis non timebit te ô Rex gentium?* ut etiam ex illo Malachiæ: Cap. 10. v. 1.
Si Dominus ego ſum, ubi eſt timor meus. Hinc David Deum timuit, ejúſque judicia expavit inquiens: *A judiciis enim tuis timui*, unde nulli dubium, quin ſit Deus objectum timoris, perinde ac ſpei, cui ſicut duplex ineſt objectum, quorum unum eſt bonum futurum, cujus adeptionem expectet ſperans; & aliud auxilium alicujus, cujus ope fore ſperat, ut poſſit bonum illud ſperatum nanciſci; perinde timor duplex habet objectum, quorum alterum eſt ipſum malum, quod homo refugit, & aliud id à quo poteſt

malum ſibi obtingere. Tameſi non ſit Deus, cujus naturæ eſt bonitas, objectum timoris, quatenus hoc eſt malum, quod homo refugit, ut ſibi diſſonum, ac perniciosum: eſt tamen objectum timoris, quatenus Deus licèt ſummè bonus, eſt etiam ſummè juſtus, & ab ipſo, ut juſto Judice poſſunt homines ob patrata ſcelera puniri. Timendus eſt igitur Deus, à quo malum pœnæ, imò & æterni ſupplicij poteſt nobis imminere. Sicut bonum dicitur in ordine ad finem, ad quem deſtinamur, & dirigimur: omne id eſt nobis malum, quod hoc ordine nos deſtituit, & à fine ultimo nos avertit, ut eſt malum culpæ.

51. Malum autem pœnæ eſt etiam malum, & quidem timendum, quatenus nos privat aliquo particulari bono: quatenus verò dependet ab ordine finis ultimi eſt bonum ſimpliciter. Igitur per comparationem ad Deum poteſt nobis malum pœnæ obtingere ſi ab eo ſeparemur, & hoc pacto Deum timemus, ne per patratæ ſcelere ab ipſo ſeparemur, quæ ſeparatio, eſt ſummum malorum. Qui Deum timet is id incumbit ſtudij, ut omnes præcaveat occaſiones, omnie fugiet pericula per lethalem culpam à ſummo bono ſe avertendi: & hoc eſt tutè incedere inter ſpem, & timorem: divina enim bonitas nos allicit, erigitque in ſpem, & quie ſummum eſt malorum hac Dei deſtitui bonitate, timemus Deum offendere, ne ab ejus ſeparemur bonitate, & deſtituamur ordine ad æternam felicitatem.

52. Conſideret Angelicus Doctor in Deo juſtitiam, quâ peccantes punit, & miſericordiam, quâ miſeriæ opituletur, & peccantibus veniam impertitur, & eſſerit ex juſtitia Dei oriri in nobis timorem, ut & ex miſericordia ſpem, ac eſſe Deum juxta diverſaa rationes objectum ſpei, & timoris; & docet Doctor Angelicus, timorem filialem, quo timemus Deum offendere, & ab eo ſeparari ſpei non contrarieri; ſiquidem per hunc timorem non timemus, ne nobis, quod ſperamus obtinere per Dei opem, deficiat, ſed timemus ne ab hoc auxilio nos ipſos per patratæ ſcelera ſubtrahamus; ex quo liquet, quomodo poſſimus in Deo ſperare, eúmque timere, ac tutè inter ſpem, & metum procedere, ac metam attingere felicitatis.

53. Quòd verò ad malum culpæ attinet, tameſi non ſit hoc à Deo, ut authore, & efficiente, ſed à ſole creetura ut deficiente, quatenus à Deo recedit: ita malum pœnæ eſt e Deo authore, quatenus habet rationem boni, & ſicut æquum, juſtúmque eſt, ut delicte non finantur abire impunita, licèt hoc malum pœnæ primordialiter ſuam à noxe creeturæ originem trahat; ut tamen eſt punitivum ſceleris, quod à Deo avertit, oritur e Deo ſcelera puniente: quo fit, ut ſi in Dei bonitate ſperamus, ejus etiam debeamus juſtitiam timere; hinc David ait: *Miſit Dominus miſericordiam ſuam, & veritatem ſuam, & eripuit animam meam.* Pſalm. 56. v. 4. Si quæres, quomodo Deus Davidem eripuerit à malo, certè non per ſolam miſericordiam, neque per ſolam juſtitiam; ſed per utramque ſimul, quatenus edoctus David tutum iter medium eſſe ſpem inter, & metum; per hoc ſtuduit incedere, ut rectè procederet, huc accerſendus Niſſenus inquiens: *Miſericordia & veritas pulchra conjunctio neque enim* Tract. 2. in Pſalm. *ſine judicio miſericordia eſt, neque veritas ſine miſericordia, harúmque ſubſidio liberabor.* Hoc eſt tutiſſimam ſelegit viam percurrere inter ſpem & metum, ut æternam attingeret ſalutē: non ſejungit Deus ſuam miſericordiam à juſtitia, ut ſi illa nos in ſpem eriget, hæc timorem nobis incutiet, ut inter ſpem, & metum procedentes rectè ſemper incedamus.

Hinc David varijs preſſus anguſtijs, moleſtiſſimis pulſatus tentationibus, & ob præteritarum reminiſcentiam noxarum pavidus, & acutiſſimis accuſantis conſcientiæ morſibus tortus ad Deum confugiens, in quo ſpem ſuam unicè collocaverat, tota latetum contentione exclamat: *O Domine libera animam meam: miſericors, & juſtus, & Deus noſter miſeretur;* ac ſi diceret; ò domine per ſolam tuam clementiam, & benignitatem, quâ miſeros proſequeris, liberari ſpero: ſed heu me miſerum toto corpore contremiſco, gelidóque corripior timore, cum te juſtum Judicem perpendo; te vereor judicantem, & in te ſpero miſerente: quia bonus es, miſericordiam exerces in delinquentes; & quamvis juſtitia tua timorem mihi incutiet, cum me mea non lateant delicta; nihilominus in ſpem erigor, & fore ſpero, ut timorem inter, & ſpem incedens ſim veniam conſecuturus flagitiorum, quæ patravi: hinc D. Hieronymus aures circumſtantium præparens ad audiendum expendens verba Regij Vatis ait: *Erige aures peccator; miſericors eſt Dominus, ſed noli eſſe negligens: ſequitur enim & juſtus: ſi multum peccator es audi, miſericors eſt Dominus; ſi negligens es, audi & juſtus eſt.* 54. Pſalm. 14. v. 5.

§. VI.

Non deſperet peccator licèt multiplici noxarum pondere preſſus, ſed reſipiſcens ita ſperet in Dei miſerationes, ut ejus non obliviſcatur juſtitia, quam timeat.

55. Si diu vitiorum cœno immerſus mundi voluptatibus indulſiſti, & multitudo noxarum te premit, ac deſperationem ſuggerit; mentem tuam in ſpem erige, quia miſericors eſt Deus, & miſerationum ejus non eſt finis, excedit ſemper Dei miſeratio numerum quemlibet noxarum: ſed ſi ſpe veniæ illectus carnis illecebræ, pravæ ad illicita affectiones, & depravatæ concupiſcentiæ illicita te ad delinquendum invitant, time quis

quia juſtus eſt Deus, & rigidas, ac ſeveras rationes de ſingulis operibus, verbis, & cogitationibus exigit. Huc accerſendus Mediolanenſis Antiſtes, cujus ſtilus Ambroſiam ſapit: commentans enim verba Davidis *miſericors, & juſtus. & Deus noſter miſeretur* ait: *Bis miſericordiam ponit ſemel juſtitiam. In medio juſtitia eſt gemino ſepto incluſa miſericordiæ: ſuperabundant enim peccata, ſuperabundet ergo miſericodia, neque tamen juſtitia ſine miſericordia eſt, neque ſine miſeratione juſtitia.* Qui ſcelerum numero, & pondere preſſi, ac vehementi timore perculſi de ſalutis deſperant aſſecutione, perpendant Dei miſerationes, quæ divinam circumſepiunt juſtitiam; hæc enim ſemel duntaxat a Regio Vate ſubindicatur; cùm miſericordiæ ſemel, & iterum meminerit, ne ſcilicet deſperet peccator, quamvis noxarum multitudine preſſus; dummodo reſipiſcat, ſperet: ſed reſipiſcens ita ſperet, ut divinæ non obliviſcatur juſtitiæ, ut Deum juſtum Judicem, & vindicem timeat; & medius incedens inter ſpem, & metum rectè procedat, & non ampliùs à recto virtutis tramite deflectat; virtus enim extrema declinat, & medio gaudet.

56. Hinc eſt, quòd ſacra eloquia Deum ſemper nobis inculcent, ac repræſentent juſtum, & miſericordem, ut in ſpem animum erigentes, timorem ſimul incutiant, & Deum, in quo ſperamus, ſimul timeamus; quia ſpem inter, & metum incedentes, rectè ſemper procedimus: non enim deſperamus ob patrata ſcelera, nec præſumimus iterum delinquere Dei timentes juſtitiam, ſed reſipiſcentes ſatagimus noxas purgare flagitiorum, & pœnitentiæ fletu in lavacro Metaneæ conſcientiæ ſordes eluere, ſicque ſperantes, & timentes noxas præcavemus, & per virtutum exercitia noſtram operamur ſalutem. Mirum quòd Regius Vates dixerit ſemel duntaxat fuiſſe Deum locutum: *Semel locutus eſt Deus, duo hæc audivi: quia poteſtas Dei eſt, & tibi Domine miſericordia:* quomodo Deus ſemel duntaxat perhibetur locutus, cum conſtet pluries fuiſſe locutum à mundi exordio ad poſtrema uſque tempora legis Evangelicæ; etenim poſt injuncti præcepti transgreſſionem, poſt pomi vetiti eſum, locutus fuit primo Protoplaſto Adæ, ut etiam poſt inductam in mundum mortem per inflictum vulnus Caino fratricidæ; ſcimus etiam in cataclyſmo fuiſſe locutum Nohemo; in valle Mambre Abrahamo, in itinere Jacobo, in monte Orebo Moyſi, in caſtris Joſue, in ſimeto Jobo, & alijs pluribus per ſuos Prophetas, adeo ut ſcripſerit Apoſtolus: *Multifariam, multiſque modis olim loquens Deus patribus in Prophetis*, quomodo igitur Deus à Davide ſemel duntaxat perhibetur locutus, cùm tam multos, tamque variè fuerit allocutus? Rectè ad rem noſtram aſſerit regius Vates, ſemel duntaxat fuiſſe Deum locutum;

Pſalm. 61. v. 12.

Ad Hebræ. 1. 10. v. 10.

quia tametſi pluries fuerit homines allocutus, eundem tamen ſemper inſtituit ſermonem, quo Dei miſericordia, & poteſtas commendabatur, quia ſemper audierat in quovis Dei ſermone ejus poteſtatem, ſeu juſtitiam, & miſericordiam, ideo ſemel dixit fuiſſe Deum locutum, eò quia idem ſemper auribus ejus inſonuerit ſermo. *Semel locutus eſt duo hæc audivi; quia poteſtas Dei eſt, & tibi Domine miſericordia,* quæ verba expendens D. Auguſtinus appoſitè ait: *his duobus continentur propè omnes ſcripturæ, propter hæc duo Prophetæ, propter hæc duo Patriarchæ, propter hæc duo lex, propter hæc ipſe Dominus noſter JESUS Chriſtus, propter hæc Apoſtoli, propter hæc annunciatio omnis, & celebratio verbi Dei in Eccleſia: propter hæc duo, propter poteſtatem Dei, & miſericordiam: poteſtatem ejus timere, miſericordiam ejus amate, nec ſic de miſericordia ejus præſumatis, ut poteſtatem contemnatis; nec ſic poteſtatem timeatis, ut de miſericordia deſperetis.* In Pſalm. 61.

In omnibus Dei eloquiis, quæ ad homines, quos dilexit, quovis tempore direxit, hæc duo jugiter inculcavit juſtitiam, & miſericordiam, ut in hanc ſperantes, & illam timentes, ſpem inter & metum tutè procederent, & noxas, ac anſas delinquendi declinarent. Vult Deus, ut ita eum cognoſcamus miſericordem, ut & juſtum eſſe ſciamus; quò inde ſperantes & timentes ei inſerviamus in ſpe & timore, & per ſtudia virtutum noſtram ſatagamus ſalutem promovere: qui enim ſperantes, & timentes Deo inſerviunt, tutè incedunt; quapropter Regius Vates aiebat: *Miſericordiam, & judicium cantabo tibi Domine.* Nimirum ſategit inter ſpem miſericordiæ, & timorem judicij medius ſtare, ut hiſce duobus fulcris miſericordiæ, & judicii ſuffultus non caderet, ſed conſtans ſemper Deo occineret miſericordiam, & judicium, ut ipſe non diffitetur: *Univerſæ viæ Domini miſericordia, & veritas*, ubi ſcitè ad rem noſtram obſervat D. Bernardus, non dixiſſe univerſas vias Domini ſolam miſericordiam; ſed addidiſſe veritatem, ſeu judicium, ait ipſe: *Omnes viæ ejus non ſola miſericordia, ſed miſericordia, & veritas, non minus juſtus, quàm miſericors eſt, cui miſericordia, & judicium decantatur.* 57.

Pſalm. 100. v. 1.

Pſalm. 24. v. 10.

Serm. 5. de nativit. Domin.

58. Eſt Dei miſericordia virtus, ſeu attributum divinum incitans voluntatem ad opitulandum noſtræ miſeriæ, eámque depellendam: quæ virtus vel maximè Deo competit; ſive ex affectu benevolentiæ miſeriam tollat; ſive ſpectetur ut orta ex odio, & diſplicentia inordinationis in natura rationali, quæ per lethalem noxam deordinatur à Deo: ſiquidem affectus tollendi alterius miſeriam, eſt etiam affectus diſplicentiæ, & odij erga eandem miſeriam tanquam erga malum, & id poteſt procedere ex affectu quodam quaſi

juſtitiæ, quo quis cupit, cuique rei ineſſe quod eidem ſecundùm naturam eſt conſentaneum, tametſi erga eandem peculiarem non habeat affectum; poteſt enim amari proportio, & congruentia rerum, quamvis res ipſæ non amentur; & ex eodem affectu provenit, ut diſpliceat id, quod ei diſſentaneum, ſeu malum eſt, ut velit illud tollere, quod proprium eſt miſericordiæ; quæ Deo ineſt, qui cùm ſit totius boni, omniaque perfectionis, & felicitatis fons inexhauſtus, & largitor munificentiſſimus, eſt etiam cujusvis miſeriæ depulſor, omnis mœroris exterminator, & omnis infelicitatis peremptor: hæcque Dei miſericordia luculenter commendatur in in ſcripturis, & quia omnem ſuperat cogitationem, omnémque includit miſerendi affectum variis modis, ac verbis proponi-

Exod. 34. tur. *Dominator Domine Deus, miſericors, & clemens, patiens, & multæ miſerationis, & verax, qui cuſtodis miſericordiam in millia, qui aufers iniquitatem, & ſcelera atque peccata.* Pſalm. 85. *Et tu Domine Deus miſerator, & miſericors, patiens, & multæ miſericordiæ.* Similis verborum ſynathroëſmus, quo omnes miſericordiæ modi, & affectus inſinuantur, habetur paſſim in ſcripturis, præſertim in Pſalmia Pſal. 40.

Pſal. 144. *Miſericordia Domini plena eſt terra. Suavis Dominus univerſis, & miſerationes ejus ſuper omnia opera ejus.*

59. Hæcque Dei miſeratio maximè illuxit in homine lapſo erigendo: prolapſa enim humana natura in protoplaſto Adamo, & fraude cacodœmonis à ſtatu ſupernaturali dejecta, ſpoliata virtutibus ſupernaturalibus, exceptis fide, & ſpe, amiſsâ juſtitiâ originali, & ſubtractâ etiam ſingulari illâ Dei protectione, ac directione, partiſque inferioris obedientiâ; qua uterque appetitus inferior concupiſcibilis, & iraſcibilis nonniſi juxta dictamina rectæ rationis movebatur in miſerrimum decidit ſtatum, quæ ſi fuiſſet ſibi tantùm relicta ſuo pondere, & impetu inſtar fluminis cujusdam de peccato fuiſſet in peccatum prolapſa, & per varios errorum anfractus in pelagus ſempiterni exitij devoluta; tanta ſiquidem erat in ſcelus pronitas, tanta pravorum affectuum vis, ut nonniſi in illicita propenderet, in quæ tantus impetus erat, ut à nemine niſi à ſolo Deo inhiberi, & coërceri poſſet, & quia Dei miſericordiæ non eſt numerus, ejúsque bonitatis infinitus eſt theſaurus; videns tam atrox eſſe malum, & penitus inolitum, ut è nemine præterquàm à Dei miſerentis manu excindi poſſet, intimis miſericordiæ viſceribus in hominem lapſum commotus, ſtatuit eum à miſeriis, in quas ſe injecerat per injuncti ſibi præcepti violationem eripere, & ad ſtatum ſupernaturalem, à quo lapſus fuerat erigere; quia verò id non ita convenienter fieri poterat; niſi pro peccato delinquentis hominis divinæ juſtitiæ æquivalens exhiberetur ſatisfactio; & fons quidam perennis, ac inexhauſtus aperiretur, quo peccata quoties committerentur, elui poſſent, decrevit noſtram induere humanitatem, ac ſubire paſſiones, quibus utrique conſuleret, ſeu divinæ ſatisfaceret juſtitiæ; & lavacrum inſtitueret, cujus beneficio homines, quas per peccatum ſordes contraxerant eluerent.

Neque aliud in terra, neque in cœlo 60.
malis noſtris medendis, & bonis amiſſis recuperandis remedium ſupererat, ut congruentiùs divinæ ſimul ſatisfieret juſtitiæ, niſi ut filius Dei, ſapientia ab æterno genita, per quam ſunt omnia, & per quam facta ſunt ex nihilo, naturam noſtram ſibi copularet, ac in ea, & per eam totum humanum genus repararet: niſi enim reparator noſter Deus fuiſſet, ac Redemptor non poſſet pro injuria ab homine Deo illata divinæ ſatisfieri juſtitiæ, nec ullus conſtitui perennis indefectibilis reconciliationis theſaurus. *Sic Deus dilexit mundum, ut filium ſuum unigenitum daret, ut omnis qui* Joan. 3
credit in illum non pereat, ſed habeat vitam æternam, hoc eſt, ſic, nimirum tam impensè, tam effusè, tam ardenter Deus hominem dilexit, tantíque eum æſtimavit, ut Deus licèt nullius indigus, & ſibi ſufficientiſſimus mundum, ſeu humanum genus infimum naturæ rationalis terminum, brutis affinem, terrenis addictum, cœlo, & Deo ingratum, & inimicum; cui nihil inerat dignum amore, imò plurima odio, & ſupplicio; nihilominus hominem dilexerit tam impensè, ut filium ſuum unigenitum daret; hoc eſt non Cherubinum, non Seraphinum, nec ullum ex aliis Angelis, ſed filium ſuum unigenitum naturalem ſibi conſubſtantialem, ejusdémque Majeſtatis, poteſtatis, ſapientiæ, & excellentiæ, quem infinito diligit amore, & in quem totam ſuam ſubſtantiam una cùm ſingulis ſuis perfectionibus, honorúmque theſauris ab æterno, profuderit, daret in hominum Redemptorem, Reparatorem, Rectorem, imò, & in pretium, & ſatisfactionem pro peccatis, in theſaurum perpetuum juſtitiæ, & reconciliationis, in juge ſacrificium, æternum ſacerdotem, panem vitæ nunquam interituræ, alimentum immortalitatis, ac pignus futuræ gloriæ, & hæ Dei miſerationes fuerunt ſuper omnia opera ejus.

Tametſi potuiſſet per abſolutam, & 61.
& infinitam ſuam authoritatem, vel etiam omnino gratis omnia nobis condonare delicta, & nos lapſos erigere, ac priſtino reſtituere ſtatui, imò vel tenui etiam aliqua ſatisfactione qualis ab homine præſtari potuiſſet ope divinæ gratiæ acquieſcere; voluit tamen in teſſeram ſui amoris, & miſericordiæ erga homines filium ſuum unigenitum dare; non enim re ulla magni Dei charitas in hominem, & miſericordia declarata

clarata

clarari potuit, quàm donando filium, nec potuit quidquam majus pro nobis facere, nec quidquam dare præſtantius, & excellentius: neque fuiſſet major miſericordia ſi gratis peccatum condonâſſet, quia infinitè majus eſt dare filium, quàm quodvis bonum creatum: quemadmodum ſi Rex depoſito diademate, abjecto ſceptro, exuta clamyde, ſuſciperet ſtatum ſervi, quem à morte liberarat imminente, procul dubio longè majorem illi charitatem, & miſericordiam exhiberet, quàm ſi ſola authoritate deſertâ juſtitiâ eum morte eximeret. Dei juſtitia inſtar ſeveri Judicis hominem divini præcepti transgreſſorem captivum tenebat, vinculis peccatorum conſtrictum, quem æterna plecteret morte? acceſſit autem miſericordia, quæ oblato divini ſanguinis pretio juſtitiæ ſatisfecit Dei, & hominem redemit, ait enim Apoſtolus. *Empti* 1. Corinth. *eſtis pretio magno, glorificate, & portate Deum in corpore veſtro.*

62. Quamvis igitur peccatorum pondere premamur, ac numero obruamur, non tamen deſperemus, ſed reſipiſcentes in ſpem animom erigamus: cùm enim filius Dei voluerit pretio ſui ſanguinis hominem è famulitio peccati redimere, non permittet noſtrum exitium, ſi verè reſipiſcentes in ipſum ſperemus: cum noſtram induerit humanitatem, mortíque voluerit fieri obnoxius, & ſuo ſanguine ſcelera noſtra delere, ac debita obliterare; ſatis apertè in ſpem voluit nos erigere ſalutis obtinendæ, ſi verè reſipiſcamus, quia ut ſcitè Auguſtinus. *Nihil tam neceſſarium ad erigendam* Lib. 13. de Trinit. c. 10. *ſpem noſtram, quàm ut demonſtraretur nobis, quantum diligeret nos Deus, quid verò hujus rei isto indicio manifeſtius, quàm quòd Dei filius noſtræ naturæ dignatus eſt inire conſortium?* & Apoſtolus *ad Roman.* 5. nervosè argumentatur inquiens; *ſi cùm adhuc inimici eſſemus, reconciliati ſumus Deo per mortem filij ejus: multo magis reconciliati ſalvi erimus in vita ipſius.* Ut igitur in ſpem æternæ ſalutis nos erigeret, noſtram voluit filius Dei humanitatem aſſumere, quam nunquam dimitteret, quò in ejus ſperaremus benignitate, pretium ſui ſanguinis dedit, ut nos à ſervitute peccati redimeret, & ad ſperandum nos excitaret; cùm noſtra infirmitate noſtros etiam ſuſcepit labores, ut æternam nobis quietem daret. Cum dixiſſet per Iſaiam Prophe- Iſaiæ 50. v. 3. tam. *Verè languores noſtros ipſe tulit, & dolores noſtros ipſe portavit. Ipſe autem vulneratus eſt propter ſcelera noſtra,* poſtea nonnullis interiectis ſubdit. *Poſuit in eo Dominus iniquitatem omnium noſtrûm.*

63. Ingens fuit divinæ benignitatis opus hominem ex nihilo ad imaginem, & ſimilitudinem ſuam condere, imò & ad ſtatum evehere divinum; ſed id præſtitit prona facilitate abſque ullo incommodo, & ex ſola ſuæ bonitatis redundantia; nullos enim in hoc opere creationis labores exantlavit, nullos paſſus eſt dolores, nullas toleravit difficultates, & ex immenſo ſuæ bonitatis theſauro exiguam tantùm ſcintillulam in creaturas profudit, quas condidit: at perditos redemiſſe homines, lapſos erexiſſe, & ab exitio revocâſſe, non ita facile fuit, ſed ad id præſtandum plura, ac varia ſubivit incommoda, toleravit labores, paſſúſque eſt dolores, opprobria, vulnera, & mortem ipſam, unde Bernardus ait? *Si totum me debeo tibi pro me facto, quid addam jam pro refecto & refecto hoc modo? nec enim tam facilè refectus, quàm factus; nam qui me ſemel & tantum dicendo fecit, in reficiendo profectò, & dixit multa, & geſſit mira, & pertulit dura, nec tantùm dura, ſed etiam indigna.* Tractat. de diligendo Deo col. 6.

§. VII.

Si miſericordia in Deo floret, juſtitia viget; hæc timorem incutit, quò diſcamus ita ſperare in Deo miſerente, ut eundem timeamus, punientem.

SI Dei miſericordia in ſpem nos erigit, 64. ejus juſtitia timorem nobis incutit; ita miſericordia ſpem excitans in Deo floret, ut juſtitia timorem incutiens etiam vigeat, & rigeat, ac divina providentia in mundi regimine ex operibus conſtet miſericordiæ, ac juſtitiæ vindicativæ: quidquid enim Deus ad extra operatur circa creaturas, vel eſt opus miſericordiæ, & benignitatis erga homines, quos propterea in ſpem erigit, & ad meliorem frugem allicit, ſi vitiorum cœno immerſi corruptas mundialium voluptatum ebiberint aquas fluxas, & vanidas: vel eſt opus juſtitiæ, eò quia pervicaces delinquentes, & detrectantes reſipiſcere, punit, & ſuppliciis exterret, quapropter ajebat David, *Omnes viæ Domini miſericordia, & veritas.* Adeo ut juſtitia vindex dimidiam occupet, ut ita dixerim, divinæ providentiæ partem, Quòd ſi ſola miſericordia in Deo efflorerent, & in ſpem veniæ peccantes alliceret; & juſtitia in eo non vigeret, nec ullum timorem incuteret, perpauci eſſent, qui per virtutum ſtudia, ac bonorum operum exercitia ſe ad ſalutem promoverent æternam: ſed ferè omnes in cœno volutarentur vitiorum, cùm nulla eſſet juſtitia vindicativa, quæ illos exterreret metu ſuppliciorum, quæ ſcelera concomitantur: hinc inſipiens fuit, qui Deum ignorare affectavit, proinde, & ejus juſtitiam. *Dixit inſipiens in corde* Pſal. 13. *ſuo non eſt Deus,* ſeu non eſt peccatorum vindex; ideóque mores corrupit, virtutum

tum ſtudia neglexit, & vitiorum duntaxat indulſit lenociniis; pergit enim regius Vates inquiens: *Corrupti ſunt, & abominabiles facti ſunt in ſtudiis ſuis, non eſt qui faciat bonum, non eſt uſque ad unum:* eſt enim juſtitia vindicativa, quæ frœnum injicit licentiæ peccandi, hâc enim juſtitiâ ſublatâ omnia eſſent in mundo plena ſceleribus; quapropter dixit Ariſtoteles, eum ſolem è mundo tollere, qui juſtitiam in eo vindicativam deletet: longè enim fortiùs minis, ac ſuppliciis terrentur homines à patrandis ſceleribus, & ad officia alliciuntur virtutum; quàm imperitis beneficiis, ac ſponſionibus: & pauci eſſent, qui promiſſione futurorum à vitiis ſe averterent, ac à carnis ſe abſtinerent blandimentis, & concupiſcentiæ illicia coërcerent, niſi metu gehennæ, ac juſtitiæ vindicativæ urgerentur: idque cauſæ,
Pſal. 101. cur David dixerit: *Initium ſapientiæ timor Domini*, eſt enim timor, quem divina juſtitia incutit fundamentum, quo noſtra ſalus innititur: ſumma eſt totius ſapientiæ noſſe divinam juſtitiam, ejúſque timorem ſemper præ oculis habere, & quamvis videatur quis ſibi in ſtudiis virtutum profeciſſe, perſæpe tamen adhuc ſtimulis indiget, quibus ad uberiora bona, & ad perſeverantiam ſe excitet, & ne dum tentatio pulſat, in deterius ruat.

65. Ita igitur ſperandum eſt in Dei miſericordia, ut nunquam tamen timor divinæ juſtitiæ deponatur: eſt juſtitiis vindicativa initium noſtræ ſalutis, non per modum principij elicientis; ſed ratione objecti terrentis, & metum incutientis. Duo enim præſtat juſtitia vindicativa, ſcilicet compenſationem, quâ Deo ſatisfacit pro injuria eidem illata, & reſtaurationem violati ordinis, quo per patrata ſcelera homines avertuntur à fine ſuo ultimo: etenim duo per ſcelus perpetrantur mala, quorum alterum eſt injuria Deo illata, quatenus peccans ipſum contemnit, ac ab ipſo ſe avertens creaturæ adhæreſcit, quam Deo præfert; & rationem finis ultimi Deo detrahit: alterum, quod ſcelus invehit malum, eſt ipſa perturbatio recti ordinis, quia peccans ſe divinæ ſubtrahit ſubjectioni, ſtatúmque pervertit publicæ rectitudinis: & ſicut malorum eſt maximum Deo ſummo bono injuriam inferre; ingens eſt etiam malum hæc recti ordinis perturbatio in creatura rationali: quale non eſſet in mundo malum, ſi elementa, & creaturæ reliquæ mutatis ſedibus ſimul permiſcerentur, vel ſe ſupra cœlos efferrent? eſſet hæc perturbatio mundi excidium, cujus ornatum, ordinémque harmonicum tolleret: utrumque autem hoc malum corrigit, & emendat juſtitia vindicativa, quæ cum delinquentibus debitam infligit pœnam, injuriam Deo irrogatam quodammodo compenſat, nam qui contra voluntatem ſuam aliquid ab altero paſſus fuit, ſatisfactionem quamdam experitur, quâ dolorem lenit, dum videt illum viciſſim contra voluntatem ſuam pati: & qui ab altero contemptus fuit illius depreſſione, & ſupplicio veluti honoratur, & dum pœna infligitur ordo violatus reſtauratur.

Quamobrem juſtitia vindex, quæ in juſta vindicta bonum duntaxat ſpectat, 66.
ſcilicet compenſationem, quâ Deo ſatisfiat pro irrogata eidem injuria; & inſtaurationem violati ordinis eſt propriè virtus in Deo, cujus paſſim meminit ſcriptura, perinde ac divinæ miſericordiæ; utrumque enim Numinis attributum nobis proponit; ut ſi illa in ſpem erigit, hæc timorem incutiat, & homo ſpem inter, & metum incedens rectè procedat. Commendatur Dei miſericordia. *Dominator Domine Deus miſericors, & clemens, patiens, & multæ miſerationis, & verax, qui cuſtodis miſericordiam in millia, qui aufers iniquitatem, & ſcelera, atque peccata*: ſed meminit Exod. 34.
etiam juſtitiæ Pſal. 75. *Terribili & ei, qui aufert ſpiritum Principum, terribili apud omnes Reges terræ.* Erigit in ſpe miſericordia Pſal. 85. *Et tu Domine Deus miſerator, & miſericors patiens, & multæ miſericordiæ:* ſed juſtitia timorem incutit Pſ. 96. *Nubes & caligo in circuitu ejus, & juſtitia, correctio ſedis ejus, ignis ante ipſum præcedet, & inflammabit in circuitu inimicos ejus.* Dilatatur Dei miſericordia Pſal. 32. *Miſericordia Domini plena eſt terra*, ſed non coarctatur divina juſtitia Pſal. 96. *Annuntiaverunt cæli juſtitiam ejus, & viderunt omnes populi gloriam ejus.* Dulcedo divinæ miſericordiæ exhibetur Pſ. 144. *Suavis Dominus univerſis, & miſerationes ejus ſuper omnia opera ejus:* ſed rigor divinæ juſtitiæ non reticetur Matth. 12. *Dico autem vobis, quòd omne verbum otioſum, quod locuti fuerint homines reddent rationem de eo in die judicij.* Hinc rectè aſſeruit Regius Vates, *Miſericordia, & veritas obviaverunt ſibi: juſtitia, & pax oſculatæ ſunt.*

Inter alia ſymbola, quibus Verbi incarnati ſapientia fuit hominibus adumbrata 67.
exhibetur etiam apis typus Chriſti. *Brevis in volatilibus eſt apis, & initium dulcoris habet fructus ejus.* Sed cur apis typum præſeferet Chriſti? an quia nonniſi per Eccl. 1. v. 3.
hortos, prata, & plantas, floréſque diſcolores excurrit tenella germina oſculatura, roréſque dulciſſimos favis conſtruendis idoneos libatura? apis enim conficiendi mellis ſcientiâ eruditur, & propterea quidquid in floribus, frondibúſque repetit quod melli conſtruendo accommodetur, illud non devorat, non decoquit, non immutat, ſed in alveario coacervat; idque cauſæ cur ſuccum varium è floribus ducat, eúmque

ſuæ unius ſaporis liquorem nativo calore coquat, ac ſpiritu permiſceat: per prata, ſylvas, flores, herbáſque fragrantes, comáſque arborum luxuriantes argutiſſima ſedulitate divagatur, ac pernici volatu quidquid dulcis, ac ſapidi in florum ſinu reperit, miro colligit artificio, & revolans in alvearium cellas ſenorum angulorum ædificatas dulci liquore replet, & dum nativa quadam vi fovet, totum perficit opus, quod favum nominamus: idque ad melleam promovendam dulcedinem, tum proprio, tum hominum uſui accommodatum.

68. Sed cur potiùs Verbi incarnati ſapientia è ſummo cœlo delapſa, noſtræ induta mortalitate, ut nos ad gloriam eveheret immortalem, apiculæ gracili, imbecilli, & corpore exiguæ pariatur, & non potiùs aquilæ; quæ volucrum regina eſt, & nonniſi proſpera auſpicatur? Aquila enim è cœlo dilapſa felicitatem hominibus conſuevit ſemper ominari, adeo ut aquila feliciſſimi auſpicij ales habeatur. Hæc enim Mydam tenuis fortunæ hominem ad colles, montéſque aureos incredibilium divitiarum fertur detuliſſe. Hæc Ægonem natum ſub paupere tecto ad Heraclitorum regnum fauſto omine perduxit. Hæc Hieronem humilis conditionis virum ad regiam inter Siculos dignitatem evexit. Hæc Terquinio, ne ſua quidem ſuperbia tantùm honoris culmen meditanti Romani imperij portendit faſtigium. Hæc ipſum Jovē, in cujus ſceptro depicta videbatur, quo faciliùs ad divinitatem ſcanderet, ſuis humeris ſubvexiſſe fingitur, & ne inde rueret ſuis viribus fulſiſſe. Si igitur Chriſtus venerat, ut humanum genus redimeret, hominéſque proveheret ad regnum cœlorum æterna donatos beatitate, cur non potiùs aquilæ pariatur? Alarum enim remigio aëris tractus traijciens in ſublime evehitur, nubes tranſcendit, & puro ætere ſolis irretorto intuitu depaſcitur jubare. Quòd ſi Chriſtus de morte victa triumphavit, & è mortuis reſurgens ad æternam vitam nobis viam ſtravit, etiam aquila ſenectam excutiens novam induit juventam, quapropter dixit Hymnographus. *Renovabitur ut aquilæ juventus tua*, ſperantes enim in Dei miſericordiam, ſimúlque timentes ejus juſtitiam per hanc incedunt viam: quâ ad æternam pervenitur beatitatem; aquilā enim imitantur, ut ſurſum avolent. Iſaiæ. 40. *Qui autem ſperant in Domino, mutabunt fortitudinem, aſſument pennas, ut aquilæ volabunt, & non deficient.* Cur igitur apis potiùs quàm aquila typus fuit Chriſti? an quia apis melli conſtruendo aſſueta nonniſi dulcedinem ſapiat? ſed quamvis favos conſtruat ipſa mellis, ſuo tamen adhuc obarmatur aculeo, ut, ſi mellis dulcedine in ſpem erigit dulcia ejus obſonia deguſtandi; aculei punctione timorem incutiat, manúmque perterreat, ne alvearium penetret, favus ſurreptura: allicit ſimul, & terret apis: rectè Chriſtus apis pariatur navæ, quia licet nonniſi benignitatem ſpiret, dulcedinem perfundat miſericordiæ, adhuc tamen ſuo armatur aculeo: ita enim eſt miſericors, ut etiam ſit juſtus, & judiciaria poteſtate, audentes, & pervicaces puniat. Huc accerſendus Mellifluus doctor Bernardus appoſitè ait: *Hujus apis, quæ Chriſtus eſt,* Serm. 2. Advent. *mel, & aculeum non ignorat, quia miſericordiam, & judicium ei decantas cum Propheta. Nolite ſperare in iniquitate. Nolite peccare in ſpe. Habet enim apis noſtra quandóque aſſumere aculeum ſuum. & acriter nimis infigere illum in medullas hominum peccatorum.*

Vult D. Bernardus, ut cum Propheta 69.
ita miſericordias Dei decantemus, ut tamen illius juſtitiæ non obliviſcamur: ita nos Dei miſericordia in ſpem erigat, ut ejus juſtitia adhuc nos terreat, & ineſſo timore à vitiis avertat; tunc enim rectè incedimus, ſi ſpem inter, & metum ritè procedimus; ſpem amplam de Numinis benignitate, & clementia fas eſt concipiamus, ſi tamen ſimul divinam vereamur juſtitiam: etenim de Chriſto adhuc tenello, & in faſciis balbutiente prædixit ſenex Simeon. *Ecce poſitus eſt hic in ruinam: & in reſtau-* Luc. 2. v. 34. *rationem multorum in Iſraël:* in ſalutem quidem ſperantium ſimul, & timentium; ſeu perambulantium mediam, & tutam viam ſpem inter, & timorem; ruinam verò minatur iis, qui excuſſo timore præſumunt in inchoata perſiſtere nequitia, detrectántque vitam emendare; quia vitia quibus inquinantur nolunt deſerere: qui ita ſperant, ut per timorem à vitiis non ſe aeertant in deſperationis barathrum ſe inijciunt; quia ſola ſpes ſine timore à via non retrahit perditionis, quia à vitiis non avertit ſperantes: qui verò ita ſperant, ut ſimul timeant, hi ſibi cavent, ne per indulgentiam vitiorum, ne per illicia voluptatum trahantur in perditionem. 70.

Deus ita à nobis cognoſcendus eſt miſericors, ut etiam agnoſcatur juſtus, idque viſus eſt Magiſter Chriſtus ſuos edocuiſſe Diſcipulos, cùm elevatis in cœlum oculis dixit: *Confiteor tibi pater Domine* Matth. 11. v. 34. *cœli, & terræ.* Quem emphaticè patrem priùs vocaverat, mox Dominum dixit; quid Myſterij in hoc latet? quia nimirum, ut pater fontem aperit benignitatis, & ut Dominus rigorem oſtendit ſeveritatis; patrem vocat Deum, ut in paterna ejus benignitate ſperemus; & mox Dominum vocat, ut ejus rigoris timeamus ſeveritatem: ut pater miſeretur, ut Dominus punit: neque ſufficienter Dei indolem explicuiſſet niſi benignitati patris rigorem immiſcuiſſet Lib. 2. contra Marcionem c. 10. Domini, ſcitè Tertullianus ait: *Uſque adeo juſtitia etiam plenitudo eſt divinitatis ipſius ex-*

exhibens Deum perfectum, & patrem, & Dominum. Patrem clementia, Dominum diſciplina; patrem poteſtate blanda, Dominum ſevera; patrem diligendum piè, dominum timendum neceſſariò: Diligendum quia malit miſericordiam, quàm peccatum. Diligendum quia malit pœnitentiam peccatoris, quàm mortem: timendum quia nolit peccatores non pœnitentes. Qui à benignitate Patris ſeveritatem Domini ſejungit, qualis ſit Deus miſericors, & juſtus non cognoſrit; tùm aquè in eo benignitas Patris, ac rigor Domini, & juſtitia reſplendeant Judicis.

71. Idque fortaſſis cauſæ, cur mundi Servator necem ſubiturus, ut vitam hominibus impertiret, Golgothæ in colle medius emori voluit geminos inter latrones, alterum reſipiſcentem, & alterum deſperantem. Is reſipuit quia in Deum, quem ob patrata ſcelera verebatur, adhuc ſperaverat; & quia ritè inceſſit inter ſpem, & metum, ad æternam pervenit ſalutem: alter verò, quia Chriſtum non timuit, quem conviciis etiam pulſabat, miſerè periit, Crux Chriſti media tribunal viſa eſt adumbrâſſe, & in eo Chriſtum Judicis fuiſſe officio functum.

Medius enim inter geminos reos, quem ſperantem ſimul, & timentem vidit, cœlo adſcripſit; quem verò excuſſo timore pervicacem deprehendit in tartara præcipitavit: tametſi flagitia, & ſupplicia paria fuerint, imò & etiam paria reſipiſcendi ſubſidia, exitus tamen utriusque longè diverſus fuit, unus cœlo receptus, & alter gehennâ ſepultus: eh cur Chriſti paſſio, utrumque cœlo non adſcripſit? quò nimirum ultimam nobis è cathedra crucis dictaturus Magiſter Chriſtus lectionem, nos edoceret, ita oculos mentis in Dei miſericordiam eſſe inijciendos, ut à divina non avertantur juſtitia; & ita ſperemus in Dei miſericordia, ac benignitate, ut ejus juſtitiam timeamus, & inter ſpem, & metum rectè incedentes, vitia declinemus, & per exercitia virtutum ſalutem conſequamur: ſi Chriſtus utrumque latronem damnâſſet, fortaſſis inde timendum fuiſſet, ne omnes peccatores deſperâſſent. Quòd ſi uterque cœli beatitate fuiſſet donatus, fortaſſis nimium ſperantes omni excuſſo timore vitiis liberiùs indulſiſſent, ſed quia unum cœlo adſcripſit, & alterum in Erebum detruſit, voluit ſpe ſalutis ita allicere, ut ſimul damnationis timore nos terreret, & ab utroque edocti latrone Chriſti latera ſtipante, diſceremus inter ſpem, & metũ ſalutem noſtram peragere. Ait enim D. Bernardus conſiderans unum ex duobus latronibus cœlo adſcriptum, & alterum in gehennam detruſum. *Si bene memini in toto canone ſcripturarum unum latronem ſic invenies ſalvatum. Noli ergo hic tam periculoſæ expectationi credere temetipſũ.* Licèt potuiſſet Deus utrumque cœlo adſciſcere, & per uberiora auxilia ad veram reſipiſcentiam improbum etiam pertrâhere; attamen nonniſi unum cœlo adſcripſit, quò in ſpe noſtra non ſolùm eſſet ſecuritas; verùm etiam in inceſſu timor, in operationibus pavor, in converſatione tremor, ut inter ſpem, & metum incedentes rectè procedamus.

DISSERTATIO XXIX.

Securitas, quæ ſola ſpe innixa, timore deſtituitur, iners eſt, ac infida, lapſui obnoxia.

§. I.

Ille ſtat tutus, qui gemino innixus fulcro ſpei, & timoris ſatagit lacrymis contractas conſcientiæ ſordes abſtergere.

1. SCio plures è vitiorum cœno, in quo diu jacuerant fœdè demerſi, feliciter emerſiſſe, quos inter recenſentur Manaſſes, David, Magdalena, Petrus, & ad horum imitationem plures alij; ſed quia ſperantes in Dei miſericordia, ejúſque ſimul timentes juſtitiam, pœnitentiam non diſtulerunt; ſicque inter ſpem, & metum procedentes rectè inceſſerunt, & per exercitia pœnitentiæ fuêre ſalutem conſequuti: ſed ex ſexcentis, imò & centenis millibus peccantibus, qui timore deſtituti ſola ſpe illecti pœnitentiam neglexerunt; vel in vitæ extremam diſtulerunt pariodum, vix unus reperitur, qui verè reſipuerit; pœnitentia enim ſera rariſſimè deprehenditur vera; idque teſte Bernardo, per os Davidis Deus nos edocuit; loquens enim de peccatoribus, quibus ut reſipiſcant, ſperent, & timeant, viſcera aperit ſuæ miſericordiæ, ait *Sanctis, qui in terra ſunt ejus mirificavit omnes voluntates meas in eis*, hoc eſt ſanctis, ſeu virtutum cultoribus ſperantibus veniam, & timentibus ſupplicium poſt patrata ſcelera, Deus viam ſtravit ſalutis, quam ut conſequerentur ſua iiſdem abundè ſuppeditavit auxilia: tametſi ſcelera coacervaverint, dummodo ita veniam ſperent, ut ſimul ſupplicium timeant, agántque pœnitentiam, quam non differant in extremum vitæ, ſed adnitantur illicò lacrymarum lavacro contractas ſcelerum maculas eluere, conſcientiam purgare, à ſuis convaleſcunt ægritudinibus; & viam ſalutis ita percurrunt, ut conſequantur: pergit David. *Multiplicatæ ſunt infirmitates eorum, poſtea acceleraverunt*: poſt multiplicatas vitiorum ægritudines, quia ſperantes, & timentes reſipuerunt; pœnitentiam egerunt, jejuniorum falce luxurantia amputârunt vitiorum germina, flagellationum vibicibus tellurem corporis coluerunt, & injecta virtutum ſemina proficuo irrigârunt lacrymarum imbre; germina, & flores dederunt virtutum, quibus gratè olentes, Deum ipſum allexerunt, qui tutam ſpem inter, & metum ſalutis viam illis adaperuit; quam feliciter *poſtea acceleraverunt*, ſeu celeri paſſu, ac feſtinato greſſu ſalutis viam perambulârunt.

Pſal. 15. v. 3.

Pſal. 15. v. 4.

2. Quòd ſi dicas, plures vitam duxiſſe ſceleribus infamem, & peccata peccatis coacervaſſe, ac in confuſiſſima vitiorum Babylone fuiſſe diu immoratos, & in vitæ extremo feliciter reſipuiſſe, ac ſalutem fuiſſe conſecutos; non credas plures, ſed rariſſimos fuiſſe, quibus, ut reſipiſcerent in vitæ extremo Deus opem ſuam præſtiterit, imò adeo eſt exiguus horum numerus, ut nec conventum; imò nec conventicula conſtituant, quod edixit Deus per Prophetam ſuum Davidem inquiens: *Non congregabo conventicula eorum de ſanguinibus*; temerarium eſt Dæmonem vixiſſe, & Angelum lucis ſperare hinc decedere; in cœno vitiorum jugiter hæſiſſe immerſum per totum vitæ defluxum, & ſperare in morte cœlicolis adſciſci; non enim peccata tunc ab ipſis deſeruntur; ſed potiùs peccata ipſos deſerunt; quia tametſi ſperaverint in Dei miſerentis clementia, quia tamen ejus non timuerunt juſtitiam lacum ſibi aperuêre perditionis; adeò ut pauciſſimi recenſeantur, quibus in vitæ extremo Deus ea ſuppeditaverit auxilia, quibus ut oportet, reſipiſcerent: *Non congregabo conventicula eorum, de ſanguinibus quaſi dicat* (ut expendit D. Bernardus) *Non dico quin, & talium ſalvem aliquos, potens enim ſum in momento omnia revocare: ſed non congregabo conventicula eorum de ſanguinibus; id eſt, qui in ſanguine perſeve-*

rant, donec multiplicatis infirmitatibus de. ſerantur à peccatis ſuis antequam deſerant ea: non magna talium conventicula congregabo.

3. Qui poſt pattata ſceleta ita in Dei ſpe-
rârunt miſericordiam, ot ejus etiam juſti-
tiam timuerint, & incedeutes inter ſpem,
& metum pœnitentiam egerunt, & fuſis la-
chrymis conſcientiæ ſordes eluerunt; hi paſ-
ſim fuêre ſalutem conſecuti, quia inter
ſpem, & timorem incedentes, verè reſipue-
runt; & tutè proceſſerunt; ſecus qui tan-
tùm ſperârunt in vitæ extremo reſipiſcere,
& excuſſo timore per totum vitæ decurſum
in cœno hæſerunt vitiorum immerſi, per
ſolam ſpem à timore ſejunctam miſerè pe-
rierunt cum Amone: peccavit iſte nec Dei
vindicis ſupplicium timuit, ſed in ejus dun-
taxat ſperans miſericordia pœnitentiam di-
ſtulit in vitæ extremum: de Amone dicitur,
4. Reg. c. 21. *fecitque malum in conſpectu Domini, ſicut Ma-
naſſes Pater ejus.* Nimirum imitatus ſuit
In Annal. Amon Patrem peccantem, ſed eum non ſuit
ſecutus reſipiſcentem. Refert Glycas, Amo-
nem dixiſſe: *Pater meus à puero multa ſce-
lera fecit, & in ſenecta pœnitentiam egit; quare & ego in hac ætate pro animi libidine non me geram? & deinde ad Dominum me convertam?* Ecce quomodo juventa auda-
ciam ſuggerit, quomodo timorem excutit,
& ſpem melioris vitæ, ac frugis in extre-
mum projicit vitæ, pœnitentiam protrahit
in ultimum vitæ, cùm ampliùs vires non
ſuppetunt reſipiſcendi: & corporis ſubeun-
di macerationes, & ſupplicia. *Non tardes* ait Eccleſiaſticus *converti ad Dominum*, ſi in juventa peccâſti, non jaculeris in ſenectam ſpem reſipiſcendi; ſi in flore ætatis deliquiſti, ſi roſas voluptatum carpſiſti, ſpinas pœnitentiæ non differas experiri: omnes vitæ emendandæ abrumpe moras, & præſtringe remoras: noli corvinam edere vocem, nec repetere illud *cras*, ſeu noli differre de die in diem, quia divina Nemeſis licèt laneos habeat pedes, ne eam venientem audias; ferreas tamen habet manus, quibus graviùs te feriat, ſi ſpe illectus reſipiſcendi in ſenecta, omnem excutis in juventa timorem, quò liberiùs vitiis indulgeas, ac laxiores percurras iniquitatum vias: hinc ſcitè Salomon Proverb. 27. *Ne glorieris in craſtinum, ignorans quid ſuperventura pariat dies.* Et Eccleſ. 9. *Neſcit homo finem ſuum, ſed ſicut piſces capiuntur hamo, & ſicut aves laqueo comprehunduntur; ſic capiuntur homines in tempore malo, cum eis extemplo ſupervenerit.*

4. Juvenes enim improvidi, perinde ac piſces marinis fluctibus, ſeu mundi deliciis, ac vanitatibus innatantes, ac colludentes; vel etiam ut aves per aëreos tractus minùs cautè volitantes repentinæ mortis implicantur retibus, & breve gaudium longa æternitate luunt. Huc accerſendus D. Auguſtinus Serm. 17. de verb. Domini ubi ait: *Ipſa res eſt, quæ plurimos occidit cùm dicunt cras, cras, & ſubito oſtium clauditur, & remanſit foras cum voce corvina, quia non habuit gemitum columbinum*, vox corvina ſpem differt, projicitque in craſtinum, & præſentem excutit timorem; gemitus verò columbinus timorem accerſit, & ſpem fovet Deus autem vocem corvinam non audit, ſed gemitum columbinum exaudit quia à ſpe, & timore ſimul proficiſcitur; neque obſtat, Deum promiſiſſe reſipiſcenti, & ingemiſcenti æternam ſalutem, quia ut ſcitè notat D. In Pſal. 144.
Auguſtinus, licèt Deus promiſerit reſipiſcenti indulgentiam, non tamen peccanti promiſit diem craſtinum: ſi nemo poteſt ſibi diem craſtinum certò promittere, quomodo & pœnitentiam in diem craſtinum protractam? qui in futurum negotium ſuæ ſalutis, ſuæque vitæ emendationem protrahit, bonum certum dimittit pro dubio; & contemnendo quod amittit præſens, probat ſe parum curare de eo, quod expectat: idque cauſæ, cur David nobis inculcet: *Hodie ſi* Pſalm. 94.
vocem ejus audieritis, nolite obdurare corda veſtra. Stulitiæ dandum eſt, non prudentiæ, tunc incipere rectè vivere, cum deſerenda eſt vita; & malè mori quaſi ineluctabile: poſtremas vitæ reliquias virtuti tradere; & omnes annos, diéſque adoleſcentiæ, & juventutis vitijs impendiſſe, perinde eſt, ac virtutibus vitia præferre: iſtis favere, & illas graviter lædere.

Triſte hujus veritatis documentum 5.
dedit Amon, qui Manaſſem Patrem imitatus
peccantem, & non ſecutus reſipiſcentem
totam juventam prodegit vitiorum indul-
gentiâ; ſperans fore, ut in extrema ſenecta
ad meliorem poſſet frugem converti, ſed
quia: *Non eſt reveritus faciem Domini, ſicut* 2. Paral.
reveritus eſt Manaſſes Pater ejus: & multo cap. 23.
majora deliquit; miſerè perijt, quia ſola ſpe
fretus reſipiſcendi in ſenecta, Dei timorem
excuſſit in juventa; & cum vitijs, quibus in-
dulſit, ſe præcipitem egit in ſupplicia æter-
nùm timenda. Id interfuit diſcriminis inter
Amonem filium, & Manaſſem Patrem, quia
licèt uterque deliquerit, ac vitijs indulſerit,
Amon ideo ſe perdidit, quia timorem Dei
excuſſit, & ſpem reſipiſcendi in extremum
vitæ projecit: Manaſſes verò poſtquam fuit
anguſtijs preſſus, calamitatibus obrutus:
Oravit Dominum Deum ſuum, & egit pœni- 2. Paral. 33
tentiam valdè, coram Deo Patrum ſuorum:
non diſtulit pœnitentiam, ſed ſperans in
Dei miſericordia fuſis precibus, & lachry-
mis Deum enixim rogavit, ut delinquenti
ignoſceret, & ſimul accerſito timore, quò di-
vinam Nemeſin à ſe averteret, pœnitentiam
egit, lachrymis fategit conſcientiæ maculas
eluere; & ſcelerum ſordes abluere.

Suillem induunt naturam, qui nun- 6.
quam cœlum aſpiciunt, niſi extrema ægritu-
dine decumbentes, vel ſupinè proſtrati jacent
in lectulo. Sunt ex arboribus quædam adeo
tenaces ſuorum fructuum, ut nonniſi per-
cuſſæ eos in alimoniam concedant hominibus,

cujus

cujusmodi ſunt nuces, amigdalæ, quercus, à quibus fructus non impetrantur, niſi fuſte dirè pulſentur. Deus Manaſſem ſuſtibus calamitatum percuſſit, quò tandem fructus daret pœnitentiæ. Fuit Manaſſes Ezechiæ filius degener in cultura virtutum: Ezechias enim ſtatim initio Regni ſui ſumma Religione reſtauravit quidquid divino cultui detractum fuerat, & de divinis ceremonijs violatum; Manaſſes, quæ pater ad pietatem ſtabiliendam reparaverat, contumelioſè peſſumdedit: ille errorum tenebras abegit, & veræ religionis ſplendorem invexit; iſte avitæ pietatis cultores in cœnum pertraxit vitiorum: ille profana, & nefanda idolorum ſimulacra è templo ſuſtulit; iſte omnia ferè idola in templum intulit: ille ſacrilegos lucos ferro excidit, & flammâ incendit; ſed iſte è cinetario impietatem inſtauravit, & cultum reſtituit idolorum ſimulacris: ille Dei Sacerdotes, & Levitas accivit in templi miniſteria; ſed iſte proſcripſit, & eorum loco idolorum ſubrogavit ſacrificulos.

7. Quia tamen Manaſſes Antitheſin dedit Patri Ezechiæ prorſus diſſonam, Deus ad meliorem, ut eum frugem pertraheret, Achazem excitavit, qui bello Manaſſem divexaret; hic crebris in Palæſtinam excurſionibus volitans, Manaſſem tandem ſanguini, & ſaginæ immerſum abjectis Regni curis improvidum, & ſocordem ſibi captivum fecit, & direpto Regno, vinctum catenis Babylonem perduxit, ubi eum carceri mancipavit. Sed felix fuit ei hæc calamitas, ubi enim cecidit captivus, reſurrexit vera libertate donatus, ubi Regnum amiſit, mentem admiſit: inter cuſtodiæ tenebras divina perfuſus luce, quæ patravit ſcelera vidit, & acerrimo cordis dolore confractus ingemuit; preces, & ſuſpiria in Deum fudit, fletu crimina lavit, ſqualore peccatorum ſordes excuſſit, vinculis vitiorum retia diſrupit, ſe deteſtabilem æterno Judici accuſavit, pectus tutudit, ſuſpirijs carcerem opplevit, quin & lachrymis madnit, ſed tunc ſpei vitorem, & timoris violam ſalubri lachrymarum imbre rigavit, & ſpe fretus, ſimúlque timore correptus potuit cum Davide repetere: *Bonum mihi Domine, quia humiliaſti me*; (Pſalm. 118.) tametſi Manaſſes atrocitate ſcelerum ſuos ſuperaverit prædeceſſores; quia tamen cœpit ſpem inter, & timorem procedere, incepit reſipiſcere, pœnitentiam agere, lachrymas fundere, pectus tundere, ſuſpiria edere, lachrymis conſcientiæ ſordes abſtergere & ut ait (Cap. 58.) Iſaias *diſſolvit colligationes impietatis.*

8. Rara & propterea magna res eſt in magnis principibus de patratis flagitiis per corporis macerationes pœnitentia: ut quod voluptas indulſit concupiſcentiæ, hoc corporis afflictatio per indicta jejunia ſubtrahat carnis illecebræ: ſcimus plures ante Manaſſem reges Judæ ſceleribus fuiſſe coinquinatos, & nullum uno excepto Davide ſua peccata defleviſſe; nullum diadema abjeciſſe, caput cinere ſparſurum; nullum purpuram exuiſſe, cilicium induiturum. Quod præſtitit Achabus plus timoris ſervilis habuit, quàm amoris, & animi ſerio crimina deteſtantis; cum in ipſo poſteriora fuerint peiora prioribus: vera ſiquidem pœnitentia eſt, perpetrata peccata plangere, & plangenda non ampliùs perpetrare. Vera pœnitentia eſt, quæ in ſpem erigit reſipiſcentem, ſimúlque timorem incutit, quo præcaventur peccata, & per exercitia virtutum tutam inter ſpem, & timorem viam ſternit ad cœleſtem beatitatem: hinc S. Cyprianus *de laudibus Pœnitentiæ* exclamat. *O pœnitentia, quid de te non referam? omnia ligata ſolvis, omnia clauſa tu reſeras, omnia adverſa tu mitigas, omnia contrita tu ſanas; omnia confuſa tu lucidas; omnia deſperata tu animas.* Lacrymæ pœnitentium ſordes eluunt conſcientiæ, maculas abſtergunt noxarum; cordis ariditatem reficiunt; & totum hominem in obſequium virtutis, emolliunt, ac in cœlum evehunt, de cujus acceſſu lætantur, gratulantúrque cœlites omnes, ut aſſerit Tertullianus inquiens. (Lib. de pœnit.) *Lætantur Angeli pœnitentia hominis Luc. 15. Heus tu peccator bono ſis animo; vides ubi de te gaudeatur. Dolet peccator, cœlum gaudet; lachrymatur peccator, cœlum exhilaratur; pœnitentiam agit peccator in terra: gaudium magnum eſt in cœlo.*

9. Dignos pœnitentiæ fructus dedit Manaſſes, quia medios inter ſpem, & metum flevit; & lacrymarum pluvijs cordis tellurem irrigavit, quæ vitiorum æſtu exarverat. Ea eſt vera pœnitentia, quam timor Dei obſtetricante ſpe partorit; talis fuit Ninivitarum pœnitentia, non ſolùm cilicijs, jejuniis, doloribus, lacrymis, precibus, ac eleemoſynis cumulata, verùm etiam ſpe innixa, & timore ſuffulta: appoſitè Zeno Veronenſis. *Ut iſti Ninivitis annunciatus interitus credunt, & timent, & quanto ſciunt Dominum non eſſe mendacem, tantò propenſius ejus de pietate præſumunt.* Crediderunt Ninivitæ Jonæ imminens deprædicanti excidium; ſed non inde deſperârunt; ſed ſerica abjicientes, & mollia indumenta, cilicium induerunt, tati inter ſpinas pœnitentiæ lætiùs ſpem viteſcere; & fulcro innixi timoris Dei firmiùs ſtare. *Quis ſcit ſi convertatur, & ignoſcat Deus.* Divina Nemeſis peccantibus extremum minatur excidium; ſed Dei clementia depreſſum timore animum in ſpem erigit veniæ: ſi verè reſipiſcat: *Si peccator ingemuerit vita vivet, & non morietur.*

10. Quærit D. Thomas, an hic pœnitentiæ gemitus ſuam à timore originem trahat; ſitque timor fons ille, à quo rivuli ſcaturiunt lacrymarum; & ediſſerit, dupliciter poſſe pœnitentiam conſiderari, quoad habitum, qui à Deo miſerente infunditur ſine nobis quidem principaliter operantibus, licèt non ſine nobis diſpoſitivè cooperanti-

 bu-

bus per actus aliquot: & quo ad actus, quibus Deo operanti in operibus pœnitentiæ cooperamur: & horum actuum primum principium, ait Angelicus Doctor, eſſe ipſam Dei operationem convertentem ad ſe cor hominis; ſecundum actum eſſe motum fidei; tertium motum timoris ſervilis, quo peccator metu pœnæ, ac præſertim æterni ſupplicii à noxis perpetrandis retrahitur: quartum eſſe motum ſpei, quo quis ſub ſpe veniæ impetrandæ proponit, ipſum pœnitere anteactæ vitæ, & ad ſaniorem tranſire frugem per exercitia virtutis pœnitentiæ: quintum eſſe motum charitatis, quo alicui peccatum diſplicet, eò quia à ſummo Bono avertat, ſitque læſivum divini iuris: ſextum tandem timorem filialem, quo ob ſolum obſequium Deo à creatura debitum proponit quis vitæ emendationem, & ſeriò ab omnibus abſtinere noxis, ne iniurius ſit Dei bonitati, & ne quidquam agat, quod illi diſpliceat: & hic eſt ille timor, de quo dixerat Iſaias: *A timore tuo Domine concepimus, & peperimus ſpiritum ſalutis*; ſeu ut explicat Angelicus Doctor *Spiritum, ac ſpem pœnitentiæ ſalutaris.*

§. II.

Spes veniæ impetrandæ niſi amico, & indiſſolubili fœdere timori conſocietur in temeritatem degenerat præſumptionis: nec timor à contubernio ſpei eſt excludendus, ne deſperationem ſuggerat.

11. OBſervatu dignum eſt; ſpem ſalutarem, & ſpiritum pœnitentiæ geminum inter timorem ſervilem ſcilicet, & filialem locari; quia ſpes veniæ impetrandæ, ne in præſumptionem degeneret perniciosam timori eſt conſocianda; ſi enim à contubernio excludatur timoris in temeritatem degenerat præſumptionis; ut etiam timor niſi ſpei conſocietur in ſpeciem labitur deſperationis, ut tutè procedamus, neceſſe eſt inter ſpem, & timorem incedamus pœnitentiam agentes, quæ utroque innitatur timoris, & ſpei fulcro, ne corruat; neque ſufficit ſi pœnitentiam agamus, niſi ſatagamus à factis malis per exercitia pœnitentiæ recedere; ait D. Auguſtinus: *Non ſufficit mores in melius commutare, & à factis malis recedere, niſi de ijs, quæ facta ſunt, ſatiſfiat Deo per pœnitentiæ dolorem, per humilitatis gemitum, per contriti cordis ſacrificium cooperantibus eleemoſynis.* Tunc pœnitentia ſuos depromit fructus, quando ſqualore obſita, lacrymis madida, ieiuniis emaciata, flagellationibus cruentata, media iacet inter ſpem, & metum. Idque fortaſſis cauſæ, cur munus prædicandi populis baptiſmum pœnitentiæ injunctum fuerit Joanni Baptiſtæ: *Venit in omnem regionem Jordanis prædicans Baptiſmum pœnitentiæ in remiſſionem peccatorum*: eh cur hæc provincia fuit demandata Joanni Baptiſtæ viro innocentiſſimo, & gratiæ ſplendori priùs quàm huius lucis uſuræ edito; priùs ſanctitate inſignito in matris utero, quàm nativitate hominum conſortiis adſcito? nonne hocce munus promulgandi pœnitentiam peccantibus, congruentiùs peccatori alicui pœnitentiam agenti fuiſſet concreditum? fortiùs enim proprio exemplo peccantium corda ad reſipiſcendum flexiſſet; & faciliùs quæ damna invehat peccatum, niſi pœnitentiæ lacrymis eluatur, ediſſerit, qui proprio malo edoctos, qualem animæ inferat ſtragem, expertus eſt: nimirum eſſe peccatum omnium turpitudinum fæcem, omnium ſordium colluvionem, omnium fœditatum cloacam, omnium deformitatum congeriem. Unica enim lethalis noxa purulentâ ſuâ ſanie, & fœdâ contagione toti cœlo nauſeam ingenerat, totique terræ ſtomachum movet. Quid enim aliud eſſe peccatum dixeris, quàm cordis luem, ſtygij Draconis ſputum, Luciferi tabificum phlegma, Avernalis cerebri virulentum aconitum; Erebi corruptum excrementum, animi purulentam tabem; virtutum omnium cruentam cladem, meritorum excidium, naturæ dehoneſtamentum, gratiæ interitum, mortis ſtipendium, ac malorum omnium compendium: nullus enim eſt hœdus, qui tam malè oleat; nulla ſentina, quæ tam perversè fœteat; nulla cloaca, quæ tam tetram ſpiret mephitim.

Idque accommodato emblemate videtur Jeremias expreſſiſſe, cum Heroinam ſpectandam exhibuit oris ſuavitate venuſtam; vultûs gratiâ decoram, corporis habitu nobilem; ſed gemmarum collucentium nitore deſtitutam; purpura, & murice ſpoliatam omnique ornatu privatam; imò & propriæ veluti oblitam conditionis inſtar ſcarabæi ſe in luto, & ſtercore fœdè volutantem: 12.

Qui nutriebantur in croceis amplexati ſunt ſtercora, ſeu ut vertunt Patres Græci: *qui nutriebantur in cocco*: mox abjectâ purpurâ, exuta veſte nuptiali, deſerta imperatoria trabea totos ſe abjiciunt in ſterquilinium, ut diſſuavientur ſtercora: in has fœditates, ac turpitudines pertrahit lethalis noxa, cujus propterea damna, qui expertus eſt, validiùs poteſt alijs timorem incutere, & beneficio pœnitentiæ in ſpem veniæ peccantes erigere, ut inter ſpem, & timorem incedentes ſalutem conſequantur. Cur ergo peccatori reſipiſcenti potiùs, quàm Joanni innocenti officium promulgandi pœnitentiam non fuit demandatum? Divino credas id factum fuiſſe conſilio, ut in Eccleſia duo conſtituerentur principes pœnitentiæ miniſtri; unus qui pro concionibus eam populis promulget, ac inculcet; alter qui pro tribunali illam exerceat: Joanni onus injungitur pœnitentiam promulgandi; ut eò ejus neceſſi-

In Hom. 50.

Luc. 3. v. 3.

Thren. 4. v. 5.

tas

taſ ampliùs pateſceret, quò à viro innocente, ſummarum virtutum addicto à noxarum peſte prorſus alieno enuntiabatur. Joannes, in quo efficaciùs verbis exempla loquebantur, pœnitentiam prædicat; ut peccantes uberiori timore perculſi per pœnitentiam ſatagerent noxas excutere, & lacrymarum lavacro contractas maculas eluere; ſimúlque ſpem veniæ imperrandæ concipere, ac inter ſpem, & metum in ſtudio virtutum procedere: huc accerſendus Author operis imperfecti, loquens enim de Joanne prædicante baptiſmum pœnitentiæ ait: *Ampliùs reſonabat converſatio ejus in eremo, quàm vox clamoris ipſius, & magis expaveſcere faciebat homines operibus ſuis, quàm verbis.* Homil. 3.

13. Quid? quòd ad eandem pœnitentiam miniſtrandam Petrum peccatorem, & pœnitentem delegit? ſi ad eam pro concione populo inculcandam Joannem ſelegit? nimirum quia ſi innocentia, probitas, & exempla omnium virtutum in Joanne pœnitentiam prædicante timorem peccatoribus incuſſerant; reſipiſcentia in Petro pœnitentiam miniſtrante ſpem veniæ in ijsdem excitaret, quò inter ſpem, & timorem incedentes per exercitia virtutum ſalutem conſequerentur: ut jam nemo ob commiſſa ſcelera deſperet, nemo animo cadat, nec ſpem abjiciat; cum voluerit Deus pœnitentiæ miniſtrum hominem ſeligere peccatorem, noſtris ſcientem infirmitatibus compati. Licèt Petrus ad propulſandos injuſtos aggreſſores in nocte cœnæ in ſui magiſtri propugnationem adamantinum pectus conjuratorum objecerit cohorti, & exempto vaginâ gladio aurem Malcho amputaverit: licèt paratum ſe exhibuerit mortem potiùs oppetere, quàm latum unguem à magiſtro abſcedere; vix tamen aulam præſidis ingreſſus; illicò & ſimulare didicit, ac mentiri, dixerim tamen ſine injuria veritatis: quòd novus tyro in arte mentiendi; ita feliciter hanc nequivit artem exercere, quin aſſuetus adhærere veritati, vel cum mentiretur, vera depromeret: dixit non noviſſe hominem; quia Chriſtus flagellis cæſus, ſpineo redimitus ſerto, ac toto corpore ſaucius, & cruentatus, is amplius non erat, quem in ultima cœna, & horto nocte viderat anteacta. Deſiit tamen eſſe fidelis, cum primùm aulam volens, & non coactus, fuit ingreſſus; reformidavit enim vel unius ancillulæ vocem, quæ tamen ſolertiùs cuſtovit fores palatij, quàm Petrus cœli januas. Friguit ſtatim ac ignem in Atrio ſentijt, & ad flammæ illius ſplendorem plenè cœcutiens magiſtrum ampliùs non vidit, nec cognovit: & quos prope aquas, & marinos fluctus conceperat veri amoris ardores; hos ad accenſas extinxit prunas.

14. Foras tamen egreſſus, quas per trinam negationem maculas contraxerat lacrymis eluit; & fletu, ac ſuſpirijs, quos ad ignem ardores extinxerat amoris, eosdem ad fontem lacrymarum reaccendit. Huic ergo Petro concreditæ fuerunt claves cœlorum, munúsque pœnitentiam miniſtrandi demandatum; ut qui per patrata flagitia à Deo ſe averterant, in ſpem veniæ erigerentur, ſi timore ſancto correpti, fore ſperarent, ut ijsdem reſipiſcentibus eſſet Petrus cœli januas reſeraturus: *Quia videlicet*, ait D. Gregorius Magnus, *cognoverat, quàm miſericorditer deberet aliena infirma tolerare.* Homil. 21. in Evang. Huc accerſendus Optatus Milevitanus *lib. 7. contra Parmen.* inquiens: *Petrus (ſicut ſatis erat, ſi poſtquam negavit, veniam conſequeretur) præferri omnibus Apoſtolis meruit. & claves regni cœlorum communicandas cæteris ſolus accepit. Stant tot innocentes, & peccator accepit claves: ut unitatis negotium formaretur, proviſum eſt, ut peccator aperiret innocentibus, ne innocentes clauderent contra peccatores.* Petrus licèt perjurus cæteris præfertur Apoſtolis; claves ei concreduntur Regni cœlorum, non verò Innocenti Baptiſtæ, nec uni ex Seraphinis, ut ſarta, & tecta nocentes inter, & innocentes ſervaretur unitas; timendum enim fuiſſet ne innocentes januas cœlorum nocentibus occluſiſſent; ad hanc excutiendam ſuſpicionem, nocentem voluit Chriſtus præferre innocenti; & illi non iſti claves cœlorum concrederet; ut non deſperarent ſceleribus obruti; ſed timorem inter, & ſpem incedentes veniam ſperarent reſipiſcentes, & ſalutem conſequerentur timentes, ac ſcelera præcaventes: ne ſpes in præſumptionem degeneret fulcienda eſt timore; & ne timor deſperationem ſuggerat, ſpei eſt aſſociandus; ſcitè D. Chryſoſtomus ait: *Qui in peccatis eſt non deſperet videns tot, qui reſipuerunt, & ad ſummum virtutis apicem pervenire potuerunt. Itaque nullus tametſi multorum bonorum operum ſibi conſcius præſumptuoſus ſit, ſed anxius, & ſolicitus; & audiat Beatum Paulum admonentem, & dicentem: Qui ſtare ſibi videtur videat ne cadat. Nullus item, qui in profundum malitiæ deſcendit ſalutis ſuæ ſpem abjiciat, ſed ineffabilem Dei miſericordiam cogitans, audiat iterum: Deum per Jeremiam Prophetam dicentem; num qui cadit non reſurget? & qui averſatur non revertitur?* Homil. 29. in Geneſ.

15. Plures vitia proſtrârunt, quos ſpes erexit, & timor ad reſipiſcendum induxit. Quis Manaſſe nequior? ſed in ſpem erectus, & timore correptus ſcelerum maculas, quas contraxerat lacrymis eluit. Quis Paulo deterior, cum prima fidelium germina evellere adniteretur, totámque ſimul eradicare Eccleſiam? ſed cœleſti lumine circumfuſus, ex equo in terram proſtratus, & timore correptus felici lapſu ſurrexit ad meliorem frugem; & conſtitutus eſt vas electionis, qui fuerat incentivum perditionis? Quis Matthæo peior, cum in telonio ſolia mundi divitijs inhiaret, ut delicijs diffluerct? & tamen

men ad Apoſtolatum promotus fuit. Quis deteſtabilior Zacchæo principe publicanorum? Sed cum primùm hoſpitio Chriſtum ſuſcepit, vitam hauſit, quam domum induxerat. Quis latrone perverſior? & tamen quia furtis aſſoetus cum viveret, etiam moriens furari didicit paradiſum. Quòd ſi è lapſu reſurgentes ſpem excitant; ſtantium lapſus timorem incutiant ſtantibus. Quis Salomone felicior, ſi ejus regni exordium luſtremus? Deum alloquens dixit: *Da mihi* (Sapien 9. v. 4.) *ſedium tuarum aſſiſtricem Sapientiam*; cui Deus, ut voti compos fieret reſpondit *3. Reg. 3. v. 11. Quia poſtulaſti tibi Sapientiam ad diſcernendum judicium, ecce tibi cor ſapiens, & intelligens, in tantum, ut nullus ante te ſimilis tui fuerit*; ſed eum excuſſo Dei timore cæpit carnis indulgere concupiſcentijs mulieribus adhærere in perfundum decidit vitiorum. Quis Juda beatior? ſed ex Chriſti Diſcipulo factus eſt perſecutor, ut caput Redemptoris fieret pretium proditoris; magiſtrum enim venalem in mercem expoſuit, & amoris armis abuſus oſculo prodidit, ſimúlque perdidit, quem debuiſſet ſibi lucrari. Quis Simone commendatior in actis Apoſtolorum? ſed quia Dei timorem à ſe abegit, factus eſt omnium abjectiſſimus. Quis Nicolao ſanctior? cum electus fuerit ab Apoſtolis, & Stephano aſſociandus; ſed teterrimus factus eſt hæreſiarca.

16. Qui igitur ſtare ſibi videtur, timeat, ne cadat: qui cecidit ſperet reſurgere, & reſipiſcens ita ſpe innitatur, ut ſimul timore fulciatur: is enim ritè incedit, qui ſpem inter & metum rectè procedit; ideóque tartareus hoſtis inſomnis omni loco, quovis tempore invigilat, ut ab hoc nos medio retrahat, & in extrema pertrahat, quò ſpe veniæ illecti, præſumamus pravis indulgere concupiſcentis, mundi deliciis deliniri, carnis voluptatibus diffluere, & cœno fœdari vitiorum omnium, vel ut immodico terrore perterriti deſperemus, laxatíſque habenis viam cœco impetu percurramus iniquitatis nullo ampliùs depravatis affectibus injecto frœno; ſatagit cacodæmon malè ſuada flexanima deſperationem perſuadere, ut omne diſrumpat peccandi frœnum; & per contemptum divinæ miſericordiæ, cui ſpes noſtra innititur in omne ſcelus ruamus; vel per immodicam ſpem ea præſumamus, quibus ad gehennæ ſupplicia pertrahimur.

17. Docet Angelicus doctor *2. 2. q. 21. art. 1.* præſumptionem importare quandam immoderantiam ſpei. Et ſicut deſperatio eſt per averſionem à Deo; ita præſumptio eſt per inordinatam converſionem ad ipſum; & quia utrumque extremum immodici timoris, & ſpei à ſummo bono avertit illud inducens deſperationem; & hoc ſuggerens præſumptionem; in utrumque ſatagit Avernalis inſtigator nos trahere, ut ſcribit D. (Epiſt. 7. ad Venant.) Fulgentius inquiens: *Pleroſque ſub vana ſpe indulgentiæ in peccatis Diabolus tentat, & compellit eos Dei juſtitiam non metuere, quos inaniter hortatur de Dei bonitate gaudere.* Quamvis natura ipſa prudens magiſtra edoceat malè agentes trepidare; ſitque perperam operantibus timor à natura inditos: hunc tamen timorem ſatagit orcinus hoſtis divinæ miſericordiæ objectu excutere, ut ad peccata pelliceat; & ſpe veniæ impetrandæ ſeducat, ac in gehennalem inducat deſperationem: ait D. Gregorius. *Plerumque hoſtis callidus mentem, quam peccando ſupplantat, cum de ruina ſua afflictam reſpicit, ſecuritatis peſtiferæ blanditijs ſeducit.*

18. Medius incedit inter ſpem, & metum, qui tutè procedit, & ad neutrum propendet extremum, ne ſi deflectat è medio vitiū incurrat extremi; licèt timor frœnum ſoleat vitio injicere, ſi tamen inordinatus fuerit in vitium etiam ipſe degenerat: eſt hæc timoris inordinatio, quædam cujusdam mali fuga; & interdum ſoli inhæret appetitui ſenſitivo; & plerumque ad ipſum etiam rationalem aſcendit eſtque inordinata voluntas, quæ ex libero arbitrio quidquam refugit diſſonum à regulis rectæ rationis; ut cum quiſpiam metu pœnæ alicujus incurrendæ, aliquid omittit, vel agit contra divina præcepta; & hic timor malus eſt, quia per transgreſſionem divini præcepti avertit à ſummo bono; timor qui Deum excludit, ſpei non adſociatur, & in vitium degenerat. Mobiles inter fluctos totam duxerat noctem inſomnem Petrus, laxandis retibus, gregique ſquammoſo expiſcando occupatus, inani tamen labore; vacua enim ſemper traxit, quæ laxaverat retia, ſomnúmque perdidit, & opus; ex quo nihil lucri ei accrevit: cumque mane Chriſtus aſcendiſſet in navem, quæ erat Simonis; juſſit navem in altum duci, & retia laxari: *Duc in altum, & laxate retia in capturam*; (Luc. 5. v. 4.) præcepto magiſtri obſequuti Diſcipuli retia laxârunt, quæ nocte anteacta induſtriam, & diligentiam fefellerant, nocturnúmque laborem fruſtraverant, & illicò repleta piſcibus ſudorem extorſerunt à Diſcipulis ingenti labore trahentibus: *Et cum hoc feciſſent concluſerunt piſcium multitudinem copioſam, rumpebatur autem rete eorum*: (Luc. 5. v. 6.) tunc Petrus non tam admiratione captus, quàm timore correptus ad pedes Magiſtri provolutus dixit: *Exi à me, quia homo peccator ſum Domine*: (Luc. 5. v. 8.) hic autem timor Petri, quia inordinatus, & à comitatu ſpei ſejunctus à Magiſtro nitebatur diſcipulum timentem retrahere, & Deum optare abſentem, quem Petrus timebat præſentem; proinde Domino diſplicuit, quem excuſſum voluit: *Noli timere, ex hoc jam eris homines capiens*: ac ſi diceret tunc timor commendabilis eſt quando ad Deum trahit, & à ſceleribus retrahit; quando ſpei adſociatus, ita Dei vindicis juſtitiam timet; ut de miſericordia non deſperet; ita reſipiſcens timeat, ut ſimul ſperet; timor ſpei confœderetur, & ſpes à timore

more non ſejungatur; utroque innixue fulcro tutè ſtat, cadit verò ſi altero deſtituatur; utroque pede timoris, & ſpei percurrimus viam mandatorum Dei; ſi altero quis careat, neceſſe eſt claudicet: acutè Chryſologus commentans Petri timorem ait:
Serm. 147. *Petrus Dominicæ virtutis timore turbatus, Chriſto, ut à ſe diſcederet, ſupplicabat. Diſcede inquit à me, quia homo peccator ſum. Hoc dicebat, quia quidquid amoris, & fides erat, pondus pavoris extinxerat: ſit timor niſi fuerit amore temperatus, quandam devotam ſervitutem efficit contumacem:* niſi timor amore, & ſpe temperetur non in libertatem aſſerit timentem; ſed contumacem inducit ſervitutem, quâ pervicaciter vitio famulatur.

19. Si timor rectè ordinatus fuerit, & ſpei ritè adſociatus, vel ipſi orco terrores incutit, eſtque toti Erebo formidini. Sacer Sponſus venuſtatem deſcripturus ſponſæ, equeſtri militum aciei eam æquiparat: *E-*
Cant. 1. v. 8. *quitatui meo in curribus Pharaonis aſſimilavi te amica mea:* & alibi ſimilem dicit armatorum exercitui: *Terribilis ut caſtrorum acies ordinata:* quid? quòd ſponſa venuſtate decora, moribus manſueta, indole mitis, vultu blanda, ore jucunda fronte hilaris, oculis ſerena, horriſono, armatóque pariatur exercitui? quid affinitatis habet hilaris ſponſa cum truci armatorum equitatu? quid neceſſitudinis habet Virgo imbellis cum bellatorum armato exercitu? quomodo Hymenæus facer cum Marte cohæret, in caſtris truculento; quomodo nuptiales tedæ cum exitialibus mortis facibus; quomodo ſponſæ flores, quibus fulcitur, cum Libithinæ cupreſſo: aſſueſcit ſponſa roſis amoris, & charitatis legendis, lilijſque caſtitatis excolendis; conſueſcit armatorum exercitus hoſtium clades ſpargere, alienum ſanguinem fundere, lilia caſtitatis vel fœdare, vel evellere, flores virtutum proterere, roſáſque charitatis radicitùs extirpare: triumphat amore ſponſa; vincit exercitus odio: illa floribus ornatur, hic ferreis cuſpidibus armatur; illa blanditijs allicit, hic minis perterret: illa oſcula figit, hic vulnera infligit: quæ ergo cohærentia ſponſam inter imbellem, & armatum exercitum? Rectè ait melliſluus Doctor, terribilis dicitur ſponſa, ut caſtrorum acies ordinata ſtygio hoſti Erebi phalangibus: terribilis eſt, quia ordinata; quia ſpe, & metu præmunita: ait D. Bernar-
Serm. 36. in Cant. dus: *Nec miraberis unam animam equitatûs multitudini ſimilatam, ſi advertas quantas in ipſa una, quæ tam ſancta anima ſit, virtutum acies habeantur, quanta in affectionibus ordinatio, quanta in moribus diſciplina, quanta in orationibus armatura, quantum in actionibus robur, quantus in zelo fervor, quanta denique ipſi cum hoſte conflictuum aſſiduitas, numeroſitas triumphorum.*

Tartareis omnibus legionibus ſumus formidini, ſi rectum inter ſpem, & metum ſervemus ordinem; id cum noviſſet hoſtis tartareus omnem adhibet conatum, ut hunc ordinem evertat, ab hoc medio hominem retrahat, quem in ſcelera trahat: ab hoc enim medio deflectere, perinde eſt, ac in vitia ſe flectere, ac propendere extremorum; quia utediſſerit Angelicus Doctor: *Sicut bo-* 1. 2. q. 10. Artic. 1.
num uniuscujusque eſt, ut in ſuo ordine conſiſtat: ita malum uniuscujusque eſt, ut ſuum ordinem deſerat; ſeu à medio abſcedat ſpei, & timoris. Quò firmiùs ſtarent, in hoc medio protoparentes Adamum, & Evam conſtituit Deus: ſed ut caderent ab eodem orcinus Inſtigator retraxit; timorem, quem Deus eis incuſſerat mortis, excutere ſtuduit, & ſpem vanam obtinendæ divinitatis ingerere; dixit illis: *Nequaquam moriemini;* ecce quo Geneſ. c. 3. v. 4.
modo timorem abegit: *ſed eritis ſicut Dij* v. 5.
ecce qua vafritie ſpem illicò in præſumptionem degeneratam ingeſſit; ab hoc medio timoris, & ſpei primos homines cum primum ejecit, in baratrum omnium ærumnarum dejecit: ſtatim irrequieta legis membrorum rebellione corpus amborum cœpit in ſpiritum caput attollere; adeout non niſi difficulter valeret ſpiritus ſeditioſos, rebellantis concupiſcentiæ motus compeſcere; præ cæteris eos aggreſſus eſt furor erubeſcendæ libidinis, cujus turbulento ſenſu agitari cœperunt, paribúſque erubeſcere oculorum ſuorum dejectibus, ac vultuum confuſione, adeout præ verecundia in denſius arbuſtum ambo conceſſerint, lucem proprio pudori, ac luci ſuam ſubducturi verecundiam, quæ ne in rebellantibus membris ſuam proderet turpitudinem ſubligaria frondea de connexis ficuum folijs ſibi conſuerunt; ſéque cum tota poſteritate in omnes illas projecerunt miſerias, quibus ſumus obnoxij, & divexamur.

Adam excuſſo mortis timore, quem 21.
Deus ei incuſſerat, ut ſtaret, divinum tranſgreſſus eſt præceptum; & *quas meruit pœnas ſolus, diffudit in omnes:* ab hac enim excuſſione timoris, & violatione præcepti ſuam traxerunt originem omnia ſupplicia, calamitatee, ærumnæ, cædes, morborum agmina, & mors ipſa, quæ cœpit in homines debacchari. Luit in Authore poſteritas, & quod unus deliravit, plectuntur omnes: excuſſiſſe timorem a Deo incuſſum; & divinitatem præſumpſiſſe, perinde fuit, ac ad ſcelera omnia ſibi proclivem aperire viam, & per omnia ſcelerum portenta ruere ad æterna ſupplicia. Oh quàm vafer, doloſúſque fuit ſepticeps de orco coluber, ſategit à protoparentibus, ut caderent timorem excutere, quem ut ſtarent Deus ipſdem incuſſerat; & ſpem in præſumptionem enanciſcendi divinitatem degeneri metamorphoſi commutare: huc accerſendus Baſilius Seleucienſis: *Poſtquam* Orat. 3.
his duobus Adamum vidiſſet munitum, mor-

tis metu, at vitæ promiſſis, quibus ipſum munire Deus præoccupaverat, eadem imitatur & dæmon Et morte quidem illud objicit; nequaquam moriemini. At pro ligno vitæ vana ſpe divinitatis ſubitò erigit, ut ſoluto metu, eaque ſpe propoſita, mandati vim prorſus extenuet; ſitque paradyſus officina prævaricationis.

§. III.

Timor Dei eſt, quem charitas concipit, Religio parit, fides excipit in cunabulis, Sapientia lactat, virtus ad provectam perducit ætatem. & cuſpes Dei innixa nubet.

21. FIt homo Dei timore fultus, hortus ſponſæ, in quo flores veroant virtutum omnium; ager excultus, ac cœleſtibus ſatus charismatibus uberrimam ſuppeditans meritorum ſegetem; fons pleno gurgite exiliens, à quo pellucidi ſcatoriont proborum affectuum tivuli; imò & templum divinitatis, in quo odor ſanctitatis in virtutum vaporatur ſuffitibus; agnitio Dei in thuribulo timoris ſpirat, & ſacra charismata perflant, halántque aromata pigmentarij cœleſtis; ubi ſplendent thecæ cœleſtium Sacramentorum, divioarum opum reconduntur theſauri; & cœleſtes divitiæ abundè diſpenſantur. Eſt timor Dei, qui noo incutitur neceſſitate, ſed voto; qoique non de impendente malo, ſed de boni cœleſtis amore formator arbitrio; non vi, ſed religione; non culpa, ſed virtute; noo impulſu ioſirmitatis, ſed diſciplina charitatis. Eſt Dei timor divini imperij nobile ſtemma, non arte quæſiti, noo tirannide præoccupati, non de teſtamento manantis, oec armorum vi parti; ſed ingeniti, ac proprij. Eſt enim timor Dei, quem charitas coocipit, religio parit, fides excipit in cuoabulis, Sapientia lactat, & virtus ad provectam perducit ætatem. Eſt timor Dei, à quo noſtra ſalus ſuam trahit originem, appoſitè Caſſianos: *Principium noſtræ ſalutis, ſapientiæque, ſecundùm ſcripturas timor Domini eſt. De timore Dei naſcitur compunctio ſalutaris: de compunctione cordis procedit abrenunciatio, ideſt nuditas, & contemptus omnium facultatum. De nuditate humilitas procreatur: de humilitate mortificatio voluntatum generatur: de voluntatum mortificatione extirpantur, atque exareſcunt univerſa vitia. Vitiorum expulſione virtutes fructificant, atque ſuccreſcunt: virtutum pullulatione puritas cordis acquiritur; & per cordis puritatem Apoſtolicæ charitatis perfectio poſſidetur.*

De inſtit. Monac. lib. 4.

22. Verùm ſi è Dei timore prodeunt omnia virtotum germina; excuſſo timore inſoleſcunt vitia, quibus præceps ruit homo in ſcelera omnia, quibua collo tenus immergitur, & ad nauſeam usque ſatiatur, Hinc eſt quod Deus ipſe interdom permittit, ut homo totas peccandi laxet habenas, ſéque vitijs ad plenam ingurgitet ſatietatem, ut tandem ipſom tædeat peccatorum; cum è converſo ſatagat cacodœmon hocce impedire tædium, gnarus nimiam peccandi frequeotiam naoſeam ingenerare, ac faſtidium procreare; ad quod avertendum in id incumbit ſtudij, ut quandam injiciat coofidentiæ larvam, quâ licèt fateatur ſe plura perpetraſſe flagitia; quia tamen peiora noo commiſit, quæ patrare potuiſſet, quandam in ſe concipit ſpem veniæ obtinendæ, licèt non reſipiſcat, non emergat è cœno vitiorum. Aaron religioſi alioquin in Deum animi, ſed æquo timidioris, importunis, ac neſarijs ſe paſſus fuerat poſtulationibus adigi, ut ex pretioſis aurinm ornamentis certatim à mulieribus præſertim oblatis, vel vitulum integrom, vel caput certè vitulinum, quod bovina fictum formâ Apidis, Serapidis, Oſiridis oomine ab Ægyptiis colebatur, urgente celeritatem operis, & adjuvante malo dœmone ſibi conflari permitteret; obſequutus populi votis Aaron oblata auri ornamenta in ignem injecit, vitulum effinxit aureum, cui erigitur Ara, adolentur thura, mactantur victimæ, curvantur genna, tanquam libertatis viodici, ac aſſertori Numini; nefandum ſcelus caſtigatorus Moyſes: *Exod. 32. v. 20. Arripiens vitulum, quem fecerunt, combuſſit, & contrivit, usque ad pulverem, quem ſparſit in aquam, & dedit ex eo potum filijs Iſrael.* Quid? quòd Moyſes conflatum ex puro puto auro vitulom non ſervaverit illæſum; eúmqoe ab eorom longè non ſubtraxerit oculis? quò omnem idololatriæ anſam removeret; cur potiùs in minutiſſimos illos voluit pulveres conterere, & in potom populo propinare delioquenti? Id divino cootigiſſe inſtinctu facilè eſt creditu: perſæpe fit ut Dei permiſſu peccatores ſceleribus exſaturati, quæ patrârunt flagitia nauſeent, ac ea ſtomachati evomere cupiant, ac tandem deteſtentur quæ malè admiſerunt. Moyſes igitur moturus ſtomachum populo, nauſeámque excitaturus patrati flagitij, Idoli ramenta in hauſtum obtolit; ſcitè Oleaſter expendens hunc contriti idoli hauſtum ait: *Ex hujusmodi aqua potavit filios Iſrael, ut crediderim, quòd ut eis idololatriæ nauſeam induceret; voluit ut pulveribus idoli ſui ſatiarentur.*

Moris fuit per ſatietatem concnpiti obſonij ab eodem populum retrahere. Cum carnibus veſci concupiſceret, voti compos, tanta carnium, ac coturnicum copia ei obvenit, ut vel ipſas naoſeaverit coturoices, quibus, allia, cepásque prætulit Ægypti: permittebantur Hebræi cotornicibus exſaturari. *Ut ſatiati*, ait Oleaſter, *de cætero ea non amplius deſiderarent edulia. Hoſtis verò tartareus*, ſubdit Oleaſter, *non ſinit peccatores peccatis ſuis ſatiari, ut poſt ſaturitatem illis ſint faſtidio, quæ fuerant oblectamento.* Proficua eſt hæc ſaturitas, quâ ſcelera evomun- 23.

Digitized by Google

evomuotur æquè per oris ſuſpiria, ac per lacrymas oculorum, ſi ijsdem exoneratus ſpem inter, & metum reſipiſcat; exemplo Magdalenæ, quæ in civitate peccatrix, & ſceleribus ſatiata, quæ peccando delicta hauſerat; reſipiſcendo, & flendo ſalubriter evomuit; Chriſtum adivit, quem timuit pro tribunali ſedentem, & in quem ſperavit in do-
Luc.7.v.37. mo Phariſæi accumbentem: *Ut cognovit quod accubuiſſet in domo Phariſæi, attulit alabaſtrum unguenti, & ſtans retro ſecus pedes ejus lacrymis cæpit rigare pedes ejus, & capillis ſuis tergebat, & oſculabatur.* Jure meritò lacrymas dare incipit, quæ renaſcitur, mortua enim peccato revivíſcit gratiæ; non tamen hæ lacrymæ, ſicut reliquorum naſcentium calamitatum, ac ærumnarum ſunt Prophetiæ, ſed profeſtæ jam ſunt mentis ſerenitatem, cordiſque tranquillitatem; nempe nubes prope ſolem liqueſcit in pluvias lacrymarum rigatura Chriſti plantas, à quibus ſperaverat fructus ſalutis decerpere, eliquato corde per oculos irrigat Chriſti pedes, proprium caput mundatura à cogitationum torpitudine, ac à ſordibus, quas contraxerat; & quæ in civitate fuerat peccatrix, in domo Phariſæi ſit divinæ gratiæ piſcatrix; & aſſueta hominibus inſidiari, inſidias nectit vel ipſi Deo, ejus irretiendo pedes capillis, ne ſemel captũ ampliùs perderet: bene cum diu malè ambulaviſſet, veſtigia recta prudens quæſivit, quæ premeret, & per quæ pergeret; & conſcia graveolentiæ ſui ſpiritus non fuit auſa ſine antidoto lectiſſimi odoris ſecrum accedere ſponſum; quin adhuc procul à Dei oaribus retro ſe ſiſtit, phaleras exoſa vanitatis, ut Diſcipola fieret veritatis: ſilentio plura explicans, quam voce; fletus, & oſcula fidos adhibet ſui affectus interpretes; & quem timet judicem, ut ad ſui culturam alliciat, virorem ſpei irrigat lacrymarum imbre in ejus pedibus: *lacrymis cæpit rigare, & oſculabatur pedes ejus*; ſeu ambos pedes lacrymis lavat, oſculis onerat, brachiis complectitur: annon ſuffeciſſet uni dumtaxat pedum talia præſtitiſſe obſequia? exhibuiſſe officia? unica Chriſti manus leprâ infectum tetigit, & mundavit: imò unus Salvatoris digitus natum cœcum, ſurdum, & mutum attigit; & primo viſum, illi auditum, & tertio impertitus eſt loquelam. Quid ergo intererat, quòd Magdalena reſipiſcens utrumque Chriſti pedem mentis proſequeretur obſequiis? quando unius contactu potuiſſet maculas omnes eluere? Prudenti id Magdalena egit conſilio, Chriſti pedes miſericordiam deſignant, & juſtitiam; reſipiſcens utrique adhæſit, quia per miſericordiam erigebatur in ſpem ſalutis impetrandæ; & per juſtitiam timore perculſa firmabatur in propoſito non ampliùs delinquendi; ut media procedens inter ſpem, & metum tota percurreret viam ſalutis; ſi lacrymis unicum tantùm rigâſſet pedem; ſolique ſpei adhæſiſſet, minimè timore perculſa adhuc claudicâſſet. 24.

Non eſt igitur diſſocianda ſpes à timore, ſicut nec in Deo ſejungitur miſericordia à juſtitia; & quia Magdalena utrumque Dei attributum miſericordiæ, & juſtitiæ ſibi objiciebat, timuit, & ſperavit, ut non claudicaret uni tantùm ſi pedi adhæreret ſpei; ſed ut tuta procederet media inceſſit inter ſpem, & metum; pulchrè D. Bernardus
in cant. *Pedes Dei alterum juſtitiam, alterum* Serm. 6.
miſericordiam nominemus. Meritò beneplacitum eſt Domino ſuper timentes eum, & in eis, qui ſperant ſuper miſericordia ejus. Caveto ut neutro fraudetis illorum. Alioquin alterum ſine altero oſculari non expedit; quia & recordatio ſolius judicij in baratrum deſperationis præcipitat; & miſericordia fallax aſſentatio peſſimam generat ſecuritatem. Sed qui ſola ſpe ſibi videtur ſtare, timeat, ne cadat; ſecuritas, quam ſola ſpes fulcit, ſecura non eſt; & ſpes quam timor non excolit ſtatim exareſcit; ſolus timor ſpei conſociatus ſecuritatem ſtabilit: is timeat, qui nihil timet; ſecuritas ignaveſcit, & ſtrenuos animos etiam ignavis ingerit hoſtibus; nullus eſt adeo ſocors, ſegnes, & ignavus, qui timeat adoriri ſecurum, cum ſecurus ipſa ſecuritate iners fiat, imparatus, ac inermis: qui ſperat, timorem non deponat; & ut tutè procedat, inter ſpem, & metum ritè incedat; eſt timor ſpei conſociatus prælucens fax oſtendens, quà ſit eundum; imò dux eſt, qui ad vitam manuducit; is non errat, nec à recto deflectit tramite, quem hic dux præcedit: niſi timore manuducaris; quamvis ſpe innitaris, in via ſalutis non proficies; quia ut monet D. Grego-
rius: *In via Dei timore incipitur, ut ad for-* In Moral.
titudinem veniatur.

Timeamus neceſſe eſt, quia peccavimus, & neſcimus, an quod deliquimus re- 25.
miſſum nobis ſit; & quamvis ſperemus ob Dei miſericordiam fore, ut veniam ſimus conſequuturi; attamẽ timeamus, quia num adhuc erimus peccaturi neſcimus; licèt nobis videamur ſtare; ni formidemus ſtantes, non cavebimus labentes. Quis non paveat, & caveat, ſi in lubrico ſua ipſa infirmitate vacillans, nutans, ac titubans, à multis prætere, velidiſque toto impetu concutiatur adverſariis ad lapſum, ac ruinam? Quis ita ſocors ut ab hoſtibus, à periculis quæ imminent, ab inſidijs, quæ parentur non ſibi
caveat? Audi S. Euſebium Emiſſenum: *Tanti* Homil. ad
laquei objecti ſunt ante pedes animæ noſtræ, Monac.
tam innumeri hoſtes obſervant, & cuſtodiunt iter noſtrum: tantæ foveæ, & tanta prærupta, tantæ rerum difficultates interjacent inter nos, & finem noſtrum: via ipſa, quæ per ſe arcta, & ardua eſt, tantis ſpiritualium latronum inſidijs obſidetur: tantos ſcopulos, tantos fluctus nos tranſire neceſſe eſt; & putamus nos de præteritis eſſe ſecuros? Licet de Numinis miſericordia confiſi; niſi tamen

ſimul ejus vereamur juſtitiam, niſi Dei ti-
more corripiamur, quæ immineat pericula
non declinamus, nec inſidias evadimos, quæ
nobis ab orcino aucupe parantur: ille verè
ſecurus qui Deum timet, qui ſpem inter
& metum rectè incedit. Somma eſt ſecu-
ritas, & felicitas Deum timere, ſimúlque
in Deo ſperare; nihil timere præter illum,
cujos timor ſecuritas eſt; nil ſperare niſi
Deum, extra quem nulla eſt felicitas ſpe-
randa.

26. Plures nos terrent timores, qui ut-
pote vani excutiendi ſunt; & ille tantùm ti-
mor fovendus eſt, qui verus, & legitimus
efficit, ut poſſint cætera omnia non timeri:
Dei timor vanos omnes abigit timores, do-
cet ſolum Deum eſſe timendum: qui enim
Deum timet, nec timenda patitur, nec alios
admittit timores, quia ſupra pericula eſt,
& extra metus omnes: ſecus qui DEUM
non timet, vel ipſa non timenda timet;
nec timor fugit, ſed fingit. Pœna noo
timentium DEUM hæc eſt, omnia timere;
non enim mundi timor ullum declinat ma-
lum, cum ipſe malos ſit: timor verò Dei,
quia bonus omnia abigit mala; culpas im-
pedit, ſcelera non permittit, vitia coërcet,
pravas concupiſcentias compeſcit, pœnas
tollit, pericula propulſat, timores delet;
& bona omnia accerſit, virtutes excolit,
pietatem inſerit, caſtitatem tuetur, cha-
ritatem fovet, temperantiam ſervat, &
reliqua promovet virtutum honeſtamenta,
quia timor Dei ſpei conſociatus bonorum
omnium choragos eſt; ille igitur ſolus
timeatur, qui ſolus offenſus poteſt inferre
timenda non timentibus.

27. Cur ſi hominem timemus præſentem;
Deum non timeamus omnia videntem; cu-
jus oculus abdita quæque pervadit, cujus
manus omnia poteſt, cujus præſentiam
nemo poteſt evadere, cujus potentiæ ne-
mo poteſt reſiſtere, cujus Sapientiam ne-
mo fallere, cujos ſcientiam nemo ſubter-
fugere, cujus juſtitiam nemo declinare;
cujus offenſa malorum eſt ſumma; cujus
judicium æquitas; cujus vindicta damna-
tio eſt: ſi peccâſti time ſopplicium; ſi re-
ſipuiſti time, ne iterum labaris; ſi è cœno
vitiorum emerſiſti, time ne gratiam amit-
tas; & poſtquam eam amiſeris, time, ne
pereas. Time arridentem in mundo for-
tonam; quia proſperitas animum attol-
lit, qoem præcipitem agat in baratrum
malorum: time eandem novercantem, quia
adverſitas nimis dejicit, & in deſperatio-
nem trahit; time præterita ob tot, quæ
patraſti ſcelera; time præſentia, ob tot,
quæ undique pericula imminent; time
futura ob tot atrocia, quæ te in gehen-
na, niſi ſeriò reſipiſcas, maneat ſuppli-
cia: *Time*, ait Bernardus, *cum arriſerit
gratia; time, cum abierit; time cum denuo
revertetur.*

Monet melifluus Doctor, ut etiam 28.
cum gratia adeſt timeamus; ne ſcilicet tunc
deſides, ſegnésque otiemur, & gratiam
ſuo fructu fruſtremus; unde Apoſtolus
ait *Videte ne in vacuum gratiam Dei reci-* 2. Corinth. 6.
piatis; hoc eſt cavete, ne DEI gratiam
contemnatis, ne occaſiones negligatis rectè
operandi; plurimum enim ineſt momentâ
cuilibet temporis momento ad incremen-
tum gratiæ, & augmentom gloriæ: ſi ani-
mo id ſeriò volueremus; nollum certè
temporis momentum effluerent, quin in ali-
cujus exercitio virtutis illud impendere-
mus; quævis reſpiratio oris, eſſet ad
Deum aſpiratio cordis: ſi cogitaremus,
quanta ſit merces promiſſa bene utentibus
DEI gratia; neutiquam eâ abuteremur;
ſed in ſtudijs virtutum adniteremur ube-
rioribus ſemper proficere incrementis; nul-
lus eſt in mundo mercator adeo ſocors, qui
cum poſſit una hora mille lucrari aureos,
malit eo tempore otio marceſcere, vel in-
dormire, quàm ſuas divendere merces tan-
to cum locro; & nos erimus ita ſocor-
des, qui cum centum virtutis opera poſſi-
mus exercere cum ingenti cœleſtis gloriæ
incremento, id negligamus in vacuum Dei
gratiam recipientes?

Poteſt quiſque cum Dei gratia opti- 29.
mos eſſe, dummodo peſſimum imitetur;
ſeu hominem avaritiâ ſordidum, & pecu-
nijs inhiantem; & id pro incremènto gra-
tiæ, & gloriæ cœleſtis præſtet; quod ava-
rus pro cumulanda pecunia: pudeat nos
noſtræ ſegnitiei, & ſocordiæ; cum id non
agamus pro gloria cœli, quod avarus pro
pauxillo cœni; pro modico auro, terraque
rubra. Non plus à nobis expoſcitur pro
magna gratia, & gloria, quàm quod ultro
peccator molitur pro vitio, cui indulgeat, &
gehenna, quam ſibi accendat. Utinam tanti
faceremus Dei gratiam, qoanti avarus pe-
cuniam, quàm lucroſa noſtra eſſet avaritia,
quæ cœleſtibus inhians divitijs per virtutum
exercitia poſſet brevi regnom enanciſci cœ-
lorum: ſimus cum laude avari gratiæ; non
ſinamus quidqoam ex illa ſine noſtro emolu-
mento diffluere; omnes decurrentis tempo-
ris feriæ ſint nobis nundinæ virtutis com-
parandæ; nunc ſunt dies ſalutis, nunc tem-
pus acceptabile; veniet nox cum ampliùs
non licebit negotiari, & nolenti cum gra-
tia operari nil ſupererit, quàm æternùm
cruciari.

Immo non ſolùm timendum eſt cum 30.
gratia arridet, ne ſine exercitio virtutum
eam in vacuum recipiamus; ſed multo magis
ſi receſſerit; qoia ſine gratia ſtare non vale-
mus, quin labamur; ubique mundus ſuos
aperit hiatus; ubique ſua nobis præcipitia
objicit, in quæ gratiæ prævio lumine deſti-
tuti, ac cæcutientes, ac tenebris obſiti la-
bimur: quis ſine duce, abſque lumine, nocte
illuni, ac intempeſta montium perambulans

ab-

Digitized by Google

abrupta, plena præcipitiis non timeat à caſu? quis non timeat ab eo ſejunctus, qui ſolus poteſt manuducere, ab omni liberare periculo, & timenda omnia removere? quis non horreat, & expaveſcat, ſi in pectore foveat virulentum ceraſtem quadrigemino cornu ferientem, virúſque ſpargentem? ſi in ſinu irritatum nutriat ſcorpionem? imò ſi, quòd eſt horribilium omnium horribiliſſimum, peccatum alat? in quo, & cum quo, ne decedat ex hac vita periculum imminet; cum clamet Dei juſtitia; clament Angeli de cœlo; clament cacodæmones ex orco; clament quorquot in terris injuriam ſuſtinent: *Exurgat Deus,*
Pſ. 67. v. 2. *& diſſipentur inimici ejus.* Sed non ſolus gratiæ abitus debet nobis eſſe timori; verùm
Serm. 54. in Cant. etiam ipſe reditus: ait Bernardus. *Jam ſi gratia repropitiata redierit, multo ampliùs tunc timendum, ne fortè contingat recidivam pati.*

51. Sunt enim qui vix reſipiſcentes, iterum in eaſdem relabuntur noxas lethales; & hi cum vix emergant è luto, in quo miſeré glutinantur, neceſſe eſt timeant, ne in vitæ extremo ex eodem luto in gehennæ labantur ſupplicia; vix enim tunc volet omnia vitia eſſe abolita, quorum quaſi neceſſitatem inolita conſuetudo invexit: ſi vadum mane cum adhuc aqua eſt exigua, & torrentis alveus fere exiccatus tranare haud vales, quomodo veſperi torrentem trajicies pleno alveo ad ripas utrinque redundantem? ſi difficulter tenellam adhuc arborem, quæ vix radices fixit evellere potes, quomodo eandem eradicabis adultam, cum profundiſſimas jam egit radices? ſpes hæc inanis eſt, niſi timori conſociata ſatagat nunc vitia omnia abigere, ac noxas quaſque declinare: ſpes quæ timore non innititur, vel perit, vel ſcelera parit, & parta fovet, nec ſaluti favet.

52. Tres ſunt impuri fontes, qui in omne ebulliunt genus ſordium; tres radices arborum infelicium, è quibus mala propemodum infinita pullulant; tres flammæ, è quibus omnia erumpunt exitialia incendia, quibus virtus omnis cineſcit; ſuntque concupiſcentia carnis, voluptas ſenſuum, & animi perturbationes, quæ niſi Dei timore coërceantur, temerè in hominis exitium inſoleſcunt; in hiſce fontibus fœtidiſſimis obſtruendis, in hiſce radicibus evellendis; flammiſque exitialibus extinguendis debet omnis noſter deſudare labor. Concupiſcentia præſertim, quæ fœculentus eſt vitiorum fomes coërcenda eſt frœno timoris Dei; ne ſuis inſoleſcat motibus; obſtruendus eſt fons iſte corruptus, à quo mala plurima totis alveis effluunt, & in animos influunt, niſi timor Dei ſpei conſociatus ejus motus comprimat, ac veſanos coërceat impetus: eſt concupiſcentia, quæ in noſtram perniciem acriter inſurgens noſtrum totis viribus molitur interitum; fortiter bellat, & miſerè nos debellat, ac proſternit; bellat contra nos, quia ut loquitur D. Jacobus ipſa *militat in membris noſtris:* 4. 1. ipſa perinde, ac Babylonica Semyramis, vel bellatrix Amazon ad Thermodoonta, vel juxta Tanaim, formidandas vitiorum phalanges, plures noxarum manipulos, truces pravorum affectuum turmas, & ferales malorum omnium legiones ſuis ducit auſpiciis in capitis noſtri perniciem; & in toto corpore, veluti in Martio campo, in membris ſingulis veluti in propriis caſtris; in quovis noſtro ſenſu veluti in munitiſſima ſua arce proprium collocat præſidium, aciem inſtruit, & depravatas appetitiones, veluti ſuos milites incendit, ac immittit ad turbandum animi imperium, ad virtutes evertendas, ad expilanda operum honeſtamenta, ad eripienda nobis noſtra merita, & demum ad cladem animo noſtro inferendam luctuoſiſſimam: ita enim concupiſcentia contra nos pugnat, ut nos expugnet. D. Paulus hanc in membris ſuis expertus pugnam, licèt non expugnantem, menti tamen repugnantem ajebat: *ſentio aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ.*

Quot corpus enumerat membra, totidem concupiſcentia pro ſe contra nos arma recenſet: eſt quippe corpus noſtrum armamentarium concupiſcentiæ; eſt officina, in qua ignem accendit impudicitiæ, quo arma tudit in noſtram perniciem; eſt exitialis belli panoplia, in qua tela acuuntur; ſariſſæ in pectus noſtrum ituræ poliuntur, funes, & laquei texuntur in animi exitium; lingua clangentis tubæ fungens officio claſſicum canit, imò ex tuba intorta, verſatilis fit gladius, quo alterius honori vulnus plerumque infligitur. Oculi intendunt arcum; à quo tot emittit ſagittas, quot producit aſpectus. Cor toties inflictis vulneribus ſauciatur, quoties vel amori, vel odio, aliiſque pravis affectibus ſuccumbit, qui ab Apoſtolo *ad Rom. 6. v. 13.* vocantur *arma iniquitatis* concupiſcentiæ belligerantia, quibus corporis titillatione, veluti levioris armaturæ velitatione ſauciati ſuccumbimus, non ſine mentis probro, ac reginæ rationis opprobrio; unde eleganter Tertullianus. *neque enim oculos ad concupiſcentias ſumpſimus, neque linguam ad maliloquium, nec aures ad receptaculum maliloquii, nec gulam ad gulæ crimen, & ventrem ad gulæ ſatietatem, & manus ad vim, & greſſus ad vagam vitam, aut ſpiritus ideo inſitus corpori, ut inſidiarum, & fraudum, & iniquitatum cogitatorium fieret.* De ſpect. c. 2. 53.

Quòd ſi concupiſcentia pulſati cadimus, ex noſtro lapſu ſurgit ipſa vegetior, & pugnat fortior; & non ſolùm nos pugnat; verùm expugnatos ducit nos captivos in triumphum; hinc Apoſtolus quamvis non expugnatus, ſe tamen ſentiit captivum; 54.

vum; nititur roncopiſcentia animum ſibi ſubditum, & raptivum efficere, ac in ſervitutem trahere; quòd ſi perſtiterit, in mente veluti in ſublimi arce vexillum figit partæ victoriæ momentum, & deeverſis virtutibus trophæa erigit ad perenne animi dedecus. Igitur ex concupiſcentia omne in animo peccatum oritur; & ex peccato inter corpus, & animam exitiale bellum: ait Apoſtolus Jarobus. *Concupiſcentia cum conceperit parit peccatum: peccatum verò cum conſummatum fuerit generat mortem.* O partum inauſpicatum! o malè ominatam prolem! rujos fructus interitus; cujus proventus æternum ſupplirium; ex illios utero, veluti ex eqno Trojano in arcem mentis inſtar furentium militum metus irrumpunt violenti, pravique affectus, qui niſi frœno roerceantur timoris Dei omnia ſus deque evertunt, totúmque hominem fœdè poſternunt: una eſt appetitio, quæ animalia quæque mover, trahit: ſi fœnum eqno, ovi ramum, ſui glandem oſtendas ad ſe per allicientiam trahis; in id videtur paris ſtudij carodœmon inrumbere; aurum, honorem, dignitarem nobis oſtendit, ut divitiis inhiamus, ſuperbiâ erigamur, ambitione inflemur, voluptatibus allieiamur; & in ſcelus omne ruamus; quapropter niſi frœno timoris Dei noſtræ compeſcantur appetitiones laxatis veluti habenis nos præcipites in interitum trahunt.

§. IV.

Niſi frœno timoris Dei pravi, qui in nobis inſurgunt affectus roërceantur, & ſpe cæleſtis gloriæ portum appellendi mentem erigamus ad Deum, procellam cient, ac turbulentioribus ſuis motibus omnia ſus deque in nobis vertunt, nóſque evertunt.

15 Concupiſcentia in corde hominis non ſolùm bella movet, velut in rampo Martio, ſed & tempeſtatrs riere ſtudet, veluti in freto. Si enim animum luſtraremus, in quo debacchatur cupiditas, navi fluctibus agitatæ marinis ſimilem faterēmur; traijcit plerumque navis pelagi tractus ventis ſecundis, fortuna favente, & æquore obſequente; ſed ſi tempeſtas inſurgat; inſoleſcere ſenſim incipit undarum truculentia; fluctus albentibus ſpumis malaciam dedignati turgidos erigunt vortices, qui reciproro alliſu ad litora franguntur; rœlum tetris involuitur nubibus, ferales umbræ diem abripiunt, tetræ caligoes, vel in ipſo meridie noctem advehunt; intermirant fulgetra, ruunt fulmina mugiunt reboantium tonitruorum fragores; cœlum omne, vel in effuſas pluvias præcipitat, vel per conoretas grandines aërem flagellat; omnia metu impalleſeunt; horrore complentur; mox decumani fluctus tota aquarum mole in navim incumbunt, in qua terribiles audiuntur rudentium ſuccuſſorum ſtridores, nautarum ejulabiles clamores, neque anchoræ lorus eſt, neque clavo, quia ita navis utrinque ventis impognatur, & undarum violentia iteratis pulſibus diverberatur; ut compages ſolvantur, vela ſcindantur, malus frangatur; & ingentibus fixæ clavis trabes diſruptis coagmentationibus dilarerentur, nec aliud obverſetur oculis, quàm mortis imago: in omnium enltu eſt pallor, in membris tremor, in animo timor, in rorde pavor; & ubiqoe ſqoalor, & horror. Quid mortalis vitæ eurrus eſt, quàm procelloſi eujusdam pelagi trajectio, ac enavigatio procellis obnoxia? eſt præſens vita veluti profundum mare alternis æſtibus reciprocum, eujus fluctus mox extollunt nos ſubitis incrementis, modò majoribus nos deprimunt damnis; jugiter jactamur, nunquam ſtabili conſiſtimus loro: pendemus, fluctuamur, alij in alios alliduntur, ſequentes urgent præcedentes, juvenes ſenes, qui naſeuntur jam natos, & adultos; nec ullus patet portus, quàm mortis: appoſitè S. Ambroſius. *Curſus hic noſter in quodam ſalo mundi jactatur. Navigandum nobis eſt; malorum tendiculis vela inſinuanda ſunt. Procella ſevit, ventus conſurgit, tempeſtas inſanit. Si ita clavum tenueris, ut manus tuæ retinenda non amittant, ad portum illibatis mercibus tendes; ſin verò fluctibus adverſis illiſus ſcopulis implicantibus, ac flatibus præpeditus inter freta rixantia tumidi gurgitis naufragaveris, redeundum eſt ad ſaburram.* de Pœnit. c. 2.

16 Has autem prorellas pravæ excitant in mente hominis paſſiones, quæ diem abripiunt ſerenæ tranquillitatis, malaciam rordis turbant; & omnia in homine ſus deque vertunt; quid enim ſunt immoderati affectus, quàm Typhones impetuoſiſſimè reflantes? quid irarundiæ æſtus, quàm fluctuans in animo procella? quid invidiæ livor, quàm cordis dilaceratio? Pravi affectus ſunt fluctus, turbines, ac procellæ, eum primùm rientur niſi illicò frœno timoris Dei compeſcantur menti eripiunt malaciam, animo ſerenitatem, cordi tranquillitatem: ipſis inſoleſcentibus conglobantur in intellectu tetræ nubes, ubique ſpiſſa caligo offunditur; omnia confusè, ac perturbatè cientur: naufragium qui meruit, ſatagat timore Dei hos pravorum affectuum fluctus coërcere; itérque ſuum inſtituere inter ſpem, & metum: ſunt hi duo affectus conſociati, qui reliquis perversè inſurgentibus frœnum injiciunt; & inter mundi fluctuantes procellas tutè ad portum æternæ malaciæ, ac tranquillitatis perducunt. Niſi hoc frœno timoris Dei tumultuantes intus in animo pravi affectus coërceantur totus homo ad naufragium trahitur; & quamvis exteriùs videatur ſibi adgratulari arridentem fortunam; ſi tamen

intus

intus fluctuantibus agitetur animus paſſionibus, veram à ſe abigit malaciam; nemo [illegible] niſi uterque homo interior, & exterior quadam veluti harmonia inter ſe moduletur; nil prodeſt externa malacia, ſi interna tempeſtas animum exagitet, ac diveset: nil ſerenitas in fronte confert ad felicitatem, ſi ſit procella in corde; tranquillus non eſt homo, ſi pax ſit tantùm foris, & intus bellum; ſi malacia in vultu, & tempeſtas in mente; ſi ſilentium exteriùs, & intus tumultus; ſi manus virentem teneat olivam, & cor gladium vibret vulnera infligentem.

37. Is vera fruitur malacia, qui frœno timoris Dei pravos quosque, qui in animo tumultuantur affectus, coërcet, qui utrinsque appetitus concupiſcentis, & iraſcentis motus ad normam dirigit rectæ rationis, & nil inconcinnum, ac eidem diſſonum admittit. Perinde in hominibus terrena ſapientibus diverſi foventur affectus, ſicut variæ in varijs terrarum tractibus ſunt Regionum qualitates, varijsque fiunt homines obnoxij caſibus. Rhodus, & Jonia frequenti quatiuntur terræ motu; mergitur paſſim eluvione Theſſalia; exitialibus ardet Æthna flammis; perpetua ferè candet Tracia nive; fluitat in Ægeo Delos; ſepelitur in terræ ſpecubus in Ægypto Nilus; involvuntur tenebris Cimerij populi in Aquilonaribus partibus: & ſicut in terris, ita & in cœlis haud diſſimilis obſervatur varietas in ſignorum oppoſitionibus, planetarum erroribus, conſtellationum influxibus, adeo ut Saturnus habeatur maleficus, quamvis Jupiter mitis ſit, & beneficus; Sol cum cane dicitur mordere, Mars cruentas clades influere; Luna humores ciere, ac humiditatem invehere.

38. Pari pacto variè in hominibus debacchantur animi paſſiones, plures amore feruntur, alij odio contabeſcunt, iſti bile fervent, illi invidiâ corroduntur; hos ſpes alit, illos deſperatio proſternit; triſtitia alios corrumpit, & gaudium plures afficit; nonnullos timor reprimit, & alios audacia ad ardua quæque impellit; deſiderium plures tenet, & fuga pleroſque inſequitur; hanc ægritudo exedit; illum libido corrumpit, alium ira inflammat, iſtum metus dejicit, ambitio plures inflat; & ſupra nubes ſuperbia alios attollit; adeo ut quot homines, tot & repugnantes ſint animi perturbationes, quibus mens humana fluctuat, & cor hominis perinde ac navis in procella marinis pulſata fluctibus agitatur: & niſi frœno timoris Dei, quæ à præſcripto rectæ rationis deflectunt dictamine compeſcantur fluctuantis animi paſſiones, periculum imminet in ſcopulos illidendi: niſi medium quis iter teneat inter ſpem, & metum vix naufragium erit evaſurus, vix portum æternæ tranquillitatis appellet: & quamvis videatur homo ſibi ſecurus, ac de ſua lætari ſecuritate, niſi tamen hanc timeat ſecurus non ſtat in ſua ſecuritate. Quis enim inter hoſtes verſetur ſecurus nil hoſtilis timens? eſt enim hæc ſecuritas ignava: ille tutus, qui novit pericula quæque præcavere; & is ſcit præcavere, qui novit timere.

Deſævierat in univerſali cataclyſmo diuturnior procella in mundũ naufragũ, ſed dum homines diluvio ſuperſtites periculum naufragij memoria verſant, pavidè timent tempeſtatis horrore correpti, & inertes ab humanis ignaveſcunt operibus; adeo adhuc hærebant attoniti, ut quid eſſent inchoaturi neſcirent; ſolus pavor, quem timor induxerat ſuperſtitum vultus cingebat; ſed ad timorem excuriendum, pallorémque exuendum apparet Noëmo Deus, jubétque ipſius filios cum tota poſteritate bono eſſe animo, ſignúmque non futuri deinceps diluvij ei ſpondet cœleſte, quaſi opulentum ſuturæ ſerenitatis fidejuſſorem. *Arcum meum ponam in nubibus cœli, & erit ſignum fœderis inter me, & terram.* Sed cur ſignum pacis arcum ponit belli inſtrumentum: ſi arcus in bello ſagittis vibrandis, vulneribúsque infligendis accommodatur, cur aſſumitur in ſignum fœderis? cur ad pacis ſecuritatem invehendam belli arma accerſuntur? an quia non aliter in mundo pax ſtabiliatur, quàm per arma? juxta vulgatum illud effatum: *Quisquis Regum pacem volet, arma paret.* 39.

Genes 9. v 13.

40. Putârim promiſſæ tranquillitatis, & pacis obſidem arcum deſignatum fuiſſe à Deo, quo ipſa ſecuritas in belli inſtrumento timorem incuteret: & quæ aſſumebatur ſecuritas timoris expultrix, ipſa timeretur, ac ſibi homines diſcerent ab ipſa ſecuritate præcavere: plerumque ſiquidem ipſa ſecuritas periculo lenocinatur, & is minus eſt tutus, qui cæteris ſibi videtur ſecurior: ſi attentè perpendamus ſignum ſecuritatis à Deo poſitum minas potiùs ſpirat, bella præſignat, pericula indicat, ait enim Deus: *Arcum meum ponam in nubibus cœli, & erit ſignum fœderis.* Genes. 9. Quomodo bellico ſigno pacis deſignatur ſecuritas? quomodo arcus bello inſerviens perpetuæ pacis accerſitur fidejuſſor? quomodo ſignum fœderis nubibus appenditur cœli, ſi nubes ſimul conglobatæ officina ſunt, in quibus fulmina cuduntur, minitque tonitruum cædes, & ſtrages prædicantur? certè non ob aliam id cauſam præſtitit, niſi ut nos edoceret, vel ipſam metuere ſecuritatem, cujus ſymbolum arcus, nubi, quaſi clavo appenſus erat, appoſitè Thirinus: *Arcum meum ponam in nubibus; quia è nubibus aquæ dilapſæ fuerant, & inde rurſus metuendum erat diluvium.* conſultiſſimè igitur Deus ſymbolum futuræ ſerenitatis, ac tranquillæ ſecuritatis poſuit in nubibus, quia è nubibus diluvij aquæ dilapſæ fuerant, & inde rurſus metuendum erat diluvium. Voluit Deus ſuperſtitibus hominibus tranquillam ſerenitatem ſpondere, & firmam ſecuritatem; ſed in nubibus, quas timebant, ne iterum in aquas ſolverentur diluvij, ne ſcilicet ſecuritas eſſet timore vacua, & inde modum addiſcerent tutè procedendi, & ſecurè ſtandi,

ſtandi, idque addiſcerent ab arcu, & nubibus.

41. Eſt arcus in aëre nubilo diſcolor, qui in madidis, ac rorantibus nubibus à pluvia proxima, ſole in earũ rariores partes adverſis radijs incurrente variè pingitur: tunc enim ſplendet Iris quando ſolis radij in nubem cavam, humidam, roridam, & tennem æquabilem, quæque in guttas liquari jam cœperat, in adverſum ſoli poſitam reflectuntur. Radius enim ſolis cavæ nubi immiſſus repulsâ acie in ſole refringitur, & retroagitur, & nubes tunc ſpeciem præſefert aſpectu jucundiſſimam, cogitatu mirabilem, quæ ſpem excitat proximæ ſerenitatis: perinde igitur, ac arcus variè in iride coloratos ſpei eſt ſymbolum, eò quia poſt dilapſas pluvias ſubſecuturam ſpondeat ſerenitatem; ita nubes, in quibus ſplendet iris, cum officina ſint, in qua & minæ tonationum reboant, & fulgetra ſplendore terrent, & fulmina cuduntur exitialia, timorem incutiunt; ut igitur è cataclyſmo ſuperſtites homines ſecuri eſſent, & tuti procederent, voluit Deus inter ſpem, quam iris excitabat futuræ ſerenitatis; & timorem, quem nubes excutiebant delabentis iterum diluvij, incederent medij; quia hi ſecurè procedunt, qui ritè inter ſpem, & metum incedunt: & diſcerent vel ipſam metuere ſibi à Deo promiſſam ſecuritatem, quamvis ſecuri eſſent ob Dei ſponſionem, ne tamen timorem excuterent, & ſola ſpe alerentur, voluit Deus, ut homines ex diluvio ſuperſtites, vel in ipſa ſecuritate periculum relegerent, ejuſque cauſam timerent, quam à ſigno ſecuritatis inſcriptam legerent.

42. Securitas enim timore vacua iners eſt, & ſemper ſuſpecta, quia ad imminentia pericula iners oſcitat, nec ſibi præcavet. Qui verò DEI timore ducuntur, vel ipſam timent ſecuritatem. Juſſus fuerat Abraham filium ſuum Iſaacum immolare; imperium alacer ſuſcipit, & quotocius accingitur ad obſequium, ne ab aliqua obſequendi mora hoſtia devenuſtaretur. Promptior etiam adeſt Iſaacus, qui ultronea victima una cum patre munere ſacerdotis fugente præcurrit ad aram, ne trahi videretur invitus. Sed quamvis patri nota eſſet filij promptitudo, & animi alacritas, qua Numini obſequebatur imperanti ejus immolationem, adhuc hoſtiam ligat, & ritè in altare repoait. *Cùm alligâſſet Iſaac filium ſuum, poſuit eum in altare ſuper ſtruem lignorum.* Sed ſi pater ſecurus erat de filij obedientia, cùm vidiſſet ultroneam victimam præcurrentem ad aram; cur funium apparatu ſatagit eum ligare, quem pietas ad obſequium arctiùs obligaverat? ſi immolandi filij vota piam anrevertunt patris diligentiam, cur hic quaſi invitum cautè illigat? ſi filij non timet fugam, cur tot funibus eum cingit? quia nimirum ſecurus de filij obſequio de ipſa ti-

Geneſ. 22. v. 9.

muit ſecuritate: filium non timuit reluctantem, ſed ſecuritatem expavit eblandientem: eleganter Zeno Veronenſis. *Cùm qui alligâſſet Iſaac filium ſuum, ſecurus enim pater optimus timuit.* Ecce, quia ſecurus expavit, & vel ipſam timuit ſecuritatem; quamvis ſecurus Abraham eſſet de filij devotione, & obſequio; licèt non timeret filij fugam, ipſam tamen extimuit ſecuritatem, ſecurus de ſtatione hoſtiæ immolandæ de ipſa timuit ſecuritatu; tutior ſecuritas ſuſpecta illi fuit, ideòque filium illigavit, ne incauta videretur ſecuritas: ultronea victima præcurreos ad aram ſpem excitavit ſacrificij ad votum perficiendi; ſimulque ſecuritatem firmavit, ſed quia ſecuritas timorem incuſſit, victimam illigavit, ut ſacrificium inter ſpem, & metum oblatum Deo eſſet gratius; ac tutiùs Abraham procederet.

Serm. de Abraham.

Tutè incedit, qui inter ſpem, & metum ritè procedit. *Matth. 14.* Diſcipuli ſæva jactati tempeſtate, cùm vidiſſent Magiſtrum Chriſtum tumentes fluctus ſicco veſtigio perambulantem, veluti de quodam ſpectro iiſdem exhibito acriùs turbantur, cúmque dubitarent, num Magiſter eſſet, dixit Petrus, *Domine, ſi tu es, jube me venire ad te ſuper aquas*, cui Magiſter ait: *veni*: & illicò è navi deſcendit Petrus, fluctuſq; & ipſe marinos nudo pede calcavit. *Et deſcendens Petrus de navicula ambulabat ſuper aquam, ut veniret ad JESUM, videns autem ventum validum timuit, & cùm cœpiſſet mergi, clamavit, dicens Domine ſalvum me fac.* Ea fuerat ſpes, ac fiducia, quam Petrus in Magiſtrum Chriſtum habuit, ut omni excuſſo timore illicò de navi in tumentea deſcenderit fluctus, quos ſecuro pede ad Magiſtri ſui imitationem calcare incepit: ſed quia ſola ſpe ductus inceſſit, periculum non evaſit, cum cœperit mergi; *& cum cœpiſſet mergi, clamavit, dicens; Domine ſalvum me fac*, ideo permiſit Chriſtus, Diſcipulum ad ſe venientem periculum incurrere merſionis, ut medius ſecurior incederet inter ſpem, & metum: qui trajicientes hujus fluctuantis vitæ mare ad Chriſtum venire ſatagunt, hi, neceſſe eſt, incedant inter ſpem, & metum; tutè enim procedit, qui ritè ita incedit. Petrus plenus fiducia, & ſpe in opitulantem Magiſtrum non dubitavit de navicula ſe in mare demittere, & ſuper aquas ambulare, ſed quia ſola ducebatur ſpe, tutus non fuit, donec timorem acceſſeret, ut non tantùm de animoſitate fideret, quantum trepidaret de ruina; argutè D. Chryſologus *ſerm. 90.* expendens præfata Matthæi verba ait: *Sic beatus Petrus, cùm per æquora divinos imitatur inceſſus, & novus viator molle iter duris greſſibus calcat, ante de lapſu ſupplicat, quàm gaudeat de donato.* Petrus audita Magiſtri voce, & facta ſibi veniendi facul-

43.

Matth 14. v. 29.

facultate, ſui oblitus, & fide animoſus, liquidos, tumidóſque maris fluctus firmo veſtigio, greſſúque ſecuro intrepidus proculcat, & alieno elemento veluti proprio fidenter abutitur, ſed ſoſpitatem timore firmat, & dum: *ante de lapſu ſupplicat, quàm gaudeat de donato*, in naufragio periculum evadit, cùm primùm inter ſpem, & metum incedere per procelloſos maris fluctus incipit.

44. Id à nobis Deus expoſcit, ut nec ſola ſpe, nec ſolo timore ionitamur, ſed ut medij inter ſpem, & metum procedemus: Cant. 8. v. 3. quod innuit ſponſa, inquiens: *Læva ejus ſub capite meo, & dextera illius amplexabitur me.* Nimirum tunc dextera nos amplexatur, ſi lævæ non obliviſcamur, pulchrè D. Bernardus ait: Serm. 3. ſuper Salve Regina. *Læva comminatio ſupplicij: dextera promiſſio regni. Inter has cubat in molli ſtrato charitas*, gaudet dextera aſſociari ſiniſtræ, neque roſa floret jucundior, quàm inter ſpinas, neque lilium vernat ſuavius, quàm inter cœpas; ſi in DEO ſperas, DEUM time; ſi ejus te allicit beneficentia, terreat te illius juſtitia. Is tutè ad DEUM accedit, qui inter ſpem, & timorem ritè incedit: ſi ſpes placet, quia DEI miſericordia arridet, ſit timori conſociata, & ejus juſtitia terreat. Tametſi eſſet ſponſa floribus ſtipata, & fulta malis, adhuc languidam ſe dicit, ac prodit, quia ſi flores alliciunt, & ſpem alunt poma carpendi, cùm & ipſi flores adoleſcant in fructus; timor tamen ne intempeſtiva grando flores, & fructus conterat, languorem invehit.

45. Etiam Salomon Regio ſuo in throno mediam voluit ſplendere charitatem, quæ blandiretur, & in ſpem erigeret accedentes ad Regem: ſed utrinque etiam Leones voluit minaces circumſtare, qui timorem incuterent, quò nimirum ad aures accedentes Regis inter ſpem, & metum incederent. Licèt molle eſſet lecti Regij ſtratum, ſexaginta tamen armatos inſtituit, qui lectum ambirent; quia Chriſtus non cubat, ubi ferrum exulat timoris. Eatenus ſponſa, quæ lectulum ſuum floribus duntaxat inſperſerat confidentiæ, fruſtra per noctes in eo dilectum quæſivit, quia ſpei floribus nullas immiſcuerat timoris ſpinas; is DEUM invenit, qui inter ſpem, & metum ritè procedit, quapropter Regius Vates ajebat. Pſal. 110. v. 1. *Miſericordiam, & judicium cantabo tibi Domine.* Licèt cœleſtis ſponſus candidus ſit, ac propterea dilectus, eſt etiam & rubicundus, ac ſanguineus, ut timorem incutiat, ſi candoris blandimento pacem pollicetur; rubore, & cruore timorem incutit, & cædem minatur; quaſi videri nolit, quin blandiatur, & terreat; ſeo in ſpem erigat, & timorem excitet; imò teſte Iſaia *cap. 63.* vel in ipſa vindemia, ubi lætitiæ plena ſunt omnia, ſe veſtibus prodit ſanguine imbutis, clades minitantibus: *Quare rubra ſunt veſtimenta tua*, quærit Iſaias: ut nimirum omnes timeant, quotquot in DEO ſperant, & medij inter ſpem, & timorem incedant.

Quòd ſi poſt peractam humaoi generis redemptionem à Chriſti latere aqua manavit, cruore tamen fuit permixta, ut ſi illa abluit, hic terreat; ſi illa blandè allicit, & ſpem conciliat, hic minas ſpargens timorem incutiat. Imò nec in ipſo ſuo triumpho permiſit terroris abeſſe argumentum. 46.

Et nubes ſuſcepit eum. Act. 1. v. 8. Quare nubes, & non potiùs aurea rheda ab Angelis in ſublime clara: triumphaverat de morte Chriſtus cœlum aſcendens, cur non potiùs currum triumphis inſignem, trophæis inſculptum, palmis inſignitum accerſivit? cur nubem prætolit, quæ tempeſtatum eſt fœcunda parens, opifex fulminum, nutrix adverſitatum turbinum fomes? quià nimirum ſi triumphalis aſcenſio ſpem reſurgendi præſignaverat, nubes timorem incuteret, & inde diſceremus medij inter ſpem, & metum ritè incedere, & ad DEUM tutè accedere; in cœlum ſecurè conſcendere. Quid manna mitius, quid cœleſti hoc obſonio dulcius? & tamen ſuo non caruit verme, à quo corroderetur, ſi enim dulcedo alliceret, vermis terrebat. Neque DEUS in arca manna teponi voluit ſine virga, quò in dulcedine miſerationum, irarum non obliviſceremur juſtitiæ: manna illexit, ſed virga Moyſis terruit; manna ſpem excitavit, ſed virga timorem incuſſit, ut inter ſpem, & metum ad Euchariſtiam ſumendam nos præparemus.

§. V.

Quos DEUS ſuæ gratiæ illicio in ſpem erigit, ærumnis, & adverſitatibus deprimit; ut ita ſperent erecti, ut ſimul timeant depreſſi, ac tuti incedant ſpem inter, & timorem.

Moyſis virga tutum ad libertatem per Erythrei fluctus iter aperuit, ſed priùs deliciarum exhibitione ſpem excitavit, & felicitatis initium auſpicata eſt à bacillo vireſcente in colubrum verſo, ut inde timere Iſraelitæ diſcerent, ubi ſperare inceperant; priùs virga Moyſis Ægypitos cæcidit, quàm Hebræis ſubveniret: eadem in ſpem erexit, & timorem incuſſit, ut Hebræi ab Ægyptiaco famulitio in libertatem aſſerti diſcerent inter ſpem, & metum tutò incedere. Sponſa diu ſuum in lectulo quæſivit dilectum, quem tamen non invenit. cenſet D. Bernardus *in Cant. 2.* ideo non inveniſſe, quia gigantem quæſivit in lectulo, quem in campo, ubi vernat flos, ſtatim inveniſſet florentem; cùm ſit ipſe flos campi. Sed putârim non inveniſſe in lectulo ſponſum, quia floridus erat lectulus. Cant. 1. v. 6. *Lectulus noſter floridus*, quòd ſi non flori- 47.

ridus, ſed ſpineus fuiſſet, minimè ab eo ſponſus abfuiſſet. Gaudet quidem florere, ut alliciat, & in ſpem erigat promiſſi ſolatij, ſed inter ſpinas, ut ſimul terreat, ac timorem incutiat; ideóque ſe ſponſus florem dixit, non hortuli ad delicias duntaxat conſiti, ad ſolam voluptatem exculti, ſed florem campi, & lilium convallium, ubi & umbræ terrent, & arbores recreant; ubi vireta ſpem alunt, & caligines timorem incutiunt. Idque cauſæ, cur ſponſus unà cum aromatibus myrrham demeſſuerit in horto; quia ſi aromata alliciunt, myrrhæ amaritudo terrefacit: ſplendidus apparuit Moyſi, ſed in rubo: pueros protexit, ſed in medio fornacis: manna depluit, ſed in eremo; ut ſi acceſſus ad ſponſum alliceret, & in ſpem erigeret; locus ipſe, ſeu rubus Moyſi, fornax pueris, eremus Iſraëlitis timorem incuteret, quo medij inter ſpem, & metum tutiores ſtarent.

48. Hinc etiam in domo Pharisæi diſcubuit, quia amaritudine reſipiſcentis Magdalenæ ſe noverat ſaginandum, & eurientes implevit bonis, dimiſſis cum ſuis opibus divitibus planè inanibus. DEUS, quo tutam ad ſalutem nobis ſternat viam, ita nos allicit, ut ſimul terreat; ita in ſpem erigit, ut ſimul timorem incutiat. Audierat Joannes Apocalypticus, quomodo volumen, quod clauſum fuerat, & ſeptenis ſignatum ſigillis à leone aperiendum eſſet, ſed poſtea agnus apparuit, qui antea leo fuerat, & qui ſolo rugitu terrebat, mox proprio balatu demulcet, agnúſque mitis, & placidus volumen apprehendit, quod diſſolutis ligaminibus, & ſigillis
Apocal. 5. v. 6. aperit. *Et vidi, & ecce agnum ſtantem tanquam occiſum, & venit, & accepit de dextera ſedentis in throno librum.* Quid? quòd leo in mitem fuerit illicò agnum converſus? quia Chriſtus Servator leo eſt, & agnus; ſimul terret, & blanditur, ut ita diſcamus in agni ſperare manſuetudine, ut ſimul leonis timeamus ferocitatem, & inter ſpem, & metum tutiores ſtemus; appoſitè D. Bernardus *Serm. 1. de paſſion. Dom.* ait: *Dignus eſt, ajunt Seniores, agnus, qui occiſus eſt, non manſuetudinem amittere, ſed accipere fortitudinem, ut & agnus maneat, & leo ſit.* Quò inde diſcat peccator reſipiſcere, & ita in manſuetudine agni ſperare, ut ſimul fortitudinem timeat leonis: ait enim Iſaias.
Cap. 40. v. 10. *Ecce Dominus Deus in fortitudine veniet, & brachium ejus dominabitur*, & poſtea pergens ſubdit. *Sicut paſtor gregem ſuum paſcet in brachio ſuo, congregabit agnos, & in ſinu ſuo levabit.* Ubi obſervat D. Hieronymus Numinis favores nobis promitti in fortitudine quidem brachij, ſed non inter ferocientes tauros, nec malè olentes hircos, ſed tenellos inter agniculos: ait enim Iſaias. *Congregabit agnos, & in ſinu ſuo levabit.* Quia ſperantes in cœleſtis agni manſuetudine, & benignitate, ſimúlque reſipiſcentes; ac divinæ juſtitiæ timentes ſupplicia divinis donantur favoribus: non ita timere debet peccator, ut deſperet; ſicut nec ita ſperare, ut præſumat; ſed ut ſpes timorem contemperet, & timor ſpem, & deſiderium peccandi coërceat; & ita peccator juſto incutiatur timore, ut animo non cadat; ita ſpe erigatur, ut ſupercilia non extollat, ſed humilis cum timore veniam ſperet. Plures, quia reſipuerunt beneficio pœnitentiæ nacti fuerunt cœlum, ne animo cadant, qui in ſcelera fuerunt prolapſi, ſed in ſpem veniæ obtinendæ erigantur. Etiam virtutum cultores addicti, ut Salomon, David, Samſon, & plerique alij ceciderunt, ut juſti non tepeſcant, nec fiant ſomniculoſi; nec in bonis, quæ egerunt, confidant: & ideo plures ſceleſti beneficio pœnitentiæ, ac verè reſipiſcentes donati ſunt cœleſti beatitate, *ut qui in peccatis* *Homil. 29. Geneſ.*
eſt, ait D. Chryſoſtomus, *non deſperet videns tot, qui reſipuerunt ad ſummum virtutis apicem perveniſſe. Itaque nullus tametſi multorum bonorum operum ſibi conſcius præſumptuoſus ſit, ſed anxius, & ſolicitus, & audiat beatum Paulum admonentem, & dicentem: Qui ſtare ſibi videtur, videat, ne cadat: Nullus item, qui in profundum malitiæ deſcendit, ſalutis ſuæ ſpem abjiciat, ſed ineffabilem DEI miſericordiam cogitans, audiat iterum DEUM per Jeremiam Prophetam dicentem: Num qui cadit, non reſurgit? & qui averſatur, non revertitur?*

Quis Davide ſanctior, & tamen fœdè cecidit; cùm enim die æſtuoſiore poſt 49.
epulas meridianæ indulſiſſet quieti, & per ſolarium domûs regiæ ambularet auræ refrigerantis captandæ causâ, in proximo horto Bethſabeam vidit lavantem ſe ad fontem ſalientem, vix in ipſam oculos injecit, & imputas hauſit ex frigido illo fonte flammas, quibus incœpit ipſe miserè exardeſcere, perire, & mulierem deperire; quam accerſitam ad ſe voluit, ſuúmque cum ipſa explere deſiderium, & ne ſcelus patratum cum muliere pateret, Uriam maritum evocavit è caſtris, ut cum ſua conveniret uxore, quòd cùm non obtigiſſet ad votum Davidis, remiſit Uriam ad caſtra vitæ diſcrimini objiciendum, & telorum nimbis occidendum: vitium vitio viam emollit, & ſcelus ſceleri gaudet conſociari: adulterium accerſivit ad ſe homicidium, cauſa autem adulterij fuit poſt epulas, & ſomnum oculos minus cautè in fœminam injeciſſe. *Accidit, ut ſurgeret David de ſtrato ſuo poſt meridiem* *2. Reg. cap. 11. v. 2.* Ecce, quàm proclivis è ſomno, & cibo eſt ad Venerem tranſitus, pulvillo dormientis Davidis Cupido incubuit, & mollities ſuum è molli culcitra ortum traxit. Somnus diurnus dæmon fuit ille meridianus, à quo timuit. *A ſagitta volante in die*, volavit ſagitta coruſcante, ac æſtuante Sole meridiano jubare, &

mor-

mortiferum inflixit vulnus in negotio perambulanta in tenebris; quia concupiſcentia tenebras offundit, quibus obcæcatus periculum, quod immineret, non vidit, ut præcaveret. Laſcivus aſpectus ſcintilla fuit, quæ in paleam delapſa flammam concepit, & fœdi amoris excitavit incendium, quò virtus extincta cecidit. Sed ſi cecidit David laſciviens, beneficio pœnitentiæ ſurrexit reſipiſcens, quia ita ſperavit in DEI miſericordia, ut ſimul ejus timuerit juſtitiam: ſperavit, cùm intonuit.
Pſalm. 4. *In pace in id ipſum dormiam, & requieſcam, quoniam tu Domine ſingulariter in ſpe conſtituiſti me.* Expavit verò, cùm dixit: *Confi-*
Pſalm. 118. *ge timore tuo carnes meas, à judicijs enim tuis timui*, & inter ſpem, ac metum pœnitentiam agens priſtinæ fuit gratiæ reſtitutus, & ſalutem conſecutus; ut non deſperent, qui vitijs indulſerunt, dummodo, ſi imitati ſint Davidem pœnitentem, eundem æmulentur reſipiſcentem. Quòd ſi David cecidit, nemo quantumvis juſtus præſumat ſtare; neque ſe putet ſecurum, ſed timeat, occaſiones peccandi fugiat.

50. Ex eo autem, quòd David poſt patrata ſcelera reſipuerit, nemo ſit quantumvis peſſimus, qui deſperet; ſed ita in DEI miſerentis ſperet clementia, ut ſimul juſtitiæ vindicis timeat ſupplicium; & inter ſpem, & metum procedens tutè incedat. Quid gravius, & horrendius adulterio, & homicidio, ac ſcandalo populis dato? & tamen poſt hæc patrata ſcelera, quia ſimul ſperavit, & timuit, & ea confeſſus fuit,
Pſal. 31. v. 5. veniam, & ſalutem eſt conſecutus. *Dixi, confitebor adverſum me injuſtitiam meam Domino, & tu remiſiſti impietatem peccati mei.* Quòd ſi Deus non immutatur, nec ejus manus dicitur abbreviari, quantumvis peccaverit homo, dummodo reſipiſcat, confiteatur, ſperet, habere DEUM miſerentem; ſed eum ſimul timeat punientem, ac rectè incedat inter ſpem, & metum; ut valeat, & ipſe veniam, & ſalutem conſequi. Hinc concludit Chryſoſtomus: *ne ergo deſperet homo; nihil enim deſperatione deterius: quia qui deſperat, ſe majus in malum ſtimulat.* Timeat juſtitiam ante culpam, ne cadat; ſperet veniam poſt culpam, ne in deſperationem corruat: & reſipiſcens ita ſperet fore, ut ſit veniam conſecuturus, quò ſimul timeat, ne in ullam ſit ampliùs noxam lapſurus. Huc accerſendus D. Gre-
Lib. 33. Moral. c. 10. gorius, inquiens: *Ante culpam ergo homo juſtitiam metuat; & poſt culpam de pietate præſumat, neque ita juſtitiam timeat, ut nulla ſpei conſolatione convaleſcat; neque ita confidat de miſericordia, ut adhibere vulneribus ſuis dignam pœnitentiæ negligat medicinam: ſed quem præſumit ſibi piè parcere, ſemper etiam cogitet, & diſtrictè judicare.*

51. Hæc igitur mixtura ſpei, & timoris in ipſa reſipiſcentia præſentiſſimum eſt alexipharmacum, quo animi ægritudines curantur, & inflicta per patratum ſcelus vulnera ſanantur. Sunt plerique adeò puſillanimes, qui tametſi reſipiſcant, eóſque pœniteat patrati flagitii, firma tamen ſpe in DEO ſolari nequeunt; formidant, num DEUS velit ipſis indulgere, quos tamen ſolatur Chryſoſtomus. *Nemo veſtrum de-* Homil. 68. in Matth.
ſperet, etiamſi ad extremum pravitatis ſit delapſus: facilè quippe eſt ab ipſo improbitatis baratro ſe ipſum recipere: additque documentum infamis cujuſdam meretricis, quæ in Græcia omnium fœminarum erat iniquiſſima, hæc cùm primam in theatro ſedem occuparet, cæteris per infamiam erat famoſior: plurium illa patrimonia exhauſerat, & quos blanditijs illiciebat, ab iiſdem aurum extorquebat, nec ſola corporis venuſtate, ſed etiam magicis cantibus, herbiſque delectis retia ſtruebat, quibus amaſios irretiret. Hæc igitur, cum jamjam à Dæmone in orcum crederetur trahenda anteactæ vitæ ſcelera omnia fuit deteſtata, ex corde reſipuit, contractas ſcelerum maculas lachrymis eluit, & per cordis compunctionem ad ſe traxit DEI miſerationem: ait Chryſoſtomus *loco cit. Subito neſcio quare, imò verò certiſſimè ſcio, voluntate namque commutata, & DEI gratia hoc modo impetratâ, omnia illa ſprevit, & calcavit: & ita diaboli officina projecta, facilè ad cælum aſcendit*: ut qui malè vixerunt, minimè deſperent, ſed inter ſpem, & metum reſipiſcentes, ita lachrymis conſcientiam purgent, ut nullam ampliùs lethalem noxam admittant, parati potiùs centies mori.

52. Sed multi, qui cum Davide ceciderunt, minimè cum ipſo ſurrexerunt, quia maluerunt lapſi vitijs indulgere, quàm reſipiſcere: qui ceciderunt, ſatagant, ut ſurgant, & ſpe in DEI miſericordiam erigantur ad reſipiſcendum: qui verò non ceciderunt, caveant, ne cadant; timor enim cadendi tutum eſt fulcrum, ne quis cadat. Quòd ſi concupiſcentia te urgeat, ſi vitia, affectúſque depravati te in ſcelus ita alliciant, & trahant, ut tibi videaris non poſſe ſtare, huic neceſsè eſt timori DEI innitaris; quia etiam in Erythræo ad timorem incuſſum à Moyſis virga ſtetêre marini fluctus, ne caderent. *Stetit unda fluens.* Quòd ſi unda Exod. 15. v. 8.
inhiberi poteſt à fluxu, etiam tu ſtabis. Sed ſi quæras, quomodo ſteterit unda fluens, audi, quod ſequitur: *In ſpiritu furoris tui congregatæ ſunt aquæ*, frigus eſt, quod aquas conglaciat, ne fluant; & timor Domini eſt, qui cor hominis conſtipat, ne diffluat. Quod æſtate flumen eſt, ſi hyemem expectes, glacie concretum iter fiet, & non homines tantùm, verùm & onuſta plauſtra ſuſtinebit: qui Deum timet, more Jordanis, non fluit, ſed magis refluit.

Hoc innixus timore, & ſpe in DEI
53. miſericordia fretus, reſipuit poſt lapſum
2. Reg. c. 12 David, & firmus ſtetit. *Et dixit David ad Nathan, peccavi*, hoc eſt, timens, & ſperans, confeſſus eſt propriam iniquitatem, Pſalm 31. *Dixi, confitebor adverſum me injuſtitiam meam Domino, & tu remiſiſti iniquitatem peccati mei*: ut ti-
Pſal. 37. mens rugiebat veluti Leo. *Rugiebam à gemitu cordis mei*, hoc eſt, non a gemitu carnis, quem audiunt homines; ſed à gemitu cordis, eò quia ex corde reſipuit: ut ſperans ſtaret intrepidus, veluti turris
Pſal. 60. v. 5. fortitudinis. *Quia factus es ſpes mea, turris fortitudinis à facie inimici: inhabitabo in tabernaculo tuo in ſæcula: protegar in velamenta alarum tuarum.* Et quia inter ſpem, & metum reſipuit, ac pœnitentiam egit, voluntarias pœnas ultrò ſuſcepit, & commiſſa crimina in ſeipſo acerrimè vindicavit, veniam, & ſalutem fuit conſecutus: morbum contraxit ex ſevera inedia, ac diuturnis vigilijs, ſed ægritudo
Pſal. 118. ſanitatem peperit. *Genua mea infirmata ſunt à jejunio.* Lectum, qui fuit inſtrumentum turpitudinis in patrato adulterio per ſingulas noctes lachrymarum imbre rigavit; ut qui concupiſcentiæ vepreta pepererat, hoc imbre rigatus, flores daret
Pſalm. 6. virtutum. *Lavabo per ſingulas noctes lectum meum, lachrymeis meis ſtratum meum rigabo.* Oculi, qui ad flagitium fuêre duces, & è fonte fœdæ concupiſcentiæ flammas hauſerunt caſtitati exitiales, in fontes ſoluti lachrymarum ſordes, quas peccando
Pſalm. 118. contraxerant, flendo eluerunt. *Exitus aquarum deduxerunt oculi mei, quia non cuſtodierunt legem tuam.* Hinc rupta gemitibus, & denſis ſuſpirijs præcordia, quibus fatigatus, & delaſſatus David ſuccubuit, inter culturam virtutis, & labores contriti cordis vireta ſpei dederunt, ſimúlque umbras projecêre timoris. *Laboravi à gemitu*
Pſal. 118. *meo*: & cum amariſſima ſceleris memoria oculis obverſaretur, ajebat. *Quoniam*
Pſal. 50. *iniquitatem meam ego cognoſco, & peccatum meum contra me eſt ſemper*, hinc nonniſi cineribus conſperſus cibus, & lachrymis temperatus potus vires refecerunt. *Quia ci-*
Pſal. 101. *nerem tanquam panem manducabam, & potum meum cùm fletu miſcebam*: ſed ex hac ſalubri pœnitentia inter ſpem, & timorem peracta, efficax emendandæ vitæ propoſitum dimanavit, & tunc dixit Nathan ad David: *Dominus quoque tranſtulit peccatum tuum: flamma ſacrificij*, ait Ambroſius, *in*
In Pſal. 50 *cœlum aſcendit; ſed etiam è cœlo DEI miſericordia deſcendit.*

54. Vix David reus agnovit culpam, & Judex DEUS veniam conceſſit: ubi inter ſpem, & metum reſipiſcentia peccatori patrocinatur, Judicem ſuſpirijs in ſua vota flectit, ejúſque ſententiam quantumvis rigidam effuſis lachrymis obliterat, & crimina omnia patrata diluit; neque diſertiùs patrocinatur, quàm cum ſingultibus, & ſuſpirijs verba reprimit, ne totas erumpant; ſuſpiria cordis efficaciora ſunt, quàm verba oris. Pulchrè D. Ambroſius ait: Apolog. 2.
Peccavit David, quod ſolent Reges: ſed David. c. 4.
pœnitentiam geſſit, flevit, ingemuit, quod non ſolent Reges. Confeſſus eſt culpam, obſecravit indulgentiam, humi ſtratus deploravit ærumnam, jejunavit, oravit, confeſſionis ſuæ teſtimonium in perpetua ſæcula vulgata dolore tranſmiſit. Quod erubeſcunt facere privati, Rex non erubuit confiteri. Qui tenentur legibus, audent ſuum negare peccatum, dedignantur rogare indulgentiam, quam petebat, qui nullis legibus tenebatur humanis. Quod peccavit, conditionis eſt; quòd ſupplicavit correctionis. Lapſus communis, ſed ſpecialis confeſſio culpam igitur incidiſſe naturæ eſt, diluiſſe virtutis.

Peccavit David, & licèt ſperaverit in 55.
DEI miſericordia, quam enixim poſtulavit
ſibi propitiam. *Memor eſto verbi tui ſer-* Pſal. 118.
vo tuo, in quo mihi ſpem dediſti: hæc me v. 50.
conſolata eſt in humilitate mea; timuit adhuc divinam juſtitiam, inquiens. *A judicijs tuis timui*, ideóque ſategit lachrymarum fluxu ſceleris ſordes eluere, & rigorem divinæ juſtitiæ emollire. Utinam in hoc lachrymarum ſpeculum inſpicerent, qui mille habentes flendi cauſas, nec unam eliciunt lachrymulam: David non iteravit ſcelera, & tamen eadem diu, noctúque expiavit: licèt veniam ſperaret, timuit tamen divinam juſtitiam, & inter ſpem, & metum pœnitentiam egit: & quomodo, qui ſcelera ſceleribus coacervant, peccata peccatis accumulant, ſine pœnitentis animi gemitu, ſine lachrymarum ſtillicidio ſperabunt, fore, ut divinam emolliant juſtitiam, & divinam miſericordiam in ſua vota flectant? quomodo illoti, & illuvie obſiti inter aſtra fulgebunt? cùm ſui, cœli, & Dei immemores in cœno volutentur vitiorum aurium tenus, & nihil niſi libidines ſomnient, niſi fœdas concupiſcentias ructent, niſi ſcelera perpetrent? quomodo obſcœnam ducentes vitam, puram, ac defœcatam ſibi poſſunt mortem ſpondere? Sicut quæ diurnis agitamus curis, nocturno recurſant in ſopore; ita quibus in vita inſuevimus, ea etiam in morte placent, quæ talis plerumque eſt, qualis præceſſit vita.

Ferunt, fuiſſe aurifabrum, cui in ipſo vitæ 56.
extremo, cum mors immineret, libuit propriam negligere ſalutem, & plus curare cœnum, quàm cœlum; huic cum argentea Chriſti crucifixi ſtatua fuiſſet porrecta, ut eam exoſcularetur, & veneraretur: ille cœli & ſui oblitus petijt à circumſtantibus, quot pondo eſſe cenſerent argenteam illam crucifixi ſtatuam; nimirum quæ aurifex per vitæ curſum cogitaverat, eadem miſerrimè recurſârunt in morte, non enim ſanctiora cogitavit, quàm fuerit in vita meditatus: ita prorſus, quod diurnis verſamur ſtudijs, id nocturnis ſomniamus.

mus ludibrijs, & quod in vita agimus, in morte cùm agimus animam, raró deſinimus: qui divitijs viventes inhiant, eaſdem morientes expetunt; qui voluptatibus in vita diffluunt, Chriſti cruciatus in morte è mente excutiunt, & divitias, ac voluptates etiam morientes ſomniant.

57. Antiochus Rex Syriæ Judæos immaniſſimè vexavit, & Maximinus Imperator crudeliſſimis edictis, & atrociſſimis cruciatibus funditus Chriſtianos ſategit delere, quorum tamen uterque in morbum fuit teterrimum lapſus: & cùm aliunde nulla ſpes imminentis mortis periculum evadendi affulgeret, iſte Judæos, hic Chriſtianos enixiſſimè rogavit, ut pro ſalute ipſorum ſuo ſupplicarent Numini: ſimiles dixiſſes Æſopico corvo, qui cum lethali morbo urgeretur, matrem monebat aſſidentem, ne ſibi illachrymaretur; quin potiùs ſanitatem ſuam precibus commendaret Dijs; cui illa repoſuit, ô mi fili! eh quem Deorum tibi propitium confidis, cùm nullus ſit, è cujus ara partem victimæ non fueris furatus? quales igitur vivimus, tales, & morimur, tales & judicamur; mortem juſtorum ij oppetunt, quorum vita juſta fuit, quique inter ſpem, & metum procedentes rectè ſemper inceſſerunt; qui mortem expetit juſtorum, vitam probam eorundem imitetur: non enim concordant hæc duo; bonam oppetere mortem, & bonam fugere vitam: recuſantes rubrum mare pertranſire ſpem inter, & metum; illam excitantia Numinis prodigia; & hunc incutientes penduli utrinque marmi fluctus; hi manna non guſtant, nec terram appellunt promiſſionis: appoſitè D. Bernardus: *Utinam hac morte ego frequenter cadam, & evadam laqueos mortis, ut non ſentiam vitæ luxuriantis mortifera blandimenta, ut non obſtupeſcam ad ſenſum libidinis, ad æſtum avaritiæ, ad iracundiæ, & impatientiæ ſtimulos, & angores ſolicitudinum, & moleſtias curarum. Bona mors eſt quæ vitam non aufert, ſed transfert in melius.* Qui vitam ducunt inter ſpem, & metum, ſéque abſtinent à mundi voluptatibus, & frœno timoris, pravos quoſque coërcent affectus, & piè vivunt; hi ſanctè moriuntur, & eorum mors vita non aufert, ſed è cœno in cœlum transfert.

Serm. 52. in Cant.

§. VI.

Qui frœno timoris DEI pravos non aſſueſcit, cùm vivit, compeſcere affectus, nec moriens eorum impetus coërcet.

58. PRavi affectus in nobis naſcuntur, nobiſcum adoleſcunt, ſimúlque conſeneſcunt, & niſi ſtudeat quis eos in vita compeſcere, vix in morte coërcebit, & eodem tumulo cum vita, & corpore ſepeliuntur. Animus noſter niſi ritè cuſtodiatur, & in ipſo paſſionum impetus reprimantur, eſt veluti martius campus, ubi ſibi repugnantes affectus acerrimè inter ſe digladiantur turbidi, ac furioſi motus toto impetu inſurgunt, qui omni virium contentione dimicantes animi adnituntur dominatum occupare, quo ubi potiuntur, iterum claſſicum ſonant; & arma movet furor, ut vel in ipſa quiete, non deſit labor; nec in tranquillitate turbatio; nec in ſolitudine turba; quamvis domeſticos maneat quis inter parietes, ſi frœnum hiſce non injiciat turbolentiſſimis animi motibus, furioſa mentis agitatione foras evolat in forum, in plateam, curiam, & trivium, imò & in loca diſſitiſſima; & umbratili certamine pugnat, & quaſi contra hoſtem ſine hoſte congreditur. Iram quamvis nullus adſit, cui iraſcatur, concipit; conſtruit ſibi in turbulento pectore quaſi theatrum, ubi gratis inſanit, ferocit ac debacchatur, ludos enim prorſus inſolentes ludit, & plus quam Tieſtæas tragœdias agit; amor in libidinem efferveſcit; avaritia in auri nitore ſordeſcit; mœror animi ad objectum diſſonum contabeſcit, & cæteræ utriuſque appetitus concupiſcentis, & iraſcentis peſtes graſſantur: & qui frœno timoris Dei non aſſueſcit, cùm vivit; hos compeſcere animi pravos affectus; nec moriens eorum impetus coërcebit. Hinc voluit Numinis providentia, ut hi motus jugiter nos monerent, ut non conniveamus vitio, non negligamus negotium noſtræ ſalutis, non ludamus in medijs periculis, nec nobis illudamus; ſed perpetuò pavidi inter ſpem, & metum incedentes eorum impetus coërceamus; pravas concupiſcentias reprimamus, & inſoleſcentes quoſque affectus compeſcamus, ſemper anxij, ſemper ſoliciti in omnem partem circumſpecti, quo tuti ambulemus ſtrenuè depravatis paſſionibus obnitendo, fortiter obluctando, quo tandem victrices nobis adoreas occinamus, manubias colligamus, trophæa erigamus, aureíſque lemniſcis noſtram ornemus coronam.

Qui ſola ſpe veniæ ducitur, in cœlum non manuducitur, ſed in orcum perducitur, quia facilitas veniæ tribuere aſſolet incentivum delinquendi: *certi enim* (ait Tertullianus) *indubitatæ veniæ delictorum medium tempus interim furantur; & commeatum ſibi faciunt delinquendi, quàm eruditionem non delinquendi.* Qui ſola ſpe veniæ fultus, vitia, quibus indulget non abigit, injurius eſt Dei miſericordiæ, dum peccatorum moles ſuper eandem ſtruere ſtudet: ſiquidem ſpe veniæ *commeatum ſibi facit delinquendi*, & divinæ benignitatis abuſu ſcelera coacervat, ſed dum miſericordia abutitur, juſtitiam irritat, vitam infeſtat, & mortem ſibi infelicitat: & niſi ſpes fuerit timori conſociata in præſumptionem degenerat, qua inde palpantur flagitia, unde exterminari debuerant; 59.

Lib. de pœn. cap. 6.

rant: ideo minatus eſt Deus Gehenoæ ſupplicia, noo ot nobis illuderet, ſed timorem incuteret. Quòd ſi dicas, Deum ooo in igne, nec in commotione, ſad in ſpirito auræ [3. Reg.c.19. v.12.] tenuis apparuiſſe: *Non in igne Dominus, non in commotione Dominus, ſed in ſpiritu auræ lenis*; id noo diffiteot, ſed Eliæ id accidit cilicijs præcincto, ooo Jezabeli gemmis phaleratæ. Licèt non in commotione Dominus, turbo taman, ignis, & terror ante Dominum, ut ſi aura tenui leniret, ac demulceret, ſpémque alaret; igne, & torbine timorem incuteret, nt intec ſpem, & metum tuti incedamus.

60. Nobis oon adeſt Deus in rore, niſi oos præcedat in turbioe: ſcio plures ſperâſſe, qui ſimul tultoræ aſſueverunt ſummarum virtutum; ſed hi etiam timora perculſi ſpei adhæſerunt, adeout oonniſi ſpe, & timore ſuffulti ſteterint: hiot videmus ollas accenſas io Jeremia; igneos currus apud Ezechielem; imò & intermortuum Danielem ad ſpectacula divioorum; hi licèt ſperaveriot adhuc rimueruot; nec rectè proceſſiſſent, niſi ioter ſpem, & metum ritè inceſſiſſent: non ſperantes, & rideotes; ſed ſperaotes, & timentes, at ſtantes ſalutem conſequuntot: hinc Chriſtus oos monet, ut vigilemus, & ioclamat væ divitibus, væ ridentibus, væ felicibus; ipſe excluſit è convivio, ubi omnia feſtiva erant, omnia lætitiam ſpirabant, noo veſtitum veſte ouptiali; & proteſtatur, arctam eſſe viam ad Regoum: & quomodo credemus in Regno innoceotiæ eſſe ſeſſuros, qui in cœno vitiorum diu manſerunt ſubmerſi? quomodo credemos unà cum amaſio poſſe ſcortum ad agoum pervenoire, quem ſola virginitas comitator? Quòd ſi Deus adeo comis, blandus, ac benignus eſt, ut peccantes ſolùm ad ſpem veniæ alliciat, quare Joanni adeo terribilis apparet; oimirum igoitis pedibus, flammantibus otulis, armato ore, ad cujus aſpactum ferè emortuus concidit Apoſtolus, ac ex[Apocal.1. v.17.]piraverit: *Et cum vidiſſem eum, cecidi ad pedes ejus tanquam mortuus.* Quòd ſi Deus ad ſolam illiceret ſpem, tam ſeveram ſui ſpeciem ſuis noo exhiberet Evangeliſtis, & [Ezech.1. v.13.] prophetis, etenim: *Et ſimilitudo animalium aſpectus eorum quaſi carbonum ignis ardentium, & quaſi aſpectus lampadarum. Hæc erat viſio diſcurrens in medio animalium: ſplendor ignis, & de igne fulgur egrediens*: Ecce nulla hic exhibeotur florentia lilia, oollæ vernantes violæ, oulla jocantia vireta, quæ ſpem excitent ſolatij; ſed ubique aſpectus animalium terrorem incutientium, & ſi ignis ſplendet, non lucis eſt ſolatium; ſed fulgur terroris, ut qui jam didicerant in Dei clementia ſperare, omnem à ſe divinæ juſtitiæ timorem non excuterent, ſed inter ſpem, & timorem procedentes per virtutum ſemitas incederent, ſpes alliceret ad aſſecutionem ſalutis, & timor averteret à vitijs, ac pravorum omnium affectuum adhæſione: quotquot reſipiſcunt, ita in ſpem erigantur veniæ, ut ſimul timore corripiantur æterni ſupplicij.

61. Idque cauſæ, cur Habacuc de gentibus ptogteſſuris da vitijs io virtutes, dixerit: *In luce ſagittarum tuarum ibunt, in ſplendore fulgurantis haſtæ tuæ*, non meminit miſericordiæ, in qua reſipiſcentes jam [Habac. 3. v.11.] ſperaverant, ſed terrores refricat juſtitiæ, ut timorem incutiat gehennæ; & quos miſericordia per ſpem in ſe allexerat, juſtitia per oſtanſa ſupplicia à vitijs avarteret. Verum aſt, Deum cognoſcere figmeotum noſtrum, ac compati ooſtris ioſirmitatibus, ac ſuam io nos miſericordiam exercere, ſed dummodo reſipiſcamus, ac timeamus: ait enim David: *Miſericordia autem Domini ab æterno, & usque in æternum ſuper timentes eum*, hoc eſt miſericordia ab æterno, [Pſalm. 102. v.17.] eſt, & io æternum erit, noo tamen ſuper ſperantes, & furentes, ſed ſuper ſperantes, & timeotes. Iooumera ſuot ſcripturarum teſtimonia, quibus apertiſſimè monentur homines, ot nooniſi cum timote, & tremore propriæ curam ſalutis perficiant, ot ſperantes veniam conſequi ſimul timeant, & frœno timoris praves quosque affectus in ſe ipſis coërceant, & sitè procedant inter ſpem, & metum. Id cauſæ, cur Magiſter Chriſtus ſuis aperiturus Diſcipulis ſenſum ad ſcripturas intelligendas, oon de riſu, voluptatibus, epulis, ac delicijs locutus fuerit, ſed de clavis manus, & pedes terebrantibus, de ſpinis caput transfigentibus, & de cruce extremum ſupplicium inferente: *Tunc* [Luc. 24. v.45.] *aperuit illis ſenſum, ut intelligerent ſcripturas. Et dixit eis; quoniam ſic ſcriptum eſt, & ſic oportebat Chriſtum pati, & reſurgere à mortuis tertia die. Et prædicari in nomine ejus pœnitentiam, & remiſſionem peccatorum.* Ecce cùm ſcripturæ explicantur, & eorum ſenſus pateſiunt, noo coovivia commendaotur, ſed tormenta recenſantur; non voluptates narrantur, ſed dolores inſinuantur; noo ſola ſpes, ſed angor ad timorem iocutiendum memoratur.

62. Scio io ſcripturis nobis promitti reſurrectiooem, & peccatorum remiſſionem, ſed illios nonoiſi poſt paſſionem meminerunt, & hanc tantùm poſt pœnitentiam induxerunt: tuoc remittuntur ſcelera, ſi lachrymis foerint lota, ſi pœnitentiæ cultro deleta; tuoc gaudium ſperamus, ſi timor luctum excitaverit: ijs dicitur, ot agant diem lætitiæ, qui in triſtitia fueruot. Id præſtitit David, cui cùm primùm Nathan Propheta, ctimen ſuum objecit, amarè flevit, nec ceſſavit veræ pœnitentiæ lachrymis patrati ſceleris ſordes ſuperſtites abluere: aiebat enim: *Exitus aquarum deduxerunt oculi mei*: ſperavit in Dei miſericordia, ſed ſimul divinam timuit juſtitiam; ideóque, inter ſpem, & metum ſategit reſipiſcendo lachrymis eluere, quas peccando maculas contraxerat: *Lavabo* aiebat *per ſingulas no-*

ctes

tiet lectum meum, & lachrymis meis ſtratum meum rigabo: hæc eſt vera peccati venia, quæ ſpem inter, & metum impetratur. Scitè

Lib. 2. de Dei gubernat.

Salvianus ait: *Agnoſcit David Reus culpam, humiliatur, compungitur, confitetur, luget, pœnitet, gemmas Regias abdicat, erepantia auro textili indumenta deponit, purpura exuitur, diademate exeneratur, corde, & cultu mutatur, totum Regem cum ornatibus ſuis abjicit, jejunio exugitur, ariditate ſiccatur, fletu effunditur, ſolitudine carceratur*, ſperavit quidem David in Dei miſericordia, cùm dixerit Pſalm. 61. *Spes mea in Deo eſt*; ſed quia etiam timuit divinam juſtitiam, pœnitentiam egit in cinere, & cilicio, quapropter inchoat Pſalmum 100. Ab hoc nexu ſpei & timoris, illam excitat miſericordia, hunc judicium incutit inquiens: *Miſericordiam, & judicium cantabo tibi Domine*, quaſi diceret; miſericordiam, in qua ſperavi cantabo, & ſimul judicium quod timui celebrabo, quia ſi ſpes me erexit, timor lachrymas elicuit, Regiam chlamydem abjecit, caput diademate nudavit, & cinere cooperuit, ſericas veſtes exuit, & cilicium induit: & quia inter ſpem, & metum inceſſit *miſericordiam, & judicium cantabo tibi Domine*: ſed cur priùs meminit miſericordiæ, & poſtea judicij? an quia ſi judicium præceſſiſſet miſericordiam, ſolus timor potuiſſet deſperationem ſuggerere? peridoneè Euſebius in catena Patrum Græcorum ait: *Tuam miſericordiam, tuámque judicium cantabo, rationem enarrans, quâ ſoles non primùm judicare, deinde miſereri; ſed primùm miſereri, ac deinde judicare; & cum clementia, & miſericordia ſententias pronuntiare*; ita negotium divinæ miſericordiæ, & juſtitiæ componit, ut judicium non præcedat, ſed ſequatur miſericordiam; ne ſine prævia miſericordia judicium puniat; quia miſericordia priùs peccantes in ſpem erigit veniæ, quibus juſtitia timorem poſtea incutit, ne facilitas veniæ anſam ſuppeditet delinquendi; & ne ſola ſpes vitijs videatur lenocinari; timor enim, quem juſtitia incutit, frœnum injicit pravis omnibus affectibus; à vitijs revocat, & reſipiſcentem in ſtudijs firmat virtutum.

63. Quia ſola ſpes, quam miſericordia fovet facilè poteſt in præſumptionem degenerare, ideo David non ſimplicem expetit miſericordiam, ſed juſtitiæ conſociatam:

Pſalm. 118. v. 58.

Deprecatus ſum, inquit, *faciem tuam: miſerere mei ſecundùm eloquium tuum*: expetijt miſericordiam unà cum Dei eloquio, ſeu juſtitia ſententiam proferente poſt peractam ex Dei gratia pœnitentiam; ut ſi miſericordia Davidem erigeret ſperantem; juſtitia eumdem ſtabiliret reſipiſcentem: tametſi benigniùs, ac beneficentiùs videretur agere Deus, ſi ſuæ veluti oblitus juſtitiæ, immetatâ miſerendi facultate veniam impertiret, nullo injecto ſupplicij infligendi timore; nihilominus ad ſui remiſſionem peccati juſtitiam David advocat miſericordiæ auxiliatricem; ne facilitas veniæ anſam exhiberet delinquendi, ſed quem ſpes ad reſipiſcendum erexerat; timor juſtitiæ in ſtudio firmaret virtutis: eleganter D. Ambroſius expendens verba David. *miſerere mei ſecundùm eloquium tuum* ait: *Facilitas enim veniæ incentivum tribuit delinquendi. Hoc ideo dictum eſt, ut ſciamus ſecundùm verbum Dei, ſecundùm rationem diſpenſandam eſſe miſericordiam*: miſericordiam David expetit, ſed juſtitiæ confœderatam; ut ſi illa ſpem excitat, hæc timorem incutiat, & tutus inter ſpem & metum incedat: exprompta miſerendi facilitas incentivum ne eſſet delinquendi, ſpem expetijt juſtitiæ conſociatam; ut ſpes veniæ impetrandæ ad reſipiſcendum excitaret; & timor à juſtitia incuſſus ab anſa averteret iterum delinquendi, & in exercitio virtutis figaret reſipiſcentem; idque D. Ambroſio perinde eſt ac ſecundùm rationem miſericordiam diſpenſare; quaſi irrationabilis foret miſericordia ſtatim obvia, & exprompta, quæque impudentiam nutriat, ac velut impunitatem ſpondeat; rationabilis verò ſit, quæ juſtitiæ adſociata ſpem excitat timore coërcitam; quia tutam tunc viam reſipiſcenti ſternit ſpem inter, & timorem.

Per vaſtam Hebræus populus cum proficiſceretur eremum, ac anhelâ ureretur ſiti 64.
præ aquæ inopia in areſcente ſolitudine, indignatus contra Moyſem, cœpit convicijs, ac objurgationibus eum pulſare, hauſtúmque frigidæ ab ipſo exigere: *Da nobis aquam ut bibamus*; timens Moyſes ne lapidibus ab

Exod. 17. v. 4.

iraſcente populo obrueretur, Deum enixim rogavit, ut opem eſſet ei ſuam præſtiturus, quem & in ſua flexit vota; juſſit enim Deus, ut unà cum ſenioribus antecederet populum, & virgâ petram percuteret Horebeam, è cujus duritie laticem eliceret ſedandæ ſiti accommodatos: *& ait Dominus ad Moyſem: Antecede populum, & ſume tecum de ſenioribus Iſrael: & virgam quâ percuſſiſti fluvium, tolle in manu tua, & vade: en ego ſtabo ibi coram te ſupra petram Horeb; percutiéſque petram, & exibit ex ea aqua, ut bibat populus.*

Exod. 17. v. 5. & 6.

Obſequutus Moyſes Dei mandato petram percuſſit, lympham è ſaxo expreſſit, quam cum vidit populus, deſtitit cœli patientiam querulis laceſſere vocibus. Anceps hæret D. Auguſtinus ſuper Exodum, & ſcitè dubitat, quomodo Moyſes dicatur virgâ percuſſiſſe fluvium: *& virgam, quâ percuſſiſti fluvium*, ait Auguſtinus: *Flumen autem Aaron legitur, non Moyſes virgâ percuſſiſſe. Nam Moyſes eâdem virga mare diviſit, non flumen. Quid ſibi ergo vult, accipe virgam, in qua percuſſiſti flumen. An fortè mare appellavit flumen?*

Quæſt. 69.

Tetigerat Moyſes virgâ Mare Erithræum, 65.
quod & in binas diviſit partes, ut per ſicca veſtigia iter proprio aperiret in ſinu populo è famulitio Ægypti in libertatem aſſerto; an vocat Erithræum Mare flumen ob alvei anguſtiam,

guſtiam, liturisque fluminis inſtar ripæ in longum producti? ſed cur virga hactenus ſimplici virgæ nomine ſignificata, nunc cum ſit è præduro ſilice frigeſcentes latices eliciiura, non ſimpliciter virga dicitur; ſed *virga, quâ percuſſiſti flumen?* An quia utrinque miracula in aquis peragantur; aquarúmque pertractetur negotium? ſed ſi virga exſiccandis potiùs aquis, quàm educendis adhibita fuit; cur nunc ſeligitur ad aquas è ſicco, duróque ſaxo eliciendas. Etenim Ægypti flumen virgâ percuſſum ubere aquarum fluento illico deſtituitur, & ſanguinem ſuis involvit undis: Eryihtæum itidem mare eadam percuſſum virgâ cognatis aquarum fluctibus viduatur, ſiccúmque iter per ſejunctos pendulos fluctus aperit: ſi igitur Moyſis virga, quas tangit aquas, vel fugat, vel exiccat, cur modò ad eliciendos è ſaxo latices aſſumitur? an non ſatis fuiſſet ad extinguendos ſitientis populi æſtus ex umbrifera valle aqeas eduxiſſe? Quia cum ſperaret populus hoc etiam à Deo beneficium, quô frigido hauſtu ſitim extingueret, rectè ſperanti populo per virgam timorem incuſſit, quo deſiſteret, querulis vocibus cœlum pulſare, & contra Moyſem rebellare; ſed inter ſpem, & metum diſceret inceptum iter proſequi, ac rectè incedere: ſpondet quidem Deus aquarum ſcaturiginem è ſaxo, & in ſpem populum ſitientem erigit; ſed per virgam, quæ flumen aquis evacuavit, quæ aquas in ſanguinem vertit, quæ mare Erythræum per invectum divortium aperuit, ut inſequentem Pharaonis exercitum obrueret, ac ſepeliret; ſed per virgam, quæ ubique terrores ſparſerat, & timorem excitaverat; ut ſi populus ſponſione Dei fultus ſcaturiginem ſperaret aquarum è ſaxo, virgam etiam timeret percutientem: rupem enim repetita percuſſione diverberavit, & ad alterum ictum aquarum magna ſe effudit copia. Voluit Deus, ut populus ad terram promiſſionis proficiſcens non aliter incederet, quàm inter ſpem, & metum: Dei promiſſiones, quæ populum minimè fallebant, ſpem fovebant; ita tamen ut virga Moyſis
Pſalm. 2. v. 9. timorem incuteret; hinc David: *Reges eos in virga ferrea*, ne populus ſola ſpe illectus inſoleſcat, ſed in virga ferrea detentus ita
Lib. Ethic. com. 2. ſperet, ut etiam timeat: ait Baſilius: *Hac ſola de cauſa quoties conſidero Moyſi denuntiatum fuiſſe non ingreſſurum illum in terram promiſſionis: quoties orantem hunc reputo, & nihil exorantem, ut veniam tam brevi verbo impetraret. Verè ut eſt apud Apoſtolum ad Rom. 11. rigidam Dei ſeveritatem video, veréque illud dictum perſuadeo mibi,*
2. Petri 4. *ſi juſtus vix ſalvabitur, impius & peccator ubi parebunt.*

66. Non ſolùm popolo vult Baſilius fuiſſe timorem incuſſum, ſed etiam Moyſi, licèt miraculorum patratori, ne viri juſti omnem à ſe excutiant timorem, ſed ita ſperent, forte ut ſint ſalutem conſecuturi, ut ſimul timeant; & ſtantes videant ne cadant, ſibi non fidant, ſed pericula præcaveant, quia nemo quamdiu vivit, ſecurus eſt à lapſu: & is proximior eſt ruinæ, qui extra caſum putat ſe poſitum. Lubricum eſt, quod percurrimus iter; nemo ſibi firmis blandiatur de veſtigijs, antequam totum iter abſolverit. Spe ita vult Deus populum ſuum ali, ut ſimul timore angatur, ideóque Deus pater ſuum alloquens filium noſtra indutum humanitate ait: *Reges eos in virga ferrea*, quia Pſalm. 2.
ſi humanitas, & benignitas Salvatoris noſtri nos in ſpem erigeret, ejus virga ferrea, ſeu juſtitia timorem excitaret.

Quis adeò audax, ut velit è Chriſti 67.
dextera hanc virgam ferream eripere, hoc ſceptrum timoris excutere? Monet Deus filium, ut exhibeat ferrum populis; & quomodo homo, cùm putredo ſit, ferrum è Chriſti manu abigere, & florem locare poterit in dextera crucifixi, in qua nonniſi clavus, vel virga ferrea reperitur? Quòd ſi præſumas timorem excutere, eò quia in cœlo canticum audiatur lætitiæ, & miſericordiæ; & vox plurium dicentium Alleluia: *Poſt hæc audivi quaſi vocem turbarum multarum in cœlo dicentium Alleluia.* Fateor Apocal. 19. v. 1.
audiri vocem lætantium, ac dicentium Alleluia, ſed in cœlo; non in terris ubi imminent pericula; non in cœno, ubi lubrica ſunt omnia; non in via, ubi facilè à recto tramite deflectitur; placet Alleluia, ſed ubi canentes, & lætantes tuti ſunt à quovis periculo: audiatur vox lætantium, ſed ubi gloria eſt triumphantium. Cæterum etiam canentes in cœlo Alleluia ad nos in terris transmiſère librum plenum væ, & amaritudinis.

Scio columbam ramum detuliſſe olivæ; 68.
ſed columba fuit, non corvus, quò inde diſcamus non impijs, nec pœnitentiam procraſtinantibus, ſed innocentibus, ac timentibus miſericordiam adblandiri. Fateor, audiviſſe Joannem vocem turbarum multarum in cœlo dicentium Alleluia; ſed ſcio etiam audiviſſe juditia Dei, quia juſta; & ultionem de peccatoribus ſumptam; ut ſi ſpes æterni gaudij nobis eblandiretur, timor judicij nos timore percelleret, cùm nec in ipſo Regno ſecuritatis ipſa exultatio ſit timore vacua: ſiquidem ubi hilari voce audiebatur Alleluia, ibi tremefacti *ecciderunt* Apocal. 19. v. 4.
ſeniores viginti quatuor, & proni etiam ipſi in terra dixsrunt Alleluia; quòd ſi vel in cœlo ipſa ſecuritas, & lætitia immunis non eſt à timore, quomodo ſola ſpes niſi timore innitatur ſtabit in terra? ubi nulla ſecuritas, ubi lapſus ſunt frequentes, & pericula ubique imminent? Neque credas, Joannem audiviſſe vocem lætitiæ in cœlo ſine pavore, ait enim: *Sicut vocem tonitruorum magnorum dicentium Alleluia*, nimi- Apocal. 19. v. 6.
rum è tonitruis vox erupit lætitiæ; gaudium perfudit cœlites illos, ſed quod ex fulmine exivit: quo ita cœleſte gaudium ſpere.

Digitized by Google

ſperemus, ut ſimul fulmen timeamus,& vocem tonitruorum; & ioter ſpem, & metum iocedentes rectè ad æternum gaudium procedamus,

§. VII.

Spes, quæ ſcelera non abigit ad præſumendum adigit, & timor ſpei non confæderatus deſperationem ſuggerit: ſalutem verò ſugerit ſpei aſſociatus,

69. NOn ſibi conſulunt, qui in hujus vitæ exilio inter flores, & vireta; inter lilia, & roſas, voces lætitiæ audire cupiunt, cùm in cœlo nonniſi cum tooitruis audiantur, ſcio Regium Prophetam lætitiam perſuadere ſperantibus in Deo: (Pſalm. 5. v. 21.) *Et lætentur omnes, qui ſperant in te, & in æternum exultabunt, & habitabit in eis.* Sed quos ſperantes in Deo allicit ad cœleſtem lætitiam, eosdem etiam ſupponit in timore, & tremore converſos ad Deum, ait David: (Pſal. 118.) *Convertantur mihi timentes te, & qui noverunt teſtimonia tua*: timentes Deum ſunt, qui ſperant in ipſo, & quos David vocat lætantes, & in æternum exultantes, quia nonniſi incedentes medij inter ſpem, & timorem, æternam lætitiam conſequuntur, ait Joannes: (1. Joan. 3. v. 3.) *Et omnis qui habet hanc ſpem in eo ſanctificat ſe, ſicut & ille ſanctus eſt.* Spes enim quæ non expiat à ſcelere, degenerat in præſumptionem; proinde ſubdit Joannes: (Ibidem. v. 7.) *Filioli nemo vos ſeducat. Qui facit peccatum ex Diabolo eſt.* Et David etiam definiens ſpem veram, cui æternum gaudium adnectitur ait: (Pſalm. 33. v. 23.) *Et non delinquent omnes, qui ſperant in eo*: ſi ſperantes in Deo non delinquunt; ergo timent, ne à ſummo ſe bono avertant; ergo inter ſpem, & timorem tuti procedunt. Quòd ſi Joannes in Apocalypſi (Cap. 19. Apocal.) vocem audivit *turbarum multarum in cœlo dicentium Alleluia*, & non in ſpem erigentium: vidit etiam ibi plura, quæ timorem incutiunt, ut ubi ſperare diſceremus, ibi etiam timere inciperemus, ait ipſe: (Apocal. 19. v. 11.) *Et ecce equus albus, & qui ſedebat ſuper eum vocabatur fidelis, & verax, & cum juſtitia judicat, & pugnat. Oculi ejus ſicut flamma ignis, & veſtitus erat veſte aſperſa ſanguine. Et de ore ejus procedit gladius acutus, ut in ipſo percutiat gentes, & ipſe reget eos in virga ferrea, & ipſe calcat torcular vini furoris iræ Dei omnipotentis, & habet in veſtimento, & in femore ſuo ſcriptum: Rex Regum, & Dominus Dominantium.*

70. Ecce poſt auditam vocem lætitiæ, qualem viderit Judicem: oculi ignei, armatum os, timorem incutiunt; ſi vox lætitiæ ſpem excitat; ferreum ſceptrum ultionis eſt ſymbolum juſtitiæ; ſi vox diceatium Alleluia miſericordiam, & benignitatem prodit; ſi gaudium oſcula indicat; veſtis aſperſa ſanguine funera, & cruentas ſtrages ſignificat. Si canticum lætitiæ ſpem fovet, certè torcular iræ Dei Omnipotentis ab ipſo compreſſum timorem incutit: certè ipſa etiam inſcriptio Regis in femore clarè innuit, nolle æternum Judicem oblviſci, nec velle prætetire ea ab ſtimulante concupiſcentia patrata ſcelera, quæ fragilitati humanæ à plerisque ſolent indulgeri: ſi enim in femore Regiam exercet poteſtatem, impunita non permittet delicta, quæ è femore prodeunt. Quòd ſi Deus nec in femore Regiam ſuam deponit ſeveritatem, quid erit de avaritia exſugente pauperum ſanguinem? de ira funera, & ſtrages ſpargente? de crudelitate in nocuos æquè, ac innocentes debacchanre? de ſuperbia alios deprimente? ſi nec femori, nec carni parcit: *Et percutiet terram virga oris ſui: & ſpiritu labiorum ſuorum interficiet impium.* (Iſaia 11. v. 4.) *Et erit juſtitia cingulum lumborum ejus.* Quòd ſi hæc erit acturus cùm germinabit ut flos; dixerat enim Iſaias: *Egredietur virga de radice Jeſſe, & flos de radice ejus aſcendet.* (Ibidem. v. 1.) Quid erit quando erumpet, ut fulgur?

Quòd ſi dicas, i[illegible]nuptijs unum duntaxat ex pluribus invitatis fuiſſe è cœna excluſum: id non inficior, ſed hoc etiam me terret; quià ſi nec in epulo pepercit, ubi parcet? ſi vel in nuptijs ſuam exercuit juſtitiam, ubi ab ejus exercitio deſiſtet? ſi ubi plures erant veſte nuptiali induti, unus duntaxat ea exutus in tenebras detruditur exteriores, quæ ſupplicia non erit inflicturus, ubi nullæ emicabunt veſtes nuptiales, ubi nulla fulgebit ſtola innocentiæ? Quòd ſi inter plures nummos probatos non dedignamur unum admittere adulterinum, eò quia reliqui defectum unius compenſent; & Deus inter plures juſtos unum non patitur reprobum, quem plectit, & æterno addicit ſupplicio, quis non timeat ejus juſtitiam, licèt in ejus ſperet miſericordia? Si plures inter innocentes uni duntaxat deprehenſo nocenti non pepercit, quomodo non effundet iram furoris ſui, ubi pauci erunt veſte nuptiali induti; & plurimi ea deſtituti? quinque invenit virgines fatuas, & omnes clauſo oſtio excluſit; unus deliquit David & ſeptuaginta millia hominum cruenta clade ejus expiavit delictum. Unus peccavit Acham, & propemodum innumeri ceciderunt interfecti. 71.

Scio plures abuti Dei miſericordia, & ſpe illecti veniæ, præſumere vitijs indulgere, ac proprijs ſatisfacere concupiſcentijs, eò quia dicat Iſaias: *Calamum quaſſatum non conteret, & linum fumigans non extinguet*: (Cap. 42. v. 3.) ſed interprete D. Gregorio Calami nomine aliud non denuntiatur niſi Judaici (Lib. 13 moral. cap. 13.) populi Regnum temporale, quod tametſi exteriùs vireſceret, ut calamus, intus tamen inane, & vacuum erat, quia jam genus regale in ipſo defecerat, ejúſque Regnum 72.

alienigena poſſidebat; ideóque ſcitè Propheta Regnum Iſraelis Calamum vocavit quaſſatum, linum etiam ſacerdotium innuit, cùm ſummus Sacerdos lineis uteretur veſtibus; & quia charitatis perdiderat ardorem, quaſi amiſſo jam igne fidei, ampliùs non ardebat, ſed fœdè fumigabat. Cùm verò Dei Verbum noſtram induit humanitatem, calamum quaſſatum non confregit, nec linum fumigans extinxit, quia Iſraeliticum Regnum, quod penè jam deſtructum fuerat, ejúſque Sacerdotium, quod igne fidei non ampliùs ſplendebat, non poteſtate judicii perculit, ſed patientiæ longanimitate toleravit: unde ſi Dei miſericordia quaſſatum calamum non contrivit, nec linum fumigans extinxit; Regnum tamen divina juſtitia in alienigenos tranſtulit, & deficientem Iſraelem ſuis reliquit tenebris involutum.

73. Quòd ſi Joannes agnum in cœlo vidit manſuetudine eblandientem, & in ſpem peccantes erigentem: vidit etiam & Judicem ſuper nubem ſedentem armata manu timorem incutientem: *Apocal. 14. v. 14.* *Vidi & ecce nubem candidam, & ſuper nubem ſedentem ſimilem filio hominis habentem in capite ſuo coronam auream & in manu ſua falcem acutam*: licèt ſedeat tranquillus ſuper nubem blandimento candoris illicientem, & ſpem veniæ peccantibus indulgentem, cum candor nubis, color ſit pacis, & ſymbolum fœderis; adhuc tamen falcem pro ſceptro geſtat, manum armatam oſtendit: quòd ſi ſedens ſuper blandam nubem adhuc armorum horrore timorem ingenerat, qualem non ipſe incutiet timorem, quando ambulabit ſuper pennas ventorum, & ignis ante eum præcedet, ac tempeſtas prævalida ipſum utrinque ſtipabit? ſi auro coronatus falcem exerit, qualem non nudabit gladium, & ejaculabitur telum onuſtus caſſide? ſi inter ſplendentia candelabra àta formidandus apparuit, ut Joannem præ gelido timore intermori adegerit; quàm terribilia apparebit in tribunali judicaturus? *Apocal. 1. v. 13.* Ita eſt idem Joannes, qui eum dixit ſimilem auricalco, nivi candore eblandienti, lanæ albæ; & ejus faciem edixit in ſplendore parem ſoli; eundem etiam deſcribit armatum gladio: *Habebat in dextera ſua ſtellas ſeptem & de ore ejus gladius utraque parte acutus exibat*, ſeu gladius prodibat peracutus, ut ſi blandimento albæ lanæ illiceret, & in ſpem erigeret; peracuto gladio timorem incuteret.

74. Quis licèt ſperans in Dei miſericordia, ejus etiam non metuat juſtitiam, & inter ſpem, & metum non ſatagat vitia omnia declinare, pericula peccandi præcavere, & per ſtudia virtutum propriam agere ſalutem? quis ita in Dei benignitate ſperet, ut inde præſumat ſpe veniæ illectus vitijs indulgere? quem Dei miſericordia in ſpem veniæ erigit, hunc timor juſtitiæ in officio teneat, & cultura virtutum; ne vitiis indulgens divinam provocet indignationem; ait enim Deus per Jeremiam: *Cap. 4. v. 4.* *Ne forte egrediatur ut ignis indignatio mea, & ſuccendatur, & non ſit, qui extinguat.* Quis iram Dei non metuat, quæ ſi ſemel ſuccendatur, reſtingui à nemine ampliùs poteſt? Scio plures, qui pro Abſolone interceſſerunt, toto niſu ſategiſſe, hanc Numinis extinguere indignationem: ſcio Thecuitem perorâſſe, ipſum orâſſe, & patrem filio ignoviſſe: alios etiam preces fudiſſe: verùm tametſi Rex David præceperit, ut ſibi puer Abſolon ſervaretur, non tamen Regic imperium, & preces Thecuitis valuerunt Dei iram extinguere, ac impedire, quin Abſolon tribus confoſſus jaculis è quercu penderet: perit quippe quem Deus mori jubet. Tametſi Abraham pro Sodomitis interceſſerit, non tamen impedire potuit, quin pluviæ è cœli vertice igneæ ceciderint. Peroravit Moyſes pro populo; ſed ejus cruentam cladem non valuit in eremo impedire. Procuravit Daniel Nabuchodonoſoris ſcelera eleemoſynis redimere, ſed prohibere non valuit, quin fœda metamorphoſi in brutum demigraret, & ut bos mugiret. Pluvias effudit lachrymarum David, ut à prœmaturæ mortis manu infantem eriperet, ſed arcere Libitinam non valuit, quin ſuo gelu florem illum vernantem in primævæ ætatis vere decoqueret. A Semei capite, non proprium tantum, ſed & ſuorum gladium avertit David, ſed tranſgreſſor ille confinij ſibi præſcripti, propriæ cædis author fuit. Quòd ſi David Saulem pluries ſervavit incolumem, adhuc iſte in enſem ſuum irruit. Quamvis Angelus Agarem reduxerit, & Abraham retinere ſtuduerit, fruſtraneus tamen fuit conatus cum ejecta fuerit Agar cum filio. O quàm difficulter ira Dei extinguitur etiam ab ipſo Deo. Signavit Cainum Deus ne feriretur, & tamen trucidatus à Lamecho periit; nulla eſt lorica, quæ potis ſit à Numinis ſagitis nos tegere, & protegere; nulla eſt unda, quæ iram Dei valeat extinguere, quia ut ait Salomon: *Prov. 21. v. 30.* *Non eſt conſilium contra Dominum*: quapropter ſi Dei miſericordia ſpem veniæ ſpondet; ejuſdem juſtitia, & ira juſtum nobis incutiat timorem, quo ſpes coërcita, per nimiam præſumptionem Dei non abutatur clementiâ; ſi peccâſti ita reſipiſcendo in Dei ſpera miſericordia, ut ejuſdem etiam metuas juſtitiam.

75. Homo ille, qui cum deſcenderet in Jericho incidit in latrones, qui eum ſpoliaverunt, & inflictis vulneribus ſemivivum reliquerunt in itinere, non ſolo oleo, ſed etiam vino dicitur curatus, ut ſciremus, nullum à lapſu curandum eſſe ſine auſteritate, & lenitate: ſi mundus per patrata à nobis ſcelera vulnera nobis inflixit; per veram reſipiſcentiam ita adnitamur ea curare, ut lenitati ſpei, quâ fidentes Numinis miſericordiæ veniam ſperamus, auſteritatem timoris adjiciamus; ſpes enim timori conſociata reſipiſcentis vulnera curat, & à relapſu præſervat.

ſervat. Sunt, qui peccantes arguunt, monéntque, ut eorum medeantur vulneribus; ſed ſolo oleo, quo peccata, non terguntur, ſed augentur: non igitur ſibi ſolo vino debet homo vulneribus, noxiſque ſancio mederi, nec ſolo oleo, quia nimius timor potiùs perimit, quàm puniat, & ſola ſpes veniæ ad ſcelera viam emollit, non obſtruit. Hinc ſcimus Joannem ad ripas Jordanis, non medio in alveo conſueviſſe Baptiſmum conferre: ſi te arguis, & vino timoris tuæ mederis ægritudini vino oleum admiſce, timori ſpem adde: ſed nec ita oleum adhibe, ut vini obliviſcaris; non ita te ſpes veniæ alliciat, ut timorem abigas: plerique gloriantur, cùm malefecerint, & exultant in rebus peſſimis, furorem zelum eſſe dicunt, gulæ vitium temperantiam, & hi ſuis vulneribus non ſolùm vinum non apponunt, neque pro oleo balſamum infundunt, ſed benevalentibus acetum, & fel aſpergunt; non ſe querulos, ſed alios auſteros eſſe dicunt: ait ille: non ego homo auſterus ſum, ſed ille inditâ ſibi ruſticitate etiam ipſas columbas in vultures, narciſſos in aconitum, lilia in gladios, & adblandientia ſydera minitantes convertit in Cometas, & id non eſt mederi vulneribus olei affuſione; ſed aceti, & felis aſperſione. Vulnera, quæ per patrata ſcelera nobis inflximus præſtantiori non curantur alexipharmaco, quàm verâ reſipiſcentiâ, utrinque ſpe, & timore ſuffultâ: labitur enim, quæ hoc utroque fulcro non innititur; cùm ſola ſpe claudicat, & facilè labitur, quia ſpes ſola timori non confœderata, vel illicò exareſcit, vel in præſumptionem degenerat; timori verò adſociata ſtat firmior, quia ſi ſpes reſipiſcentem erigit; timor, ne cadat, præcavet, & omni ſtudio ſatagit vitia declinare.

76. Vult Deus, ut nos reſipiſcentes non ſolùm in ejus ſperemus miſericordia; verùm & ejuſdem timeamus juſtitiam, ut inter ſpem, & metum pœnitentiam agentes tuti ad eum accedamus: hinc Deſcribitur Deus vir pu-
Exodi 15. v. 3. gnator, & omnipotens: *Dominus quaſi vir pugnator: Omnipotens nomen ejus.* Qui in Dei tantùm ſperat miſericordia, & ejus non timet juſtitiam, Deum ſatagit pugnantem exarmare & cruentatum gladium in eblandiens lilium commutare; ſed ſe ipſum fallit; quia ſi vir pugnator eſt Dominus, non blanditur, ſed colluctatur iniquis; ſi pugnator eſt, non roſas colligit, ſed ſpinas acuit; non flores ſpargit, ſed vulnera infligit; non verbis allicit mellitis, ſed minis terret repetitis.

77. Si dicas, vel ipſas tigrides blanditiis manſueſcere, id non inficior, ſed hiſce monſtris ubique caveæ extruuntur, ne noceant, ferreis coërcentur vinculis, ne interimant. Scio in cœlo gaudium eſſe ſuper uno peccatore, ſed non quia peccavit, ſed quia reſipuit; non quia deliquit, ſed quia pœnitentiam egit: ſcio Chriſtum ſemel duntaxat, & iterum vibrato flagello in ſceleſtos irruiſſe, & paſſim ægros curâſſe, mortuos reſtituiſſe vitæ, cæcos viſui, claudos greſſui, leproſos munditiei, ſurdos auditui, languidos incolumitati, ſed tunc tempus erat miſerendi: cæterum ſcio etiam in Evangelio non ſolùm Virgines, eò quia oleum neglexerunt ſuis habere in lampadibus, excluſiſſe à nuptijs; & divitem, qui lautè epulabatur, in gehennam demerſiſſe; etiam Apoſtoli per impertita hominibus beneficia pluribus profuerunt, quibus & viſum, & ſanitatem reſtituerunt; adeo ut ſimilia beneficia potuerint reliqui ab iiſdem ſperare, & tamen timorem incuſſerunt, cùm Petrus Ananiam inopina morte interfecit; Paulus Elymam excæcavit; fornicatium Sathanæ tradidit in interitum, quò nimirum nos edocerent, ita ſperare, ut ſimul timeremus. Quòd ſi Petrus cùm Magiſtrum Chriſtum ſplendore circumfuſum vidit in vertice Taboris, fertur exclamâſſe: *Bonum eſt nos hic eſſe*, eò quia tunc rutilando Petrum in ſpem futuræ beatitudinis alliceret, Joannes cùm eum vidit in Apocalypſi gladium ex ore emittentem timore perterritus corruit. Matth 17. v. 4. Quòd ſi à D Paulo dicitur Deus totius conſolationis, ut in eo ſperemus; adhuc ipſe dicit, peccatorem ſibi theſaurizare iram in die iræ; ut quem ſperamus authorem experiri noſtræ conſolationis, timeamus Judicem punientem in die iræ.

Ninivitis pepercit Deus, quorum tamen ſcelera neſcimus, cum luctum ſciamus; ne urbs periret, Rex purpuram exuit, & cilicium induit, Diadema abjecit, & cinere caput inſperſit, frontis ſerenitatem abegit, in pœnitentiæ lachrymas collicuit; infantes ab uberibus matrum abſtinuêre; jejunârunt homines ab eſcis; à gramine, & fœno ſe ſe jumenta continuerunt, quia ſi ſperârunt ex Dei miſericordia veniam; ejus adhuc timuerunt juſtitiam, quam per inflictas ſibi pœnas à ſe avertere ſategerunt: ita in Dei miſericordia ſperemus, ut ejus etiam juſtitiam timeamus, ut ritè inter ſpem, & timorem incedentes, rectè per viam ſalutis procedamus. Dei enim verbum, ſeu Sapientia Patris licèt in orbe terrarum luſerit, adhuc inter homines iraſci didicit: *Et cùm feciſſet quaſi flagellum de funiculis.* Joan. 2. v. 15. Quamvis nullus ſit Deo mitior, adhuc nullus eſt in ſupplicio eo potentior, ut quem diſcimus mitem, & miſericordem ſperare, eundem timeamus punientem: quid aëris elemento delicatius, quid placidius ſi ſerenitate arrideat? & tamen quid eodem irato inclementius? ſi ſerenus ſpirantibus Favoniis, ſoliſque illucentibus radiis adblanditur, eodem irato nil inclementius; ſiquidem denſatur in pluvias, concreſcit in grandines, furit in turbine, riget in nivibus, effunditur in imbres, flatibus diſſipatur, ardet in fulgetris, debacchatur in fulminibus, terret in tonitru, minatur in Cometis; non igitur mirum ſi miteſcens Deus miſericordiâ, & in ſpem erigens, ter-

78.

reat etiam juſtitiâ; vult,ut non aliter, quàm ſpem inter & metum incedamus, quò uti procedamus: eſt enim timor, qui ſpem firmat, & reliquas tuetur virtutes.

§. VIII.

Eſt timor Dei ſpei adſociatus prælucens fax pericula præmonſtrans, quæ caveantur, & ſemitam oſtendens; quâ ſic rectè eundum. Neque ipſa ſecuritas ſecurè incedit, ſi absque hac timoris face procedit.

79. QUamvis timor ejus ſpectato vocabulo unus eſſe videatur: accedente tamen ratione à timore timor ſecernitur, & qui unico gaudet vocabulo in duplicem particur timorem; onus DEI eſt, alter qui naturæ ineſt, & hic in homine naſcitur, ille à DEO nobis impertitor; nos enim ad ſe vocat DEUS, uc nos hunc edoceat ſuum timorem: *venite filij audite me: timorem Domini docebo vos*; id intereſt diſcriminis utrumque inter timorem; quia timor naturæ in nobis naſcitur, & timor Dei à nobis diſcitur; ille impulſu naturæ oritur; & id metuimus, quod poſſe nobis aliquid nocumenti ingerere veremur: timor verò DEI ex fidei oritur notione, & de igne charitatis calet, & hic Dei timor, eſt, qui à vitijs nos avertit, & ad ſtudia virtutum nos trahit, & *anxius non peccandi* ut loquitur Zeno Veronenſis, Dei voluntate ſua ſe parit, & virtutes ſingulas alit; ſicque propterea timor Dei pædagogia probitatis, vitiorum terror, virtutum aſſertor, caſtitatis cultor, innocentiæ aſylum; & talis eſt hic timor Dei proprietatis, ut reliquos omnes timores excutiat.

Serm. de timore.

80. Hinc Huſſæus Princeps votivè Deum rogac: *Libera me Domine, & pone me juxta te, & cujusvis manus pugnet contra me*, nimirum eximius patientiæ Athleta, & vivum inconcuſſæ virtutis ſimulacrum, ſive novas expaveſceret calamitates, ſive delinquendi periculum ſibi metueret, DEI opem expoſtulac, & poni juxta Deum; ſeu in divinæ protectionis aſylo, à cujusvis hoſtis impugnatione ſecurus; ſed cur in divinæ præſentiæ ſecuritate Jobus timet, ſi à Deo elongatus, ut ipſe putabat, cùm ſe in ſimeto derelictum cenſuit, ſic viriliter contra infernales hoſtes depugnavit? Si Job excuſſa calamitate hoſtem fugavit, cur timet hoſte non invadente, ſed fugiente? num Jobus timet ab effugij ſecuritate? Huc accerſendus Clemens Alexandrinus, ubi appoſitè fatur: *Pulchrum eſt periculum ad Deum transfugere*, ſed quid imminet periculi in transfugio ad Deum? ubi ſecuritas eſt firmior, & tutela ſecurior? quis tantæ eſt temeritatis, ut laceſſere, & adoriri audeat, quem Deus ſub alis fovet, ac in ſuæ protectionis arce conſtituit, ut in ſecuritatis aſylo? An Jobus non timuit calamitatis ſtrages, ſed ſecuritatis periculum? Siquidem adeo ſecurus in effugio divinæ protectionis eſt, ut in ipſa ſecuritate ſi omnem excutiat timorem, cimeat de ipſa ſecuritate, ne ſine fulcro timoris ſit ipſi minus ſecura; quia ſecuritas, quam timor non fulcit, plerumque temeritas efficitur, ideóque Jobus, quandò juxta Deum poni expetit, ac in divinæ protectionis effugio conſtitui, pulchrum ut loquitur clemens Alexandrinus de ſecuritate periculum ſtudet præcavere. *Pulchrum eſt periculum ad Deum transfugere*.

Job. 7. v. 8.

In orat. ad Gent.

Inter hujus mundi fluxa, ubi omnia lubrica ſunt, & dilabuntur; nulla adeſt tota ſecuritas, niſi quæ timore innititur; quæ enim timorem excutit, periculum exſtruit, quia tutior periclitatur ſecuritas, quæ periculum non timet. Etiam Petrus omnem à ſe timorem excuſſerat paratus potiùs mortem ſubire, quàm latum unguem à Magiſtro abſcedere, eúmque negare: ait JESUS Diſcipulis ſuis: *omnes vos ſcandalum patiemini in me in nocte iſta*, quæ cùm audiſſet Petrus, omnem prorſus abjiciens timorem reſpondit: *Et ſi omnes ſcandalizati fuerint in te, ego nunquam ſcandalizabor. Ait illi JESUS, amen dico tibi, quia in hac nocte antequam gallus cantet, ter me negabis. Ait illi Petrus. Etiamſi oportuerit me mori tecum, non te negabo.* Prædicit Magiſter Diſcipulo, quòd in eadem nocte erit ſcandalum paſſurus, & in fide Magiſtrum negaturus, & Petrus quia omnem à ſe timorem abegerat Magiſtri verbis reluctatur, ſibique fidens, & ſola ſpe innixus, Chriſti prædictionem fruſtrare præſumpſit; ſed quia fulcro deſtituebatur timoris, cum ſola ſpe incedens claudicavit, & cecidit: ſcitè S. Chryſoſtomus Petrum alloquens ait: *Quid hoc eſt ò Petre? quando unus ex vobis me tradet Chriſtus dicebas, tunc ne eſſes ille timebas, & nullius rei conſcius, cogebas unum de Diſcipulis interrogare ipſum, nunc verò liquidiſſimè ipſo clamante, quia omnes vos in ſcandalum incideritis, contradicere audes? unde id tibi accidit?* Ecce Chryſoſtomus vel in ipſo dubio dubij nobis inſinuat ſolutionem: cùm Chriſtus dixit *unus veſtrum me traditurus eſt*, Petrus tametſi ſuæ innocentiæ conſcius, quia tamen timuit, & expavit, ne ipſe eſſet, qui Magiſtrum proderet, immunis fuit à ſcelere; nec Magiſtrum prodidit, quem prodere extimuit; quia tunc ſperans in propria innocentia, Deíque auxilio, & ſcelus expaveſcens, inter ſpem, & timorem tutus inceſſit: ſecus cùm Chriſtus dixit: *Omnes vos ſcandalum patiemini in me in iſta nocte*, & ad Petrum ſpeciatim *amen dico tibi quia in hac nocte antequam gallus cantet ter me negabis*, audacter omnem excuſſit timorem, & à ſe pavorem abegit, & de ſe præſumens reſpondit: *Etiamſi oportuerit me mori tecum, non te negabo*, ſed quia ſola innitebatur ſpe, & propria præſumptione, omnémque timorem 81.

Matth. 26.

In Matth. 26. hom. 83.

ex-

excuſſerat, & caſum non timuit, miserè cecidit: ſtetit Petrus, cum caſum timuit; cecidit verò, dum lapſum non expavit, quia ſola ſpe incedens ſine timore claudicavit, quaſi ſine altero pede incedens, & infeliciter cecidit; is enim tutè procedit, qui utroque fulcro innixus inter ſpem, & timorem incedit; qui lapſum non timet de ſua ſecuritate, periculum accerſit, & lapſum infauſtè ominatur: timorem, qui à ſe excutit, ruinam ſibi apparat, & dum cautelam negligit, vel ipſa ſecuritas lapſum præſagit. Petrus, quia proditionem Magiſtri timuit, in ſcelus illud non cecidit, ſed firmus ſtetit, quia anxiè timuit, ſimùl ſperavit à ſe minimè commiſſum iri tantum ſcelus: negationem verò diſſertè ſibi pronuntiatam, quia pavidus non metuit, infidè commiſit, & trino ſcelere à Magiſtro ſe avertit; ut diſcamus inter ſpem, & metum tuti incedere.

82. Hinc Chriſtus, ut timorem edoceret Petrum, vel ipſos ſpumantes minitantis procellæ fluctus præceptores inſtituit; ut in maris ſchola, quam Petrus frequentare conſueverat timere intentiùs addiſceret. Aſcenderat JESUS naviculam; magiſtrum fuêre ſequuti diſcipuli; & cum cymba fluxa trajiceret pacati maris itinera; & JESUS in puppe, ſeu poſteriore navis parte ſomno ſopitus quieſceret; inopina cietur procella, ſurgunt intumeſcentes undæ, ſeviunt effrœnes venti, minax fluctuum colliſio pericula deſpumans naufragium in undarum aperit divortio. Jactatur utrinque ſcapha, & crebro fluctuum verbere utrumque tunditur latus, & per rimas compagum minas jam ſorbet naufragii: *Tunc acceſſe-*
Matth. 8. v. 25. *runt ad eum Diſcipuli ejus, & ſuſcitaverunt eum dicentes: Domine ſalva nos, perimus:* Chriſtus annuens votis Diſcipulorum imperavit ventis, ut receptui canerent, furere deſiſterent; & marinis fluctibus ut detumeſcerent; nubes in aëre diſcinderentur, & fugerent, & dies illuceret tranquilla.
Matth. 8. v. 26. *Tunc ſurgens imperavit ventis, & mari, & facta eſt tranquillitas magna:* Ad quid ergo hæc ludicra in mari tragœdia, ad quid coëuntium nubium horror, & obducti cœli caliginoſum murmur, mariníque æſtus procelloſi fluctus, ſi & aër priſtinæ erat illicò reſtituendus ſerenitati, & æſtuans mare primævæ ſuæ malaciæ? cur timuit, ſi mare erat mox pacatiſſimè tranquillandum? quia nimirum Chriſtus, cum edocuiſſet in navi proprio ore ſuos diſcipulos cœleſtem doctrinam, & in ſpem æternæ ſalutis erexiſſet; ne ſola ſpe innitèrentur, ſed medii procederent inter ſpem, & timorem, marinos fluctus accerſivit præceptores, docentes timorem, ac erudientes Diſcipulos tutam ad ſalutem ſemitam mediam eſſe inter ſpem, & timorem. Huc vocandus Baſilius Seleucienſis, ubi inducens Chriſtum
Serm. 22. mare alloquentem, eò quia exorta procella diſcipulos timere edoceat, pulchrè ait: *Eſto mihi Diſcipulorum præceptor ò mare, pro flagro fluctuum terrorem injice usque ad ſpem ſtet terror: nam terreri volo, non occidi.* Juſſit Chriſtus, ut accerſiti præceptores fluctus timorem Diſcipulos edocerent usque ad ſpem, ut ſpe, & timore ſuffulti medii incederent tuti inter ſpem, & timorem, addit enim Seleucienſis Antiſtes, *nam terreri volo, non occidi:* quia in illa procella noluit Chriſtus ſuos mergi, & extingui Apoſtolos, ideo permiſit fluctibus, ut iiſdem terrorem incurrerent, ut tutiores ſtarent duplici innixi fulcro ſpei, & timoris: cùm enim vidiſſent Diſcipuli procellam prævalere, & terrorem de terrore excitari obnitentes recurrunt ad portum, qui non longè diſtabat; erat enim in ſcapha, & clamant, *Magiſter ſalva nos, perimus*, nimirum timor Apoſtolos periclitantes ad portum perduxit, & ad eum, qui eſt anchora ſalutis: & licèt ſperarent ſalutem conſequi, non tamen ad portum ſalutis acceſsêre, niſi quando ſpei fuit timor aſſociatus, unde exclamat Baſilius, *ò timorem naturæ Magiſtrum! ò periculum! quod docetur, ubi ſalutis ſit anchora! ò mare exanimatos metu diſcipulos præceptori concilians.* Adeò neceſſarius eſt timor ad cautè declinanda vitia, & per ſtudia virtutum ſemitas percurrendas ſalutis, ut dum Chriſtus tantiſper indormit, ne etiam per perbreve tempus ejus Diſcipuli timoris deſtituerentur Diſciplinâ, marinos fluctus crebro verbere ſcapham tundentes ſubſtituit timoris præceptores, ait Baſilius. *Eſto mihi Diſcipulorum præceptor ò mare, & flagro fluctuum terrorem injice usque ad ſpem ſtet terror:* ut enim tuti ſtarent Diſcipuli procellâ exagitati ſpei timorem aſſociavit, ut inter ſpem, & metum ad anchoram pervenirent ſalutis, ut enim ſcribit D. Hieronymus. *Timor* Epiſt. 129.
virtutis eſt cuſtos, eſt enim prælucens veluti fax pericula oſtendens, quæ præcaveantur, & per ſemitas virtutum tutè manuducit.

83. Ideò Eliſabeth, & Zacharias cultura virtutum floruerunt, & juſtitiæ adhærentes divina omnia ſervârunt mandata, quia ſpe, & timore innixi in obſervantia mandatorum DEI ſteterunt. *Erant autem juſti* Luc. cap. 1. v. 6.
ambo ante DEUM incedentes in omnibus mandatis, & juſtificationibus Domini. Hoc eſt, juſti erant, ſed non deſides, nec ſola ſanctitate contenti, ſed etiam incedentes in mandatis omnibus; eorum incuſantes ignaviam, qui coarctato virtutum exercitio ſuum ad ſalutem circumſcribunt curſum. Imò non tantùm per omnia DEI mandata inceſſerunt, ſed etiam per omnes juſtificationes Domini proceſſerunt ſine querela.
Luc 1. v. 6. & 7. *Incedentes in omnibus mandatis, & juſtificationibus Domini ſine querela, & non erat illis filius, eò quod eſſet Eliſabeth ſterilis, & ambo proceſſiſſent in diebus ſuis*, ſed cur dicuntur inceſſiſſe in omnibus mandatis. &

juſtificationibus Domini ſine querela? num
qui legem adimplet, querelis aërem im-
plet? num querulus eſt, legis obſervator?
quinimò rara eſt ea ſanctitas, quæ morſibus
non petatur detractorum. Quò enim eſt
quis juſtior, eò ſævius dentibus laceratur
impiorum. Oderunt enim vitijs indulgen-
tes, virtutum cultores. Eliſabeth autem,
& Zacharias ſine querela erant, quia in
omnibus omninò mandatis incedebant.

84. Plerique virtutibus ſtudent, quarum
cultura delectantur, ſed ſanctimoniam bi-
fariam ſecant, ſe abſtinent à cibis, ſed
auro ſeſe ingurgitant; templa frequentant,
ſed avaritiâ ſordeſcunt; mundum videntur
fugere, & ejus gloriam ſequuntur; faſtum
deponunt, ſed gulæ indulgent: Eliſabeth
verò, & Zacharias in omnibus mandatis, &
juſtificationibus Domini incedebant ſine
querela. A Rege Dario ideò plurimi fiebat
Daniel, eò quia non ſemel & iterum, non
per unum, & alterum diem, non in hoc
duntaxat loco, ſed jugiter & ubique, quo-
vis tempore, & loco ſemper DEUM coluit,
& quia obſervantiâ legum omnium divina-
rum præclarus fuit, ideo etiam Regi per-
charus; ideò autem culturâ virtutum flo-
ruit Daniel, quia medius & ipſe proceſſit
inter ſpem, & timorem; ſpes ſalutis ad
ſtudia invitabat virtutum, ſed timor DEI
vitia edocebat declinare. Eliſabeth igi-
tur, & Zacharias ideo juſti ambo, ideo in
mandatis, & juſtificationibus Domini in-
ceſſerunt ſine querela, quia ita in DEO
ſperârunt, ut ſimul timore corriperentur.
Luc. 1. v. 13. *Ait autem ad illum Angelus, ne timeas Za-
charia, quoniam exaudita eſt deprecatio tua,
& uxor tua Eliſabeth pariet tibi filium, &
vocabis nomen ejus Joannem:* licèt ambo
jam proceſſiſſent in diebus ſuis, adhuc ta-
men ſperabant fore, ut eſſent prolem ſu-
ſcepturi, & ad id ſuas fundebant DEO
preces, ſed ſi ſpe nitebantur, timore ta-
men non deſtituebantur, cùm enim appa-
ruiſſet Angelus Zachariæ, timuit iſte. *Et*
Luc. 1. v. 12. *Zacharias turbatus eſt videns, & timor
irruit ſuper eum.* Cùm primùm ap-
paruit Angelus, qui antea ſperaverat Za-
charias, timuit, & tunc quia medium ſe
conſtituit inter ſpem, & timorem, factus
fuit voti compos, & ejus preces in ſua vota
DEUM flexêre; quòd ſi ſanctitas ſpem
fovet, timorem non excutit, ſed media
inter utrumque ſatagit incedere, ut tuta
procedat.

85. Sed ſi ſanctitas media incedit inter ſpem,
& timorem, cur jubet Angelus Zachariam
Luc. 1. v. 13. ſuum abigere timorem. *Ait autem ad illum
Angelus, ne timeas Zacharia, quoniam
exaudita eſt deprecatio tua*, an quia timor
DEI ſecuritatem ſecum trahit, & timere
non debet, qui timet? ita enim timore ac-
matur animus contra ignita tela inimici, ut
nihil debeat formidare. Non tamen pute-
mus, Zachariam non pro populo, ſed pro
privato ſuæ domûs commodo preces fudiſſe,
ex eo, quia Angelus dixerit fuiſſe exaudi-
tum, & uxorem ſuam Eliſabeth filium
parituram; quia tametſi bonum commune
prætuliſſet privato, adhuc voluit DEUS
preces in bonum publicum directas in pri-
vatum Zachariæ commodum reflectere, qui
enim poſthabitis domûs ſuæ curis DEUM
orat pro populi commodis, oratio priva-
ta ei commoda impetrat: ſibi enim orat,
qui ſe ipſum negligens alienam utilitatem
propriæ præfert.

Hinc JESUS cùm in horto ſolicitus de 86.
Diſcipulis triſtaretur pro eorum triſtitia,
& oraret pro eorundem incolumitate, ab
Angelo meruit confortari, ut ſcitè notavit
D. Hilarius. David, cum oraret, dicens: Lib. 7. de Trinit.
Averte mala inimicis meis, liberatur ipſe
de manibus inimicorum. Oravit Stepha- Pſal. 53. v. 7.
nus pro iis, qui injectis ſaxis eum obruebant,
ſed Chriſti vultum, cœlúmque ſibi apertum
videre meruit; nimirum unum petiit, &
aliud impetravit; alienam deprecatus pœ-
nam ſuam meruit antevertere gloriam; ita
Zacharias licèt pro populo preces fudiſſet,
& pro communi utilitate, DEUS tamen
eum exaudivit in iis, quæ cupiebat, quia
eorum deſideria audiuntur à DEO, & ex-
audiuntur, quæ DEO proponuntur, ut
vota publica ſanctiùs exponantur. Nulli
enim dubium, quin in privatam redundet
utilitatem, quidquid aliis precamur, qua-
propter ajebat David. *Et oratio mea in ſinu* Pſal. 34. v. 13.
meo convertetur. Cæterùm ideò ad vota
fluxerunt Zachariæ deſideria, quia ita ſpe-
rare didicerat in DEO, ut etiam timore fue-
rit perculſus. *Et timor irruit ſuper eum:* Luc. 1. v. 12.
& cum medius inter ſpem, & timorem in-
ceſſiſſet, non potuit niſi tutè proceſſiſſe.

Non igitur mundum timeamus con- 87.
jurantem, & jugulum noſtrum impeten-
tem; ſed DEUM metuamus, ne quidquam
admittamus, quòd ei diſpliceat, tametſi
mundus minetur, non tamen nocet, DE-
UM verò niſi timeamus, nos ipſos jugu-
lamus: ſe ipſum enecat, qui DEI timorem
à ſe abigit: tametſi mundus mordeat, vul-
núſque infligat, ſi tamen DEUM metua-
mus morſus tranſit in oſculum, & vulnus
in medelam: etiam hirudo mordet, & tamen
ejus vulnus ulcus non eſt, ſed valetudo;
etiam ferrum vulnerat, dum venam ſecat,
& tamen mors ipſa è vulnere effluit, non
vita: ſi ſolùm DEUM timeamus; & in
eum ſperemus, jam tuti procedimus, jam
ſecuri pugnamus, & victores ſtamus. Non
ferro armatus, ſed metu munitus contra
nos pugnat mundus, ideóque cùm mun-
dum timemus, illum contra nos armamus,
& ille noſtris nos armis proſternit: hinc
Iſaias nos monet, ne mundum eiúſque ti- Cap. 8. v. 12.
morem metuamus: *Et timorem ejus ne timea-
tis, neque paveatis:* non ait, & gladium,
ferrúmque ejus ne timeatis, ſed timorem
ejus ne paveatis. Exarmatus eſt mundus, ſi à
nobis

Digitized by Google

nobis non timeatur: timor enim mundi timor eſt noſter, & dum mundum pavemus, nos ipſos proſtratos fatemur: is mundum non timet, qui DEUM timet; DEUM igitur timeamus, ne mundum paveamus; eſt enim timor DEI fundamentum ſecuritatis: dediſcit enim perire, qui ne pereat, diſcit præcavere. Ubi nullus DEI timor, ibi nulla ſecuritas, & quos DEUS vult ad ſe accedere, timorem iiſdem incutit, per quem à mundi eos ſubtrahit periculis.

88. Adam nimis uxorius, & gulæ indulgens illecebris, avaritiâ gloriæ captus, & ſcientiæ ambitione elatus auſus fuit unicum DEI præceptum ſibi injunctum, & ſervatu
Geneſ. 3. v. 8. facile tranſgredi. *Et cùm audiviſſent vocem Domini DEI deambulantis in paradiſo ad auram poſt meridiem, abſcondit ſe Adam, & uxor ejus à facie Domini DEI in medio ligni paradiſi.* Quid cauſæ, quòd DEUS poſt lapſum hominis in paradiſo ſtare non dicatur, ſed deambulare? an quia irruente culpâ, è corde lapſi hominis diſceſſerat, ſéque ab eodem ambulando ſejunxerat? ſed cur ad auram poſt meridiem? an ut inde oſtenderet, lucem ferventiorem veritatis ab homine diſceſſiſſe peccante? & frigus, quod culpa invexerat, auram ipſam tepefeciſſe? increpavit DEUS non ſtans, ſed deambulans ad auram poſt meridiem Adamum, ut cæcis mentibus nequitiam ſuam non ſolùm ſermonibus, verùm & rebus ipſis aperiret, ut homo peccator per verba audiret, quod perpetraverat; & per deambulationem mutabilitatis ſuæ inconſtantiam intelligeret; & per auram, fervore charitatis à ſe depulſo, ſuum cognoſceret torporem; & per ſolis declinationem mortis occaſum, & moriendi neceſſitudinem, in quam per tranſgreſſionem præcepti ſe injecerat, agnoſceret: ſed beneficio fugæ ab oculis DEI nititur ſe ſubducere, ea enim poſt peccatum laboravit cæcitate, ut DEUM ubique præſentem ampliùs non viderit: *abſcondit ſe Adam, & uxor ejus à facie Domini DEI.*
Serm de tentatione. Appoſitè Leontius expendens hæc verba ait inducens Adamum fugientem cum DEO loquentem: *Cum rem cum tali Reo habeas non habeo cauſæ ditendæ libertatem, ſuſcipe timorem, qui peccatum meum purget, qui ſit patronus tuæ juſtitiæ, vincere te oſtendi fugiens ſententiam tuam: Crimen fugâ detexi, oſtendi, errorem defendi non poſſe.* Timorem poſt lapſum acceſſivit Adam, quo patratum ſcelus purgaret, Deóque ſupplicat, ut velit timorem ſuſcipere, qui peccatum purget, & quaſi hoc parum eſſet, addit: *Et qui ſit patronus tuæ juſtitiæ*, ac ſi timor cauſâ peccatoris ſeveriùs puniendi eſſet divinæ juſtitiæ patronus, & cauſam lapſi hominis ante divini Judicis tribunal patrocinaretur. Inconſulta à DEI oculis fuga timorem prodidit, & graviorem conſcientiæ propalavit reatum, ut vulnus detectum medelâ non deſtitueretur.

Quòd ſi præſumptio eminendi, ac divinitatem æmulandi, virúſque peſtiferæ cupiditatis ſupra humanum faſtigium excellendi impulſum dedit lapſui Adæ: timor, 89.
quo poſt lapſum cœpit à DEO, quem timuit fugere, eum erexit, & peccatum delevit, cum ſudore illud abſterſit, & per reſipiſcentiam avulſit, ideóque dixit. *Suſcipe timorem, qui peccatum meum purget, & qui ſit patronus tuæ juſtitiæ*, quia de periculi timore à periculo ſe eximit: idem eſt Deum timere, ac Deum honorare, & Deo gratum eſſe, ut cenſet Tertullianus, inquiens: *Si idcirco te deliquiſſe pœnituerat,* Lib. de pœnit. cap. 5.
quia Dominum cœperas timere, cur quod metùs gratiâ geſſiſti reſcindere maluiſti, niſi quia metuere deſiiſti? neque enim timorem alia res, quàm contumacia ſubvertit, quæ verba expendens de La Cerda eruditè ait: Num. 42.
Timere Dominum, & DEI timor eſt in Tertulliano gratum eſſe. & honorare Deum, & illi opponitur contumacia, & contemptus DEI. Quaſi ſynonima ſint DEI timor, & honor DEI, & idem timere Deum, ac gratum eſſe DEO.

Sed ut timor Deum honoret, ſpei eſt 90.
conſociandus: ita enim Deus timorem nobis incutit, ut in ipſo ſperemus, & inter ſpem, & metum incedentes tutè procedamus. Signa, quæ formidandam ſupremi judicii diem comitabuntur, erunt Judicis Majeſtas, & alia, quæ aderunt, quæque timorem procul dubio incutient adſtantibus.
Et erunt ſigna in Sole, & Luna, & ſtellis, Luc. 21. v.
& in terris preſſura gentium areſcentibus ho- 25. & ſeq.
minibus præ timore, & expectatione, quæ ſupervenient univerſo orbi: nam virtutes cælorum movebuntur, & tunc videbunt filium hominis venientem in nube cum poteſtate magna, & Majeſtate. Euſebius perpendens hujus extremi judicii circumſtantias vocat hunc prævium creaturarum pavorem *divini furoris proœmia.* Præ timoris enim magnitudine areſcent homines, quia ut
acutè ait Ennodius. *Vincitur humanæ men-* In Panegy r.
tis authoritas præ viſione periculi, labeſcit fortium conſcientia, quoties formidanda oculis ingeruntur. Imò quaſi parum eſſet præ timore areſcere etiam præ expectatione juſti areſcent, quia ut ſcitè Ennodius ediſ-
ſerit. *Plus timendum eſt, quoties deſideria* Lib. 1. epiſt.
noſtra ſpes vicina ſuccendit. Hinc acutè ad 10.
rem noſtram ait Hildebertus. *Utrumque*
poſuit ſpem, & timorem. Spes ſine timore Serm. 1. de
præſumptio eſt, timor ſine ſpe deſperatio. ſpe timori
Si igitur etiam juſti præ timore areſcent, jungenda.
beneficio tamen ſpei vigore reaſſumpto etiam ipſi inter ſpem, & timorem ad æternam deſtinabuntur beatitatem; quò indè diſcamus, non aliter juſtos ſalutem conſequi, quàm incedentes inter ſpem, & timorem; cum vel ipſis electis metus incutiatur; improbis verò eſt adeò neceſſarius, ut vix ſine ipſo reſipiſcant; eſt ſiquidem timor, qui è cyathis Aſſueri, ad roſtra Jeremiæ ducit;

cit ; ex delicijs Eliogabali ad aſperitates Pacomij trahit ; qui ſericas veſtes in cilicinae mutat ; luxum epularum in ſeveritatem jejunij ; carnis indulgentiam in corporis cruciatus ; qui temulentos abſtemios ; deſides ſolertes ; & impios ſanctos inſtituit.

91. Idque cauſæ, cur Deus per incuſſum plerumque timorem à ſceleribus impios avertat : hi enim inter multarum dierum lachrymas, non verò inter cachinos, & paſtillos, quale ſit divini vultûs lineamentum dignoſcunt : non ſemper mellita eſt potio, quam Deus exhibet ; apem imitatur, quæ licèt mella diſtillet, vulnera tamen, quo armatur aculeo, infligit : non melleam David expertus eſt ſicam DEI in peccantem, cum funere obliteratum expaverit populum : ſi Ezechiam percuncteris ; cum acceptam à Sennacheribo blaſphemiarum plenam epiſtolam ante altare DEI explicuit ; illicò unâ nocte totus exercitus cruenta clade deletus eſt ; quòd ſi divini Judicis ſententia in delinquentes ferenda characteribus inſcribitur cruentis, ſi characteres gladio ſcalpuntur, & ſanguine notantur, quibus quæſo dolabris ſævitura erit Numinis ira, ubi peccantium licentia amaritudines, & ſcelera non ſcribet, ſed patrabit ? ubi quotquot ſyllabas ſcripſit vanitas, tot ſupplicia, & funera ſubſcribet veritas ? non credamus, Deum ita ſcatere uberibus miſericordiæ ad alendum, ut unguibus careat juſtitiæ ad diſcerpendum, ac puniendum. Imò quæ deſpondetur ei ſponſa, nec ubera habet in ipſo alloquutionis die ; quin pectoris potiùs turres ſupponit, quibus terret ; nec credas ſponſæ turres inermes eſſe, cum ſacer ſponſus, qui Deus eſt exercituum, armis gaudeat muniri, quibus juſtitia puniat, quos peccatum Numinis hoſtes effecit. Quin Joannes cum vidit pro lingua gladium è labris promentem, & quidem nudatum, ſeu infligendis vulneribus paratum. *Apocal. 1. v. 16.* Non igitur mirum, ſi ſponſa argentea pro mammis geſtet propugnacula, cum ſuum alloquitur ſponſum ; cum & ipſe ſponſus ſuæ loquuturus cum ſponſa gladio utatur acuto pro diſerta lingua ; quidni uterque ſponſus, & ſponſa terret, cum hæc in pectore pro mammis, è quibus lac ſugitur, pinnas metallo ad bellum fuſas conſtruat ; & ille è lingua, ſub qua conſueverant mella ſcaturire, tela depromat, & in labijs veluti in Vulcani, Gradivíque officina gladij acuantur.

92. Si ſponſa monilibus ornata eblanditur, & in ſpem erigit ; eadem metallicis ſuis terret propugnaculis, ut nonniſi inter ſpem, & metum diſcamus ad eam, ſeu ad æternam beatitatem accedere ; nuptiæ ſiquidem divinos inter ſponſos non oſculis eblandiuntur, ſed mucronibus terrent ; non mammis dulcedinem ſtillant, ſed arcibus metum incutiunt ; neque blandiendi prurigo ſupereſt ulla in tanto terrore ſupplicij. Quòd ſi eblanditur miſericors, etiam punit vindex judex ; ſcimus cum Iſaaco colluſiſſe Iſmaëlem, ſed illicò unà cum matre ex Numinis ſententia exulâſſe, & emiſſorum hæreditatem, ac latifundia in ſiccum panem, & utrem frigidæ compilâſſe. Scimus emendicâſſe Giezi, ſed quot æra ipſe recondidit, totidem emiſit ſuo è corpore ulcera in proprium ſupplicium. Scimus Naamanum ſiclos excepiſſe, ſed ſimul etiam lepram hauſiſſe ; unde ſi DEI miſericordia mella diſtillat, ut ſpem alat ; juſtitia gladios acuit, quibus per cruentas clades timorem incutiat, quò ita ſperare diſcamus, ut metuere non obliviſcamur : tutè enim procedemus, ſi inter ſpem, & metum inceſſerimus.

93. Quis non metuat cœlum dum in nubium officina, non ſolùm fulmina cudit ; verùm etiam in perniciem hominis deorſum trudit, ac vibrat ; licèt terra ſua inter vireta laſciviat, & diſcolori ornata flore rideat, ſimúlque arrideat, plerunque etiam oleum ſcaturiat, & lilia germinet ; cœlum tamen pluit ſuper peccatores ſulphur, & laqueos, ac grandinem, quin etiam totam procellam, partem eſſe dicit calicis eorum. Quamvis montes non excutiantur, ſi tamen à Deo vindice tangantur in terra emiſſi fumi ſolvuntur volumina. *Tange montes, & fumigabunt :* *Pſal. 143. 5.* ſi ſolo contactu montium cautes cinefiunt ; quomodo impius ſtruem aggeratam ad funus, non expaveſcet ? Perierunt univerſi DEO non tonante, ſed flante. *Vidi eos, qui operantur iniquitatem, flante DEO perijſſe.* *Job. 4. v. 9.* Quòd ſi ſolo flatu pereunt impij, quid cùm gladium agitabit cruentandum ? *Si acuero ut fulgur gladium meum.* *Deuter. 32. v. 41.* Si divinæ miſericordiæ ubera lac diſtillant ; juſtitiæ ſica ex inflictis vulneribus ſanguinem elicit, & funera ſpargit ; nec ſuit parcit prophetis, nec pueris, imò nec propriæ ſponſæ : Jonam detrectantem parêre divino mandato hauriendum tradidit marinæ belluæ : pueros in Eliſæi calvariam petulantiores irruentibus urſis objecit diſcerpendos : & ſponſam in reducendo peſſulo clauſæ januæ moratam, theriſtro mulctavit, & quaſi plagis ſauciavit : & æquè per imbellem ſexum, ac Angelorum phalanges impios mulctat. Fugiunt conſternati è Bethuliæ finibus Aſſyrij ; ſed DEI furore id actum per fœminam. *Una mulier Hebræa fecit confuſionem in domo Regis Nabuchodonoſor* *Judith. 14. v. 16.* : ſed in pomerio Hieroſolymæ non fugiunt Aſſyrij conſternati ; ſed jacent interfecti. Ira DEI extinxit illos intrà noctē unam ſolo cœlo luctante, ſolo Angelo dimicante. Sed cur prope Bethuliam fœmina ; & prope Jeroſolymam cœleſtis armiger militiæ graſſatur ? An quia ſuperba capita, ac bellatores inſolentiores ſatiùs imbelle proſternuntur æmulo ? Perjit Holophernes, ſed obtruncatus à vidua, occiduntur prope Jeroſolymam Sennacheribi cohortes, ſed Angelo feriente, ſed

cur

tur, qui ſub Holopherne militaverunt contra Iſraëlem non perjerunt univerſi; cum omnes ſub Sennacheribo deletæ fuerint cohortes? An quia ibi gliſcebat imperandi cupiditas, & hic latratus obſtrepebat blaſphemiæ? *Dicite Ezechiæ: non te ſeducat Deus tuus, in quo habes fiduciam*, non vox iſta hominis eſt; ſed latratus Cerberi coronati. Idque fortaſſis cauſæ, cur occidi per Angelum, non decuit Sennacheribum, ne poſſet, vel in funere exultare, quod non ab homine, ſed ab Angelo fuiſſet interfectus; ne igitur gloriaretur de interfectoris dignitate; Angelicâ mulctâ dignus non fuit: evaſit Angeli gladium, non fugæ felicitate, ſed interfectoria dignitate: ſed ſi ſupplicium diſtulit, non tamen credas effugiſſe. *Cùmque adoraret in templo Neſrcob Deum ſuum, Adramélec, & Saraſar filij ejus percuſſerunt eum gladio.* Nimirum qui Ezechiam admonuerat, ne à Deo ſuo ſeduci ſe pateretur coram idolo ſuo jugulatus à filijs recubuit. Si igitur Dei manſuetudo ſpem noſtram fovet; ejus Juſtitia timorem cieat, ut inter ſpem, & metum incedentes pravos quóſque coërceamus affectus, & ab ſtudio virtutum nunquam deſiſtamus.

4. Reg. c. 17 v. 10.

4. Reg. cap. 19. v. 37.

94. Vult Deus nos inter ſpem, & metum incedere, ut non conniveamus vitio, non indormiamus noſtræ ſaluti, nec medijs in periculis ludamus, nobiſque illudamus, ſed perpetuò pavidi, noctes, diéſque ſoliciti, ſemper anxij, in omnem partem circumſpecti, jugiter ſperantes, & perpetuò timentes, ita ſtudio incumbamus virtutum, ut pericula quæque caveamus, irruentium hoſtium impetus compeſcamus, & præſertim pravis inſurgentibus affectibus obſiſtamus. Eſt animus noſter, Martius veluti campus, ubi ſibi repugnantes affectus pugnant, omniſque virium contentione adnituntur animi noſtri arcem expugnare, ac dominatum occupare; & licèt umbratili, quandóque certamine videantur dimicare, ac contra hoſtem ſine hoſte congredi; toto tamen niſu in noſtram ſemper irruunt perniciem: ira præcordia inflammat; invidia viſcera diſcerpit, odium cor torquet, & turbulento in pectore officinam ſibi conſtruit, ubi & arma cudit, & clades molitur, & neces machinatur; mœror contabeſcit in mente, libido efferveſcit in renibus, avaritia ſordeſcit in manibus, audacia inſoleſcit in fronte; & reliqui pravi affectus in homine, veluti in theatro Thyeſteas agunt tragœdias. Tot igitur conſtipati hoſtibus, tot inter imminentia pericula neceſſè eſt inter ſpem, & metum pravis omnibus obſiſtamus affectuum motibus, nobiſque in cœlum viam moliamur, & ex ipſis difficultatibus ſtrenuè obnitendo, fortiter obluctando, victrices nobis adoreas comparemus, manubias colligamus, trophæa erigamus, & jugiter vernantibus virtutum floribus triumphalem nobis texamus coronam. Qui pravis hiſce non obſiſtunt affectibus in plura ſe pericula injiciunt, pluribus ſe pedicis illaqueant, & frequentes animi clades, mentíſque patiuntur dedecora; qui autem Dei timore muniuntur, veluti impenetrabili loricati clypeo eorundem retundunt impetus, nec ſinunt ab iiſdem proſterni.

§. IX.

Quos DEUS ſupplicijs terret, ad ſui amorem pellicit, & ad ſpem erigit, ut medij ſpem inter, & metum incedant, ac tuti procedant.

FOveat DEI miſericordia ſpem noſtram, ſed noſtrum etiam timorem excitet Dei Juſtitia, ait David. *Univerſæ viæ Domini miſericordia, & veritas:* præit miſericordia, ſed juſtitia ſequitur; per has vias miſericordiæ, & juſtitiæ univerſa luſtrat; his duobus pedibus ad hæc exteriora progreditur; in hoc tamen Dei progreſſu ad nos miſericordiæ pes primus attollitur, à quo ut à dextero omnis, inchoetur motio, ait Ariſtoteles: *Fons, & principium motionis eſt à dextero.* Unde enim ſtellæ oriuntur dextrum eſſe contendit; quapropter licèt motionis divinæ initium ſit miſericordia, & inde inſignium gratiarum benefica ſydera velut à dextro latere oriantur, non tamen ſine juſtitia perficitur motus, nec Dei progreſſus; quem ſi dexter miſericordiæ pes inchoat, alter juſtitiæ perficit; quò ita diſcamus ſperare, ut metuere non deſiſtamus. Timorem incutit Deus, ut ad ſui amorem, ac ſpem alliciat, unde Nehemias ait: *Deus cœli terribilis, qui cuſtodit miſericordiam cum his, qui Te diligunt:* nos edocet, amoris margarita, & gemmas nonniſi in fragore concreſcere terroris; ideo Numinis lex indemnis ſervatur, ac Dei cuſtodiuntur præcepta; quia terribilem ſe Deus ſuis oſtendit ſpectatoribus, quos terret, & ad amorem pellicit, ac in ſpem erigit; niſi terreret Dei lex, vix ſervaretur; niſi ſuam ſponderet miſericordiam, vix eſſet, qui ſperaret: terret, & allicit, ut medij inter ſpem, & metum incedamus. Hinc Angelus, qui ſe Joanni ſpectabilem exhibuit, ideo aureo charitatis baltheo cingebatur ad mammas, quia præacutus faucibus non deerat gladius; igneæque oculis inerant faces, quæ ſolo terrent aſpectu. *Præcinctum ad mammillas zona aurea, ſed oculi ejus tanquam flamma ignis: & de ore ejus gladius.* Splendet in mammis aurum, ſed ſi flamma ad terrorem ardet in oculis; nitor auri eblandientis amorem, & ſpem conciliat; ſed ſimul ferrum in gladium deterſum, & acuminatum timorem incutit; igne & gladio aurea cuſtoditur charitas, quæ nonniſi media inter ſpem, & metum fovetur, ne ſine timore amare diſcamus, nec ſine ſpe timere aſſueſcamus: ſpes timori obſtetricatur; & timor parientem juvat charitatem.

95.

Pſalm. 24. v. 10.

De inceſſu Anim. c. 4.

Cap. I, v. 5.

Apocal. 1. v. 14.

96. Idque fortaſſis cauſæ, cur decuſſatis alis apud Iſaiam arſerunt Seraphin; ſed perpendamus, quid agant, ut ardeant; & ubi ſint: in domo conſiſtunt repleta fumo, ubi liminaria, & cardines labant majeſtate concuſſa conſidentis Dei in ſolio; vocem emittunt dicentes, *Sanctus, Sanctus, Sanctus Deus exercituum*, vocant Deum exercituum, quia proprium eſt exercituum timorem incutere, & terrores ſpargere. Quin & ignitum de altari calculum tollunt ad inurenda Prophetæ labia, quis neget habitaculum eſſe charitatis, ubi labia inuruntur prophetæ? non tamen abeſſe terrorem putes, cum ſolium elevetur, cardines quatiantur, & domus tota repleatur fumo lachrymis eliciendis emiſſo; imò & prunæ, & forcipes, & vulnera ſpectentur, quæ ſingula incitamenta ſunt timoris, ſimul & fomenta charitatis: ſed nunquid Seraphini hiſce indiguerunt terroribus, ut diligerent? arsêre quidem illi amore, non quia terrore perculſi; ſed quia charitatis palæſtra prophetæ aperiebatur, diſcerétque inter ſpem, & timorem, amorem fovere. Hinc etiam Petrus non in cœna, nec in horto, ſed in maris litore interrogatus de amore fuit, ut nimirum juxta tempeſtates, fluctúsque decumanos terrorem incutientes, feliciùs roſa charitatis germinaret; ac frigidos inter timores ardentiùs amor æſtuaret. Nunquam feliciùs arſit amor, quàm juxta gelu timoris.

97. Sua Hieroſolymis in Apoſtolorum cœnaculo Amor edidit ſpectacula, ſed Dei timor deſiluit; adeo ingens auditus eſt è cœlo ſonitus extemporaneus, obſtrepens, ut gentium ſurditatem effringeret, & timore incuſſo, homines cœlo procul exulantes recenti ſono, quaſi emiſsâ voce ad conſecutionem priſtinæ felicitatis accerſeret. Repentinus de cœlo ſonus timorem incuſſit, ſed timori amor aſſociatur, qui tonat non ultricia fulmina diſploſurus; ſed adblandientes linguas, ignéſque innocentes profuſurus: quinimo repentinus ille ſonus vox fuit amoris, qui timorem ſpei confœderaturus terret, & blanditur, ut per aures imperium evadat animorum. Etiam Moyſes laturus populo legem, priùs eſt cantico uſus, quò ſacræ dulcedinis ſuavitate blandiùs æternæ legis obſervantiam mentibus inſinuaret humanis; altiúſque Dei præcepta in emollitis cœleſti imbre cordibus hærerent. Sed Moyſe major extemporaneus è cœlo ſonitus timorem, & ſpem ſimul excitavit, ut ſalutari hoc fœdere mundi diſſociabiles, ac diſcordes nationes unà colligaret, ac cœleſtium harmoniâ linguarum, morum edoceret concentum, qui ex omnibus mundi nationibus unum conſtitueret harmonicum chorum. Quod ſi abſque tonitru, & fragore fulmina è cœlo in terras non ruunt, non poterat fulmen divinæ eloquentiæ dari Apoſtolis abſque tonitru, quo timorem incuterent, & dura corda contererent, frangeréntque pervicaciam. Modulatus tamen fuit ſonus è ſummo cœlo auditus, ut per plauſum triumphos ponderet, & ſpem in hominibus foveret, ut inter ſpem, & metum incedentes æternam conſequerentur ſalutem. Cæterum repentinus ille de cœlo ſonus quaſi tubæ clangor claſſicum cecinit, & ad arma cœli evocavit legionarios, qui ubique terrarum excidium, ac ruinam vitio pararent, & hominibus timorem incuterent, ſimúlque ſpem ſalutis obtinendæ per proſtrata vitia ingererent. Per timorem ſiquidem ad Dei amorem, & ſalutis ſpem excitamur.

Idque fortaſſis cauſæ, cur ad amandum ſponſa non inter lilia mittatur, ſed in cellâ vinariam evocetur, ubi vini auſteritate timere diſceret, & unguentorum fragrantiâ ſimul ſperare, & amore in ſponſum exardeſcere. *Introduxit me Rex in cellam vinariam, ordinavit in me charitatem.* Sed ſi de ordinanda charitate agebatur, cur non potiùs in hortum à ſponſo fuit ſponſa perducta, ubi vel ipſæ areolæ ritè diſpoſitæ, & flores ordinatè vernantes ordinem edocuiſſent amoris? Verùm ut ſponſa ſimul timeret, & ſperaret, eam ſponſus, & ſimul floribus delinit, & muſto perfricat, ut ex timore, & ſpe ad charitatem ſubſiliat. Hinc cœleſtis ſponſus xenium daturus ſponſæ non è ſinu concharum uniones extraxit, nec margaritas, quæ blandimento candoris tantùm illicerent, ſed ex auro murenulas conflavit, argento vermiculatas. *Murenulas aureas faciemus tibi vermiculatas argento.* Quid? quòd anguium ſpecies, quas inhorreſcimus, ſponſæ exhibuit? quia nimirum, ſi murenulæ propria ſpecie timorem incutiebant; blandimentum candoris in argento ſpem excitaret; ut inter ſpem, & metum; aurum amoris tutiùs ſervaretur: ſunt enim ſpes, & timor vigiles amoris cuſtodes. Mirum videtur, quòd cum Dominus ſcriberet Angelo eccleſiæ Sardis, & cùm mortuum eſſe dicat præ ſcelere, eíque ſuum in pœnam criminie adventum interminetur. *Nomen habes, quòd vivas, & mortuus es. Veniam ad te tanquam fur*, adhuc tamen nec vulnera infligit, nec ſanguinem fundit, nec cædes ſpargit; quin fulgura ipſa in rores commutat, tonitrua in blandimenta, & fulmina in delicias: *qui vicerit, veſtietur veſtimentis albis*; Secus vix audivit Laodiciæ eccleſiæ Præſulem interfuiſſe, illicò extorrem vult à ſe expulſum. *Quia tepidus es incipiam te evomere ex ore meo.* 98.

Cant. 2. v. 4.

Cant. 1. v. 11.

Apocal. 3. v. 2.

Apocal. 3. v. 16.

99. Quid? quòd ad mortuum accedat, & à tepente Deus abſcedat? illum conventum à ſe iri dicit, hunc verò teſtatur à ſe procul rejectum iri. Quia nimirum amoris nundinæ apud Laodiceos inſtitutæ fuerant: *ſuadeo tibi emere à me aurum ignitum probatum*: non mirum igitur, ſi minæ audiantur, ubi amor ardere debuit. Ubi charitas ſeritur, ibi graviores audiuntur minæ, quibus ager cordis, in quo germinat amor uberiùs excitatus feraciorem

amoris meſſem in ipſo terrore ſpondeat: verberum enim timor delicias exprimit charitatis, quæ procul à timore frigerent: incendendo enim amori nullus glacie pavoris aptior fomes. Qui amat, timet, ſimúlque ſperat, & inter ſpem, & metum feliciùs amorem fovet; hinc David, quia amore exarſit. *Pſal. 54. v. 1.* *Dilexi, quoniam exaudiet Dominus vocem orationis meæ*, præ timore dolores mortis expertus fuit. *Circumdederunt me dolores mortis, & pericula inferni invenerunt me.* Expavit ſupplicium, timuit dolores, & Deum dilexit: ſed in nube timoris, etiam iris ſpei emicuit. *Spes mea in DEO eſt*, *Pſal. 61.* quia uberior ardet, qui inter ſpem, & timorem amor fovetur. Ubi David ſuum in Deom recenſet amorem, ſuum etiam enarrat *Pſ. 17. v. 1.* timorem. *Diligam te Domine:* ſed ſi quæras, à quo ſcaturiat hic amor, non credas fuiſſe prolem, niſi timoris: ait enim David. *Ibidem.* *Commota eſt, & contremuit terra: fundamenta montium conturbata ſunt: poſuit tenebras latibulum ſuum, intonuit de cœlo Dominus, ignis à facie ejus exarſit. Miſit ſagittas, & diſſipavit eos.*

100. Nulla delicatior ſobules, quàm amor; ſed è parente gignitur rigidiſſimo. Vix ſine pavore amor gignitur, & adoleſcit, quapropter Jeremias amoris illicem in virga, quæ timorem incutit, faſſus eſt, ſe vidiſſe, *Cap. 1. v. 11.* Jeremiæ, c. 1. *Quid tu vides Jeremia? virgam vigilantem ego video:* ſeu ut habet textus hebræus. *Virgam ex amigdalo celeriter florentem video*, in hiſce amigdalinis floribus amor effloreſcit; eſt enim amigdalus arbor, quæ moras neſcit, & præcox eſt ad gemmas, cum floribus ſuis cæteras præveniat arbores. Sed cur tam felix flos iſte errumpit amoris? Non credas ab alia pullulâſſe radice, quàm ab ipſo timore: ſciſcitatur iterum, quid Jeremias videat. *Ibidem 13.* *Quid tu vides? ollam ſuccenſam ego video.* Ecce ſuccenſa olla timorem incutit, qui parens eſt amoris; vix enim ſine terrore ſupplicij, flos germinat amoris. Non adoleſcit charitas, ſi obobalſamo rigetur; bene tamen ſi procellis madeat: David enim hujus ſationis haud ignarus, non aliter ſuum in Numen irrigavit amorem, quàm procellis, & *Pſalm. 148.* tempeſtatibus. *Ignis, grando, nix, glacies, ſpiritus procellarum, quæ faciunt verbum ejus.* Dum ſæviunt tempeſtates, germinat amor, qui inter procellas adoleſcit felicior.

101. Placet Samſonis mel, quia dulcedine ſcatet: ſed leonis faucibus exivit, & dentes, quos timemus leonis, dulcedinem nobis exhibent amoris. *Judic. 14. v. 14.* *De comedente exivit cibus: & de forti egreſſa eſt dulcedo.* Etiam Arca, quæ manna charitatis ſervabat, virgâ Moyſis munita fuit, quia ſi manna ſuo allicit ſapore, virga ſuo terret ſupplicio: ſpem manna fovet, ſed timorem virga excitat, quia tunc tuti Deo adhæremus, cùm inter ſpem, & metum hæremus. Non apricatur amor in meridie gratiarum, ſed ubi vepreta hiſpidoſa virent, quæ ſpem fovent in folijs, & timorem incutiunt ſpinarum aculeis: niſi enim timor cruore prolndat, amori illudit, DEI enim amor veluti cœleſtis phœnix gaudet è cinerario funeris emergere, vivit enim in feretro, cubat in gladio, cruore lactatur, vulnere convaleſcit. Quòd ſi charitatem viti pariaveris, nec latum anguem à vero declinaveris, perinde enim, ac vitis amoris vita pubeſcit in cæde. Hinc ſi DEUS per affectus miſericordiæ; & benignitatis in ſpem voluit nos erectos, per juſtitiam vindicem, ſuo nos itidem timore voluit percellere, quo inter ſpem, & metum tuti procederemos. Spem fovet DEI miſericordia. *Et tu Domine DEUS miſerator, & miſericors, patiens, & multæ miſericordiæ.* *Pſalm 85.* *Miſericordia Domini plena eſt terra.* *Pſal. 32.* *Suavis Dominus univerſis, & miſerationes ejus ſuper omnia opera ejus.* *Pſal. 144.* Splenduerunt hæ DEI miſerationes in æterni Verbi incarnatione. *Sic DEUS dilexit mundum, ut filium ſuum unigenitum daret, ut omnis, qui credit in illum, non pereat, ſed habeat vitam æternam.* *Joan. 3.* Pulchrè D. Auguſtinus. *Ut homo fidentiùs ambularet ad veritatem, ipſa veritas, DEI filius homine aſſumpto conſtituit, atque fundavit fidem:* *Lib. 11. de civit. cap. 2.* & hac miſeratione ſpem noſtræ ſalutis fovit, nóſque in ſpem erexit, quia ut appoſitè idem D. Auguſtinus. *Nihil tam neceſſarium ad erigendam ſpem noſtram, quàm ut demonſtraretur nobis, quantum diligeret nos DEUS. Quid verò hujus rei iſto judicio manifeſtius, quàm quod DEI filius noſtræ naturæ dignatus eſt inire conſortium?* *Lib. 13. de Trinit. c. 10.* & Apoſtolus argumentatur à fortiori inquiens: *ſi cum adhuc inimici eſſemus, reconciliati ſumus DEO per mortem filij ejus, multò magis reconciliati ſalvi erimus in vita ipſius.* *Ad Rom. 5.*

Tametſi homo timere debuiſſet, cùm tam diſſitum à ſtatu Beatitudinis ſe noſceret; ut tamen non deſperaret, ipſe DEI filius, voluit homo fieri, ut homo filius DEI adoptivus conſtitueretur: unde in ſpem hominem erexit, cum ſe filius DEI inter homines depreſſit. Speret igitur homo, cùm filius DEI nolit pretium ſui ſanguinis in ipſo eſſe inane, ſuóſque labores irritos, & caſſos. Non ſolùm in ſpem hominem erexit, verùm etiam ad amorem inflammavit: quem enim non accendat tam inuſitata, & ineffabilis dilectio, quâ ita Deus mundum dilexit, ut filium ſuum unigenitum dederit, ut carnem aſſumeret, ſanguine ſuo nos redimeret, & ad redamandum nos excitaret? unde Apoſtolus. *Empti eſtis pretio magno, glorificate, & portate DEUM in corpore veſtro.* *1 Corinth. 6.* Nullum potuit majus, ac potentius eſſe amoris illicium, cùm ſe ipſum dederit in pretium pro noſtra redemptione, ut è faucibus nos eriperet hiantis orci: Quòd enim DEUS pater filium ſuum mi-

miſerit, quem in noſtrum bonum nobis donaverit, id procul dubio omnem ſuperat æſtimationem; eſt enim hoc beneficium immenſum, cùm res, quæ datur immenſâ ſit, & DEI filius: multum enim fuiſſet, ſi unum ex ſupremis Angelis ad nos miſiſſet, qui viſibiliter fuiſſet nobiscum verſatus, nóſque docuiſſet, & direxiſſet, ac ad ſalutem revocâſſet, perinde, ac terrenus Rex unum ex ſuis Principibus ad ſolandos, liberandóſque captivos mittit. Modus etiam, quo nobis datus eſt ineffabilis fuit, cùm ipſa Divinitas fuerit exinanita, & Celſitudo humiliata, ait enim
Ad Philip. 2. Apoſtolus. *Cum enim in forma DEI eſſet, ſemetipſum exinanivit, formam ſervi accipiens, & in ſimilitudinem hominum factus, & habitu inventus ut homo.*

103. Certè ſi vel Regulus quispiam terrenus ad mancipium à morte liberandum, ſe ad ſtatum ſervilem demitteret, & ſervus ſervi fieret; plurimi non poſſet hoc beneficium non æſtimari: ſed longè incomparabiliter pluris fit modus, quo filius DEI ſe hominibus dedit, quos à famulitio redimeret tartarei hoſtis: divina enim Majeſtas noſtræ duntaxat ſalutis causâ ſe è cœlo in cœnum demiſit, noſtrámque mortalitatem aſſumpſit, quod beneficium pluris æſtimandum eſt, quàm ſalus nobis collata: minima enim divinitatis humiliatio infinities pluris eſt, quàm totius creaturæ univerſum bonum, quia tota creatura inſtar nihili eſt, ſi conferatur cum divina celſitudine, & Majeſtate, hinc Salomon. *Quoniam tanquam momentum ſtateræ, ſic eſt ante te orbis terrarum, & tanquam gutta roris antelucani, quæ deſcendit in terram.* Nullum ſiquidem bonum creatum, aut creabile tanti eſt, ut aliquam divinæ celſitudinis mereatur demiſſionem: unde quod DEI ſublimitas noſtram ſubjerit humilitatem, non meritum noſtrum fecit, non ſalutis noſtræ
Sapient. 11. v. 23. dignitas promeruit; ſed miſericordiæ, & amoris DEI abyſſus præſtitit; cui complacuit tantis impendijs deperditæ ſuæ ſubvenire creaturæ; quapropter voluit nos in ſpem erigere; ut emergentes ex tenebris exitialibus æternæ mortis, ad lucem ſurgamus æternæ vitæ.

104. Ante Chriſti adventum tot erat mundus tenebris involutus, tot erroribus implicitus, ut ſi pauci excipiantur, ignoraverit divinam providentiam, ac DEI regimen, vitámque æternam; imò & mortem gehennalem, & veluti cæcus tenebras percurrebat mortis, & cæcutiens cultum exhibendum vero Numini luminibus exhibebat cœleſtibus, ſoli, lunæ, reliquiſque aſtris; imò, quod deterius non cœlo tantùm, ſed & cœno, ſeu hominibus impijs, ac damnatis adulteris, homicidis, deceproribus, impuris, omniquè ſcelere inquinatis: an non fuêre iſtæ tenebræ Ægyptiacis craſſiores, cùm æterni luctûs præviæ, & ſociæ fuerint? Ab hisce caliginibus nos Dei filius extraxit, & à peccato, ac morte æterna redemit, & in ſpem cœleſtis vitæ erexit, cùm ſe in terras factus homo demiſit, ut infinitum malum bono deleretur infinito, ſicut enim Deus eſt bonum infinitum, ita peccatum eſt malum veluti immenſum; cum creſcat magnitudo offenſionis ex perſonæ offenſæ excellentia: quo enim perſona offenſa eſt dignior, eò & injuria gravior: & cum Dei perſona ſit infinitæ dignitatis; peccatum itidem malitiam contrahit infinitam; quô fit, ut nulla creatura, ſi pura ſit, nequeat ex æquo pro peccato ullo lethifero divinæ juſtitiæ ſatisfacere: imò nec omnia ſanctorum opera unicum duntaxat valent peccatum compenſare, adeò ut ſi in lance una unum tantùm peccatum mortiferum poneretur; & in altera tota bonorum operum congeries, ſeu quidquid ab Angelis, & hominibus boni factum eſt; adhuc longè præponderaret peccatum: cum tota collectio creaturarum ſit quid finitum, & veluti nihil, ſi conferatur cum honore divino læſo per lethalem noxam. Continet enim hæc, cum divinæ repugnet Majeſtati, quandam veluti infinitam malitiam, ratione cujus conſtituitur in ſuperiori ordine mali, quàm ſint opera juſtorum in ratione boni. Inde ſequitur, omnem lethalem noxam propriâ ſpectatâ naturâ, & Chriſti ſemotâ ſatisfactione irremiſſibilem eſſe ex ordinaria lege, eò quia absque juſta ſatisfactione remitti non poſſit lege divinæ juſtitiæ id vetante, & præter divinam perſonam nulla eſt creatura, quæ juſtam poſſit pro lethali culpa ſatisfactionem exhibere: quapropter ex ſua natura hominem conſtituit in termino; imò & in ipſa æterna detrudit gehennæ ſupplicia absque ulla ſpe inde evadendi, quod innuens D. Chryſoſtomus ait: *Peccatum ita ſe habet, ut mox atque patratum fuerit, ſententiam ferat Judex.* Homil. 11. in epiſt. 2. ad Corinth.

Idque causæ, cur noxa lethalis mors animæ eſſe dicatur, quia ſicut mors moſ. 105.
rientem conſtituit in termino; cum vita ſemel deperdita nullis ampliùs creaturæ viribus recuperari poſſit; perinde peccatum quia tollit animæ vitam, quæ nullius creaturæ poteſt opere reſtaurari, hominem in termino, ſeu in æterna conſtituit damnatione. Quapropter Angeli quia deſtituti Redemptore, qui pro ipſis ſatisfaceret, & vim peccati in gehennam trahentis inhiberet, ſtatim fuerunt æternis ſupplicijs addicti: hoc idem nobis obtingeret, niſi infinita Dei benignitas, & humanitas Salvatoris noſtri præveniſſet, & pondus peccati deorſum trahentis ad gehennam inhibuiſſet: eſt ſiquidem lethalis culpa veluti pondus quoddam, quòd creaturam infinito quodam impetu deorſum in gehennæ ſupplicia trahit, & cui nulla vis creata, ſed ſola Dei miſericordia poteſt obſiſtere: hinc ex eo, quòd innatum peccati

pon-

pondus Dei benignitas inhibuerit, ne deorſum nos in gehennam traheret, ab æterna Dei miſericordia nos morte eripuit; condonatâ ſiquidem culpâ, & Chriſti ſanguine deletâ æternæ mortis ſententiâ; ſublatus etiam fuit reatus æterni ſupplicij.

106. Quinimò non ſolùm è faucibus nos eripuit gehennæ; verùm etiam in filios nos Dei adoptavit, quod fuit beneficiorum maximum; potuiſſet nobis culpam remiſiſſe, & etiam ab æterno nos eripuiſſe ſupplicio, quin nos in filios Dei adoptaret, potuiſſet enim nos relinquere in ſtatu naturæ, & pro mercede ſtatum nobis concedere angelicum, ſeu qualis eſt Angelus naturalis: unde Bernar-
Tract. de diligendo Deo col. 6. dus ait: *Si totum me debeo pro me facto, quid addam jam pro refecto, & refecto hoc modo? nec enim tam facilè refectus, quàm factus; nam qui me ſemel & tantùm dicendo fecit in reficiendo profectò dixit multa, & geſſit mira, & pertulit dura; nec tantùm dura, ſed & indigna.* Hæc autem refectio, qua nos conſtituit filios Dei adoptivos in ſpem, vel maximè nos erigit cœleſtis hæreditatis obtinendæ, quapropter aiebat David:
Pſalm. 88. *Miſericordias Domini in æternum cantabo.*

§. X.

DEUS ita per ſuam miſericordiam ſpem noſtram fovet, noſtræque favet infirmitati; ut per ſuam juſtitiam timorem etiam nobis incutiat: quò inter ſpem, & metum tuti procedamus, & æternam ſalutem conſequamur.

107. SI Deus per ſuam miſericordiam vult ſpem noſtram fovere, & noſtræ favere infirmitati: per ſuam tamen juſtitiam, timorem etiam nobis incutit, quò ita ſpe alamur, ut timore perculſi à noxis omnibus caveamus: & juſtitia Dei per incuſſum timorem frœnum injiciat pravis omnibus noſtris affectibus. Hinc David, totus timo-
Pſalm. 75. re perculſus dixit: *Terribili, & ei, qui auferet ſpiritum Principum terribili apud omnes*
Pſalm. 96. *Reges terræ*, & alibi: *Nubes, & caligo in circuitu ejus juſtitia, & judicium correctio ſedis ejus, ignis ante ipſum præcedet, & inflammabit in circuitu inimicos ejus, illuxerunt fulgura ejus orbi terræ, vidit & commota eſt terra, montes ſicut cera fluxerunt à facie Domini à facie Domini omnis terra. Annunciaverunt cœli juſtitiam ejus, & viderunt omnes populi gloriam ejus*, nimirum populi, qui inter ſpem, & metum procedentes ita in Dei miſericordia ſperârunt, ut ſimul ejus metuentes juſtitiam à vitiis ſe abſtinuerint, & pericula quæque & occaſiones à recta virtutis ſemita deflectendi præcaverint: ſunt hæc duo Dei attributa miſericordia, & juſtitia gemina illa fulcra, quibus mundus totus regitur, ac dirigitur, ſuntque veluti Dei pedes, quibus orbem perambulat, & creaturas ſingulas luſtrat, quapropter dixit Regius: Vates *Omnes viæ Domini miſericordia, & veritas*, adeo ut juſtitia vindex à miſericordia non diſſocietur.

Quòd ſi magnitudo divinæ miſericor- 108.
diæ ex operibus cognoſcitur, ita qualis ſit in Deo juſtitia vindex, ſupplicia delinquentibus inflicta produnt; ſicut enim divinæ miſericordiæ, ita & Dei juſtitiæ vindicis, infiniti propemodum poſſent effectus recenſeri. Quis enim tot Angelorum myriades, eò quia culpa turbatoris unius à conſtantia defecerint è ſummo cœlo dejecit, & divina hæreditate ſpoliatos in tartarum deturbavit, æternis ſupplicijs cruciandos, niſi Dei juſtitia vindex? quæ nullam voluit rationem habere multitudinis innumeræ eorundem, neque eximiæ pulchritudinis, quâ cæteris omnibus antecellebant creaturis, neque excellentiæ naturæ, quæ divinitatis ſimillima erat imago, nec magnitudinis ingenij, quo omnes rerum naturas, omnésque mundi receſſus pervadebant, penetrabant, comprehendebant; neque totius illius boni, quod ex eorundem ſalute proveniſſet; nec ipſius viſionis beatæ, per quam Deus ſemper in eorum mente reſplenduiſſet, nec amoris quo illum ſuper omnia jugiter dilexiſſent, omnéque bonum ei voviſſent, æternúmque fuiſſent adgratulati, ſed cum incentore Lucifero omnes ejuſdem aſſeclas, ſeu tertiam angelicarum mentium partem Dei juſtitia vindex in tartara detruſit. *Qui ni-* Abdiæ v. 4.
dum inter ſydera poſuerunt detracti ſunt, imò non ſolùm in terram, ſed & in flammeum terræ carcerem eos detruſit: unde Iſaias:
Quomodo cecidiſti de cœlo Lucifer, qui manè Cap. 14.
oriebaris plenus ſapientia, & perfectus decore? Lucifer è miraculo venuſtatis momento deformatus in teterrimum eſt converſus cacodœmonem, & unica ſuperba cogitatio plures Angelorum myriades in æſtuantes gehennæ voragines præcipites Dei juſtitia egit, nullo recuperandæ gratiæ relicto loco: hinc
Zacharias: *Quia ceciderunt cedri; non* Cap. 11.
ululet abies?

Quis ſtans ergo non timeat lapſum? 109.
quis ſperans in Dei manſuetudine, ejus etiam non timeat juſtitiam? Quis impunitatem ſuis ſpondeat ſceleribus in terris; ſi rebelles Numini, ne in cœlo quidem invenerunt aſylum: ſapiamus alieno periculo, ſi proprio deſipimus, & ut loquitur D. Grego- Lib. 4. in
rius: *Cautela majorum ſit ruina minorum. Si* 2. Reg. c. 2.
qui ſerviunt ei non ſunt ſtabiles, ait Job, *& in*
Angelis ſuis reperit pravitatem, quantò ma- Cap. 4.
gis hi, qui habitant domos luteas, qui terrenum habent fundamentum à tinea, ſcilicet peccati, quod ex concupiſcentia naſcitur: ſi Dei juſtitia Angelis cœleſtis Regni Principibus ſemel duntaxat peccantibus non pepercit, ſed ut habetur: *Inferni rudentibus* 2. Petri 2.
detractos in tartarum tradidit cruciandos; quid continget hominibus, qui in omnium

vitiorum cœno ſe volutârunt, & poſt infinita beneficia, quibus à divina miſericordia fuerunt cumulati in omne ſcelus cœco impetu ruerunt.

110. Peccârunt ſub mundi initium primi homines ſerpentis arboris ramis circumvoluti ſuaſu: poſt miram ſermonis illecebram, quâ mulieris benevolentiam ſtuduit ſibi captare, virus peſtiferæ cupiditatis excellendi ſupra humanum faſtigium inſpiravit; & dulcedinem etiam pleniſſimæ libertatis exhibuit; quo illicio capta mulier dentibus vetitum pomum momordit, & in pomo prohibito, dum putaret beatitatem deglutiiſſe Deo invidendam, exitiale virus exſorbuit, & ad maritum properavit, cui vim pomis illis inſitam, adeo accommodatis propoſuit illiciis, ut tergiverſantem virum metu mortis, ad eſum pomi tandem pellexerit, & una cum pomo mortem deglutivit, quam in mundum introduxit, & ad ſuos etiam poſteros tranſfudit: ipſe enim, cum tota ſua poſteritate, ſpoliatus divina gratia, ac jure ad cœleſte Regnum, ſe & poſteros omnes morti effecit obnoxios; tantò eſt major pœna peccati Adami, quantò meliora ſunt bona, quibus privat, & pejora mala, quibus conſtituit obnoxios plures numero, quos perſtringit.

111. Imò hoc unum Protoparentum violati præcepti flagitium totum illum evertit providentiæ ordinem, quem ex ſe conſtituerat, ac mundo præparaverat: niſi enim Adam peccâſſet omnia ſic adminiſtrata fuiſſent, ut homini nihil officeret, nec moleſtiam aut mœrorem ingereret, nullus perduellis affectus ad peccandum ſolicitaret, nulla ſordeſceret avaritia, corroderet invidia, exardeſceret ira, nec rigeret odium, nec corrueret deſperatio, nec ſe præcipitem ageret audacia, nec æſtuaret concupiſcentia, nec ulla fœda libido ad illicita pelliceret, ſed affectus omnes fuiſſent dictaminibus obſecuti rectæ rationis: nulla hyems frigida hominem afflixiſſet, nec ulla perfervida æſtas torſiſſet, nullus dolor, nec fames, nec ſitis, nec paupertas, nec nuditas, nec ægritudo, nec ſenectus ei fuiſſet moleſtiæ; quia hæc omnia incommoda per ſuaviſſimam illam providentiæ rationem fuiſſent impedita: ſed poſtquam primi homines divinum fuêre præceptum tranſgreſſi, hic providentiæ ordo ſublatus illicò fuit, & Deus permiſit, ut res ſuis ferrentur motibus, & in homines interiùs, exteriùſque ſævirent: & malorum omnium plena congeries ſubducto priſtinæ providentiæ repagulo in genus omne humanum morti obnoxium irruit, adeo ut poſteritas luat in ſuo authore; & quod unus deliravit, omnes plectuntur.

112. Quis igitur non timeat Dei juſtitiam, licèt in ejus ſperet miſericordia, cum tot hominum myriades ob unam arbuſculam non terra exciſam, ſed unico privatam pomo ſuppliciis damnaverit æternis. Illuxit etiam Dei juſtitia cùm conglobatæ nubes tetras in univerſam terram effuderunt tenebras, homines omnes paucis exceptis cataclyſmo extinctura. Ut vulgò dicitur: malus corvus malum ovum. Ex ſceleratiſſimo Caino impiiſſima prodiit ſoboles, ſeu gigantes nati ſunt, qui ſuperbia ſtaturam, impuritate deformitatem, ferocia vires adæquantes, ſcelerum immanitate monſtroſi in nefas omne, ſcelúſque ruentes nil mali reliquerunt intentati; quin eò excreverant ſcelerum fœditates, ut mundus nonniſi per cataclyſmum generalem purgari potuerit, & in eo ſordes deleri. Ingens videtur eſſe vindicta cum civitas aliqua divitiis affluens, negotiis effloreſcens, non ſolùm expilatur; verum etiam funditùs evertitur, ædibus, templis, ædificiis ſolo æquatis, turribus dejectis; & omnibus, qui eam incolebant internecione deletis. Sed nunc non una tantùm civitas, vel provincia, aut Regnum, ſed totus terrarum orbis cum omnibus ſuis incolis, opibus, ac ornamentis radicitùs evellitur, obliteratur. Ne tamen totum mortalium genus naufragio periret, Nohemum virum juſtum Deus juſſit Arcam conſtruere, in cujus ſtructura centum, & ampliùs annos impendit illudente paſſim hominum petulantia Noëmum, tanquam ſenem delirum, & ſana mente emotum: & quamvis ille moneret, hortaretur, imò & minas adjiceret, ipſi flocci hæc facientes, pluris æſtimârunt dapſiles menſas, hilares ludos, fœminas venuſtas, & ut laxiùs ſenſui indulgerent ſympoſia, nuptias, convivia, choreas, luxus, & genus omne luxuriarum inſtituerunt, donec læſa Dei patientia ejus juſtitia vindex delinquentes puniret.

Verna ridebat tunc tempeſtas, cujus beneficio virebant campi, florebant horti, & arbores plures fructibus curveſcebant, frondebant nemora, avium cantus aures demulcebant, Sol arridebat, & aër lætiſſimo ejus radio ridebat, cùm Deus Nohemum juſſit vaſa colligere, & quidquid eſſet utenſilium, & commeatùs in Arcam deferre, brutorum itidem cicurum, ac ſylveſtrium, omnéque genus volucrum in eandem introducere, & mox in atras nubes incepit cœlum repentè coire; cœperunt elementa turbari, micare fulgura, fremere procellæ, ruere è cœlo fulmina, & ſimul eodem tempore ſurſum è terra prorumpere quidquid illic venarum humentium, ac fontanarum ſcaturiginum, aquarúmque cæcis collectarum voraginibus latebat, apertis ſimul, ac diruptis omnibus cataractis cœli, è quibus flumina, gurgitéſque aquarum ingenti cum fragore deorſum ruerunt; neque modus erat, nec requies decidentium ex alto cœlo ruinarum; cúmque jam diu aquis innataſſet Arca, ſtarétque in edito montis vertice ſuis cum inquilinis, aquarum fluctibus omnia utrinque obruebantur; [illegible] erat 113.

aſpe-

aſpectus ſeminudorom hominum, qui bacchantium ritu huc, illúcque diſcurrentes mortem nitebantur effugere, quam pediſſequam ſecum trahebant; obique fundebaotur lachrymæ implorantium opem, audiebantur clamores pereuntium, & ubique ululatus, & comploratio; ubique naufragia, & funera; ubique ruinæ, cadavera, & funera aqnis innatantia.

814. Sed unde tanta aquarum copia? Non deſunt, qui putant magnam terræ, & aëris partem fuiſſe in aquam converſam, quod tamen probatu videtur difficile. Cenſeot alii aqnam cavernis terræ incluſam ſurſum erupiſſe, & terræ ſuperficiem inundâſſe, & hos fuiſſe fontes abyſſi magnæ, quos diſruptos memorat ſcriptura. Verùm hæc aqua nonniſi vi, & contra naturæ ſuæ impetum ſurſum propelli poterat, nec cavernæ illæ vacuæ relinqui debuerant, ſed aëre implendæ erant, ne aquæ refluerent, proinde fuiſſet vis inferenda naturis elementorum, ut diluvium fieret, & factum conſiſteret, cùm tamen convenientius fuiſſet, ut hæc omnia juxta propenſionem, & impetum naturalem elementorum fierent. Præterea ſcriptura apertè indicat, ſontes abyſſi magnæ, & cataractas cœli cataclyſmum effeciſſe: Geneſ. 7. *Rupti ſunt omnes fontes abyſſi magnæ, & cataractæ cœli apertæ ſunt, & facta eſt pluvia ſuper terram quadraginta diebus, & quaginta noctibus*, ex quo liquet, abyſſi magnæ aquas non fuiſſe ſubterraneas, ſed ſublimes, & cœleſtes, non enim aquæ terraneæ potuiſſent ſurſum aſcendere, & effundi, niſi ioitio inundationis, cùm terræ ſuperficies, necdum erat aquis cooperta; non verò poſtquam cœpit tota aquis immergi; tunc enim aëri, qui io locum ſubiret aquarum, omnis aditus interclusus erat ad cavernas illas aquis evacuatas replendas.

815. Cum igitur magna aquarum copia quarum meminit ſcriptura ſupra cœlos fuerit præparata, ibi cœli cataractæ apertæ ſunt, & cœlorum aquæ deorſum delapſæ, & hoc pacto fuerunt ſub mundi exordium diviſæ aquæ, quæ ſuper firmamento ſunt, ab aquis, quæ ſunt ſub firmamento: & aquæ cœleſtes abundè ſufficiebant ad generalem cataclyſmum, nec opus erat, ut alia elementa divina virtute in aquam converterentur; neque ut aquæ ſubterraneæ ſurſum educerentur. Aquæ igitur, quæ ſub primævo mundi exordio extenuatæ fuerant, & per immenſum aëra etiam diffuſæ, io cataclyſmo ſpiſſatæ fuerunt, & ita ad primævam ſuam reductæ conditionem, ut ſuo pondere in terras ruerent, non ſimul, & confertim, ſed ſenſim; ut adhuc hominibus locus daretur pœnitentiæ, ſi voluiſſent reſipiſcere: nam hanc Numinis iram, hæc divinæ juſtitiæ vindicis in homines ſupplicia ſolum invexit peccatum, & præſertim fœdæ, ac malè olentis libidinis, cujus propterea flammæ adeo excreverant; ut nonniſi aquarum potuerint cataclyſmo reſtingui; nimirum periit aquis genus humanum, ne periret igne; & in hominum ſcelera conſpirârunt elementa ipſa, quæ imbribus, & fluctibus pugnaverunt, ut humanum genus expugnarent; puduit terram tot, tantisque ſubſterni flagitiis, ac ſordibus fœdari; exhorruit aër ſpiritum impurum, quem hominum libido emittebat, hinc aqua inſtrumentum ſe exhibuit divinæ juſtitiæ ad abſtergendas mundi fœditates: unde Oſeas: *Non eſt veritas, & non eſt miſericordia, & non eſt ſcientia Dei in terra, maledictum, & mendacium, & homicidium & furtum, & adulterium inundaverunt, & ſanguis ſanguinem tetigit, propter hoc lugebit terra.* Cap. 4. v. 1. & 2.

816. Pluit igitur per orbem univerſum quadraginta dies, & totidem noctes, & ſenſim ita excrevit aquarum copia, ut tandem montium culmina, ac ſuprema faſtigia quindecim cubitis ſuperaret, undique cingens, & operiens orbem terræ, perinde ac ſphæra ſuperior inferiorem, ut nullus eſſet effugii locus; cum nuſqoam pedem figere, nuſquam ſe tenere poſſent homines corporis pondere in ima deprimente, & aquarum vi ſpiritum intercipiente; & licèt plures fortaſſis tabulas, arbores, arcas, ut fit in naufragiis, natantes arripuerint; inedia tamen, labore, ac fluctuum impetu victi, ac fatiſcentes obruti ſunt; cum aquæ centum quinquaginta diebus antequam inciperent minui, terras occupaverint. Hæc perpendant qui excuſſo Dei timore ſcelera ſceleribus accumulant, quaſi ultionis ſecuri. *Non putes* ait D. Auguſtinus; *Dominum dormire. Quando tu vides, quæ facta ſunt in impios; cave ne fiant in te. Ad hoc enim & contra illos facta ſunt, ut tu tranſires, & eos non imitaveris; & talia non patereris.* In Pſal. 13. Scelera ſunt, quæ ſupplicia accerſunt. Fontes è quibus aquæ ſcaturiverunt cataclyſmi in univerſæ carnis perniciem ſcelera fuerunt: Geneſ. 6. *Videntes filij Dei filias hominum, quòd eſſent pulchræ acceperunt ſibi uxores ex omnibus, quas elegerant*, primas libido corruptæ concupiſcentiæ flammas per oculos hauſit, per quos animum ſubeuntes ſingola virtutum honeſtamenta combuſſêre; & orbis totius excidium ſuum ex concupiſcentia ſumpſit exordium. Per filios Dei intelliguntur Poſteri Sethi, & per filias hominom fœminæ è vitioſa Caini ſtirpe oriundæ. Illi enim com per ſeptenas ab Adamo generationes in avitæ pietatis ſtudiis perſeverâſſent, & Cainitarum ſocietate, ac connubijs abſtinuiſſent, demum labem ex prava contraxerunt conſuetudine, cæperúntque cum gente maledicta contra vetitum matrimonia inire: *cum* Ibid. *cœpiſſent homines multiplicari ſuper terram*; unà cum hominibus multiplicatæ etiam fuerunt libidinum illecebræ, ac ſcelerum enormitates, quia ut ſcitè D. Ambroſius: *Pauſitas, & paupertas habent pediſſequas induſtriam,* De Arca cap. 9.

ſtriam,

ſtriam, & frugalitatem: multitudo, & opulentia ſocordiam, & nequitiam.

117. Has ſordium fœditates, quas homines per patrata ſcelera contraxerant eluiturus Deus cataclysmum accerſivit, quo & homines extingueret, & eorum libidines, Geneſ. 6. ac ſcelera deleret. *Non permanebit ſpiritus meus in homine, in æternum:* quaſi diceret; me ſuis iniquitatibus irritaverunt homines, ſed ego auferam ſpiritum, vitámque eorum, & contraham ætatis humanæ ſpatia, ut ſint pœnas daturi fœdæ libidinis, quâ ſe coinquinârunt; hinc ait ſcriptura; *pœnituit eum, quòd feciſſet hominem in terra,* ſeu pœnituit non pœnitentiæ affectu, ſed ultionis effectu: non enim poteſt in Deum affectus cadere pœnitentiæ, quæ plerumque culpam, & non rarò ignorantiam præcedentem conſequitur; ſed tantùm quatenus hominem punit peccantem, eum pœnitet condidiſſe, quia nollet hominem peccâſſe; cæterum Deus ſine motu ſævit, ſine crudelitate occidit, ſine iracundia ferocit, cum tranquillitate dicitur furere, & ſalva pietate ultionem agere: unde ex eo quòd ſacer textus aſſerat, quòd Deum pœnituerit hominem feciſſe in terra, indicatur acerbitas peccatorum, & effectus ultionis, ut ſcitè aſſerit D. Ambroſius inquiens: *Per* De Arca Noë cap. 4. *hæc verba exprimitur peccatorum acerbitas: tanquam eò increverit culpa, ut etiam Deus qui naturaliter non movetur, aut ira, aut odio, aut paſſione ulla, provocatus videatur* 1. Reg. 15. *ad iracundiam.* Hinc etiam dicitur: *pœnitet me, quòd conſtituerim Saul Regem,* nimirum humano ritu, & quatenus punivit Saulem Regem ob plura, quæ patravit ſcelera.

§. XI.

Nemo ita deſipiat, ut in ſola ſperans DEI miſericordia ejus non timeat juſtitiam: hæc enim ut ſcelera puniat, etiam ipſum ignem aſſumit tortorem.

118. SI Dei miſericordia ſpem noſtram fovet, ejus juſtitia timorem nobis incutiat, ut pravis noſtris affectibus frœnum injiciamus; ne quidquam à nobis agatur, quo divina irritetur juſtitia, quæ variis modis pœnas exigit ab hominibus ſua abutentibus miſericordia, & in omne ſcelus ruere audentibus, inque omne nefas ſe præcipites dare: ſolet enim Deus vindex modis inuſitatis, imò & ſupra communem rerum curſum evertere urbes, delere populos, auferre Regna, deſtruere provincias, vel igne è ſummo cœlo in imum terrarum demiſſo, vel dehiſcentis telluris hiatu, vel dilatati maris incurſu, vel etiam ſpirituum miniſterio: idque cauſæ, cur urbes Pentapolitarum igne de cœlis pluvio deletæ, & extinctæ fuerint, quia earum incolæ præſertim Gomorrhæi, ac Sodomæi hominum erant flagitioſiſſimi, quorum pravitas divinam irritavit juſtitiam: immodicus enim animorum ex præſenti felicitate tumor non ſolùm contemptui alienigenas habuit, verùm & propter rerum copiam, divitias, quibus affluebant, ingluvies, & comeſſationes, & otium, quod putidiſſimum eſt fons, è quo ſcaturiunt omnia vitia, in omnium ruerunt libidinum portenta, adeo ut neque Lothi viri alioquin virtutum ſtudiis addicti quotidianis dehortamentis, exemplis ad vitæ purioris ſtudium pertrahi potuerint: & quia eorum enormia ſcelera non tantùm clamoribus inceſſere, ſed obtundere cœlum quaſi dicerentur, licèt veniam ſperarent à Numinis miſericordia, ſupplicia ad ſe traxerunt juſtitiæ vindicis: ſiquidem ſub crepuſculum matutinum offenſi Numinis imperio, vapores ſimul cœperunt in aëre conglobari, ac fuliginea caligine arridentem abripere ſerenitatem, & cum Pentapolitæ adhuc in lectis, vel ſterterent, vel infandæ indulgerent Veneri, cœperunt venti flare, turbines furere, procellæ inſurgere, Jordanes in fluctus, ac fremitus ſurgere, in cœlo fulgura micare, aër tonitruis horrendis mugire, tetra caligine terra inhorreſcere, móxque viſæ ſunt tenebræ ſpargi, diſcindi in aëre tetri vapores, ac diſcindi fulminum jactu, & inde ruere flammarum cataclysmus incendens omnia; tantíque mali terrore perculſi Pentapolitæ vel nudi, vel ſeminudi ſurrexerunt è lectis, & huc, illúcque diſcurrentes, ut flammas effugerent, eaſdem ſibi pediſſequas trahebant.

Qui verò foris in campis, aut agris morabantur cum jumentis & grege, ad loca ſe reducere tutiora properabant, ſed intercluſis itineribus communi, & ipſi fuêre calamitati obnoxii. Simul erant turbines, tonitrua, fulmina, aëris tumultus, terræ quaſſatio: ac diſruptis è nubibus in nimbos igneos videbatur cœlum omne reſolvi; & terrificæ rubentes flammæ ſulphure, nitro, pice ebulliente, ſale, ac flagranti bitumine immixtæ effundi; & pluvius ignis inſano ſtridore dilabens ſupra tecta, turres, palatia, viarúmque ſtrata cuncta irreparabili clade vorabat; non ſolùm in urbibus domos, turres, & ædificia cuncta evertit, abſumpſit, deſtruxit, ſed etiam in arvis campos, prata, colles, agros nemora in cineres redegit: *Dominus* Genes. 19. *pluit ſuper Sodomam, & Gomorrham ſulphur, & ignem à Domino de cœlo, & ſubvertit civitates has, & omnem circa Regionem univerſos habitatores urbium, & cuncta terræ virentia,* in quo ſupplicio ſeveritas divinæ juſtitiæ ultricis nobis exhibetur perpendenda, cum igne ſulphureo cœlitùs demiſſo, Pentapolitas delere potiùs voluerit, quàm aquarum cataclysmo; quia nimirum hoc habet libido, ut vitiorum ſit omnium fœdiſſimum, & ut flagitio reſponderet ſupplicium,

ſul-

ſulphureo igne extingui debuerant, perinde ac tœdæ libidini, ita & igni, ſummus ineſt ardor; ut & maximus fœtor ſulphuri; ſicut & ſumma fœditas luxuriæ, quemadmodum ignis ſulphureus, vel ſolo aſpectu horribilis fuſcóque colore, & ex obſcuro flaveſcente terrorem ingenerat; ita & fœda libido horrorem inducit.

120. Hinc ſacra ſcriptura ignem inferni ſulphureum eſſe memorat, quia torquendis impijs accommodatior eſt. Terra ipſa ſuis in ſubterraneis receſſibus hac abundat materia, cum præter ipſum merum ſulphur plura alia effodiantur, quæ admixtum ſulphur habent. Hæc autem ſulphurea exhalatio facilè ſurſum avolat, & in aëre concreſcit, ubi in nubium ſinu perinde ac in Vulcani officina educuntur fulmina, quæ planè ſulphurea eſſe ex igne concepto, & odore percepto conjicitur. Facile autem fuit Deo per Angelorum miniſteria hos ſulphureos halitus, totámque materiam inflammabilem per varios aëris tractus diffuſam illicò colligere, eámque in ſulphur liquidum denſare, accendere, & graveſcentis inſtar nimbi, vel erumpentis correntis in urbes, campóſque Pentapolitarum demittere, ait enim

Pſalm. 10. Regius Vates: *Pluit ſuper peccatores laqueos, ignis, & ſulphur, & ſpiritus procellarum pars calicis eorum.* Et quod Pentapolitis obtigit, in futuro experientur quotquot Pentapolitarum inquinantur fœditatibus; ſiquidem in laſciviam ignis ſulphureus gehennæ graſſabitur, unde exclamat D. Hieronymus: *O ignis infernalis luxuria; cujus materia gula; cujus flamma ſuperbia; cujus ſcintilla prava colloquia; cujus fumus infamia; cujus cinis immunditia, cujus finis gehenna!* fuerunt itidem extempore Pentapolitæ pluvio igne oppreſſi, cum adhuc ſterterent in lectis ſuis, vel ſuis volutarentur impuritatibus: ſiquidem manè oriente ſole hæc fuit clades illata. Quòd ſi in aquarum cataclyſmo indulſerat Deus prolixam moram, quâ tempus reſipiſcendi conceſſerat; hic tamen nullas dedit inducias, ſed repentè horrendo, & acerrimo ſupplicio extincti igne fuerunt Pentapolitæ, quod etiam in-

Cap. 4. ſinuat Jeremias inquiens: *Sodomam ſubverſam in momento, & non cæpiſſe in ea manus,* ſeu non fuiſſe captam, & everſam ab hominibus, ſed à DEI offenſi juſtitia vindice fuiſſe deletam.

121. Neque ſoli viri adulti, & fœminæ, verùm etiam pueri, & infantes, imò & animantia, ac reliqua terræ bona eodem periêre ſupplicio: noluit enim DEUS, ut ſoboles inviſæ gentis, ejúſque bona ſupereſſent: adeo eſt Numini inviſum ſcelus fœdæ libidinis, ut non ſolùm in authores ſuos, verùm & in eorum proles, imò & animantia, ac bona ſæviat juſtitia vindex, & omnia perdat: perinde enim DEUS impios odit, ut ob eorundem ſcelera, ſæpe quæ ad illos pertinent ſubvertat, ac ſua deſtituat protectione: ſicut DEUS amans piorum ipſis favet, & propter ipſos, quæ ad eoſdem pertinent fovet, ac protegit. Neque exiguum fuit incendium è ſummo cœlo ad excidium Pentapolitarum illapſum: ſiquidem ſeptuaginta duo milliaria in longum referente Joſepho Hebræo, & novendecim in latum extendebatur, quin & terram ipſam penetravit, quam aduſſit, ac ingentem ſinum veluti maris alveum in ea excavavit, qui mox aquis confluentibus oppletus in lacum degeneravit varijs celebrem nominibus. Ferunt eſſe in eo bituminis è fundo ebullientis maximam copiam, quod ex miſtione illa ſulphuris, ac reliquæ materiæ de cœlo lapſæ vi ignis concreviſſe eſt creditu facile; ibi aquæ reliquis ſpiſſiores dicuntur ſordeſcere, ac fœtere, ut nihil in iiſdem vivere poſſit, & quidquid per Jordanem, vel etiam aliunde injectum eſt, illicò emoritur, idque forraſſis cauſæ, cur à plerisque mare mortuum vocetur. Exhalat è lacu illo amarulento, & corrupto, ſurſúmque avolat fœtidus, ac peſtilens vapor; quo vicinia quæque tam montana, quàm campeſtria afflata per viginti circiter paſſuum millia veluti exuſta cernuntur, ac in ſterilem redacta ſolitudinem.

Refert Joſephus in hoc terrarum tractu nihil excreſcere præter arbores quaſdam, quarum aliæ probro laborant ſterilitatis, & ſqualidæ vix comam emittunt ſoliorum, & aliæ fructus quidem ferunt extima ſpecie pomorum inſtar, ſed ubi carpuntur cineſcunt, imò & ſolo contactu in favillas ingenti cum fœtore faceſſunt. Scelera Pentapolitarum adeo infanda fuerunt, adeo DEI juſtitiam irritârunt, ut hæc in eorum internecionem exarſerit, ac Regionem illam ad omnem priùs conſitam amœnitatem in lacum ſtygium, tetrum, ac ſqualidum converterit; & de eorum ſupplicio 122.

ſcribens Apoſtolus Judas ait: *Sicut Sodoma & Gomorrha, & finitimæ civitates ſimili modo exfornicatæ, & abeuntes poſt carnem alteram factæ ſunt exemplum ignis æterni pœnam ſuſtinentes.* Peraptè nefandum ſcelus tam atroci fuit ſupplicio punitum; ardor enim ſulphuris, ardori congruebat impuræ concupiſcentiæ, & odor teterrimus infamæ fœditati, quam ſcelus illud olebat: appoſitè S. Gregorius expendens verba illa Job: *Aſpergatur in habitaculo ejus ſulphur*, ait: Per ſulphur peccatum carnis deſignari, inquiens: *Quid eſt aliud ſulphur niſi fomentum ignis? Verumtamen ſic ignem nutrit, ut graviſſimum fœtorem exhalet, rectè igitur in ſulphure peccatum carnis accipitur, quod dum perverſis cogitationibus quaſi quibuſdam fœtoribus mentem replet, æterna ei incendia*

In Epiſtola Canonica.

Lib. 14. moral. Cap. 18.

cendia præparat: & dum fætoris ſui nebulam in mente reproba dilatat, contra eam flammis ſubſequentibus quaſi nutrimentum ſubminiſtrat.

123. Congruum igitur fuit, ut Pentapolitarum ſcelus igne puniretur ſulphureo, quò ſceleri reſponderet ſupplicium. Quis igitur ſperans in Dei benignitate, & miſericordia, non etiam timeat ejus juſticiam? quæ tam ſeverè ſcelera punit etiam aſſumpto igne
Num. c. 16. tortore? etenim in ſeditione Core ducentos quinquaginta viros immiſſo igne abſumpſit, imò & poſtridie ob murmur in Moyſem, &
4 Reg. 1. Aaron, quatuordecim millia, & ſeptingentos pariter igne delevit: ad nutum Eliæ duos duces quinquagenarios utrumque cum ſua turma ignis de cœlo pluvius interemit, abſumpſit. Quin & terra os ſuum aperuit, & ingenti hiatu ſceleſtos deglutivit. Nota eſt punitio Dathanis, & Abyronis, qui ob murmur contra Moyſem, & Aaron illicò diſruptâ, ac dehiſcente terra cum omnibus ſuis abſorpti priùs fuêre in infernum ſepulti, quàm mortui. Quòd ſi ex Dei miſericordia, opéque ſua reſipiſcunt plures; Dei tamen juſtitia alios punit, qui fortaſſis licèt ſperarent in Dei miſericordia, quia tamen timorem excuſſerunt divinæ juſtitiæ, & mundi voluptatibus indulſerunt, promeritas dederunt pœnas. Eſt ſiquidem peccatum, ex quo malorum omnium ilias erumpit, & in omnes miſerias peccantes præcipitat: etenim ſcelus, quo excuſſo timore divinæ juſtitiæ à ſummo bono ſe peccator avertit eſt veluti putidiſſimus fons, ex quo omnia ſcelerum portenta ſcaturiunt, ſupplicia, fames, peſtis, bella, cædes, internecioncs, calamitates, erumnæ, ac morborum omnium congeries.

124. Scelus primos homines è paradiſo excluſit, & in exilium protruſit omnium miſeriarum, ubi ventorum procellæ, aquarum eluviones, terræ quaſſationes, æſtuum ſiccitates, incendia, naufragia, bella, ſtrages in hominis necem conſpirant, hinc Iſaias
Iſaia 45. *Ego Dominus, & non eſt alter formans lucem, & creans tenebras, faciens pacem, & creans malum.* Ubi per malum intelligitur omnis calamitas, & afflictio, quâ Dei juſtitia hominum ſcelera punit, quapropter in ſcriptura dicitur.
Amos 3. *Si erit malum in civitate, quod Dominus non fecerit:* quia omne malum pœnæ, ſeu quævis punitio, quâ hominum ſcelera puniuntur, à divina prodit juſtitia, quæ quia non timetur; ne peccet homo ſupplicia infligit timenda. Eſt ſiquidem Dei juſtitia, quæ per bellorum clades, per hoſtium incurtiones, per ſanguinis fuſionem, peccantium ſcelera punit; & quidem bellorum clades divinæ eſſe juſtitiæ imputandas paſſim meminit ſacer Codex cum hoc flagello DEUS exercituum Judæorum pervicaciam, ac ſcelera vindicaverit. Plures Aſſyrios, Chaldæos, Ægyptios, ac Romanos excitavit, qui indicto bello Judæos divexarent, imò & extremis plerumque cladibus affligerent. Scimus enim decem Tribus, licèt à Regibus Syriæ pluribus fuerint calamitatibus attritæ, quia tamen in ſua perſtitêre pravitate; tandem juſto Dei judicio ab Aſſyriis excifas fuiſſe, ac interfectas paucis exceptis hominibus, qui ſuperſtites in perpetuam fuêre ſervitutem abducti. Scimus enim Tribus Juda, & Benjamin, quæ ſolæ ex duodecim ſupererant à Chaldæis expugnatas fuiſſe, & in Chaldæam translatas, ubi per annos ſeptuaginta duram pertulerunt ſervitutem.

Quòd ſi vellemus calamitates ſingulas 125.
recenſere, quibus per annos plurimos fuerunt Judæi pervicaces afflicti, prolixum nimis texeremus cathalogum, ſatis eſt Philonem legere; cùm qui extra Judæam degerent, ubique expoſiti fuerint furori populorum; etenim ubique in pugnis cædebantur, injuriis afficiebantur, conviciis impetebantur; quin & bonis ſpoliabantur, omnibus exoſi, ſingulis ludibrio, nec quiſpiam erat, qui eorundem tangeretur commiſeratione. In ipſa verò Judæa morantes affligebantur à præfectis, qui iiſdem præerant, ac militibus Romanis, qui eos jugiter divexabant, & plerumque non ſine eorundem cruenta clade. Cùmque has calamitates per multum temporis variis fuiſſent in locis perpeſſi, obſidione tandem vallata fuit Jeroſolyma; vaſtati ſunt agri, abacta pecora, exuſtæ villæ, invecta fames, & graſſata peſtis, quæ domus, fora, plateas cadaveribus opplevit, adeò ut non ſufficerent ſuperſtites ad officium ſepulturæ erectis impendendum; & demum ferro, ac flamma vaſtata ſunt omnia, ſolo æquatis ædificiorum molitionibus, & interfectis vario mortis genere civibus, vel in ſervitutem morte ipſa acerbiorem abreptis, vel ſub haſta divenditis, vel ad cruenta ſpectacula reſervatis: & in ſola obſeſſa Jeroſolyma per tempus obſidionis mortui, vel cæſi decies centena millia, & capta nonaginta ſepcem millia recenſentur, iis exceptis, qui antea variis in locis vel per tumultum populorum, vel per Romanorum Præfectos interempti fuerant.

Neque in ſolos Judæos ob patrata ſce- 126.
lera Dei juſtitia vindex ſuum acuit gladium, ſed etiam in Ægyptios, Tyrios, Idumæos, Moabitas, Syros, Aſſyrios, Chaldæos furentibus bellis, invectíſque calamitatibus afflixit; quò conjiciamus, omnia bella, omnéſque ſeditiones eſſe divinæ juſtitiæ flagella: dum enim mens humana deliciis diffluit, Numinis obliviſcitur; vel ſi ejus recolit benignitatem, unde ſperet; juſtitiæ tamen abigit memoriam, & excuſſo timore in omnem diffluit vitiorum turpitudinem. Idque cauſa eſt, cur DEUS bella excitet, calamitates immittat, quarum acerbitate, & præterita peccata caſtigentur,

tur, & futuris ſomenta ſubtrahantur ; ut qui inter voluptatum lenocinia, mundique delicias fuerat timor Dei excuſſus, urgentibus mox calamitatibus iterum excitetur, ac foveatur, quò peccantes reſipiſcant, & inter ſpem, ac metum procedentes negotium agant propriæ ſalutis.

127. Eſt Dei timor, qui impedit, ne numerus impiorùm inveleſcat, qui ſpei adſociatus per ſemitam ſalutis reſipiſcentes manudueit : ſæviunt plerumque bella, quæ effuſo ſanguine omnia eruentant, ubique funereas clades ſpargunt, & urbes ſus deque evertunt: ſed divinæ juſtitiæ ſunt inſtrumenta, quibus Deus impios punit, longa enim proſperitate genus humanum ultra modum excreſcit; & perinde ac arbor, quæ in feraci ſolo ſuas fixit radices inutilium, ac improborum hominum multitudine, veluti vireſcentibus frondibus luxuriat, nec ullos boni operis depromit fructus, ſed vermes duntaxat vitiorum enutrit ; & tunc divina juſtitia bellorum falce noxiam hanc ſylvam reſecat, frondémque amputat inutilem luxuriâ caſtigatâ ; ut quod ſupereſt non opprimatur. Ad hunc finem excitavit imperia, & Monarchias, quæ mutuis bellis ſe ſe affligerent, uti fuerunt Imperia Aſſyriorum, Perſarum, Græcorum, ac Romanorum, quæ omnia ob patrata ſcelera deleta fuerunt; Imperium enim Aſſyriorum everſum fuit à Perſis; Perſarum à Græcis, Græcorum à Romanis. Si qua in mundo Monarchia diu efflorеſcit, qui in ea præſunt cum ſupercilio animos attollunt, & in omnem licentiam effuſi, pro ſua libidine, tanquam nemini rationem reddituri, gerunt omnia, proprijs duntaxat indulgentes concupiſcentijs ; & populi mox à pace corrupti ſcelera ſceleribus coacervant. Quapropter vult DEUS Monarchiam in una, eadémque Natione perpetuam non eſſe, ſed ex una in aliam transferri. Nec ſolis bellorum cladibus divina Juſtitia homines punit delinquentes, & effuſam eorum vivendi licentiam compeſcit; verùm etiam fame, incendijs, naufragiis, modiſque alijs ſimilibus, & maximè graſſante peſte, quæ plerumque brevi tempore amplas civitates frequenti populo ſpoliat, ac in ſolitudines vertit, & ita Regna ipſa exhaurit, ut vix quinta vel ſexta pars hominum in ijsdem ſuperſit.

§. XII.

Quos culturæ addictos ſummarum virtutum ſpes cæleſtis gloriæ ſolatur, timor, mortis, & judicij exterret ; & quamvis ſoliditas eos corroboret, timoris tamen perplexitas eos concutit ; quò inter ſpem, & metum ſiunt firmiores.

QUis ita in Dei clementia ſperet, ut 128.
etiam ejus non timeat juſtitiam ultricem? quis ita divinæ fidat miſericordiæ, ut Dei juſtitiam per patrata ſcelera andeat irritare? cùm vel ipſi ſummarum virtutum cultores, ita in Dei miſerentis ſperaverint clementia, ut ejus ultricem juſtitiam timuerint. Arſenius vir centum Cap. 27.
viginti annorum teſte Surio in ejus vita, nullo unquam morbo tentatus, cùm annis quinquaginta quinque Deo ſervijſſet, & jam migraturus eſſet è mortali vita ad immortalem cœpit toto corpore trepidare, totíſque membris contremiſcere, lachrymíſque madere, quòd cum animadvertiſſent, qui aderant, fuit ex illis, qui dixerit, etiam tu pater ſancte, qui Deo inſerviiſti, qui virtutum culturæ addictus fuiſti, mortem metuis imminentem? cui Arſenius : ita eſt mi frater, ex quo Monachum egi, hanc mortis horam formidare nunquam deſii, ideóque quantum potui in id incubui ſtudij, ut vitia quæque declinarem, à noxis abſtinerem, virtutes excolerem, & DEO inſervirem. Tametſi cœleſtis gloria mentem lætificet ; mors tamen ipſa, quæ imminet totum hominem perturbat, & quamvis vincat ſpes ſubſequentis muneris, torquet tamen metus non ſine dolore animum.

Sunt etiam viri fortes bellica virtute 129.
commendati, qui tamen cùm primùm ad certamen ſe accingunt, armisque ſe muniunt, impalleſcunt, palpitant, tremúntque, & quamvis per iram urgeantur, ac flammeſcant, adhuc per pallorem timere cernuntur : perinde viri pientiſſimi, qui DEO inſervierunt, cùm primùm in extremo ſe vident agone conſtitutos, licèt ſpei ſoliditate corroborentur ; timoris tamen concutiuntur perplexitate, & de vicina morte trepidant. Quo pacto Ezechias Rex invaleſcente ægritudine tabeſcens in imbres ſolvebatur lachrymarum, eò quia medium vitæ ſtamen inexorabilis Parca amputaret : *Ego dixi in dimidio dierum meorum vadam ad portas inferi.* Iſaia 38.
David ipſe licèt ſevera inedia, longiſque vigiliis carnem, cui per adulterium indulſerat, punierit, dixeritque ; *Genua mea infirmata ſunt à jejunio*, Pſalm. 118.
quamvis lectum turpitudinis inſtrumentum, per ſingulas noctes imbre conſperſerit lachrymarum, & ſtratum

ſuum fletu rigaverit, ut exculta jejunijs,
& flagris corporis ſui tellus diſceret vir-
Pſalm. 6. tutum flores germinare: *Lavabo per ſin-
gulas noctes lectum meum, lachrymis meis
ſtratum meum rigabo.* Licèt oculos in ge-
minos vertiſſet fontes lachrymarum ad e-
luendam maculam, quam aſpicientes Bet-
Pſal. 118. ſabeam contraxerant: *Exitus aquarum
deduxerunt oculi mei, quia non cuſtodie-
runt legem tuam*, quamvis gemitibus, &
ſuſpirijs præcordia rupiſſet, & delaſſatus
Pſal. 112. etiam ſuccubuiſſet: *Laboravi à gemitu
meo*: quamvis ſuum perpendens peccatum
Pſal. 50. intimis affligeretur viſceribus: *Iniquita-
tem meam ego cognoſco, & peccatum meum
contra me eſt ſemper.* Ac propterea cineri-
bus offam, & cibum inſpergeret, lachry-
Pſalm. 101. miſque potum temperaret: *Quia cine-
rem tanquam panem manducabam, & po-
tum meum cum fletu miſcebam:* & demum
quamvis poſt tot ſuſcepta jejunia, effuſas
lachrymas, toleratas calamitates audiviſ-
ſet à Nathano peccatum ſuum deletum,
2. Reg. c. 12. *Dixitque Nathan ad David; Dominus quo-
que tranſtulit peccatum tuum.* Nihilomi-
nus luctaturus cum morte contremuit, &
licèt in DEI miſerentis ſperaret clemen-
tia; adhuc ejus juſtitiam timuit, & mor-
te imminente expavit, & enixim DEUM
rogavit, ut à periculo eum eriperet: *Ne
Pſalm 101. v. 25. revoces me in dimidio dierum meorum.* Elias
itidem mortem fugiens per deſerta loca
aſylum quærebat.

130. Quòd ſi viri virtutum culturæ unicè
addicti, ſanctitate, & pietate inſignes, ita
in DEI clementia ſperârunt, ut ejus juſti-
tiam, ac mortem timuerint. Quis à
mente ita dejectus, ut in DEI ſperans
clementia timorem excutiat, ut vitijs in-
dulgeat, ſperans in vitæ extremo reſipi-
ſcere, & veniam conſequi? perinde ac ar-
bor inciſa in eam ruit partem, in quam
innato pondere propendet; homines eti-
am qua viventes propenderunt parte, mo-
rientes cadunt, & eodem pede, quo am-
bulare cœperunt, moveri deſinunt. Mi-
raculo datur, ſi vitam peſſimè actam mors
claudat laudabilis. Herodes Agripa prout
flagitijs vitam implevit, ita & mortem op-
petijt: in aula Herodis Regis puella ſal-
tatrix, quia in præmium ſaltationum ca-
put expetijt Baptiſtæ, quod carnifici am-
putandum objecit, etiam ſuum caput gla-
cie ſectum amiſit: Jezabel, quia ſangui-
nem ſitivit innocentis, ejus ſanguinem
canes biberunt, carnéſque vorârunt. A-
thalia Achabi, & Jezabelis filia cùm poſt-
quam ſediſſet in Throno nonniſi cruentis
cladibus delectaretur, miſerè interfecta à
militum Centurionibus periit, & cum ea
ſtirps omnis Achabea avulſa fuit; fuit A-
thalia ſupra omnes feras immanis, & ſævas
ac lugubre ſuperſtitibus reliquit documen-
tum, quid audeat mulier ſceptro armata;
eodem furore, quò Joramum maritum in
fraternas ſtimulavit cædes, in ſuorum ipſa
Nepotum, adeóque filiorum ſanguinem
debacchata eſt; adeò ut Syracides dixerit:
Non eſt caput nequius ſuper caput colubri, Eccleſ. 25.
& non eſt ira ſupra iram mulieris: qua-
propter exclamat D. Chryſoſtomus ſermo-
ne de S. Joanne Baptiſta loquens de mu-
liere nequam; *O malum omni malo pejus,
mulier mala; malum intolerabile, vipera
irremediabilis! venenum inſanabile! ſi in-
juriam patitur, inſanit; ſi honorem accipit,
extollitur: ſi potentis uxor ſit, non ceſſat
eum die ac nocte callidis ſtimulare ſermoni-
bus; blanditur nequiter, & quod vult im-
portunè, rapit violenter.*

Scimus, has fœminarum furias plu- 131.
res infamiſſe familias, fœdâſſe Regna,
quibus & fuere excidio, & ut relinquamus
Poëtis ſuas Medeas, Meduſas, Belides
Bacchides, Prognas, Phædras, Clytemne-
ſtras: ex hiſtoriis notæ ſunt Tulliæ, Fla-
viæ, Juliæ, Meſſalinæ, Agrippinæ, Pom-
peiæ, Herodiades, Fauſtinæ, Fredegun-
des, Drahomiræ, Brhunichildes, quarum
hæc poſtrema plurium Franciæ Regum ma-
ter, & avia, ut Regina moreretur, decem
dicitur ſua ope, & conſilio Reges inter-
fecisse; donec à Clotario capta, & ca-
melo impoſita in populi ludibrium circum-
ducta, & ad indomiti equi caudam per
capillos illigata, & raptata, cerebróque
calcibus equi eliſo, ac effuſo, reliquis mem-
bris per aſpera ſaxa, ſentes, & rupes per-
tractis, & diſcerptis pares ſceleribus pœnas
dederit, & ea ſupplicia, quæ dum vive-
ret alijs indixit, eadem moriens ſubivit; eſt
ſiquidem mors mala pediſſequa vitæ malæ.

Balthaſar vino gravis, & temulentus 132.
ſacra juſſit afferri vaſa, quondam à Patre
ſuo è templo ſurrepta Solymæo, & in Bæ-
lij Fano inter theſauros aſſervata in hono-
rem Deorum Chaldæorum exiccanda. Cir-
cumambulârunt inter profanas manus di-
cata vero Numini Cymbia, & inſervie-
runt haræ, quæ dicata fuerunt aræ, ſed
dum fervet convivalis luxuria, apparent
in pariete digiti manus ſcribentis ex ad-
verſo lumine menſam vino madidam, &
temulentiâ vacillantem illuſtrante. Ter-
ror ingens ſpectantes invaſit, & præſer-
tim Balthaſarem, in quem feralis ſcriptu-
ra maximè tendebat, & ejus necem, &
Regni everſionem prætendebat: *Eadem* Daniel. 5.
*nocte interfectus eſt Balthaſar Rex Chaldæus,
& Darius Medus ſucceſſit in Regnum annos
natus ſexaginta duos.* Quid potuit eſſe
triſtius hac menſa? quæ paulò ante vino
fluebant, mox ſanguine natant: non am-
pliùs choreæ hilares, ſed ſtrages funereæ
in orbes eunt: pro riſibus, & cantibus
luctus reſonant, & gemitus, ac eiulatus au-
diuntur morientium; pro ſuaviſſimis odo-
ribus, qui naribus adolebantur, peſtiferi

fœtor.

fœtores putreſcentium cadaverum faſtidium ingerunt: ſucceſsêre convivijs, & epulis crudelitas, & trucidatio, vini hauſtui ſanguinis effuſio, eſui carnium corporum dilaniatio, & excidium, & ubi lætum exhibuerunt ſpectaculum ſaltantes, tripudiantes, & convivantes Chaldæi, mox Perſæ tragœdiam aperuerunt, & gladijs convulneratos, ſagittis trajectos, haſtis confoſſos, ſaxis alliſos, pedibúsque calcatos exhibuerunt, & hujus tragœdiæ chorum exhibet Jeremias, inquiens. *Viſitabo ſuper*
Cap. 51. *Regem Babylonis; & ſuper gentem illam dicit Dominus, & ſuper terram Chaldæorum, & ponam illam in ſolitudines ſempiternas.*

135. Cruenta Machabæorum ſtrage delectatus fuit Antiochus; ſed cum Elephas omnus cæteris iracundior in agmine ferociſſimo cum ſtridore bariret, & ad ejus vocem perterrefactus Antiochus è curru, quo vehebatur calcitrantibus equis ceciderit, cúmque actubus omnibus contuſus eſſet, & ſimilis exanimi jaceret, ſatellites humo erexerunt, & manibus geruloram Babylonem deportârunt diriſſimis viſcerum tormentis tortum; ſed corporis cruciamentis acriora ſupervenêre afflicti animi ſupplicia, exprobrante conſcientia tot Judæorum millia ſine cauſa deleta; objiciebat memoria Judæam devaſtatam, Jeroſolymam flammis abſumptam, Sionis arcem per injuriam Dominis ſuis ereptam, ſacrum templum omni contaminationis genere violatum, theſauros direptos, aram victimarum pollutam, ſacra librorum monumenta ſuili cruore conſpurcata, & ſacrilegis ignibus deleta, lychnum immortalem extinctum, & ablatum; præcipitatas de muris religioſiſſimas virgines; in cruces actos pientiſſimos viros, enecatum ſanctum ſenem Eleazarum, & propter ſuillis carnis recuſatum eſum exquiſitiſſimis ſupplicijs afflictos, & ſublatos ſeptem ſelectos flores hebraicæ adoleſcentiæ, unà cum eorundem magnanima matre; ut & terram totam Iſraëlis per tot immiſſa bella ſus, deque everſam: hiſce cogitationibus DEI juſtitia vindex intus animum torquebat Antiochi; & exteriùs corporis cruciatus, ac dolores, vermèsque in inteſtinis enati, & intra cutem ebullientes, ſordéſque pediculares exortæ dirè corpus divexârunt, quæ animalcula rodendo, & mordendo viſcera omnia corruperunt; donec erupta carne diffluerent, ac fœtorem intolerabilem exhalarent, eſſétque Antiochus amicis, ſatellitibus, & exercitui, horrori, & averſioni: & pœnas, quas alijs dum viveret, inflixit, ipſe moriens infeliciter ſubivit, quia qualis vita fuit, talis eſt mors: & ſicut quæ diurnis agimus curis, eadem nocturnis horis recurſant, ita quibus in vita aſſuevimus, ea morientes revolvimus.

135. Memini cujuſdam, qui dum viveret, per multum temporis cogitaverat de lapide Philoſophorum conficiendo; cùm is in extremis vitæ conſtitutus interrogaretur, quid animo volveret, & quomodo ſe haberet, reſpondit de philoſophico lapide conficiendo ſe cogitare; eſt enim mors, quæ vitam imitatur, & quæ viventes mente volvimus, eadem morientes cogitamus, & ſicut quæ diurnis verſamur ſtudijs, nocturnis ſomniamus ludibrijs; ita quæ in vita egimus, in morte, cùm animam agimus, cacò deſinimus. Maximinus Imperator crudeliſſimus edictis, & atrociſſimis cruciatibus delere funditus Chriſtianos ſtatuerat; ſed divinâ mox ſe exercente juſtitiâ in morbum teterrimum lapſus eſt, & cùm aliunde nulla periculi evadendi ſpes affulgeret, Chriſtianos enixiſſimè rogavit, ut pro ſua ſalute DEO ſupplicarent; ſed miſerè obijt, quia quales vivimus, tales morimur.

Non ſolùm Reges, & Imperatores timuerunt imminentis mortis periculum, 136.
ſed & ipſi viri ſanctitate inſignes, culturâ virtutum illuſtres, quique DEO inſerviebant: etenim D. Bernardus morti proximus epiſtolam ad Arnoldum Bonævallis Abbatem dictavit, cujus tenor erat: Spiritus promptus eſt in carne infirma. Orate Salvatorem, ut tempeſtivum jam exitum non differat, ſed cuſtodiat. Curate munire votis calcaneum nudum meritis, ut is, qui inſidiatur invenire non poſſit, ubi figat dentem, & vulnus infligat. Quamvis qui Deo inſervierunt ſpem in DEI clementia collocaverint ſuam, non tamen ſine timore vixerunt, quia inter ſpem, & metum procedentes rectè inceſſerunt, præſertim mortem, & DEI judicium perpendentes. Narrat Joannes Clymachus, quemdam virum Re- *Grad. 6. poſt*
ligioſum, & ſolitarium, ſed vitæ remiſſioris *medium.*
ad extrema perductum, per integram ferè horam jacuiſſe omnium judicio vitâ defunctum. Sed cum ad ſe redijſſet, præſentes quotquot aderant, enixiùs rogavit, ut loco cederent, & abirent; cúmque egreſſi omnes fuiſſent ſurrexit, ipſe, & tugurij aditum lapidibus, obſtruxit uno duntaxat arcto foramine relicto, per quod fruſtulum panis, & hauſtum frigidæ poſſet accipere; hoc eſt, in hunc ſe carcerem damnavit, & duodecim totis annis cum nemine colloquium miſcuit; die, noctúque ſuſpiria emittebat, lachrymas fundebat, & præter panem, & aquam nil admiſit, nec demiſit in ſtomachum: ſedebat intus quaſi attonitus, & vultu ferè immoto, volvens mente, ac fixiſſimo cogitatu, quæ ſub exceſſum in extremis conſtitutus vitæ viderat, & inter ſuſpicia, & lachrymas per genas defluentes duodecim illos tranſegit annos, quibus exactis cum iterum mors immineret, alij Religioſi accolæ diſrupto pariete cubiculum fuere ingreſſi, cogarúntque enixim morientem fratrem, ut aliquod ſui monumentum ad exercendæ virtutis ſtimulum relinqueret: & hoc tantùm impetrârunt: *nemo qui revera mortem, & DEI judicium*

agnoverit, peccare unquam poterit. Quo viri illi aſcetæ ita ſperare in DEI clementia didicerunt, ut ſimul divinam timuerint juſtitiam, & inter ſpem, & timorem procedentes rectè inceſſerunt per ſalutis ſemitam.

138. Moris eſt, ait Epictetus, ut ſi viatores
Lib. 1. diſſert. Arian. cap. 26. viam audierint latrocinijs infeſtari, nonniſi cum comitibus eam ingrediantur, vel quæſtori, aut Proconſuli ſe ſocios adjungant, quo tuti procedant. Præſens vita aliud non eſt, quàm via hoſtibus, ac graſſatoribus obſita; ſunt enim in terra viæ omnes latrocinijs infeſtæ, mare naufragijs infame, res humanæ fluxæ, & fragiles, intellectus erroribus obnoxius, voluntas cupiditate depravata, cogitationes tumidæ, & inanes, & incertæ providentiæ noſtræ: quò tutè procedamus, neceſsè eſt ſocios nobis adſciſcamus ſpem, & timorem, quibus pericula declinemus, & ad cœleſtem patriam perveniamus. Hos comites adhibuit Jobus, & ſecurè pro
Cap. 13. v. 15. ceſſit, ſpem ſibi adſcivit Job. *Etiam ſi occiderit me, in ipſo ſperabo*, & degens in mortis vicinia ait. *Rurſum poſt tenebras ſpero lucem.* Timorem etiam adhibuit ſo-
Job. c. 31. v. 23. cium. *Semper enim quaſi tumentes ſuper me fluctus timui DEUM. & pondus ejus ferre non potuit*, & alibi. *Verebar omnia opera mea*
C. 9. v. 28. *ſciens, quod non parceret delinquenti.* Quòd ſi vir tam juſtus? & tot cultorâ virtutum inſignis, ita ſperavit in DEI clementia, ut ejus timuerit juſtitiam, & hæſitans, ac trepidans ſuſpectas habuerit omnes vitæ ſuæ rationes; quamvis divino teſtimonio ſimplex fuerit, ac rectus; quomodo peccator ſperaverit veniam, & non ſimul hæſitans trepidabit timens divinam juſtitiam, & præcavens peccandi pericula? Is tutè procedit, qui rectè inter ſpem, & metum incedit; ſpes DEO fidit, cui adhæret, & timor noxas omnes præcavet, & DEI mandata obſervat, quod eſt tutè procedere; ait enim Syracides.
Qui cuſtodit præceptum, non experietur quidquam mali. *Eccleſ. c. 8. v. 5.* In hoc portu ſpei, & timoris niſi anchoram fixerimus, naufragium non evademus. Si pericula vis declinare, Deum time, ait Syracides, *& in eo ſperans, mandata ejus obſerva, hoc eſt enim omnis homo,* *Cap. 12. v. 13.* *ergo ſi hoc eſt omnis homo*, ait Bernardus, *abſque hoc timore, ſine hac ſpe nihil eſt homo.* *In cant. Serm. 20.* DEI enim timor fons eſt, à quo pellucidi ſcaturiunt virtutum omnium rivuli; radix eſt, è qua pullulant flores bonorum operum, quibus æternam conſequimur ſalutem: appoſitè Caſſiodorus. *Principium noſtræ ſalutis,* *De Inſtit. Monach. lib. 4.* *ſapientiæque ſecundùm ſcripturas timor Domini eſt, de timore Domini naſcitur compunctio ſalutaris. De compunctione cordis procedit abrenuntiatio, id eſt, nuditas, & contemptus omnium facultatum. De nuditate humilitas procreatur. De humilitate mortificatio voluntatum generatur. De voluntatis mortificatione extirpantur, atque areſcunt univerſa vitia. Vitiorum expulſione virtutes fructificant, atque ſuccreſcunt. Virtutum pullulatione puritas cordis acquiritur, per cordis puritatem Apoſtolicæ charitatis perfectio poſſidetur.*

F I N I S.

Ad unicam DEI Gloriam, ut ipſe pravos quosque à me affectus abigat, & probos ingerat, Eúmque toto affectu deſiderem, & amem.

INDEX
RERUM PRÆCIPUARUM,
Quæ in hoc tertio volumine de humanis Affectibus continentur.

Prior Numerus Paginam indicat; poſterior eſt Marginalis.

A.

Aron, cur à mulieribus Hebræis aurea petierit ornamenta ad conflandum vitulum. 169. 66
Abigail blandis verbis irem ſedavit Davidis. 674. 5
Abigail intercedit apud Davidem pro Nabale. 418. 60
Abigail miti ſuada, blandóque eloquio Davidem delinivit iratum. 35. 131
Abimelechi electio, cur ænigmaticè rhamno æquiparata. 293. 36
Abimelechus Gedeonis filius duodeſeptuaginte fratres cruenta, & crudeli cæde interimit, quò ſibi ad regnum viam aperiat. 280. 37
Abimelechus filius Gedeonis potiturus regno duos deſeptuaginta ſuos fratres interfecit. 487. 69
Abimelechus orta ſeditione occiditur, quamvis plurimo ſtipatus milite. 487. 76
Abimelechus ſub ænigmate dumoſi Rhamni deſcriptus. 225. 55
Abimelèchus Sichimitas obſidet, & in præalta clauſos turri addito igne comburit. 338. 60
Ablavius ob ſordeſcentem avaritiam, & immodicum deſiderium, quo divitijs inhiabat à Conſtantino Magno reprehenſus. 84. 65
Abraham egreditur è patria, à rege Pharaone propter Saram divitijs cumulatur. 201. 36
Abraham ex mortis memoria culturam prædicit virtutum ſuis in poſteris. 82. 58 & ſequent.
Abraham, quia oblatas ſibi divitias à rege Sodomorum reſpuit, à DEO favoribus cumulatur. 208. 56
Abraham in monte Moria audit vocem inhibentem cædem filij Iſaac, & contra ſpem credit in ſpem. 109. 17
Abraham cur dicatur viam Angelis indicare, cum fuerit ipſe ab Angelis ductus. 428. 87
Abrahamus à Deo jubetur unicum ſuum filium Iſaacum immolare, quò ejus virtus clarior eniteſcat. 357. 51 Commendatur à SS. Patribus utriusque Patris, & Filij obedientia. 358. 52
Abraham quamvis ſenio confectus jubetur coram Deo ambulare, ut ſit perfectus. 452. 13. & 467. 6
Abrahamus ſepulchrum ſibi conſtrui ad magnificentiam curavit. 48. 45
Abrahami varij affectus in Iſaacum mox immolandum. 405. 20. & ſeq.
Abraham eductus de Ur Chaldæorum miris cumulatur beneficijs. 59. 60
Abraham poſt conſtructum ſibi, & uxori ſepulchrum non ampliùs DEI apparitione fruitur. 59. 60
Abrahamus DEO obſequuturus Iſaacum ducit immolandum ad montem, cui nomen Moria. 404. 19
Abraham timuit, cum opulentiora à DEO accepit beneficia. 409. 33
Abraham juſſus immolare Iſaacum tutè proceſſit inter ſpem, & metum. 715. 42
Abſcedere, & averti à DEO, quàm perniciosum. 472. 20. Utiliùs eſt mori, quàm à DEO exulare. 572. 21
Abſolon, qui eſpes ſuas in mundi regno poſuit, ſeipſum perdidit. 113. 29
Abſolonis ambitio, & mors infelix. 137. 26
Abſolon nititur patrem Davidem exturbare à regno, cui bellum indicit. 114. 30
Abſoloni mulus fuit carnifex, quercus patibulum, cæſaries laqueus. 114. 33
Abſolon è quercu pendulus triplici lancea à Joabo confoditur. 114. 31
Abſolon ſanguine Amnonis fratris ſolemne fœdavit convivium. 49, 18

Acha-

Achabus Rex Iſraëlis, quamdiu de morte non cogitavit, in omne proruit ſcelus. 66. 1

Achabus ad mortis nuntium dejectâ purpurâ, abjectâ chlamide cilicium induit. 67. 6

Achabus domum ſibi conſtruxit eburneam, ut pravis ſuis indulgeret affectibus. 68. 8. Achabus Thaidi pariatus. Ibid.

Achabus cur in domo ſua eburnea Jezabelem coronatam permiſit ſculpi. 68. 9

Achab Nabothi vineæ inhians, dolere quidem valuit, non ſcelus delere. 166. 53.

Achabus, cur domum eburneam ſibi ædificaverit. Divitijs affluens, delicijs frangitur, & vitijs temerator. 197. 17

Achabus pugnaturus in Ramoth Joſaphatum doloſè regijs veſtibus ornat. 231. 2. & ſequent.

Achabi lachrymæ, quia profectæ ex timore ſervili ſtatim aruerunt. 332. 41

Achis, cur cenſuerit, Davidem jugum non potuiſſe famulitij excutere. 360. 61

Achitophel Abſolonem armat contra Davidem parentem: & ejus perniciosa conſilia. 339. 65.

Actiones humanæ honeſtatem induunt virtutis, ſi modum ſervent, ſeu medium inter extrema. 704. 5.

Adam cum pomum momordit mortem ſibi, & nobis deglutivit; & è felicitate deturbatus in imum detruditur omnium miſeriarum. 252. 7

Adam vir uxorius Evæ illectus blanditijs injunctum ſibi à DEO præceptum transgreditur 397. 68. Cur poſt peccatum ſe abſconderit à facie DEI. ibidem.

Adam & Eva audaces, ut proruerent in ſcelus, timidi verò ad reſipiſcendum. 646. 70

Adamus, cur in paradiſo poſt præcepti transgreſſionem à facie DEI ſe ſubduxerit. 4.0. 66

Adam, cùm primùm pomum vetitum momordit, mortem deglutivit, quam in poſteros transmiſit. 332. 43

Adonias filius Davidis natu quartus audet paternum ſibi ſceptrum polliceri, tametſi David teſtamento Salomonem regni hæredem inſtituiſſet. 289. 25 Adoniæ ſpes viribus inniza humanis exaruit. 297. 26. Adoniæ nova vafra-menta ad pellendum è throno Salomonem. ibid. 27.

Adonias jubetur à Rege Salomone occidi. 297. 28. Adonias aſylum quærit in Ara. 297. 27.

Adoniæ, & Jonæ anthiteſes. 298. 29. Adonias petit Abiſag ſibi uxorem dari. 298. 27.

Adonias manu Banaiæ tribuni cohortis prætoriæ jubente Salomone interficitur. 298. 30.

Adverſa homini non deſperanti de Numinis opitulantis ſubſidio, non ſunt exitio, ſed virtutum exercitio. 154. 42

Adverſa nos vexant, ut plenam in DEUM fiduciam habeamus. 357. 50. & ſequent.

Ædificia caſura nullum poſſunt verum ſolatium fulcire. 152. 13

Æneas ſocios animo dejectos inter decumanos fluctus in ſpem erigit portûs, & gravioribus ſuperatis procellis, illos vocat ſocios laboris. 5. 10

Æneas affectum excitat deſperationis ob ineluctabile fatum Dardaniæ. 8. 24

Æternitas omnem excludit finem, nec metitur annis. 595. 83

Aër, quò ſublimior, eò ſerenior, ac ordinatior. 699. 83.

Affectus pravi in nobis naſcuntur, nobiſque adoleſcunt. 743. 58

Agag toto corpore contremuit, quia Samuelem viderit torvo vultu minas ſpargentem. 526. 7

Agricola ex priſtina virtute bellica, & militum pugnandi deſiderio, ſpem concipit victoriæ obtinendæ. 5. 12

Alexander Macedo à rebus ante geſtis, à diſſimulatis periculis ſpem excitat arcis occupandæ. 6. 23

Alphonſus filius Luſitaniæ Regis adoleſcens ſexdecim annorum poſt initas nuptias miſerè moritur in ſtramine. 65. 77

Amanus iraſcens Mardochæo ob ei denegata obſeqoia, quæ ſoli DEO debebantur cruentam cædem molitur. 654. 2.

Amanus in aula Artaxerxis procerum primus adigitur Mardochæo famulari, & ſuſpendio perimitur in eodem patibulo, quod Amano paraverat. 654. 3. & ſequent.

Amanus in aula Aſſueri exigens à Mardochæo cultum ſoli DEO debitum ſuſpendio perimitur 248. 55. Amanus Judaicam gentem radicitùs evellere adnititur. ibid. 56. & ſeq.

Amanus adigitur confuſus Mardochæo inſervire, ut prævius preco. 248. 89. & ſequent.

Amaraci floribus cur neo-nuptæ corona intexeretur. 689. 54

Amaſis regis Ægypti decretum ſuis injunctum ſubditis rationem reddendi præfectis provinciarum, & urbium de vitæ inſtituto, emolumento opificij, artis induſtria. 548. 79

Ambientes honores, ac dignitates, cur dæmones vocentur indigenæ. 252. 9

Ambitio detumeſcit, ſi ſepulchrali pulvere inſpergatur. 86. 69

Ambitio cæcutit, cum in ſublime niti putat, præcipitium ſibi apparat. 250. 2 & ſequent.

S. Ambroſius accuſatus ab Arianis, quòd oblatas ſibi à fidelibus pecunias ob ornatum templi in pauperum levandis miſerijs impenderet; quomodo ſe defendat. 170. 1.

Ami-

Rerum præcipuarum.

Amicus fidus plurimum adfert emolumenti. 58. 56

Amilcar Carthaginenſium dux Syracuſas obſidens ſomnio fidens vincitur, & capitur. 143. 53

Amilcar Syracuſas obſidens ſua fruſtratus ſpe victus, & vinctus urbem ingreditur. 291. 3

Amnon Thamarem ſororem ad illicita provocat. 101. 112.

Amnon impuris flammis exarſit, quia nulla mortis recordatione munitus. 102. 113

Amon Manaſſem patrem imitatus peccantem, non reſipiſcentem, ſe ipſum perdidit. 726. 3. & ſequent.

Amor DEI qualis eſſe debeat. 335. 52

Anachoreta animam agens variis pulſatus à dœmone tentationibus, pluribus reſpondet objectionibus. 517. 54

Anachoreta ex inferni meditatione plus cætaris profecit in exercitio virtutum. 558. 27

Anachreon unico uvæ acino ſuffocatus rapitur ad Judicium. 606. 22. Appius Sauphaus cum ovum ſorberet, mortem ebibit. Aulus Pompejus, & Marcus Juventius ſacrificia ad aram agentes, animam egerunt. Ariſtides morſu muſtellæ periit. Recenſentur plures inopina morte rapti ad judicium. 506. 22. Anima cum primum ſejungitur, à corpore judicatur: & qui hoc judicium ſerio perpendit, mundi voluptates, divitias, & commoda contemnit, & pravis omnibus affectibus frœnum injicit. 518. 46. & ſeq.

Anacreon Poëta uvæ acino ſuffocatur, & emoritur. 65. 76

Anania præ confuſione, & verecundia repentina morte corripitur. 527. 12

Ananias, & Saphira ob prolatum mendacium in pretio divenditi agri morte puniuntur temporali. 368. 85

Anaxagoras acceptâ per nuncios mortis ſententiâ, quid reſponderit. 85. 68

Anaxarchus conjectus in mortarium, ferreis piſtillis concuſus inſultat tyranno dicens: tunde follem Anaxarchi, quia Anaxarchum non contingis. 604. 1

Angelus Gedeonem præſtolaturus, cur ſub quercu ſederit. 120. 51

Angelus tutelaris, & cacodæmon aſſiſtunt homini animam agenti. 516. 50

Anomalia in aſtrorum motibus nunquam notata. 264. 48

Antiochus Epiphanes divinam Nemeſim à tergo experitur; è cella excutitur, doloribus torquetur, & infeliciter moritur; cum pure toto corpore ſcateret. 584. 41. Antiochus fœtorem declinaturus ſui corporis latiùs duxit morti obviare. 684. 45

Antipater plura ſcripſit Alexandro de matre ſua Olympia, & quid ei Alexander reſponderit. 5?8. 1

Antiochus Machabæos perſequitur, ſed à DEO graviter punitur. 767. 135

Antoninus Imperator larvam detrahit mundo, & ejus vanitates, ærumnas, calamitates, miſerias in ſcena exhibet aſpiciendas. 133. 62

Aodus Eglonem regem Moabitarum doloſè interficit. 228. 66

Arcades, cur lunulas calceamentis inſeruerint. 231. 1

Apoſtoli, cur reprehendantur, eò quia poſt aſcenſum Chriſti in cœlum ſtent aſpicientes in cœlum. 308. 63

Arion Delfino vectus marinos trajicit fluctus. 312. 19

Arca Noëtica, cur incolumis aquis innataverit cataclyſmi. 385. 20

Apoſtoli quamdiu ſperant in arte nautica naufragium evadere, furit procella acrior, quæ tunc tantùm ſopitur, cùm è ſomno Magiſter Chriſtus excitatur, in cujus ope ſperant diſcipuli. 115. 35

Apum examina tumultuariè errantia jactu pulveris quieſcunt, & priſtinas repetunt ſedes, 56. 49

Aqua, cur ſimul cum ſanguine effluxerit è latere Chriſti. 502. 7

Aquila cervū bello agreſſura plurimum collecti pulveris alarum flabello in cervi oculos injicit, donec ex aliqua rupe eum præcipitet. 79. 26.

Arca à Philiſthæis capta, non ut Iſraël perderet, ſed ut Philiſthæi caderent. 476. 36

Archimedes objectis ad ſolem ſpeculis, radios in unum coëuntes emiſit in naves Marcelli, quas in proximo litore combuſſit. 500. 3

Arcus cœleſtis poſt diluvium quaſi appenſus clavo nubiam ſignū fœderis. 406. 23

Ariſtides muſtellæ morſu emoritur. 64. 76

Ariſtoteles placaturus Alexandrum irâ excandeſcentem quid dixerit. 37. 137

Aſſentatores, & viri timorati, quomodo differant. 147. 55. Concionatores non ſint aſſentatores. ibid. 56

Aſtyages Medorum Rex Harpagū ſuorum conſcio ſecretorum aſſatas proprij filij carnes comedendas appoſuit. 49. 18

Aſyla, cur voluerit DEUS conſtituta in terris Levitarum. 171. 3

Aſylum fuit locus, ubi quisque quantumvis reus tutus erat. 60. 61

Aſyla miſerorum, cur juſſerit DEUS conſtrui in montium faſtigijs. 220. 39

Athalia Achabi, & Jezabelis filia per cruentas cædes ad thronum aſcendit Iſraëlis. 243. 43

Athalia interficitur, & Joas puer ſeptennis inauguratur Rex Iſraëlis. ibid. & ſeq.

Attalus philoſophus Spartæ fluvium, cur trajicere noluerit. 459. 41

Audacia, ad quos actus pertineat; & quomodo excitetur in appetitu iraſcente.

Audacia non eſt contemptus periculi, neque carentia timoris. 606. 12. & ſequent.
Audaces initio ferociunt, & præcipites ſunt, quatenus cæco impetu irruunt in pericula. 656. 16
Audacia multiplici frœno coërcetur. 608. 17
Audacia oritur à propriæ virtutis nimia exiſtimatione. 608. 18
Audacia non prodit fortitudinem, ſed puſillanimitatem. 608. 18. Hanc puſillanimitatem ab audacia Saulis ortam timuit David. ibid. 28. Audax neſciens frœnum injicere audaciæ prodit puſillanimitatem. 612. 31. Quod plerumque audacia eſſe videtur, eſt timor: & tauri tunc ferocire incipiunt, cum timent. 612. 33
Audentes fortuna iuvit pluries; ſed alios præcipites egit. 617. 47
Audacia in id evenit temeritatis, ut ea adoriatur, quorum aſſecutioni vires non ſuppetunt. 620. 55
Audacia Abſolonem rebellantem in patrem Davidem ad necem pertraxit. 623. 64
Audacia indicat animum ad omnia paratum, ſed perſæpe inertem, & ſtolidum. 627. 8. Audax timidus pavet. quia de ſua imbecillitate victoriam deſperat. ibid. Dæmones obviant Chriſto, & obſeſſum excitant ad querimoniam. ibid.
Audaces juvenes Roboamum perdidêre; qui ideò plures timuit, quia à pluribus timeri voluit. 631. 20
Audentes ſupra vires plerumque ſuperbiæ nebulis affuſi non vident, quò ſit cundum. 534. 30
Audendum nil temerè ab eo, qui cæteris præeſt. 538. 44. Audacia ſubditorum nunquam irritanda. 639. 47
Audacia plerumque ſuffragatur dignitati inhiantibus. 648. 74
Audacia, ſi in templo inſoleſcat, graviter punitur. 650. 80
Audacia, niſi coërceatur, non ſolùm diſcrimina adit; ſed etiam in ſcelera proruit. 12. 40
Audacia eſt motus proſecutivus appetitus, & fertur in bonum, ac præfertur timori. 12. 40
Audacia per ſe primariò fertur in bonum, ſecundariò in pericula, & difficultates, quæ occurrunt in ejus aſſecutione. 12. 42
Audacia differt à ſpe firma, & erecta. 13. 52
Audacia in militibus, plerumque eſt inconſiderata periculorum ſuſceptio. 13. 43
Audaciæ objectum eſt bonum, ut obſeptum periculis, laboribus, ac damnis. 13. 44
Audaciæ cauſæ excitantes principaliores ſunt tres; quæ recenſentur. 14. 45
Audaciam ſuis in militibus excitat Darius apud Curtium. 14. 46
Audaciam promovet in ſuo exercitu Alexander à diminutione virium hoſtilium. 15. 49
Audaciæ ſpiritus excitat Xerxes apud Herodotum. 35. 48
Audaciæ animos ſuſcitat Turnus apud Virgilium, eò quia gladium à Vulcano acceperit. 16. 51
Audaciæ effectus recenſentur, donantúrque explicatu. 16. 52
Audacia interdum coërcenda, quia niſi repreſſa fuerit, effectua lugubres procreat. 16. 53
Audaciæ coërcendæ plura exhibentur frœna. 17. 54
Avarus hydrope laborat, nunquam ſitim congerendarum divitiarum extinguit. 172. 9
Avarus perinde aurum ſitit, ac hydropicus aquam. 196. 21. Mari paratur. ibid. 23
Avaritiæ æſtus non extinguitur, niſi ligna ſubtrahantur divitiarum. 183. 45
Avarus cum Dite inferorum ficto Numine pariatur. 183. 46
Avarus acervatis divitijs inferni Veſuvium accendit, ſibíque acceſſit. 184. 48
Avari divitias aſſervantes aſpidem proprio foveot in ſinu, cujus veneno pereunt. 149 3
Avarus perinde, ac area, auro vel argento oppleta non eſt dives, ſed pondere premitur. 157. 18
Avaritia laxiſſima eſt vorago. 158. 33
Auguſtus Imperator in vitæ ſupremo die amicos percunctatus, num in ſcena hujus vitæ aliquid plauſu dignum egiſſet; ſubdit: ergo plauſum date. 80. 53
Auguſtus nunquam ſenatui, nunquam populo fuit locutus niſi præmeditatò. Decet principem pauca loqui. 599. 83
Aulas principum frequentantes neceſſè eſt alijs famulitio inserviant. 253. 12
Auri vis, & efficacia in flectendis hominibus. 202. 35.

B.

Bacchanalia agentes, & in glaciato flumine choreas ducentes disrupta glacie merguntur, & miserè pereunt. 574. 12

Balaam à Balac aſcitus, & ad congerendas in populum maledictiones expromptus in abdita tendit deſertorum, ut iniquis ritibus ſua cacodæmoni exhibeat obſequia; ſed à DEO ad meliorem convertitur frugem 362. 94.

Balaam vates vectus aſina ad anguſtias devenit duarum maceriarum prohibente Angelo itineris profectionem diſtricto gladio. 531. 24

Balaamus Ariolos ad Balacum acceſſurus aſinæ iraſcitur pergere detrectanti. 648. 75. & ſeq. & 683. 33.

Balthaſar rex voluptatibus cum ſcortis indulgens in convivio manum videt ſcribentis in pariete præmaturæ mortis ſententiam. 81. 54. & ſeq.

Balthaſar auditâ à Daniele mortis ſententiâ conturbatur, & in lachrymas ſolvitur. 81. 55

Balthaſar timore perculſus ob ſcripturam in pariete à manu incognita exaratam. 708. 21. & ſeq.

Balthaſar cur timorem excuſſit, cum primùm audivit interpretationem ſcripturæ per Danielem. 709. 24

Balthaſaris luxus in epulis deturbatus à manu ſcribente in pariete mortis ſententiam, ad quam interpretandã accerſitur Daniel ſuaſu Nitocris. 565. 48

Balthaſar rumulentus cymbia, quæ Numinis aræ inſerviebant, deſtinat haræ 769. 132

Beatior, ac ditior eſt, qui pluribus cupiditatibus caret. 158. 33.

Beatitudo, cur ſtatim propoſita à Spirito S. initio Pſalterij. 7. 19

Benada rex Syriæ in conflictu centum millia, ex ſuis militibus perdidit; & ſolatium à clementia Regũ in Iſraël expoſcit. 1 5.48

Benadadus perpetuus Iſraëlitarum hoſtis Eliſæum quærit ad internecionem. 839. 48

Bethſabea poſt adulterium, cur ſub allegoria ovis à Nathane Propheta Davidi exhibetur. 86. 11

Bilis intus intenſa fomentum eſt iræ; hæc extinguitur, ſi bilis refrigeretur. 701. 91

Bona mundi eminus conſpecta ſpem hominum innutriunt; ſed cominus poſſeſſa vileſcunt, & negliguntur deſpecta. 110. 28

Bona, quæ extra DEUM quæruntur, bona non ſunt; ſed purum nihil. 131. 8

Boni privatio, quod anhelo deſiderio concupiſcimus, acriorem ingerit dolorem. 568. 59

Bonorum amittendorum metus eorundem poſſeſſorem inquietat. 166. 18

Bona mundi, in quæ ſperant divitijs inhiantes à ſummo Bono avertunt. 166. 58

Brachmanes Indorum, cur diem natalem hominis nænijs, & lachrymis exceperint. 43. 1

Brunichildes regina Franciæ à Clotario capta ad indomiti equi caudam per capillos illigatur, & raptatur per plateas. 768. 131

Bunzij ad Sinas Numinis addicti cultui, cum fuſis precibus, ac voluntarijs ſupplicijs ſua in vota non valuerint Numina flectere, eadem bacillis diverberant, pœnas luitura. 56. 45

C.

CAcodæmon, cur ſatagat delere in homine mortis recordationem. 54. 56

Cacodæmon nititur per voluptatum illecebras, & aſſultus tentationum vires infringere, & validius virtutes evertere. 380. 90. Cacodæmoni quomodo obſiſtendum. 370. 91

Cacodæmon apparet S. Martino diademate redimitus, ac purpura eleganter indutus. 583. 43

Caligula, quia timeri voluit, plures timuit, à quibus occiditur: dicere conſueverat, *oderint dum metuant*. 632. 13

S. Cæcilia Valerianum maritum ad caſtitatis ſervandum florem pertraxit 61. 65.

Cæſar, cum pedem in limen impingit, animam agit. 54. 76

Cœleſtium motuum effectus varij in mundo elementari. 267. 49

Cœlum poſt Chriſti paſſionem laxatum, & peccantes, publicanos, & meretrices ſuſcipit. 287. 57

Cain perfunctorius in cultu Numinis, non niſi deteriores ei victimas obtulit, cum Abel quicquid pinguius eſſet in armentis, DEO ſacrificaverit. Id cauſæ cur ejus ſacrificium DEO fuerit gratum. 682. 31. Et Cain exarſerit in ira contra Abelem, quem & occidit. 682. 32

Cain poſt occiſum Abelem non fuit miſericordiam conſequutus, quia fugit à facie Domini. 366. 79

Cainus, quia DEI timorem excuſſerat, perfunctorius fuit in DEI obſequijs. 435. 103. Abelem fratrem interemit, mundùmque prima cæde funeſtavit. 435. 103

Cain perfunctorius in cultu Numinis Abelem fratrem interimit. 284. 46

Cajus Cæſar, quia navim aſcenſurus in terram cecidit, bonum inde omen ſumpſit. 307. 62

Calumnia quid, & quomodo vivis coloribus pingenda. 42. 157

Carolus V. Imperator imperio ſe ſpontè abdicavit ſoli DEO, & ſibi vacaturus. 78. 47

Cato Uticenſis Antiochiam ingreſſurus honores Demetrio paratos ſibi fieri vanè credidit. 142. 42

Catonis Cenſorini querimonia in ſenatu eò quia piſcis unus pluris veniret, quàm bos. 10.

Cauſæ excitantes affectum ſpei expenduntur. 5. 9

Certum relinquere pro incerto nunquam conſultum. 145. 51

Chilo Lacædemonius filium in olympicis victorem complexus, ex nimio gaudio esanguis corruit. 506. 20

Chriſtus, cur cæco, & paralitico denuntiaverit, ne impoſterum peccarent; non ita filio Reguli, nec filiæ Jairi. 186. 54.

Chriſtus in vertice Taboris montis ſuam diſcipulis oſtendit gloriam. 217. 28. Sed cur diſcipuli ſomno indulgent, cum debuiſſent vel maximè vigilare. ibid 29.

Chriſtus in deſerto, cur mediantibus diſcipulis paſcere voluerit famelicas turbas. 223. 50

Chriſtus in Taboris vertice ſuam diſcipulis oſtendit gloriam, quos cadentes erigit. Cum Dœmon facturus Chriſtum regem, caſum, lapsúmq; eidem ſuadeat. 217. 63

Chriſtus in regione Geraſenorum homini obviat Dœmoniaco ſepulchra incolere aſſueto, quem à dœmone liberat. 648. 36. Et cur Dœmones gregem adoriuntur porcorum, quos in mare demergunt. 684. 16

Chriſtus à Judæis captus, & à Juda proditus flagellis cæditur, ſpinis coronatur, & morte damnatur. 685. 41. & ſequen.

Chriſtus, cur ultimo loco paſſus ſit cor ſuum perfodi. 400. 3. Chriſtus cur à Joanne viſus in Apocalypſi cum gladio acuto in ore, & oculis flammeis, capillis tamen candidis tanquam lana. 400. 5

Chriſtus ſicco veſtigio fluxas perambulat maris undas. Petrus itidem deſcendens de navicula maris perambulat fluctus; ſed cum incipit mergi, timore corripitur. 406. 25. per accerſitum timorem ſecuritas ſtabilitur. ibid. 26.

Chriſtus hortum Getſemani ingreſſus triſtitia preſſus cadit in humum ſang[uin]éo madidus ſudore. 412. 41

Chriſtus à Juda oſculo proditus, & Judæis traditus initium ponit ſuæ paſſioni. 634. 12. & ſequent.

Chriſtus puer Herodem timuit, & fugit in Ægyptum, cum adultus non expaverit Judam cum armata cohorte. 635. 35

Chriſtus declinaturus Herodis perſecutionem fugit in Ægyptum. 635. 36

Chriſtus in navi ſomno ſopitus ortâ tempeſtate expergefit à diſcipulis, ut opem ferat. 638. 45. Blandis verbis imperat mari, & ventis, ut taceant, & obmuteſcant. 638. 36

Chriſtus, cur mulctaverit ficulneam infructuoſam. 659. 17

Chriſtus, cur diſtulerit venire ad Lazarum ægrotantem, ut ſanitati eum reſtitueret. 496. 97

Chriſtus, qui nobis eſt nunc via, erit nobis patria. 498. 102

Chriſtus, cur Matthæi 10. ſuos voluerit diſcipulos pauperes ſine pera in itinere; & Lucæ 23. iiſdem injunxerit ſecum deferro ſaculum. & peram. & comeatum, vitæque alendæ ſubſidia habere. 175. 19

Chriſtus in horto Gethſemani æternum Patrem orat, & ſudat ſanguinem. 377 60

Chriſtus in regione Geraſenorum liberaturus Dœmoniacum, cur Dœmonem interrogat; quod ſit illi nomen. 361. 67

Chriſtus cur ſuos voluerit diſcipolos adſtrictos baltheo caſtitatis, & eorundem manus fulgentibus ornatas lampadibus. 90. 83. Et cur primæ non meminerit, nec quartæ vigiliæ. ibid.

Chriſtus, cur fleverit, cum Lazarum reſuſcitavit quatriduanum; & lætatus fuerit, cum eius audiverit mortem. 50. 21

Chriſtus quomodo dicatur cœlum extendere ſicut pellem. 369. 88

Cinis ſepulchralis æſtui extinguendo concupiſcentiæ peraptus. 98. 105

Cleopatra Ægypti regina unionem ſummi pretij aceto liquatum Antonio, quem deperibat, ſorbendum propinavit. 105. 7

Clotildis, cum duriùs tractaretur ab Almarico marito Viſigothorum rege ſudariolum ſanguine imbutum miſit ad Childebertum, Clotharium & Theodoricum, fratres Francorum reges, qui iraſcentes Almarico bellũ eidem indixerunt. 29. 10

Cœnobita coquus ex meditatione ignis gehennalis jugiter lachrymis maduit. 572. 5

Cœnradi regis aulicus referente Venerabili Beda infeliciter moritur. 522. 67. Narratur hiſtoria, & quid cum ageret animam dixerit. ibid.

Columba, cur tantùm veſpere reverſa ad Noëticam arcam fuerit. 166. 56

Columba à Noëmo poſt diluvium dimiſſa ab arca, cur ad eandem reverſa fuerit, non ita corvus. 117. 42

Conflictus cum cacodœmone in extremo vitæ; recenſentur tentationes, & aſtutus dœmonis. 510. 34. & ſequent.

Coriolanus pernicioſis conſilijs in rempublicam conſpirat, à quibus à Volumnia, & Veturia avertitur. 35. 131.

Corocota prædo notiſſimus Auguſtum Cæſarem iratum in eundem mira fiducia delinit. 37. 138

Cornelius eques Romanus vir ſummæ frugalitatis, & non minus patrimonij, quàm corporis amans. 63. 74

Coronæ civicæ, murales, navales, obſidionales, quernæ, lauræ, aureæ ab Alexandro Macedone ſuum duxerunt initium, ut milites ad fortiter pugnandum allicerentur. 485. 65

Crœſus Lydorum rex nimia felicitate ebrius ob conſilia juvenum ſuadentium cruentas clades perijt. 634. 28

Corporis incommoda ſpiritui proſunt ad exercitia virtutum. 97. 98

Corvus, cur emiſſus ex arca, non fuit in eandem reverſus ſicut columba. 461. 48

Crates Philoſophus divitias merſit in mare, ne ab iiſdem ipſe mergeretur. 179. 53

Criſorius in extrema lucta, cum animam ageret, variè tentatus à dœmone, & opem petit à domeſticis. 116. 52

Convivia inſtituta ad conciliandas, ac nutriendas amicitias. 49. 16
Conviviis previ concupiſcentiæ affectus fovent, & vitia nutriuntur. 49. 17
Convivium ſumptuoſum Aſſueri Regis Perſarum. 49. 17
Convivium Cleopatræ paratum Marco Antonio, quem deperibat. 49. 17
Convivia Caligulæ, & Heliogaboli plus ſanguinis ſuderunt, quàm vini. 49. 18.
Convivia Thyeſtæa referta crudelitate, plusque fundunt ſanguinis, quàm vini. 49. 19.

D.

Dalila divitiis inhians Samſonem prodit; vinctúmque dat Philiſthæis. 189. 61. & ſequent.
Damneti in gehenna ex pluribus cauſis dirè torquebuntur. 579 30 & ſeq.
Damnati plus laboris ſubierunt pro acquirenda ſibi gehenna, quam pro æterna gloria obtinenda. 581. 35
Damnatorum fames, ſitis, vinum eorum venenum aſpidum inſanabile. 586, 53
Damnatorum pœna damni graviſſima, dolebunt videntes juſtos donari cœleſti gloria, quâ ipſi privantur. 586 54. & ſeq.
Damnatio æterna includit ſummi, infiniti, & æterni boni jacturam; quæ omnium maxima eſt. 589. 63
Damnatis amariſſimum obtinget volaticæ mundi adhæliſſe voluptatulæ. 590. 67
Damocles in Dionyſii Siracuſani opulentiſſimo convivio infeliciſſimus ob pendulum è ſummo laqueario gladium, qui filo innixus ejus capiti imminebat. 69. 14
Daniel in lecu leonum illæſus, edocuit exemplo leones jejunare. 410. 35
Daniel Draconem, quem Babilonii præter Belum colebant in ſubterraneo ſpecu ſtabulantem occidit. 410. 36
Danieli prandenti leones non nocuerunt quamvis diu jejuni. 411. 38
Daniel in fornace, quia in Deo ſperavit incolumis à famelicis leonibus evaſit. 118. 46
Daniel in aula Cyri Regis ex invidia procerum è dignitatis faſtigio dejicitur in lacum Leonum. 42. 159.
David adoleſcens deſcendit ad ſingulare certamen cum Goliatho, quem cataphractum inermis proſternit, capútque amputat gigantis gladio. 44. 162. & ſeq.
Davidis triumphus poſt interfectum Goliathum invidiam excitat in Saule Rege. 44. 163
David ob adulterium averſus à Deo, ut reſipiſceret, Nathan Bethſabeam ei objecit ſub allegoria ovis ſuo ſurreptæ vero Domino. 87. 72 & ſeq.
David è cæſa ove ſibi objecta ſpiritum vitæ haurit, quo reſipiſcit. 87. 73
David malignos ſpiritus à Rege Saule excutit, à quo tamen odio habetur. 87. 74
David in ſpelunca Engaddeæ ſolitudinis Sauli perſequutori parcit, & tantùm chlamidis fruſtulum præcidit, quo Saul innoteſceret potuiſſe a Davide occidi. 87. 74
David in tentorio Sauli parcit dormienti, integre etiam ſervata chlamide, quam in ſpelæo ſolitudinis Engaddeæ ſcidit; idque ob ſibi objectum mortis ſymbolum. 88. 76
David licèt à Patre neglectus, à Deo eligitur Rex Iſraelis, & ungitur à Samuele. 113. 27
David, quia in ſolo Deo ſperavit, ejus ſpes feliciter viruit, & optatos fructus tulit. 114. 30
David exiguis viribus, paucisque militum copiis numeroſiorem Abſolonis exercitum fugat. 114. 33.
David ad cæſæ ovis recordationem reſipuit, vitæ hauſit ſpiritus. 97. 102.
David inter ærumnas lætus, quia Deum cogitabat ſibi præſentem, & anguſtias intuentem. 462. 50
David tunc perfectè reſipuit, cum Deum cogitavit ſibi præſentem. 475. 31
David Saulem fugit, quamvis ab eo lædi non timuerit. 410. 34
David rejectis ermis cum funda, & lapide deſcendit in ſingulare certamen cum cataphracto Goliatho. 636. 38. & ſeq.
David non audacia impulſus, ſed Dei fiducia fretus pugnat cum Goliatho. 657. 42
David liræ ſono Saulis iracundiam compeſcit. 707. 91. & ſeq.
David inter ſpem & metum rectè, ac ritè proceſſit. 705. 11. & 711. 29.
David inermis armatum proſternit Goliathum, 241. 38.
David inaugurandus Rex pacificæ dicitur oleæ ſimilis; & Abimelechus Ramo. 225. 55. David in Regem à Deo eligitur. Abimelechus malis artibus ad Thronum aſcendit. 225. 57
David harmonico vocis, & liræ concentu dæmonem fugat, qui Saulem divexabat. 925. 2
David licèt fortiſſimus, ac delatis victoriis clarus Saulem fugit perſequentem, quamvis Goliathum non metuerit pugnantem. 925. 3
David è ſomno excitatus, quia vidit Betſabeam lavantem ſe, eam deperiit, ſimúlque ejus caſtitas periit. 46. 6
David cur ductus in triumphum, ac puellarum Pſalentium ſtipatus choris libidinis æſtus non ſenſiit, cum tamen viſâ Betſabea ſtatim impuras ebiberit flammas vel in frigido fonte. 47. 7
David cur Calendas à populo celebrandas vereatur, cum inermis armatum non ti-

muerit gigantem, nec cum illo ſingulare inire certamen. 48. 84
David quia in Deo ſpetavit gigantis gladio gigantem jugulavit Saul verò quia propriis artibus fidit ab hoſte vincitur, & à ſemet ipſo interimitur. 293. 14. & ſequent.
David adulterij, & homicidii reus, licèt fuerit populis offendiculo, & ſcandalo, quia tamen in Deo ſparavit, & reſipuit, veniam & ſalutem fuit conſecutus. 332. 42
David cur dixerit, ſolius juſtitiæ meminiſſe; cum miſericordiam ſemper ante oculos habuerit, 333. 46
David cur poſt patratum adultarium, & homicidium dicatur ſtutus indormira. 341. 2
Davidis lapſus poſt epulae, & meridiem, quia oculos non coërcuit. 319. 6
David anixim Deum rogat, ut liberetur ab incurſu, & dœmonio meridiano. 320. 7
David ob unum plura perpetrat flagitia. 320. 8
David quia ſperavit in Deo poſt lapſum ſurrexit, & contractas ſcelarum maculas lacrymis abſterſit. 321. 9. & ſeq.
David Goliathum Gigantem lapida è funda excuſſo proſternit, vincit, & Philiſthæos fugat. 359. 57
David ſuom fatetur peccatom, raſipiſcit, pœnitentiam agit, & veniam obtinet. 300. 59. & ſeq.
David ſpe Deo innixa armatus Goliathum expugnat. 176. 23. & ſeq.
David natu minimus cæteris præfattur fratribus, & ungitur Rex Iſrealis. 295. 19. Non corporis, ſad animi magnitudo, ac virtus à Deo æſtimanda, & promovenda ibid. 20
David quia in Deo ſperavit non ſolùm à vitæ fuit diſcriminibus ereptus, verùm etiam ad regium Iſraelis Thronum evectus. 295. 21
David frigidos, pellucidóſque Bethlemitici fontis ſitit latices, quoe tres milites hoſtium caſtra penetrantes eidem deferunt ſpe illecti præmij. 255. 20.
Deliciæ veræ extra Deum non inveniuntur; quia nullibi in mundo florent. 130. 5.
Deliciæ, quæ videntur in dignitatibus efflorere, ſantes ſunt, ac ſpinæ. 255. 17
Delicta filiorum Heli ſummi Sacerdotis qualia fuerint. 366. 81
Democritus cuidam iraſcenti quid reſponderit. 37. 137
Deſideria, quibus divitiie inhiamus noſtram non explent vacuitatem, ſed augent. 95. 95
Deſperatio coërcenda, ne in majorum trahat extremum 316. 1. & ſeq.
Deſperatio eſt actus averſivus, quo voluntae nolet impedimenta præcludantia boni futuritionem. 319. 2. Deſperationis cauſæ plures ex parte poſſibilitatis objecti ibid. 3.
Deſpetatio affectus tetertimus expenditur, ejus natura explicatur. 8. 24.
Deſperatio daplorat excidia, neces, clades, infortunia, calamitates. 9. 25
Deſperatio eſt iraſcentis animi ægritudo absque ulla rerum expectatione meliorum. 9. 29.
Deſpetatio an ſit receſſus, ac motus fugæ. 9. 28. An judicium poſitivum in intellectu circa objectum, quod deſperans cognoſcit ſe nunquam eſſe conſecuturum. ibid. 29
Deſperatio includit utrumque actum proſecutionis, & fugæ. 10. 31
Deſperatio, cur dicatur mentis fractio, animi deliquium. 10. 32
Deſperationis cauſæ excitantes. 10. 33
Deſperantis animi ſigna producuntur, & expendontur. 11. 34
Deſperationis effectus recenſentur, & explicantur. 31. 36
Deſperatione nil pernicioſius, nilque peius. 337. 59
Deſperationie contra ægritudinem alexipharmaca partim ad intellectum, partim ad voluntatem pertinent. 12. 38. Contra deſperationem mens erigenda in Deum. ibid. 40
Deſperationis conſilia viperini ſunt fœtus. 138. 63
Deus ubique præſens omnia luſtrat, & penetrat; nec ulla potis eſt creatura à ſua ſe præſantia ſubducere. 457. 1. & ſeq.
Dei miſerationes ſupra omnia opera ejus. 337. 59
Dei præſentis recordatio eſt hortus, cujus culturà vernant virtutes. 473. 23
Deus ſibi ſufficientiſſimus totem continet perfectionum plenitudinem, eſtque ſummè perfectus, ubique præſens. 438. 3
Deus omnes noſtros actus intimè penetrat, & comprehendit. 457. 33. Deus licèt ſit omnibus præſens, non tamen ſunt omnes Deo præſentes. 463. 55. & ſequent.
Deus licèt ſit nobis ubique præſens, non tamen ſumus nos ſemper Deo præſentes. 468. 8
Deus totus eſt oculus, & omnia in locis omnibus videt. 481. 36
Deum ſibi præſentem qui non cogitat, perperam agit. 488. 71. Deum eſſe ubique præſentem natura ipſa ſpiculo ſuo lumine claré oſtendit. 488. 72. Procul à Deo nequit quis impunè peccare. ibid. 73
Deus ubique nobis præſens, ac omnium noſtrarum actionum Inſpector, ne perperam agamus. 491. 78.
Deus cur quinta die laudaverit animantia, quæ condiderat; ſuámque illis fuerit be-

nedi-

nedictionem impertitus; & ſexta die hominem non laudaverit. 74. 35
Deus quia ſummè bonus movet voluntatem noſtram ad deſiderandum, agendum, & proſequendum. 271. 7
Deus, cur ſignatè hominem volatilibus cœli, ac piſcibus maris præfecerit. 112. 14
Deus ſolus poteſt noſtram vacuitatem totaliter implere. 118. 46
Deus quomodo timeatur, ſi ſpes timori opponitur. 717. 49. & ſeq.
Deus frequenter in ſcripturis dicitur juſtus & miſericors, ut ita ſperemus in ejus miſericordia, ut ſimul timeamus juſtitiam. 719. 57
Deus, quos amat arguit, & caſtigat. 341. 1.
Deus punit in hac vita juſtos in ſe ſperantes, ut glorioſiores efficiat. 342. 4
Deus permittit plures corruere, quò proprio lapſu eruditi meliores fiant. 366. 80
Deum qui poſſidet, bona omnia habet, éſtque omnium ditiſſimus. 133. 7
Deus non eſt ita miſericordiæ addictus, ut ſuæ obliviſcatur juſtitiæ. 393. 54. & ſequent.
Deum qui non timet, ipſa non timenda timet; & pœna non timentium Deum eſt omnia timere. 415 50
Deus, cur dicatur exercituum, non victimarum Deus. 555. 14
Deus cum impios hic punit virgam duntaxat adhibet, quâ pulveres excutit: ſed in extremo judicio gladium diſtringet è vagina ſuum, quo lethalia vulnera infligat. 518. 45
Dei gladius ſi tantùm viſus exterret; quid cùm erit cordi infixus? 519. 47. & ſequent.
Dies natalis apud Priſcos luctu, & planctu inſtitutus: & dies mortis plauſu, & gaudio. 45. 1
Dignitatum pelagus ſuos habet ſcopulos, in quos impingentes, qui dignitatibus inhiant naufragium patiuntur. 213. 15
Dignitates mundi Hiſtrionum perſonas referunt. 214. 19
Dignitas humana volaticum gaudium, ampulla inaurata, bulla aquea. 216. 24
Dignitate inſigniti plerunque ſomno indulgent, cum invigilare deberent. 218. 32. & ſequent.
Dignitate præeminentes debent populis ſubeſſe, ut rectè præſint. 219. 36. & ſequent.
Dignitatum celſitudines præcipitiis cinguntur. 245. 48
Dignitates ſine periculo non acquiruntur, nec poſſidentur. 256. 23
Domitianus ſe ipſum Numen ſacravit, inque Iovis ſinu in ejus extructo fano. 257. 26
Dignitates quò ſunt eminentiores, eò pluribus cinguntur præcipitiis. 259. 26
Dignitatibus inſigniti vertigini ſunt obnoxii, ne cadant fulciantur virtutum fulcro. 259. 29
Dignitas propriæ virtutis nitore debet clareſcere, non aliena luce ſplendere. 226. 60
Dignitates quò eminent ſublimiores, eò pluribus ſunt obnoxiæ procellis. 239. 30
Dignitates mundi ſomnia ſunt. 232. 40
Dignitates non niſi curas, ærumnas, calamitates, & diſcrimina accerſunt. 243. 48
Dignitas ſperantes alit, & fallit. 253. 10. & ſequent.
Dæmon oſtendit Chriſto omnia regna mundi, quæ & promittit, dummodò cadens flectat ſe in obſequia. 253. 10
Dignitas ſolitudinem exoptat; pares non patitur. 253. 11
Dignitates adeo ſunt noxiæ, ut Chriſtus Regiam præeminentiam declinaturus ſolus in montem receſſerit. 154. 14
Dignitates mundi volatiles, & amaritudine reſperſæ. 112. 24
Dignitates mundi temporaneæ ſunt, & nomina dumtaxat dignitatum. 111. 23
Dignitates ſunt vepreta, quæ ſperantes in iiſdem pungunt, & torquent. 209. 2. & ſequent.
Dignitates, quas mundus exhibet vanæ, & umbratiles. 209. 5
Dignitates mores immutant, rarò in meliores, frequentiùs in peiores. 209. 6
Dignitas æquè probos, ac improbos afficit; & probos non facit. 209. 4
Dignitates non ſolùm mores corrumpunt, ſed etiam quos in ſublime evehunt præcipites agunt. 209. 6
Dignitas, quæ eminet roſa eſt purpurea, ſed ſpinis circumſepta. 256. 21
Dignitatibus inſigniti ne cadant fulcro nitantur humilitatis. 259. 32
Dignitas vera, cui corona timor eſt Dei. 263. 41
Dignitates debent pro meritorum ratione impertiri, ut optimum promoveatur Reipublicæ regimen. 265. 52
Diluvii univerſalis calamitas, hominúmque interitus. 514. 30
Diluvium à Deo miſſum temporibus Noë terram totam cooperuit, & peccantes ſubmerſit. 435. 104 & ſeq.
Diogenes puero expuenti in ejus faciem cum loqueretur de ira coërcenda, quid reſponderit. 37. 137.
Diogenes paupertatis ſtudioſus. 158. 32
Dionyſius Siciliæ Tyrannus è ſceptro ad ferulam devolutus ob neglecta Platonis conſilia. 613. 28
Diſcordia per hypotipoſim deſcribitur à Petronio. Plerumque excitatur ex invidia. 42. 157
Dives Evangelicus fructuum copia pergravatus noctes ducit inſomnes. 95. 55.

De

De ampliandis horreis cogitat, non de morte proxima, quàm eadem nocte oppetiit. ibid.
Divites plerumque pravis ſuis famulantur affectibus. 97. 100.
Divitiæ Salomonis, & luxus, horti amœniſſimi, ac domus ampliſſima. 167. 61
Dives Evangelicus in inferno ſepultus, ſi toto corpore urebatur, cur ſolam linguam petiit refrigerari guttâ aquæ. 168. 64
Diſcipuli Chriſti cur profecturi per varias mundi partes promulgandi Evangelii causâ jubeantur ire ſine commeatu, abſque pecuniis ſine pera, & ſacculo. 170. 1
Divitiæ ab Eccleſiaſticis impendendæ in levandis pauperum miſeriis. 170. 1. & ſequent.
Divitiæ niſi pauperibus ſint levamini; poſſidentibus ſunt gravamini. 171. 4
Divitum felicitas inane eſt ſomnium. 171. 6
Divitiæ naturam imitantur aquæ fluxæ, tranſeunt enim, & evaneſcunt. 172. 7
Divitiæ meretrices comptas, fucíſque illitas æmulantur. 172. 10. & ſeq.
Dives non eſt, qui iis affluit, quæ illi non ſunt neceſſaria. 173. 12
Divitiæ ſunt pondera inutilia, gravamina non neceſſaria, quæ non niſi curas afferunt. 173. 13
Divitiæ ab Apoſtolis congeſtæ, quibus pauperum opitularentur miſerijs. 173. 14
Dives eſt, qui ſpem omnem in divitias à ſe longius abigit. 174. 16. & ſeq.
Divitijs inhiantes fructus non capiunt ex eis. 181 39.
Divitiæ Regum perbreves, vanidæ, ac futiles. 182. 44
Divitiæ ab avara muliere velo pietatis, ac devotionis acervatæ, ac ſub celæ pavimento reconditæ fuerunt in ejusdem damnationem. 184. 48
Divitiis inhiantes auri pretium congregant, quo gehennam ſibi emunt. 185. 51
Divitiis affluentes, vel inhiantes, ut plurimum vitijs indulgent. 187. 55. & ſequent.
Divitiæ ubi affluunt, ibi pericula ſemper imminent ſcelerum. 187. 57
Divitiæ, & earum pediſſequæ deliciæ Salomonem perdiderunt. 188. 59
Divitiarum cupiditas fraternam dividit, & extinguit charitatem. 188. 60
Divitiarum deſiderium proſtravit Samſonem, quem Philiſthæorum exercitus vincere non valuerunt. 189. 61
Divitijs, qui affluunt; delicijs diffluunt, & facile etiam vitiis indulgent. 193. 8
Divitiarum affluentiæ affines ſunt deliciæ, quas facile vitia comitantur. 198. 20, & ſeq.
Divitiarum aquæ noxiæ ſunt, ſuóſque mergunt poſſeſſores, ſi ad pauperes non ſinantur fluere ad levandas eorundem miſerias. 199. 26
Divitiarum aquæ à Præſulibus Eccleſiæ, in pauperes derivandæ. 200. 29
Divitiæ ab hominibus pluris fiunt, quàm conſanguinei, quibus illæ præferuntur. 203. 4
Divitiæ plus obtinent virium ad homines flectendos ad Numinis juſſa, quàm minæ, & flagella. 204. 41
Divites minus dolent de jactura ſanitatis, quàm divitiarum. 206. 48
Divites diriùs torquentur amiſſione divitiarum, quàm vitæ. 206. 49
Dives Evangelicus deſidioſus, cur mitiùs punitur paupere non habente veſtem nuptialem. 207. 51
Divitiæ larvatæ ſunt, aliud ſpecie extima exhibent, & aliud in ſe ſunt. 207. 53. Iridi pariantur. ibid. 54
Divitiarum cupiditatem Chriſti diſcipuli jubentur à ſe excutere. 208. 55
Divitiarum contemptui uberiora Deus opum ſpondet incrementa. 208. 57
Divitiis inhiantes difficulter Deo adhærent. 165. 55. David tunc Deo adhæſit, cum in terra degebat deſerta, & invia. 166. 55
Divitiis non nomine tantùm, ſed & re cognata ſunt vitia. 166. 58
Divitiarum cupiditas etiam Chriſti Diſcipulos in piſcatione obcæcavit. 166. 58
Divitiæ vana ſunt ſimulacra, fugaces umbræ, nocturna ſomnia. 149. 5
Divitiæ mentem divitis curis, ac ſolicitudinibus implent, ac mœrore torquent. 149. 4
Divitiæ piſcium S. Petrum ſtupidum efficiunt. 150. 6
Divitiæ ſpondent ſolatia, & non niſi curas, & ſolicitudines exhibent. 150. 7
Divitiæ cum ſperantur, torquent, donec acquirantur; acquiſitæ diſcruciant, ne amittantur; & amiſſæ vel lacrymas eliciunt, vel necem accerſunt. 151. 10
Divitiis affluentes; quia deliciis diſfluentes gehennam, cum vivunt, patiuntur. 151. 11
Divites immiſericordes, coacervatis divitiis gehennam ſibi emunt. 152. 11
Divitiæ aquas æmulantur Tantalicas, quæ ſitim acuunt, non extinguunt. 153. 14
Divitiæ, quas mundus exhibet egenæ ſunt, & & vacuæ. 155. 20
Divitiæ in mundi theatro ſuam exhibent ſcenam; ſuáſque divites perſonas agunt. 155 21
Divitiæ quas mundus exhibet, theatrales ſunt, perſonatæ, ac momentaneæ. 155. 22
Divitiæ mundi divites tantùm ſunt egeſtate, ac gravidæ paupertatis. 156. 23
Divitias qui ſitit hydrope laborat, nec ſitim extinguit bibendo, ſed acuit. 156. 24

Divi-

Divitias paupertati poſthabet Democritus Chriſtiano præfulgens cothurno. 156. 26

Divitiæ, quibus inhiant in eas ſperantes, egeſtatem non abigunt; ſed ad paupertatem adigunt. 157. 17

Divitiæ lætitiam, mentisque hilaritatem abigunt, quam paupertas fovet, & revocat. 158. 30

Divitiæ divitem inquietant, nec ſinunt eum ſomno indulgere. 159. 34

Dives pauperes exugens gehennam ſibi conſtruit. 160. 38

Divitiarum fructus ſunt curæ, ſolicitudines, animique moleſtiæ. 164. 51

Dives non eſt, qui ingentes congeſſit divitias, quas ſervet, eisque ſerviat; ſed qui ijsdem dominatur, ac illas pauperibus diſtribuit, quorum indigentijs opitulatur. 64. 51

Dives Evangalicus tortus gehennæ flammis, cur rogat Lazarum mitti ad fratres ſuos. 164. 53. Cur purpura, & biſſo indutus. 408. 31

Divitis cor ad vitia pronum. 165. 53. Divitiarum comites, ſunt fumus thuris eliciens lacrymas, & myrrhæ amaritudo. 165. 53

Divitiæ ſine dolore non congeruntur, nec ſine moleſtiis conſarvantur. 165. 54

Dives Evangelicus gehennæ flammis tortus, cur cupit mitti ad ſe Lazarum, qui aquæ guttâ ejus refrigeraret linguam, cui micam panis denegaverat. 268. 60

Divitijs inhiantes, & affluentes vitijs ſe inquinant nequioribus. 578. 45

Divitiarum affluentia vix à probro improbi ſcaleris ſejungitur. 579. 28

Divitijs tunc Abraham affluit, cum Saræ pudicitia in aula *Pharaonis* periclitatur. 579. 29

Divitiæ, quæ congeruntur, perinde fluunt, ac flumina. 176. 24. & ſeq.

Divites facilè fluctibus obruti divitiarum merguntur; niſi beneficentiæ portum appellant. 177. 27

Divitiæ delicias accerſunt, quæ vitia fovent. 177. 28

Divitiæ mundi non ſperandæ, ſed ſpernendæ. 179. 32. & ſeq.

Divitiæ nonniſi cogitationum fluctus, & mentis accerſunt procellam, quâ virtus naufraga perit. 191. 1. Perinde ac fluvij lenes fluunt, ſed procellas excitant. ibid. 2

Divites Gangi fluvio leniter fluenti, at in mare deſinenti pariantur. 191. 3

Divitiarum quæ arridet malacia in marinam tandem deſinit procellam. 192. 3

Divitiæ in exitu noxiæ, & amaræ, quæ blandæ, ac dulces in decurſu videbantur. 193. 4

Divitijs inhiantes, veluti marinos fluctus trajicientes in diſcrimina, & ſcopulos impingunt. 193. 5

Dymas latro quamvis ob patrata furta damnatus fuiſſet patibulo, quia tamen cruci affixus in Chriſto ſperavit, ſalutem conſequutus eſt. 109. 16

Doctor Pariſienſis tempore ſancti Brunonis jacens mortuus in feratro fatatur ſe accuſatum, judicatum, & damnatum. 514. 46

Dæmon Chriſtum in deſerto adorſus, primùm cum eum gulæ illecebris illexiſſet; poſtea inanis gloriæ admovit tormentum; ac divitiarum ſponſionem. 165. 54

Dæmon, quos ſibi devincit, ac ſub poteſtate habet moleſtiis non affligit. 356. 47

Domitianus Imperator, cur phengite gemma curavarit parietes enitere. 481. 54

Dominatio, & damnatio affinia nomina, plerumque etiam re correſpondent. 311. 7

E.

ECcleſiæ à fidelibus plerùmque prophanantur, & divinam provocant iram; 643. 61

Eccleſiis indormire, vel garrire auſui datur temerario. 641. 62. Eccleſias ſceleribus violare, quàm grave facinus; Chriſtum ejicit è templo, cui loci ſacri violatio timorem incutit. 644. 65

Eccleſiaſticos decet ſpem omnem in divitijs cumulandis excutere. 170. 1. & ſequent.

Eccleſiæ prærogativæ. ſub metaphora vineæ excultæ à patre familias expenduntur. 466. 1. & ſeq.

Echebertus, & Edilhunus monachi in Scotia Judicium timentes divinum pœnitentiis, & lacrymis ſatagunt vitæ anteactæ noxas eluere. 531. 23

Egillus Rex Gothorum à Tauro in furias acto interimitur. 54. 75

Eglon Rex Moab ob profanata loca ſacra ab Aodo interimitur ob religionis zelum. 651. 84

Elias, quia Deum cogitavit ſibi præſentem rectè proceſſit, & mira effecit. 463. 52. & ſequent.

Elias flammeo curru in ſublime evectus. 260. 35

Eliæ fugienti iram Jezabelis, & ſub Junipero quieſcenti Angelus vitæ ſubſidia miniſtrat. 317. 95

Elias multiplicat farinam, & oleum mulieris Sarephtanæ ob fiduciam in Deo. 317. 97

Elias iram fugiens Jezabelis, cur ab Angelo ſolo pane, & frigida paſtus, cum corvus lautiora ei ſuppeditaverit obſonia 329. 33

Elias integro triennio fuſis precibus cœ-

lum clauſit, ne pluvias in terram fonderet. 66. 3
Elias Achabo Regi terræ ariditatem prædicit, ut ad meliorem frugem eum adducat. 66. 3
Elias excitatæ Numinis iræ internoncius Achabo, & Jezabeli promeritam indicit mortem. 67. 5
Elias Thesbites ab Achabi expulſus aula ſolitudinem petit juxta torrentem Carith. 66. 3
Elias quovis humano deſtitutus ſubſidio, miniſtrante corvo divinitus accipit ad vitæ ſuſtentationem alimenta. 108. 11
Eliæ Abbatis pœnitentia, vitæ auſteritas, & timor judicij univerſalis. 542. 59
Eliſæus fœcunditatem impetrat fœminæ improli, in compenſationem pluries conceſſi hoſpitij. 496. 96
Eliſæus cur Giæſium divitijs affluentem neglexit ad luctum inflectere, & ad reſipiſcendum hortari, ſed tantùm pœnam luendam ei indixerit. 1 5. 50
Eliſæus puerum mortuum revocans ad vitam præſules edocet Eccleſiæ quomodo debeant ſe gerere in ſibi ſubditos. 222. 48
Eliſæi preces ad DEUM fuſæ mortuum puerum priſtinæ reſtituerunt vitæ. 223. 49
Eliſæus ad necem quæſitus à Benadado Rege Syriæ non timet hoſtes, quos humanitate vincit, & beneficijs cumulat. 636. 48. & cur in pueros clamantes *aſcende calve* ferocire voluit? ibid. 50. & ſequent.
Eliſæus jubet Regem Samariæ à cruenta clade abſtinere. 336. 57
Enoch fuit vir juſtus, quia cogitavit Deum ſibi ubique præſentem. 454. 19
Enos Sethi filius, cur dicatur cæpiſſe invocare nomen Domini. 266. 55
Epaminundas interrogatus quinam ex ducibus eſſet fortiſſimus deprædicandus, quid reſponderit. 500. 6
Ericus cognomento Bonus Rex Daniæ actus in furiam ad muſicos concentus plures occidit. 533. 29
Eſao cur deſcribatur hiſpidus, & ad iram pronus, & Jacobus ejus frater, lenis. 659. 18. & cur jure potiturus primogeniti aſperitatem induit Eſau, ac piloſas fingit manus. 660. 20
Eſau odio proſequitur fratrem ſuum Jacobum ob præreptam ſibi primogenituram. 117. 41
Eſau irrugijt dolens ob ſurreptam ſibi à Jacobo primogenituram. 526. 8
Eſau pruriens in lenticulam paratam à Jacobo vendidit jus primogeniti; & vili lenticula principatum decoxit familiæ. 577. 21. Indignè poſtea tulit, jus primogenituræ ſibi præreptum. ibid. 22
Eſdras cur averſurus Judæorum matrimonia cum gentibus ſacrificium veſpertinum inſtituit. 99. 107. Fuit Eſdras Sacerdos juris divini, & humani peritiſſimus. 100 108
Eſdras floruit ante Chriſtum annis 459. Linguam Hebraicam ad meliorem culturam, & uberiorem copiam reduxit. 100. 108
Eſdras flens in templo coram populo elicuit ab iſto lacrymas. 526. 9
Eſther Regina oratrix apud Aſſuerom regem populum Judaicum ab imminenti cæde liberat. 655. 4
Eſther blando eloquio Artaxerxem flectit in ſua vota, & incolumem ſervat Hebræam gentem. 35. 131
Eva quia audax ſerpentem adivit, nil veritas cecidit illuſa. 634. 31
Eva à ſerpente decepta prohibitum ſibi pomum comedit, & maritom ipſa decipit, qui cum pomo mortem deglutivit, quam in poſteros refudit. 481. 52. & cur Adam poſt peccatum ſe abſconderit. 482. 53
Expectare, & torqueri quomodo dicantur eſſe ſynonima. 268. 62
Extrema quæque præſertim in animo iraſcente ſunt declinanda. 703. 1. & ſequent.
Ezechias irundinis imitatus ingenium ipſam cæcitatem convertit in perſpicaciam. 325. 21
Ezechias Rex cilicio indutus, cinere inſperſus, lacrymis perfuſus Numini ſupplicat, ut obſidionis diſcrimen ab urbe Jeroſolima avertat. 138. 43
Ezechias ob Sennacheribi minas, & Judæam ſuſ, déque vertentis, morbum contrahit. 229. 69
Ezechias ut certior fieret de ſanitate recuperanda petijt, ut Sol retrocederet per decem lineas ſub meridiem in Acazis horologio ſciatherico. 229. 70
Ezechias quiſdonis ſibi oblatis oblectatus regno ſpoliatur. 229. 71
Ezechieli per viſionem objicitur Dei gloria ſub ſpecie quadrigæ quatuor vectæ animalibus. 232. 7
Ezechias lethali morbo laborans amarè flet timore præmaturæ mortis. 72. 21
Ezechias ad imminentis mortis nuntium Deum enixim rogat, lacrymiſque nititur in ſua vota flectere. 72. 23
Ezechias præmaturæ mortis refricans memoriam dies vitæ non minuit, ſed auget. 72. 24
Ezechias tunc mortem evaſit cum de imminente morte cogitavit. 51. 29
Ezechias novem ſupra triginta vitæ annos unam reputavit diem. 53. 31

Fabius

F.

Fabius cum pilo mortem ebibit in lacte. 64. 76

Fel eſt ira ſobitò excandeſcens; & vocatur etiam impetus. 25. 93

Felicitas mundi eminus conſpecta ſpem hominum nutrit; & cominus poſſeſſa vileſcit, & negligitur deſpecta. 110. 18

Felicitas mundi eſt perſonata, cui ſi larvam detrahis; non niſi miſerias continet. 138. 30

Felicitas vera ab honoribus, dignitatibus, & divitiis non ſperanda. 152. 14

Felicitas mundi bracteata faciem præſefert eblandientis; & rabiem fovet mordentis. 407. 28

Ferdinandus I. Cæſar horologiis fuit delectatus affabre concinnatis; ex pulſu dignoſcit furem, quem detinuit, donec horæ pulſarent, & furem accuſarent. 493. 87

Fervor ut effectus iræ, eſt vigor acerrimus dicendi, ſeu invehendi in vitia, vel in aliquem afferentem grave incommodum. 31. 117. Exhibetur fervor S. Joannis Chryſoſtomi invehentia contra vitia carnis. ibid. 118. Fervor S. Cypriani in eos, qui à culto veri Numinis tranſeunt ad immolandum idolis. 32. 119.

Ficulnea Evangelica fructibus deſtituta, licèt impenſo exculta labore. 116. 38

Ficus, quam Evangelicus colonus ſuæ implantaverat vineæ ſpei ſymbolum. 315. 86. Cur colonus ſe pati circa ficum terram fodiendo, teſtatur; cum de prolixis circa vites laboribus non conqueratur. ibid.

Fiducia noſtra tunc debet in Deo major eſſe, cum pericula videntur proximiùs imminere. 107. 13

Fiduciâ in Deum Elias perſecutionem Jezabelis evaſit. 317. 95

Fiducia noſtra in Deo collocanda, ne unquam deſperemus. 363. 69

Figura converſionis quâ plures ſimul congeſtæ quæſtiones unico diluuntur reſponſo. 491. 78

Filius in Evangelio prodigus, quia ſe inter Mercenarios dejecit, ut filius à Patre recipitur. 374. 100.

Filii prodigi frater natu major, cur in agrum exit, ne videat natu minorem in patriam reducem. 630. 17

Filius prodigus ad patrem redux oſculi blandimento excipitur reſipiſcens. 701. 89

Filii Matris Zebedæi dum dignitates petunt, ignominiam quærunt. 239. 31

Filius prodigus ſuam abligurit portionem, porcisque adſciſcitur. 291. 5. & ſequent.

Flagitioſi timent non ſcelera, quæ præcaveant; ſed mortem, quam exhorreſcunt. 415. 49

Flumina, quæ in mare feruntur; mundi referunt voluptates. 125. 67

Fœmina illuſtris in aula Mauritii Cæſaris præſcire cupit ſententiam ſuam Judiciariam, & quid illi reſponderit D. Gregorius Papa, ad quem hac ſuper re ſcripſerat. 530. 20

Fœminæ malorum in mundo omnium cauſæ. Earum crudelitates recenſentur. 244. 46

Fœmina adeo eſt viro noxia, ut plus eidem inferat damni, quàm hoſtilis exercitus. 190. 64

Fœtor gehennæ intolerabilis, & damnatorum corpora graveolentem exhalabunt Mephitim. 483. 43

Fœtor avernalis nos monet, ut non ſolùm oculos, aures, & manus, verùm & nares in officio contineamus. 584. 57

Fortitudo, cur lilio pariata. 618. 49. Vir fortis fuit Job in tolerandis adverſitatibus. 618. 50

Fortitudo in infirmitate perficitur, fitque nervoſior. 619. 54

Fortes deprædicantur, non qui audaces vitæ diſcrimina adeunt; ſed qui virtutum culturâ florentes pravos quosque inſurgentes affectus compeſcunt. 925. 1

Fortitudo eſt virtus juſtitiæ legibus obtemperans. 925. 2

Fortitudo eſt virtutum inviſtiſſima; quæ licèt pericula non appetat, ut temeraria; non tamen formidat, ut pavida. 603. 1. Hac virtute muniti SS. Martyres ſupplicia non timuerunt. ibid.

Fortitudinis effectus non eſt quævis malorum tolerantia, ſed ob virtutis honeſtatem. 604. 2

Fortes ſibi cavent, ne in lapidem vanæ gloriolæ impingant. 604. 3

Fortitudinis veræ ſpecimina dederunt ſanctè Martyres. 604. 4. Supplicia Martyrum plura. 605. 5

Fortes, cur non dicantur Cyclopes, neque qui gladiatorijs delectantur ſpectaculis. 605. 6

Fortitudinis præſtantia elucet illoſtrior in mortis diſcrimine. 605. 8. Vir fortis omnem pro morte ſubeunda ſolicitudinem deponit, & ad omne mortis genus paratum ſe exhibet. 605. 8

Fortitudo non eſt audacia. Dupliciter peccatur contra fortitudinem per exceſſum, & defectum. 606. 9

Forti viro ſi corpus vulneribus frangitur, integritas non læditur. 617. 45

Fortes non ſinuntur impetu rapi; non quò paſſio ducit, ſed quò ratio vehit, feruntur. 617. 46

Fortuna, quæ ſolet ſpes hominum alere vitrea eſt, frangitur, cum ſplendet. 139. 35

Frigus an rigeat in inferno, ut corpora damnatorum debeant præ frigoris rigore dentibus ſtridere. 574. 13. & quo-

modo intelligenda Jobi verba cap. 24. *ad nimium calorem tranſeat ab aquis nivium.* ibid. 14

Fulco Rex Hieroſolymorum inter venandum cum leporem inſequeretur miſerè mori. tur. 54. 75

Fuligo ignis ænigmaticè pœnam repræſentat gehennæ, & cur Moyſes juſſus eſt in cœlum eam ſpargere. 597. 88.

G.

GAladitæ,quâ induſtria Jephte præconceptam iram ſopire ſategerint. 693. 66.

Galba dignus imperio niſi imperaſſet. 209. 5

Galgagus miro artificio ſuos milites ad fortiter pugnandum excitat. 7. 15

Gaudium mundi, quò avidiùs ſperatur, & cupidiùs quæritur, eò lethaliùs nocet. 148. 40

Gedeon,cur jubeatur dimittere milites,qui in flexis poplitibus in aquam,non manu,ſed ore illam ebiberunt? 609. 22

Gedeon cum trecentis tantum militibus Madianitas militari ſtratagemate vincit, & fugat. 609. 22

Gedeon cur juſſus fuerit à Deo trecentos tantùm milites ſeligere ad proſternendos Madianitas, & quid ſignificet numerus ternarius. 610. 24

Gedeoni ſpicas perticâ diverberanti cur aſſiſtens Angelus ſalutem dixerit. 356. 46

Gedeon plenam de Amorrhæis victoriam laturus jubet ſolem ſuum ſiſtere curſum; & ſtetit Sol, ut caderet Amorrhæus. 480. 49

Gehennam ingredientes viventes frequenti ſuppliciorum conſideratione, morientes pœnas evadunt. 587. 58

Gigantes turrim conſtruunt, è qua bellum cœlo moveant. 620. 56

Gladium ex ore Altiſſimi prodeuntem vidit Joannes in Apocalypſi, ſen in eodem ore, à quo emanavit ſpiritus vitæ, exit inſtrumentum mortis. 431. 94

Gloria inani capti homines ingentes ædificiorum moliționes conſtruunt. 621. 58

Gloria inanis ſæva, & truculenta bellua. 622. 60. Inanis eſt illa gloriola, quam viri audaces per vitæ diſcrimina ſuperata difficilia nituntur aucupari. 622. 61

Gloria, quam vires audaces non ſine vitæ diſcrimine nanciſcuntur diaria eſt. 623. 62

Gloria mundi ſpumæ aqoeæ pariata. 171. 4 Herbæ ſub aquas ibid. Bullæ aqueæ. ibid. 5

Gloriam,quæ ſoli Deo debetur, homines nituntur ſibi partiri. 211. 8

Gloria vera in mundi dignitatibus non reperitur. 217. 27

Gloria mundi vento velocior prætervolat. 235. 16

Grues moderatis lapillorum ponderibus muniuntur; ne flante vento rapiantur. 259. 32

Grues nocte intempeſta excubias agentes lapillum pede ſuſtinent. 79. 27

Gula nos morti corporis, & animæ initiavit. Eſtque morborum omnium origo. 585. 51

Gula ſibis inhians delicatioribus mortem ſibi maturat acerbiorem. 586. 52

Gulæ voluptas,quia nobis cum brutis communis ſpes noſtras nequit alere, ſed tantùm fallere. 128. 44

Gullæ illecebræ dum hominem trahunt ad mundi delicias, ſpem ſubtrahunt poſſidendi ſummum Bonum. 118. 45

Gymnoſophiſtæ Indorum naſcentes homines planctu, & effuſis lacrymis proſequebantur. 45. 2

H.

HAienſes à Joſue puniuntur dum ſpectatores fiunt conflagrationis propriæ. 206. 48

Haſtilia quædam detorta, & obliquata adurî ſolent, quò priſtinæ reſtituantur rectitudini: & morum obliquitatem gehennæ ignis,ſi seriò conſideretur,corrigit. 550. 2

Hebræi cur ſtatuam adoraturi Nabuchodonoſoris patrias leges violant, quas Suſis etiam mortis contemptu religioſa colunt obſervantia. 202. 34

Hebræi,ut jugum Ægyptiacæ ſervitutis excuterent divitiarum ſpe allici debuerunt. 204. 41. & ſeq.

Hebræorum exitus ex Ægypto prævia nube præſignante itinera. 204. 43. & ſeq.

Hebræi pertranſeunt ſicco veſtigio mare rubrum, in quo Ægyptij cum Pharaone merguntor. 205. 46

Hebræorum exitus è ſervitute Ægyptiaca. 120. 52. Tranſitus maris rubri ibid. 53. & ſequent.

Hecdicij audaciſſimum factum in urbe Avernorum propugnanda contra Gothos obſidentes. 17. 55

Heliogaboli prandium orexi excitandæ, quàm ſedandæ aptius. 209. 1

Heliogabolus ex collectis araneorum telis Romæ magnitudinem metitur. 144. 46

Henricus II. Galliarum Rex Pariſiis filiæ nuptias celebrans haſtiludio infeliciter occidit. 65. 77

Heriſychton præ fame proprij corporis devorarir membra. 505. 20

Hemerocallis floris diaria pulchritudo ſymbolum humanæ vitæ. 63. 71

Hemerobius avis ad Hypanim fluvium eodem die, quo oritur, moritur. 63. 72

Herodes ambitionis vermula timet infantem JESUM in terris natum. 283.

Herodes licèt non fuerit ex ſtirpe Judæa natus, neque ex legitimo toru; quia audax, & temerarius ad thronum inſcendit Iſraëlis. 649. 79
Hethæorum regna licèt propugnaculis munitiſſima corrnunt. 181. 41
Hilarion anachoreta licèt ſeptuagintà annis DEO ſervjiſſet in deſerto, adhuc DEI judicium timet. 542. 68
Holophernes Judithæ capitur venuſtate, ſed temulentus à fœmina capite minuitur. 615. 35. & ſeq.
Holophernes veluti Aſſyriorum Prometheus Caucaſum invenit in Judithæ ſandalijs. 615. 30
Holophernes excidit opacatos lucos, ſylváſque umbroſas, ne putaretur Numina timere. 708. 19
Homo pulvis eſt, nec ſuam poteſt conditionem exuere. 79. 18
Homini non datur laudi, ſi ſuam in ortu proſperè vitam auſpicetur; ſed ſi commendetur, cum moritur, quia probè vixerit. 74. 30
Homo, cur non laudatus à DEO in ſua creatione; cum benedixerit, & laudaverit reliquas omnes creaturas, quibus homo præeſt. 75. 32
Homo non in exordio, ſed in fine vitæ laudandus. 75. 33
Homo non qualis oriatur ſpectandus; ſed qualis moriatur. 75. 35
Hominis corpus putre ſterquilinium, fœtens cloaca, corroptum cadaver. 75. 36
Homo flori pariatur fœni, qui per ſe illicò flacceſcit, & areſcit. 85. 66
Hominis vita bulla, & umbræ fuga. 85. 66
Homines audaces, adeò craſsè excutiunt, ut quo tempore vitijs indulgent, ſuppetias ſibi dari à DEO expoſcant, quem ſceleribus laceſſunt. 650. 80
Homo, qui deſcenderat in Jerichu, & incidit in latrones à ſibi inflictis vulneribus, cur vino, & oleo curetur. 748. 75
Homo navi marinos tractus trajicienti æqui-paratus. 172. 8
Homo conditus ad DEI imaginem, & omni inſtructus ſcientia, & rerum cognitione. 53. 34
Homo creatus à DEO immunis à mortis cenſu, & tamen ei ſuggerit mortis imaginem. 54. 35
Homo ab Ethnicis, & SS. Patribus per metaphoras conglobatas deſcriptus. 57. 58
Homo, cur inermis naſcatur, cum cætera animalia naſcantur ſuis inſtructa armis. 58. 55
Homo conditus ad imaginem DEI, locatúsque in paradiſo terreſtri. 353. 39
Homo detrectavit honoribus ſibi à Deo exhibitis inſigniri. 353. 38. Metallo datur. ibid.
Homo, cur arbori parietur, cum plures dentur arborum ſpecies, non hominum. 480. 48
Hominis laudatio non in exordio vitæ, ſed in fine. 470. 14.
Homo ad Imaginem, & ſimilitudinem Dei conditus ob plures prærogativas, ac perfectiones, quibus inſignitur. 211. 6
Homo, an verè reſipuerit, certò ſcire nequit niſi DEO revelante, proinde medius inter ſpem, & metum debet procedere. 707. 18
Homines plerumque audaces irruunt in ſcelera; qui lepores ſunt timidiſſimi in exercitio virtutum. 645. 66
Homines ad delinquendum inveniuntur intrepidi, qui ad obſequendum virtuti deprehenduntur timidi. 647. 73
Homo peccator reſipiſcens ita ſperet in DEI miſeratione, ut ejus non obliviſcatur juſtitiæ. 718. 55
Honor in ſola hominum exterorum opinione conſiſtit; nec dependet ab honorato. 214. 20
Honores à ſtudio plerumque alienant virtutis. 215. 21
Hoſtia conſecrata è ſacrilegis Diaconi manibus ſe ſubtrahit, per aëra volans ad altare contendit. 651. 84
Humanitatis dulcedine etiam barbarorum aſperiora ingenia dulcorantur. 695. 69
Hyena moritura ingemiſcit, ullulat, inclamat. 582. 86

I.

JAcob, quia ſperavit in DEO, fluxerunt ei ſingula ad votum. 300. 40
Jacob, & Eſau fratres gemelli habitu corporis, & indule animi perdiſſimiles. 301. 40
Jacob ab Iſaac parente ob ſenium cæcutiente extorquet benedictionem, quam Eſau primò genitus ſibi deberi ſperaverat. 301. 41. & ſeq.
Jacob declinaturus fratris Eſau odium proficiſcitur in Meſopotamiam. Scalam in itinere ſub dio ſomno ſopitus videt à terra ad cœlum uſque protenſam. 303. 50. Labano avunculo inſervit ob Rachelem, quam petit ſibi uxorem dari. 304. 51. Ex qua undenos in domo Labani filios ſuſcepit. 304. 53
Jacob poſt annos viginti in domo Labani revertitur in patriam cum Rachele, & filijs. 305. 55
Jacobi filij Joſeph, & Rubenus, cur diverſam fuerint fortunam conſequuti. 354. 42
Jacob per annos viginti Labano inſervivit ducturus Rachelem in uxorem, & qua induſtria deſudaverit. 489. 75. Cum La-

modo intelligenda Jobi verba cap. 24. *ad nimium calorem tranſeat ab aquis nivium.* ibid. 14

Fulco Rex Hieroſolymorum inter venandum cum leporem inſequeretur miſerè moritur. 54. 75

Fuligo ignis ænigmaticè pœnam repræſentat gehennæ, & cur Moyſes juſſus eſt in cœlum eam ſpargere. 597. 88.

G.

GAladitæ, quâ induſtria Jephte præconceptam iram ſopire ſategerint. 693. 66.

Galba dignus imperio niſi imperaſſet. 209. 5

Galgagus miro artificio ſuos milites ad fortiter pugnandum excitat. 7. 15

Gaudium mundi, quò avidiùs ſperatur, & cupidiùs quæritur, eò lethaliùs nocet. 142. 40

Gedeon, cur jubeatur dimittere milites, qui inflexis poplitibus in aquam, non manu, ſed ore illam ebiberunt? 609. 22

Gedeon cum trecentis tantum militibus Madianitas militari ſtratagemate vincit, & fugat. 609. 22

Gedeon cur juſſus fuerit à Deo trecentos tantùm milites ſeligere ad proſternendos Madianitas, & quid ſignificet numerus ternarius. 610. 24

Gedeoni ſpicas perticâ diverberanti cur aſſiſtens Angelus ſalutem dixerit. 356. 46

Gedeon plenam de Amorrhæis victoriam laturus jubet ſolem ſuum ſiſtere curſum; & ſtetit Sol, ut caderet Amorrhæus. 480. 49

Gehennam ingredientes viventes frequenti ſuppliciorum conſideratione, morientes pœnas evadunt. 587. 58

Gigantes turrim conſtruunt, è qua bellum cœlo moveant. 620. 56

Gladium ex ore Altiſſimi prodeuntem vidit Joannes in Apocalypſi, ſeu in eodem ore, à quo emanavit ſpiritus vitæ, exit inſtrumentum mortis. 431. 94

Gloria inani capti homines ingentes ædificiorum molitiones conſtruunt. 622. 58

Gloria inanis ſæva, & truculenta bellua. 622. 60. Inanis eſt illa gloriola, quam viri audaces per vitæ diſcrimina ſuperatu difficilia nituntur aucupari. 622. 61

Gloria, quam vires audaces non ſine vitæ diſcrimine nanciſcuntur diaria eſt. 623. 62

Gloria mundi ſpumæ aqueæ pariata. 171. 4 Herbæ ſub aquas ibid. Bullæ aqueæ. ibid. 5

Gloriam, quæ ſoli Deo debetur, homines nituntur ſibi partiri. 211. 8

Gloria vera in mundi dignitatibus non reperitur. 217. 27

Gloria mundi vento velocior prætervolat. 235. 16

Grues moderatis lapillorum ponderibus muniuntur; ne flante vento rapiantur. 259. 32

Grues nocte intempeſta excubias agentes lapillum pede ſuſtinent. 79. 27

Gula nos morti corporis, & animæ initiavit. Eſtque morborum omnium origo. 585. 51

Gula cibis inhians delicatioribus mortem ſibi maturat acerbiorem. 586. 52

Gulæ voluptas, quia nobis cum brutis communis ſpes noſtras nequit alere, ſed tantùm fallere. 118. 44

Gullæ illecebræ dum hominem trahunt ad mundi delicias, ſpem ſubtrahunt poſſidendi ſummum Bonum. 118. 45

Gymnoſophiſtæ Indorum naſcentes homines planctu, & effuſis lacrymis proſequebantur. 45. 1

H.

HAienſes à Joſue puniuntur dum ſpectatores fiunt conflagrationis propriæ. 206. 48

Haſtilia quædam detorta, & obliquata aduri ſolent, quò priſtinæ reſtituantur rectitudini: & morum obliquitatem gehennæ ignis, ſi seriò conſideretur, corrigit. 550. 2

Hebræi cur ſtatuam adoraturi Nabuchodonoſoris patrias leges violant, quas Suſis etiam mortis contemptu religioſa colunt obſervantia. 202. 34

Hebræi, ut jugum Ægyptiacæ ſervitutis excuterent divitiarum ſpe allici debuerunt. 204. 41. & ſeq.

Hebræorum exitus ex Ægypto prævia nube præſignante itinera. 204. 43. & ſeq.

Hebræi pertranſeunt ſicco veſtigio mare rubrum, in quo Ægyptij cum Pharaone merguntur. 205. 46

Hebræorum exitus è ſervitute Ægyptiaca. 180. 52. Tranſitus maris rubri ibid. 53. & ſequent.

Hecdicij audaciſſimum factum in urbe Arvernorum propognanda contra Gothos obſidentes. 17. 55

Heliogaboli prandium orexi excitandæ, quàm ſedandæ aptius. 209. 1

Heliogabolus ex collectis araneorum telis Romæ magnitudinem metitur. 144. 46

Henricus II. Galliarum Rex Pariſiis filiæ nuptias celebrans haſtilodio infeliciter occiditur. 65. 77

Herilychtoo præ fame proprij corporis devorarit membra. 505. 20

Hemerocallis floris diaria pulchritudo ſymbolum humanæ vitæ. 63. 71

Hemerobias avis ad Hypanim fluvium eodem die, quo oritur, moritur. 63. 72

Herodes ambitionis vernula timet infantem JESUM in terris natum. 283. 47

Herodes

Herodes licèt non fuerit ex ſtirpe Judæa natus, neque ex legitimo toro, quia audax, & temerarius ad thronum inſcendit Iſraëlis. 649. 79
Hethæorum regna licèt propugnaculis muniti ſſima corruunt. 181. 41
Hilarion anachoreta licèt ſeptuaginta annis DEO ſervjiſſet in deſerto, adhuc DEI judicium timet. 542. 68
Holophernes Judithæ capitur venuſtate, ſed temulentus à fœmina capite minuitur. 615. 35. & ſeq.
Holophernes veluti Aſſyriorum Prometheus Caucaſum invenit in Judithæ ſandalijs. 615. 30
Holophernes excidit opacatos lucos, ſylváſque umbroſas, ne putaretur Numina timere. 708 19
Homo pulvis eſt, nec ſuam poteſt conditionem exuere. 79. 28
Homini non datur laudi, ſi ſuam in ortu proſperè vitam auſpicetur; ſed ſi commendetur, cum moritur, quia probè vixerit. 74. 30
Homo, cur non laudatus à DEO in ſua creatione; cum benedixerit, & laudaverit reliquas omnes creaturas, quibus homo præeſt. 75 32
Homo non in exordio, ſed in fine vitæ laudandus. 75. 33
Homo non qualis oriatur ſpectandus; ſed qualis moriatur. 75. 35
Hominis corpus putre ſterquilinium, fœtens eloaca, corruptum cadaver. 75. 38
Homo flori pariatur fœni, qui per ſe illicò flacceſcit, & areſcit. 85. 66
Hominis vita bulla, & umbræ fuga. 85. 66
Homines audaces, adeò craſsè executiunt, ut quo tempore vitijs indulgent, ſuppetias ſibi dari à DEO expoſcant, quem ſceleribus laceſſunt. 650. 80
Homo, qui deſcenderat in Jaricho, & incidit in latrones à ſibi inflictis vulneribus, cur vino, & oleo curetur. 748. 75
Homo navi marinos tractus trajicienti æquiparatus. 172. 8
Homo conditus ad DEI imaginem, & omni inſtructus ſcientia, & rerum cognitione. 53. 34
Homo creatus à DEO immunis à mortis cenſu, & tamen ei ſuggerit mortis imaginem. 54 35
Homo ab Ethnicis, & SS. Patribus per metaphoras conglobatas deſcriptus. 57. 52
Homo, cur inermis naſcatur, cum cætera animalia naſcantur ſuis inſtructa armis. 58. 55
Homo conditus ad imaginem DEI, locatúſque in paradiſo terreſtri. 353. 39
Homo detrectavit honoribus ſibi à Deo exhibitis inſigniri. 353. 38. Metallo datur. ibid.
Homo, cur arbori parietur, cum plures dentur arborum ſpecies, non hominum. 480. 48
Hominis laudatio non in exordio vitæ, ſed in fine. 470. 14.
Homo ad Imaginem, & ſimilitudinem Dei conditus ob plures prærogativas, ac perfectiones, quibus inſignitur. 21. 6
Homo, an verè reſipuerit, certò ſcire nequit niſi DEO revelante, proinde medius inter ſpem, & metum debet procedere. 707. 18
Homines plerumque audaces irruunt in ſcelera; qui lepores ſunt timidiſſimi in exercitio virtutum. 645. 66
Homines ad delinquendum inveniuntur intrepidi, qui ad obſequendum virtuti deprehenduntur timidi. 647. 73
Homo peccator reſipiſcens ita ſperet in DEI miſeratione, ut ejus non obliviſcatur juſtitiæ. 718. 55
Honor in ſola hominum exterorum opinione conſiſtit, nec dependat ab honorato. 214. 20
Honores à ſtudio plerumque alienant virtutis. 215. 21
Hoſtia conſecrata è ſacrilegis Diaconi manibus ſe ſubtrahit, per aëra volans ad altare contendit. 651. 84
Humanitatis dulcedine etiam barbarorum aſpetiora ingenia dulcurantur. 695. 69
Hyena mortuora ingemiſcit, ululat, inclamat. 522. 86

I.

JAcob, quia ſperavit in DEO, fluxerunt ei ſingula ad votum. 300. 40
Jacob, & Eſau fratres gemelli habitu corporis, & indole animi perdiſſimiles. 301. 40
Jacob ab Iſaac parente ob ſenium cæcutiente extorquet benedictionem, quam Eſau primò genitus ſibi deberi ſperaverat. 301. 41. & ſeq.
Jacob declinaturus fratris Eſau odium proficiſcitur in Meſopotamiam. Scalam in itinere ſub dio ſomno ſopitus videt à terra ad cœlum uſque protenſam. 303. 50. Labano avunculo inſervit ob Rachaelem, quam petit ſibi uxorem dari. 304. 51. Ex qua undenos in domo Labani filios ſuſcepit. 304. 53
Jacob poſt annos viginti in domo Labani revertitur in patriam cum Rachele, & filijs. 305. 55
Jacobi filij Joſaph, & Rubenus, cur diverſam fuerint fortunam conſequuti. 354. 41
Jacob per annos viginti Labano inſervivit ducturus Rachelam in uxorem, & qua induſtria diſceſſerit. 489. 75. Cum La-

Labano ſibi reconciliato pactum init. 490. 76

Jacob Patriarcha ſenio confectus jubetur in Ægyptum proficiſci. 423. 74. Deum habuit protectorem. 423. 7

Jacob Patriarcha, cum inſerviiſſet quatuordecim annis Labano Socero dimiſſionem petjit, ut domui ſuæ provideret; & hanc dimiſſionem deberet quilibet alius expoſcere. 148. 77

Jacob, & Eſau de majoratu certant in matris utero. 117. 41

Jacob Patriarcha profecturus in Meſopotamiam propè Luzam ſomno ſopitus audit DEUM plura ſibi ſpondentem, præſertim terram, in qua dormiret. 119. 49

Jacob morte imminente Ephraimo, & Manaſſi benedicit, & Joſephum nobili legato locupletavit. 160. 38

Jacob Patriarcha, cur ignoravit Deum eſſe in domo DEI, ceu in loco ſancto. 362. 64

Jacob doloſo Rebeccæ matris artificio à caligante, ac ſenio confecto Iſaaco extorquet benedictionem, & jura primogenituræ, quæ Eſau natu majori debebantur. 178. 29. & ſequent.

Joabi moderatio in urbis expugnatione. 215. 23. Gloriam non ſibi, ſed Davidi tribuit. ibid.

Jacob declinaturus odium fratris ſui Eſau proficiſcitur in Meſopotamiam propè Luzam, ſomno indulgens ſcalam videt, quæ explicatur. 643. 62. è Labano Socero in patriam redux luctatur, cum cœleſti antagoniſta. 644 53. Et cur ſcala in ſomno objecta, illi timorem incuſſit; non ita Luctatorem timet. 644. 63

Jacob acceſſurus ad rubum flammis ſplendidum, cur jubeatur calceamenta ſolvere. 652. 86. Luctatur cum Angelo. ibid.

Jahel occiſura Siſaram, cur malleum, & clavum arripuerit, cum potuerit faciliùs gladio eum interimere. 433. 97

Jephte votum ſacrificandi Numini, quem ex familia primum, qui illi in patriam reduci obviâſſet. 282. 45

Jeremias inauguratus in Prophetam, timore DEI ſe præfixum ſenſit. 433. 98

Jericho urbs magnifica ſolo æquata tubarum clangore. 135. 20. Ob pravam divitiarum cupiditatem. 139. 21

Jeroboamus audaci temeritate avitam evertit Religionem, & à Deo punitur. 650. 80

Jeroboamus ſtabiliturus ſuum regnum religionem duxit funditus extirpandam. 317. 24. & ſequent.

Jeroſolymæ excidium, & quæ ad illud ſigna præceſſerint. 540. 52. & ſeq.

Jeruſalem, cur ſola eſſe dicatur, cum plena populo aſſeratur. 253. 10

Jeruſalem princeps Provinciarum, cur facta ſub tributo. 853. 16. Hoc tributum linguæ erant demulcentes principem. ibid.

Jezabel Achabi Regis uxor ſceleris ſtudioſiſſima à canibus in platea devoratur. 137. 27. & ſequent.

Jezabel Eliam Thesbitem perſequitur, quia Achabum maritum objurgaverit ob raptum Nabotho agellum. 67. 4

Ignis gehennæ ſulphureus, facilè ſurſum avolat, ut in montibus ignivomis Æthna, Veſuvio, & alijs; in quorum viſceribus ignis ſulphureus ſtabulatur. 763. 120

Igne ſulphureo Sodoma ſubvertitur. Incendium hocce extendebatur ſeptuaginta duo milliaria germanica in longum ex relatu Joſephi Hebræi, & in latum novemdecim. 863. 221. Lacus fœtidus in hoc terrarum tractu. Ibid. 122

Igne ſulphureo, cur punitum Pentapolitarum ſcelus. 764. 123

Ignis gehennalis æſtus refrigerat depravatæ concupiſcentiæ, & flammas extinguit fœtidæ libidinis. 550. 1. & ſeq.

Ignis torquendis corporibus in gehenna peraptum inſtrumentum. 555. 18. Ignis inferni urit, ſed non comburit, ſeu non abſumit. ibid. Ignis gehennalis corporeus eſt, & materialis. 556. 20. Eſt ſulphureus, ac teter. ibid. 21. ſulphurea materia bitumine immixta ſub terra ſtabulatur. ibid. Ignis gehennæ, cur dicatur ſubterraneus ad pœnam theſaurus. 517. 24

Ignei angues tunc in Iſraëlitas immiſſi fuerunt, cum cœleſtis ferculis pertæſus populus blaſphemavit. 578. 45

Ignis gehennalis, cur fluvius dicatur flammeus, & non potiùs torrens? 542 57

Imperatores Orientis recèns ad thronum promoti, ſepulchrum ſibi condi curabant. 78. 44

Imbecillitas, ac defectus virium eſt cauſa plerumque timoris. 20 69

Indignatio iracundiæ ſoboles expenditur. 37. 139

Induſtria adhibenda in excitando affectu timoris. 21. 70

Inferni ſeria meditatio morum obliquitatem ſuæ reſtituit rectitudini. 550. 2

Inferni meditatio in officina orationis hominem excudit ad normam ſanctitatis. 552. 8

Infernum dari in intimioribus terræ viſceribus edocent SS. Patres. 553. 9

Inferni locus eſt in terraquei globi meditullio, ubi vaſtiſſima eſt cavitas, in qua miſerè torquentur reprobi. 553. 11. Ejus capacitas quanta. ibid. 12. Inferni ſtructura qualiter concipienda. 554. 13

Inferni pœnæ duæ ſunt, ſenſus, & damni, & donantur explicatu. 554. 14. Corpora

pora damnatorum poſt finale judicium gehennali igne comburentur. 555 15

Infernalis ignis refricata memoria æſtus refrigerat depravatæ concupiſcentiæ. 559. 29

Infernalis ignis inſtar panaceæ morbis omnibus animæ curandis opportunè adhibetur. 559. 30

Infernalis ignis ſagax, & ingenioſos plures exhibet cruciatuum antitheſes. 560. 33

Inferni recordatio nunquam è mente exulet illius, cui ſalus eſt cordi. 561. 37

Infernus eſt cavitas in terræ meditullio feralibus umbris circumfuſa. 562. 39

Inferni fletus momentaneo, ac fucato mundi riſu emitur. 563. 43. Mundi voluptatibus inhiantes pyrauſtis haud abſimiles. 563. 44

Infernalis ignis meditatio præſentiſſimum alexipharmacum animi morbis curandis opportunum. 602. 100

Inferni ignis, quàm obſcuriſſimis obvolutus caliginibus, oculos tamen nobis aperiunt, ut pericula in illum elabendi caveamus, & ejus timore pravos quosque affectus coërceamus. 560. 46

Inferni ſeria meditatio Eremicolam edocet perſeverantiam in exercitio virtutum. 601. 98

Infernus terra miſeriæ, & tenebrârum. 565. 50. Ejus ignis ſulphureus. ibid.

Inferni cruciatus acerbior cæteris eſt ſummo Bono deſtitui, ac viſione DEI privari. 567. 55

Inferni tenebræ eò noxiores, quò reprobos DEI viſione, ac lumine gloriæ deſtituent. 568. 60

In gehenna damnati amariſſimè flebunt; & muſica non erit illis ſolatio, ſed cruciatui. 570. 6

Infernum dari, ſeu locum, in quo damnati æternum torquentur, quomodo evincatur. 518. 56. Infernus, ſi non daretur, divinæ derogaretur juſtitiæ. 519. 57

Inferos, qui dixerint eſſe humana corpora. 45. 3

Innocentia viri timentis DEUM evincitur ex eo, quia DEUM ſemper ſibi præſentem cogitavit. 470. 16

Inops eſt, qui opes deperit, quæ vix acquiſitæ pereunt. 182. 42

Inſularum ſplendor plures allicit ſperantes dignitate inſigniri, quorum tamen oculos perſtringit, ne videant, quæ imminent pericula. 361. 49

Invidia Danielem in aula Cyri regis è dignitatis faſtigio in lacum dejecit Leonum. 42. 159

Invidia nata ad perdendos, vel torquendos alios ſemper coërcenda, nunquam excitanda. 41. 160

Invidia, quibus adminiculis, frœniſque coërcenda. 43. 161

Invidia per malorum conglobatam congeriem deſcribitur. 43. 160

Invidiæ pœna præire conſueſcit, cum alia vitia à tergo ſequatur. 43. 161

Invidia alienam oſtendit virtutem, & propriam prodit turpitudinem. 43. 162

Invidia Davidem perſequitur non in campo opilionem; ſed in triumpho victorem. 43. 162

Invidiam pati datur laudi, & gloriæ patienti. 44. 164

Invidus illius bono contabeſcit, quem ſe ſuperiorem noſcit, vel parem. 44. 164

Invidia in alienam famam, honorem, & laudem graſſatur, ſéque ipſam torquet in aliena proſperitate. 40. 148

Invidia eſt triſtitia de bono alterius, quatenus per illud putatur, imminui proprium invidentis. 40. 149

Invidia ut plurimum torquet æquales. 40. 350. In mortuos ſuum non fudit livorem. Ibid.

Invidia naſcitur ex aliena felicitate, virtute, honore, excellentia, gloria, dignitate, præeminentia. 41. 153

Invidia ſub mundi exordio fraternum ſanguinem fudit, & una cæde tertiam hominum partem interemit. 41. 154

Invidia ſexum præſertim fœmineum torquet: & apud Vergilium Juno Didoni invidet. 41. 155

Invidia deſcribitur ab Ovidio per ſigna externa corporis, & præſertim vultûs. 41. 155

Invidiæ effectus recenſentur, & donantur explicatu. 42. 156

Invidia in aulis præſertim Principum regnat vegetior, cui ſubſerviunt Perfidia, Calumnia, Dolus, Fraus. 42. 169

Joabus poſt occiſum Abſolonem, Abnerum trucidavit, & Amaſam interemit. 367. 83

Joannes Patriarcha Alexandrinos à profuſis eleemoſynis dictus eleemoſynarius ſepultum ſibi condi curavit, ſed non abſolutum voluit, & cur. 78. 46

Joannes in Apocalypſi DEUM videt aſpectu timores incutientem. 382. 19

Joannes videt DEUM equo inſidentem albo, veſtitum veſte aſperſa ſanguine. 386. 32

Joannes Baptiſta Herodem redarguit impuritatis, & ejus caput fit merces ſaltantis puellæ. 665. 39

Job, quia DEUM cogitavit, ſibi præſentem perfectionis attigit apicem, nunquam perperam egit. 453. 15

Job, quo ſenſu dixerit, ſe nudum reverſurum in uterum matris ſuæ. 161. 42. Quid nomine matris intellexerit. ibid.

Job bonis omnibus ſpoliatus Protoplaſti innocentiam revocat. 161. 43. & ſeq.

Jobus bonis omnibus ſpoliatos fortior ſurrexic contre Tartereum hoſtem. 162. 46

Job, cur maledixerit nocti, in qua conceptus fueras. 267. 57. Et cur ſpe dilata cupit torqueri. ibid.

Job licèt preſſus erumnis, quia non deſperevit, ex jisdem emergit robuſtior. 375. 104

Job, cur moriens ſuos dicatur dies multiplicare, ut palma. 260. 33

Job nudus egreſſus de utero matris ſuæ; cur dixerit: & nudus revertar illuc. 61. 65. Et cur putredini dixeric pater meus, & mater mea. 61. 66

Job, cur etiam occiſus in DEO ſperaverit. 287. 56

Job, quia vir ſummæ virtutis, fuit ab initio conſummatus, & perfectus. 75. 34

Job, cur iraſcatur nocti, in qua fuit in matris otero conceptus. 680. 25. & ſeq.

Job ſedens in fimeto ſuas leniturus calamitates ſpei DEO innixæ acceſſit ſolatium. 274. 17. & ſeq.

Job, cur noctem, in qua fuit conceptus, voluit eſſe ſolitariam absque ſpe futuræ auroræ. 361. 60

Job mavult in ſepulchro perſtere, & cum vermibus degere cincre coopertus, quàm aſpicere in die judicij vultum DEI mundum judicantis. 540. 50

Job, cur à DEO Sathanæ divexandus extraditur. 239. 72

Jobus ſibi providus non palatium ſibi in urbe delegit, in quo degeret; ſed cellem ſibi elegic, in qua decederet. 540. 8

Jonæ pervicacie in non parendo Numini præcipienti prædicationem in civitate Ninive. 343. 7

Jonas in maris procella naofregus portom invenit in ventra ceti. 132. 79

Jonam fugientem ſequitur ultor DEUS: à ceto deglutitur, & defertur ed litus. 716. 40

Joſaphato inita cum Achabo amicitia plurimum attulit diſcriminis. 232. 4

Joſeph in carcere honoratur. 272. 10

Joſeph in Ægypto ab uxore Putipharis allicitur ad turpia, ſed beneficio fugæ illibatum ſecum defert lilium caſtitatis. 306. 58. & ſeq.

Joſeph, quie in Pincernarum ſperavit Præfecto ſuppetias ab homine expectaturus ærumnas adauget. 307. 61

Joſeph Patriarcha à fretribus demiſſus in ciſternam, poſtea venditus Iſmaëlitis. 201. 31

Joſeph ſomnia aperuit fretribus ſuam præſagientia præeminentiam, cum manipulos ſpicarum cœli prætulerit ſtellis. 226. 61. & ſequent.

Joſeph in eula Phareonis, quie DEUM timuit, caſtitate floruit. 426. 82. & ſeq.

Joſephi ſomniate fortunæ adeò fretres afflixit, ut ex invidia ſtatuerint ſomniatorem è vivis delere. 528. 13

Joſeph in domo Putipharis ideò pudicitiam excoluit; quie DEI præſentiam ſemper cogitavit. 418. 35

Joſeph in Ægypto caſtitatis culturæ addictus è ſuæ Heræ manibus elabitur; & beneficio fugæ rebellem in fœmina vincit concupiſcentiam. 100. 109

Joſeph mortis recordatione munitus laſcivientia mulicris retundit illecebras. 101. 110

Juditha mortis recordatione præmunita Holophernem proſternit, cui caput amputat. 102. 115

Joſeph in Ægypto detruſus in carcere ob cuſtoditam caſtitatem: quamdiu ſpem ſuam in homine poſuit, libertati non fuit reſtitutus; ſed cùm primùm in DEO ſperevit. 108. 12. & ſeq.

Joſeph, cur dum ad fevores Pincernæ recurrit, periculum divinæ maledictionis non incurrit. 109. 17

Joſeph in Ægypto ad illicita incitatur eb here, à qua relicto pallio fugit. 629. 12

Joſuë ducturus populum in provincias lacte, & melle manantes, cur terminos præſcripſerit. 193. 70

Joſuë morti proximus, populi Toparcas acerſit, quos ad veri Numinis cultum pertrahit. 55. 40

Joſuë, cur Hethæis oſtenderit terræ divitias, quas non poſſidebant. 181. 40

Joſuë demortuo eligitur à DEO judex Judæorum Juda, ex tribu cæteris fortiore. 608. 20

Joſuë ſelectis virorum copijs expugnat civitatem Hai. 359. 56

Joſuë ſenio confectus monetur à DEO, ut ceſſet à Manubierum acquiſitione; & terram æqua dividat partitione. 92. 88

Jovis ſimulacrum trinoculum ob triplex imperium. 483. 57

Iræ debacchantis motus turbulentiores, quibus homo dejicitur ab omni tranquillitate. 22. 78

Iratus homo Salmoneum redivivum imitatur in fulminibus jaciendis. 22. 78

Ire per quid differat eb iracondia; & quomodo irecundus poteſt non eſſe iratus. 23. 80

Iræ definitio multipliciter à pluribus traditur, ac variè explicatur. 23. 93

Iræ definicio tradite ab Ariſtotele expenditur. 23. 84

Ira bipartitur in tranſeuntem, & permanentem. 24. 85

Iræ cauſæ internæ, & externæ, proximæ, & remotæ explicantur. 24. 86

Ira quomodo dicatur DEO convenire, & quomodo lædatur DEUS à creature peccante. 24. 88

Ira quomodo animalia ſuccendat, ut unum animal alteri iraſcatur usque ad internecionem. 25. 91
Ira in aliquibus convenit cum odio inimicitiæ, in alijs differt. 25. 92
Ira tripartitur in tres ſpecies fel, impetum, & maniam. 25. 93
Iræ excitandæ cauſæ indicantur. Principaliores ſunt deſpicentia, & triſtitia orta ex contemptu. 26. 95
Iraſcuntur cæteris promptiùs, qui aliqua inſigniuntur excellentia, vel dignitate. 26. 96
Iræ cauſa motiva eſt contemptus ſe tenens ex parte objecti 26. 97
Irâ præ cæteris faciliùs accenduntur fœminæ, & qui literarum ſunt ſtudijs addicti. Qui aliqua laborant ægritudine. Qui in proprijs peragendis negotijs aliquo detinentur impedimento. 27. 99. & ſeq.
Ira ſolent excandeſcere, qui præter expectationem grave aliquod ſubeunt incommodum. 27. 101
Iræ obnoxij ſtatis quibusdam horis ſunt nonnulli ex propria complexione; & eos imitantur maris tractus, qui ſtatis horis marino æſtu cientur. 27. 102
Iræ motus acriores excitant Seneca Tragœdus, & Virgilius. 28. 103. & ſequent.
Iræ excitandæ regulæ exhibentur, & expenduntur. 28 106
Ira à nequitia perſonæ excitatur à Saluſtio contra Marcum Æmilium. 29. 107
Iræ concitatæ turbulentiores effectus indicantur, & expenduntur. 31. 116
Irati animi ſigna externa producuntur. 32. 120
Ira interdum eſt adeo vehemens, ut hominem uſu privet rationis, ac dejiciat à ſtatu hominis. 33. 122
Irati hominis ſpecies extima variè deſcripta à SS. Patribus. 33. 123
Ira perciti ad proba conſilia inepti; nec benè ſunt ſui compotes. 33. 124
Iræ effectus plures à Seneca recenſiti. 33. 125
Iræ inconcinnis motibus compeſcendis plura exhibentur lenimenta. 86. 127
Ira ſedanda, cum primùm ſuis incipit in cunabulis moveri. 35. 129
Ira dira, & atrox eſt bellua, cui niſi frœnum injiciatur, omnia in perniciem vertit. 35. 131
Iræ ſedandæ pueri, & inermes peridonei. 35. 132
Iræ alienæ à nobis avertendæ induſtria, & lenimenta. 16. 133
Iræ primi motus difficulter coërcentur, ſatiùs ſinere animum iratum focos foras emittere & paulatim ex ſe deferveſcere. 36. 113
Ira ex ſuſpicione contemptûs excitatur; neque extinguitur, quin opinio deſpicientiæ oblitteretur. 36. 135
Ira compeſcitur exemplo virorum ſapientum, qui iram coërcuerunt; & illatas ſibi injurias condonarunt. 37. 137
Iracundos, cur David ſerpentes vocaverit; & inſipientes aſpides. 602. 102
Iræ tyrannicus Affectus, niſi coërceatur, diſſidiorum eſt fomes, & excidium accerſit. 654. 1. & ſequent.
Ira pernicioſiſſimus in homine affectus, quem turpiſſime devenuſtat, proinde coërcenda 654. 1
Ira Erebi Megeræ accenſas quaſſanti tœdas pariatur. 654. 1. Ira Amanum perdidit. 656. 7
Iræ obnoxij, qui excellentiori ſunt dignitate præditi, & cur? 655. 10. Ira excitatur à contemptu perſonæ excellentis, & ex defectu excellentiæ incrementum ſubit ira flammarum. 657. 11
Iraſcentes ob contemptum dignitatis animi produnt imbecillitatem: ſitque ira character impotentiæ. 657. 72
Iræ, cur obnoxij ſtudioſi, & qui chartis impalleſcunt. 657. 12
Iræ effectus plures ſunt, & recenſentur. 658. 14. & ſequent. Ira nunquam ſolitaria incedit; ſed ubi caput extulerit, ei adſociantur vitiorum omnium cohortes. 658. 16
Ira hominem dejicit à ſtatu hominis. 660. 19. Ira viri præpotentis obvia quæque diſrumpens obſtacula, infringénsque repagula nonniſi hominum cædes, urbium clades, & populorum exitia molitur. 661. 44
Ira viri præpotentis marinæ pariatur procellæ. 661. 23. Iram Herodis declinaturus puer JESU fugit in Ægyptum. Sed ſi Chriſtus in mundum venit, ut hominum eſſet refugium, cur hominem fugit? 661. 24
Iram præpotentis coërcere perdifficile; vires videtur humanas excedere. 662. 26
Iræ flamma facilè ubique accenditur, ut etiam in glacie videatur adoleſcere. 667. 30
Ira præpotentis, cum perſtrepit, interimit; dum vires exerit, cruentas clades ſpargit. 663. 33
Ira adeò truculentum eſt monſtrum, ut huic affectui coërcendo impares ſint creaturæ vires 664. 34
Iræ ignis, quo præpotentum ebulliunt ollæ difficiliùs extinguitur. 664. 34. Plura exhibentur Principum exempla. ibid.

Ira percitus Pharao ob Hebraici populi fugam ex Ægypto, & inſequens fugientes punitur non ab Angelo, ſed à DEO, & cur? 664. 35
Iram præpotentis coërcere limites excedit naturæ. 666. 40. Idque expertus Joannes Baptiſta in aula Herodis cedit in pretium choreæ, & mercedem puellæ ſaltantis. 666. 40
Ira præ cæteris animi ægritudinibus nocentior, ejus æſtus turpiſſimè hominem devenuſtat. 666. 41
Ira eſt rationis naufragium, decoris exitium, honoris detrimentum, gloriæ excidium. 666. 42
Iracundi mens fonti turbido pariatur. 667. 43. Iracundorum conſortium declinandum ab iracundo. 700. 86
Ira filios Jacobi armat in perniciem Joſephi fratris. 668. 46. & ſeq.
Iracundo cedere indecorum non eſt. David iraſcentem Saulem ſæpius fugit. 668. 49
Iræ flammis ſuccenditur Jonas, quia dilapſo quadrageſimo die non viderit Ninivem ſubverti. 669. 50
Iræ malignitas non alijs, ſed ſibi adverſatur, éſtque ſibi abominationi. 669. 51. & ſeq.
Ira adeò deteſtabilis eſt, ut DEI iram armet in ipſam iram. 660. 58
Ira tunc prodeſt, cum ſibi iraſcitur, quia tunc ira iram proſternit. 669. 52
Iræ frœnum injiciendum, ne rectum transgrediatur rationis. 970. 53
Ira tunc juſtè ſævit, ſi in iram deſævit. 670. 54. Irâ percitus ſtulto pariatur. 670. 55
Ira, niſi iræ iraſcatur, ſemper noxia eſt. 672. 57. Ira, quæ iræ iraſcitur, virtos eſt. 671. 57
Ira adeò grave eſt ſcelus, ut divino mulctetur judicio. 672. 2. Iræ motus reipublicæ exitiales. 672. 1
Ira graviori mulctatur ſupplicio, quò ejus pronitas ad vindictam coërceatur. 673. 2
Iraſcens Cain in fratrem Abelem vultu dejicitur. 673. 3. Abelem occidit. ibid. 4
Ira, ſi intus ſtabuletur in animo, totum hominem perturbat. 674. 5. Iræ ſedandæ verba adhibenda blanda. ibid. 7
Ira naturam induit aſpidis. 674. . Iram Davidis blandis verbis ſedat Abigail. 674. 7
Ira ex quavis levicula ſuſpicione accenditur in iracundis. 677. 15. Jonas DEI Propheta iraſcitur. 677. 16, & ſeq
Iraſcitur Jonas ob areſcentem hederam, quâ à ſolis radio tegebatur. 687. 19. & ſeq.
Iræ ingenium eſt mentem turbare, lumen excutere rationis, etiam ex levicula cauſa. 680. 24
Ira præpotentum in imbecilliores, ut pluri mum ſuas exerit vires. 681. 30
Ira, quia in Præpotentes ſævire nequit, imbecilles ferire ſatagit. 683 33
Ira cædes ſitit, nec ſuas extinguit flammas niſi effuſo ſanguine. 684. 38. Ira Hebræorum ſævjit in Stephanum, cujus tamen facies eis apparebat, ut facies Angeli. 685. 40
Iræ poculum ſiccantes mentem exiccant, & irâ inebriantur. 685. 41. Ira vinculum amoris conjugalis disrumpit. 688. 51
Iracundi impelluntur ad ea, quæ ſemel acta nullam ampliùs admittunt emendationem. 687. 47
Iraſci inferioribus puſilli eſt animi. 691. 61. Ira à Principe ſedanda, ne in monſtrum degeneret. 692. 62
Ira principem dedecet. 692. 62. & ſeq. Iræ ſopiendæ plura exhibentur Alexipharmaca. 697. 74. & ſeq.
Ira quale ſit intus in animo monſtrum ex extimo vultûs habitu conjicitur. 697. 76
Ira in convicijs, & contumelijs quomodo coërcenda. 699. 83. & ſeq.
Iris eblandiens divinæ miſericordiæ tunc fulget in vitæ occaſu, quando in ortu adoleſcentiæ, reliquíſque per ætates ſingulas temporibus timor DEI pravos omnes in nobis affectus coërcet. 399. 1. & ſeq.
Iſaac à patre Abrahamo ducitur immolandus ad montem Moria. 109. 17
Iſaias vidit DEUM ſedentem ſuper ſolium excelſum, & elevatum, & cur DEUS ita aparuerit. 528. 14
Iſmaël dimiſſus è domo Abrahæ ſiti, & fame deficit. 463. 56. Ab Angelo ſuccurritur. 464. 57
Iſmaëli nil profuit, DEUM fuiſſe cum ipſo, quia Iſmaël in deſerto non fuit cum DEO. 465. 62
Iſraëlitæ, quia in deſerto inhiant divitijs Ægypti, nauſeant cœleſte ferculum. 578. 26
Iſraël Moabitarum oſculis delinitus, cum primùm vidit lugentem Esdram, & diſciſſo pallio in ſqualore jacentem, exanimatos irrugijt. 543. 64
Iſraëlitici populi exitus ex Ægypto, & tranſitus maris rubri. 89. 81
Iſraëlitico populo proficiſcenti per deſertum, cur nubes, & non potius Angelus, vel ſtella præivit. 190. 82
Iſraëlitæ tonitruorum fragore animantur ad ſtragem Philiſthinorum. 535. 33

Iſraëlitæ fugientes ex Ægypto conqueruntur contra Moyſem, & queruli clamant ad DEUM. 269. 64
Iſraëlitæ quoties ſperârunt in humano auxilio; toties calamitates, & diſcrimina invenerunt. 299. 33
Iſraëlitæ, quia ſperârunt in DEO per ſicca veſtigia in medio mari ambulârunt. 299. 34
Iſraëlitæ procedentes inter ſpem, & metum evaſerunt minas Holophernis. 710. 27
Iſraëlitæ, quia in Numinis ope ſperârunt in ſummis anguſtijs DEI experiuntur auxilium. 266. 78
Iſraëlitæ ob patrata flagitia cœlum contra ſe ipſos armârunt. 166. 78
Iſraëlitæ, cur in tranſitu maris robri duritiem non fuerunt experti in fluctibus, quos calcarent; cum D. Petrus acceſurus ad Chriſtum marinas undas perambulaverit. 83. 61
Iter ad vitam ſibi eripit, qui ſpem inter, & timorem non ambulat. 714. 40
Judas Iſcariotes pecunijs inhians Magiſtrum Chriſtum vendidit. 179. 34
Judas alabaſtrum unguenti à reſipiſcente Magdalena in Chriſti obſequium fuſi redarguit prodigalitatis, eò quia trecentis potuerit denarijs vendi. 180. 36. Avaritiâ ductus triginta argenteis, vili pretio eum vendidit, qui rebus omnibus pretioſis eſt longè pretioſior. 180. 37. & ſequent.
Judas cæteris audacior, quia propriam fovebat nequitiam. 628. 11
Judas, cur Thamari pro ſui corporis copia præſtita, hædum miſerit de gregibus. 48. 13
Judas avaritia ſordeſcens Chriſtum Judæis vendere molitur. 139. 67. & ſequen.
Judas Machabæus inſignem contra Gorgiam victoriam defert. 367. 84
Judas proditor tunc ſe perdidit, cum primùm cœpit Pontificum ambire favores. 138. 29
Judæi pluribus vexati ærumnis, & calamitatibus. 764. 125
Judæi, cur toto vicennio armis preſſi Ammonitarum, & oppreſſi. 282. 45
Judices divitijs inhiantes oblatis ſibi muneribus juſtitiam vendunt. 228. 63
Judicium DEI in fine vitæ quàm ſit diſtrictum, prodit religioſus adhuc in tyrocinio. 334. 49
Judicij univerſalis ſpectaculum terrorem incutiet etiam probis, & electis. 634. 30. & ſeq.
Judicium extremum nulli miſericordiam concedet. 534. 31
Judicij extremi lugubris apparatus terret, ut ſancto timore perciti pravos quosque compeſcamus affectus, & per ſtudia probitatis ſatagamus dextram judicis poſſidere. 537. 29
Judicij extremi refricata memoria DEI timorem in nobis excitat, quo à noxis caveamus. 537. 40
Judex æternus in valle Joſaphatæa viſus à Joanne cum gladio prodeunte ex ore. 537. 42. Hoc gladio DEUS Onan, & Her interfecit, phalanges Senoacheribi cruenta clade proſtravit. ibid.
Judicij univerſalis ad refricatam memoriam D. Hieronymus totus contremuit. 541. 54
Judicij extremi timor præcoquus vulnera præmature infligit, quæ impios turquent. 545. 66
Judicij finalis dies, cur non procul diſtare prædixerint plures, cum tamen nondum advenerit. 545. 68
Judicij finalis meditatio perutilis, quia à mundi voluptatibus, & lenocinijs meditantem avertit. 545. 69
Judicij dies, cur à Joële Propheta dicatur vaſtus, & ingens. 546. 70. & ſequent.
Judicij finalis timore, cur DEUS permittit famulos ſuos concuti. 547. 74
Judicij finalis meditatio, cur à regio Propheta vocetur prudentia cordis. 547. 75
Judicij univerſalis dies deteget, quidquid per totam vitam egimus, & quæ occultè ſcelera patravimus, manifeſta fient, & aperta erunt omnibus. 499. 2. Poſt hujus vitæ punctum linea incipit interminata æternitatis, quæ à ſententia dependet æterni Judicis, ut ſit nobis fauſta, vel infauſta. 500. 3
Judicante DEO mundum thronus ipſe Divinus impalleſcet, cœlum attratum contremiſcet, terra horrendum immugiet, & orbis totus concutietur. 500. 5. Plures, qui nunc habentur felices, in die judicij miſerrimi erunt. 500. 6
Judicium duplex peculiare unum, quod ſtatim fit poſt obitum; aliud univerſale in die Judicij. 501. 7. & ſequent. Utrumque explicatur. ibid. Et ratione evincitur. 501. 9. Homines quomodo dicantur nudi judicandi abſque phaleris elocutionis; & Judex vocetur Radamanthus. 502. 10. Judicium, cur timuerit Huſſæus Princeps Job. ibid. 11
Judicij tempus, cur voluerit DEUS nobis eſſe incertum. 505. 15
Judex æternus, quo in loco ſit nos citaturus ad ſuum tribunal, cur incertum. 506. 21.
Judici æterno ſiſtuntur omnes cujusvis ætatis, & conditionis. 509. 28. Judicium DEI non eſt ſicut illud hominis. 511. 37

Judici æterno; quæ nobis videntur recta, erunt obliqua. 512. 28. Judicium DEI exactiſſimum: & particulare fit, cum primùm anima eſt vinculo ſoluta corporis. 513. 42
Judicij extremi recordatio frœnum pravis omnibus affectibus coërcendis peraptum. 513. 42
Judicium particulare fit eodem tempore, quo anima ſeparatur à corpore. 515. 47. Et in eodem loco, in quo quis moritur. Ibid. Judicij divini ſententia adeò erit terribilis, ut omni morte futura ſit acerbior. 518. 56. alia profertor in reos, & alia in juſtos. 519. 59. alia eſt ſententia in eos, qui ad tempus cantùm arcentur, à conſpectu DEI. 520. 6. Judicij extremi refricata ſæpius memoria frœnum injicit pravis omnibus affectibus. 521. 65
Judex divinus non cognoſcet ut ſuam animam vitijs coinquinatam, quia ut talem eam non creavit. 523. 69
Judicium univerſale quale, & quæ ſigna in cœlo ad illud. 524. 1. & ſeq.
Judicium extremum frœnum aptum concupiſcentijs omnibus, pravisque deſiderijs coërcendis. 525. 10
Judicium divinum metuendum ſemper, quia Judicis ſententia nobis ſit incerta. 529. 19
Judicij univerſalis ſæpius refricata memoria excitamentum eſt ad pœnitentiam agendam. 530. 22
Judicij die mali præ timore, & boni præ ſpe, & expectatione contabeſcent. 532. 26. Impius vix ſtare poterit coram judice juſta percito ira, & furore vultûs minas ſpargente. 533. 28
Juditha è papilione Holophernis, cur unum tantùm exegit conopeum. 193. 8
Juditha vidua Bethuliam è pertinaci vindicat obſidione. Holopherni obſidenti caput amputat in proprio ſuo papilione. 149. 9. & ſequent.
Juditha abſciſſum Holophernis caput, cur involverit conopeo. 195. 13
Juditha, cur amputatum ab ipſa Holophernis caput conopeo involverit, & in Bethuliam detulerit. 571. 8
Judithæ facinus, cum caput Holophernis amputavit, non datur audaciæ, ſed fortitudini. 612. 32. & ſequent.
Juditha frœno temperantiæ audaciam coërcuit, & de Holopherne triumphavit. 615. 40
Juditha ad nullum improbum amorem Holophernem excitavit. 716. 42
Juſtiniano Imperatori mortuo ſtragula veſtis, in qua opere phrygiò victoriæ repræſentarentur ab ipſo delatæ apponitur; ſed mors etiam ipſas victorias vincit. 65. 18
Juſti à Chriſto Domino ſoli æquiparantur coruſco. 89. 78
Juſtitiæ validiùs ferro aurum inſidiatur. 229. 69
Juſtitiæ divinæ rigor qualis; & cur Apoſtolus dixerit horrendum eſſe incidere in manus DEI viventis. 529. 17
Juſtitia in DEO non obliteratur à divina miſericordia. 515. 32
Juſtitia divina vindex ſuum acuit gladium in Ægyptios, Tyrios, Idumæos, Moabitas, Syrios, Aſſyrios, Chaldæos. 764. 116

L.

Lacedæmoniorum respoblica; quia præmijs donavit virtutem, & ſupplicijs vitium, floruit cultura virtutum. Has leges Philonius Philoſophus ſuaſit Thebanis ſervandas. 187. 59
Lacon, cum primùm ex editâ rupe vidit præcipitium, toto corpore contremuit, & retroceſſit. 595. 53
Lachrymæ reſipiſcentis Dæmoni infenſiſſimæ; & DEUM in vota flectunt plorantis. 346. 15
Lachrymas emiſit Chriſtus in horto Gethſemani, & in cruce. 346. 16
Lachrymas emittit Alexander Macedo ad præſentiam cadaveris Clyti, quem pridie occiderat. 346. 16
Lachrymæ maculas abſtergunt, delentque peccatorum. 347. 17
Lachrymæ Chriſti Lazarum in ſepulchro quatriduanum reſuſcitârunt. 347. 20
Lachrymæ reſipiſcentis Dæmones fugant, & peccata delent. 348. 21. & ſequent. Lachrymæ Magdalenæ. ibid. 23.
Lachrymæ ideo reſipiſcenti donantur, ut culpæ eidem condonentur. 349. 15
Lachrymas fuderunt quotquot ſummis fuerunt virtutibus addicti Catharina, Gertrudis Monaca, Pachomius, Cajetanus. 350. 30
Lachrymæ juſtorum flores irrigant virtutum. 550. 30
Lachrymæ Judithæ Bethuliam vindicârunt à pertinaci obſidione Holophernis. 351. 33
Lachrymæ, quas reſipiſcentia elicit gloriæ ſegetem irrigant ad uberrima incrementa. 289. 64
Lachrymæ reſipiſcentiæ omnem abſtergunt ſceleris maculam. 324. 16. & ſeq.
Lachrymæ Magdalenæ contractas per ſcelerata labes abſterſerunt. 324. 17
Lapſus Davidis in adulterium ob incuſtoditos oculos. 740. 49. & ſequent. Sed ſi reſipuit David, plures, qui ceciderunt, non ſurgunt cum Davide. 741. 52. Reſipuit David, & rectè proceſſit, ſed inter ſpem, & metum. 742. 53. & ſequent.

Latro in cruce pendens cum Chriſto, cur primus omnium paradiſum ingrediatur. 372. 97

Laudi vertitur homini, ſi ſit vir ſui nominis. 212. 11

Lazari pauperis, & divitis Epulonis vices in vita, & morte quàm diſpares. 369. 65. & ſeq.

Lazarus cur permiſſus in ſepulcro fœtere, cum potuerit ægrotus à Chriſto ſanari. 714. 39

Lazarus in ſepulcro quatriduanus à Chriſto reſuſcitatur; & cur infremuerit Chriſtus ſpiritu. 284. 48

Lectulus ſponſæ, quia floridus ſponſo non placuit; bene tamen ſi fuiſſet ſpineus. 740. 47

Lectulus ſponſæ ideo floridus, quia laquearia cypreſſina, ſeu mortis refricabant memoriam. 70. 17

Leo non timet cantum galli gallinacei, & cur horreat ad ejus apprehenſionem. 18. 60

Leonides cum trecentis Lacedæmonijs ſe ſe oppoſuit Xerxi ad Termophylas, eúmque vicit. 611. 27

Lex Moſayca dura, ut ab ipſis lapidibus, quibus inſcripta erat ſuam videretur duritiem contraxiſſe. 391. 49

Libithinæ feria recordatio præſentiſſimum eſt alexipharmacum animi morbis curandis. 60. 63

Lilia creſcunt abſque labore, non tamen ſine Numinis providentia. 182. 42. & ſequent.

Liliorum divitiæ diuturniores regijs opulentijs. 182. 44

Litæ Jovis filiæ miro artificio ab Homero deſcriptæ, & cur dicantur iræ coërcendæ peraptæ. 35. 131

Lothus cum tota familia juſſu Angelorum egreditur ex urbe Sodomorum. 525. 5. Impalluit licèt criminis expers, & totus exhorruit ad conflagrationem urbis. 525. 7

Lothus ab Angelis eripitur cum tota familiâ è Sodomæ incendio. Ejus uxor cur in ſalis ſtatuam converſa, & Lothus faber proprij infortunij. 286. 54. & ſeq.

Lucerna niſi accenſa ſplendeat viam non præmonſtrat, nec ambulanti eſt utilitati. 543. 62

Lubricum delinquendi, cur iniquitas dicatur calcanei. 547. 75. Hanc calcanei iniquitatem timuit S. Paulus. 547. 75

Lucifer appetens Dei ſimilitudinem in imum delabitur inferorum. 193. 7

Lucifer vana ſpe illectus enanciſcendi Numinis paritatem in imum detruditur inferorum. 251. 5

Lumbos præcingere, & lucernas in manibus tenere, cur à Deo jubeamur. 335. 52

Luna creditur ab. aſino epota, qui morte damnatur, ut deglutitam lunam mundo reſtituat. 20. 66

Luxuria eſt opus tenebrarum, latebras quærit ne propriam prodat turpitudinem. 630. 16. Hebræi, qui fœminis Moabitidis fuerunt immixti patibulo ſuſpenduntur. 630. 15

Lynceſtes accuſatus de patrato delicto apud Alexandrum Macedonem, quamvis toto triennio detruſus in carcere fuiſſet propriam meditatus defenſionem, mox eductus è carcere coram Judice loqui neſcit. 318. 55

Lyces princeps cenſuit vitam præſentem eſſe animo ſupplicium, haud ab eo abludens, quo homines vivi putreſcentibus illigantur cadaveribus. 52. 28

M.

Madianitæ à confractis lagenis ad mutuam concitantur cædem. 72. 28

Magdalena nubi pariata. 349. 24. & ſequent.

Magdalena quamvis lapſa quia in Numinis ope ſperavit ſurrexit, & lacrymis quas criminum contraxerat maculas abſterſit. 324. 18

Malcomus Rex Scotorum noctu cum Regnum luſtraret ſuffocatus perijt. 54. 76

Malitiæ currus quatuor circumvolvitur rotis ſævitia, impatientia, audacia, impudentia. 627. 7

Malum poteſt apprehendi dupliciter, ut arduum, & ut ſejunctum ab arduitate. 18. 61

Manaſſes plorimis gravatus ſceleribus, quia in carcere in Deo ſperavit, reſtituitur libertati. 287. 60. & ſeq.

Manaſſes tunc cæpit ad veram ſurgere felicitatem, cum vinctus cecidit in manus hoſtiles. 289. 63

Manaſſes Regem Iſraelis nequiſſimus religionem evertit, quam Ezechias ejus pater reſtautaverat. 388. 41. Sed reſipiſcens veniam à Deo obtinet miſerente ibid. 42. ejus filius Amon, quia Patrem fuit imitatus peccantem, ſed non reſipiſcentem in ipſo ætatis flore morte rapitur prænatura. 389. 43

Manaſſes antitheſin dedit Patri Ezechiæ proſſus diſſonam. 727. 7

Manaſſes dignos dedit pœnitentiæ fructus inter ſpem, & metum. 727. 9

Manaſſes fuit grande divinæ miſericordiæ paradigma; & omnibus documentum non deſperandi. 331. 40

Mania oritur ex ira permanente, ac diuturna, & dicitur à permanſione in memoria. 25. 93

Manna in deſerto corruptioni fuit obnoxia, vermes effudit, nauſeam movit. 401. 6

Manſuetudo iræ compeſcendæ peraptum alexipharmacum. 700. 87

Marcus Aurelius Imperator larvam detrahit mundo, ejúſque vanitatem detegit. 131. 8

Mare virgâ Moyſis percuſſum in binas ſcinditur partes, ſicca itinera aperiturum Iſraelitis. 120. 53

Margaritarum expiſcatio luculenter deſcripta. 130. 4

Maris elationes in aolis ſæcularium principum mirabiles ſunt. 262. 42

Marſilius Ficinus poſt mortem apparet Michaeli Mercato ex pacto ſimul inito. 598. 93.

Maximilianus I. Imperator in phengite lapide famulum deprehendit aureos ſurripientem. 482. 55

Mater filiorum Zebedei dum filios ſperat fore ut ad ſublimiora promoveantur; deteriora, ac inferiora ijsdem peroptat. 250. 1

Medicus cœleſtis curandis animæ noſtræ ægritudinibus perhumaniter ſe geſſit; & ita adhæſit humanitati, ut ſemel aſſumptam nunquam dimiſerit. 550. 3. Sed quia abuti voluimus ejus clementiâ, iram furoris ſui in die judicij contra nos accendet. 551. 3

Matres in obſidione Jeroſolimæ filios proprios præ fame comedeeunt. 505. 20

Medium, in quo virtus conſiſtit quomodo intelligendum. 704. 6

Megarenſes obſonant quaſi die craſtina morituri, ædificant quaſi ſemper victuri. 96. 96

Meretrix in Græcia dio in cœno libidinum merſa, omnibúſque gravata ſceleribus, quia de Numinis pietate non deſperavit, ſalutem conſequitur. 333. 48

Methiochi nomen Athenis celebre; & ex illo luctus infertur. 242. 40

Metellus in Hiſpania aris exceptus, & thure. 257. 26

Metus eſt de malo arduo, quod apprehenditur ut futurum. 19. 61. Timor propriè eſt de periculo alicujus mali, quod exiſtimatur probabile, ac declinatu difficile. ibid. 62

Metus peccati proveniens à cauſa extrinſeca inducente nos in malum culpæ. 19. 63. Timor eſt fuga quædam à malo apprehenſo ut futuro. ibid.

Metus dividitur in ſegnitiem, erubeſcentiam, verecundiam, admirationem, ſtuporem, & agoniam. 19. 64

Metus quo artificio excitandus. 19. 65

Metus incutitur à malo quod in triplex partitur genus. 20. 66

Metûs plures cauſæ excitantes adducuntur, & expenduntur. 20. 67

Mezentij crudelitas in torquendis hominibus colligatis cadaveribus putreſcentibus. 584. 44

Metus pavida natura explicatur. 18. 57. & ſequent. Metus eſt gravis concuſſio animi in mali expectatione, quæ plerumque plus afficit, quàm ipſius mali præſentia. 18. 58

Miles Chriſtianus quamvis millenis ſaucius vulneribus nunquam debet de victoria deſperare. 360. 61

Militem non arma affabrè elaborata, ſed fortitudo, & pugna commendant. 292. 8

Milites cur præſente principe fortirer pugnent, & ad victoriam ſtimulentur. 483. 59

Miſericordia Dei vel maximè illuxit in homine lapſo erigendo. 720. 59. Miſericordia, & juſtitia in Deo florent, illa in ſpem erigit; hæc timorem incutit. 721. 64

Miſericordiæ Dei fidentes mores corrigant, peccata deſerant, pœnitentiam non protrahant. 401. 7

Miſerationes Dei nullis coërcitæ limitibus: & ſuper omnia opera ejus. 341. 1. & ſequent.

Miſericordia Dei ſemper parata ad opitulandum peccatoribus, dummodo hi verè reſipiſcant. 365. 74

Miſericordia divina copioſiùs opitulatur lapſis, quàm ſtantibus, eò quia plus illi indigeant. 371. 92

Moris olim fuit, quô per tibicinem mors nocte præcedente nuntiaretur, & quanti fuerit timoris. 544. 65

Mors traiicientibus mare hujus vitæ ſi bene vixerint eſt portus; ſi malè naufragium. 168. 63

Mors quam vita proba præceſſit non eſt timenda, quia initium eſt vitæ. 419. 62

Morte nil certius, licèt nil hora mortis incertius: Ita vivamus, ut nunc morituri; ne morientes nos pœniteat vixiſſe. 504. 14. Homines ſimili fato diſſimilem plerumque ſortiuntur mortem. 504. 14. & cur factu optimum, ut nobis non innoteſcat tempus, quo erimus ad judicem vocandi. 505. 18

Mors omnes rapit, nec ulli parcit ætati, vel conditioni. 507. 25. & ſeq.

Mortis ſeria perpenſio pravis omnibus coërcendis affectibus frœnum peropportunum. 45. 1. & ſeq.

Megarenſes obſonant quaſi craſtina die morituri; & ædificant quaſi æternùm victuri. 46. 4

Mortis oblivio cauſa omnis noſtræ calamitatis, ac miſeriæ. 46. 5

Mortis oblivio in cauſa fuit, cur David Betſabeam deperierit, ſimúlque ejus caſtitas perierit. 46. 6

Mortem non metuit vir ſapiens, quam nequit effugere. 47. 10

Mortis oblivio omnia in convivijs accerſit vitia, pravóſque concupiſcibilis nutrit affectus. 48. 14

Moriendi forma ſeriò perpenſa cauſa eſt naſcendi. 49. 19

Rerum Præcipuarum.

Mortis frequens recordatio ſtimulus eſt bene vivendi. 50. 20

Mortis recordatio læta eſt, hilaris, ac feſtiva, nec quidquam funeſti continet. 50. 21

Mortem non timet, qui in vita nil egit, cujus illum in morte pœniteat. 50. 23

Mors ijs tantùm tetrica, qui ſuis neſcierunt pravis affectibus mori. 51. 24

Mortis horam, cur voluerit Deus nobis eſſe ignotam. 51. 27

Mortis timorem hominibus Deus incutit ne moriantur. 53. 33

Mortis recordatio frœnum eſt coërrendis pravis omnibus affectibus aptiſſimum. 54. 37

Mors, cur ab Ethnicis Pœon diceretur. 54. 38

Mortis memoria tuba eſt ad ſaniorem frugem revocandis hominibus accommodata. 55. 39

Mortuis, cur oculos claudamus. 55. 43

Mortis recordatio fidus eſt conſiliarius ad actiones noſtras rectè inſtituendas. 58. 56

Mortis imminentis memoria optimum eſt obobalſamum animi vulneribus curandis peraptum. 59. 59

Mortis refricata memoria mortem ipſam arcet, ne incurratur. 60. 61

Mortis ſchola non eſt nobis terrori, ſed lætitiæ; ex ejus frequentatione ſcientiam addiſcimus divinitatis. 62. 67

Mortis falce pravi omnes reſecantur affectus. 62. 68

Mortis recordatio Corinthios à libidine, cui indulſerant avertit. 62. 68

Mortis objectæ virtute libidinis flammæ extinguuntur, & corrupti depravatæ concupiſcentiæ affectus abiguntur. 62. 69

Mortis ſymbolo, ſeu lapide utitur David ad Goliæ molem proſternendam. 62. 69. & ſeq.

Mors in ſepulchri ſchola clariùs inter Manium umbras, quàm meridiano in ſole nos edocet, quàm vana, quàm futilia ſint quæ mundus præmia exhibet. 63. 72

Mors nullum ſibi tempus ſtatuit, quo debeat nos aggredi, variis nos modis rapit. 54. 75

Mors eſt homini perinde ac æquora trajicientibus portus. 99. 106

Mors ſeriò perpenſa omnes ſuo gelu pravos extinguit affectus. 66. 1

Mortis recordatio curandis animi morbis præſentiſſimum alexipharmacum. 68. 10

Mortis ſimulacrum cur delineatum cum falce, & cleplydra. 69. 12

Mortis ſcholam, qui frequentant diu vivere diſcunt, & nunquam mori. 70. 17

Mortis memoria in cupreſſo ſpondet lectulo ſpontæ cedri immortalitatem. 70. 17

Mors cur dicatur vitæ æmula. 71. 18.

Mors docet rectè vivere. ibid.

Mors quamvis arida eſt tamen vitæ ferax. 71. 19. exemplo ſolis, lunæ, ſyderum. ibid.

Mortis memoria crebrò refricata mortem ipſam compeſcit, cujus acceſſum impedit. 71. 21

Mortis imaginem timent homines, quia in ipſa nulla pulchritudo, & omnia areſcunt. 79. 29

Mors non mala miſerias omnes abigit; & non eſt mala, niſi ijs, qui malè vixerunt. 74. 30

Mortis præcocis recordatio pharmacum eſt curandis animi morbis accommodatum. 76. 37

Mors in ſepulchro æquat inæqualia. 103. 118

Mors plures etiam in ipſo ſcelere rapuit; mediúmque ſecuit crimen. 76. 39

Mors æquans inæqualia, & in rogo comburens ſceptra, diademata, ligónes ſymbolum Martini Quinti ſummi Pontificis, cum lemmate *ſic omnis mundi gloria*. 77. 41

Mortis umbra prælucens eſt fax virtutum nobis oſtendens itinera. 77. 43

Mortis recordatio Judithæ vires ſuppeditat, & Holophernem proſternit. 103. 116

Mortis neceſſitas omnes indiſcriminatim homines tenet reges, plebeos, nobiles ignobiles, divites, pauperes, robuſtos imbecilles. 78. 44

Mortis memoriam ne unquam obliteraret Maximilianus Imperator capulam funebrem curavit ſibi conſtrui ex querneo ligno, ac ſecum circumferri. 79. 48

Mortis recordatio adumbrata in ſacrificio veſpertino Judæos avertit à matrimonija cum gentibus. 100. 108

Mori qui diſcunt viventes; vivere ſciunt morientes. 79. 49

Mortis oblivio ſcelerum omnium ſcaturigo. 82. 58

Mortis recordatio, quam Abraham altiùs impreſſam voluit animo Iſaaci deſtinati in morte ad mortem ſubeundam, eadem in poſteros transfuſa pravos quosque coërcet affectus. 83. 60

Mortis ad ſpeculum qui ſe aſpicit ſuas corrigit actiones ad normam probitatis. 84. 63

Mortis umbræ excutiendis malitiæ caliginibus peraptæ. 84. 64

Mors medicus ſanandis naturæ ægritudinibus, morbisque vitiati animi peridoneus. 84. 65

Mors fidelis conſiliarius ad probè agendum. 89. 78

Mors in ultima ſenecta non ampliùs dubia; ſed certè proxima. 91. 85

Mors ubique, & quovis tempore vitæ hominum inſidiatur. 91. 86

Mors

Mors delectatur aucupio, ſua ubique locorum retia expandit. 591. 86

Mortis hora ſemper incerta; ipſa tamen mors certiſſima. 592. 87

Morientes, qui mundo inſervierunt, praviſque ſuis affectibus indulſerunt, miſerè confunduntur. 593. 90

Morum emendatio ideo ſera, quia perfunctoria eſt gehennalium ſuppliciorum meditatio. 599. 94

Moyſes deſcendens de monte utramque legis tabulam confregit. 569. 66

Moyſi eunti in Ægyptum obviat Angelus in eundem irruens minaci vultu. 505. 6

Moyſes cum taceret dicitur clamâſſe ad Deum. 269. 64

Moyſes extendens manum ſuper mare Erythræum illud divortio fluctuum in binas ſeparat partes. 412. 40

Moyſes cur præferatur Aaroni ſummo Sacerdoti ad liberandum populum à ſervitute Ægyptiaca. 345. 15. & ſequent.

Moyſes obſecuturus Dei mandato revertitur in Ægyptum, unde Reus exulaverat. 395. 63

Moyſes, cur tabulas legis ſcriptas digito Dei fregerit ad radices montis Sinai. 695. 70

Moyſes ſacrilegos vituli cultores non punivit per ſe immediatè, ſed per alium, & cur. 696. 71

Moyſes ducit per deſertum populum Iſraelis. Mare rubrum binas dividit in partes. 745. 64. & ſeq.

Moyſes timore perculſus tutius incedit. 746. 65

Moyſes cur juſſus percutere petram in deſerto bis. 550. 28

Moyſes eligendus in principem, cur jubeatur etiam calceamenta deponere. 524. 51

Moyſes populum divitijs affluentem liberat ex Ægyptiaco famulitio, & ducit ad terram promiſſionis. 524. 54

Moyſis virga in terram projecta, cur ſerpentis, & non potius aquilæ naturam induit? 261. 37. præſignat in Eccleſia Præſules. ibid. 38

Mulieres ad Christi ſepulcrum licèt cucurrerint audaces, timore perculſæ ab angelo receſſerunt. 647. 72

Mulier plus infert homini damni, quàm hoſtilis exercitus. 190 64. Semper viris fuit noxia ut Dalila Samſoni, Bethſabea Davidi, Jahel Siſaræ, Cosbæa Zambri. Helena Græciæ. & Aſiæ, Eva hominibus omnibus. 191. 64

Mundi gaudia ſeducunt, quia ad æternum luctum perducunt. 571. 2

Mundi gaudium quale ſit; lignum viride flammis admotum ediſſerit 576 3. Deſinunt in lacrymas mundi lætitiæ, ac deliciæ. 572. 1

Mundi delicijs, & voluptatibus indulgentes pluris faciunt cœnum, quam cœlum. 581. 35

Mundi voluptatibus indulgentes plures ſubeunt labores in delicijs vanis, quam veris virtutibus acquirendis. 581. 37. Ad reſipiſcendum ſufficit reſpondere Deo vocanti, ac dicenti Lazare veni foras. ibid. 581

Mundus plenus umbraculis. 679. 25

Mundi deliciæ quamvis in pelagum excreſcant, nec guttam veri ſolatij exhibent. 126. 69

Mundus non continet niſi ſuperbiam vitæ, & concupiſcentiam carnis, & oculorum. 127. 74

Mundi voluptates viam ad æterna ſupplicia ſternunt. 600. 94

Mundi regna, quam futilia, & parvi facienda ex eo conjicitur; quia à Cacodæmone fuerunt in momento è montis vertice Christo oſtenſa. 111. 22

Mundi voluptates, & deliciæ, quia ſpuriæ nequeunt veram ſpem alere. 112. 58. & ſeq.

Mundi voluptates frivolæ, & tantùm doloribus gignendis aptæ. 112. 59

Mundus nil veri ſolatij dare poteſt; ubique laqueos apparat, quibus in ipſo ſperantes capiat. 124. 65

Mundi voluptates quamvis dulces videantur, perinde ac fluvij in mare devolvuntur amaritudinis. 124. 65

Mundus blanditijs ſuis id perinde agit, ac Judas oſculo. 132. 42

Mundus nonniſi malè ſanos delectat; ejus commoda necem adferunt. 134. 17

Mundus mari pariatur decumanis fluctibus agitato. 134. 18

Mundus ingentia, & maxima ſuis videtur ſpectatoribus ſpondere; cum revera ſint vapor, & fumus lacrymis eliciendis tantùm idoneus. 134. 19

Mundus, quas ſpes hominum alit inhiantium honoribus, & dignitatibus miſerè fallit. 135. 21. Mundi figura umbratilis, & vanas vix apparet, & evaneſcit. 135. 22

Mundum, quam flocci fecerint Balthaſar, & Herodes. 136. 23

Mundi regna quàm fluxa, exilia, & momentanea. 136. 23

Mundi lætitia eſt lethi prodroma; adeout in mundo lætum ad lethum ducat. 140. 38

Mundi regna ludibria ſunt imaginationis. 141. 39. & ſeq.

Mundus refertus vanis, ac futilibus ſpebus. 141. 42

Mundus nil poſſidet, quô veram poſſit ſpem alère. 143. 45

Mundi deliciæ ligno viridi flammis injecto pares. 145. 50

Mutius Scævola errorem manûs brachij aduſtione delevit. 604. 1

Non

N.

Noas bellico vaframento Jabeſenos obcæcare nititur, ſed irrito conatu. 96. 98

Nabalis ruſticitas, ac ruditas in Legatos miſſos à Davide iram accendit Davidis. 675. 10

Nabalis ruſticitas in denegatis Davidi vitæ ſubſidijs; & cur Achimelech panes eidem ſuppeditat propoſitionis, cui communes David denegavit. 221. 42

Nabuchodonoſor, & Sedecias Reges, è Throni faſtigio in imum detruſi miſeriarum. 367. 58

Nabuchodonoſor quas reſipiſcentiæ lacrymas non elicuit in Throno; has largiùs effudit in campo brutis adſcitus. 188. 58

Nabuchodonoſor ſuperbia tumidus ſibi arrogat obſequia, quæ ſoli Deo debentur. 202. 34

Nabuchodonoſoris ſtatua quadriformis à Daniele donatur explicatu. 415. 50. & ſequent.

Nabuchodonoſor ſtatuam erigit auream, in qua ab omnibus vult adorari cultu ſoli Numini debito. 416. 54

Nabuchodonoſori dormienti ſtatua objicitur aurea, & argentea, quæ in pulveres ſolvitur. 94. 91

Nabuchodonoſoris ſtatua qualis ſit Regum felicitas, & principum gloria adſignificat. 94. 93

Nabuchodonoſoris ſtatua licèt aurea, & argentea in pulueres ſolvitur. 79. 28

Nabuchodonoſor quia propriæ mortalitatis oblitus, divinitatem affectavit, & ſe ipſum ad extremum perduxit exitium. 57. 49

Nabuchodonoſoris imperium exiguus lapis ſolo æquat, & in nihilum redigit. 245. 50 & ſeq.

Nabuchodonoſoris ſtatua quatuor mundi præſignavit imperia. 246. 51

Nabuchodonoſor dum novus veluti Enceladus tumidum caput ſtellis inſerere crederet, de Throni ſimul, & mentis dejicitur poteſtate. 247. 53. & ſeq.

Nabuchidonoſoris ſomnium, quo gigantea eidem objicitur ſtatua. 511. 75. exiguo tamen lapide è montis delapſo faſtigiis percuſſa in pede corruit detrita. 512. 16. Eidem renuunt adoleſcentes Hebræi cultum exhibere. ibid. 77

Narſetes ob dignitatis propriæ contemptum iræ focos concipit contra Sophiam Imperatricem, & Juſtinianum ejus maritum. 27. 98

Navis Apoſtolorum in medio mari varijs jactata fluctibus. 406. 25

Nauta redarguit virum nobilem, quòd auſu temerario indormiat ſuo lecto, in quo ſui omnes majores mortui fuerunt. 77. 42

Nemeſis divina laneos habet pedes; quatenus ſine ſtrepitu, abſque timore venit. 300. 46

Nemeſis generoſa iracundiæ ſoboles indignis juſto dolore ſuccenſens expenditur. 37. 139

Nemeſis plena indignationis, nonniſi amarulenta loquitur. 38. 143

Nemeſis, cur pingatur alata, & cum rota, dicatúrque etiam Aſtræa. 39. 146

Nemeſis ſimulacrum ijs datum, qui dicturi erant ad populum. 39. 145

Nemeſis triſtatur de proſperitate impiorum 39. 147. & an pertineat ad bonos mores ibid.

Nero cum noctu cœnaret juſſit homines palis ſuffixos cremari, flammas concipere, & ſplendorem ſuppeditare. 569. 66

Nicias Dux Atheniensium cum exercitum apud Siracuſas mutatis caſtris ſervare commodè potuiſſet, perterritus ob Lunæ eclypſim perdidit. 20. 66

Nilus ſuo egrediens ex alveo fœcundaturus Ægypti campos. 255. 18

Ninivitæ in cinere, & cilicio pœnitentiam agentes Numinis iram à ſe avertunt. 592. 51. & ſeq.

Ninive quia reſipiſcens, ac pœnitentiam agens in cinere, & cilicio non ſubvertitur. 677. 18

Ninivitæ pœnitentiam agentes inter ſpem, & timorem ſupplicium evaſerunt. 716. 46

Ninivitarum pœnitentia ſpem inter & timorem acta Dei immutavit decretum. 716. 47

Ninivitis pepercit DEUS, quia reſipiſcentes ita in DEI ſperârunt miſericordia, ut divinam etiam timuerint juſtitiam. 749. 78

Noëmus jubetur arcam conſtruere, animalia, & utenſilia in eandem introducere. 435. 104

Noëmus faſtigium attigit perfectionis, quia cogitavit Deum ſemper, & ubique ſibi præſentem. 460. 44

Noëmus conſtruit arcam juſſu Dei qui aquis diluvij contractas ab hominibus maculas delet. 760. 113. cauſæ diluvij fuerunt hominum libidines, & ſcelera. 761. 116

Noëmus in cataclyſmo mundique naufragio pericula evaſit, quia Dei timore munitus. 399. 2

Noëtica arca cur in nullum impegerit montis cacumen, ſed incolumis aquis diluvij innataverit. 324. 19

Noëmus cur præ ceteris hominibus ſervatus incolumis in cataclyſmo, mundique naufragio. 354. 42. & ſeq.

Nominis DEI laus uſque in finem terræ, & ultra, quia nullo circumſcribitur limite. 812. 10

Nubes cohærent cum mundi dignitatibus. 237. 24. Nubes proprijs detrimentis ſolatia inferioribus afferunt; & referunt Eccleſiæ Præſules. 237. 25
Nubes levis, & pellucida, & ſingulariter candida ſymbolum Virginis Matris. 238. 26
Nomini nil odioſius ſuperbo homuncione. 57. 50

O.

Occaſiones pugnandi contra vitium carnis nunquam quærendæ, ſemper fugiendæ. 364. 71
Occaſio quævis præcidenda ab otio, & quavis ſpecie impuritatis, & in caſtris luxuriæ fugâ pugnandum. 425. 81
Ochozias auditâ mortis ſententiâ exardet irâ in Eliam, quem ad necem perſequitur. 97. 102
Ochozias impiè moritur, quia mortem ſine morte oppetijt. 98. 103
Oculi Dei inſomnes, jugiter vigilant, nullo unquam tempore clauduntur. 451. 12
Oculi coërcendi frœno modeſtiæ, ſunt enim lapsûs licitatores, & noxarum proxenetæ. 359. 51
Officina omnium malorum eſt concupiſcentia. 735. 33
Olla ſuccenſa Jeremiæ objecta ſymbolum animi immodicâ perciti irâ. 663. 30
Oliva ſuo ſucco lumen ſolis æmulum nutrit, & vulneribus medetur. 225. 56
Olor morti proximus exhilareſcit, & dulci modulamine ſibi epinicion occinit. 522. 66
Operarij in vinea Patrisfamilias, cur æqualem acceperint mercedem, ſi labores fuerunt inæquales. 267. 56
Ophni, & Phinees antequam dormiant cum Scortis, puer inducitur ante arcam corpori eblanditurus. 48. 12
Opulentia voluptatibus nutriendis materiam ſuppeditat; & divitiæ vitia fovent, 97. 100
Orationes noſtræ, ut exaudiantur fundendæ ſunt in conſpectu Dei. 492. 83
Oſſa arida reviviſcunt, ſpiritum reſumunt, & audiunt verbum Domini. 371. 92. Tunc mortui vitæ reſtituuntur cum reſipiſcentes gratiam ſuſcipiunt, quæ eſt ſemen vitæ æternæ. 371. 94
Orbes cœleſtes ſolius Dei nutu circumaguntur, ſuaſque conficiunt periodos. 264. 48
Ordine aſtrorum tota gubernatur ſublunaris natura. 264. 46
Ordinis recta ratio, vel ipſi dæmoni eſt terrori. 265. 52. & ſeq.
Oza cur morte punitus ea de cauſa, quia arcam manu fulſerit, ne caderet in viæ periculo. 315. 88
Oza cur morte punitus eò quia manu fulcire voluit arcam, ne caderet ob itineris inæqualitatem, 106. 10

P.

Pacis ſignum ponitur Arcus ſplendens in nube. 737. 40
Paleſtinorum mos induendi talares veſtes, quas proficiſcentes cingulo cingebant, ne à lacinijs diffluentibus impedirentur in itinere. 545. 61
Palladium quamdiu in Ilio ſervatum, Troianis Minerva favit. 5. 11
Palma quò creſcit ſublimior, eò viribus communitur validioribus. 260. 34
Paradiſus terreſtris ad omnem amœnitatem à Deo conditus, 53. 33
Paralyticus Evangelicus quamdiu ſperavit in homine, in ſua perſeveravit ægritudine; à qua ſtatim liberatur cum primùm ſpem ſuam in Chriſtum dirigit. 106. 9
Paralyticus in piſcina quandiu ſperavit in homine laboravit paralyſi; & cum primùm ſuam in Deo poſuit fiduciam ſanitate donatur. 308. 63
Parcæ ſuam ſortiuntur nomenclaturam, quia nemini parcunt. 69. 13
Patres ſuos in Italia infantes Saturno immolantes oſculo comprimente vagitum. 113. 13
Paſſiones animi excitant tempeſtatem, & procellam. 737. 38
Paſſiones coërcere quantæ homini utilitatis? 455. 14
Paupertas plurimum nobis adfert utilitatis. 97. 99
Pavo explicatâ caudæ pompâ ſuperbiens pedum intuens fœditatem ſe ipſum contemnit. 212. 10
Pauperi qui dat, ſibi dat. 200, 27. Pauperibus quæ erogantur divitiæ, uberiora ſubeunt incrementa; quò plus diſperguntur, creſcunt uberiores. 200, 28
Paupertas voluntaria quovis theſauro eſt locupletior. 154. 16
Paupertatis ſtudioſi Apoſtoli, & primi Eccleſiæ fideles nil proprij poſſidebant. 156. 26
Pauperes contenti ſua ſorte cæteris ſunt locupletiores. 160. 38
Paupertas Lydius eſt lapis, quo probatum aurum, ſeu viri perfectio probatur. 162. 45
Pauper eſt, non qui parum habet; ſed qui plura cupit. Ille ditior, qui minus cupit. 163. 47. & ſeq.
Peccatores interdum de patratis ſceleribus pœnas luunt temporales, quia æterna declinant ſupplicia. 367. 84
Peccatum à Jeremia eleganti expreſſum emblemate. 414. 46
Peccator quamdiu ſpirat, ſperet; ſed caveat, ne per procraſtinationem pœnitentiæ, tempus amittat miſericordiæ. 334. 50
Peccantes ſi non deſperent, ſed reſipiſcant, DEI experiuntur miſericordiam. 317. 98

Rerum Præcipuarum.

Peccata pluries iterata in deſperationem peccaotes trahunt. 365. 63
Peccatores plerumque monentur à Deo dolorum eculeo, ut reſipiſcant. 328. 31
Peccatores plures reſipiſcentes, qui æternam fuerunt ſalutem conſequuti. 731. 21
Peccati conglobatæ definitiones, ac plures ſimilitudines. 728. 11. Ejus emblema exhibet Jeremias. 728. 12
Peccatores plures æternam fuerunt ſalutem conſequuti, quia de Numinis pietate non deſperârunt. 319. 5
Peccatores nunquam deſperent: pœnitentia ijsdem tabulam ſuppeditat, oe naufragi pereant. 328. 29
Peccans lethaliter lædit jus divinum, injuriam infert Deo, cui præfert creaturam. 592. 72
Peccatum lethale plura infert damna, & Luciferum è cœlo præcipitem egit in tartara. 593. 74
Peccatum Protoplaſtorum fecit omoes homines interitui obnoxios. 593. 75.
Peccatum lethale quamvis unicum, cur peccantem præcipitem agat in gehennam. 593. 76
Peccata quamvis dicaotur levia noo tamen leviter puoiuntur. 594. 77
Peccato lethali oil eſt Deo fœdius, oil quod iam turpiter peccantem devenuſtet. 594. 78
Peccatum mundo attulit quidquid calamitatis, ærumnatum, ac ægritudinis hominibus obtingit. 594. 80
Peccatum eſt immanis ille coluber, qui virus exhibet lethaliter amabile. 595. 82
Peccatum unicum lethale cur puniatur pœnâ æterna, ſi ejus fruitio eſt temporalis. 595. 84
Peccati lethalis malitia æternas ſecum trahit pœnas pediſſequas. 596. 85. Deſipit qui pro temporaria voluptate ætetois ſe ſupplicijs addicit. 597. 88.
Pecunias inter & peccata quædam indicatur cognatio. 187. 55
Pentapolitæ quia ſenſui indulgentes, & delicijs diffluentes puniuntur à Deo. 585. 48
Pentapolis, & Sodoma flammis ſulphureis, è cœlo delapſis einefiunt. 763. 118. & quantus fuerit hic igneus catachlyſmus. 763. 119
Petrus acceſſuros ad magiſtrum Chriſtum deſcendit de navi, & fluctus perambulat marinos. 645. 67
Petrus Apoſtolus licèt præ cæteris Apoſtolis amore ferveret In Chriſtum; quia tamen timuit io atrio Pootificis ad ignem friguit, & magiſtrum negavit. 387. 36
Petrus Apoſtolus ideo morti vicinus, quia honori proximus, Joannes verò quia à ſupremo regimine alienus vitæ ſervatur. 243. 41
Petrus Apoſtolus videt in linteo è cœlis pendulo omnia quadrupedum genera. 254. 51
Petrus Apoſtolorum Princeps ſicco veſtigio marinos fluctus perambulat; & cur cum approximaret magiſtro timuit mergi. 233. 8
Petrus diſcit timere cum ambulat per marinos fluctus ortâ procellâ. 751. 81
Petrus Prioceps Apoſtolorum claudo jacenti ad januam templi greſſum, & ſanitatem impertitur. 173. 14
Petrus quia peccator, & pœnitens ſeligitur miniſter Sacramenti pœnitentiæ. 729. 13. Malcho aurem amputavit. In prætorio Magiſtrum Chriſtum negavit, & peccatum lacrymis delevit. 729. 14
Phalaridis Agrigentorum Tyranni taurus fabrefactus ad reos torquendos. 563. 42
Pharao cur Regiam ſuam poteſtatem in ſomno viderit. 215. 18
Phiſon fluvius, qui oris immutatio interpretatur, abluit Evilath ubi aurum naſcitur. 185. 52
Philiſthæi tunc cruciatus evadunt, cum reſipiſcentes arcam reſtituunt. 358. 30
Pictores, cur rudi ſub linteo, craſſóque velo extimas ædium facies picturis exornent. 499. 5
Pilatum an pœnituerit patrati ſceleris, & reſipiſceos fuerit æternam conſecutus ſalutem. 368. 87
Piſcis in Boreali oceano juxta litus Moſcoviæ, cui nomen mors. 69. 13
Pius V. Pontifex formidat anceps de propria ſalute, de qua religioſus ſibi videbatur eſſe certus. 239. 30
Phoetæ ſuas miro ordine deſcribunt periodos. 264. 47
Planetæ miro ordine in cœlis diſpoſiti, ut ſublunaria juvent, promoveántque. 265. 50
Plato voluit ſuos diſcipulos iratos ſe in ſpeculo contemplari, quò iram coërcerent. 33. 124
Pœnitentiæ beneficio plures è cœno vitiorum emerſerunt, ſed ita ſperârunt in Dei miſericordia, ut ejus etiam timuerint juſtitiam. 725. 1. & ſeq.
Pœnitentia rara io magnis principibus. 727. 8
Pœniteotia reſculpſit in protoparentibus Dei imaginem, quam dœmon deleverat. 344. 10
Pœnitentia in craſtinum differri non debet. 390. 47
Pœniteotia validiſſimum eſt contra perſecutiones munimen. 329. 34
Poma Sodomitica colorum elegantiam præſeferentia in extima cute; & intus includentia favillaceam fuliginem ſymbolum exhibent mundanæ voluptatis. 104. 3
Pomum vetitum in terreſtri paradiſo quale fuerit; & in qua pomi ſpecie. 335. 41. & cur ob pomi illius eſum tam graviter fuerint protoparentes puniti ibid. 45
Populus Iſraeliticus excuſſa Pharaonis Tyran-

rannide iter inſtituit ad terram ſibi à Deo promiſſam. 626. 5
Porta eſt arcte per quam cœleſtem patriam ingredimur, & quomodo pulſanti aperiatur. 402. 11
Porte cœli eſt una tantùm, ſeu Chriſtus, cujus paſſione nobis fuit relerata. 403. 13
Præſentia Dei optimus Pædagogus moribus corrigendis peridoneus. 437. 1. & ſeq. Præſentia Dei ſanctum incutit hominibus timorem, nec ſinit eos delinquere. 439. 7. Præſentia Dei eſt rebus omnibus intima; eſtque Deus intimiùs præſens creaturæ, quàm hæc ſibi. 440. 8. & hæc præſentie frœnum injicit pravis omnibus affectibus. Ibid. 10. & ſeq. Præſentia Dei altiùs menti infixa eſt pædagogus noſtros corrigens mores. 452. 13
Præſentia Dei intuentis omnes noſtras cogitationes, & operationes, ſubſtituitur ut pædagogus nos corrigens. 452. 13. peccata tollerentur, ſi cogitarent peccantes ſe Deum habere teſtem. 452. 14
Præſentia Dei qui manuducitur rectè procedit, & tutus ſtans non cadit, & cœlo inhabitat. 453. 18. Præſentia Dei eſt, quâ voluntas humane divinæ conformatur. 455. 26. Præſentia Dei eſt morum pædagogia. 456. 30
Præſentia Dei eſt prælucens cynoſura nos ducens in portum æternæ ſalutis. 460. 43.
Præſentiæ Dei cogitatio perutilis viris aſceris, ſtudio virtutum eddictis. 461. 47
Præſentia Dei ſacrum incutit timorem Deo diſplicendi; adigitque ad ſtudia virtutum. 466. 1. & ſeq.
Præſentia Dei adigit quodammodo ad rectè operandum. 467. 3. Præſentia Dei omnia intuentis frœnum eſt coërcendis pravis omnibus affectibus peraptum. 474. 29. & ſequent.
Præſentia Dei ſterilitatis probrum delevit in Sara, cui fœcunditatem impertivit. 477. 38. & ſeq.
Præſentie Dei tres pueros Hebræos incolumes ſervavit in fornace Babylonica. 478. 41. Labores lenit. 484. 62.
Præſentia Dei frœnum injicit pravis omnibus effectibus, quos coërcet. 491. 78
Præſentia Dei ſi ſit homo deſtitutus, quatenus Numinis ſibi præſentis non recordatur, eſt navis ſine nauclero. 491. 81
Præſentie Dei qui fulciuntur, non ſolùm veluti prælucente face rectè incedunt, ſed & ornati procedunt. 492. 82
Præſentia Dei ejúſque recordatio, eſt veluti ſceptrum, quo homo ſibi imperat. 402. 83
Præſentia Dei eſt optima tutela, non permittit hominem detrimentum pati. 492. 83. Præſens eſt Deus nobis ubique locorum, & linceo oculo omnes noſtras obſervat actiones, ut ſcelera puniat, & virtutum exercitia præmio donet. 493. 87. & ſeq. Præſentia Dei ſi noſtram reſricet memoriam rectè procedimus. 494. 89
Præſentis Dei qui innituntur recordatione, non nutant, ſed firmiores ſtant in cultura virtutum. 494. 92
Præſentie Dei noſtra fulgeat in mente, ne ambulemus in umbra mortia. 493. 90
Præſentia Dei efficax Pædagogus moribus corrigendis opportunus. 495. 93. Præſentia Solis quàm utilia animantibus, & plantis. 495. 93. Solis præſentia pericula arcet, inſidias diſrumpit. 495. 94
Præſentia Dei omnia evertit pericula, ejuſque beneficio, & pædagogia rectè ambulamus. 495. 94
Præſentia Dei pariatur oceano nullis clauſo litoribus; & creaturæ ſpongiæ in medio mari. 496. 95
Præſentia Dei efficax alexipharmacum curandis morbis omnibus enimi peropportunum. 497. 98. Præſentia Chriſti tantæ fuit efficaciæ, ut Lazarum è mortuis ſuſcitaverit. 496. 97
Præſentiam phyſicam Dei non poſſumus à nobis abigere, nec impedire. 497. 100
Præſentis ſibi Dei recordatione deſtitutus non rectè incedit. 498. 101
Præſules Eccleſiæ nubes æmulantur, quæ ſe ipſas deſtruunt, quò optatis pluvijs areſcentes plantas irrigent, et ſitientibus campis ſint ſolatio. 237. 24
Præſules Eccleſiæ capris pariantur non ſterilitate laborantibus, ſed gemino fœtu plenis, & cur. 220. 40
Præſules ita Eccleſiarum proventibus ſibi conſulunt, ut neceſſaria pauperibus ſuppeditent. 221. 42
Præſules Eccleſiæ debent ſe beneficos omnibus præſertim pauperibus exhibere. 221. 43
Præſules Eccleſiæ neceſſe eſt ſolem æmulentur, qui omnibus ſuis radijs prodeſt. 221. 45. & ſeq.
Præſules Eccleſiæ probantur Chriſti diſcipuli ſi proventos Ecclaſiarum pauperibus diſtribuant. 223. 50
Præſules Eccleſiæ ita tenentur ſalutem curare animarum, ut illam non negligant corporum. 224. 52
Præſules in Eccleſia, quibus debeant virtutibus fulgere. 261. 37
Principis dignitas curis, & ſolicitudinibus conſtipata. 147. 57
Princeps nequit vera tranquillitate frui in Throno; ubi malacia eſt vitrea, & ficta. 241. 35
Principes nunquam ſine pavore, & metu eſſe debent. 238. 27
Princeps etiam cum detrimento propriæ authoritatis laudabiliter conſulit populi neceſſitatibus. 694. 67
Princeps qui alijs præeſt, ita juſtitiæ adhæreat, ut clementiam non deponat. 694. 68
Principes ſedentes in Throno pluribus ſemper ſunt periculis obnoxij. 263. 45
Principes in bello pluribus obnoxij periculis. 232. 4

Principes fluvijs pariantur. 253. 14
Procedentes inter ſpem, & metum tutè incedunt. 738. 43
Protoplaſti poſt peccatum rebelles experiuntur paſſiones. 344. 10
Protoparentes ſub mundi initio peccârunt, & eorum peccatum totum evertit providentiæ ordinem. 760. 111
Pudicitia flos eſt cæteris delicatior ; hunc vel ipſe tactus manûs impudicæ inficit. 427. 83
Pueri à Nabuchodonoſore in fornacem injecti, non læduntur à flammis, ſed coronantur. 663. 37
Pugna jugiter ineunda contra pravos quosque affectus in noſtram inſurgentes perniciem. 364. 72
Pulchritudo ubi floret in corpore, plerumque turpitudo fœtet in corde. 153. 72.
Purgatorij locus medius inter cœlum, & infernum, in quo ad tempus expiantur animæ, quomodo evincatur. 520. 61

Q.

QUadrigæ egredientes de montium lateribus mundi ſignificant dignitates. 235. 16
Quadriga Ezechieli per viſionem oſtenſa divinæ gloriæ ſpeciem exhibuit. 232. 7
Quæ fieri non poſſunt tentanda non ſunt, ajebat Chilo. Et Archidamus videns filium ſuum in pugna ſupra vires audere dixit : aut viribus adde ; aut audaciæ detrahe. 608. 17
Quæ in mundo eminent dignitates plenæ, ſunt præcipitijs. 255. 19
Quisque propriæ eſt faber, & author calamitatis 353. 40
Qui medius ſpem inter, & timorem procedit, rectè incedit. 391 48
Qui pavet, pericula omnia cavet ; quia timor ſecuritatem ſtabilit. 404. 17
Qui DEI præſentis recordatione fulcitur, non cadit, ſed ſtat victor contra pravos quosque affectus. 480. 49
Qui nihili ſe ipſum æſtimat, pluris à DEO æſtimatur, 626. 4

R.

REbecca uxor Iſaaci, cum laboraret ſterilitate prece mariti fœcunditatem à DEO impetrat. 688. 51
Refugij urbes pro involuntarijs homicidijs ante, & poſt Jordanem. 326. 23
Regnum, quod in oratione Dominica petimus advenire, interprete Tertulliano eſt dies judicij. 525. 5. Chriſtus erit tunc mundum judicaturus, & dicitur Rex, & ſeſſurus in ſede Majeſtatis ſub ſolio. 515. 4
Regum gloria ſpumæ, ac bullæ aqueæ periatur. 172. 7. & ſeq.
Reipublicæ incolumitati tunc conſulitur, cum publica officia non pro ſperantium ambitu, ſed pro meritorum partiuntur ratione. 264. 46
Reprobos, qui pravos ſuos non coërruerunt affectus, invidia eò torquebit acrius, quò in judicio univerſali erunt viſuri pauperes, quos habuerunt contemptui, ſedere ad dexteram Judicis, & cœleſti beatitate donari ; & in ſe totam iram effundi judicis. 527. 12
Rhodius homo conjectus in caveam, quid amicis ſuadentibus mortem reſponderit. 4. 7
Riſus mundi ridentes ſeducit, quia ad gehennales fletus eos perducit. 571. 1
Riſus temporalis æternum accerſit fletum ; quia tranſit in inſtrumentum ſupplicij, quod fuerat occaſio peccandi 573. 8
Roboamus, quia à pluribus timeri voluit, plures timuit, à quibus è throno expellitur Iſraëlis. 631. 20
Roboamum irâ percitum pauca verba prolata contra populum è throno dejecerunt. 692. 74
Rubenus, cur, cum improbaverit fratrum conſilium de Joſepho interimendo, ejusdem poſtea venditionem approbaverit. 202. 31
Rubus à Moyſe viſus in deſerto flammis ſplendidus, & ſpinis armatus ſymbolum eſt principatus. 213. 16
Rubus flammis ſplendidus, & incombuſtus ſedes DEI loquentis cum Moyſe ; & cur in rubo ſuum poſuerit thronum, & non potiùs in palma victrice, vel lauro triumphali, vel cedro incorruptibili ? 664. 28. & ſequent.
Rubus pœnitentiæ eſt ſymbolum, & propterea cæteris præfertur plantis. 330. 35
Ruth mulier caſta adacta pernoctare in agro ad pedes Booz ſomno ſopiti indormit. 630. 27

S.

SAba regina plurimos exantlavit labores, plura confecit itinera, Salomonis præſentiâ fruitura. 493. 84
Salomonis divitiæ, palatia, & magnificentia. 145. 55. & ſequent.
Salomon, cur thronum leonibus voluerit ornatum magnitudine diſparibus. 256. 21
Salomonis pellices, & voluptates. 105. 5
Salomon, quia divitijs affluens delicijs frangitur, ac vitijs corrumpitur. 296. 14
Salomon Rex Iſraël inauguratur rejecto Adonia. 297. 27. Salomon jubet interfici Adoniam. 298. 31
Salomon in throno medius inter ſymbola ſpei, & timoris. 739. 45

Salomon ; cur viros fortiſſimos delegerit cuſtodes proprij lectuli. 624. 66

Samſonis mellea dulcedo non guſtatur niſi in faucibus leonis jugulati. 757. 101

Samſoni fortitudo,& geſta.Ab uxore Dalila Philiſthæis extraditur. 285. 52. & ſequent.

Samſon poſt peractam pœnitentiam rugientem contra ſe leonem diſcerpit, & occidit. 345. 12

Samſoni volenti liberare Iſraëlem à ſervitute Philiſthinorum obſiſtunt Iſraëlitæ. 353. 37

Samſon in ſinu adamatæ Dalilæ obdormiens ſpoliatur robore, quo Philiſthæos pluries vicerat. 510. 32

Samſon virorum fortiſſimus à Dalila proditur, & exoſculatus adigitur molam truſatilem verſare. 190. 64

Samuel fuit lilium in ſterquilinio, cujus fœditatis nil contraxit. 312. 35

Sandapila pravis omnibus affectibus coërcendis perapta. 78. 45

Sapientia, quæ in humanæ ſcientiæ ſabulo excolitur, non efflorescit. 263. 44

Sapientes deſcendunt in infernum viventes, ne illuc deſcendant morientes. 188. 62

Sara Abrahami uxor à Pharaone amata, & muneribus donata. 230. 37

Sara ad regiam delata, cur detrimentum non ſenſerit pudoris. 665. 38

Sardanapalus quia in cinere, & cilicio egit pœnitentiam, DEI flagellum declinavit. 342. 5

Sathan interpretatur adverſarius : dum munera offert, præcipitia aperit. 227. 64. & ſequent.

Satietas ſtomachum movet, & nauſeam creat. 732. 23

Saulis miniſtri detrectant parère impijs ejus mandatis contra Davidem. 362. 65

Saul, quia aſcendit in Gabaa ; & in Deo ſperavit, quamvis miliari ardore deſtitutus de proſtrato hoſte glorioſè triumphavit. 370. 89

Saulus in Paulum, ex perſequutore fidelium, in eorundem Doctorem convertitur. 373. 89. & ſeq.

Saul ad regium promovendus ſolium, cur jubeatur deſcendere in extremam urbis partem. 240. 32

Saul ungendus in regem adigitur puerum dimittere, qui faber fuerat ſuæ fortunæ. 240. 33

Saul ſpiritu immundo exagitatus ira exarſit in Davidem, in quem telum vibravit. 6-1. 56

Saul ſævit æſtro invidiæ acerrimè ſtimulatus in Davidem. 410. 34

Saul, quia opimis dives ſpolijs ſuum dolere ſcelus non valuit. 185. 51

Saul inauguratus rex ob cuſturam virtutis, cæteris præficitur reluctante ejus modeſtia : ſed mox è throno dejicitur vitijs corruptus. 258. 27. & ſeq.

Saul toto corpore irruit in proprium gladium, conqueritúrque cum Amalecita, eò quia ipſum non occideret. 394. 57

Saul, cur filius unius anni dicatur, cum regnare cœpit ; cum certum ſit, virum fuiſſe, cum regnare incœpit? 70. 16. Et cur dicatur duobus tantùm annis regnâſſe, cum viginti imperaverit annis, 70. 16. Saul ex invidia Davidem perſequitur, ſed fruſtra. 281. 38. & ſequent.

Saul, cur recenſuerit Iſraëlitas in Bezech, quod interpretatur egeſtas. 96. 98

Saul fidens proprijs viribus, & ſperans ex ſuis militibus victoriam, vincitur à Philiſthæis, in quorum inſequentium manus ne incideret, ſe ipſum interemit, 293. 13

Saul, cur dicatur unius anni fuiſſe, cum regnare cœpiſſet, & duobus tantùm regnâſſe annis. 294. 15

Saul punitur, quia Amalecitis pepercit. 294. 17

Saul ex invidentia Davidem ad internecionem perſequitur. 294. 18

Scelera dum incrementa ſubeunt denſiores, ſecum caliginea trahunt. 338. 62

Scelera latebras quærunt, quia oculorum fugiunt cenſuram ; licèt à DEI præſentia nequeant ſe ſubducere Scelus primos homines è paradiſo excluſit, & in exilium protruſit. 754. 124

Scipio ex fortuito caſu felicitatem ſibi, & militibus auſpicatur. 307. 62

Schythis, cur ſolemne fuerit per convivia jurare. 49. 16

Securitas firma DEI innititur timore. 377. 1, & ſeq.

Securitas tuta non eſt, ſi eam DEI timor non præcedat. 420. 65. Timor Dei ſumma ſecuritas. ibid. 66

Securitas ſine timore iners eſt, & vacua, Deum timentes timent ipſam ſecuritatem. 738. 42

Securitas, quæ ſola ſpe innixa timore deſtituitur, iners eſt, infida, lapſui obnoxia. 725. 1. & ſeq.

Securitas ſine timore non ſtat, facilè labitur. 409. 33

Senes libidine inſanientes apud Danielem clauſis pomarij oſtiis crediderunt, ſe à nemine videri, & Suſannam ad turpia illexerunt, quæ tamen cogitans DEUM ſibi præſentem intacta evaſit. 478. 34

Senes aſtu, & vafritie Suſannam ad illicita vane illiciunt. 101. 111

Senes domus, & palatia conſtruentes, ac ſi ſemper eſſent victuri, & nunquam morituri redarguuntur. 93. 89. Et morientes nec de morte cogitant imminente. 93. 89

Senex Simeon juſtus, & timoratus. 418. 59

Sera.

Digitized by Google

Seraphini velantes thronum DEI, cur non explicato totò alarum remigio volaverint ad ſublimiora. 259. 30

Seraphini interpretantur ardentes, & incendentes, & cur velaverint Numinis faciem. 461. 46

Serpens in deſerto aſſumptus in pharmacum curandis vulneratis præſentiſſimum. 400. 4

Serpens in paradiſo terreſtri Evam decipit, & Adamum trahit ad peccatum. 646. 69

Severus Imperator linteum, quo tumulandus erat, per caſtra conto elevatum circumferri juſſit, & per præambulum præconem dici. En ex ampliſſimis Regni opibus, quod unicum Severus Imperator ſecum adfert. 77. 40

Sigiſmundus Cæſar plura aureorum millia ſuis diſtribuit adminiſtris; eò quia nocte anteacta eidem ſomnum prohibuerint. 159. 36

Siſara ab Hebræis victus aureo deſilit curru, paludamentum abjicit, & fugientium peditum ſe turbis immiſcet; & hoſpitio exceptus à Jahele, ab eadem ſomno ſopitus poſt lactis hauſtum interficitur. 422. 69

Solis præſentia fere emortuas hyeme plantas redeunte verè floribus ornat, frondibus veſtit. 479. 45

Sol, cur à ſuo nunquam deflectat recto tramite. 89. 80

Spes exareſcit, ſi in mundi ſolo excolatur. 104. 1. & ſequent.

Spes locatæ in mundi delicijs ſperantes fallunt. 104. 2

Spes, quæ divitijs acervandis paſcitur, macret, & miſera eſt. 160. 30

Spes bonis fluxis innixæ in officina humani cordis catenam conſtruunt, quâ ſperantes vinciuntur. 163. 50

Sperantibus in DEO præſto ſemper eſt ejus auxilium. 352. 36

Sperantes in divitijs aurâ paſcuntur, quâ vanè inflantur, non aluntur. 173. 11

Sperantes in mundi divitias hydrope laborant. 176. 18

Sperantes in DEO portum inveniunt in naufragio. 352. 32

Spes eſt actus voluntatis appretiativus circa rei futuritionem licèt incertam, & arduam. 270. 3. & ſeq.

Spes tendit in arduitatem objecti, ut ſuperandam ab ipſo ſperante. 271. 5. Differt à deſiderio, & intentione efficaci finis, aliiſque actibus amoris concupiſcentiæ. 271. 6

Spes noſtræ in DEUM collimant, quia eſt omnipotens, & omnia poteſt. 222. 8

Sperantes dignitate inſigniri neceſſe eſt, prœlia ſuſtineant ſuperatu difficillima. 355. 49

Speratis dignitatibus potiti non tumeant; ſed timeant. 231. 1. & ſeq.

Spes mundi dignitatibus adhæreſcens exſucca exareſcit; vel ſpinas tantum metit. 234. 13

Spes, quæ ſuas in divitijs radices agit; deſiderijs fovetus, quibus divitijs inhiamus, ac torquemur; & eò creſcit illa uberior, quò multiplicantur iſta frequentius. 183. 45

Sperantes in mundi divitias à ſe ipſis torquentur. 199. 23 Damnantur ad metalla. 199. 24

Sperans ſolatium haurire á divitijs perversè ſibi conſulit. In officina divitiarum famulantibus vitijs, ſcelera cuduntur. 201. 33

Spes inconſulta affectus lubricus, fluxis ac evanidis inhians dignitatibus; dum in ſublime nititur, in deterius ſemper deprimitur. 250. 1. & ſeq.

Spes mundi innixa divitijs deliciarum illicia in ſuppliciorum vertit inſtrumenta. 696. 14

Spes, quæ fumo umbratilium dignitatum paſcitur, lachrymis potatur. 209. 1 & ſequen.

Spes ambientium ad magna dignitatum nomina dum aſpirat, nonniſi ſpinas ſuſpirat. 212. 13

Sperantes dignitate inſigniri, ſe fœdè infra omnes demittunt, ſeque ad vile famulitium abjiciunt. 215. 22

Spei noſtræ tunc incrementa ſubeunt, cum ſuas in ſolo DEO radices figunt. 106. 8

Spes, quæ in humano auxilio ſeritur, vel exareſcit inutilis, vel ſpinas germinat. 106. 10

Sperantes in DEO non confunduntur, ſed Numinis opem experiuntur. 372. 96

Sperantes in DEUM premi quidem calamitatibus poſſunt, non opprimi. 109. 15

Spes, quæ in mundi ſolo ſeruntur momento temporis exareſcunt. 111. 23

Spes, quas mundi dignitates enutriunt, fallaces ſunt, ac vanidæ. 112. 45

Spes tunc in DEO ponitur, cum à rebus mundi futilibus avertitur. 112. 26

Spes, quæ in DEUM non dirigitur, ſperantem fallit. 113. 27

Spes malè locatur, quamdiu in humanis viribus collocatur. 115. 37

Spes, quæ maris trajicit divitiarum, naufraga perit. 192. 1. & ſeq.

Spes, quæ in mundi divitijs, honoribus, & commodis ſeritur, & excolitur, facilè exareſcit. 298. 32

Spes, quam ſolus DEUS fovet, viret, efloreſcit, & fructum exhibet rei ſperatæ. 305. 56

Spes in DEO moleſtias abigit dubietatis, laborum excutit tœdia. 305. 57

Spes

Spes juſtorum in ſolo DEO eſſe debet, & non in hominibus. 307. 62
Spes, quæ in DEUM dirigitur, affectus omnes in mundi fluxa commoda, futiles honores, & umbratiles dignitates abigit; & ad virtutum exercitia ſuppeditat incrementum. 308. 64. & ſeq.
Spes æternorum ſuadet cruciatus, & mortem ſubire etiam pueris, & Virginibus. 309. 66
Spe artes omnes in mundo vigent, terra excolitur, maria trajiciuntur, diſcrimina parvi penduntur. 309 63
Spes etiam in ipſo miſeriarum cumulo ſemper manet. 309 68
Spes, ſi abſit, virtutes omnes corruunt. 309. 69
Spes veniæ imperrandæ, niſi indiſſolubili fœdere timori conſocietur in temeritatem degenerat. 718 11
Sperantes in DEO miſerente, & mores non corrigentes, in extremo ſenio parum proſperè decedunt. 402. 11
Spes ſpectat fructum rei ſperatæ, & finem laborum. 569. 65
Spei germen, niſi imbre irrigetur timoris exareſcit. 708. 20
Spes, niſi fulcro timoris fulciatur, vacillat, & cadit. 717. 30
Sperandum ita eſt in DEI miſericordia, ut nunquam timor divinæ juſtitiæ deponatur. 722. 65. & ſeq.
Spes nunquam diſſocianda à timore. 733. 25
Spem divina miſericordia alat, & juſtitia timorem nutriat. 723 70
Sperantes in DEUM, plerumque exercentur ærumnis. 719. 47
Spem, & timorem è crucis cathedra nos edocturus Magiſter Chriſtus mori voluit medius inter probum, & malum latronem. 724. 71
Spes, quæ differtur, diuturna expectatione ſperantis animum dirè mordet, & tamdin quaſi tortura torquetur ſperans; quamdiu ſpes ſuſpenſa manet. 266. 54
Spei protractæ dilatio moleſtiam adfert acerbiſſimam. 267. 58. Imò Tantalicum ſupplicium. 263. 59
Spes, ubi ſperantem alit, gaudium fallit 269. 64
Sperare, & pati, cur dicantur ſynonima. 269. 65 Spes tempus longiſſimum efficit. ibid.
Spes, quæ ſuas in DEO radices agit, viret feliciter, & ubertim fructibus diteſcit 270 1
Spes in DEO fixa Cynoſura eſt cœlo affixa, æternæ malaciæ portum præſignans. 286. 56
Spes, quæ de ſummo Bono concipitur ſperantem corroborat, firmátque in ſtudio virtutum. 290. 1. & ſeq.
Spes ſummo innixa Bono nunquam ſperantem fallit, ſed alit. 290. 1
Spes hominum, ſi ſuas extra DEUM radices agant, inanes ſunt, ac larvatæ. 290. 3
Spei innitentis humanis, & divinis auxilijs diſcrimen. 291. 4. & ſeq.
Sperantes poſſe beari in congeſtis divitijs falluntur. 293. 10
Spes in mundi ſolo exculta nonniſi vepreta producit, quibus ſperantes pungit: quæ verò DEO innititur, vera exhibet ſolatia. 293. 15
Spes, quæ ſuas in mundi ſolo radices agit, exareſcit, & fructibus deſtituitur. 116. 38
Spes hominum toties ſuo fruſtrantur fructu, quoties in rebus fluxis, ac caducis excolitur. 117. 43
Sperantes in DEO, ut Daniel in lacu, pueri in fornace, Joſeph in ciſterna imminentia evaſerunt pericula. 118. 46
Spes, quæ extra DEUM ſeruntur, fructu deſtituuntur; & exareſcunt. 119. 48
Spes noſtræ nutant, fluctuántque in ancipiti; ſi mundi commodis, ac dignitatibus nitantur. 119. 49
Spes non nutat, ſed hæret firmior; ſi ſoli DEO inhæreat. 119. 49
Spes, quæ DEO nititur, omnem excutit anxietatem. 119. 50. Statim germinat, & fructus parit. ibid.
Spes, quæ diutiùs protrahitur, diriùs urit, & cruciat. 120. 11
Spes protracta etiam ipſi Chriſto viſa eſt aliquid attuliſſe cruciatûs. 121. 44
Sperantes in DEI miſericordiam divinam timeant juſtitiam. 762. 118
Spes vera in mundi delicijs non germinat; ſed areſcit: vel nonniſi moleſtias, ac dolores germinat. 122. 158
Sperantes in mundo dicuntur infatuari, ac ſuis votis fruſtrari. 123. 61
Spes in mundi voluptatibus locatæ nonniſi amaritudinem propinant. 125. 66
Spes, quæ mundi paſcitur voluptatibus, nonniſi pruriginem excitat ſcabiei. 125. 68
Spes in mundi dignitates, honores, divitias directæ, nonniſi luctum, & dolores germinant. 126. 71
Spes, quo ſale condienda, ne à mundi voluptatibus, honoribus, & dignitatibus corrumpatur. 127. 13
Spes in mundo ſata, & exculta nonniſi fluxis, ac fucatis nutritur. 129. 2
Sperantes in divina miſericordia vult Deus, ut timeant juſtitiam. 749. 76
Sperantes in mundi gaudio, lachrymis madent, difficulter exſiccandis, & abſtergendis. 132. 41
Sperantes tantùm, & non timentes non exaudiuntur à DEO. 748. 74
Spes hominum, quas mundus honorum,

ac

ac dignitatum ſponſione alit, miſerè fallit. 135. 22
Spes in mundo collocata cum gaudio ſemper concipit: ſed nunnuſi cum dolore parturit. 138. 29
Spes noſtræ, ſi in mundi ſterileſcenre tellure ferantur, languent, & flacceſcunt. 138. 31
Spes in mundi dignitates in ſomniis adumbrantur Joſephi Patriarchæ. 140. 36
Spes, quæ in mundi dignitatibus collocantur, fallaces ſunt, ac deceptoriæ. 141. 40
Spes humanæ vento paſcuntur, & falluntur. 145. 50
Spei nil tam inimicum, quàm retro reſpicere. 145. 51
Spes humana licèt vana, & umbratilis omnem tamen ab hominibus laborem extorquet. 145. 52
Spe meſſis colonus agrum excolit, omnéſque læto animo labores ſubit. 146. 51
Spes, quæ inhians mundi divitijs acervandis, iiſdem paſcitur, inops eſt, & egena. 159. 5
Spes in mundi divitias, eos hamant, à quibus divitiæ amantur. 149. 2
Spes, quæ divitijs aluntur inopia laborant, nec vitalem ullum inde ſuccum trahunt, ſed venenum hauriunt, quo ſperantes intérimuntur. 150. 8
Sperantes in divitijs plurimos exantlant labores, elementa ſus déque vertunt. 151. 9
Spes congerendæ pecuniæ ardorem exagitat deſiderij: & ſperantem eò acriùs torquet, quò diutiùs ſpe alitur. 153. 15
Spes non eſt divitijs affigenda, ne iſtæ nos affligant. 158. 31.
Spes quaſi retrogrado vigore fidem fovet. 310. 70. Eſt fundamentum, quo cæteræ fulciuntur virtutes. Ibid. 71. Eſt anchora religionis ibidem Numinis æmulatur omnipotentiam. 310. 72
Spes, quæ DEO nititur, martyres coronat. 311. 73 Spes contra ſpem audet ſperare. Ibid. 74
Spes, quæ ſoli DEO innititur, omnem diſpellit anxietatem. 311. 75
Spem noſtram ita DEUS fovet, ac noſtræ favet infirmitati, ut ejus juſtitia timorem etiam incutiat. 756. 107. & ſeq.
Spes, in DEO poſita tres adoleſcentes in fornace ignis ſervavit incolumes. 313. 80. & ſeq.
Spes adoleſcentum in fornace ſuccenſa Numinis fuit omnipotentiam æmulata. 313. 82
Spes, quæ ſola DEI ope viret, feliciter viget, & hominem in Angelum cudit. 314. 83. & ſequent.
Spes Stephano inter lapides, ſaxorúmque procellam cœlos aperuit. Non ita Joſepho in carcere; quia iſte in homine; ille verò in ſolo DEO ſpem ſuam poſuerat. 315. 83
Spes noſtra in ſolo DEO ponenda. 315. 87
Spe meſſis deſudat colonus in terræ cultura, ſeminibus jaciendis, tellure evertenda. 316. 90
Spes ſola beatitudinis poſt fata obtinenda cæteris in mundo præferenda. 316. 92
Spei depicta imago exhibita per puellam innixam anchoræ, quæq; trifolium in manu teneat. 3. 1
Spes contrariorum difficultates audax ſuperat, & fortunæ minas non timet. 3. 1
Spes eſt iraſcentis animi motus tendens in bonum abſens, & arduum, ad quod tamen obtinendum ſperanti ſuppetunt vires. 3. 2
Spes magnam indicat ſperantis indolem, animumque generoſum. 3. 2
Spei objectum eſt bonum, arduum, futurum, poſſibile. 3. 3. Arduitas tamen, quâ objectum ſpei differt ab objecto deſiderij, non inſidet objecto ſperato, ſed penſatur in perſona, à qua aliquid ſperatur. Ibid.
Spei affectus, cur removeatur à DEO. 4. 5
Spes connotat judicium, quo ſperans judicat poſſe à ſe rem ſperatam obtineri. 4. 5
Spes bipartitur in irrationalem, & rationalem. 4. 7
Spes omnes tenet homines, etiam ſummis preſſos miſerijs. 4. 7
Spes hominis immoderata ſatiùs ſe extendit, quàm par ſit. 5. 8
Spei cauſæ exhibentur, ac expenduntur. 5. 8
Spei excitatio per lenimenta prœmij: qua ratione S. Symphoroſa ſeptem ſuos filios ad fortiter tolerandum martyrium, ac ſubeundam mortem adhortatur. 6. 14
Spei effectus recenſentur, & expenduntur. 7. 16. & ſequent.
Spei coërcendæ alexipharmaca exhibentur. 8. 21
Spes noſtra in DEUM dirigenda, eò quia fideliſſimus ſit; & quæ promiſit, fuerit fideliſſimè executus. 272. 9
Suſanna, quia ſperavit in DEO, eripitur incolumis è manibus impurè æſtuantium ſenum. 273. 10. Evadit calumnias, & mortis ſententiã ab adoleſcente Daniele defenſa, Ibid. & ſequent.
Spe ſola veniæ, qui ducitur, in cœlum non manuducitur, ſed in orcum perducitur. 743. 59
Spes, quæ DEO innititur, omnem excutit calamitatum mœſtitudinem; éſtque miſeris ſolatio. 272. 13
Spes ſola, quam miſericordia fovet, facile degenerat in præſumptionem. 745. 63

Spes Danielem, Moyſem, Petrum, & alios ab imminentibus eripuit periculis, 272. 13

Spes DEO innixa certa eſt æternæ ſalutis expectatio. 274. 14. Eſt reliquarum virtutum medulla, vigor, & fundamentum. 274. 15

Spei Deo innixæ præmium ingens, & ſic ſperantibus Deus ipſe miniſtrat. 274. 17

Spes in ſponſa viget uberior ex abſentia ſponſi in monte myrrhæ, & colle thuris. 275. 26

Spe ſola DEO innixa armatus David contra cataphractum Goliatum ad ſingulare deſcendit certamen, & de proſtrata gigantea mole glorioſè triumphat. 276. 23

Spes rem optatam quomodo dicatur præſumere. 277. 25

Spei eſt alimentum, quo homo vivit. 278. 29

Sperare in DEO perinde eſt, ac mundum vincere. 278. 30

Spes DEO innixa fulcrum eſt, quo ſtamus, ac tota fulcitur virtutum ſtructura. 297. 31

Spes rebus omnibus in mundo communior. 297. 31

Spe mundi, qui alitur, perſæpe fallitur, & dum ſurſum niti putat, deorſum ruit. 298. 35

Spes, quæ malis, doloſiſque artibus nititur, ſperantibus ſemper obfuit, nunquam profuit. 281. 38

Spes malis artibus innixa ſperantibus ſemper obfuit, nunquam profuit. 282. 44

Sordes omnes ex tribus ſcaturiunt putidis fontibus. 735. 31

Spoliatio veteris hominis neceſſaria, ut Deo inſerviamus. 336. 51

Sponſa in canticis proceſſit inter ſpem, & metum. 739. 44

Sponſa, quia in lectulo ſuum quæſivit ſponſum, non invenit. 473. 25. Sponſa, cur per vias, & plateas ſuum quæſivit ſponſum, quem ſciebat potuiſſe domi latere. 479. 44

Sponſa detrectat venire ad ſponſum coronantem; quem quærit amantem. 238. 28

Sponſus in canticis, cur deſcribatur candidus, & rubicundus. 392. 52

Sponſus in ſacris epithalamijs, cur inter ubera Reginæ faſciculus eſt myrrhæ; & in vineis Engaddi botrus eſt, racemis refertus. 255. 18

Sponſus, cur ſolum caput dixerit madere rore antelucano, cum & reliquum corpus eodem maduerit. 578. 27

Sponſi labia, cur lilia diſtillantia myrrham. 706. 12. & ſeq. Sponſa, cum duceretur ſpe inveniendi ſuum ſponſum, eum quæſivit inter timores nocturnos. Ibid. 14. Sponſus, qui myrrham diſtillat è labijs, manus exornat hyacintis, & cur. 707. 18

Sponſa, cur deſcenderit in hortum nucum poma convallium luſtratura, cum poma nuces non ſint. 480. 47

Sponſus ſuam duxit ſponſam per cavernas maceriæ, & foramina petræ, ut ad Numinis præſentiam duris aſſueſceret, ac mortificationibus. 485. 63

Stephanus DEI præſentia corroboratus, ſaxis contra ſe vibratis gemmeam ſibi coronam cudit. 486. 66

Stephano tunc patuit cœlum, non cum miniſterio Levitæ floreret, ſed cum ſaxorum torrente quateretur. 486. 68

Stomachi repletio fomes eſt libidinis; à cibo, & ſomno ad Venerem proclivis eſt tranſitus. 526. 10

Structuræ Chriſtianæ culmina tribus innituntur fundamentis fidei, ſpei, & charitatis. 270. 2

Sudor ſanguineus Chriſti in horto Gethſemani. 337. 60

Suſanna DEI timori innixa ſenum verſutias, ac illicia ad illicita eluſit. 378. 5. & ſeq.

Suſanna interpretatur DEI timor, qui Suſannam cuſtodivit, ne peccaret. 379 6

Sydera in cœlo varia referunt animalia. 354. 41

T.

TArquinius piſcicoli ſpina interficitur, cum ſanus, ac lætus pranderet. 53. 23

Templa etiam Ethnicorum in veneratione ſemper habita. 640. 52. Templa Chriſtianorum quomodo colantur. 640. 54

Templa ſacra deberent arcere Chriſtianos à quovis ſcelere. Id nos edocuit Chriſtus à Juda proditus. 642. 59. & ſeq.

Tempus metitur motu conſtante partium ſucceſſione, ex quibus minimam vivimus. 79. 50

Terentius Varro, cur poſt malè pugnatam pugnam, ac fatalem Cannenſem cladem Romam redux, recipitur publico plauſu, ac ſi non cupreſſo, ſed lauro rediret onuſtus. 372. 95

Terræ motus ſub Tiberio Cæſare plures abſorbuit civitates, vel ſolo æquavit. 136. 23

Terra tunc repletur Gloria DEI, cum juſti rectè operantur. 461. 46

Thaidis Alexandrina à Paphnutio converſa, 469. 11

Themis filia cœli, & terræ, cujus officium erat præcipere, quod æquum eſt. 39. 146

Themiſtocles adhuc adoleſcens, ex eo conjecit, nil præclari egiſſe, quia nemo illi invidit. 44. 264

Thelesphorus à Lyſimaco victus in caveam conjicitur, & ut brutum animal alitur. 358. 53

Thomas reliquis Apoſtolis imbecillior plus cæteris audet. 619. 52

Thro-

Thronus principis, cur Soli pariatus. 263. 42

Thronus Salomonis affabrè elaboratus docet, ad dignitates non inſcendi niſi per merita. 263. 45

Timoris pavida natura explicatur. 18. 57 Timor eſt gravis concuſſio animi in mali expectatione, quæ plerumque plus affligit, quam ipſius mali præſencia. ibid. 58

Timiditas plura intrepidè audet, ut larva ſucatæ fortitudinis propriæ ignaviæ contegat turpitudinem. 628. 9

Timidi plura intrepidè audent, quò larvâ fucatæ fortitudinis obtegant vitij turpitudinem. 628. 10

Timor eſt de malo arduo, quod apprehenditur ut futurum. 19. 61. Propriè eſt de periculo alicujus mali, quod exiſtimatur probabile, ac declinatu difficile. ibid. 62

Timor partitur in ſegnitiem, erubeſcentiam, verecundiam, admirationem, ſtuporem, & agoniam. 19. 64

Timot, quo artificio excitandus. 19. 65 Incutitur à malo, quod in triplex partitur genus. 20. 66

Timoris plures cauſæ excitantes adducuntur, & expenduntur. 20. 67

Timorem excitat Æneas apud Virgilium ex relicto a Græcis equo ligneo in agro Trojano. 2. 67

Timoris effectus plures ſunt, & recenſentur. 21. 72

Timori excutiendo, ejúſque ſanandæ ægritudini, pleráque accommodata alexipharmaca. 21. 73

Timor excutitur, ſi oſtendantur futilia, ac vana, quæ timorem incutiunt. 22. 75

Timor minuitur ex conſideratione virtutis, fortitudinis, & conſtantiæ. 22. 76

Timorem abigit conſcientia purgata. 22. 77

Timor, quo pavemus, per lethales noxas à ſummo Bono ſejungi, fulcrum eſt, cui noſtra innititur ſecuritas. 377. 1

Timor materialiter poteſt ferri in bonum ſecundùm aliquam habitudinem ad malum. 377. 2

Timor filialis, ſervilis ſimpliciter, & ſervilis ſerviliter. 377. 2

Timor, quo veremur per peccatum, à Deo ſejungi, fulcrum eſt, cui noſtra innititur ſecuritas. 378. 3

Timor DEI omnes alios excutit timores; nec timenda pavet: eſt extra omnem metum, & ſupra pericula omnia, quæ imminent. 380. 9

Timor DEI Jonam in marina procella ſervavit incolumen; & in ventre ceti portus ei adaperuit malaciam. 380. 11. Timor DEI cor conſtipat, ne per illicita diffluat. 385. 12. Virtutes excolit ibid. 13. Frœnum pravis omnibus affectibus injicit, concupiſcentias frœnat, iras extinguit, odia abigit. 385. 15

Timor DEI per arctam ad cœlum viam manuducit. 382. 18

Timor in cœnaculo Jeroſolimitano Apoſtolis incutitur, quò ſimul ſperent, & timeant. 756. 97

Timoris DEI frœnum, niſi pravis noſtris injiciatur concupiſcentijs, inſurgunt iſtæ, & inſoleſcunt in noſtram perniciem. 385. 23. Timore DEI veluti roſcido imbre cordis ariditas reficitur. 384. 24. Timore reverentiali etiam ipſi cœlites afficiuntur. 384. 25. Timore reverentiali David expetiit configi carnes. 386. 26 Timor DEI eſt veluti Chriſti crux, quæ nobis cœlum aperit. ibid. Timenda à nobis eſt DEI ferrea virga. ibid. 27. Timori DEI ſpes nubit, quæ veram gignit probitatem. 385. 29. Timentes DEUM à Davide excitantur ad lætitiam. 385. 29. Timor DEI eſt fulcrum, cui nititur ſpes, ne cadat. 385. 29

Timor DEI trahit ad parcendum miſericordiam, dummodo juſtitiæ non oblivi viſcatur. 386 31. Timorem thronus Salomonis incutiebat, & ſimul ad amorem alliciebat. 387. 34. Timor, niſi ſpem fulciat, hæc DEI miſericordiam non flectit ad veniam. 387. 35

Timentes DEUM, cur plerumque pluribus conflictentur ærumnis. 430. 91. Timentes DEUM interdum percutiuntur, non ad mortis exitium, ſed ad vitæ exercitium. 430. 93. Timentes DEUM punientem, eundem experiuntur miſerentem. 431. 95. Timor DEI ſpes aſſociatus ſecuritatem firmat. 714 41

Timens DEUM, ſi peſſimum imitetur, poteſt fieri optimus. 734. 29

Timor DEI, ſi vera abſit ſecuritas, non adeſt. 341. 95. Timor DEI impedit ne fluxu paſſionum, ac impetu pravorum affectuum deorſum trudamur. 432. 96. Timor DEI puſillanimem corroborat, & magnanimum facit. 432. 98. Timor filialis DEI fortitudinem ingerit inflexilem. 433. 99. Secus timor ſæculi debilitatem gignit. 434. 100

Timor DEI exterret, quos miſericordia in ſpem erigit. 765. 228

Timor DEI præſentis, & noſtra intuentis optimus eſt Pædagogus moribus corrigendis. 437. 1

Timor DEI judicis, & vindicis frœnum injicit pravis omnibus affectibus animi iraſcentis. 499. 11

Timores vani excutiendi; & ſolus DEUS timendus, ne offendatur. 734. 26

Timor fœcunditatem impertitur ſterilibus & ex acervo lapidum filios exſuſcitat Abrahæ. 536. 36

Timoris DEI frœno coërcendi ſunt pravi affectus in vita, ne in morte inſoleſcant, 743. 58. & ſequent.

Timorem Romanis incuſſit Tiberis cum ripis altioribus ſuperfuſus innatat plateis, domiſque penetrat. 540. 51

Timor gehennæ licentiam delinquendi coërcet, & conſuetudinem peccandi compeſcit. 550. 1. & ſequent.

Timor DEI frœnum pravis omnibus affectibus coërcendis peraptum. 736. 35

Timor ſeneƈtam, & canitiem accerſit. 566. 51. Plures noƈte una incanoerunt. ibid.

Timor æternæ damnationis optimus pœdagogus nos docet culturam virtutum, & fugam vitij. 589. 65

Timendæ ſunt pœnæ ultricis divinæ Juſtitiæ, ut ejus miſericordiam in noſtra fleƈtamus vota. 388. 38

Timor DEI reliquos omnes excutit timores. 393. 56. Plures timent temporalis rei jaƈturam, qui non timent divina excidere gratia, & animæ pati detrimentum. Ibid.

Timor DEUM honorat, ſi ſpei confœderetur. 753. 90

Timent infeliciter, qui proprijs inſerviunt cupiditatibus. 394. 58

Timoris humani futilis eſt pœdagogia. 394. 59. Jacob in patriam redux, timet Eſauum fratrem. Ibid.

Timor DEI ſpei adſociatus eſt prælucens fax pericula præmonſtrans. 750. 79. & ſeq.

Timor humanus ad lapſum viam ſternit. 395. 60

Timor à DEO incuſſus peccatores trahit ad ſanam frugem. 755. 95

Timor DEI fulcrum eſt; non labitur, qui eidem innititur. 395. 61. Non timentium multiplex pœna; & omnia timere, etiam non timenda. 394. 62. Homines non timet, qui DEUM timet. Ibid. 63. Timor DEI pavores omnes excutit hominum. 396. 64. Timor DEI dum intus cor pungit; æterna ſupplicia foris expungit: lachrymas elicit, quibus ignes extinguit gehennæ 360. 67

Timoris beneficio protoparentes poſt peccatum reſipuerunt, ac fuerunt miſericordiam conſecuti. 398. 69

Timor ſpei non confœderatus deſperationem ſuggerit. 747. 69. & ſeq.

Timor juſtitiæ, ſi præcedat, viam ſternit ad DEI miſericordiam. 598. 69

Timorem, qui ſerit, ſpem metit. 401. 9. Timor DEI interpretatur pietas, & veneratio DEI. 711. 28

Timor fulcrum eſt ſecuritatis. 409. 33. Timor carnes configit timentis. 712. 33. & ſeq.

Timor etiam poſt deviƈtos hoſtes eſt viƈtoriæ cuſtos. 409. 34

Timor DEI, ubi præcedit, ſecuritas tutè procedit. 412. 41.

Timorem, cum primùm excuſſit D. Petrus Chriſtum trina negatione deſeruit. 413. 43

Timor DEI eſt, quem charitas concipit, Religio parit, fides excipit in cunabulis. 732. 21

Timore ſemper manuducamur, ſi tuti velimus incedere. 413 44

Timor DEI reliquos omnes excutit timores. Nutat ſecuritas, quam prævia hujus timoris non fulcit ſolicitudo. 419. 61. Timor hominis, eſt DEI honor, ſeu timor, qui ſtudet vitæ integritati. 420. 64

Timor, quem obſtetricante malitia culpa mater parturit tortoribus adſciſcitur 421. 69

Timor DEI impedit, ne numerus impiorum invaleſcat. 765. 127

Timor humanus pericula non fugit, ſed fingit. 422. 70. Timor perinde, ac vitrum cavatum repræſentat objeƈta oculis multiplicata. Ibid. 71. Timor DEI reliquos omnes excutit timores. 423. 73

Timore DEI plures reſipiſcunt, & in glaciem veluti concreti virtutibus ſplendent; qui poſtea excutientes timorem ad æſtum concupiſcentiæ liqueſcunt in priſtinum ſtatum. 424. 78. & ſequent.

Timore, qui manuducuntur, inter liſia caſtitatis paſcuntur. 428. 85

Timendum, cum gratia adeſt; & timendum, cum abeſt. 734. 26

Timore DEI duƈtus Tobias omnes excoluit virtutum flores. Apud Salmanazarem beneficijs afficitur. 429. 88

Tobiæ pietas, & DEI timor. Proficiſcitur ad Gabelum, depoſitas pecunias recuperat. 429. 89. Uterque Tobias plurimum profecit in pœdagogia timoris DEI, ac ſummis ſtuduit virtutibus. 430. 91

Tomyris Maſſagenarum regina Cyri in bello viƈti caput in utre ponit humano ſanguine oppleto, ut cruorem, quem ſitivit, biberet, & ſaturaretur. 94. 93

Titus Imperator ſua præſentia animos ſuis dedit militibus ad fortiter pugnandum, & vincendum. 483. 59

Tribulatio torquet juſtum, & reprobrum; ſed illum, quia aurum eſt, à ſordibus expollit; hunc quia palea in cinerem vertit. 51. 26

V.

VEntus à Finnorum mercatoribus in partibus ſeptemtrionalibus venum datur. 144. 47

Venus, cur à Poëtis fingitur nata ex maris fluƈtuantis ſpuma. 573 9

Venuſtas muliebris inſidioſum eſt ſpeculum, quod etiam procul ignem accendit. 537.

Verbum divinum noſtra indutum humanitate, cur apiculæ comparetur, non potiùs aquilæ. 723. 68

Verbum divinum ex eo quòd fuit apud DEUM, Joannes intulit eſſe DEUM, & Chriſtum innocentem. 471. 17
Verbum increatum, & creatum quomodo differant. 471. 19
Verba blanda iram extinguunt; & oratio mollis plurimum habet efficaciæ ad animos exaſperatos, & irâ inflammatos leniendos. 693. 66
Vermes in inferno corrodunt impios, mordent ſine dente, inficiunt, & interficiunt ſine veneno. 575. 15
Vermis damnatorum non moritur, quò æternùm torqueat. Eſtque hic vermis ſpiritualis. 575. 16
Vermis, cujus morſu detruſi in gehennali ſpecu corroduntur eſt conſcientiæ remorſus. 576. 18
Vermis gehennalis duplex morſus, quo torquentur detruſi in illo carcere. 576. 18. Plura ſunt ob quæ conſcientiæ læſæ vermis corrodit orci inquilinos. 577. 21
Verna temperies præ cæteris anni tempeſtatibus læta, & florida. 136. 25
Vertiginis cenſus mundi eſt fructus. 124. 64
Veſtales virgines quia caſtitatis culturæ addictæ, nonniſi intra parietes continebantur incluſæ. 459. 40
Via Cain quid ſit, & error Balaam explicatur. 683. 35
Viatores ſi via ſit latronibus infeſtata non niſi cum comitibus proficiſcuntur, Qui tutè volunt incedere ſocios ſibi aſciſcant ſpem, & timorem. 768. 138
Vigilantia neceſſaria ne à recto tramite deflectamus. 335. 51
Vineam ſuam nobis concredidit Deus, ſeu animam noſtram, ut eam excolamus virtutibus. 512. 38
Vir pius in ſtudio virtutum avarum imitatur in cnacervandis divitijs. 414. 44. & ſeq.
Vir fortis quamvis cadat adhuc de genu pugnat. 358. 54
Viri fortes bellica virtute commendati cùm primùm ſe ad certamen accingunt impalleſcunt, palpitant. 765. 129
Viri culturæ virtutum addicti ſanctitate, & pietate inſignes ita in DEI clementia ſperârunt, ut ejus timuerint juſtitiam, ut præ cæteris David. 766. 130
Viri ſanctitate inſignes timuerunt mortis imminentis periculum. 767. 136
Virga Moyſis tutum ad libertatum iter aperuit, ſed inter ſpem, & timorem. 759. 47
Virga Moyſis in Ægypto non frondnit, nec blandimento florum illexit; ſed efferata in anguem perterruit, & cur. 535. 35
Virga Sacerdotij Aaroni flores protulit, & delicias, & Moyſi colubrum; hinc plures malunt in Eccleſia eſſe Aarones, pauci Moyſes. 261. 40
Virgines fatuæ, quia neglexerunt oleum ſibi comparare bonorum operum, excluduntur à ſponſo. 587. 57
Virginitas, quæ ſibi timet tutior effloreſcit. 427. 84.
Virginitas cur phœnix audiat reliquarum virtutum. ibid. 85
Virgines fatuæ cur excluſæ à cœleſti ſponſo. 428. 88
Virtus eſt media inter utrumque extremum exceſſus, & defectûs. 703. 4
Virtus eſt actuoſa, non deſidioſa. 704. 7
Virtus omnem corrigit obliquitatem, ne ad extrema declinet: & ita ſpe alitur, ut metu corripiatur, & tuta ſpem inter, & metum procedat. ibid.
Virtus fucata eſt mentita probitas, quæ ad vitia propellit. 705. 11
Virtus ſola per gradus debet dignitatum evehere ſuos cultores. 216. 14
Virtus exerceri, & excoli amat, non otiari. 356. 48
Virtutum addicti ſtudijs quò uberiùs ſplendeant, ærumnis premuntur, ac duris colluctantur. 358. 53
Vita præſens floſculo pariata. 50. 20
Vita præſens animæ ſupplicium eſſe cenſuit Lyces princeps. 52. 28
Vita præſens nonniſi ærumnis referta, & morborum ferax. 52. 29
Vitæ præſentis dies umbratiles, nullùmque ſuum poſt ſe veſtigium relinquunt. 53. 32
Vita qualis fuerit, mors eſt talis. 767. 135
Vita præſens ſcena eſt, quisque ſuam agit perſonam, non is plauſum meretur, qui argutè dicit; ſed qui probè vivit. 69. 13
Vita præſens ſomnus, bulla, vitrum, glacies, nix, fabula, fœnum. Umbra, cinis, torrens, vox, ſonus, aura, nihil. 80. 51
Vita præſens mare eſt procellis percitum, cui nec Scyllæ deſunt, nec Charybdes. 286. 56
Vita hominis quidam eſt ad cœlum aſcenſus, gravari divitijs non debet, ut ſurſum aſcendat. 149. 2
Vita hominis inſtar flammæ paleæ, dum ſplendet extinguitur; & cum homo lucet vivendo, luget moriendo. 98. 104
Vitæ tempus quomodo in Judicio divino disquirendum, & examinandum. 512. 40
Vita præſens collata æternitati eſt momentum diſparens. 599. 94
Vita hominis brevis, pluribúsque inopinis caſibus nobis eripitur. Recenſentur plures qui inopino fato deceſſerunt. 506. 22

Vita hominis veluti flos vernus, quem præmatura mors lethali ſuæ pruinæ gelu etiam horis decoquit antelucanis; in quovis tempore, in qualibet ætate Judicem timeamus ad ſnum nos vocantem tribunal. 507. 23
Vita prælertim ab intemperantia nobis præciditur. 509. 29
Vitæ ultimum momentum maximi eſt momenti, à quo dependet æternitas, vel felix, vel miſera; eſtque veluti momentum ancipitis ſtateræ, in qua librantur hinc mortis ſupplicium; illinc vitæ præmium. 510. 34
Vivere diſcimus à mortuo ſilente, ac jacente, & mundo ejúsque vanitatibus dediſcimus adhærere. 513. 44
Unguentorum commendatio, uſúsque pervulgatus. 59. 58
Unguento roſaceo, myrtinóque vini fumos temperare ſtuduerunt Ethnici, quo cerebro conſulerent. 59. 58
Unguenta balſamica putredinem impediunt, & corruptionem arcent. 59. 69
Voluptates mundi, & deliciæ fallunt mortis oblitum. 96. 97
Voluptas in conviviis ex neceſſitate, & fame oritur; ſaturitas faſtidium parit. 161. 41
Voluntas noſtra propria ſibi cudit infortunia; omnia complectitur pro ſuo arbitrio. 456. 27.
Voluptas noxia, ſe inſinuat blandiendo, & mordet ridendo; demulcet alliciendo, & perimit conſentiendo. 407. 29
Voluptates mundi volatiles, fugiunt, diſparent; & non niſi dolores poſt ſe relinquunt. 126. 70
Voluptas mundi quamvis videatur lætitiam concipere; non niſi triſtitiam parturit. 129. 1. & ſeq.
Voluptas aureo in poculo ſpondet dulcedinem, & non niſi amaritudinem propinat, & maleficium, quo homines in bruta transmutat animalia. 105. 4
Voluptas eſt bonum pecoris, non hominis. ibid.
Voluptates, quas mundus exhibet, ſi intimiùs introſpiciantur non niſi calamitatibus ſunt refertæ, proinde veræ ſpei innutriendæ impares. 121. 57
Voluptates mundi frivolæ, tantùm doloribus enutriendis aptæ. 123. 59
Voluptas gratè incipit; ſed ingratè conſummitur. 123. 63
Vox lætitiæ, & ſpei non auditur, niſi inter inſtrumenta timoris. 747. 40
Urbis expugnatio plures exigit labores, incommoda, & pericula. 33. 42
Urbes refugij pro involuntarijs homicidijs ex Numinis præcepto ſtatutæ. 326. 23
Vulnera Chriſti deliciæ ſunt animarum; & extra hos fontes Salvatoris tantùm ærumnæ reperiuntur. 484. 61
Uxor ad iram prona, & rixoſa concordiam & pacem è domo abigit. 689. 53
Uxor adeo arctè marito adhæreſcit, ut vix ab illo diſcriminetur. 690. 58
Uxor, & maritus à Chriſto eximuntur à ſeperatione conſanguineorum, ut omnis evaneſcat diſſidij occaſio. 690. 59. & ſequent.

X.

Xerxes Perſarum Rex tomidiſſimos mare Heleſpontum prope Seſtum trecentis verberibus excepit, duobus etiam compedum paribus in illud immerſit in famulitij ſymbolum; eò quia exorta procella pontem, navéſque diruperit. 56. 44. & 667. 45

Z.

Zacharias, & ejus uxor Eliſabeth culturâ virtutum floruerunt, divina mandata ſervârunt; & medii ſpem inter & timorem ritè, & rectè proceſſerunt. 751. 83. & ſeq.
Zizit Saracenorum princeps à Judæo Mago deceptus ſacras delevit imagines ut diutius viveret ex ſponſione ſibi à Judæo facta, & præmatura morte ſtatim emoritur. 145. 51

F I N I S.

Men-

Menda, quæ currentè prælo irrepſerunt ſic emenda.

PAgina 84. linea 6. in Titulo §. 7. ſpectaculum lege ſpeculum. Pag. 154. col. 2. l. 7. propriæ l. propria. Pag. 353. 1. l. 46. inſigniti lege inſigniri. Pag. 268. 2. l. 38. pumineda l. punienda e ante n. Pag. 409. 2. l. 44. opulantiora l. opulentiora. Pag. 425. 1. l. 16. glacies l. glaciei. Pag. 506. col. 1. l. 29. citandus lege citaturus. Pag. 602. 2. l. 7. oſtenſurus l. oſtendendus. Pag. 645. 1. l. 56. cymulam lege cymbulam. Pag. 672. in Titulo divinæ leg. divino. Pag. 644. 2. l. 37. imperent lege impetunt. Pag. 644. 2. l. 57. phalangis leg. phalange.

Si qua alia obviant legenti offendicula facile erit eidem, levigare, ne caſpites.

Digitized by Google

810

2.1.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

FIRENZE - BIBLIOTECA NAZIONALE CENTRALE
SEGNATURA - 2.1:95 III° (117)
RESTAURO - 1998
LABORATORIO - RAIMONDO MILIO
RESTAURATORE PROGETTISTA- CLAUDIO MONTELATICI

SINTESI DELLE OPERAZIONI EFFETTUATE:

Controllo della numerazione, pulizia a secco con pannello morbido, risarcimento con montaggio a scarnire con carta giapponese di adeguato spessore e colore, VANGEROW, velatura con velo giapponese 502 e Tylose MH300P, rifilatura del restauro eccedente, carte di guardia Ingres struttura F, cucitura su n. 5' nervi di spago, indorsatura con tela mussola e pelle di capra neutra scarnita, incartonatura dei quadranti, nuova legatura in piena pelle di capra al vegetale (fornitore Scaricaciottoli), dorso attaccato, adesivi Tylose MH300P e Vianvil 59 in percentuale (15%).

COLLAUDATORE
DATA DEL COLLAUDO

LAB. RESTAURO LIBR.
R. Milio

005654893

Digitized by Google